

Ex Bibliotheca D. Caspari Bitschii me emptione comparavit
Johannes Ulricus Schmid. Argent. 1676. d. 10. Augusti

J. F. Harnusberger. L.

Ejusq. heres
Johannes Christianus d'Autel argent
f. U. L. Dr et Illustr. Rhingravij de
Rhingrabenstein a t. à secretis
1731.

06068201 21

BIU Cujas

Lauskhard A. XIII.

BIU Cujas

in l. 32. §. quæsitum. de recept. & arbit. falsa est glo. Accursij ibi notat. Landecthus Lisanus C. de usur. sect. Florentini) hæc Cæd̃us negat. Cujacij lib. 11. obsrq. c. in fine. & lib. 13. ad Afric. in l. 32. §. ult. Cæsaris mendosa, sicut multa in operibus Alciati, de antiquitate Landecthani Florentini nihil Cujac. in fine ibid.

Accursius gloriatur de meis scholijs hospite appellatis, quæ se dicit, ya accepit et secuerit contra tenebras Juris Civilis in l. fusta. 63. §. si sub gratione. ff. de auctis. ex. ed. 1606.

Glossarum Accursianarum commendationem, vide ad finem in frontispicio Codicis, sive Tomi quarti.

Cujac. 15. obser. 32.

Sed qd ago? Et emendandis Accursij glossis operam impendo? Absurda diligentia, inquit. Quum tu adhortasse me semper studiosissime possis: & ea hortatio & operæ meæ desiderii fructus tibi adjungatur: aly ita sedentarios vocant reddidi emendatissimos. Et hæc in re ubique me uterque Lovanij socius aliique typographi aliqui &c.

Scripsisse glossas hasce ad Jura civilia Accursium tempore Friderici I. Imp. Anno 1227. patet ex not. ad l. in causis. 16. C. de arbitr. Quæ sibi notat Angelus de Ubaldis in tract. de syndicatu, in prooemio, num. 5.

Spigel. Forner. lib. 1. select. 16. in fine.

Accursium accurate & fideliter Jura interpretatum video à lepidioribus hujus seculi periti, grammaticis & barbaris non tantum: multo cum merito: adeoque sum studiosis, ne ab eo scripta neglegant: sed ultro in eius operam & curam vehementer placuit studiosis.

BIU Cujas

DIGESTVM VETVS,

SEV

PANDECTARVM IVRIS CIVILIS TOMVS PRIMVS,

A 187

Ex Pandectis Florentinis nuper in lucem emissis, quoadeius fieri potuit, repræsentatus:
Commentariis Accursii, & multorum insuper aliorum doctorum virorum scholiis atque obseruationibus illustratus.

Epigramma Græcum Pandectis Florentinis præfixum:

Βίβλον Ἰουστινιανὸς ἄναξ τεχνήσατο τήνδε,
Τῷ ἑῷ Τειβωνιανὸς μεγάλῳ κάμε παμβασιλῆϊ,
Οἷα πὶς Ἑρμῆϊ πτυαμόλον ἀσπίδα τεύξας,
Ἢ ἔπι μυρμήκεσσιν ἀγάλματα πάντα θεμίστων,
Αἳ θέσποι δ' Ἀσίης τε δορυκτήτου τε Λιβύης,
Εὐρώπης τε πίθον τὸν ὅλου σημαίνει κόσμου.

Hos versus Latinè reddit And. Alciatus Prætermissorum. ij. circa principium.



Le Donne benevole
Stromii, Nobilissimi, Prudentissimi
viri. Dñi Jos. Walraffij Zurkum
bels Non Brunat. J.
argentinat
Casparus Bitschius Hagenoensis
V. D. Dñi donatoris suppetiarum
observantissimus clients.
Argentorati. 20 Julij. Ao 1605.

Bibliotheque de l'Ecole de Droit

PARISIIS,

Apud Gulielmum Merlin in ponte Numulariorum: & Gulielmum Desboys sub Sole aureo, ac Sebastianum Niuellium sub Ciconiis, in via Iacobæa.

An. Domini M. D. LIX.

BIU Cujas

DE IVSTINIANO EX PLATINA IN LIBRO de vitis Pontificum, & ex Suida.

Iustinianum imperatorem tãti constat ingenij, tantæq; doctrinæ fuisse, vt mirum nõ sit si leges Romanas sparsas incõpositasq;, in ordinem ad omniũ vtilitatem redegerit: eaq; reciderit quæ superuacanea atq; inutilia videbantur. Hac tamen in re, consilio & opera Ioannis Patricij, Triboniani, Theophili, Dorothei, & aliorũ vsus est: qui & doctrina & auctoritate insignes habebãtur. Immensum nãque illud librorũ pelagus (ad duo enim ferè milia librorũ fuisse constat) coaceruatis simul ab vrbe condita ad hæc vsque tẽpora tot iudiciis, in quinquaginta libros titulatim digeßit: quos nũc Digesta, nunc Pandectas appellant, q; omnẽ ciuilem doctrinã cõtineant. Idem quoq; legum epitomen fecit librorũ quatuor. has autem leges Institutiones appellant. Dicimus itẽ Iustiniani Codicem & Volumen esse. Sunt præterea qui dicant Iustinianũ ipsum libros de incarnatione domini elegãter scripsisse. Templũ quoq; in honorem dei patris (nam filius, patris est sapientia) sanctæ Sophiæ, quo nullum est in orbe maius, sua impensa suoq; iussu Constantinopoli ædificandũ curauit. Hæc Platina, vera (vt mihi quidẽ videtur) sed quoniam diuersa sentit Suidas, hic etiam id quod is de eo memoriæ prodidit, adscribere non pigebit. Iustinianus, inquit, Romanorum imperator in primis orthodoxus, literarum omniũ expers fuit, atque etiam (quod aiunt) analphabetus. Et mirum mehercle si literarum expers fuit Iustinianus, qui omnia tamen iura in pectore habuisse creditur, atque etiam in promptuario quodam omnis antiquitatis, ne quid vsquã in iuris ciuilis voluminibus vel tantulum discreparet: qui & ea quæ per Tribonianum cæteróque collecta erant, legisse se ac recognouisse non vno in loco testificatur. At valeant calumniæ: nos ſynceriora sequamur.

Περὶ Τριβωνιανοῦ ἐκ τοῦ Σουίδα.

Τριβωνιανὸς μακεδονιανοῦ, ἀφ' ὗ ἐμνημόρευσα τῶν ὑπάρχων. οὗτος ὁ Τριβωνιανὸς Ἕλλην ὑπῆρχε καὶ ἄθεος ἀλλότριος πάντα τὰ τῶν χριστιανῶν πίστεως κόλαξ δὲ καὶ ἀπατεών. καὶ πείθων Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα, ὡς οὐκ ἀποθανεῖται, ἀλλ' εἰς τοὺς οὐρανοὺς μετὰ σαρκὸς ἀναληφθήσεται. ἦν δὲ κοιαίσωρ Ἰουστινιανοῦ. οὗτος φύσεως μὲν δυνάμει ἐχρῆτο, καὶ παιδείας εἰς ἄκρον τε ἀφίκετο τῶν καθ' αὑτὸν οὐδενὸς ἧσσον. ἐς δὲ φιλοχρηματίαν δαιμονίως ἐσπουδακώς. οἷός τε ἦν κέρδους ἀεὶ τὸ δίκαιον ἀποδίδοσθαι, τῶν τε νόμων ἡμέρας οἱ ἐν τῷ ἐπιπλεῖστον ἑκάστης τοὺς μὲν ἀνῄρει, τοὺς δ' ἔγραφεν, ἀστιμπολῶν τοῖς δεομένοις καὶ τὴν χρείαν ἐκ τέρου. ἔτι δὲ πολλὰ ἐπιβιοὺς τῇ τιμῇ, ἐπλεύτησε νόσῳ, οὐδεμιᾷ ἄχαρι πρὸς οὐδενὸς παθών. ἦν δὲ καὶ μύλος τε καὶ τἄλλα ἠδύς. καὶ τὸ φιλοχρηματίας τὸ νόσημα ἐπισκιάσαι ἱκανώτατος τῇ τοῦ παιδείας περιουσίᾳ.

DE TRIBONIANO EX SVIDA, Budæo interprete.

Tribonianus natione Græcus, cùm omnis religionis contemptor erat, tum verò in primis à Christiana fide abhorrens, assentator & fraudulentus, vt qui Iustiniano persuaserit mortẽ eum nõ oppetiturũ esse, atq; in cœlum cũ carne assumptũ iri. Quæstor Iustiniani fuit, tanta vi ingenij præditus, vt doctrina præstantißimus euaserit, ac nulli æuo suo secundus: cæterũ auaritiæ consq; indulgens, vt lucro venale ius habendũ semper duxerit. Nam & leges cotidie fermè sordida dinundatione antiquare idẽtidem ferreq; instituerat, vt cuiq; cõmodum esset. Hic cũ diu post honorem adeptũ superuixisset, morbo tandem interiit, nihil prorsus molestiæ à quoquã vnquam passus. Erat enim sermone blandus, & alioqui suauis: auaritiæ quoque morbum doctrinæ præstantia facilè obumbrare poterat. Hæc ille. Vdalricus tamen Zasius LL. doctor celeberrimus, in cõmentariis suis ad legem secundam. ff. de origi. iur. §. & cum placuisset. ad verbum, iniurioſè. aliud prorsus de Triboniano sentit, nempe illum à Christiana fide minime abhorruisse: vt qui cum aliis quibusdã iurisperitis ad compilandũ Codicem quem vocant, princeps delectus, tam sanctas, tamq; religioſas, atque adeo catholicas cõstitutiones (vt in ipsius Codicis præsertim initio videre est) collegit, vt non nisi ab homine Christiano proficiſci potuerint: quas & alioqui poterat non admittere, vt qui apud Iustinianum quæ vellet posset. Quod ſi semel recipias, illum ſcilicet Christi cultorem fuisse, iam cætera quæ de eo subdit Suidas, vides quàm facile exſibilentur.

DE TRIBONIANO ET EIVS SOCIIS ex Bernhardino Rutilio.

Tribonianus Macedoniani filius inter fori principes Cos. Iustiniano magiſter officiorũ, adſeſſor, & quæstor, quod munus tum apud Constantinop. imperatorẽ ſolenne erat. Euenit ſeptimo principatus anno, vt Veneti Praſiniq;, ſeditioſa factionũ nomina, ita cõſpirarent, vt fugato imperatore ac Senatu, vrbe magna ex parte inflãmata, ædes multas, publicaq; opera incẽderint. Quẽ tumultum vt ſedaret imperator, Tribonianũ & Ioãnem prætorem præfectũ in ſicariorum gratiã magiſtratu mouit. Id enim magnis vocibus, propter exercitam in ſe antea quietis rebus ſeueritatẽ, ab armata plebe vndiq; ſagitabatur. probra in vtrumq; tota vrbe iactabantur, ipſiq; ad necẽ diu fruſtra quæſiti erant. Triboniano Baſilides ſucceſſor datus, vir manſuetudine ac æquitate inter Patricios clarus. Poſtea tamẽ Tribonianus in ſuum locũ rediit: quo perfunctus, multos poſt annos morbo deceſſit. Vir fuit ingenio miti atque humano, vt nihil vnq; præterea à quoquã ingratũ ſit paſſus. Quibus moribus & ſingulari omnium artium doctrina vnum auaritiæ crimen facilè obſcurabat: cùm tamen nõ niſi iuſtum ſectaretur lucrũ, legeſq; aſſiduè aliquas ex vſu aut antiquaret aut conderet. Quod qui omnino arguunt, ne illi inſtabilem rerum humanarũ cõditionem parum intelligunt. Hæc de Triboniano Procopius, hiſtoricus haud paulo melior quàm Suidas neſcio quis, à quo traditur Tribonianus auaritiæ morbo miſerè laboraſſe, vt ius ipſum pretio quaſi promercale habuerit, ac leges ad vtriuſq; partis vſum nunc tulerit, nũc abrogarit, & quaſi quæſtuarias proſtituerit. nullũ putaſſe eſſe Deum, penitusq; à religione abhorruiſſe: adulatorem atque impoſtorem fuiſſe, vt qui Iuſtiniano perſuaſerit non moriturũ eum, ſed cum ipſo corpore in cœlos iri ſublatum. Sed hæc quis credat incerto autore? cùm contra ſtet ſcriptor grauis eorum temporum Procopius, nec Iuſtiniani optimi, & vel Suidæ ipſius teſtimonio, religioſiſſimi principis prudentia & pietas paſſura fuiſſe, nedum altura & prouectura ciuſmodi monſtrum videatur. Fuit eodem tempore Tribonianus alter, ex Sida Pamphiliæ vrbe, primarius & ipſe cauſidicus, vir multæ eruditionis & multorũ operum, quæ ponit Suidas, nihil ad ius attinentia. Theophilus quoque, Dorotheus, Theodorus, Iſidorus, Anatolius, Thalleleus, & Cratinus viri illuſtres & peritiſſimi iuris adhibiti à Iuſtiniano ad purgandas ſtigendasq;, quibus vtimur leges, inſigne ab eo teſtimoniũ doctrinæ ac fidei meruerant.

BIU Cujas

Iurisconsultorum nomina, & libri ex quibus Pandectæ consarcinatæ sunt.

Angelus Politianus Iacobo Modesto Pratensi suo. S. D.

ROgasti me sæpius vt tibi nomina colligerem veterum iuris conditorum, non qui citentur ab aliis: sed quorum sint ipsorum verba pro legibus in Iustiniani principis Digestis, quas & Pandectas appellamus. Ego verò quoniam te longius distuli, quàm fortasse singularis amor erga me tuus merebatur, ne sine fœnusculo mora ista fuerit, etiam titulos, numerumque librorũ tibi perscribam, de quibus quinquaginta Digestorum volumina consarcinantur. Volo enim tibi hoc quoque apponere quasi condimentum studiorum tuorum. In quibus te multam ponere operam, multúmque proficere (quod mihi sæpe tui præceptores narrant) vnicè gaudeo. Nam cum tu nostris laribus à puero fueris innutritus, probauerimque semper ingenium, mores, animum, fidelitatemque tuam, nihil abs te mihi pene seiunctum puto, laudesque tuas perinde amplector vt meas. Sed vt ad rem redeam, septem omnino & triginta fuere conditores iuris, quorum de verbis Digestorum leges velut centones quidam consuuntur. Et quorumdam ex his mentio est in titulo de origine iuris, quem tibi non damus in solutum, propterea quòd est in ære tuo. Vetustissimus autem omnium, sicuti mihi videtur, Qu. Mucius Scæuola est. P. F. Pontifex maximus: cuius apud Ciceronem quoque plurima mẽtio. Huius huc accersitur vnus tãtum liber Definitionum. Gallus deinde Aquilius, qui Ciceronem orantem iudex audiuit: & quem familiarem suum Cicero idem in topicis appellat. Huius tantum responsis irrigantur Digesta. Labeonis verò eodem adsciscuntur libri octo πιθανῶν, id est credibilium, seu verisimilium, & item Posteriorum decem. Fuit autem Labeo, quem vocat Horatius insanum, de cuius ingenio, natura, studiis, ac doctrina multa scribit Gellius in Attii. nocti. Saluij quoque Iuliani Digestorũ nonaginta libri, de Ambiguitatibus vnus, ad Minicium sex, ad Vrseium quatuor. Floruit hic Hadriani temporibus, & iudicanti fuit in cõsilio, magnæ vir authoritatis, auunculus etiam Didij Iuliani, deinde principis. Aduocantur & Neratij Prisci Regularum quindecim, Membranarum septem, Responsionum tres. Hunc sibi putatur Traianus amicorum consensu successorem destinasse, sic vt ei dixerit aliquando: Commendo tibi prouincias, si quid mihi fatale cõtigerit. Eumdémque mox Hadrianus imperator habuit in consilio. Volusius quoque Mæcianus iurisconsultus est habitus celeber, quo multum est vsus Hadrianus idem: quique docuit M. Antoninum principem, cognomento Philosophum. Veniunt huc igitur illius quoque libri Fideicommissorum sedecim, Publicorum quatuordecim. Sed Mæciani nomẽ in Marcianum deprauatur à librariis. Fuit enim Marcianus ipse quoque iuris author, à Didio Iuliano principe iussus occidi. Qui libros huc contulit Institutorum sedecim, Regularum quinque, de Appellationibus duos, Publicorum duos. Item singulares, quos Græci μονοβίβλους, his titulis, de Delatoribus, Hyppothecariæ, ad S. C. Turpillianum. Iulius quoque Celsus Hadriano fuit in cõsilio, qui Digestorum libros vndequadraginta composuit. Sed & Valens, qui Fideicommissorum septem. Marcellus quoque, qui Digestorum scripsit vnum & triginta, Responsorum vnum, sex Ad leges. Item Iauolenus, cuius acciti huc libri sunt: ex Cassio quinque, Epistolarum quatuordecim, Ad Plautium quinque. Claruit his temporibus etiam Serbidius Scæuola, cui M. Antoninus philosophus operam dedit: ac deinde factus imperator multum illo est vsus. Hic & Seuerum docuit illum, qui sibi post Pertinacem magna virtute imperium parauit. Docuit & Papinianum, de quo mox dicemus. Sed Scæuolæ huius libri deducuntur in Iustiniani Pandectas, Digestorum quadraginta, Quæstionum viginti, Responsorum sex, Regularum quatuor, de Quæstione familiæ vnus, Quæstionum publicè tractatarum vnus. Huius auditor (vt diximus) Papinianus libros ad Pandectas af-

Conditores iuris. 37.

Q. Mucius Scæuola.

Gallus Aquilius.

Labeo.

Saluius Iulianus.

Neratius Priscus.

Volusius Mæcianus.

Marcianus

Iulius Celsus.

Valens.

Marcellus.

Iauolenus.

Serbidius Scæuola.

Papinianus

fert, Quæstio-

fert, Quæstionum triginta septem, Responsionũ vndeuiginti, Definitionum duos, de Adulteriis vnũ, Aedilitium vnum. Hic habitus omnium est acutissimus, eumque vocant historiæ iuris asylum, doctrinæ legalis thesaurum: sic vt ab illo studiosi legum, qui profecissent, appellati Papinianistæ quandoque fuerint: amicus & Seuero principi, sed à condiscipulatu, neque non adfinis per secundam vxorem. Successor eidem quoque in administratione fisci. Denique moriens Seuerus filios suos non alij magis quàm Papiniano commendauit. Erat autẽ præfectus vrbi Papinianus, ac plus potens in aula quàm volebat. Itaque sæpe deponere nocituram potentiam frustra conatus, tandem ab Antonio Caracalla Seueri filio militum gladiis obiectus, & securi percussus est, quòd excusare parricidiũ noluisset. Huius adsessores in præfectura Iulius Paulus, & Domitius Vlpianus: quos quidam ex vestris Græco vocabulo πορφυρίους appellant, quoniam quasi verticem legitimæ disciplinæ cum Papiniano tenuerũt. Feruntur & Vlpiani libri Ad edictum tres & octoginta, Ad Sabinum verò vnus & quinquaginta, ad leges viginti, Pro tribunali decem, De officio proconsulis decem, Regularum septem, Fideicommissorum sex, Opinionum sex, De adulteriis quinque, De appellationibus quatuor, De officio consulis tres, Institutorum duo, de censibus sex, Responsorum duo. Tum singulares hi, Regularum rursus, De sponsalibus, de officio præfecti vrbi, De officio præfecti vigilum, De officio curatoris reip. De officio prætoris tutelaris, De officio quæstoris. Sed quamuis tam multa scripserit Vlpianus, tamen Paulus aliquanto est (vt græcè dicam) πολυγραφώτερος. eius enim numerantur hi libri, Ad edictum octoginta, Quæstionum viginti sex, Responsorum vigintitres, Breuium vigintitres, Ad Plautium duodeuiginti, Ad Sabinum sexdecim, Ad leges decem, Regularum septem, Sententiarum vel factorum sex, Sententiarum iterum quinque, Ad Vitellium quatuor, Ad Neratium quatuor, Fideicommissorum tres, Decretorum tres, De Adulteriis tres, Manualium tres, Institutorum duo, De officio proconsulis duo, Ad legem Iuliam, vel (vt aliter lego) Ad legem Aeliam duo. Item Ad legem Aeliam Sentiam tres, De iure fisci duo. μονόβιβλοι autem, Regularum rursus, Regularum tertio, De pœnis pagatorum, De pœnis militum, De pœnis omnium legum, De vsuris, de gradibus & affinibus, De iure codicillorum, De excusationibus tutelarum. Ad regulam Catonianam, Ad S.C. Orficianum, Ad S.C. Tertyllianum, Ad S.C. Syllanianum, Ad S.C. Belleianum, Ad S.C. Libonianum, seu Claudianum. De officio præfecti vigilum, De officio præfecti vrbi, De officio prætoris tutelaris, De extraordinariis criminibus, Hypothecaria, Ad municipalem, De publicis iudiciis, De inofficioso testamento, De septemuiralibus iudiciis, De iure singulari, De secundis tabulis, Ad orationem diui Seueri, Ad orationem diui Marci, Ad legem Velleam, Ad legem Cinciam, Ad legem Falcidiam. De tacito fideicommisso, De portionibus quæ liberis damnatorum conceduntur, De iuris & facti ignorantia, De adulteriis, De instructo & instrumento, De appellationibus, Di iure libellorum, De testamentis, De iure patronatus, De iure patronatus quod ex lege Iulia & Papia venit, De actionibus, De cõcurrentibus actionibus, De intercessionibus fœminarum, De donationibus inter virum & vxorem, De legibus, De legitimis hæreditatibus, De libertatibus dandis, De senatusconsultis. Fuere autem Paulus & Vlpianus præfecti ambo. Sed quidam factos ab Alexandro dicunt, quidam verò ab Heliogabalo: qui tamen Vlpianum remouit vt virum bonum. Cæterum Alexander vtrumque magno in honore habuit, maximè autem Vlpianum, qui consiliarius ei quoque fuit, & scrinij magister. Nec vnquam ad eum solus admissus quisquam est, nisi præfectus atque Vlpianus. Tum si quando alter adhibitus, semper tamen Vlpianus rogari iubebatur. Sabinus autem ille ad quem libros Vlpianus scripsit (puto etiam ad quem Paulus & Pomponius) vir fuit insignis & consularis, ab Heliogabalo iussus occidi, cuius filius etiam Fabius Sabinus Alexandro fuit gratissimus, & Cato sui temporis dictus est. Nescio autem an hic filius idem sit Sabinus, qui cõsularis ac præfectus vrbi, per tumultum fusti percussus in populo, & occisus atque in publico derelictus fuerit. De illo quoque ambigitur, vter ne de iure scripserit: filius, an pater. Scripsit verò iuris ciuilis tres, ex Proculi singularem, sed & Epistolarũ libros octo. Pomponij quoque collati sunt eodem libri, scilicet Ad Quintum Mutium lectionum vndequadraginta, Ad Sabinum quinque & triginta, Epistolarum viginti, Variarum lectionum quindecim,

Papinianista.

Iulius Paulus. Domitius Vlpianus.

Pauli libri.

Sabinus.

Pomponius.

BIU Cujas

quindecim, Ad Plautium septẽ, Fideicõmissorum quinq;, Senatusc̃osultorũ quinq;, Regularum vnus, Enchiridij duo. Caium verò citat & Boëthius in Ciceronis Topicõn cõmentariis. Huius hic adhibiti sunt Ad edictũ prouinciale libri duo & triginta, Ad leges quindecim, Ad edictum publicum † quindecim, qui soli tum reperti fuerunt. Aureorũ septem, ὁλωδεκάδελτοι, hoc est duodecim tabularum sex, Institutionũ tres, De manumissionibus tres, Fideicõmissorum duo, De casibus vnus, Regularum vnus, Dotalitiorum vnus, Hypothecariæ vnus. Sumpserunt haustus qui Tribonianum iuuerunt, ex Venulei quoque Stipulationũ libris vndeuiginti, Actionum decem, De officio procõsulis quatuor, De pœnis paganorum vno, publicorum tribus, De interdictis sex. Item ex Mauritiani Ad leges sex, ex Terentij Clementis Ad leges viginti, ex Africani Quæstionum nouem, ex Florentini Institutorum duodecim, ex Tertylliani De castrensi peculio vno, ex Iusti Constitutionum viginti, ex Tryphoniani Disputationum libris vno & viginti, ex Callistrati De cognitionibus sex, Edictorum monitoriorum sex, De iure fisci quatuor, Institutorum tribus, Quæstionum tribus, ex Menandri Militarium quatuor, ex Modestini Responsorum vndeuiginti, Pandectæ duodecim, Regularum decem, Differentiarum nouem, Excusationum sex, De pœnis quatuor. Item ex eiusdem μονοβίβλοις, De præscriptionibus, De inofficioso testamento, De manumissionibus, De legatis & fideicommissis, De testamentis, περὶ εὑρηματικῶν, De enucleatis casibus, De differentia dotis, De ritu nuptiarum. Ex Tarruntij Paterni Militarium quatuor, ex Macri Militarium duobus, Publicorum duobus, De officio præsidis duobus, εἰκοσῶν (seu verius εἰκασῶν) duobus, De appellationibus duobus. Ex Arcadij De testibus vno, ex Rufini Regularum duodecim, ex Anthi, siue Publij Furij Anthiani patris Edicti quinque libris, ex Maximi Ad legem Falcidiam, ex Hermogeniani epitomatum sex libris. Hæc est denique tam iuris conditorum qui symbolam dederunt, quam librorum quoque & titulorum quibus vestræ Pandectæ se debent, exactior nomenclatura. Nam cæteri non intexuntur, sed tantum citantur: quidam tamen in codicibus deprauatis, quamuis omnino immunes, munificibus tamen adnumerantur. Tituli præterea nonnulli, sicuti de excusationibus, pene integri Græcè sunt editi, quos indoctus aliquis (vt apparet) in Latinum transtulit. Sed & hæc (vt opinor) & alia pleraque nostras aliquando vigilias desyderãt, quas vtique nos (modò vita suppetat, ac modo paululum quid ocij contingat) nimium quàm libenter tribuemus: sed prius tamen philosophiæ satisfaciendum, cui nunc totos (vt scis) penitusque nos tradidimus. Erit opus omnino Bartholomæi Sozini Senensis doctoris excellentis, immo verò planè singularis, opera nobis & consilio, quem equidem Papinianum alterum videor audacter posse appellare seculo nostro. Vale.

caius. † vrbicum

Venuleus. Mauritianus. Terentius Clemens. Africanus. Florẽtinus. Tertyllianus. Iustus. Tryphonianus. Callistrat⁹. Menãder. Modestin⁹. Tarrũtius Paternus. Macer. Arcadius. Rufinus. Anthus P. Furius. Maximus. Hermogenianus.

BIU Cujas

Rubricæ Digesti veteris.

DIGESTI VETERIS RVBRICAE CENtum quinque & quinquaginta continentur. LXV. carminibus sequentibus, eo textis artificio, vt præter principale intentum, aliquid sententiæ videantur habere: quorum declarationem mox subiunximus.

Et primo primi libri.

IVs. & origo patent. leges quoque parte priori.
Constituit. status. ac alienus. adoptat. & est res.
Dátque senatores. consul. prætorius. vrbis.
Sunt quæstor. prætor. vigilum præfectus. habendi.
Officium pariter proconsulis vtile noscas.
Vult his augusti. præses. vel Cæsaris addi.
Censor Alexandri. ius mandat. & assidet inde.

De iustitia & iure. De origine iuris ciuilis, & omnium magistratuum, & successione iuris prudentũ. De legibus senatusque consultis, & longa consuetudine. De constitutionibus principũ. De statu hominum. De his, qui sui vel alieni iuris sunt. De adoptionibus, emancipationibus, & aliis modis, quibus ius patriæ potestatis soluitur. De rerum diuisione, & qualitate. De senatoribus. De officio consulis. De officio præfecti prætorio. De officio præfecti vrbi. De officio quæstoris. De officio prætoris. De officio præfecti vigilum. De officio proconsulis & legati. De officio præfecti augustalis. De officio præsidis. De officio procuratoris Cæsaris, & rationalis. De officio iuridici Alexandriæ. De officio ei', cui mandata est iurisdictio. De officio assessorum.

Secundi libri rubricæ.

Est iurisdictio. statuens in parte secunda.
Si quis ius dicens. vocat in ius. non ierit tunc.
Iusit lex vt eant qui sunt in iure vocati.
Eximat hos nemo. leges quos sat dare cogunt.
Si noxalis agat. per quem fit. cautio sisti.
Feriat. edendo. pactum. si transigat vllus.

De iurisdictione omnium iudicum. Quod quisque iuris in aliũ statuerit, ipse eodem iure vtatur. Si quis ius dicenti non obtemperauerit. De in ius vocando. Si quis in ius vocatus non ierit: siue quis eum vocauerit quem ex edicto non debuit. In ius vocati vt eant, vel satis aut cautum dent. Ne quis eum qui in ius vocatur, vi eximat. Qui satisdare cogantur: vel iurato promittant, vel sue cõmittantur promissioni. Si ex noxali causa agatur, quemadmodum caueatur. De eo per quem factum erit quò minus quis iudicio sistat. Si quis cautionibus iudicio sistendi causa factis non obtemperauerit. De feriis & dilationibus, & diuersis temporibus earum: & ex quibus causis feriæ non impediuntur. De edendo. De pactis. De transactionibus.

Tertij libri rubricæ.

Postulat. infamat. procurat nomine terna.
Gesta negotia sunt his atque calumnia iuncta.

De postulando. De his qui notantur infamia. De procuratoribus & defensoribus. Quod cuiusque vniuersitatis nomine, vel contra eam, agetur. De negotiis gestis. De calumniatoribus.

Quarti libri rubricæ.

Restituit quarta. metus. & dolus. & minor hic sunt.
Deminuit. maior. alienat. & arbiter hinc est.
Nautæ caupones stabularius abdita reddant.

De in integrum restitutionibus. Quod metus causa gestũ erit. De dolo malo. De minoribus. xxv. annis. De capite minutis. Ex quibus causis maiores. xxv. annis in integrum restituantur. De alienatione mutandi iudicij causa facta. De receptis arbitris: & qui arbitrium recipiunt, vt sententiam dicant. Nautæ, caupones, stabularij, vt recepta restituant.

Quinti libri rubricæ.

Iudiciis quinta. exhæres quæritur. petit hæres.
Si pars hæredis. fic possessoria poscat.
Iungas hæredem fideicommissa petentem.

De iudiciis, & vbi quis agere vel conueniri debeat. De inofficioso testamento. De petitione hæreditatis. Si pars hæreditatis petatur. De possessoria hæreditatis petitione. De fideicommissaria hæreditatis petitione.

Sexti libri rubricæ.

Vindicat & sexta. tractans de Publiciana.
Vegictalis ager aut emphyteuticus est hic.

De rei vindicatione. De Publiciana in rem actione. Si ager vectigalis vel emphyteuticarius petatur.

Septimi libri rubricæ.

Dans vsumfructum pars septima. crescere. cedit.
Amittatur. res quæ consumenda. petatur.
Dat seruis operas. habitatio. si cauet vtens.

De vsufructu, & quemadmodum quis vtatur fruatur. De vsufructu accrescendo. Quãdo dies vsusfructus legati cedat. Quibus modis vsusfructus vel vsus amittatur. De vsufructu earũ rerum quæ vsu consumuntur, vel minuuntur. Si vsusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur. De operis seruorum. De vsu & habitatione. Vsufructuarius quemadmodum caueat.

Octaui libri rubricæ.

Vtere seruitiis octaua parte locatis.
Prædia dant vrbes. & rus. communia multis.
Ni mihi seruitium bene vindico. perdere possum.

De seruitutibus. De seruitutibus vrbanorum prædiorum. De seruitutibus rusticorum prædiorum. Communia prædiorum, tam vrbanorum quàm rusticorum. Si seruitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur. Quemadmodum seruitus amittatur.

Noni libri rubricæ.

Quadrupedem nona dabit. Aquiliam quoque legẽ.
Effundunt multi. noxalis vt actio detur.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Ad legem Aquiliam. De his qui deiecerunt, vel effuderunt. De noxalibus actionibus.

Decimi libri rubricæ.

In decima fines regis. ac erciscere posses.
Diuisis tandem communibus. exhibeamus.

Finium regundorum. Familiæ erciscund. Communi diuidundo. Ad exhibendum.

Vndecimi libri rubricæ.

Vndecima iudex interrogat. itur ad ipsum.
Seruos corrumpunt. fugitiuos. alea. mensor.
Funera cum sumptu. debes inferre sepulchro.

De interrogationibus in iure faciendis, & interrogatoriis actionibus. De quibus rebus ad eundem iudicem eatur. De seruo corrupto. De seruis fugitiuis. De aleæ lusu, & aleatoribus. Si mensor falsum modum dixerit. De religiosis, & sumptibus funerũ. De mortuo inferendo, & sepulchro violato vel inædificando.

Duodecimi libri rubricæ.

Res credit. iurans in litem pars duodena.
Condico ob causam. cui turpis causa supersit.
Ac indebita si sint. condices sine causa.

De rebus creditis, & si certum petatur. De iureiurãdo, siue voluntario, siue necessario, siue iudiciali. De in litem iurando. De condictione ob causam data, causa non secuta. De condictione ob turpem causam, vel inhonestam, vel iniustam. De condictione indebiti. De condictione sine causa.

Tredecimi libri rubricæ.

Tredecimam furti. & legis condictio tangit.
Tritica. dant loca certa. statuta pecunia si sit.
Cõmoda. cum reliquis dabit actio pignoris ampla.

De condictione furtiua. De condictione ex lege. De condictione triticaria. De eo quod certo loco dari oportet. De constituta pecunia. Commodati, vel contra. De pigneratitia actione, vel contra.

Decimiquarti libri rubricæ.

Exercet. iactum bisseptima. & institor hic est.
Actio quæ tribuit patet ac aliena potestas.
Ne dentur natis Macedonia lex vetat æra.

De exercitoria actione. Ad legem Rhodiam de iactu. De institoria actione. De tributoria actione. Quod cum eo qui in potestate aliena est, negotium gestum esse dicetur. Ad senatusconsultum Macedonianum.

Decimiquinti libri rubricæ.

In decimaquinta describo peculium. & annum.
Post de in rem verso. quod iussu iungere fas est.

De peculio,

BIU Cujas

Rubricæ Digesti veteris.

De peculio. Quando de peculio actio annalis est. De in rem verso. Quod iussu.

Decimi sexti libri rubricæ.

In sexta decima mulier lege Velleianum.
Compensare vetant leges. si depositum sit.

Ad senatusconsultum Velleianum. De compensationibus. Depositi vel contra.

Decimi septimi libri rubricæ.

Septima post decimam mandatum. pro socio dat.

Mandati, vel contra. Pro socio.

Decimi octaui libri rubricæ.

Octauadecima tibi vendo. diem adiiciendo.
Committens. hæres vendit. rescindo. periclum.
His exportandos debes adiungere seruos.

De contrahenda emptione & venditione: & de pactis inter emptorem & venditorem: & quæ res vendi non possunt. De in diem addictione. De lege commissoria. De hæreditate vel actione vendita. De rescindenda venditione, & quãdo ab ea discedatur. De periculo & commodo rei venditę. De seruis exportandis: vel si ita seruus venierit, vt manumittatur: vel contra.

Decimi nonilibri rubricæ.

Emptum post decimam nona. locat. æstimat. actor.
Res permutatas. præscriptis addito verbis.

De actionibus empti & venditi. De locato & conducto. De æstimatoria actione. De rerum permutatione. De præscriptis verbis, & in factum actione.

Vigesimi libri rubricæ.

Pignora pars vicena tibi dabit, ac hypothecas.
Post pignus tacitum. sunt quæ res. qui potiores.
Distrahitur pignus. tandem quoque soluitur illud.

De pignoribus & hypothecis: & qualiter ea contrahuntur: & de pactis eorum. In quibus causis pign⁹ vel hypotheca tacite cõtrahitur. Quæ res pignori vel hypothecæ obligari possunt. Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur: & de his qui in priorum creditorum locum succedunt. De distractione pignorũ vel hypothecarum. Quibus modis pign⁹ vel hypotheca soluitur.

Vigesimi primi libri rubricæ.

Edictum ædilis tractat vicesimaprima.
Euincam. si res quæ venditur, excipiatur.

De ædilitio edicto & redhibitoria actione. & quanto minoris. De euictionibus, & duplæ stipulatione. De exceptione rei vẽditæ & traditæ.

Vigesimi secundi libri rubricæ.

Vsuras. fœnusque. probat vicenasecunda.
Instruit. & testes simul ignorantia duplex.

De vsuris & fructibus & causis & omnibus exceptionibus & mora. De nautico fœnore. De probationibus & præsumptionibus. De fide instrumentorum & amissione eorum. De testibus. De iuris & facti ignorantia.

Vigesimi tertij libri rubricæ.

De sponsalibus. & ritu docet antesuprema.
Ius. pactum. fundus dotalis iungitur istis.

De sponsalibus. De ritu nuptiarum. De iure dotium. De pactis dotalibus. De fundo dotali.

Vigesimi quarti libri rubricæ.

Vltima coniugibus donat. diuortia tangens.

De donatiõibus inter virũ & vxorẽ. De repudiis & diuortiis.

Finis titulorum Digesti veteris.

LEGES MVLTIPLICES DIGESTI VETERIS, aut difficiles, aut singulares, subiectis annotatæ carminibus: quibus præter legum ipsarum verba immixtum est nihil.

Res. quod Nerua. metum. de rebus. prædia. centum.
Ex empto. prætor. si quis. Pomponius. arbor.
Si dominus. mater. vinum. mulier. bona. frater.
Testatrix. pacta. repeti. tria. dolia. lecta.
Imperium. diuus. si fundum. venditor. eius.
Si pars. extat. vbi. si mandato. grege. fundi.

Sunt hæ difficiles satis hoc in codice leges.
Ne careas lege: carmina nostra lege.
Efficitur restis ex grammate quoque priore:
Qua leges istas nectere mente queas.

Declaratio sex primorum carminum.

Res. lex est in tit. de pign. quæ incipit, res hypothecæ.
Quod Nerua. depos. quam Bar. solenniter repetiit.
Metum. 3. de eo quod metus causa. maxime in. §. volenti.
De rebus. de arbi. de qua dicit Bar. in. l. & an eadem. §. actiones. ff. de excep. rei iudica. Nescio alibi casum.
Prædia. de actio. empti. hanc legas vt intelligas.
Centum. de eo quod certo lo. quæ re vera videtur difficilis.
Ex empto. de actio. emp. hanc si placet tene menti.
Prætor. de iur. om. iu. de edendo. quando actio de pec. est anna. cum similibus.
Si quis. si quis iudicij. de alie. iud. mu. de qua dicit Bar. nescio alibi. adde. l. si quis libertatem. de pe. hære. quæ re vera difficilis est. applicari etiam potest. l. si quis id. de iurisd. om. iud. & si quis intentione. de iudi. cum similibus multis.
Pomponius. 1. & 2. de nego. gest. & fami. ercisc.
Arbor. communi diui. quam satis difficilem inueni legendo. affinis est huic lex, arboribus. de vsufruc. &c.
Si dominus. de præscriptis verbis. quam dicit. Bart. esse notandam.
Mater. de inoffi. test. quæ est de numero damnatarum.
Vinum. de rebus credi. quæ licet fortè non sit difficilis, est tamen vtilis: cum lætificet eor hominis. not. glo. l. j. de peri. & com. rei ven.
Mulier. de lege commiss. Alibi inuenietur. rara enim non est.
Bona. bona fides depos. & de act. emp. Aduerte, aliqui asseuerant quòd mulier bona. sit lex vnica, quæ est de iure do. Sed cũ mulier bona sit rara auis: inde non est facienda lex: vt no. glo. in l. ex his. ff. de leg.
Frater. de condict. indebi. difficilis est, & de numero damnatarum.
Testatrix. si seruitus vindicetur. quæ sit, per te iudicetur.
Pacta. de contrahen. empt. quam cum obscuris pone.
Repeti. quibus mo. vsusfruc. amittatur. ista per te videatur.
Tria. tria prædia. de serui. rusti. prædio.
Dolia. de contrahen. emp. in hac tuum vinum repone.
Lecta. de rebus credi. aliàs si cer. peta. difficilis, & de damnatis.
Imperium. de iurisd. om. iudi. materiam habet arduam.
Diuus. de in integ. resti. quam Barto. dicit singularem. adde. l. diu⁹. de offi. præsi. cum si.
Si fundum. manda. de qua dicit Barto. ibi not. finem huius. l. quam nescio alibi.
Venditor. de hæredi. vel actio. ven. similes huic inuestiga.
Eius. de rebus cre. aliàs si cer. peta. difficilis, & de cœtu damnatarum.

Hoc dico propter illa carmina triuialia.

Damnetur mater. damnetur lectaque. frater.
Damnetur Gallus. damnetur filius. eius.

Mater. lecta. frater. eius. sunt in hoc volumine, & in nostris versibus comprehensæ.
Gallus. ff. de libe. & posth. Filius. aliàs, filium. C. fam. er.
Si pars. de inoffi. testamento. hanc videre memento.
Extat. de eo quod metus causa. quam non bene explicat glo. si Bar. creditur.
Vbi. de edendo. & de in diem addic.
Si mandato. manda. quæ non est alibi, secundum Bart. in l. j. de noua.
Grege. de pign. maxime in. §. cum pignori.
Fundi. de contrahen. emp. & de actio. empti.

Leges istas quibus plures alias (nominibus etiam non mutatis) annectere posses: Restis in carminum capite prætenta, in mente tua colliget: & ne hinc abeant retineat. Quam nulla vnquam vi posse dissolui speramus. Si enim funiculus triplex difficile ruimpitur: extra de treuga & pace. c. j. longe difficiliori restis ista sex funiculis seu chordulis compacta ruptioni subiecta erit.

Supradictis paucas annectamus oportet: nõ carmine quidem, sed soluto sermone: cum diuersis diuersa sint cordi.

IVrisgentium. de pactis. prolixa est, & prolixè per doctores exposita. Huic adiunge. l. lege Aquilia si deletum. ad legẽ Aquiliam, de qua dicit Bar. Domini, ista lex est singularissima.

BIU Cujas

Index titulorum.

OFficiũ.de rei vindi.possent hic applicari.l.olympico.de seruui.vrb.præ.&.l.ossa.de relig.& sup.fu. cũ similib⁹ plurimis.

HAeredes,familiæ erciscũ.notabilis & singularis,si legem accipias vsque ad finem dicit Bar.

ADmonendi.de iureiurand.singularis est admodum. in hanc copiosos Bartolus edidit commentarios. Baldus similiter & alij in materia iuramenti. Omitto leges huic loco applicabiles: vt sunt,Auunculo.de condict. sine causa. Antiqui. si pars hære.pet. cum multis similibus.

NOn solum de ritu nupt.casus singularis,secundum Ny.

NEratius. de petitione hæred.de ser.cor. de relig. & sump.fu. &c. Nauta.caupo.stabu.posset hic locari:& plures aliæ lectione & scitu dignæ.

EX parte fami.ercisc.non reperitur alibi casus dicit Ny. in.l. quid ergo.§.sufficit.ff.de contra.actio.tute.adde.l.elegãter.de dolo malo.de condic.indeb.de pign.act.Quid bonitatis habent, videas rogo iuris amator.Sed præsertim huic loco applices.l.ea lege.§.locaui.locaui.quã dicunt doctores singularem.iuncta.l. æquissimum.de vsufru.&.l.ædiles.de ædil.edict.cum similibus.

SI de dote.de iure do. singularis : vt vult Bart.in.l.j.C. de iure fisci.Adde.l.sicuti.§.sed si quæritur. si seruitus vindice. quam etiam dicit Barto.singularem.

CVm miles.de alie.iudi.mutan.fortis & singularis, quam Bar. dicit se nescire alibi.

HAeres. de iudi. sæpe allegata, vbi de materia sortiendi forum ratione contractus vel quasi.

ARgentum. commo. lex est à multis cupita.l. aquã. quemadmo. serui. amit. hic applicare bonum esset,vt vinum (de quo supra) lymphatum bibatur. Nam turbare ferunt fortia vina caput.

PApinianus.de inoffi.testa. multa complectẽs singularia. & est difficilis,præsertim.in.§.quarta.

PRoponebatur. de iudic.cui annectas si libeat.l. præcipiunt. de ædilitio edic.

VIdeamus.de in litem iuran.de loca.de vsu.Vir.ad Vellei.istic applicare : non erit in vanum (credo) laborare.&.l. vindicantem. de euictio. quæ tangit regulam notabilem teste Bar. Quem de euictione tenet actio : eundem agentem repellit exceptio. cum si.

IVstissime.de ædil.edict.vbi notatur hominem esse preciosissimam & dignissimam creaturarum.

SI mulier.ij.§.ex asse.de iure do.Iste.§.non est alibi,secundum Barto.in.l.sancimus.in princ.C.ad Trebellianum.

Explicit quarũdam legũ & difficilium & singulariũ cõgeries:quas nouaserie in vnum cogendas duximus : vt nouo easipsas studio non sine voluptate & admiratione legant & teneant (si illis corde sedeat) huius ciuilis censuræ studiosi. Si quid autem lectione dignum conspexerint: collectorem suis adiungant precibus.

Implacata suos cum Parca resoluerit artus:
Spiritus ætherei transuolet alta poli.

TITVLI DIGESTI VETERIS SERIE ALPHABETICA disposiți: quò facilius hac in arte tyrunculi eos inuenire possint.

A

ACtionibus empti & venditi. 1802
Adoptionibus & emancipationibus. 100
Ad exhibendum. 1176
Ad legem Aquiliam. 1055
Ad legem Rhodiam de iactu. 1459
Ad senatusconsultum Macedonianũ. 1493
Ad senatusconsultum Velleianum. 1574
Aestimatoria actione. 1884
Aedilitio edicto. 1958
Aleatoribus. 1213
Alienatiõe iudicij mutãdi causa facta. 616

C

CAlumniatoribus. 466
Capite minutis. 584
Certi condictione. 1233
Communia prædiorum, tam vrbanorum quàm rusticorum. 1014
Commodati,vel contra. 1406
Cõmuni diuidundo. 1159
Compensationibus. 1596
Cõdictiõe causa data,causa nõ secuta. 1306
Condictione ob turpẽ causam. 1322
Condictione indebiti. 1326
Condictione sine causa. 1368
Condictione furtiua. 1371
Condictione ex lege. 1379
Condictione triticiaria. 1380
Constitutionibus principum. 84
Constituta pecunia. 1393
Cõtrahenda emptione & venditiõe. 1724

D

DEpositi,vel contra. 1602
Dilationibus. 235
Diuortiis & repudiis. 2218
Distractione pignorum. 1944
Dolo malo. 503
Donationibus inter virum & vxorẽ. 2178

E

EDendo. 241
Eo per quem factum erit quò minus quis iudicio sistat. 218
Eo quod certo loco dari oportet. 1383
Eo quod metus causa gestum erit. 477
Euictionibus. 1997
Exceptione rei venditæ & traditæ. 2037
Exercitoria actione. 1449
Ex quibus causis maiores.25.annis in integrum restituantur. 590

F

FAmiliæ erciscundæ. 1124
Feriis & dilationibus, & diuersis temporibus earum. 235
Fide instrumentorum. 2083
Fideicommissaria hæreditatis petitiõe. 818
Finium regundorum. 1119
Fugitiuis. 1211
Fundo dotali. 2173

H

HAereditate vel actione vendita. 1771
His qui deiecerit vel effuderit. 1092
His qui notantur infamia. 338
His,qui sunt sui vel alieni iuris. 95

I

IN diem addictione. 1759
In integrum restitutionibus. 472
In ius vocando. 183
In litem iurando. 1300
Inofficioso testamento. 715
Interrogatoriis actionibus. 1191
In ius vocati vt eant, aut satis vel cautum dent. 197
In quibus causis pignus vel hypotheca tacitè contrahatur. 1924
In rem verso. 1554
Institoria actione. 1468
Iudiciis, & vbi quis agere vel conueniri debeat. 672
Iudicio finium regundorum. 1119
Iureiurando. 1272
Iuris & facti ignorantia. 2095
Iurisdictione omnium iudicium. 163
Iure dotium. 2125
Iustitia & iure. 53

L

LEge commissoria. 1768
Lege Rhodia,de iactu. 1459
Legibus senatusquecon. & longa consuetudine. 72
Locati & conducti. 1845

M

MAndati,vel contra. 1628
Minoribus.25.annis. 530
Mortuo inferendo,& sepulchro ædificando. 1232

N

NAutæ,caupones,stabularij,vt recepta restituant. 661
Nautico fœnore. 2066
Negotiis gest. 411
Ne quis eum qui in ius vocatus est,vi eximat. 198
Noxalibus actionibus. 1098

O

OFficio adsessorum. 157
Officio consulis. 124
Officio eius cui mãdata est iurisdictio. 153
Officio iuridici. 152
Officio præfecti augustalis. 141
Officio præfecti prætorio. 125
Officio præfecti vrbi. 126
Officio prætorum. 130
Officio præfecti vigilum. 131
Officio proconsulis & legati. 134
Officio præsidis. 142
Officio procuratoris Cæsaris. 151
Officio quæstoris. 128
Operis seruorum. 948
Origine iuris, & omnium magistratuum, & successione prudentium. 62

P

PActis. 254
Pactis dotalibus. 2161
Peculio. 1505
Periculo & commodo rei venditæ. 1789
Petitione hæreditatis. 747
Pignoribus & hypothecis. 1903
Pigneratitia actione. 1422
Possessoria hæreditatis petitione. 818
Postulando. 328
Publiciana in rem actione. 866
Præscriptis verbis. 1887
Probationibus. 2069
Procuratoribus & defensoribus. 356
Pro socio. 1684

Q

QVãdo diesvsusfructꝰ legati cedat. 927
Quando de peculio actio ãnalis est. 1551
Quæ res pignori obligari nõ possunt. 1926
Quemadmodũ seruitutes amittãtur. 1040
Qui potiores in pignore habeantur. 1929
Qui satisdare cogantur &c. 201
Quibus modis pignus vel hypothe. 1949
Quibus ex causis maiores.25.an. 590

Quibus mo-

BIU Cujas

Digesti veteris.

Quibus modis vsusfructus vel vsus amittatur. 928
Quibus rebus ad eundē iudicē eatur. 1204
Quod cum eo qui in aliena potestate &c. 1489
Quod cuiuscumque vniuersitatis nomine, vel contra eam agatur. 404
Quod iussu. 1571
Quod quisque iuris in alium statuerit, ipse eodem iure vtatur. 176

R

Rebus creditis. 1233
Receptis arbitris: & qui arbitrium recipiunt, vt sententiam dicant. 624
Rei vindicatione. 820
Religiosis, & sumptibus funerum. 1218
Rerum diuisione, & qualitate. 114
Rerum permutatione. 1886
Rescindenda venditione. 1784
Restitutione in integrum. 472
Ritu nuptiarum. 2106

S

Senatoribus. 119
Senatusconsul. Macedoni. 1493
Seruis exportandis. 1798
Seruitutibus. 969
Seruitutibus vrbanorum prædiorum. 977
Seruitutibus prædiorum rusticorum. 996
Seruo corrupto. 1205
Seruis fugitiuis. 1211
Si ager vectigalis id est emphyteuticarius petatur. 879
Si seruitus vindicetur &c. 1025
Si vsusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur. 944
Si certum petetur. 1233
Si ex noxali causa agatur, quemadmodum caueatur. 214
Si mensor falsum modum dixerit. 1215
Si pars hæreditatis petatur. 808
Si quadrupes pauperié fecisse dicatur. 1051
Si quis in ius vocatus non ierit. 194
Si quis ius dicenti non obtemperauerit. 182
Si quis cautionibus iudicio sistendi causa factis non obtemperauerit. 221
Sponsalibus. 2103
Statu hominum. 86

T

Testibus. 2084
Transactionibus. 312
Tributoria actione. 1479

V

Vsufructu, & quemadmodum quis vtatur fruatur. 880
Vsufructu accrescendo. 920
Vsufructu earum rerum quæ vsu consumūtur. 940
Vsu & habitatione. 949
Vsufructuarius quemadmodum caueat. 958
Vsuris. 2039

FINIS.

LEGES OMNES DIGESTI VETERIS HIC ORDINE ALPHABETICO ponuntur: vt si quando ineptus aut mendosus sit titulus, legem quam quæris promptam habeas.

A

Ab ea parte.de proba. 2071
Ab emptione.de pac. 309
Abesse reipub. causa. ex qui. cau.ma. 610
Ab hostibus autē.ex qui.cau. ma. 594
Absens reus.de procur. 400
Actio de æstimato.de æsti.act. 1884
Actio neg.gest.de nego.gest. 464
Actioni redhibitoriæ.de ædil.edic. 1992
Actione depositi.depo.vel contra. 1621
Actione distrahitur.pro socio. 1713
Actiones de seruitutibus.si ser.vin. 1025
Actoris procurator.de procura. 367
Ad certam partem.de seruitu. 971
Adeo morte socij.pro socio. 1706
Adeò quidem.de iurisdi.om. iudi. 169
Ad eos qui.commo.vel contra. 1420
Ad exhibendum.ad exhiben. 1190
Ad fidem rei.de testi. 2091
Adhuc interesse. de vsuf.& quemad. 897. A.§. Iulianus
Adiri etiam. de offi. præfec.vr. 128
A diuo Pio.de ri.nup. 2120
Ad legatum.de procura. 397
Admonendi sumus.de iureiur. 1293
Adoptio enim.de adop. 105
Adoptio non iure.de adop. 112
Adoptiones.de adop. 113
Adoptare.de offi.iuri. 152
Adoptare quis.de adop. 112
Adoptiuus filius.de ri.nup. 2109
Adoptiuum patrem.de in ius vo. 186
Adoptiuum quoque.de iure do. 2127. B. nunc est.§. Iulianus libro
Ad peremptorium.de iudi. 708
Ad personas.de iureiur. 1283
Adquirent.de pac. 278
Adrogato patrefamilias.de adopt. 112
Ad rem mobilem.de procu. 395
Ad res donatas.de ædil.edic. 1994
Aduersus mensorem.si men.fal.mo.di. 1215
Aduersus sententiam.de recep.arb. 645
Aduersus testamentum. de inoffic. testa. 745
Aede sacra de contra.emp. 1755
Aedificia.com.præ. 1014
Aedificia.de ser.vrb.præ. 981
Aediles aiunt.de ædi.edict. 1983
Aediles.de ædil.edicto. 1973
Aedium autem.de peculio. 1529
Aemilius Larianus.de mino.25.an. 575
Aequissimum.de vsufructu. 889. C.§. sed si.in verbo æquissimum
Aequissimum de eo per quem fact. erit. 218
Aequum prætori.de instito.act. 1468
Agaso.si quadru.pau.fe.di. 1054
Agri ciuitatum.si ager vecti. 879
Agri vsufructu.de vsufru. & quemadmo. 894
Αἱ μεταγενέστεραι de constitu.prin. 86
Ait lex.ad legem Aquiliam. 1066
Ait prætor.de neg.gest. 413
Ait prætor.de eo quod me.cau. 477
Ait prætor.de mino.25.an. 539
Ait prætor qui.ex qui. cau.ma. 601
Ait prætor.nau.cau.sta. 661
Ait prætor.de Publi.in rem ac. 866
Ait prætor.de seruo cor. 1205
Ait prætor.1.de iureiur. 1272
Ait prætor.2.de iureiur. 1275
Ait prætor.commo.vel contra. 1406
Ait prætor.quod cum eo qui. 1489
Aliàs autem.de iureiur. 1284
Alias si ex stipulatu.de in lit.iur. 1305
Aliena res.de pig.ac. 1432
Alienatio cum fit.de contrah.empt. 1751
Alienationes enim.familiæ erciscun. 1130
Alio loco.de eo quod cer.lo. 1383
Alioquin quid dicemus.de cōtrahen.emp. 1729
Aliquando etiam.de tribu. 1487
Aliquando licet.ad senatusconsul.Velleia. 1583
Aliquādo mandare.de offi.proconsul. 136
Aliter atque.de contrahen.empt. 1729
Aliud est si pater.de pac.dota. 2166
Alius dumtaxat.de tribu.act. 1488
Altius ædes.si ser.vin. 1036
Amissæ nauis.de lege Rho. 1464
Amissione.de capi.mi. 586
Ancillarum etiam.de peti.hære. 789
Animi potius.de ædil.edict. 1995
Annus autem.de calūn. 470
Ante litem.de procura. 361
Ante omnia.de proba. 2077
Antiqui libero.si pars hære.pe. 812
An vnus ex sociis.si seruitus vindi. 1035
An vsusfructus.de vsufru. & quemadmo. 913
A principe.de postulan. 337
Apud filiumfamil. de offic.præto. 130
Apud Labeonem.de præscrip.ver. 1899
Apud vetustiores.de offic.præfect.vig. 131
Aquam quæ.quemadmo.ser.amitt. 1047
Aquiliana stipulatio.de transa. 314
A quo.de rei vindi. 856
Arbiter ex compromisso.de recep.arb. 660
Arbiter ad ferendam.de recep.ar. 659
Arbiter diuidendæ.de distrac.pign. 1947
Arbiter ita.de recep.arb. 653
Arbiter iudicij.de recep.arb. 632. A.nunc est.§. l.& si qua.
Arbiter intra.de recep.arb. 657
Arbiter kalendis.de recep.arb. 657
Arbitri diuidundæ.de distrac.pign. 1948
Arbitro.qui satisda.cog. 208
Arbitro quoque.fami.erciscun. 1159
Arbitrum familiæ.fami.erciscun. 1150
Arbitraria actio.de eo quod cer.loco. 1384
Arbitrio iudicis.de dolo malo. 519
Arbor quæ in confinio.communi diui. 1171
Arbores vi.de vsufru. & quemadmodū. 915
Arboribus euulsis.de vsufruct.& quemadmo. 885
Arboribus quoq;.de contrahen.emp. 1748
Arethusa.de sta.ho. 91
Argentarius.de eden. 252
Argentarium.de iudi. 698
Argentum commodatum.commo.vel contra. 1420
Aristo ait. de rerum diui. 119
Aristo ait.de re.permu. 1887
Aristo Neratio.quæ res pig.ob.non possi. 1928
Aristo respondit.de ri.nup. 2114
Arrogato patrefam.de adop. 112
At cum hæres.de peculio. 1536
Athletas autem.de his qui no.infa. 342
At qui natura de nego.gest. 438
At si quis impediat.de relig.& sum.fu. 1223 nunc incipit Et si
Atilicinus.de pact.do. 2166
At vbi vi.de peti.hære. 780
A tutore.de rei vin. 860
Aut adfinitate.de procura. 362
Aut alium.de alie.iudi.mu.cau.fa. 617
Aut in id dabitur.de eo quod metus causa. 497
Aut longa peregrinatio.de procur. 362
Aut religionis.de procura. 362
Aut si ante.de rei vin. 844
Aut si mutua.de eo quod cer.lo. 1388
Aut si valetudinem.de procurato. 360
Auunculo nuptura.de condi.sine cau. 1370
Auus neptis.de pact. 294
Auus neptis nomine.de iure dotium. 2159
Auus pactus est. de pact.dota. 2164
Auxilium de mino.25.an. 573
Ἀξίωσις de leg.Rho. 1465

Barbarius.

BIU Cujas

Index legum

B

BArbarius.de offi.præto. 130
Bębius Marcellus.de pac.dota. 2170
Bene eſt.de re.cre.1233.aliàs. E re.
Beneficium imperatoris.de cõſti.princi. 86
Benignius.de legi.ſenatuſqueconſ. 77
Bina mancipia.communi diui. 1176
Binas ędes.de ſerui.vrb.præd.980.nunc incipit, Gaurus.
Binas quis ædes.de ſerui.vrb.præd. 994
Bona fides.depo.vel contra. 1625
Bona fides.de act.emp. 1842
Bona fide.ad ſenatuſconſul.Vellei. 1591
Bona fide.de noxa.act. 1103
Bonitatis æſtimationem.de euictio. 2002
Boué qui cornu petit.de ędilitio edict.1986
Breuiter. de offi.præfect.præto. 125

C

CAecus iudicandi.de iudi. 677
Cæteræ itaque res.fami.erci. 1127
Cæterarum quoque.de vſu & habita. 951
Cæterum cum.de rei vin. 844
Cæterum ſine.de vſu & ha. 950
Caius Seius.de pig.act. 1444
Caius Seius.de vſur. 2046
Capitis minutio.de capi.mi. 584
Capitis deminutionis.de capi.minu. 589
Caro & corium.qui.mo.vſusfruc.amit. 939
Caſsius Longinus.de ſena. 120
Caueri.communia prædi.tam vrb. 1015
Celſus ait.de recep.arbi. 640
Celſus ſcribit.ad exhiben. 1181
Celſus ſcribit.de relig.& ſump.fu. 1227
Celſus filius.de reſcin.ven. 1784
Cenſus & monumenta.de proba. 2072
Centum Capuæ.de eo quod cer.lo. 1390
Certum eſt.de re.cre. 1241
Certi condictio.de re.cre. 1243
Certo generi.de ſerui.ru.præ. 1001
Circa eum.de proba. 2074
Circa inofficioſi.de inoffi.teſta. 741
Ciuitas mutui.de re.cre. 1258
Ciuitates.quod cuiuſcunque vni. 410
Claudius ſelix.qui po.in pig. 1940
Clauibus traditis.de contrahen.emp. 1755
Cognitio de ſuſpectis.de offic.eius cui manda.eſt iuriſdi. 156
Coiri ſocietatem.pro ſocio. 1485
Colonus.loca.& condu. 1883
Commemorationé.de probationibus.2083
Deficere qui dicuntur. 586. B. §. qui defic.
Deflorans virginem non tenetur de adul. per eam postea perpetratis. 1268. D. l. Neratius. in argu.
Deformitatis æstimatio nulla fit. 1098. A. in prin. l. fi. in fi. de his qui deie. &. 1054. C. l. ex hac. si qua. pau. fe. di.

BIU Cujas

Index materiarum.

Defunctus potuit quod non potest hæres. 1498.D.& econtra. 2167.D
Defuncti dolus an noceat successori. 1954. B C.glo.potior.l.sicut.
Defuncti vitiorum hæres est successor.glo. 1.l.etiam.de peti.hære.
Defuncti iure vtitur hæres. 2052.B.glo.4. §.fin.l.cum quidam.de vsu.
sæpe credimus aliquid Defunctum voluisse, non tamen rogasse. 2184.D.§. sæpe.l.si sponsus.de do.inter virum & vxorem.
Defunctorum actus an possint suspendi. 1024.B.l.receptum.in fi.cō.præ.
Defunctorum volū.strictè interpretari nō debent. 953.C.§.sed si.l.plenum. de vsu & habi.
Degradat episcopus clericum. 340.D
Deiectum dicitur, quod suspensum decidit vel effunditur, vel dum suspēditur. 1093. B.in tex.
Deiiciens nocte è domo, non punitur: die sic.1097.C.§.Labeo.
Delegare creditorem.2126.D.§.si filiusfa.
Delegare iurisdictionem,& mandare, differunt. 155.C
Delegare potest iudex qui iurisdictionē suo nomine,nō alieno habet. 166.A.l.more.
Delegari non possunt causæ meri & mixti imperij,nisi iudex absit,aliæ sic. 153.A.l. r.in sum.
Delegari non possunt, quæ plenam causæ cognitionem,& decreti interpositionem requirunt.139.A.in sum.tex.
Delegari possunt, quæ semiplenam causæ cognitionē requirunt.157.A.§. vt posses.
Delegans soluit.1580.A.§.interdum.l.quāuis.ad Velleianum.
Delegantis morte extinguitur delegatio. 167.A.l.& quia.de iurisd.om.iudi.
Delegatio pro iusta prestatione est.1547.B. l. quod debetur.de pecul.
Delegatio vicem solutionis habet. 1547.B. glo.fi.l.quod debetur.de pecu.
Delegatione non quæritur hereditas.2148. B.gloss.debet.l.si mulier.
Delegatus ab inferiori, quādoque subdelegat.679.C.in margi.
Delegatus, an & quando potest delegare. 157.C
Delegatus,licet aliàs sit ordinarius,vice tamen fungitur delegantis in causa delega ta.156.B.l.& si.
Delegatus vice mandantis fungitur, non sua.173.A.in tex.l.solet.de iur.om.iudi.
Delegatam iurisdictionem qui dare possunt. 167.B
Delens testamentum, vel aliud instrumētū, qualiter tenetur.1084.B.& sequen.
ad Deliberandum datur tēpus interrogato. 1193.C.in fi.l.qui interrogat.de iter.act.
Deliberatè quæ fiunt, magnum sortiuntur effectum.351.A. glo. sint elocuta.§. quātum.l.quid ergo.de his qui no.infa.
Delicatus debitor non est audiendus.1438. C.§.igitur.l.si seruos.in fine. de pignera. actio.
per Delictum suum,quis beneficium amittit. 574.C
Delictum familiæ exercitoris esse fingitur, quia familia mala vtitur.664. C.glo.2.l. 3.nau.cau.sta.
Delictum frequens auget pœnam. 96.C. glo.2.l.2.de his qui sunt sui vel alie.iur.
Delictum humana fragilitas non excusat. 144.C.§.sicubi.cum glo.l.illicitas.de offi.præsi.
Delictum maius est liberum corrumpere, quàm seruum.1207.C.l.doli.de ser.cor.
Delictum nil habet commune cum venia ætatis.559.B.§.quid enim.
Delictum non debet esse impunitum. 1203. A.§.at is.l.qui seruum. de inter.acti.
Delictum parentum nō est immediata causa corporalis pœnæ filiorum. 88.D
Delictum quādoque, id est, stultitia. 1991. D.glo.delictum.l.cum mancipium.de ædil.edic.
Delicti ad delictum fit compensatio. 220. D.glo.1.§. penul.l.fina. de eo per quem fac.erit.
Delicti auctor tenetur.1208.B.gl.1.l.ī hoc. de ser.cor.
Delicti causa durior est, quàm contractus. 1417.C.gloss.fin.l.ita vt.commo.
Delicti ratione,extraneus dicitur suus, quo ad iurisdictionem. 142.D.glo.pe.l.3. de offi.præsi.
iustius est eum teneri qui princeps fuit Delicti, quàm qui res recepit. 1200.D.l.in hoc.de ser.cor.
propter Delictū priuatur quis iure suo. 60. B.glo.1.in fin.l.iustitia.de iusti.& iur.
ob Delictum priuatur quis honore,sed non releuatur onere. 333. C.gloss.certis.§. ait prætor.l.1.de postu.
Delicto impositæ pœnæ sponte consentire videtur delinquens. 332.A. in margine. in verbo,delinquens.
pœnam quam quis ex Delicto suo prestitit recuperare nō debet.391.B.§.item.l. qui proprio.de procura.
ex delicto suo Damnum pati quis debet. 1106.B.l.si ex duobus.de noxa.
in pari Delicto potior est qui possidet.1370. C.l.auunculo,de condic. sine cau.
non debet quis ex Delicto pœnam & præmium mereri.594.B.gl.2.l. itē ei. ex qui. cau.ma.
in simili Delicto actoris & rei, deterior est conditio actoris. 198.C.l.nam cum. ne quis eum qui in ius vocat.&c.
Delicto ex vno,tota familia dominus carere non debet.1080.A.l.illud.
pro Delicto quādoque venia datur.560.D. glo.cum venia.l. Papi.de mi.
Delicta non debent remanere impunita. 1088.D. in margine.l. ita vulneratus. ad legem Aquiliam.
Delicta paria mutua compensatione tollūtur.198.D.glo.1.l.nam cum.ne quis eum qui in ius vo.est.
Delicta plura diuersis temporibus si facta sint,de quolibet est pœna imponenda:secus si in eodem tempore.1080.B.§.si idē. l.illud.ad legem Aquiliam.
Delicta sunt multiplicia. 75.D.glo.3.l.neque.de legibus.
Delictorum communio turpis. 1703.D.l. quod autem.
minoribus in Delictis nō subuenitur. 546. B.§.nunc.
in Delictis prætor non succurrit. 573.B.l. auxilium.de mi.
licet in Delictis præsumatur dolus, tamen fallit in minore & fœmina.250.C.i margine.glo.2.l.vbi.de eden.
nemo Delictis exuitur, quamuis capite sit minutus.585.B.§.nemo.l.2.de capi.mi.
Delinquere.) Puniri nō debet quis,in quo nō deliquit.1714.A.glo. quia.§.dignius. l.actione.pro socio.
pactum contra ius, & inducens ad Delinquendum,non valet.2162.C.l. conueniri.in summa.de pact.do.
Delinquendi siue peccandi occasio tollenda. 1383.C.glo.fi.l.1. de eo quod cer.loco.&.662.A.glo.daretur.l.1.§.1.nau.cau. stabu.
Delinquendi, & contrahendi diuersa causa.1449.C.§.magistrum.
Delinquens videtur consentire pœnæ prō eo delicto impositæ.332.A.glo.2.§.denique.in mar.l.1.de postu.
Delinquentis persona exhibenda est,vt cognoscatur. 214. D.in margi.l.1.si ex noxa.cau.
Delinquentium conditio melior fieri non debet.2178.D.& seq.§. ergo.l.hæc ratio. de do.inter vir.& vxorem.
aliud est auctorem esse Delinquenti, aliud delinquere pati.1099.C.l.in omnibus.
Dementia quandoque fingitur ob crimina. 147.C
Dementiæ color parentibus adscribitur, dū querela inofficiosi proponitur. 715.C.l. sciendum.de inoffi.testa.
Deminutum refertur ad actum ciuilem: vt in vsuca.777.B C.l.deperditum.
Demonstratio falsa non præiudicat veritati.89.C.glo.in.l.imperator. de statu homi.
Demonstratio falsa non vitiat iudicium. 714.C.l.si in iudicis.de iudi.
Demonstratio nominis vice fungitur. 826. C.827.A.l.si in rem.versi. sed si.in gloss. de rei vin.&.1244.A.in principio tex.l. certi.si cer.pe.
Demonstratione fundi ven.facta,fines nominare opus non est.1749. D.§. demōstratione.
Demonstratione vtimur,cum nomen ignoramus. 826.C.827.A.§.sed si.l.si in rem. de rei vindica.
Deni dicuntur decem, vt ait Accur.sed male. 50.C
Denuntiare quis tenetur. 1851.D
Denuntiare testimonium.2090.A.&.2093. B.l.inuiti.
Denuntiare.) Non valet iuramētum, cum iurat quis se non denuntiaturum maleficium. 287.C.in addi.gloss.2.§.illud.l.si vnus.de pactis.
Denuntiatio, id est,summatio.sic capitur in verb.denuntiatio non debet.
Denuntiatio facit quem esse in dolo.251.D
Denuntiatio illius qui deputatus est ad nuntiandum maleficia, in dubio non præsumitur calumniosa. 343.C. in mar.
Denuntiatio non debet fieri vēditori, qui simul cum emptore conuentus est.2024. C.in margine.
Denuntiationis forma. 1910.D. in addit. glo.solutorum.
Deo præfertur filius in bonis paternis.722. A gloss.fæpissime.§.Papini.l.Papinianus de inoffi.testa.
Depactus dicitur,qui turpiter pactus est. 468.B.§.si igitur.
Dependere, id est expendere: consumere. 1776.C.§.& si.
Deperditum,refertur ad actum naturalem: deminutum,ad ciuilem. 777.B.l. deperditum.
Deplorata persona minus fidei habere præsumitur,quàm diues. 247.B.§.cogentur.
Deportato potest iudex reseruare aliquam partem bonorum suorum.614.C.in margine.
Depositarius quādoque de casu fortuito tenetur. 1620.B
Depositarius de solo dolo tenetur. 1620.C
Depositæ & commodatæ res non veniunt in iudicium fami. erciscun. 1151.D.glo. communes.
Depositione,vt solutione, liberatur quis. 1675.C
Depositum accipiens,beneficium dat.1622. B.§.sed contra.l.Lucius.depo.
Depositum,& commēdatum,idem.1621.C. l.Lucius.&.1623.A B.in margine.

Depo-

BIU Cujas

Depositum est, cum nulla merces pro custodia datur.1605.D.§.si vestimenta.
Depositi actio & mandati quãdo concurrunt. 1607.A
Deprecatio,id est,venia parcendi. 574.A precibus actionem famosam Deprecari, & pacto,differunt:quia hoc infamiam irrogat,illud non.345.B.§.pactus.
Deprecatio,est libellus supplicatorius, id est requesta.1466.A B.l.deprecatio.
Depretiari, id est deprisare. 1066.C. in textu.
Deprehendi.)Quod alterius apud alterum sine causa deprehenditur,reuocari solet. 1366. B C.l. hæc condictio. de condic. inde.
Derelicta negotia gerens solum de dolo tenetur.414.C.§.interdum.
Deridenda publicè loquens fatuus præsumitur.1961.C.in marg.l.4.de ædil.edict.
Derogare iuri non oportet prætoris factũ. 236.A B.§.sed excip.l.1. de feriis. &.335. C.in.l.1.versi.si vero.de fer.
Deserta promissio dicitur,quando non seruatur promissum. 225.D
Desertio appellationis non facit perdere possessionem.213.D.in margine.
Deserere promissum officiũ an liceat.1654. C.§.qui mandatum.l.si quis.mandati.
Designare,id est,ostendere. 1178.D
Designare tenetur quis quod petit, in qualibet actione reali & personali. 518.D
Designatores qui.342.B.§.designatores.
Desinit pertinere,quod non cœpit.960.B. l.omnes.in princi.ibi, desinere. vsufruc. quemad.ca.
Desistere quid. 678.B
Destitisse dicitur, non qui distulit, sed qui liti renuntiauit.560.B.&.678.B.l. destitisse.
Despoliare, id est, spoliare.2198.D.§. Proculus.
Destinare,id est,proponere. 2222.D.
Destruere alienum potest quis, ne destruatur suũ.1087.C.§. quod dicitur.l.si quis. ad legem Aquil.
Desuetudine tollitur lex.82.B. in fine tex.
Desultor quis.1899.D.l.apud.& in margine.&.1900.B.§.puto.
Desultoria leuitas.1900.A.in margine.
Deterior si redditur res, non dicitur reddita.1407.B.l.3.§.1.Com.
Deteriorem causam facit proprietarius, etiam in meliorem statum re mutata. 958. B.l.fin.de vsu & habi.
Deterius mea opera quod factum est, reficere debeo.917.D.cum.l.de vsufru.
Deterius non dicitur fieri ius actoris, licet fecerit expensas:& de illis agi separatim potest. 229.B
Detrimentum.)Aequum est commune detrimentum communibus impensis resarciri. 1460. A.l.2.de.l. Rhodia.§. Aequissimum.
Detrimenti non lucri fit præstatio, quando amissa re fit contributio.1461.D.§.portio.l.2.de.l.Rho.
Detrimento alterius non debet quis fieri locupletior. 1330.C.l.nam hoc.de condic.inde.
Δεύτερον,id est, secundum. 250.A.§. hæc vxor.
Diaboli seruitores qui plura faciunt, quàm eis sit mandatum.notatur in argu. 1630. B C.l.diligenter.in princ.&. 1665. B.l. potest.
Diæta. 2218.A B.§.virgini.
Diætarij qui. 662.C
Διανοία,ας,id est conceptus,seu agitatio mẽtis,seu sententia.80.B.l.fraus.
Diarij verbo quid continetur. 320.A
Diatretus calix.id est,tornatilis.1074.D.§. si calicem.& in margi.
Dicam impingere.532.C.in margine.
Dicere secundum aliquem, est ei quod petit adiudicare: vt, iudex dixit secundum me.67.C.§.Et cum.
Dicere non potest quis quod mente non agitarit.636.D.gloss.1.l.quia.de arbi.
Dicit gratia.1408.C.in textu.
Dictare actionem,est eam intentare. 532. B.in margine.
Dictare iudicium,est actionem intendere. Ibidem.
Dictatores.66.D.§.populo.
Dicta lege,id est,pacto conuento. 1882.C. §.lege.l.cum in plures.
Dictum in vno ca.legis, non censetur repetitum in alio quotiens non est eadem ratio.347.B.in margine.l. in actionibus. de his qui no.infa.
Dictum prius,intelligitur tacite repetitum. 692.C.glo.2.in fine.l.si iudex.de iudi.
Dictum,& promissum,differunt. 1969.A.l. sciendum.
Dictum, pactum, & stipulatio, differunt. 1969.A B.glo.pollicitationem.
Dictum præcedens, ad tempus retroactum quãdoque trahitur.1970.D.glo quæ.l. si vero.
Dictum quod est,minus quàm quod actum spectandum.1726.C.l.sed Celsus.§.1. de contrahenda emptione.
Dicturum,id est,dicendum.1895.A.glo.dicturum.l.si tibi.
Dies diuersimode incipit apud diuersas gẽtes. 239.A
Dies & consul,id est,data.243.B. in textu.
Dies & consul in quibusdam adhibetur, & quibusdam non.ibidem.§.editiones.
Dies expectatur (licet conditio euenerit) vbi dies est,& conditio.231.B.§.homo.
Dies ille nõ debet numerari,quo quis promisit sistere iudicio: nec etiam ille, quo sistere iudicio:nec etiam ille, quo sistere debet.221.A B.l.vicena.
Dies naturalis,& artificialis,differũt. 239.A
Dies positus in prin.libri, vel instrumenti, refertur ad sequẽtia quæ non habent diẽ. 248.C.§.si initium.
Diei vltimi aliqua hora quædam complentur.in verbo,vltimi diei.
Die quædam fieri debent,non nocte.239.C
Differre,& tollere contraria sunt. 655.C
Differri non debent lites,sed tolli. 655.B.l. quamuis.de arbi.
Difficile quãdoque,id est,impossibile. 271. D.&.785.A.&. 1689.B.glo. difficile. & 2057.D.glo.difficilis.
Difficilis ratione discretionis fit, quod aliàs non fieret.917.C.glo.pe.l.vsufructuariũ. de vsu & habitatione.
Diffisum ne,an diffusum,legendum sit. 223. A B.§.si quis.in margi.
Digitus aquæ, id est fistula digitaria. 1012. C.l.Λούκιος.aliàs,Lucius.
Digito monstrari quem,perinde est ac proprio nomine vocari.1241.B.l. certum. si cer.peta.
Digito demonstretur res,an proprio nomine vocetur,non refert.Ibidem.§.nam &. l.certum.si cer.pet.
Dignitas,id est,officium. 953.A
Dignitas quãdoque sumitur pro statu. 892. A.in margine.
Dignitas contemnitur ex conuersatione æquali.149.C.l.obseruan.de offi. præsi.
Dignitas filij magis prodest,quàm obsit casus patris.123.A B.l.filiam.de sena.
Dignitas liberat à patria potestate. 101.D
Dignitas maior est in sexu virili. 129.A.l.1. de senato.
Dignitas non tollit originem domicilij. 123.C.l.penul.in sum.de sena.
Dignitas non minuitur adoptione. 111.C. &.D.in glo.l.per adoptio.de adop.
Dignitas non mutat domicilium. 123.C.l. senatores.de senato.
Dignitas nõ transit de inferiori ad superiorem.119.B.in sum.Bart.in.l.1.de senato.
Dignitas personæ non attenditur vbi agitur de vili officio.333.B.in margine.gloss. certis.§.ait prætor.l.1.de postu.
Dignitas seruanda est quoad mundum, sed quoad deum omnes sunt pares. 328.C
Dignitas testis fidem auget. 2087.B. gloss. dignitas.l.3.de testi.
Dignitatis suæ rationem habere debet iudex.149.C.l.obseruandum.de off.præ.
sub nomine Dignitatis aliquid committi, aliud est quàm sub proprio nomine.167.D
Dignitati mores præferendi.2085.C.glo.2. l.2.de testi.
Dignitati præualet numerus personarum cum agitur de commodo bursæ, & secus si de fide,de probatione veritatis.271.A. in margine.l.& suum.in fin.de pact.
Dignitatem mariti per priuilegium retinere potest vidua consularis, nubens plebeio.123.C.l.nuptæ.
furor superueniens non mutat Dignitatem seu dominium.902.C.l.qui furere.
Dignitate paterna an fruatur filius ante eius dignitatem conceptus. 121.A
aliquanto largius cum vsuario agendũ est, pro Dignitate. 953.B
Dignitate pendente quæ fiunt valent.1397. C.gloss.2.l.hactenus.de consti.pecu.
Dignitatum ordo quadruplex. 120.D
Dignosci liberum à seruo,haud facile est. 1726.A.l.quia.de contrahẽda emptione.
Dilatio aliter in criminali,aliter in ci. causa datur.240. B.l.finali.de fer.
Dilatio an vna,vel plures sit danda.ibidem. per tot.gloss.
Dilatio data super principali, censetur cõcessa super accessorio. 1945.B. in mar.l. 4.de distrac.pi.
Dilatio danda est ad soluendum.686.A.l.si debitori.de iudi.
Dilatio non datur ægro, si potuit mittere procurato.693.D.gloss.4.l.interdum. de iudi.
Dilatio post primam totiens dãda est, quotiens opus erit,causa cognita. 238.B.
Dilatio secunda instrumentorum causa dari non debet,sine causæ cognitione.238. B.l.oratione.& in margi.de fer.
Dilatio secunda non debet concedi sine causæ cognitione. 221. D. in margine.l. 1.si quis cau.
Dilationẽ ex causa dare potest iudex. 693. B.l.interdum.de iudi.
humanum est ob fortuitos casus Dilationẽ accipi.693.B.§.humanum.l.interdum.de iudi.
Dilatione pendente cessat officium iudicis, nisi dilatio reuocetur, vel mutetur. 636. C.gloss.diem.l.qualem de arbi.
Dilationes minuere potest iudex.709.B C. gloss.vel temporis.l.nonnũquã. de iudi.
Dilationes plures dantur reo, quàm actori. 240.C.gloss.1.l.finali.de fer.
in Dilationibus actor & reus sunt pares in ciuilibus. 680.C.
exceptio Dilatoria ante litis contesta. proponi debet. 359.D
Diligens esse debet quilibet in officio suo 148.B.l.diuus.de offic.præsi.&.151.B.l.1. ibi,sed diligenter.de offi.procu.Cæsa.

BIU Cujas

Index materiarum

Diligentem errare nō est verisimile. 2079. A. gloss. diligens. l. cum de. de proba.
Diligentem parum qui sibi quærit socium, de se queri debet. 1720. A. l. socius. pro soc.
Diligentem, requirit exercitoria: diligentiorem, institoria: diligentissimum, de in rem verso. 1458. C. gloss. eadem.
Diligentior debet esse melioris conditionis, quàm negligens. 1597. B C. l. in compensatione. de compensa.
fatum vitare ne Diligentissimus quidē potest. 551. A B. §. neque. l. verum. de mino.
Diligentia multiplex. 1627. A. in casu.
Diligentia excusat à culpa. 1864. D. gloss. 1. §. penultimo. l. si merces. loca.
Diligentia non ambitiosa, & curiosa insolentia, multum differunt. 2059. B C. l. si bene.
Diligentia nulla damnum vitare possumus. 1420. C. l. ad eos. comm.
Diligentiam in alienis rebus quàm in nostris exactiorem adhibere debemus. 1791. C. l. custodiā. de periculo & commo. rei ven.
Diligenter custodit qui vincit. 1212. B. §. in publicum. de ser. fugi.
Directa datur, quādo verba & sententia locum habent. 168. C
Directa, & vtilis, hodie nō differūt. 464. C
Directa est ordinarium auxilium: vtilis, extraordinarium. 387. A
Directa, est solennis: vtilis, sine solennitate. 464. C
Directa prævalet vtili. 387. A. §. si procura. in margine. l. mutus. de procura.
Directæ quādoque prævalet vtilis. 365. D. gloss. finali. l. in causæ. de procura.
Directo quid fiat, an per obliquum, nihil interest. 1557. A. gloss. prius. §. 1. l. quod si. de in rem. ver.
Directo quid negatur, quod oblique conceditur. 747. D. glo. 2. l. 3. de peti. hæreditatis.
Discedere à lite. 635. B. §. dicere.
Discepator, id est, causidicus. 633. D
Discipuli debent excusare magistrum. 636. A. §. Cassius. l. qualē. de arbi.
Discordes si sint coniuncta persona & extraneus ad aliquid simul deputati, præfertur opinio coniunctæ. 311. A B. in mar.
Discussum, id est, finitum. 2067. A. gloss. discusso.
Discutere matrimonium, id est, separare. 2178. C
Dispendium, est damnum. 1833. C. §. actiōes.
Dispensator. 1473. D
Dispensator bonorum. 543. D. in margine.
Disputandi stricta ratio improbatur. 1089. A. §. multa. l. ita. ad legem Aquiliam.
Disputationis causa dictum, non probat opinionē loquētis. 776. A B. in margine. §. ait senatus. l. item. de petitione hære.
Dissensus impedit contractum. 1252. C. in margine.
Dissentire.) Naturalis est hominum ad dissentiendum facilitas. 634. A. §. principaliter. l. item si. de arbit.
Dissimulare docent. ll. vide in verbo, Malitia.
Dissimulare iniuriam bonum est. 504. A. gloss. seruant. §. 1. l. 1. de do.
Dissimulare licet. 1558. B. glo. quo vertatur. §. penultimo. l. quod si. de in rem ver.
Dissimulatio insidiosa in dolo est. 1743. C. in fine. l. ea quæ. de contrahenda ēptione.
Dissimulatione tollitur iniuria. 285. A. §. sed si. l. si vnus. de pactis.
Dissimulatores magni sunt Bononienses. 150. B
Distinguimus aliquādo, etiam vbi lex non distinguit. 158. B. glo. 3. l. 2. de offic. assessо. &. 190. D. &. 631. D. glo. 4. l. licet. de arbi. &. 595. C. gloss. 2. §. sed quod. l. ab hostibus. ex qui. cau. ma.
Distinguere non debemus quando. l. non distinguit. 871. C. l. de pretio. de Publicia. &. 173. C. glos. à quo. §. à quo. l. ité veniūt. de petitione hæred. &. 139. A. glo. fi. §. si liber. l. 3. de condit. cau. da.
Distinguere an & quando debeamus, vbi lex non distinguit. 190. D
Distingui quādo debeat lex, & quādo non. 142. D
Distrahi quasdam res expedit, quę magis ōnerant quàm fructui sint. 774. B. §. cæterum. versi. atquin. l. item veniunt. de petitione hæreditatis.
Distributiua verificatur in quolibet particulari distributorum. 1425. C. §. si annua. in sum.
Diu dicitur decenniū. 82. A. glo. inueterata. l. de quibus. de legibus.
Diuersa res est, licet sit eadem materia, sed forma diuersa. 1184. D. in mar. §. si quis. l. Iulianus. ad exhiben.
Diuersæ si sunt sententiæ, valet quę pro reo lata est. in verbo, Reus.
Diuersitas factorum, exigit diuersitatē pœnarum. 1087. B. l. si seruus. ad. l. Aquiliam.
Diuersorium. 1924. C D
Diuertisse nō dicitur mulier, quæ breui reuersa est. 2113. A. l. plerique. de ritu. nup.
Diui fratres an fuerint Antoninus, & Seuerus. 735. C D. in margi.
Diuidere fundū regionibus. in verbo, Regionibus.
pactum ne perpetuo Diuidatur, non valet. 1170. C. §. si conueniat. in sum. l. in hoc. comm. diui.
Diuidi res si nequeat, vni ea datur & pretiū alteri. 1158. D. l. si fami. familię erciscūdę.
Diuinare potest nemo. 1070. D. l. si putator. in fine. ad legem Aquiliam.
Diuinare si quis non potuit, ei ignoscendū est. 1656. B C. §. si cū. l. si fideiussor. māda.
Diuini iuris quæ sunt. 114. B. in tex.
Diuisa quæ non sunt in vita, diuidūtur post mortem. 1145. A. l. quæ pater. familiæ erciscundæ.
Diuisio fieri debet propter contentiones. 989. C. l. in re. de serui. vrb. prędi.
Diuisionis instrumento res contrahentium dolo non contentæ, sub generali quietatione non comprehenduntur. 295. A. l. tres fratres. in sum.
Diuiti contumelios⁹ est sumptus modicus. 1225. B. l. atqui. §. iudicem. de religio.
Diuiti minus prouidetur quàm pauperi. 322. A. glo. 1. §. si in annos. l. 8. de trāsactio.
Diuitiis æquiparatur opera & industria. 1685. C. l. si societatem. pro socio.
Diuortium quid, & vnde. 2218. D. in glo. & l. diuortium.
Diuortium, & repudium, differunt. ibidem.
Diuortium, & separatio ob adul. differunt. 454. D
Diuortium culpa commissum, delictum est immodicum. 547. A. §. si mulier.
Diuortium raro permittitur. 547. B. gloss. 1. §. si mulier. l. si ex. de minori.
Diuortium quando fieri potest iure canonico. 454. D
Diuturna consuetudo, id est decem, vel viginti annorum. 83. A
Diuturnitas temporis, iuris ignorantia, & numerus, inducunt principem ad legitimationē liberorum. 2120. B. l. qui in. §. 1.
Docere quandoque, id est, probare. 200. B. &. 272. B
expensæ, quæ fiunt in Docendo, restituuntur in duobus casibus. 843. D. gl. pe. §. sed si. l. sinautem. de rei vin.
Doctor esse quis potest anno ætatis decimoseptimo. 329. A. in margine. l. 1. de postu.
Doctor non debet petere consilium à scholari. 249. B. in margine. §. prętor. l. si quis. de eden.
Doctores adulterinam doctrinam tradentes sunt puniendi. 50. C. in procę. §. hæc autem tria.
Doctores debent aliquid scire vltra ea quę dicunt scholaribus. 45. B
Doctores non debent dare pecuniam scholaribus, vt eos audiant. 471. D. in margi.
Doctores nouitij non debent incontinenti procurare sedem ordinariam. 462. C. in margine.
Doctores quales esse debeāt. 45. D. in mar.
Doctus vir cōmendari debet. 45. B. in margine. §. & antea. in procemio.
Docti viri memoria perpetua esse debet. 49. A. §. ne autem. in procemio.
Doctrinæ causa quædā fiunt, quæ alias nō. 423. C. in margi. glo. §. quid ergo. l. si pupilli. de nego. gest.
Dolia signare, id est marquare. 1790. B. §. si dolium.
Doliare vinum, aliàs doliarium. 1739. A. §. sed etsi.
Doliare vinum. 1791. A. & in margine.
Dolon est flagellum, intra cuius virgam latet pugio. 1089. C. in margine.
Dolus aduersarij si dedit causam cōtractui, quotiens pœnitere potest. 1882. B. §. mādaui.
Dolus agentis dans causam transactioni, reddit eam nullam. 1365. B. in margine.
Dolus alterius alteri nocere nō debet. 1112. D. §. si absen. l. electio. de noxa.
Dolus auctoris nō debet ei nocere qui causam lucratiuam non habet. 371. C. gloss. 1. l. si quis. de procurator.
Dolus bonus pro solertia est. 504. B. §. non fuit. l. 1. de do.
Dolus, bonus & malus est. 504. C.
Dolus commissus in perdendo, nocet: secus in non acquirendo. 1718. B. §. illud.
Dolus cuique suus nocet, non alienus. 224. C. l. 2. §. fina. si quis cautio. &. 2030. B. l. si cum. de euic.
Dolus culpam continet, sed non econtra. 767. C. glos. prædone. §. veniunt. l. & nō. de peti. hær.
Dolus cum dolo compensatur. 218. D. §. 2. glo. quamuis. l. 1. de eo per quem fac. erit. &. 220. D. &. 528. B. l. si duo. de do. ma.
Dolus defuncti an noceat successori. 1954. B C. glo. potior. l. sicut.
Dolus & fraus, differunt multipliciter. 267. B. per totam glossam.
Dolus est bonus contra hostes. 504. B. in textu. & C. in glo. §. non fuit. l. 1. de do.
Dolus est machinatio alterius decipiendi causa: cum aliud agitur, & aliud simulatur. 503. B. §. dolum. l. 1. de do.
Dolus ex conspicuis indiciis probari debet. 513. A B. glo. fi. l. et eleganter. de do. ma.
Dolus futurus ideo remitti non debet, quia inuitarentur mali ad delinquendū. 287. C. in additio. ad glo. 2. §. illud. l. si vnus. de pac.
Dolus futurus pacto remitti non potest, sed præteritus sic. 287. B. §. illud. l. si vnus. de pac. &. 1417. B. l. in cōmodato. cōmoda.
Dolus generali remissione non continetur. 428. D
Dolus malus fit calliditate & fallacia. 267. A. §. dolo.

BIU Cujas

Dolus malus multis modis committitur. ibidem.§.dolo.
Dolus potest defendi à quocũque possessore.1117.C.§.si quis.
Dolus præponderat culpæ.1992.C.glo.2.l. cum sex.de ædil.edic.
Dolus præsumitur.2021.D.glo. pe.l. si fundo.de euic.
Dolus præsumitur paruitate pretij. 319.B. in mar.§.modus.l.cum hi.de transac.
Dolus non præsumitur in minore aut fœmina. 250.C D. in marg.glo.2.l.vbi.de eden.
Dolus non purgatur casu.1105.B.l.si hæres. de noxa.
Dolus quando dat causam contractui, non potest purgari per actionem ex contractu descendentem.1615.B.in margi.
Dolus remitti potest tacite. 269.B. glo.ne depositi.§.si paciscar.l.iurisgen.de pactis.
Dolus siue initio contractus committatur, siue post,parit exceptionẽ. 268.A.§.siue.
Dolus si est in transactione, non tam paciscitur quàm decipitur.323.B.§.qui per.
Dolus si est,nullus metꝰ est.592.B.l.& qui. ex qui.cau.ma.
Dolus volenti non fit. 841.D. glo.1.l. nam si.de rei vin.
Dolus venditoris non prodest emptori. 1834.D.l.sicut.
Doli actio minori non competit, quia restitui potest. 556.C. glos. penul.§.Idem Pomponius.l.in causæ.2.de minorib.
Doli actio nõ datur,nisi pro magna & euidenti calliditate.513.A B.l. & eleganter. §.fi.de do.ma.
Doli actione non conuenitur vniuersitas. 517.C.l.sed &.de do.ma.
Doli actio quando finitur. 525.B C
Doli ad culpam non est compensatio bona.218.D.glo.quamuis.l.1.de eo per quẽ fac.erit.
Doli auctor de dolo tenetur. 1487.B.§. ipse.l.quod in.de tributo.
Doli capacitas attenditur in pupillo. 1480. D.§.sed &.l.3. de tributoria.
Doli & fraudis differentia. 1685.A
Doli exceptio est in personã ex parte proponentis. 1498.D.glo.summouebitur.l. item.
Doli exceptio & realis est, & personalis. 518.D
Doli exceptio non excludit actionẽ.504.D
Doli exceptio quadruplex. 1315.D
Doli sui præmium ferre nemo debet. 646. B.l.ita. de arbi.
Dolum allegans probare debet. 249.C D. glo.antepe.in fi.l.si quis ex.de eden.
Dolum committit,qui vocatus non venit. 545.D
Dolum non facile committit vniuersitas. 517.C.l.sed &.§.sed an.
iuratur in litem ob Dolum, non culpam. 1374.in tex.
Dolum in deposito allegans, probare debet. 665.B
Dolum fingit lex quãdoque.1666.C.glo.fi. l.dolus.manda.
Dolum licet contra hostes cõmittere. 504. C.glo.3.§.2.de do.ma.
Dolum malum facit,qui ex aliena iactura lucrum quærit.1476.D.§.nam.
Dolum malum abesse à se præstare debet venditor. 1743.C.l.ea quæ.de contrahẽ. emp.
Dolum non facit,qui suo iure vtitur.1318.B gl.dolo.l.si donaturus.de cõdic.cau.da.
Dolum qui dicit, probare debet. 2071.D. glos.l.l.patronus.de proba.
Dolum suum quẽquam releuare æquũ non est.1710.B C.§.tempus.l.verum.pro so. de Dolo suo absolutus,actione prima conueniri potest.524.C.l.cũ à te.de dolo ma.
de Dolo actio minori non competit.556.C
Dolo administratoris tenetur quis,inquãtum est locupletior.1528.B.§.si dolo.
Dolo alterius quis lucrari non debet. 219. B.l.si actoris.&.220.A.l.3.§.1. de eo per quem fac.erit.
Dolo facit, qui quod restituturus est petit. 1994.B.glos.1.l.cum in ea.de ædil. edic.
Dolo facit qui reposcenti rem non reddit. 1608.D.§.est autem.l.1.depo.
Dolo facit quis,ex eo tempore quo incipit habere iniustam causam litigandi. 1618. B.l.si quis.
Dolo inest fraus.267.D.in mar.glo.1.§.sed si.l.iurisgen.de pac.
Dolo malo iudicare quando dicitur iudex. 681.A.§.dolo.
Dolo malo verbum post duo verba positũ, refertur ad vtrumque. 1207.B.l.doli. in sum.
Dolo malo fit pactum,cum alterius circumscribendi causa aliud agitur, aliud agi simulatur. 267.A.§.dolo.l. iurisgentium. de pac.
Dolo malo initum pactum non seruatur. 266.B C.§. pactorum.l.iurisgen.de pac.
si initus est cõtractus,qui Dolum dedit, inuito altero non recedit à contractu. 265. D.glos.dolo.§. ait prætor.l. iurisgen. de pac.
Dolo possidere desinens, & dolo possidere nolens,equiparantur.783.C.§.perinde.l. sed & si.de peti.hær.
statuta pœnalia semper cẽsẽtur habere causam,si delicta Dolo sunt cõmissa.in verbo,dolus.
ex Dolo suo consequitur quis præmium. 65. A.glo.1.§.postea cum Appius.l.2.de ori.iur.
conuentio ne quis de Dolo teneatur, non valet.1605.D.§. illud.l.1.depo.
dominus tenetur de Dolo procuratoris, de eo quod ad eum peruenit. 518.A.§.ité si.
de Dolo solum tenetur deserta negotia gerens.414.B.§.interdum.
de Dolo in seruitute commisso an teneatur seruus liber factus. 508.A
quatenꝰ tenetur de Dolo pupillus.1607.D. §.an in.
Dolo venditoris non tenetur emptor.1528. B.§.emptor.
Dolosa actio non datur humili contra constitutum in dignitate.716.B.l.non debet. de do.
parui refert,an initio quis Dolosè versatus sit,an postea hoc facere cœperit. 782.B. §.de eo.l.sed & si.de peti.hære.
Dolosus est, qui se splendidè vestit vt melior videatur.513.D.in margine. glos.3.l. si quis affir.de dolo malo.
Doloso nihil dolosius. 528.B.l. si duo.cum glo.de do.ma.
Domesticus non potest esse testis.225.D.in mar.gl.fi.§.illud.l.sed & si.si quis caut.
Domestico funere impeditus non tenetur sistere in iudicio.225.B.§.illud.
Domicilium senatoris duplex.123.C.l.senatores.
Dominium,& iurisdictio, æquiparantur. 92.D.in mar.
Dominium quandoque,id est, effectus dominij. 854.D
Dominium alicui princeps auferre non potest sine causa.1021.B C.in margi.l. venditor.commu.prædio.
Dominium an habeat, qui seruitutem habet.1027.A.in mar.
Dominium an sit seruitus. Ibidem.
Dominium an solo pacto trãsferatur. 1761. A.glo.desinere.
Dominium duorum insolidum esse nõ potest.1412.D.§.& ait.l.si vt.commo.
Dominium eodem tempore quæritur & amittitur.2187.A.glo.imponi.l.quod autem.de dona.inter virum & vxorem.
Dominium habet,qui auctore iudice comparauit.1223.C.§.sed si.l.Et si.de relig.
Dominium per sententiam non mutatur. 854.D.glo.fi.l.inter officium.de rei vin.
Dominium probatur per famam.439.D.gl. committat.in margi.§. si cum.l.at qui. de nego.gest.
Dominium in legatis sine possessione quæritur. 1049.C
Dominium quãdoque sine possess. quæritur.2177.A.glos.periculi.l. si fundum. de fun.do.
Dominium transfertur ex inutili cõtractu. 509.C D.in margine.
Dominium quãdoque sine possessione trãsfertur. 1702.B
Dominium sine poss.transfertur multis modis.853.C.glo.fi.l.si ager. de rei vindi.
Dominium sine pretio non transit ex venditione.1732.A.l.quod vendidi. de contra.emp.
Dominium non transfertur,si quod meum est,tibi trado tanquam tuum. 1309.C.§. subtilius.
Dominium quandoque ex causa locationis quæritur. 849.D
Dominium quãdoque sine traditione quęritur 850.A.glo.2.l.redemptores. de rei vindic.& .867.C.glo.1.l.sunt & aliæ.de Publicia.
Dominium superueniens alienationem cõfirmat. 863.B
Dominus dans pecunias famulo pro emenda annona:non tenetur de in rem verso, licet ille famulus non soluat creditoribus.1563.D.§.versum.
Domini arbitrio res æstimatur. 1305.A.gl. 2.l.si tutor.de in litem iu.
Domini causam quandoque deteriorem facit seruus. 215.D.glos.2.l.2.si ex noxa. cau.aga.
Dominus ex facto serui sciens tenetur insolidum,aliàs noxaliter. 219.B.l.si actoris.de eo per quem fac.erit.
Dominus ex serui facto etiam de peculio non semper tenetur. 1674.B.glos.auferunt.l.cum seruus.manda.
Dominus iniuriam pati non debet.1485.A. l.illud.de tribu.
Dominus non debet lucrari ex dolo serui. 219.B.l.2.&.l.3.§.1. de eo per quem fac. erit.
Dominus quis ex duabus causis esse non potest.1671.C.glo.antepe.l.seruum. mãda.
Dominus rogans præcipit.1572.B.glo.5.l.1. quod iussu.
Dominus verus furtum non cõmittit.1420. D.in mar.l.rem mihi.commo.
nullus habet iustiorem petitionem, quàm Dominus. 1626.B.§.exempli loco.l.bona.depo.
conuentus rei vindicatione nõ tenetur dicere pro qua parte Dominus est. 863.B. l.in speciali.
Dominus habet plenam coërcitionem in seruum.893.C.§.& Aristo.
Dominus in actione de peculio non cauet. 1710.B.
Dominus potest auferre feudũ vassallo ineunti amicitiam cum inimico suo.127.C
Dominus quando debet nominari. 829.A in margine.

BIU Cujas

Index materiarum.

Dominus tenetur de dolo procuratoris, de eo quod ad eũ peruenit. 518.B.§.item si.
Domini loco succedẽs, potest petere fidelitatem sibi fieri per sacramentum.961.A B
Domini priuilegio gaudet familia. 1283.A. in margine.
Domino inuito princeps eius seruum quandoque manumittit: sed tenetur ei ad pretium. 131.C
Domino nocet iniuria, eius procuratori facta.389.B.glo.fi.l.non cogendũ.de proc.
Domino obesse non debet serui calliditas, vel creditoris credulitas.1558.B.§.sed si.l. quod si.de in rem ver.
Domino quod non licet, nec familiæ. 952. B C.l.si habitatio.§.fin.in margine.
litigare cũ Domino, vel eius subiecto, graue est. 149.B.glo.restituantur.l.senatusconsul.de offi.præsi.
Dominum impune locupletari ex furto serui, iniquum est. 1510.B. §. ex furtiua.l.3. de pecul.
Dominum se negans dominio vti non potest. 1196.B.l.non alienum.
Domus est habitatio, & domicilium. 1213. D.§.domum.
Domus ex quibus constat. 853.A
Domus vicini destructa, ne ignis vltra procedat, est communiter reparanda. 1460. A B.in mar.
nuntiari ad Domũ soleniter sufficit. 709.D
Domum reuocandi ius quis habet. 607.B. §.si cum.
nemo debet inuitus de Domo sua extrahi, nisi sit criminalis causa.193.A.l.plerique. de in ius vo.
Domo vendita quid veniat. 1824.C.gloss. ædibus.
Donare inuicem nequeũt, qui sunt in eiusdem potestate.2179.A.§.qui in.l.hæc ratio.de do.inter virum & vxorem.
Donare non debet iudex, quæ ei sunt commissa. 320.C.§.si prætor.
Donare possunt coniuges ad oblationem dei. 2184.B.§.sed &.
Donare sibi quandoque permittitur coniugibus. 2204.A B
Donare præsumitur nemo.1576.D.in mar. l.4.ad Velle. &. 1678. D. glo.3.l.si mandatu.mandati.
Donare non debet quis, quod curare debet. 320.D.glo.2.§.si prætor.l.8.de transac.
Donare non præsumitur mulier. 453. C.gl. ex contrario.l.Nesennius.de neg.gest.& 786.A.gl.fi.§.adeo.l.sed & si.de pet.hær.
Donare non videtur, qui necessariis oneribus succurrit.2193.D.& seq.§.nõ enim.l. si quis.de do.inter virum & vxorem.
Donare quis in dubio nõ præsumitur.2211. C.glo.in.l.vtrum.de do.inter vir.& vxo.
Donat raro mulier.2207.B.glo.solenne.in verbo, mulier viro.
Donata remissio pensionis ob sterilitatem, annis sequentibus peti potest. 1855.A.§. Papinianus.l.ex conducto.
Donatio in multis casibus psumitur.1643.B
Donatio causa mortis, inter coniuges valet. 2188.B
Donatio concessa sepulturæ causa, valet. 2183.C.§.concessa.
Donatio causa mortis tribus modis reuocatur. 1254.A B
Donatio facta Siluestro an valuit. 41.C.in margine.
Donatio facta à Constantino non valuit. 150.B.in sum.l.legatus.
Donatio facta à sponso sponsæ, valet. 2181. C.in sum.l.si sponsus.
Donatio facta concubinę, valet.2178.C D. §.videamus.
Donatio facta vxori diuertenti, vt reuertatur, valet. 2117.B.l.vir mulieri.
Donatio inter concubinam & amasium, valet. 2215.C.l.si prædia.
Donatio inter coniuges quãdoque permittitur. 2182.C
Donatio inter coniuges hactenus reuocatur, quatenus locupletior est qui accipit. 2196.C
Donatio inter coniuges morte donatoris confirmatur.2200.A.l.cum hic.in sum.
Donatio inter coniuges prohibetur, ne mutuo amore se spoliẽt.2178.A B.l.moribus.
si non tenet matrimonium, tenet Donatio de rigore, secus de æquitate. 2178. C. §. videamus.
Donatio valet inter coniuges, quotiens facultates non minuit qui donauit: vel minuit, sed qui accepit nõ est factus ditior. 2185.A B.§.cum igitur.
Donatio inter virum & vxorem non valet. 2131.C D.l.si res.
Donatio causa mortis non requirit aditionem hæreditatis. 729.C.in mar.
Donatio mixta venditioni, valet. 1739.C.l. si quis.
Donatio non continetur sub libera administratione. 1926.D.in mar.
Donatio gratis facta non inducit obligationem in futurum. 137. D.in margi.glo. fi.l.solent.de offic.procon.
Donatio non continetur in generali & libera concessione.291.A.§.si filius.l.contra.de pac.
Donatio valet cum nil de bonis erogatur. hoc inter virum & vxorẽ.2185.A.l.si spõsus.in fi.de do.inter vi.& vxo.
Donatio valet pro oleo ponendo in æde sacra. 2184.B.in textu.
Donator de dolo se obligare debet.1995.B. l.ad res.de ædil.edic.
Donum, & munus, differunt. 149.D
Dona seu munera nec olim, nec hodie iudici capere licet: xenia olim sic, hodie non nisi defectu salarij. 149.B
Dormire.) Qui dormit, humanam rem patitur. 1072.A.§.nec quisquam.l.si seruus. ad.l.Aquil.
Dos caduca. 2114.B.§.veterem.
Dos data in primo matrimonio inualido, videtur tacite repetita, si postea validetur. 2138.C.l.si serua.
Dos dicitur in bonis viri quoad dominium rerum dotalium, sed quoad sustentationẽ vxoris, dicitur ipsius vxoris. 2156.A B
Dos ibi esse debet, vbi sunt onera matrimonij. 2145.B.l.si is.de iur.do.§.ibi.
Dos non est sine matrimonio.2125.D.l.3.de iur.do.
Dos non est titulus lucratiuus. 1318.A
Dos non potest solui fœminæ, nisi in eius vtilitatem vertatur. 2160. C. l.fundum. in sum.
Dos quandoque applicatur fisco. 1370.D
Dos reconciliatur vsucap. & cõsumptione. 2159.C.glo.2.l.pater.
libellus quo petitur Dos restitui, debet concludere ad totam dotem: licet maritus cõdemnetur inquãtum facere potest. 1394. C.in margine.
Dos si desit mulieri, à viro ali debet.1228.B. in mar.l.quod si.de relig.
Dotis alienum æs, funeris impensa est.1227. A.l.impensa.de religio.
Dotis causa datum. 2129.B C.§.dotis.
Dotis collatio quando cessat. 1148.C.§.intestato.
Dotis contractus est de iure gentium. 589. A.in margine.
Dotis fauor. 2129.B.in fi.tex.
Dotis fructus ad virum pertinent. 2197.A
Dotis fructus, vt maritus lucretur, tria requiruntur. 2128.B.glo.1.l.dotis.de iure do.
Dotis promissio vltra vires patrimonij an valeat. 2149.A.glo.non valet.
Dotem dare filiæ præsumitur mater, nisi cõ tradicat. 1639.A.glo.dotem.
Dotem habere debet matrimonij onera sustinens. 1133.A.l.si filia.&. 1153.B.l.si maritus.
Dotes suas mulieres habere saluas, reipublicæ interest. 2125.C.l.2.de iur.do.
Dotale prædium. 2175.B.l.dotale.
Dotalis fundus certis casib⁹ alienatur.2160. D.&.2173.A
Dotalis rei an sit domina mulier. 536.D
Dotalis serui fructus viri est. 1526.C
Dotalem fundum maritus non potest alienare, nec vxor ei consentire, nisi pro eius vtilitate. 2160.C.l.fundum.in sum.
Dotare filiam Iudæam, vel hæreticam, non tenetur pater. 1561.C D.l.si vero.in glo.
Dotare filias patris est officium.2111.A.glo. 1.l.qui liberos.de ri.nup.
Dotatam habere filiã, interest patris. 2634. C.l.pater.de cuic.
Dubitans pro ignorante habetur, 428.B.in mar.glo.2.l.Pomponius.de neg.gest.
Dubitare rationabiliter quis debet. 812.D. glo.2.l.antiqui.si pars hære.pet.
Dubitationis ratione aliquid permittitur, quod aliàs negaretur.675.D.glo.possit.§. sed & si.l.2.de iudi.
Dubitationis ratione fit, quod aliàs non fieret.231.A.l.si eum.si quis cautio.
Dubitationis tollendæ causa quæ contractibus inserũtur, ius cõmune non lædũt. 1575.A.§.etenim.l.qui mutuam.mandati.
Dubitatione in iudicio emergente, quis cõsulendus. 76.D
Dubitatiuis verbis quandoque opponitur exceptio. 1295.A B.in mar.
Dubius euentus potest vendi.1728.B.l.nec emptio.de contra.empti.
Dubius litis euentus. 1547. A.l.quod debetur.de pecu.
Dubia pactio interpretatur contra proferẽtem. 984. C.§.hæc lex.l.si arboré.de ser. vrb.præd.
Dubia responsio admittitur.800.A.glo.1.l. si debitor.de peti.hær.
Dubia res fit per negationem probabilem. 312.C
Dubium si est de mensura, recurritur ad arbitrum. 981.B.§.si inter.
Dubij contractus recipiunt modum à consuetudine. 1980.A.in mar.
Dubia in re nuptiis abstinendum. 2109.D. §.sed in re.l.adoptiuus.de ritu nup.
in Dubio furtũ præsumitur fieri culpa eius cui res sublata est.1699.A.l.cum duobus. §.damna.pro socio.
in Dubio iudex in benigniorem partẽ procliuis esse debet. 2201. C. §. sed vbi.vide in verbo, iudex in dubio.
solent iudices in Dubio secundum eum iudicare, qui iurauit.1293.B.l.admonendi. de iureiur.
in Dubio pœnæ sunt molliendæ. 347.B.gl. 1.§.fin.le.furti.de his qui no.infa.
in Dubio statur verbis legis. 1454.B.gloss. edicti.§.si is.l.1.de ac.
Ducitur fun⁹, corpus infert. 1223.C.§.si cui. &.1232.B C.l.prætor.
Duci in rationem. 1867.C.l.qui insulam.
Duci aliquem qui patitur, eum defendere non videtur.216.B.glo. defendit.l.2.si ex noxa.cau.
Ducens vxorem non debet citari. in verbo, vxorem.

Duellum

BIU Cujas

Digesti veteris.

Duellum iure Ro.est permissum. 1059.C
Dulcis amor patriæ.56.B C.in marg.glo.2. l.veluti.de iusti.& iur.
Duo vbi requiruntur, vnum non sufficit. 2222.A.glo.auctoritas.
Duæ actiones contrariæ oriri possunt ex eodem facto. 1417.A.l.si seruus.in sum. commo.
Duæ rationes vincunt vnam.921.C.in mar. §.idem est.l.1.de vsufruct.accresc.
Duorũ officio fungi quis potest.670.B.glo. debebit.§.item si.l.fi.nau.cau.sta.
Duorum dominium vel possessio insolidũ esse non potest. 1412.D.§.fi.l.si vt certo. commo.
Duorum vicem an agere quis possit.101.D. glo.in.l.3.de adop.
Duorum vicem obtinere quis potest præsertim in volũtaria iurisdictione. 142.C. glos.in.l.2.de offi.præsid.
Duorum vicem sustinere potest quis, cum officia non sunt contraria. 101.B.l.si cõsul.de adop.
Duorum vicem vnũ sustinere difficile est. 272.A.§.necnon.l.si plures.de pac.
Dupla non promittitur nisi pro rebus pretiosis. 2012.B.§.quod autem.
Dupondij. 46.C.in tex.
Durare.) Factum quid non dicitur, nisi duret. 408.D.gl.1.§.quòd si.l.item eorum. quod cuiuscumque vni.no.
Duritia.) Pœnæ non irrogatæ indignatio solam duritiam continet. 1801.A.l. seruus.de ser.expor.
Duumuiri sunt defensores muncipiorum,& ciuitatum. 181.C

E.

Ecclesia vel minor vendere potest, si facit conditionem suã meliorem. 318.D
in Ecclesia potest iudex laicus acta iudicij expedire, quæ strepitum non requirunt. 1296.A.in mar.
Edere,est copiam describendi facere,vel in libello complecti &c.242.A.§.edere.
Edere,est dare per scriptum, vel per declarationem. 241.A.in mar.
Edere actionem, id est demonstrare: olim quoquomodo,nunc per libellum. 241.C
Edere nõ videtur, qui stipulationem totam non edit.245.A.§.edere.l.1.de eden.
Edere nomen, est curare nomen inscribendum in actis &c. 124.C.in mar.
Edere patrimonium. 127.A B
Edere rationes, est dictare, vel tradere libellum vel codicem. 249.A.§.si initium. versic.edere.
Edere tenetur quis instrumẽta facientia cõtra se pro fisco. 245.B.l.Senatus.
Edere non tenetur quis instrumenta quibus vsurus non est. 244.B.§.edenda.
Edi debet ratio à capite.253.B.§.edi.l.argẽtarius.de eden.
Edi totꝰ liber nõ debet,sed tota ratio prout pertinet ad petentem. Ibidem.§.edi.
Edenda est pars tantum necessaria instrumenti. 253.B
Editio instrumentorum quando facienda. 244.D.per totam glo.
Editiones sine die & consule fieri debent. 245.A.§.editiones.
Edicere, id est, edictum & pœnam ponere. 169.B C
Edicere. 409.D
Edictalis bonorum possessio & decretalis. 818.C.glo.2.l.ordinarium.
Edicta citatoria quot,& quæ. 708.D.gloss. primum.
Edicta prætorum. 56.D.§.eodem.
Edicta quædam erant generalia, quædam specialia. 168.B
latè patent verba Edicti. 1402.C.§.si sine.
Edictum, ex quibus causis maiores. tres habet partes. 590.C.glo.verba.
Edictum perpetuum non dicitur generale, vt Accursius somniauit. 44.C.in margi. &.54.A.&.87.A.in margine.
Edictum perpetuũ quid. 44. C.in margine.&.87.A.in margine.
Edictum, quod metus causa. tria habet auxilia. 489.A
Edictum vnum pro omnibus quãdo datur. 709.B.& sequen.l.nonnunquam.
Effectus.)Verba cum effectu accipi debent. 200. B. §. docere. l. penult. ne quis eum qui in ius vo.est.infra, in litera.V. Verba cum effectu.
Effectus plus,quàm verba attenditur. 1492. B.glo.pe.l.si filiusfami.quod cum eo,&c.
Efferuescere. 1966. A. gloss. efferuescere.l. quis sit.
Egestate laborare debent mali, vt aliis sint exemplo.1625.D.§.nã male.l.bona.depo.
Egestate societas soluitur.1685.A B.l.societatem.pro socio.
Egregię personę quę.1283.A.l.ad personas.
Egregiæ personæ, & morbo impeditæ, coram iudice ad iurandum venire non coguntur. Ibidem
Ei,id est,ab eo. 1381.A.l.sed &.
Eiicere verbum, est accommodum ad partum immaturum.1073.C.§.si mulier.& in mar.&. 1082.C.l.Quintus.
Eiectus partus. 1073.C D.in margi.
Electio erronea non præiudicat. 753.C.in margine.l.legitimam.de pe.hære.
Electio cuius est, homine in genere legato. 1140.C D
Electio facta per procuratorem,valet. 398. C.l.si is.
Electio mala in culpa est. 1216.B.glo.2.l.secunda. si mensor falsum modum dixerit. &.1416. A.glo.1.l.qui non. commodati. &.1470. A. glo. relictis.l.5.de instito. & 1690.B.glo.fin.l.non ob.pro so.
Electio malè facta,non nocet. 360.D.glo. fin.l.cum indebitum.de condic.inde.
vocatus ad Electionem, si dicit se nolle interesse electioni,& postea venit ante electionem,debet admitti ad scrutiniũ. 563. C.in margine.
superior potest inquirere de moribus Electi confirmandi, licet nil obiiciatur electo. 336.A.in marg.
Electi consules in futurum,possunt cũ præsidibus qui administrant facere reformationes.771,B C.in margine.
Eligere viam leuiorem potest, qui plures habet.1701.C D.§.idem.in sum.l.cũ duobus.pro socio.
Eligens sciẽter malum, probat.1765.B.glo. 4.l.si venditor.de in diem addic.
Eligens vnum contrariorum,videtur renũtiare alteri. 730.D.glo. summouebitur.l. nihil.de inoffi.testa.
Eligens inter contraria,variare non potest. 1769.B.§.eleganter.in summa.
licet non dicat capitulum,Eligimus te: sed, illum:tamen valet electio. 2134.D.gloss. quod autem.
Elogium. 1984.D.glo.elogium.
Eluforiæ minæ non timendæ.753.B.in margine.l.legitimam.de peti.hæredi.
Emancipare nõ cogitur pater.100.A B.cogitur aliquando. 110.D
Emãcipari filiũ,& patrẽ mori, æquiparãtur. 2141.C.gl.manebũt.in verbo,patrẽ mori.
Embamma. 1729.C
Emblema quid. 1183.A.in margine.
Emissa manus, id est, cautio propria manu facta. 2075.A
Emissarium. 985.C.in margi.
Emimus pleraſque res propter accesiones. 1735.B.§.pleraſque.
Emere non potest quis rem in loco in quo gerit officium. 1749.B.l. qui officij. & 1744.C.l.non licet.
Emere & vendere cogitur quis. 1821.A.gl. 1.§.idem.l.Iulianus.de actio.emp.
Emens à furioso,quãdoque vsucapit. 755.D
Emens rem pluris, quàm sit ei mandatum, nõ potest repetere.450.A.glo.1.§. libertos.l.libero.de nego.gest.
alea non Emitur.1777.D.l. cum hæreditatem.de hære.vel ac.ven.
Emptio est ambulatoria. 554.A.glo.Idem.
Emptio & venditio vt consensu contrahitur,ita contrario consensu soluitur. 1785. B.l.emptio.
Emptio & venditio promiscue ponuntur. 1826.A.l.veteres.
Emptio quandoque, id est, instrumentum emptionis. 1406.C D
Emptio nuda conuentione soluitur, si res secuta non sit. 1786.A.§.emptio.
Emptio non est rei flagitiosæ.1737.B.§.veneni.l.quod sæpe.de contra.empt.
Emptio spei est. 1728.C.l. nec emptio. de contra.emp.
Emptionis & venditionis pretio, licet contrahentibus se circumuenire, modo absit dolus. 556.B.§.idem.
solutum pretium ex causa Emptionis inualidæ,repetitur. 1349.B.l.seruum.
Emptioni quod accedit, venditionis pars est. 1980.D
Emptioni vicina est permutatio. 1887.B.l. Aristo.de re.per.
potest in parte vel ĩ toto recedi ab Emptione re nondum secuta. 265.C.versi.vnde illud.§.adeo.l.iurisgen.de pac.
Emptor dicitur,qui pretio emit. 1970.A.§. emptorem.l.sciendum.de ædil.edic.
bonæ fidei,contractus non patitur, vt Emptor rem amittat,venditor pretium retineat. 1815.C.§.neque.l. ex empto. de actio empti.
Emptor legem dicere videtur. 1939.D
Emptor nõ tenet de dolo vẽditoris. 1528.B
Emptor quãdoque de euictione agit.1670. glo.pudori.
Emptor quandoque,id est,venditor. 508.B
Emptor quare tenetur ad dandum, venditor non. 1811.A.in margine.
Emptor tenetur ad culpam.1973.A.glo. vel culpa.l.cum autem.
Emptoris conditio non debet esse melior, quàm venditoris. 1595.A.§.sed si.
Emptoris non interest,ignorantia venditoris an calliditate fallatur.1959.C.§.causa.
quanti minoris,est actio ex Empto. 2198.C
Emptori prodest ius venditori superueniẽs. 1840.C.l.si quis.in summa.
Emptoribus & vendi.decipere se licet. 556. B.§.idem.
Emphyteusis. 879.C.in margine.
Emphyteuta modicum præstat in signum honoris. 831.B.in mar.
Emphyteuta potest donare rem emphyteuticam sine consensu domini. 1922.B.in margine.
Emphyteuticus. 879.C.in margine.
Emphyteuticus ager quis. 212.B.in margine. 879.C.in margine.
Ἐμφράττω quid. 1452.B.in margine.
Emphrattæ. ibidem in margine.
Emungere.) Qui nimis emungit, elicit sanguinem.1970.A.gl.1.§. illud.l.sciendum. de ædil.edic.
Encaustum imperiale.1883.D.1884.A. glo. tolleretur.

Enu-

BIU Cujas

Index materiarum.

Enumerari sigillatim omnia non est opus. 605.B C.§.multi.l.sed &.ex quib.cau.ma.
Enuntiatiua an habeant vim confessionis & cæte.in verbo, verba enuntiatiua.
Enuntiatiua verba.in verbo, verba enuntiatiua.
Enuntiatiua verba an inducant obligationem. 1623.D.§.Titius.
Enuntiatiua verba, à testatore prolata, creditoribus non præiudicant.1592.C.l.Seia.in sum.
Ephesus metropolis erat. 136.A
Ἐπιβατηγοὶ naues. 1452.C.in tex.
Epidemia, id est, accessus ad ciuitatem aliquam obseruari solitus, vt Gallorum reges facere solent qui vrbem Paris. primo ingrediuntur per portã beati Dionysij. 135.B C.in tex.& in mar.
Episcopus potest ex causa augere, vel minuere pœnitentiam à papa iniunctam. 1658.B.in mar.
Episcopatum desiderans bonum opus desiderat. 408.A.glo.3.l.item eorum. quod cuiuscumque vni.no.
Episcopus an possit constituere actorem. 408.D
Episcopus est maior prætore, & dicitur prẽses ciuitatis. 336.C D.in margi.
Episcopus non potest renuntiare episcopatui, nisi in manu papæ. 150.C
Episcopo debili datur curator. 340.C
Episcopi cogunt hæredes ad obsequium supremæ voluntatis. 804.A B.§.quamuis.
Episcopi & Cardinales æquiparantur præfectis prætorio. 125.D
Inſtrumentum male conceptum,non nocet natalibus. Ibidem.l.imperator.de ſta.ho.
Inſtrumentum productũ probat cõtra producentem, etiam ſi proteſtetur quòd nõ producit niſi inquãtum facit pro ſe. 244. B.in mar.l.1.in fi.de eden.
ſi rei geſtæ veritas ſine literis apparet, non ideo minus valet quòd Inſtrumẽtum de ea factum non eſt. 2084.B.l.ſi res.de fide inſtrum.
Inſtrumentũ ſolutionis debet eſſe apud debitorem. 1367.C.in mar.
Inſtrumenti pars tantum neceſſaria danda eſt. 253.B
Inſtrumento non creditur, ſi teſtes dicant contrarium. 143.D
Inſtrumenta duo habens,ſi petit vnum exequi: ex alio,ex quo non ſe fundauit, non poteſt in eadẽ inſtantia obtinere. 2171.C
Inſtrumenta facientia cõtra ſe,tenetur quis edere pro fiſco.245.B.l.Senatus.de eden.
Inſtrumenta litis. 693.B.in tex.
Inſtrumenta noua. in verbo, noua inſtrumenta.
Iuſtrumenta quando ſunt producẽda. 244. D.per to.glo.
Inſtrumenta ſunt oſtendenda,nõ tradenda. 1841.C.glo.Et fines.l.Titius.&. 1843.B. l.creditor.
Inſtrumenta quibus nolo vti,edere non teneor. 244.B.§.edenda.l.1.de eden.
Inſtrumentorum appel. quid contineatur. 2083.B.l.inſtrumentorum.
Inſtrumentorum cauſa dilatio ſecunda nõ datur ſine cauſæ cognitione. in verbo, dilatio.
an dies & conſul debet poni in Inſtrumentis. 243.A B
Inſtrumentis nouis & teſtibus, quibus vti prius quis non potuit, probare intentionem ſuam de nouo poteſt. 254.A.§.cum autem.in fi.
Inſula quid. 132.D.in glo.& mar.
Inſularius dicitur, qui cuſtodit domum abſente domino: licet Accur. dicat eũ eſſe dominum domus. 133.C.& in mar.
Inſularius, inſulæ cuſtos. 956. D.l.ſi ita.in margine.
Inſularius,id eſt,præpoſitus inſulæ reficiendæ:vt vult Accur. 1469.A.in fine.
Integrum,id eſt,ſanum. 1808.D
Intellectu magis quædam percipi poſſunt, quàm dici. 575.B C.gloſſ.4.l.Aemilius. de mino.
coram aliquo quid fieri non dicitur ſi non Intelligit. 644.C.§.coram.
Intelligere quandoque, id eſt, præſumere, in dubio. 1299.C
Intelligere quis dicitur duodecimo vel decimo quarto anno. 2105.C.glo.vnica.l. in ſponſalibus.
Intempeſtiua cultura deteriorem fundum facit. 1863.B C.§.conductor.l.ſi merces. loca.
Intercalare. 534.A.in tex.
Intercedendi modi quinque ſunt.292.C D.
Intercedens mulier. 849.B.in tex.
Intercedit qui fideiubet,nõ qui iubet. 1591. C.l.ſi domina.
Interdictio olim, nunc deportatio dicitur. 586. D
Interdictis maioribus minora videntur ineſſe. 1799.B.glo.maioribus.l.cui.
Intereſſe, id eſt, differre. 2011. D.glo.non intereſt.
Intereſſe dicitur quælibet vtilitas. 1120. B. in mar.l.4.fini.regun.
Intereſſe affectionis. 572.B.l.ſi in.Bar.
Intereſſe affectionis, & intereſſe commune,differunt.1080.C.l.ſi ſeruũ.in ſumma.
Intereſſe agentis habetur in confeſſoria & negatoria. 1027.A.§.in confeſſoria.
Intereſſe contra doloſum æſtimatur ſecundum iuramentum in litem. 707.A.l.non.
Intereſſe eſt multiplex. 1804. A.in marg.
Intereſſe intrinſecum. 1210.A.§.his.in ſum.
Intereſſe mea,cum morte deſinit,tunc fideiuſſor non tenetur. 233.D
Intereſſe non cauſatum ex cauſa rationabili,non dicitur intereſſe. 1179.B.§.ſi mecum.in ſum.
Intereſſe non videtur eius,qui contra obligationem tutus eſt exceptione. 218.B.§. ſi reus.
Intereſſe poteſt excedere duplum. 1838.B. in margine.
Intereſſe non poteſt peti ab altero duorum reorum,& ab altero pœna.227.B.§.item. l.5.ſi quis cautio.
Intereſſe probatur in ſummariis cauſis per iuramentum. 1189.B C.l.theſaurus.
Intereſſe quandoque,id eſt,differentiã eſſe. 226.D
Intereſſe quantitatis, eſt intereſſe ſingulare, & continet quantitatem quam æſtimaret iudex:ſed intereſſe verum & commune continet veritatem. 202.C
quanti ea res eſt, & id quod Intereſt, differunt. 183.A.in textu.&.200.A.
quando tenetur venditor ad Intereſſe.1803. D.in margine.
Intereſſe ſemel ſufficit. 1401.B. gl.exierit.l. item.de conſti.pecu.
Intereſſe ſingulare,& commune. 183.C.in margine.
Intereſſe ſingulare,& quãtitatis,idẽ. 202.C
Intereſſe ſoluendo quandoque non liberatur quis. 861.A.in mar.
Intereſſe ſufficit ab initio, licet poſtea deſinat.233.B.§.illud.l.qui autẽ.ſi quis cautio.
Intereſſe venit quotiẽs factum ſtipulamur. 697.D.glo.fin.l.eum qui.de iudi.
Intereſſe venit in obligationem vbi factum permittitur. 196.C
Intereſſe verum,& commune,idem. 202.C
Is cuius intereſt, adeſſe cauſæ poteſt,ne colludatur.744.A.l.ſi ſuſpecta.de inoffi.teſt.
Interit quis ciuiliter. 1712.A.glo.intereunt.
æſtimatio rei non creſcit poſt Interitum. 1381.B.in mar.l.in hac.de condic.triti.
Interitu ſpeciei an,& quando,liberetur debitor. 498.C.in marg.
Interlocutoria abſente parte ferri poteſt. 660.A
Interlocutoria an, & quando, ius conſtituat. 483.C
Interlocutoria dari poteſt per alium,nõ definitiua. 643.D
Interlocutoria mutari poteſt, & error in ea corrigi:definitiua non poteſt.635.B.§.dicere.l.qualem.
pendente appellatione ab Interlocutoria, iudicis officium conquieſcit ſuper principali. 576.B C.l.intra.
Interlocutoria principis, an & quando obſeruatur pro lege. 85.A
Intermittere,eſt inchoata dimittere. 441.C
Interpellari quandoque cenſetur quis per ſolam proteſtationem. 2066.B.l.Labeo.
Interpellatio facta debitori, non conſtituit eum ſtatim in mora, ſed cum aliquo interuallo, vt poſſit prouidere ſolutioni. 575.B C.in margine.
Interponere. 1127.B.in textu.
Interpretamur quandoque ſtrictius.987.A. §.ſi ſublatum.
Interpretantur legem cõſuetudo, magiſter, princeps. 83.D
Interpretari,id eſt,apertius exponere.64.D
Interpretari dubium legis verbum quis poteſt. 76.A B.glo.Et ideo.
Interpretari ei permittitur, qui dicit in iudicio. 708.A.glo.in.l.ſi quis.de iudi.
Interpretandum eſt pleniſsimè principis beneficium.86.A.l.penult.de conſti.princi.
Interpretatio quid. 62.B
Interpretatio, id eſt, ſcientia. 2097.B.glo. interpretatio.
Interpretatio benignior tenenda.2144.A.l. ſi ita.de pact.do.
Interpretatio an debeat fieri ſecundum proferentem,

BIU Cujas

ferentem,vel contrà. 297.C
Interpretatio fieri debet secundum conditionem eius ad quem cõfertur dispositio. 953.C.§.equitij.l.plenum. de vsu & habi.
Interpretatio libelli obscuri non transit ad hæredem. 825.D.in margine.
Interpretatio plena fit in contractibus,plenior in testamentis, in rescriptis autem plenissima. 86.A B
Interpretationem certam quæ semper habuerunt,mutari non debent. 78.B.l.minime.de legi.
Interpretatione congrua vti debemus. 772.B.§.aptanda.
Interrogare partes totiés potest iudex quotiens monet æquitas. 1204.A.l.vbicumque.de inter.acti.
Interrogari potest quis non solum à iudice, sed etiam à parte. 1194. C.l.si sine.de inter.actio.
Interrogatio fit officio iudicis. 1191.A B.de inter.acti.
Interrogatio fit secundum quod necessitas actionis exigit. 1192.A.l.1.de inter.act.
Interrogatio fieri debet ante litem cõtesta. in vndecim casibus. 1192.B
Interrogatione non præcedẽte valet respõsio. 1194.C.l.si sine.de inter acti.
Interrogatoria. 1203.D
Interrogatus an, & quando, posit pœnitere. 1199.A
Interrogatus de albo,si respõdeat de nigro, non respondere dicitur.in verbo,ἀυδὲν.
Interrogato datur tempus ad deliberandũ. 1193.C
Intertrimentum quid. 1447.D.in mar.
Intertritura quid. 1448.B.in text.&.1447. D.in margine.
Interuallum paruum non inducit diuersitatem actuum.2113.A.l.plerique.de ri.nup.
Interusurium. 1518.A
Intestabilis. 2093.C.l.ob carmen.
Intestatus pro parte quis esse potest. 732. B C.l.nam &.§.filius.&.741.A.l.circa.de inoffic.test.
Inuadi,& rapi,differút. 1380.D.glo.mobili.
Inualidum ab initio,confirmatur. 1433.A. glo.2.l.aliena.de pign.act.
Inuecta, & illata, differunt. 1925.D.gloss. inuecta.
Inuecta & illata tacite obligantur pro pensione. 1924.B.l.2.in quibus cau.pig.vel hypo.tu.obli.
Inuecta quandoque non obligantur. 1925. A B.l.Pompo.
tempus ad faciendum Inuentariũ currit minoribus.573.D.in margine.
hæres quæ debet ponere in Inuẽtario. 766. A B.in margine.
Inueteratum dicitur, cuius non extat memoria. 81.D.glo.inueterata.l.de quibus. de legi.
Inuidia inter pares.496.C.glo.1.§.eũ qui.l. si cum.quod metus causa.
Inuidiosus dicitur cui inuidetur. 950.D.gl. inuidendum.
Inuitus dicitur non tantum qui cõtradicit, sed & qui non consentit. 359. A.§.inuitus.l.filiusfam.de procu.&.978.C.de ser. vrba.prædi.l.inuitum.sic infans & furiosus dicuntur inuiti.
Inuitus,id est,ignorans. 2117.D.§.deinde.
Inuitus quis in communione quãdoque detinetur. 1124.D
nemo Inuitus cogitur manere in communione. 1339.B.§.si centum.l.si nõ sortem. de condict.inde.& 2145.D
Inuitus creditor vendere cogi non debet. 1424.C.§.melius.
Inuitus nemo gaudet. 459.D. gloss.2.l.soluendo.de nego.gest.
Inuitus procurator dari non solet.358.C.§. inuitus.l.filiusfami.de procur.
Inuitus quis de domo sua extrahi nõ debet. 193.A.l.plerique. de in ius voc.
Inuitus quis testimonium reddere cogitur. 222.D.glo.fin.§.1.l.2.si quis cautio.
Inuiti alterius conditionem facere possum meliorem,nõ deteriorem. 459.C.& seq. l.soluendo.de nego.gest.
Inuitum liberare possum. 459.B C.l.soluẽdo.de nego.gest.
Iudicium datur in inuitum.1287.C.glo.fi.l. qui iurasse.de iureiur.
Inuito te non vtor beneficio mihi cõpetẽte ex persona tua.579.A.l.si iudex.de mino.
Inuocare leges non debet,qui in leges committit. 574.B.§.sed vt.l.auxiliũ.de mino.
Inuocationem Christi non fecit Iustinianus in Rubr. procœmij Digestorum. in verbo,Christus.
Inutilis adiectio vitiatur,nõ vitiat. 944.D. glo.hoc adiectum.l.1.si vsusfructus pe.
Inutile,id est inefficax. 291.A
Inutile in iure nihil est. 47.B.glo.1.§.alterutri.in procœ.
Inutile quod est alicui, nec defensori eius competit. 279.B.§.nos. aliquando contra,vt ibi. in glo.
Inutile quod est,vitiatur:non vtile. 2056. C.l.placuit.de vsur.
Iracundia excusat à culpa.2219.C.glo.1.l.diuortium.de diuor.
quicquid calore Iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum est quàm apparuerit iudicium animi fuisse. 2219.B.l.diuortiũ. de diuor.
totum habetur pro Irrito, cum aliquid de faciendis omittitur. 321.A.glo.irritam.§. si prætor.l.cum hi.de transact.
Irrita non sunt omnia quæ gerunt minorẽs. 580.B.l.non omnia.de mino.
Italia est prouincia. 610.C
Iter quid. 996.B.§.iter.&.966.A
Itineris seruitus pro parte deberi non potest. 2183.C
publice vtile est sine periculo & metu per Itinera ire. 1093.B.§.summa.l.1.de iis qui deie.vel effu.
Iterum duo significat. 250.A.§.hæc vox.
Iubere, & fideiubere, differunt. 1572.B.§. sed &.
Iubet dum rogat princeps. Ibidem.glo.5.l. 1.quod iussu.
Iudex à parte vna petitus dandus non est sine causa. 699.A.l.obseruandum.
Iudex æquus esse debet. 1636. D.§.si hi.l.si procuratorem.mandati.
Iudex æquitatem ante oculos habere debet. 1388.C.in fi.l.quod si.de eo quod cer.lo.
Iudex appel.sententiam ex noua causa potest confirmare. 1492.D.l.Titianus.
Iudex arbitrari non debet in determinatis à lege. 375.A B.in margi.
Iudex ad arma & rixam procedere pati non debet,quos iurisdictione sua componere potest. 889.C.in tex.
Iudex auctoritatem dignitatis augere debet ingenio suo. 150. A.l.obseruandum. de offic.præ.
Iudex boni & innocentis viri officio fungi debet.1127.B.l.4.familiæ erci.
Iudex bonum & æquum considerare debet. 224.B.§.si quis.in fin.l.2.si quis cautio.
Iudex curare debet vt ædificia reficiantur. 145.B.l.Præses.5.de offi.præsi.
Iudex cognoscit an quis sit de sua iurisdictione.195.B.in fine.l.2.ibi,vt hoc ipsum sciatur.cum glo.si quis in ius vo.
Iudex cognoscit de omnibus criminibus in sua prouincia per quascumque personas commissis. 142.C.l.3.de offi.præsi.
Iudex confirmat motum animi sui ex argu. & testimoniis.2094.B.§.si testes.l.ob carmen.de testi.
Iudex corrigere debet redemptores causarum. 139.B.in prin.tex.
Iudex curare debet ne imbecilles à potentioribus opprimantur. 139.C.§.obseruáre.l.nec quicquam.de offi.procon.
Iudex debet agere clementer cum reo. 491. A.l.si cum ex.§.1.quod metus cau.
Iudex debet consultare in re dubia. 148.A. l.diuus.de offi.præ.& ibi glo.consules.
Iudex debet esse facilis in adeundo, ita tamen ne se cõtemni patiatur.149.C.l.obseruandum.de offi.præ.
Iudex debet examinare negotium in loco consueto,vbi requiritur plena causæ cognitio : vbi vero semiplena,etiam in itinere potest. 1193.D.gloss.fin.l.voluit.de inter.acti.
Iudex debet facere quod nõ sit partibus onerosum.221.D.glo.fi.l.1.si quis cautio.
Iudex debet gerere curã improbitatis reprimendæ.664.B.§.miratur.l.3.nau.cau.sta.
Iudex debet iudicare secundum allegata & probata,non secundum conscientiã.143. B.§.veritas.l.illicitas.de offi.præsi.
Iudex debet iudicare cum cõsilio sapientũ. 137.C.glo.respondere.§.legatos.l.solent. de offic.procon.
Iudex debet iudicare secũdum conscientiã. 691.A.in mar.l.vbi acceptum.de iudi.
Iudex debet patiẽter audire aduocatos.139. A.l.nec quicquam.§.circa.de offi.procõ.
Iudex debet personaliter accedere ad locũ quando expedit,& oculis videre.1122.D. §.ad officium.l.si irruptione.
Iudex debet purgare prouinciam malis hominibus.142.C.l.præses.2.de offi.præsi.
Iudex debet ratum habere quod vtiliter gestum est.429.A.§.sed co.l.Pompo.de nego.gest.
Iudex debet sequi pœnam consuetam in pœnalibus. 375.A B.in margi.l.omnium. de procur.
Iudex debet ter causam audire ad minus,antequam iudicet.140.A.glo.2.ad fin.l.nec quicquam.de offi.procon.
Iudex debet tueri sententiam suam. 1151. B.§.si familiæ ercisc und. l. inter. famil. ercisun.
Iudex dilationes minuere potest. 709.B.gl. pe.l.nonnunquam.de iudi.
Iudex ea mente dicere sententiam debet, vt secundum id à tota lite discedatur: id est, vt partes extra processum ponantur. 635. B.§.dicere.l.qualem.
Iudex esse potest furiosus habens dilucida interualla. 696.C.in mar.glo.1.l.cum furiosus.de iudi.secus in arbitro.
Iudex esse qua ætate quis potest. 657. B.l. cum lege.
Iudex esse monachus non potest. 680.B
Iudex est vir bonus. 403.D.glo.fin.l.pe.de procur.
Iudex etiam cum inique decernit, ius reddere dicitur : relatione facta non ad id quod facit, sed quod eum facere conuenit. 61.B.l.pe.de iusti.& iur.
Iudex ex bono & æquo arbitrari omnia debet. 1643.D.in fi.§.sed & fi.l.si vero non re.mandati.
Iudex excandescere non debet aduersus eos quos malos putat.149. C.l.obseruãdũ. de offic.præsi.
Iudex ex causa potest prorogare dilationẽ. 693.B.l.interdum.de iudi.
Iudex existens extra prouinciam, habet iurisdictionem

BIU Cujas

risdictionem voluntariam, non contentiosam.142.C D.glos.1.in prin.l.3.de offi.præsi.
Iudex extra prouinciam priuatur exercitio iurisdictionis. 142.A
Iudex grassantibus multis ad exemplum pœnam augere potest.351.D. glo. onerasset. §. pœna.l.quid ergo.de his qui no.infa.
Iudex habet dignitatem.92.D.gl.2.l.qui furere.de sta.ho.
Iudex hortari potest, vt partes transigant, non iubere.346.B. gloss.1.§. qui iussu.l. furti.de his qui no.infa.
Iudex humaniorem sententiá eligit in personarum & dignitatis æqualitate.271.B. l.maiorem.de pact.
Iudex ingenio vti debet erga aduocatos,ne contemptibilis esse videatur.139. A. & seq.§. circa. l. nec quicquam. de offi. procon.
Iudex in dubio debet esse procliuis in benigniorem partem.2201.C. §. sed vbi.l. cum hic.de do.inter virum & vxo.
Iudex in determinatis à lege arbitrari non debet.375.A B.in mar.
Iudex in sententia debet habere animum definiendi: nec debet fatue loqui. 635. D.gl.mente.l.qualem.de arbit.
Iudex in sua, vel suorum causa esse quis non potest.170.A.l.qui iurisdi.de iurisdi. om.iudi.
Iudex is constans non est, cuius animi motum vultus detegit. 150. A.l. obseruandum.de offi.præsi.
Iudex is est, de quo litigatores consenserunt.715.A.§. Seruius.l.si in iudi.de iudi.
Iudex ita proximum & magnum iudicare debet, vt extraneum.119.C.gloss.2.in.l.si quis.de re.diui.
Iudex iudicem dare se non potest. 131. D. glo.2.l.fin.de offi.præto.
Iudex litigantes ad pacem cogere potest. 889.A
Iudex magis potest scire quanta fides sit habenda testibus. 2086.B
Iudex maior potest se submittere minori. 172.B.l.est receptum.de iurisdi.om.iudi.
Iudex maleficiorum potest cognoscere ciuiliter.1121.A B.in mar.
Iudex maleficiorum an possit cognoscere de causa ciuili.706.B.in mar.
Iudex miseratione ætatis quandoque pœnam minuit.573.C.§. in delictis.l. auxilium. de mino. vide supra, in verbo, Aetatis.
Iudex non aliter iudicare debet pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quàm princeps esset iudicaturus.126.A.l.1. in fi.de offi. præfect.præto.
Iudex non debet admittere impertinentes articulos.1281.B. §. idem.l.si duo.de iureiur.
Iudex non debet esse familiaris subditis. 149.C.l.obseruandum.de offi.præ.
Iudex non debet succurrere in delictis. 573.B.l.auxilium. de mino.
Iudex non intromittit se de his quæ ex natura actionis non veniunt. 1171. C.l. vt fundus.com.diui.
Iudex non omne quod potest facere cogitur.696.B.l.non quicquid.de iudi.
Iudex non statuit pœnam in ciuili causa, sed in criminali sic.227.B.glo.plusquam. §. item.l.4.si quis cauti.
Iudex ordi.non potest esse arbiter in causa suæ iurisdictionis.627.C. §. si quis.secus de iure ca.
Iudex ordi.solus absoluit reum ab obseruatione iudicij.401.C.in mar.
Iudex ordinem seruare debet circa aduocatos audiendos.139.C.§. obseruare.
Iudex potest augere pœnam, & minuere. 351.D.gl. onerasset. §. pœna.l. quid ergo.de his qui no. infa.
Iudex potest ex officio suo repellere infamem ab officio aduocati.157. D.in mar. glossa.4.l.1.de offi.assess.
Iudex potest remittere & moderari mulctam, ob paupertatem.144.C. §. præses. l.illicitas.de offi.præsi.
Iudex proprio motu testem vacillantem punire potest.2092.B C.l.qui falso.in glo. de testi.
Iudex quando dicitur iudicare dolo malo. 681.A.§.dolo.
Iudex quandoque interpretatur legem. 83.D
Iudex quandoque comminatur. 127. D. §. cum patronus.l.1.de offi.præ.vrb.
Iudex quandoque durante magistratu conueniendus est: quandoque non, nisi eo finito. 56. D. gloss. 1. l. vt vim.de iusti. & iur.
Iudex quandoque iudicat secundum conscientiam.570.D.glossa.1.l.minor.25.de mino.
Iudex quilibet facit legem.176.A.gl. 5.l. 1. quod quisque iur.
Iudex qui non facit quod debet, punitur. 696.B.§. iudex.l.non quicquid.de iudi.
Iudex quolibet loco suæ iurisdictionis,salua maiestate imperij sui, moreque maiorum ius dicere potest.61.B C.de iusti.& iur.l.penul.in fin.
Iudex recipiens pecuniam vt baratet, punitur.468.B.in mar.l.& generaliter. §. si igitur.de calum.
Iudex salarij defectu xenia capere potest. 149.B
Iudex,si res requirit semiplenam cognitionem, potest dicere ius quolibet loco: si plenam consueto tantum.61.D.& seq.in mar.gloss.fina.l.penul.de iusti.& iu.
Iudex sibi esse nemo potest.660.C.l.penul. in glos.de arbi.
Iudex si solennia iuris omittit, vitiatur quod agitur. 320.C. §. si prætor. l. 8. de transact.
Iudex sordibus & gratia carere debet.604. A.§. item.l.sed & si.ex quibus cau.ma.
Iudex subtilitatem non admittit.1955.C. §. si debitori.
supplet Iudex in eo quod legi deest.1894. B.l.quia.de præscrip.verb.
Iudex totiens interrogare partes potest, quotiens monet æquitas.1204.A.l.vbicunque.de interro.acti.
Iudex videns aliquem arma portare, potest eum punire sine alia delatione. 1122. D.in mar.
Iudicis arbitrium desiderant omnia quæ post litisconstest.contingunt. 1979.A B. §. vt enim.
Iudicis arbitrio datur modicum tempus. 597. A B. glos.2. l. non enim.ex quibus cau.ma.
Iudicis aspectu probatur ætas.570.B.l. minor.25.de mino.
Iudicis authoritas non contemnenda.677. B.§. prætoris.l.si quis.de iudi.
Iudicis boni est potius restituere litem, quàm actionem famosam constituere. 476.A.§.& boni.l.diuus.de in inte.resti.
Iudicis contempta maiestas vindicanda est. 169.B.l.si familia.de iur.omn.iudi.
Iudicis dicto statur: ex quo motus est ad sententiam.712.D.in mar.
Iudicis dignitas tuenda est.328.A.de post. l.1.in prin.
Iudicis est assignare partibus diem, si non consentiant, ad procedendum. 221.D
Iudicis est æstimare an sit sua iurisdictio. 677.B.§. prætoris.l.si quis ex.de iudi.
Iudicis factum iuri derogare non oportet. 236.B.§. sed excipiuntur.l.1.de feri.
Iudicis insignia reuereri decet.330.B.§. casum.l.1.de postu.
Iudicis merum imperium habentis,officiũ latissimum est. 163.B
Iudicis non omnis vox iudicati continet authoritatem.425.D.glos.2.§.fin.l.si autem.de negot.gest.
Iudicis negligentia, & dolus damnatur. 603.C.l.sed & si.§. ait prætor.ex quibus cau.ma.
Iudicis iussus excusat.168.D.glo.pe.l.si quis. de iurisdict.omn.iudi.&.540.C
Iudicis iussus facit licitum, quod aliàs esset illicitum.346.B.gloss.1. §. qui iussu. l. furti.de his qui no.infa.
Iudicis officium cessat pendente dilatione. in verbo, dilatione pendente.
Iudicis officium cessat, vbi datur actio ordinaria.251.A.l.quædam.
Iudicis officium est lites minuere.1256.B. l.quidam.si cer.pe.
Iudicis officium euanescit, si iudicio pendente partes concordant.1159.A.l.fin.fami.erci.
Iudicis officium quiescit super principali, pendente appel.ab interlocutoria. 576. C.l.intra.de minoribus.
Iudicis potestati quicquid permittitur,non subiicitur iuris necessitati. 145.D
vltra id quod in Iudicium deductum est,iudicis potestas excedere non debet.1171. C.l.vt fundus.commu.diui.
Iudicis prioris iurisdictio non impeditur mutatione fori.174.B.l.cum quædam.de iurisdi.om.iudi.
Iudicis sententia præsumptionem qualem qualem inducit.751.D.& seq.glo. 2. l. si quis.de peti.hære.
Iudicis sordibus an stultitia res perierit nihil refert.2200.B.l.si per imprudentiam.
Iudicis subtilitas probatur.437.A.glo.3.in prin.l.eum actum.de nego.gest.
ad Iudicis religionem pertinet &c.945.C. l.si ab.si vsusfru.pe.
Iudicis verba vituperosa prolata causa non cognita, non infamant.354.A.l.ob hæc. de his qui no.infa.
Iudici bono congruit vt pacata sit prouincia.147.A.l.congruit.de offi.præ.
Iudici dans aliquid vt secundum se iudicet, crimen contrahit.1323.A.§. sed si.l. 2.de condict.ob tur.cau.
Iudici imperitia non debet asscribi.177.C. glos.1.l.hoc edicto.quod quisque iur.&c.
Iudici fit iniuria dum ab eo recedunt partes, postque reuertuntur.628.A B.l.litigatores.in prin.de arbi.
Iudici non aduersario facienda fides. 2073. B C.glo.4.l.quingenta.de proba.
Iudici ob gratiosam sententiam dari nihil debet.469.B.l.in hæredem.
Iudici quæ commissa sunt negligere non debet, nec donare.320.C.§.si prætor.
Iudici datum pignus vt male iudicet,an possim repetere. 1323.C
Iudici potest consulere,qui parti consuluit. 652.B.hoc fit in Flandria, secus in parlamento Par.
Iudici statim atque iudex factus est,omniũ rerum officium incumbit, quæ in iudicio versantur.1974.D.l.ædiles.
Iudicem contemnere videtur, qui respondere non vult.1197.B C.§. qui tacuit.l. de ætate.de inter.acti.
Iudicem corrumpens, litem perdere debet.

bet.467.A.§. sed &.l.1. de calumnia.
Iudicem corrumpere videtur, qui ei dat vt secundum se iudicet.1323.A.§. sed si.l.2. de condict.ob tur.cau.
Iudicem fallere non licet.353.C.glossa.1. l. debuit.de his qui no.infa.
Iudicem oportet reuereri.330.B.§.casum.l. 1.de postu.
ad Iudicem,spectat futurorũ cautela.1694. B.in fi.l.pro socio.in sum.pro so.
iniquum est aliquem suæ rei Iudicem fieri. 681.B.l.Iulia.ait.de iudi.
Iudicem excusat assessoris imperitia. 177. B C.l.hoc edicto.quod quisque iuris.
Iudicem fallere impune non licet. 353.C.l. debuit.de his qui no.infa.
venire ad Iudicem iuraturi quidam non co guntur.1283.A.l.ad personas.
quotiens res vrget, cogendi sumus ad Iudicem venire.236.B.§. sed.l.1.de feri.
Iudice authore qui emit, dominium habet. 1223.B C.§.sed si.l.& si.de religio.
Iudice sedente veniens, incontinenti venire dicitur.475.C.in mar.in verbo, citatus venire.
Iudice sub suspecto graue est litigare.195. D.glossa.2.in fin.l.2.si quis in ius vo.non ierit.
vim iniuste illatam à Iudice pati debemus. 56.D.glos.1. ibi, sed quid. l.3. de iusti. & iur.
sine Iudice potest quis debitorem vi retinere in certis casibus.488.A.glos. sine vl lo.l.extat.de eo quod metus causa.
pacto de litigando coram non suo Iudice, stare quis non cogitur.173.B.l. si conuenerit.de iurisdi.omn.iudi.
coram vno Iudice postulare prohibitus,po test coram alio postulare.336.C.& seq. l.ex ea causa prohibitus.de postulando.
potest pars læsa de Iudice queri.253. C.§. cum autem.l.argentarius.de eden.
Iudices esse qui non possunt.679.C.& seq. §. quidam.
Iudices eliguntur plerumque imperiti literarum, sed alioqui negotiorum gnaritsic practica sine literis iuuat.177.C D.glossa.1.l.hoc edicto. quod quisque iuris.
Iudices & aduocati recte legibus vtentes, rectius viuunt, quàm religiosi.54.B C. in margine.l.1.§.secundo.glossa.de iustitia & iu.
solent sæpe Iudices in dubiis exacto iuramento secundum eum iudicare,qui iurauit.1293.B.l.Admonendi.
Iudices sunt gubernatores iudiciorum.50. A B.§. discipuli.in fin.in procemio.
parum est in ciuitate Ius esse, nisi sint qui iura reddere possint.66.B.§. post originẽ. versi.parum.de origi.iuris.l.2.
per eos qui Iuri dicendo præsunt, effectus rei accipitur.66.B.§. post origi. l.2. de ori.iuris.
non differendarum litium, sed tollendarũ causa ad iudices itur. 655.B. l. quamuis. de arbi.
Iudicum religione non omittatur,quod legibus omissum est. 2091.C.per iura ibi citata.
Iudicat quandoque iudex secundum conscientiam.570.D.in verbo, iudex quandoque.
secundum aliquem iudicatur, cum lucratur processum.726.C.§. sed ei.&.728.A.§. si ex causa.sic secundum testamentum, vel contra testamentum iudicatur.729.A B. l.si pars.
cum quid Iudicatur secundum minus potens & magis potens, attenditur magis potens.89.B.l.quæritur.Barto.
Iudicare publicũ munus est.714.B.l. quippe.de iudi.
Iudicandi peritiam potest habere illiteratus.in verbo, illiteratus.
Iudicata res inter alios, aliis prodesse aut obesse non solet.1941.C.§. igitur.l.Claudius. qui po.in pigno.habe.
Iudicata res pro veritate habetur. 93. C.l. ingenuum.
Iudicatus, id est, condemnatus. 233.A. & 234.D
Iudicatus, & conuictus, differunt.2089. C. glos.iudicatus.& gloss.conuictus.
Iudicatum facere debitorem, id est, condemnatum.1911.B C.§. etiam.
Iudicatum facere, est furnire ad sententiam: id est, parere iudicato. 238. D. in margine.
Iudicatum solui stipulatio, habet tres clausulas.211.C.&.361.A
Iudicati agere tribus casibus potest procurator. 366.A B
de Iudicato cognoscere dicittur iudex, qui sententiam ab alio latam executioni man dat.712.A.l.si prætor.
Iudicium, id est, actio.711.C.glos.iudiciũ. &.1888.D.gl.iudiciis.&.1959.A.gl.iudicium.&.2197.B.§. illud recte.
Iudicium, id est, discretio. 680.A.glo.iudicio.
Iudicium quandoque, id est, non mera liberalitas. 108.C
Iudicium, id est, sententia. 449.B
Iudicium datur in inuitum.1287.C.gloss.finali.l.qui iurasse.de iureiuran.
Iudicium ibi finiendum est, vbi cœptum. 175.A. gloss.penultima.l. cum quædam. de iurisd.omn.iudi.
Iudicium incipit à citatione. 184.A B. in mar.Rubri.de in ius voc.
Iudicium non est de futuris.693.A.l.non quemadmodum.cum glo.&.1084.B
Iudicium est partim condemnatorium, & partim absolutorium. 1187. C. in margine.
Iudicium familiæ erciscundæ, id est actio fa.erciscundæ. 1137.B
Iudicium pœnale, id est, mulcta. 181.D
Iudicium potest esse inter patrem & filium de iure canonico, de ci.non.677.A.l.lis. in text.& mar.de iudi.
Iudicium quandoque, id est, contractus. 264.D
Iudicium soluitur multis modis. 705.C.l. iudicium.
Iudicij locꝰ debet esse idoneus vtrique parti, aliàs non valet citatio, nec citatus est contumax.640.B.in mar.
Iudicio non sistendi causa, est cõdemnatio, vel relegatio.224.D.l.sed & si.
Iudicio sistere non tenetur domestico funere impeditus.225.B.§. illud.
In iudicio quasi contrahitur. 1510. A. §. idem.
Iudicium accipere.in verbo, accipere iudicium.
Iudicium accipere.359.B.§. procuratorem. &.360.B.l.sed.&.l.sequen.&.361.A.l. si defunctus.&.l.sequen.
Iudicium accipere, id est, litem contestari. 207.A.&.1383.A.l.si merx.
Iudicium accipere quandoque, id est, statim se defendere.216.A.in text.
Iudicium accipi, id est, sententiam. 214.B
perseuerare in Iudicium.227.A.§. sed ei.
Iudicium dictare, est actionem intendere. 532.B C.in mar.
confessio extra Iudicium quid operetur. 297.B.l. tale.
confessio facta in Iudicio, præsumitur spõte facta, non per vim.in verbo,cõfessio.
Iudicium suscipere paratus, moram non facit, si aduersarius cessat. 2065.B.l. paratum.de vsur.
venire in Iudicium.686.C.l.non potest.
venit in Iudicium quandoque, etiam quod post litiscontest.accidit. 748.C
quotiens res vrget, cogendi sumus ad Iudicium venire.236.B.§. sed.l.1.de fer.
Iudicij acta quæ non requirunt strepitum iudiciorum, possunt fieri per iudicem secularem in ecclesia.1296.A.in mar.
Iudicio maioris partis non semper statur. 1001.D
Iudiciorũ euentus incertus est.503.D.glos. dicentur.l.1.de do.ma.
Iudiciorum secreta non sunt publicanda. 1085.A.§.sed & si.l.si quis testamentum. ad legem Aquiliam.
quædam permittuntur extra Iudicia, quæ in iudiciis non.385.D.glo.2. l. mutus.de procura.
quandoque seruatur inæqualitas in Iudiciis.in verbo, inæqualitas.secus in contractibus.
interpretatio in Iudiciis debet fieri secundum proferentem. 297.C
Iumentum, & pecus, quid differant. 1984. B.§. iumentorum.& in glossa, appellatione.
Iumenta, & pecudes,differunt.1055.D.glo. iumentorum.
Iuramẽtum calumniæ tacitè omittitur.376. C.&.1295. C
Iuramentum calumniæ remitti non potest. 236.A.in mar.
Iuramentum remitti potest testibus de partium consensu.236.A.in mar.glo.sententia.l.1.de fer.
Iuramentum æquipollet litis contestationi.689.B.§.ex quibus.l.sed & si.de iudi.
Iuramentum æquipollet sententiæ. 94.B
Iuramentum conuentionale non potest referri.1283.B.l.iusiurandum.
Iuramentum habet vim probationis,& sententiæ inter easdem partes, non aliàs. 1279.A.§. si cum.l.sed si.de iureiur.
Iuramentum vim habet litiscontest. 1276. A.§. si is.l.nam postea.de iureiur.
Iuramentum vim pacti obligatorij habet. 1281.D.glo.fina.§. si quis.l.si duo.de iureiuran.
Iuramentum non habet vim transactionis quoad infamiam.345.B.§. qui iussu.
Iuramentum maiorem habet authoritatem, quàm res iudicata.1272.B.in.l.2. de iureiur.
Iuramentum necessarium in causa criminali non defertur.1273.B.in mar.
Iuramentum non continetur in generali mandato.1110.B.§.si tutor.in summa.de noxa.
Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis.287.C.in addi.glo.2.§. illud.l.si vnus.de pact.
Iuramentum non extenditur ad non cogitata.315.A B.in margine.l.cum Aquiliana.de transact.
Iuramentum non valet, cum quis iurat se non denuntiaturũ maleficium: quid aperiretur via iniquitati. 287.C
Iuramentum pro veritate capitur. 1291.D. &.1292.C D.glossa.2.§. si mulier.l.eum qui.&.§.si libertus.eadem.l.de iureiur.
Iuramentum si detuli inhabili, non possum opponere de inhabilitate.1286.B.in margine.
Iuramentum deferens debet iurare de calum.1295.C.§. qui iusiurandum.
Iuramentum deferens suscipere debet relatum.

BIU Cujas

Index materiarum.

latum. 1296.A.§.æquissime.
Iuramentum defertur in litem, vbi quis nó paret iudici. 1121.A.§.sed & si.
Iuramétũ in multis defertur actori. 1294.A
Iuramentum non defertur habenti præsumptionem iuris contra se. 501.D.in marg.
Iuramenti delatio intelligitur, vt incontinenti iuretur, vel remittatur. 1274.C.§. si neque.
Iuramentum de veritate præstitum non sufficit, si iurans dicit se credere: nam debet continere sic esse, vel non esse. 1295.A. in margine.
Iuramentum ex parte iurantis est personale, ex parte vero eius cui iuratur, reale. 308.B C.in margine.
Iuramentum in litem nó retractatur. 1306. B.l.de periurio.
Iuramentum præstitum super principali extenditur ad accessoria. 1298.B.in marg.
Iuramentum procuratoris, vel defensoris, prodest domino. 1277.B.§.iusiurandum.
Iuramentum referens modestius facit, quàm si ipse iuret. 1404.B.l.illud.§.1. de constitu.pecu.
Iuramentum veritatis non remittitur paréti, vel patrono. 1282.C.l.quotiens.
Sententia lata secundum Iuramentum non infamat. 351.D.in fine.
Sententia lata per falsum Iuramentum quando retractatur per instrumenta de nouo reperta. 1293.A.l.admonendi.
Iuramétum vnius alteri prodest. 1282.B C. glo.penul.§.Marcellus.l.si duo.de iureiu.
per Iuramentum non potest deberi res, quæ non est. 1291.B.§.si iurauero.l.eum qui. de iureiur.
Iuramenti verba si non possunt stare propriè, intelliguntur impropriè. 1278.C.§. item.
Iuramento in litem nó id continetur, quod in veritate est, sed quanti ea res est ab actore æstimata. 200.A.in textu.
Iuramento innocentiam suam quandoque probat quis. 346.A.§.qui iussu.l.furti.de his qui no.infa.
Iuramento intelligitur excepta auctoritas legis, vel superioris. 214.A.l.qui iurato. in margine.
Iuramento probatur interesse in summariis causis. 1189.C.l.thesaurus.
Iuramento quasi contrahitur, sicut sentétia. 1512.C.in marg.l.5.de pecul.
Iuraméto suo cogitur quis se purgare. 1109. C.§.prætor.l.quotiens.de noxa.
Iuramento suo, & pro se quandoque statur. 246.D
Iuraméto tollitur naturalis obligatio. 1299. A.glo.tolletur.l.creditore.
Solent iudices in dubiis pro eo iudicare, qui Iurauit. 1293.B.l.admonendi.de iureiur.
Iurare non cogitur habens declinatoriam fóri. 689.B.l.sed & si.§.ex quib⁹. de iudi.
Iurare debet in litem dominus litis. 1305.B. l.vulgo.
Iurare debet minor de veritate dicenda. 1302.D
Iurare quis non cogitur, vbi non potest cõueniri. 1297.A.§.qui non.
Iurare de facto alterius, & aliena conscientia, nemo debet. 1302.A.in margine.l.videamus.de in litem iur.
Si Iuratur super facto, tollitur omnis actio: si super actione, tollitur tantum illa super qua iuratur. 1281.B.in margine.
Iuratur in litem quandoque in actione stricti iuris. 200.B.&.1304.C
Iuratur in litem contra non exhibentes instrumentum. 1306.A.l.in instrumentis.
Iuratur in litem ob dolum, non culpam. 1304.B.l.in actionibus.
Iuratur in litem vbi nõ paretur iudici. 1121. A.§.sed & si.
non Iurans nec referens is cui defertur iuramentum, tenetur soluere. 1295.C D.§. ait prætor.
Iurãti in dubio succurritur. 1611.C.§.si quis ar.l.1.depo.
Iuranti pro se quandoque creditur. 246. D.Ouidius contra, cum ait: de se si creditur vlli.q.d.non creditur. glosſ. iurare.l. prætor.de eden.
Iurisconsulti dicuntur sacerdotes. 53.A.in textu.
Iurecon.non respondet ad quæst.facti. 92. A B.l.idem.
Iurisdictio in genere quid. 159.C
Iurisdictio vnde dicitur. Ibidem
Iurisdictio. 165.A.l.imperium.
Iurisdictio, & notio, differunt. in verbo, Notio.
Iurisdictio & dominium æquiparantur. 92. D.in margine.
Iurisdictio ex causa denegatur. 1296.B.glo. non dabit.
Iurisdictio sine aliqua coërcitione nulla est. 157.B.l.mandatam.
Iurisdictio sine coërcitione esse nó potest. 171.C.glo.finali.l.magistratibus.de iurisdi.omn.iud.
Iurisdictio sine consensu non prorogatur. 172.B.l.si per.de iurisd.omn.iudi.
Iurisdictio contentiosa, & voluntaria, differunt. 129.D.&.134.A.in tex.& glo.
Iurisdictio magna, maior, maxima: parua, minor, minima. 162.B C
Iurisdictio non impeditur ex coaceruatione plurium summarum. 170.B.l.si idem.
Iurisdictio plenissima est, cui adhæret merũ imperium: plena, cui mixtum: semiplena vero, cui modica coërcitio. 138.D
Iurisdictio simplex. 162.B
Iurisdictio voluntaria, & contentiosa quæ sunt, & quo modo differunt. 134.A
Iurisdictio voluntaria exercetur extra territoriũ. 175.C.glo.2.l.fi. de iurisd.omn.iudi.
Iurisdictio voluntaria potest vbique exerceri: contentiosa non. 112.A.glo.finali.l. emancipari.de adop.
Iurisdictionem voluntariã, non contentiosam, habet iudex extra prouinciam suam. 142.C D.glo.1.in prin.l.3.de offi.præsi.
In volũtaria iurisdictione obtinere quis potest duorum vicem. 142.C
Iurisdictionis extremũ.in verbo, Extremũ.
Iurisdictionis prorogatio potest fieri in iudicem ignorantem.&c. 673.B C.in mar.
Iurisdictioné dat consuetudo. 252.B.in mar. §.finali.l.vbi.de eden.
Iurisdictionem mandatam habens, propriũ nihil habet, sed vice fungitur delegantis: habet tamé modicam coërcitionem. 155. A.§.qui mandatam.
Iurisdictionem à se mandatam adimere an possit proconsul. 137.A
Iurisdictionem delegatã qui dare possunt. 167.B
Iurisdictionem omnes videntur retinere, si vnus ea vtatur. 1041.B.l.seruitus.
Iurisdictionem perpetuat citatio. 678.A
Iurisdictione alicui data, ea videntur concessa sine quibus iurisdictio esse non potest. 163.A.in textu.
non eximitur quis à Iurisdictione per fori priuilegiũ superueniẽs. 677.B C.l.si quis.
Ius, iustitia, & iurisprudẽtia differunt. 60.D
Ius est ars boni & æqui. 53.A.in tex.
Ius pluribus modis dicitur. 61.A.in tex.
Ius quid. 1193.C.§.quod ait.
Ius triplex. 570.B
Ius quandoq;, id est, licentia. 674.A B.§.legatis.ibi, reuocãdi do.ius datur, &.§.nam Celsus huic licentiam.
Ius, id est, locus vbi ius dicitur. 328.D
Ius actoris non dicitur fieri deterius, licet fecerit expensas. 229.B
anulorum aureorum Ius. 189.A.in mar.
Ius ciuile est pars scientiæ moralis, & sic supponitur Ethicæ, quia tractat de moribus. 53.B
Ius ciuile. 64.C.in textu.
Ius ci.calumniari non oportet, neque verba captari. 1190.C.l.pe.ad exhibendum.
in causa Ius est positum. 1090.A.in textu.
Ius constare non potest, nisi iurisconsultus ipsum in melius producat. 66.C.§.post originem.versi.post hæc.
Ius dici debet in loco consueto, vbi requiritur plena causæ cognitio: vbi vero semiplena, etiam in itinere dici potest. 1193. D.glo.fin.l.voluit.de inter.acti.
Ius dicere, id est, sententiam. 172.D
Ius dicens & iudex, differunt. 163.B
Ius dicentis officium latissimum est. 163.A. in textu.
Ius enucleatum, id est Pandectarum. 53.A
Ius gladij est merum imperium. 144.D
Ius esse in ciuitate parum est, nisi sint qui iura reddere possint. 66.B.§.post originé. versi.parum.l.2.de orig.iur.
Ius ex facto oritur. 1089.D.§.in cliuo.l.si ex.ad legem Aquiliam.
Ius moribus constitutum: id est, cõsuetudo. 82.A.§.& hoc.
Ius naturale sumitur quatuor modis. 55.D
Ius nescire quibus permissum. 2101.A.l. regula.
Ius ignorare, est lata culpa. 349.C.glo.non iuris.l.liberorum.de his qui no.infa.
Ius Papyrianum. 63.B.in tex.
Ius idem est in parte quoad partem, & in toto quoad totum: & ecõtra. 227.A.in verbo, Totum.
Ius mutari potest ex varietate personarum. 1296.D.glosſ.antepenult.l.iusiurandum. de iureiur.
pati quisque debet idem Ius sibi dici, quod ipse aliis dixit. 176.A B.l.1.quod quisque iur.in princip.
Ius præsumit malam fidem. 783.D.glo.cœpit.§.si ante.l.sed & si.de petitione hære.
Ius pascendi, pecoris appulsus, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, cretæ fodiendæ. 968.B C
Ius publicum in quibus consistat. 55.C
Ius quandoque dicitur iniquum. 61.D
Ius quoddam est publicum auctoritate, & vtilitate priuatum. 296.D
Ius recipit comparationem, quia dicitur bonum ius, melius, & opti. 1919.D
Ius reuocandi domum, id est, licentia declinandi fori, & reuocandi scilicet iudiciũ, domum, id est, ad locum vbi quis habet domicilium. 674.B.&.§.legatis.ibi, reuocandi.&c. Et ibi, nam Celsus huic licentiam do.reuo.dandam ait, hoc ius dicitur priuilegiũ fori: vt. 677.B C.l.si quis.Bar.
Ius singulare quid. 77.B.l.ius sing.
Ius idem statui debet, vbi est eadem ratio. 1079. D.l.illud. & in margine. ad legem Aquiliam.
Ius superueniens actori in re de qua litigat, fundat actionem ab initio male institutã. 1427.B.in margine.
Ius suum amittit quis per actum cõtrarium. 1044.C.in margine.l.Si stillicidij. quem admo.ser.
Ius vnum trahitur ad aliud, de similibus ad similia, diuersis modis. 81.D.glosſ.1.l.de quibus.de legi.

BIU Cujas

Digesti veteris.

In ius vocari qui nō debēt.in verbo,citari.
In ius vocare.in verbo, vocare.
Ius totum consistit in acquirendo, conseruando, vel minuendo.84. B.l.totum.
in Ius vocare parentes naturales nemo potest.186.l.parentes.de in ius vocando.
Iuris effectus accipitur per eos qui iuri dicendo præsunt.66.B.§.post origi.l. 2. de ori.iur.
Iuris effectus non curatur, cum lex punit factum.350.B.§. cum autem.l.quid ergo. de his qui no.infa.
Iuris error quandoque prodest.783.B.glos. & non puto. §. scire. l. sed etsi.de peti. hæred.
Iuris & rei successores non sunt pares.251. D.gloss.3.§.nihil.l.quædam.de eden.
Iuris executio non habet iniuriam.478.A. gloss.3.l. 3.de in inte.resti.
Iuris prætorij multiplex effectus. 59.C
Iuris scientia est thesaurus inæstimabilis. 45.D.glos.thesauros.§.nos vero.ī procē.
Iuris scientia optimos facit.43.B.§. sed cū vos.in procemio.
Iuris nomen vnde. 53.A.in textu.
bonæfidei non congruit de apicibus Iuris disputare.1657.B.l.si fideiussor.manda.
Iuris ciui.professores. 69.A.§. iuris.
Iuris ci.scientia habet caput & finem.Instituti.&.44.C
Iuris ci.scripti sex partes. 59.A
Iuris humani & diuini quædam sunt.114. C.in tex.
Iurisconsulti quotidie ius in melius producunt.66.C.§.post originem.versicu.post hæc.l.2.de ori.iur.
theologiam legere nō tenetur Iurisprudēs: quia in iure satis tractatur de diuinis.60. D.glos.penul.l.iustitia.de iustitia & iure.
Iuris studiosi sunt satellites iustitiæ.in verbo, satellites.
Iuri derogare non oportet prætoris factū. 235.C.l.i.de feri.
Iuri suo renuntiare multis casibus per pactum quis non potest.301.D.gloss.fin.l. pactum.de pact.
Iure agere, & lege agere, differunt. 130.D
de Iure,id est,in confessoria actione. 1026. B.§. Pom.
partium consensus non potest quid de Iure relaxare. 359.C
in Iure,id est, in iudicio coram iudice.328. D.&.61.B.l.penult.de iusti.& iur.&.333. A.in tex.
non Iure factum testamentum dicitur ruptum, irritum, & non solenne. 747.B
in Iure, id est, coram iudice. 1193. C. §. quod ait.
Iure meo saluo cōsentio.1950.D.glo.salua.
ipso Iure,multæ dictiones important.1610. C D.in margine.
Iure naturali ad peccatū mouemur.56.B.gl. cōiugatio.§.ius naturale.l.1.de iu.& iure.
relaxatur aliquid de Iure, partium consensu.235.D.gloss.sententia.l.1.de fer.
Iura nullas ptes discretas habent.1952.C D
Iura quæ obtinent in fisco, & in priuato. 773.A.gloss.in publica.
Iura varia ex tempore & loco statuuntur. 1450.A.gl.3.l.1.de exer.act.
Iusiurandum specié transactionis obtinet. 1272.B.l.Iusiurandum.
Iusiurandum alterius alteri prodest. 1282. C.glo.nam &.
Iusiurandum soli nocet qui detulit.869.B.l. sed & si.§.si petenti.de Publicia.
Iurisiurandi conditio non debet ei displicere qui detulit.1296.A.ad prin.l.iusiurandum.§.datur autem.de iureiur.
Iusta mortuo facere.184.B.l.in ius. in fin.
Iustinianei,non Iustinianistæ, aut Iustiniani dicēdi sunt iuris cādidati.46.C.in tex.
Iustinianus Iustini filiꝰ fuit non naturalis, sed adop. 53.B
Iustinianus non inuocat nomen Christi in exordiis iuris ciui. 41.A.in margine.
Iustitia & iuris prudentia,differunt. 60.D
Iustitia positiua.)In his quæ sunt iuris positiui non redditur ratio,sed est pro ratione voluntas. 329.D.& seq.in margine.l. 1.de postu.
Iustitiæ satellites dicuntur iuris studiosi.50. A.§.discipuli. in procē.
Iustus,id est,verus. 88.D
Iustus,id est,non iniustus. 772.B
Iustus filius. 90.A.l. Paulus.&.l.sequen.& 100.C.in textu.
Iustus metus qui. 591.C.l.metus.
Iusta hæreditas.1684.C.§.de illo.& in margine.
Iustæ nuptiæ.92.C.l.imperator.&. 97.A.l. item.& 106.B.§.petere.
Iussum quid. 1571.C.§.iussum.
Iussum pro nomine accipimus,id est,id operatur iussus quid nominis expressio. 899.B.§.si duos.
Iussus iudicis excusat. 540.C.gloss.penul.l. si quis.de iur.omn.iudi.
Iussus maioris excusat.2123.C.glo. destinatam.in verbo,maioris iussus.
Iussus prætoris excusat.345.B.§.qui iussu.l. furti.de his qui no.infa.
actio quod Iussu,an cum alia concurrat. 1571.D
quæ non prosunt singula,multa Iuuāt. 272. B.gloss.penulti.l.si plures de pact.
Iuuari beneficio nos oportet, non decipi. 1418.B.§.idēque.l.in cōmodato. Com.
Iuuenes facilius fugiunt quàm senes. 1410. B.glo.3.§.custodiam.l.si vt certo. Com.
Iuuenili leuitate deceptꝰ, restituitur.in verbo,Minor restituitur.
Iuuenili leuitate ductus,si decipiatur, restituitur: aliàs non. 563.B.l.quod si.§.Scæuola.de mi.

K

Κακοσθεια,id est vitiositas.1962.B.in tex.
Κατάπλους est portus ad qué ꝓcōsules plerūq; applicare solēt.135.C.§.ingressū.
Kalendæ martiæ fœminis solennes erant. 2199.A B. in margine.
Kalendariū quid,1268.B.l.eius.&. 2081.C
Κυρύκειον,id est,caducea.118.B.in textu & in margine.

L

LAbi facultatibus. 513.B.l.quod si.
Labra.1037. C.§.cum in.& in glo.& 1824.B.l.funes.
Lacus quid. 991.D
Lacus est genus vasis. 1075 D
Lacus ius non habet,sed flumen. 1752.A.l. Rutilia.
Lanipendia,alias lanæ impendia. 2197.D. l.sed si.
Lanionis taberna. 67.D.§.& cum.
Lapidicina dicitur, vbi lapis cæditur, non vbi cædi potest. 1756.B.l.in lege.
Lapilli,& gemmæ,differunt. 116.C
Lapilli iactu possessio retinetur. 1029.C
Lapis quadratus. 1030.C.in margine.
Lapsus & circumscriptus differunt: quia lapsus dicitur facilitate sui,circumscriptus aduersarij dolo.472.D.& seq.
Lasciui milites. 1854.B.§.si vero.
Lata culpa est dolo malo proxima. 250.C. gloss.2.l.vbi.de eden.
Latinæ feriæ. 69.A.§.capta.
Latrocinium,& furtum,differunt. 1699.D gloss.surreptum.
Latrones de die furantur. 147.B
Latrunculator quis. 706.D
Latrunculator de re pecuniaria non cognoscit,nisi absente iudice ciuili.706.B.§.latrunculator.
Latumia,quid. 1214.A
Latumiæ sunt lapidicinæ & cætera. 593.A. in margine.
Lauaturam super vestes tuas proiiciens, tenetur. 1092.C.l.prætor.
Laudare vulgo summare dicitur. 1808. C D.in margine.
Laudando malitiā augeri nō oportet.1206. B.§.non enim.l.1.de ser.cor.
Laudandus falso quis non est. 513.B.l.quod si.de do.
Laudator mali,auctor est. 1206. B.§.sed vtrum.l.1.de ser.cor.
Laudes suas non grauate audire quis debet. 138. A.l.si in aliquam.in prin.de offi.pro.
Lautius re sua vti quis non debet contemplatione delatæ hæreditatis. 784. C.§.si quis.l.sed & si.de peti.hære.
Lazarus suscitatus,an potuerit testamentum rumpere. 74.C
Lectus.) Vitiosam vesicam habere dicitur, qui mingit ī lecto. 1964.BC.§.ité de eo.
negligentia omnia Lædit.148.A.glo.fina.l. diuus.de offi.præsi.
Legatarius repudians onus adiectum legato, censetur repudiare legatum. 1242.C. in margine.
Legatario tres actiones dantur. 695.B
Legatariis non nocet trāsactio inter scriptū hæredem,& venientem ab intestato.313. A.l.imperatores.
Legatariis quando prouidetur non adita hę reditate. 211.A.in mar.
Legatariis quàm creditoribus plus subuenitur. 318.A
Legatum annuum an sit vsusfructus. 895.A
Legatum vbi solui debeat. 695.D
In legato inspicitur tempus quo cedit,in hę reditate tēpus aditionis.1365.D.gl.secuta.
Legato homine in genere,cuius est electio. 1140.C D
Legatorum ius ab hærede pendet. 728.B
Legatis rationibus,an videantur in eis contenta legari. 1129.A
Legatus Cæsaris,& præses,idem. 150.B.l. legatus.
Legatus Cæsaris, id est, præses prouinciæ. 158.D
Legatus municipij quis. 593.A
Legatus proconsulis de omni crimine cognoscit, & suspectum tutorem remouet. 137.A B
Legatos oportet procōsulem consulere, nō principem.137.B.§.legatos.
Legio,& cohors,differunt. 340.A
Ligitima. 753.C
Legitimantur filij ex concubina nati, si pater eam vocet vxorem.78.A.in margine.
ad Liberorum legitimationem quæ principem inducunt. 2120.C.l.diuus.
Leguli qui. 890.D
Lena. 2115.C.§.lenas.
Lenocinium facere, est quæstuaria mācipia habere. 342.B.§.ait prætor.
Lenocinium facere,nō est minus peccatum quàm corpore quæstum facere.2115.C.§. lenocinium.l.palam.de ri.nup.
Lenocinium peius est, quàm adulterium. 343. A.glo.cum.l.athletas. de his qui no. infa.
Leonina societas. 1691.C.in tex.
Leuiorem viam eligere potest, qui plures habet. 1701.C.in princip.§.idem.l.cū duobus.pro so.
Leuitate iuuenili ductus,si decipiatur,restituitur.

BIU Cujas

Index materiarum.

tuitur. 563.B.l.quod si.§.Scæuola.de mi.
Lex,id est,consuetudo. 166.D.&.406.D. glo.lex.
Lex quãdoque,id est,imperator, qui est lex animata. 78.D
Lex animata est princeps.166.C.gl.fi.l.more.de iurisom.iudi.
Lex,id est,pactũ quãdoque.93.C.&.297.C. &. 1008.A.l.is qui.&. 1043.B.§. nec video. & 1572. A.&. 1893.A.gloss.lege.& 2063.D.glo.lege.
Lex,id est,rogatio populi. 65.D
Lex corrigitur duobus modis. 82.C
Lex deficit,deficiente ratione. 491.D.l.si cũ.§.post annũ.in glo. pe. quod me.cau.
Lex si deficit,suppletur.2105.D.glo.1.l.oratio.de sponsa.
Lex vbi deficit,alij supplent. 1894.C.gloss. pe.l.quia.de præscrip.ver.
Lex de frequenter accidentibus fit. 74.B.l. nam ad ea.de legi.
Lex est inuentũ deorum. 73.B.l.2.de legi.
quod Lex negat,natura nõ audet.940.C.§. nec enim.l.2.de vsufr.ea.re.quæ vsu cõsu.
Lex extenditur ad casum non expressum,habentem similem rationem.2091.B.l. quæsitum.in sum.de testi.
Lex non habet effectum nisi ex persona cõdentis.166.C.in margi.gloss.fi.l.more.de iurisom.iudi.
Lex non potest argui mendacij. 715.D.in mar.glo.1.l.1.de inof.testa.
Lex posterior derogat priori. 1055.A.l.1. ad.l.Aquil.
Lex præcedens determinatur per sequentẽ. 79.B.l.non est.de legi.
Lex quod in præteritum indulget, in futurum vetat. 78.B.l.cum lex.de legi.
Lex si considerat quod potest euenire, non debemus requirere quod actualiter euenit. 1096.B.§.prætor.in sum.l.si vero.de his qui deie.
Lex si nõ distinguit, nec nos distinguemus. 871.C.l.de pretio.de Pub.
Lex scripta quamuis dura, est seruãda. 344. A.glo.vlt.l.qui autem de his qui no.infa.
contra id quod Lex iubet, aut prohibet,pacisci non licet:sed contra legis beneficiũ, licet.293.B C. vt quòd nõ agatur de animali,licet sit morbosum.
Lex tota generalis est, si initiũ sit generale. 2102.D.gl.pe.l.regula.de iur.& fac.igno.
Lex quandoque fingit impossibile. 98.A
Lex quandoque consulit. 1954.C
Lex si continet priuatam vtilitatem, contra eam pacisci potest. 293.B.l.pacisci.
Lex tollitur desuetudine. 82.B.in tex.
Legis actio. 101.C.l.magistratum.
Legis actio,id est,legitimus actus. 152.D
Legis actiones. 64.C.§.deinde.
Legis actiones erant, quæ formam agendi continebant. 66.A.in tex.
Legis Aquiliæ tria capita. 1055.B
Legis auxilium frustra implorat,qui in legẽ cõmittit.2118.C.§.si ign.l.filio.de ri.nup.
in fraudem Legis facit, qui saluis eius verbis sententiam circumuenit. 80.A B.l. contra.de legi.
Legis Liciniæ effectus. 623.D
Legis mens potius, quàm verba seruãda est. 1226. A.gloss.1.§.& generaliter.l.at si.de religio.
Legis potestas ambulatoria. 555.A.glo.idẽ. &.2174.D.l.erit.de fundo do.
Legis ratione cessante, cessat lex. 293.C.l. quod dictum.de pac.& 491.D
Legis verba offendere licet.191.C.glo.fin.l. quamuis.de in ius vo.
Legis virtus multiplex. 74.D
Legi omnes obedire debẽt.73.B.l.2.de legi.
Legi quod deest,supplet prætor. 1894.B.l. quia.de præscript.ver.
Legem facit quilibet magistratus. 176.A. glo.5.l.1.quod quisque iur.
Legem interpretatur consuetudo,iudex,magister,princeps. 83.D.gl.1.l.si de.de legi.
Legem quã quisque tulit pati debet. 175.C. l.1.quod quisque iur.cum glo.
contra Legem facere, est facere quod lex prohibet. 80.A B.l.contra.de legi.
Legem suæ rei dicere quisque potest. 2166. D.l.ob res.de pac.do.
Lege agere,id est,iudicio ordinario.130.D
Lege dicta,id est,pacto conuento. 1882.C. glo.lege.
Lege prohibente quod fit,non valet. 2122. D.l.præfectus.de rit.nup.
Leges benignius sunt interpretandæ. 77.B. l.benignius.de legi.
Leges docent malitiam, & dissimulare. in verbo,Malitia.
Leges duodecim tabularum.64.B.in textu.
Vniuersitas an fecisse iniuriam dicatur, si quilibet de ea fecerit. 409.D
Vniuersitas si delinquat, an singuli vel primores puniantur. 482.B
Vniuersitas tota videtur facere, quod cam panæ pulsu fit. 518.A
Vniuersitas omnis nomen à iure habet.823. A.in margine.
Vniuersitatis nomen retinet vnus. 410.A. l.sicut.in fin.quod cuiusc. vni.no.
Vniuersitatis quædam sunt.116.A.l.quædã. &.117.B.in textu.
Vniuersitatis potestas citari potest, si non habet syndicum.407.A.in margine.
quilibet de Vniuersitate potest esse iudex in causa eius. 406.A
cum Vniuersitate quædam transeunt, quæ per se non.1732.D.glo.3.l.in modicis.de contrah.emp.
Vnico numo facta locatio non valet.1874. C D.l.si quis.loca.
prout Vnita valet res, ea æstimanda est:nõ prout diuisa.1158.A B.§. cum fa.in sum. l.Mæuius.fa.er.
Vnus commodius, quàm plures, rem expedit.65.C.glo.1.§. deinde quia difficile.l. 2.de orig.iur.
Vnus facere non potest,quod à pluribus fieri debet. 635.A.gloss.fin.l.sicuti.de arbi.
Vnus homo duorum vicem vt sustineat, difficile est. 272.A. §. necnon.
Vna ratio vincit duas.732.D.glo. 2. l. nam &.de inoffi.testa.
Vnum pro omnibus edictum, quando datur. 709 B.l.nonnunquam.
Vnum, id est præcipuum. 1406.B.in glo.
Vnum interuenire non sufficit, vbi duo requiruntur. 2222.A
Vnius solutio, an liberet alium.200.C.& 2212.A.in margine.
Vnum ex duobus faciens, nil fecisse videtur.197.C.l.qui duos.in ius vo.vt eant.
contrahens cum Vno, non debet distringi in plures aduersarios.1532.A .in tex.l.& ancillarum.§. fin.de pecu.
valet quãdoquẽ ĩ Vno,quod nõ in plurib⁹. 265.C D.gl.pe.§. ideo.l.iurisgẽ. de pact.
Vocabula noua possumus inuenire.423.C. in margine.
plura sunt negotia quàm Vocabula.1888.B. l.natura.de præscri.ver.
Vocare in ius. 183.B.in prin.tex.
Vocatio in ius duplex: verbo, & re.193.D
Vocatus qui non venit, dolum committit. 545.D.gl.in.l.minor etiam.de mino.
Volenti non fit iniuria.191.A.in margine. l.quamuis.de in ius vo.
Voluntas coacta excusatur. 540.C
Voluntas coacta, voluntas est.500.D.glo. volui.l.si mulier.quod me.cau.
Voluntas datur intelligi ex facto.340.D. gloss.efficit.in margine.l.2.§.ignominię. de his qui no.infa.
Voluntas metui inest.477.D.gl.4.l.1.quod me.cau.
Voluntas morte finitur.1846.C.l. locatio. locati & conduct.
Voluntas pro ratione.in verbo, ratio.
Voluntas quid refert suffragio, an rebus factis declaretur. 82.A.§.nam quid.
Volũtas sola sine actu,an puniatur.119.C D
Voluntas tacita valet. 99.B
Voluntas variè declaratur:quandoque verbis, rebus & factis, quandoque vno illorum. 82.C.gl.pe.l.de quibus.de legi.
inter officium suspicientis, & Voluntatem distrahentis multum interest.1155.B.§. nam inter.id est inter volẽtem & coactũ.
Voluntas.)Quasi voluntatem habet furiosus. 99.B
Voluntatem mutare quandoque licet. 1613. A.gl.1.§. si sic.l.1.depo.
præsumitur quis remanere in eadem Voluntate.2070.C.gl.3.l.cum tacitum.de pba.
Voluntates defunctorum stricte non sunt interpretandæ.953.C.§. sed si.l.plenum. de vsu & habi.
scripturæ magna fides adhibetur in Vltimis volun. 315.D
Voluntarium ab initio, ex post facto incipit esse necessarium.371.A.gl.fi.l.seruũ. de procur.
Voluptatis & affectionis æstimatio non habetur.949.B.l.cũ de serui.de ope.seruo.
Voluptati mœror comes.224.A.§. si quis. ibi, voluptatis.l.2.si quis cau.
Voluptariæ expensæ nõ repetũtur.445.A. l.ex duobus.& in gloss.non habere.
Voti ratione conceditur, quod aliàs non concederetur.148.B.glo.1.l. illud.de offi.præs.
Vrbanum prædium. 977.C
Vrbana seruitus est nobilior rustica.979. A B.in margine.
Vrbana prædia, & rustica, differunt. 1925. A.gl.non multum.
Vrbibus euertẽdis aratrum ducebatur.937. B.in margine.
Vrbicam procurationem habet, qui reipu. causa in controuersia procurator est: vel aliud negotium publicum suscepit.549. C.in margine.
Vredo. 1854.B.§. sed & si.
Vrinatores qui, & vnde.1462 D.in mar.
Vsque eo,quo id est eatenus,quatenus.772. B.§. eos autem.
Vsucapit quãdoque emens à furioso.755.D
Vsucapere possum pro emptore, licet nulla fuerit obligatio. 1473.D.gl.possit.
Vsucapi an possint incorporalia. 974.A
Vsucapienti non nocet malà fides superueniẽs.834.A.gl.pen.l.Iulianus.de rei vin.
Vsucapio cœpta cõtra maiorem, perficitur contra pupillum. 580.D.in margine.
Vsucapio est effectus possessionis. 599.D
Vsucapio non incipit cõtra pupillum. 580. D.in margine.glo.1.l. etiam ei.de mino.
Vsufructuarius possidet ciuiliter & naturaliter ius vsusfruct. 601.D.in margine.
Vsufructuarius non potest perficere ædificium inchoatum.916.B C.l. vsufructuarius. §. Aedificium.contra videtur. 909. B C.l.vsufructuarius.
Vsufructuarius non possidet.212.B.§. possessor.l.sciendum.qui satisco.
Vsufructuarius vsumfructum relinquens, domum reficere non tenetur. 917. D. l. cum fructuarius.
Vsufructuarius quando facit fructus suos. 935.B C.l.si vsufru.
Vsura vsuræ non debetur.1265.D.gl.ex omni.l.lecta.si cer.pe.
Vsura.)Tempore quo vsura soluitur, tacitum pactum de non petendo inducitur. 308.B.l.qui.
Vsura eatenus rescindenda est, quatenus instrumentum excedit veram sortem.496. B.in margine.
Vsura accedit sorti.2059.D.gloss.obtinent.
Vsura quincunx,& centesima quid. 2050. B C.in margine.
Vsuræ modus esse debet, ne legem offendat. 2039.A.l.1.de vsuris.
Vsuræ constituuntur ex more regionis,vbi contractum est. 2039.A.l.1.de vsuris.
Vsuræ fructuum, & vsurarum, non debentur. 2050.A.l.neque.
Vsuræ in stricti iuris iudiciis, sine stipulatione non veniunt. 1389.D
Vsuræ petuntur vt interesse.1707.B.gloss. non quasi.
Vsuræ illicitæ sorti mixtæ non debentur, quamuis sortem non vitiant.2053. B. l. vsuras.
Vsuræ an peti possint iuris causa. ibidem.
Vsuræ præstantur ob moram, non lucrum. 2051.C.§. si pupillo.
Vsuræ semisses. 1901.C.l.Titius.
Vsuræ veniunt à tempore lit.cõte.in actio. stricti iuris. 2040.A.l.vulgo.
Vsurarum perceptio non perimit actionem contra alios competentem.298.B.§.post.
Vsuris cẽtesimis nullæ sunt maiores. 458.D
Vsuaria ancilla id est cuius vsus habetur. 954.B.in textu.
Vsuaria res,id est ĩ qua vsum habemus.958. B.l.Neratius.
Vsus. 969.A
Vsus id est, vsucapio. 599.D
Vsus, & fructus, differunt.859.A.l.cum in rem.&.955.B.§. vsusfr.
Vsus & habitatio idem pene sunt. 951.D.l. si habitatio.
Vsus appellatione quandoque fructus continetur. 943.C.l.quoniam.
Vsus nudus quid,& in quo consistat. 950.B
Vsum ligni habens, potest deferre in oppidum. 953.B.in textu.
quæ ad Vsum quotidianum habentur, non continentur generali obligatione. 1908. A.l.vel quæ.
Vsusfructus quid. 880.C.l.vsusfructus.
Vsusfructus appel.quandoque continetur proprietas. 944.A
Vsusfructus. 968.D
Vsusfructus causalis.881.B C.gloss.reuerti.
Vsusfructus continet omnem commoditatem. 952.A.in margine.
Vsusfru.qua actione peti potest. 916.A
Vsusfru.facilius,quàm proprietas quæritur. 922.D.gloss.quotidie.&.l.interdũ.de vsufru.acces.

BIU Cujas

Index materiarum Digesti veteris.

Vsusfructus quandoque dominio assimilatur, quandoque ab eo differt. 881.D
Vsusfructus propriè & impropriè ponitur. 901.D
Vsusfruc. formalis ad hæredem non transit. 908.B
Vsusfruc. ciuitati relictus durat centum annis. 913.A.l.an vsusfruct.
Vsusfructus interit rei mutatione. 932.B.l. repeti.§.rei.
Vsumfructum in nominibus filij pater habet. 940.C D.in margine.
Vsumfructum, inter, & operas, est quædam vnitas. 949.B
Vsumfructum potest fructuarius obligare. 1936.D.glo.vtendi fruendi.
Vt, non omnimodam similitudinem notat. sic in euang. dicitur, Estote perfecti, vt pater vester. 1791.B C.& in marg.
Vtendum datum, & cõmodatum, differunt. 1406.C.§.inter.
Vterus.) Qui in vtero est, quando aliis prodest, & quando non. 89.A.&.94.A.l.qui in vtero.
Vtilis actio datur, quando sententia tantum locum habet. 168.C
Vtilis, id est, efficax. 1050.B.&.1383.C.& 1908.C.glo.vtilem.
Vtilis quandoque prævalet directæ. 365.D. glo. fin.l. in causæ. de procur.&.394.B.l. procura.de procura.
Vtile, id est, efficax. 2030.A.glo.vtile.
Vtile an vitietur per inutile. 1245.C
Vtile non vitiatur per inutile. 2149.D.glo. infirmari.l.siue. de iure do.&.175.C.glo. fi.l.fi.de iurisd.omn.iudi.
Vtile per inutile vitiatur. 627.B.glo. pe.l. Pedius.de arbi.
Vtilitas, id est, vsus tantum. 952.A.in mar.
Vtilitas publica præfertur priuatæ. 86.C.& 117.A.glo.2.l.riparum. de re. di. &.1714. D.glo.3.§.Labeo.l.actione.pro so.
Vtilitas quælibet dicitur interesse. 1120.B.in marg.l.4.fi.regun.
quando quid dicitur versum in Vtilitatem alterius. 1457.D.in mar.
multa in iure contra strictam rationem disputandi pro vtilitate communi recepta sunt. 1089.A.§.multa.l. ita vul. ad legem Aquiliam.
Vtiliter cœptum sufficit. in verbo, Cœptũ.
Vtiliter qui gesit, negotiorum gesto. agere potest. 430.B.§.is enim.
Vtiliter gestum ratum habendũ est. 428.A. &.429.A.§.sed eo.l.Pompo.de neg.gest.
Vuam lectam calcare. 1829.C.§. cæterum.
Vuola. 1964.A.glo.si vua.
Vulgo concepti sunt qui patrem monstrare non possunt. 93.B.l.vulgo.de statu homi.
Vulgo quæsitus matrem sequitur. 92.C.l.cũ legitimæ.
Vulneratus quando perit sua culpa. 1079.B C.in margine.
Vulneratus, si sua negligentia perit, non erit actio de occiso. 1079.B
Vultus detegens motum animi, ostendit inconstantiam. 150.A.l.obseruandum. de offi.præsi.
Vxor breui reuersa, non dicitur diuertisse. 2219.B.l.diuortium. de diuor.&.2113.A. l.Plerique.
Vxor cõsularis retinere potest mariti dignitatem per priuilegiũ, cum nubit plebeio. 123.C.& seq.l.nuptæ.
Vxor domicilium cum viro mutat, concubina non. 174. D.glo.1.l.cum quædam. de iurisdi.om.iudi.
Vxor retinet possess. per maritum, & contra. 937.C.l.si mulieri.qui.mo.vsufru.amit.
Vxor (tanquam domestica) repellitur à testimonio. 225.D.in mar.
Vxor viri causa ad maritũ venire creditur. 2193.D.§.iter autem.
Vxor tenetur viro de nummis ab eo datis, inquantũ hic est pauperior, & illa ditior. 2196.D.glo.facta esset.
Vxor quod quærit, ex bonis viri quærere præsumitur: gratia turpis quæstus vitãdi. 2212.C.l.Quintus.
Vxor maritum in expeditione existentem per quadrienniũ expectare tenetur. 2220. B.glo.migrare.
Vxor, nomẽ dignitatis, nõ voluptatis. 2203 B.in margine.
Vxor est socia diuinæ & humanæ domus. 452.C.glo.1.l.hæres.de neg.gest.
Vxoris ius non trahitur ad sponsam. 348.C. glo.fin.l.solet.de his qui no.infa.
Vxoris iure non vtitur sponsa. 348.B.glo.fi. l.vxores.de his qui not.infa.
Vxori malum medicum adhibens maritus, vel non adhibens, priuatur lucro. 1979. A B.in margine.
Vxorem ducens nõ debet citari. 184.B.l.in ius.de in ius vo.
Vxorem secum in prouinciam ducere non debet proconsul. 135.A.in text.
Vxorẽ operari cogere potest maritus. 896. A B.in margi.in verbo, serui cogendi.
Vxores bannitorum, si per statutum nõ possunt morari in ciuitate, non porrigitur hoc statutum ad sponsas. 348.C.in mar.
Vxores coruscant radiis maritorum. 122.C & D.glo.1.l.fœminæ.de sena.

X

Xenia à nemine accipere, inhumanum: passim, vilissimum: per omnia, auariſsimum. 137.C.in textu.
Xenia, & munera seu dona, differunt: quia illa in esculentis poculentísque, hæc vero in iis quæ edulium potuúmque excedunt vsum, consistunt. 137.C.in fin.tex.& 149.D
Xenia non continentur appellatione doni, vel muneris. 137.B
Xenia, id est, esculenta & poculẽta, olim capere iudici licebat: hodie nõ licet, nisi in defectum salarij. 149.D.& seq.
Xeniis an sit abstinẽdum. 137.B.§.nõ vero.
Xystici, athletæ sunt à porticu vbi per hyemem exercebantur. 342.C D.in marg.
Xystici infames non sunt. 342.B

Z

Zeugma Latinè dici potest connexio. 752.D.in margine.
Zizaniã seminans tenetur. 1072.D.§.inquit.

Finis.

ERRATA.

In quat.† b.linea à B.2.lege, dicebantur.
Columna.3.l.74.manumittatur.
Col.60.l.56.fiat.in glo.
Col.252.l.18.Pomponius.
Col.447.l.16.Liberto.
Col.468.l.20.turpiter pactus.
Col.475.l.25.poscit.
Col.550.l.9.contractum.
Col.973.l.pen.potest.
Col.1228.ali à viro.in marg.
Col.1401.l.46.vtitur.in glo.
Col.1511.l.68.feudum.in glo.
Col.1868.l.31.In nauem.in glo.

Cætera (amice lector) supplere non graueris. Insuper non est cur mirere, si deprehendas orthographiam mutatam, diuersámque ab ea: quam initio cœperamus. Aliud enim nobis consilium fuit: quod de illius (qui hæc cum Flo. contulit) sententia, mutauimus. Quam si ob antiquioris seculi obseruatam scribendi rationem, probaueris: cum merita laude prosequi minimè molestum videatur.

BIU Cujas

TITVLI TOTIVS OMNIVM DIGESTORVM SEV PANDECTARVM IVRIS ENVCLEATI

ex omni iure veteri collecti, auctoritate domini nostri sacratissimi IVSTINIANI *Augusti.*

PARS PRIMA.

Τῶν πρώτων.

Feliciter incipit liber PRIMVS.

I. De iustitia & iure.
II. De origine iuris,& omnium magistratuum, & successione prudentium.
III. De legibus, senatusque consultis, & longa consuetudine.
IIII. De constitutionibus principum.
V. De statu hominum.
VI. De his,qui sui vel alieni iuris sunt.
VII. De adoptionibus,& emancipationibus,& aliis modis,quibus[patria]potestas soluitur.
VIII. De diuisione rerum,& qualitate.
IX. De senatoribus.
X. De officio consulis.
XI. De officio præfecti prætorio.
XII. De officio præfecti vrbi.
XIII. De officio quæstoris.
XIIII. De officio prætorum.
XV. De officio præfecti vigilum.
XVI. De officio proconsulis & legati.
XVII. De officio præfecti Augustalis.
XVIII. De officio præsidis.
XIX. De officio procuratoris Cæsaris,vel rationalis.
XX. De officio iuridici.
XXI. De officio eius,cui mandata est iurisdictio.
XXII. De officio adsessorum.

Explicitus est liber primus.

Incipit liber SECVNDVS.

I. De iurisdictione.
II. Quod quisque iuris in alterum statuerit,vt ipse eodem iure vtatur.
III. Si quis ius dicenti non obtemperauerit.
IIII. De in ius vocando.
V. Si quis in ius vocatus non ierit,siue quis eum vocauerit,quem ex edicto non debuerit.
VI. In ius vocati vt eant,aut satis vel cautum dent.
VII. Ne quis eum,qui in ius vocabitur,vi eximat.
VIII. Qui satisdare cogantur, vel iurato promittant, vel suæ promissioni committantur.
IX. Si ex noxali causa agatur, quemadmodum caueatur.
X. De eo,per quem factum erit, quò minus quis in iudicio sistat.
XI. Si quis cautionibus in iudicio sistendi causa factis non obtemperauerit.
XII. De feriis,& dilationibus,& diuersis temporibus,[& quibus causis feriæ non impediantur.]
XIII. De edendo.
XIIII De pactis.
XV. De transactionibus.

Explicitus est liber secundus.

Incipit liber TERTIVS.

I. De postulando.
II. De his,qui notantur infamia.
III. De procuratoribus & defensoribus.
IIII. Quod cuiuscumque vniuersitatis nomine,vel contra eam agatur.
V. De negotiis gestis.
VI. De calumniatoribus.

Explicit liber tertius.

Incipit liber QVARTVS.

I. De in integrum restitutionibus.
II. Quod metus causa gestum erit
III. De dolo malo.
IIII. De minoribus vigintiquinque annis.
V. De capite minutis.
VI. Ex quibus causis maiores vigintiquinque annis in integrum restituantur.
VII. De alienatione iudicij mutandi causa facta.
VIII. De receptis, qui arbitrium receperunt,vt sententiam dicant.
IX. Nautæ,caupones,stabularij vt recepta restituant.

Explicit liber quartus feliciter.

PARS SECVNDA.

de iudiciis.

Incipit liber QVINTVS.

I. De iudiciis,& vbi quisq; agere vel cõueniri debeat.
II. De inofficioso testamento.
III. De hæreditatis petitione.
IIII. Si pars hæreditatis petatur.
V. De possessoria hæreditatis petitione.
VI. De fideicommissaria hæreditatis petitione.

Explicit ex ordine Digestorum liber quintus: de Iudiciis liber primus.

Incipit ex ordine SEXTVS *:de iudiciis secundus.*

I. De rei vindicatione.
II. De Publiciana in rem actione.
III. Si ager vectigalis, id est emphyteuticarius petatur.

Explicit ex ordine liber sextus: de Iudiciis liber secundus.

Incipit ex ordine liber SEPTIMVS: *de Iudiciis liber tertius.*

I. De vsufructu, & quemadmodum quis vtatur fruatur.
II. De vsufructu adcrescendo.
III. Quando dies vsusfructus legati cedat.
IIII. Quibus modis vsusfructus vel vsus amittitur.
V. De vsufructu earum rerum,quæ vsu consumuntur, vel minuuntur.
VI. Si vsusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur.
VII. De operis seruorum.
VIII. De vsu & habitatione.
IX. Vsufructuarius quemadmodum caueat.

Explicit ex ordine Digestorum liber septimus de Iudiciis liber tertius.

Incipit ex ordine liber OCTAVS *:de Iudiciis liber quartus.*

I. De seruitutibus.
II. De seruitutibus prædiorum vrbanorum.
III. De seruitutibus prædiorum rusticorum.
IIII. Communia prædiorum,tam vrbanorum, quàm rusticorum.
V. Si seruitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.
VI. Quemadmodum seruitutes amittantur.

Explicit ex ordine Digestorum liber octauus: de Iudiciis liber quartus.

Incipit ex ordine liber NONVS *:de Iudiciis liber quintus.*

I. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.
II. Ad legem Aquiliam.
III. De his,qui effuderint,vel deiecerint.
IIII. De noxalibus actionibus.

Explicit ex ordine Digestorum liber nonus:de Iudiciis liber quintus.

Incipit ex ordine liber DECIMVS: *de Iudiciis liber sextus.*

I. Finium regundorum.
II. Familiæ erciscundæ.
III. Communi diuidundo.
IIII. Ad exhibendum.

Explicit ex ordine Digestorum liber decimus: de Iudiciis liber sextus.

Incipit ex ordine liber VNDECIMVS: *de Iudiciis, liber septimus.*

I. De interrogationibus in iure faciendis,& de interrogatoriis actionibus[sublatis.]
II. De quibus rebus ad eundem iudicem eatur.
III. De seruo corrupto.
IIII. De fugitiuis.
V. De aleatoribus.

BIU Cujas

VI. Si mensor falsum modum dixerit.
VII. De religiosis,& sumptibus funerum,& vt funus ducere liceat.
VIII. De mortuo inferendo,& sepulchro ædificando.
Explicitus est ex ordine Digestorum liber vndecimus:de Iudiciis liber septimus feliciter.

PARS TERTIA, DE rebus creditis.

Incipit de rebus creditis si certum petetur liber primus: ex ordine Digestorum seu Pandectarum DVODECIMVS.

I. De rebus creditis si certũ petetur,& de cõdictione.
II. De iureiurando, siue voluntario,siue necessario, siue iudiciali.
III. De in litem iurando.
IIII. De condictione causa data,causa non secuta.
V. De condictione ob turpem,vel iniustam causam.
VI. De condictione indebiti.
VII. De condictione sine causa.
Explicit ex ordine Digestorum liber duodecimus:de Rebus liber primus.
Incipit ex ordine TERTIVSDECIMVS: *de Rebus secundus feliciter.*
I. De condictione furtiua.
II. De condictione ex lege.
III. De condictione triticiaria.
IIII. De eo,quod certo loco dari oportet.
V. De pecunia constituta.
VI. Commodati,vel contrà.
VII. De pigneratitia actione,vel contrà.
Explicitus est liber ex ordine tertiusdecimus: de Rebus liber secundus.
Incipit liber ex ordine QVARTVSDECIMVS: *de Rebus tertius.*
I. De exercitoria actione.
II. De lege Rhodia,de iactu.
III. De institoria actione.
IIII. De tributoria actione.
V. Quod cum eo,qui in aliena potestate est,negotium gestum esse dicetur.
VI. De senatusconsulto Macedoniano.
Explicit liber ex ordine quartusdecimus.
Incipit liber ex ordine QVINTVSDECIMVS: *de Rebus quartus.*
I. De peculio.
II. Quando de peculio actio annalis est.
III. De in rem verso.
IIII. Quod iussu.
Explicit liber ex ordine quintusdecimus.
Incipit liber ex ordine SEXTVSDECIMVS: *de Rebus liber quintus.*
I. Ad senatusconsultum Velleianum.
II. De compensationibus.
III. Depositi,vel contrà.
Explicit ex ordine liber sextusdecimus.
Incipit liber ex ordine SEPTIMVSDECIMVS: *de Rebus liber sextus.*
I. Mandati, vel contrà.
II. Pro socio.
Explicit liber ex ordine septimusdecimus.
Incipit liber ex ordine Digestorum OCTAVVSDECIMVS: *de Rebus liber septimus.*
I. De contrahenda emptione, & de pactis inter emptorem & venditorem compositis, & quæ res venire non possunt.
II. De in diem addictione.
III. De lege commissoria.
IIII. De hæreditate vel actione vendita.
V. De rescindenda venditione, & quando liceat ab emptione discedere.
VI. De periculo & commodo rei venditæ.
VII. De seruis exportandis, vel si ita mancipium venierit,vt mnumittatur,vel contrà.
Explicit ex ordine Digestorum liber octauusdecimus.
Incipit ex ordine Digestorum liber NONVSDECIMVS: *de Rebus octauus.*
I. De actionibus empti & venditi.
II. Locati[&]conducti.
III. De æstimatoria actione.
IIII. De rerum permutatione.
V. De præscriptis verbis,& in factum actionibus.
Explicit ex ordine Digestorum liber nonusdecimus feliciter.

PARS QVARTA. *Libri singulares.*

Incipit ex ordine Digestorũ liber VICESIMVS: *singularium primus.*
I. De pignoribus,& hypothecis,& qualiter ea cõtrahantur,& de pactis eorum.
II. In quibus causis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur.
III. Quæ res pignori vel hypothecæ datæ obligari non possunt.
IIII. Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur:& de his, qui in priorum creditorum locum succedunt.
V. De distractione pignorum & hypothecarum.
VI. Quibus modis pignus vel hypotheca soluitur, vel non.
Explicitus est ex ordine liber vicesimus: singularium liber primus.
Incipit ex ordine liber VICESIMVSPRIMVS: *singularium secundus.*
I. De ædilitio edicto & redhibitione, & quanti minoris.
II. De euictionibus,& duplæ stipulatione.
III. De exceptione rei venditæ,& traditæ.
Explicit ex ordine liber vicesimusprimus: singularium secundus.
Incipit ex ordine Digestorũ liber VICESIMVSSECVNDVS: *singularium tertius.*
I. De vsuris,& fructibus,& causis, & omnibus accessionibus,& mora.
II. De nautico fœnore.
III. De probationibus & præsumptionibus.
IIII. De fide instrumentorum,& amissione eorum.
V. De testibus.
VI. De iuris & facti ignorantia.
Incipit ex ordine liber VICESIMVSTERTIVS: *singularium liber quartus.*
I. De sponsalibus.
II. De ritu nuptiarum.
III. De iure dotium.
IIII. De pactis dotalibus.
V. De fundo dotali.
Explicit ex ordine liber vicesimustertius.
Incipit ex ordine liber VICESIMVSQVARTVS: *singularium liber quintus.*
I. De donationibus inter virum & vxorem.
II. De diuortiis & repudiis,
III. Soluto matrimonio,dos quemadmodum petatur.
Explicitus est liber ex ordine vicesimus quartus: singularium liber quintus.
Incipit ex ordine liber VICESIMVSQVINTVS: *singularium liber sextus.*
I. De impensis in res dotales factis.
II. De actione rerum amotarum.
III. De agnoscendis, & alendis liberis, vel parentibus, vel patronis,vel libertis.
IIII. De inspiciendo ventre,custodiendoque partu.
V. Si ventris nomine muliere in possessionem missa, eadem possessio dolo malo ad alium translata esse dicatur.
VI. Si mulier ventris nomine in possessione calumniæ causa esse dicetur.
VII. De concubinis.
Explicitus est liber ex ordine vicesimusquintus: singularium liber sextus.
Incipit ex ordine liber VICESIMVSSEXTVS: *singularium liber septimus.*
I. De tutelis.
II. De testamentaria tutela.
III. De confirmando tutore vel curatore.
IIII. De legitimis tutoribus.
V. De tutoribus & curatoribus datis ab his, qui ius dandi habent: & qui,& in quibus causis specialiter dari possunt.
VI. Qui petant tutores, vel curatores, & vbi petantur.

De

VII. De administratione & periculo tutorum & curatorum, qui gesserunt, vel non: & de agentibus, vel conueniendis vno, vel pluribus.
VIII. De auctoritate & consensu tutorum vel curatorum.
IX. Quãdo ex facto tutoris vel curatores minores agere vel conueniri possunt.
X. De suspectis tutoribus & curatoribus.
Explicitus est ex ordine liber vicesimus sextus: singularium liber septimus.
Incipit ex ordine liber VICESIMVS SEPTIMVS: *singularium liber octauus.*
I. De excusationibus.
II. Vbi pupillus educari vel morari debeat, & de alimentis ei præstandis.
III. De tutelæ, & rationibus distrahendis, & vtili curationis causa actione.
IIII. De contraria tutelæ, & vtili actione.
V. De eo, qui pro tutore, próve curatore negotia gessit.
VI. Quod falso tutore auctore gestum esse dicatur.
VII. De fideiussoribus, & nominatoribus, & hæredibus tutorum & curatorum.
VIII. De magistratibus conueniendis, & hæredibus eorum.
IX. De rebus eorum, qui sub tutela vel cura sunt, sine decreto non alienandis, vel supponendis.
X. De curatoribus, furioso, & aliis extra minores, dandis.
Explicitus est ex ordine liber vicesimus septimus: singularium octauus feliciter.
PARS QVINTA, *de testamentis.*
Incipit ex ordine liber VICESIMVS OCTAVVS: *singularium liber nonus.*
I. Qui testamenta facere possunt, & quemadmodum testamenta fiant.
II. De liberis & posthumis hæredibus instituendis, vel exhæredandis, vel præteritis.
III. De iniusto, rupto, irrito facto testamento.
IIII. De his, quæ in testamento delentur, inducuntur, vel inscribuntur.
V. De hæredibus instituendis.
VI. De vulgari & pupillari substitutione.
VII. De conditionibus Institutionum.
VIII. De iure deliberandi.
Explicit liber ex ordine vicesimus octauus: singularium liber nonus.
Incipit ex ordine liber VICESIMVS NONVS: *singularium decimus.*
I. De testamento militis.
II. De adquirenda vel omittenda hæreditate.
III. Testamenta quemadmodum aperiantur, inspiciantur, & describantur.
IIII. Si quis omissa causa testaméti, ab intestato, vel alio modo possideat hæreditatem.
V. De senatusconsulto Silaniano & Claudiano, quorum testamenta ne aperiantur.
VI. Si quis aliquem testari prohibuerit, vel coëgerit.
VII. De iure codicillorum.
Incipit liber primus de legatis & fideicommissis: ex ordine liber TRIGESIMVS.
De legatis & fideicommissis, liber primus.
Incipit liber secundus de legatis & fideicommissis: ex ordine TRIGESIMVS PRIMVS.
De legatis & fideicommissis, liber secundus.
Incipit liber tertius de legatis & fideicommissis: ex ordine TRIGESIMVS SECVNDVS.
De legatis & fideicommissis, liber tertius.
Incipit liber quartus de legatis & fideicommissis: ex ordine liber TRIGESIMVS TERTIVS.
I. De annuis & menstruis legatis & fideicommissis.
II. De vsu, & vsufructu, [& reditu,] & habitatione, & operis per legatum vel fideicómissum datis.
III. De seruitute legata.
IIII. De dote prælegata.
V. De optione vel electione legata.
VI. De tritico, vino, vel oleo legato.
VII. De instructo vel instrumento legato.
VIII. De peculio legato.
IX. De penu legata.
X. De supellectile legata.
Incipit ex ordine Digestorum liber TRIGESIMVS QVARTVS.
I. De alimentis vel cibariis legatis.
II. De auro, argento, mundo, ornamentis, vnguentis, veste, vel vestimentis, & statuis legatis.
III. De liberatione legata.
IIII. De adimendis vel transferendis legatis, [vel fideicommissis.]
V. De rebus dubiis.
VI. De his, quæ pœnæ causa relinquuntur.
VII. De regula Catoniana.
VIII. De his, quæ pro non scriptis habentur.
IX. De his, quæ vt indignis auferuntur.
Incipit ex ordine liber TRIGESIMVS QVINTVS.
I. De conditionibus & demonstrationibus, & causis, & modis eorum, quæ in testamento scribuntur.
II. Ad legem Falcidiam.
III. Si cui plus, quàm per legem Falcidiam licuerit, legatum esse dicetur.
Incipit ex ordine liber TRIGESIMVS SEXTVS.
I. Ad senatusconsultum Trebellianum.
II. Quando dies legatorum vel fideicommissorum cedat.
III. Vt legatorum seu fideicommissorum seruandorum causa caueatur.
IIII. Vt in possessionem legatorum vel fideicómissorum [seruandorum] causa esse liceat.
Explicit de legatis & fideicommissis liber septimus: ex ordine Digestorum liber trigesimus sextus.
PARS SEXTA.
Incipit de bonorum possessionibus liber primus: ex ordine liber TRIGESIMVS SEPTIMVS.
I. De bonorum possessionibus.
II. Si tabulæ testamenti extabunt.
III. De bonorum possessione, furioso, infanti, muto, surdo, cæco competente.
IIII. De bonorum possessione contra tabulas.
V. De legatis præstandis contra tabulas bonorum possessione petita.
VI. De collatione bonorum.
VII. De dotis collatione.
VIII. De coniungendis cum emancipato liberis eius.
IX. De ventre in possessionem mittendo, & curatore eius.
X. De carboniano edicto.
XI. De bonorum possessione secundum tabulas.
XII. Si à parente quis manumissus sit.
XIII. De bonorum possessione ex testamento militis.
XIIII. De iure patronatus.
XV. De obsequiis [à liberis & libertis] parentibus & patronis præstandis.
Explicit ex ordine Digestorum trigesimus septimus.
Incipit liber TRIGESIMVS OCTAVVS: *de bonorum possessionibus secundus.*
I. De operis libertorum.
II. De bonis libertorum.
III. De libertis [municipum & aliarum] vniuersitatum.
IIII. De adsignandis libertis.
V. Si quid in fraudem patroni factum sit.
VI. Si tabulæ testamenti nullæ extabunt, vnde liberi.
VII. Vnde legitimi, [& vnde adgnati.]
VIII. Vnde cognati.
IX. De successorio edicto.
X. De gradibus, & adfinibus, & nominibus eorum.
XI. Vnde vir & vxor.
XII. De veteranorum & militum successione.
XIII. Quibus non competit bonorum possessio.
XIIII. Vt ex legibus senatúsve consultis bonorum possessio detur.
XV. Quis ordo in bonorum possessionibus seruetur.
XVI. De suis & legitimis hæredibus.
XVII. Ad senatusconsultum Tertyllianum & Orphitianum.
Explicitus est liber ex ordine digestorum trigesimus octauus: de bonorum possessionibus secundus.

BIU Cujas

Incipit ex ordine liber TRIGESIMVS NONVS.

I. De operis noui nuntiatione.
II. De damno infecto, & de suggrundis, vel proiectionibus.
III. De aqua, & aquæ pluuiæ arcendæ.
IIII. De publicanis, & vectigalibus, & commissis.
V. De donationibus.
VI. De mortis caussa donationibus, & capionibus.

Explicit liber ex ordine Digestorũ trigesimus nonus.

Incipit ex ordine liber QVADRAGESIMVS.

I. De manumissionibus.
II. De manumissis vindicta.
III. De manumissionibus, quæ seruis ad vniuersitatem pertinentibus imponuntur.
IIII. De manumissis testamento.
V. De fideicommissariis libertatibus.
VI. De ademptione libertatis.
VII. De statuliberis.
VIII. Qui sine manumissione ad libertatem perueniunt.
IX. Qui & à quibus manumissi liberi non sunt, & ad legem Aeliam Sentiam.
X. De iure aureorum anulorum.
XI. De natalibus restituendis.
XII. De liberali caussa.
XIII. Quibus ad libertatem proclamare non licet.
XIIII. Si [libertus] ingenuus esse dicetur.
XV. Ne de statu defunctorũ post quinquenniũ quęratur.
XVI. De collusione detegenda.

Explicit liber ex ordine Digestorum quadragesimus.

Incipit ex ordine liber QVADRAGESIMVS PRIMVS.

I. De adquirendo rerum dominio.
II. De adquirenda vel amittenda possessione.
III. De vsurpationibus & vsucapionibus.
IIII. Pro emptore.
V. Pro hærede pro possessore.
VI. Pro donato.
VII. Pro derelicto.
VIII. Pro legato.
IX. Pro dote.
X. Pro suo.

Explicit liber ex ordine Digestorum quadragesimus primus.

Incipit ex ordine liber QVADRAGESIMVS SECVNDVS.

I. De re iudicata, & de effectu sententiarum, & de interlocutionibus.
II. De confessis.
III. De cessione bonorum.
IIII. Quibus ex causis in possessionem eatur.
V. De rebus auctoritate iudicis possidendis seu vendundis.
VI. De separationibus.
VII. De curatore bonis dando.
VIII. Quæ in fraudem creditorum facta sunt, vt restituantur.

Explicit liber ex ordine Digestorum quadragesimus secundus.

Incipit ex ordine liber QVADRAGESIMVS TERTIVS.

I. De interdictis, siue extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt.
II. Quorum bonorum.
III. Quod legatorum.
IIII. Ne vis fiat ei, qui in possessionem missus erit.
V. De tabulis exhibendis.
VI. Ne quid in loco sacro fiat.
VII. De locis & itineribus publicis.
VIII. Ne quid in loco publico vel itinere fiat.
IX. De loco publico fruendo.
X. De via publica, & si quid in ea factum esse dicatur.
XI. De via publica & itinere publico reficiendo.
XII. De fluminibus, ne quid in flumine publico ripáve eius fiat, quò peius nauigetur.
XIII. Ne quid in flumine publico, [ínve ripa eius] fiat, quo aliter aqua fluat, atque vti priore æstate fluxit.
XIIII. Vt in flumine publico nauigare liceat.
XV. De ripa munienda.
XVI. De vi, & de vi armata.
XVII. Vti possidetis.
XVIII. De superficiebus.
XIX. De itinere actuque priuato.
XX. De aqua cottidiana & æstiua.
XXI. De riuis.
XXII. De fonte.
XXIII. De cloacis.
XXIIII. Quod vi aut clàm.
XXV. De remissionibus
XXVI. De precario.
XXVII. De arboribus cædendis.
XXVIII. De glande legenda.
XXIX. De homine libero exhibendo.
XXX. De liberis exhibendis, item ducendis.
XXXI. Vtrubi.
XXXII. De migrando.
XXXIII. De Saluiano interdicto.

Explicitus est liber ex ordine Digestorum quadragesimus tertius.

Incipit ex ordine liber QVADRAGESIMVS QVARTVS.

I. De exceptionibus, præscriptionibus, & prejudiciis.
II. De exceptione rei iudicatæ.
III. De diuersis temporalibus præscriptionibus, & de accessionibus possessionum.
IIII. De doli mali & metus exceptione.
V. Quarum rerum actio non datur.
VI. De litigiosis.
VII. De obligationibus & actionibus.

Explicitus est liber ex ordine Digestorum quadragesimus quartus.

PARS SEPTIMA.

Incipit ex ordine liber QVADRAGESIMVS QVINTVS.

I. De verborum obligationibus.
II. De duobus reis constituendis.
III. De stipulatione seruorum.

Explicitus est liber ex ordine Digestorum quadragesimus quintus.

Incipit ex ordine liber QVADRAGESIMVS SEXTVS.

I. De fideiussoribus & mandatoribus.
II. De nouationibus & delegationibus.
III. De solutionibus & liberationibus.
IIII. De acceptilatione.
V. De stipulationibus prætoriis.
VI. Rem pupilli, vel adolescentis saluam fore.
VII. Iudicatum solui.
VIII. Ratam rem haberi, & de ratihabitione.

Explicitus est liber ex ordine Digestorum quadragesimus sextus.

Incipit ex ordine liber QVADRAGESIMVS SEPTIMVS.

I. De priuatis delictis.
II. De furtis.
III. De tigno iuncto.
IIII. Si [is,] qui testamento liber esse iussus erit, post mortem domini ante aditam hæreditatem subripuisse aut corrupisse quid dicetur.
V. Furti aduersus nautas, caupones, stabularios.
VI. Si familia furtum fecisse dicetur.
VII. Arborum furtim cæsarum.
VIII. Vi bonorum raptorum, [& de turba.]
IX. De incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata.
X. De iniuriis & famosis libellis.
XI. De extraordinariis criminibus.
XII. De sepulchro violato.
XIII. De concussione.
XIIII. De abigeis.
XV. De præuaricatione.
XVI. De receptatoribus.
XVII. De furibus balnearijs.
XVIII. De effractoribus & expilatoribus.
XIX. Expilatæ hæreditatis.
XX. Stellionatus.
XXI. De termino moto.

De collegiis

XXII. De collegiis & corporibus.
XXIII. De popularibus actionibus.
Explicitus est liber ex ordine Digestorum quadragesimusseptimus.
Incipit ex ordine liber QVADRAGESIMVS OCTAVVS.
De publicis iudiciis.
I. De accusationibus & inscriptionibus.
II. De custodia & exhibitione reorum.
III. Ad legem Iuliam maiestatis.
IIII. Ad legem Iuliam de adulteriis coërcendis, [& stupro.]
V. Ad legem Iuliam de vi publica.
VI. Ad legem Iuliam de vi priuata.
VII. Ad legem Corneliam de sicariis & veneficis.
VIII. Ad legem Pompeiam † de parricidiis.
† De lege Pompeia. IX. Ad legem Coneliam † de falsis, & de senatusconsulto Liboniano.
X. Ad legem Iuliam † repetundarum.
† De lege Cornelia. XI. Ad legem Iuliam † de annona.
† De lege Iulia. XII. Ad legem Iuliam peculatus, & de sacrilegiis, & residuis.
XIII. Ad legem Iuliam ambitus.
† De lege Iulia. XIIII. Ad legem Fauiam † de plagiariis.
† De lege Fauia. XV. Ad senatusconsultum Turpillianum, & de abolitionibus criminum.
XVI. De requirendis[vel reis,] vel absentibus damnãdis.
XVII. De quæstionibus.
XVIII. De pœnis.
XIX. De bonis damnatorum.
XX. De bonis eorum, qui ante sententiam, vel mortem sibi consciscrunt, vel accusatorem corruperunt.
XXI. De interdictis & relegatis, & deportatis.
XXII. De sententiam passis, & restitutis.
XXIII. De cadaueribus punitorum.
XXIIII. *Explicitus est liber ex ordine Digestorum quadragesimusoctauus.*
Incipit ex ordine liber QVADRAGESIMVS NONVS.
I. De appellationibus,& relationibus.
II. A quibus appellare non licet.
III. Quis à quo appelletur.
IIII. Quando appellandum sit,& intra quæ tempora.
V. De appellationibus recipiendis, vel non.
VI. De libellis dimissoriis, qui apostoli dicuntur.
VII. Nihil innouari appellatione interposita.
VIII. Quæ sententiæ sine appellatione rescindantur.
IX. An per alium causæ apellationum reddi possunt.
X. Si tutor, vel curator, [vel] magistratus creatus appellauerit.
XI. Eum, qui appellauerit, in prouincia defendi.
XII. Apud eum, à quo appellatur, aliam causam agere compellendum.
XIII. Si pendente appellatione mors interuenerit.
XIIII. De iure fisci.
XV. De captiuis, & de postliminio, & [de] redemptis ab hostibus.
XVI. De re militari.
XVII. De castrensi peculio.
XVIII. De veteranis.
Explicitus est liber ex ordine Digestorum quadragesimusnonus.
Incipit ex ordine lib. QVINQVAGESIMVS.
I. Ad municipalem, & de incolis.
II. De decurionibus & filiis eorum.
III. De albo scribendo.
IIII. De muneribus & honoribus.
V. De vacatione, & excusatione munerum.
VI. De iure immunitatis.
VII. De legationibus.
VIII. De administratione rerum ad ciuitates pertinentium.
IX. De decretis ab ordine faciendis.
X. De operibus publicis.
XI. De nundinis.
XII. De pollicitationibus.
XIII. De extraordinariis cognitionibus, & si iudex litem suam fecisse dicetur.
XIIII. De proxeneticis.
XV. De censibus.
XVI. De verborum significatione.
XVII. De diuersis regulis iuris antiqui.
Explicitus est ex ordine Digestorum liber quinquagesimus feliciter.

EPIGRAMMA HOC LOCO IN PAND. Florentinis adpositum.

Βίβλον Ἰουστινιανὸς ἄναξ τεχνήσατο τήνδε
Ἣν ἅμα Τριβωνιανὸς μεγάλῳ κάμε πάμβασιλῆϊ
Ὅππόσα τις Ἡρακλῆϊ παναίολον ἀσπίδα τεύξας
Ἧς ἔπι μαρμαίρουσιν ἀγάλματα πάντα θεμείλῳ
Ἄνθρωποι δ' Ἀσίης τε καὶ Εὐρυπόντου τε Λιβύσσης
Εὐρώπης τε πίδονται ὅλου σημάντορι κόσμου.

ITA VERTIT ALCIATVS.

Iustinianus opus hoc princeps edidit, omnis
Quod Tribonianus rectori condidit orbis,
Tanquam aliquis varium componens aspida magno
Alcidæ, namque hic fulgent mira omnia legum.
Ast Europæ, Asiæque homines, Libycique subacti
Cuncta gubernantis domini præcepta sequuntur.

BIU Cujas

De conceptione Digestorum.

IMPERATOR CAESAR FLAVIVS IVSTINIANVS, PIVS, FELIX, INCLYTVS, VICTOR ac triumphator semper Augustus Triboniano Quæstori suo Salutem.

DEo auctore, nostrum gubernante Imperiũ, quod nobis à cœlesti maiestate traditum est: & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & statum reipublicæ sustentamus: & ita nostros animos ad Dei omnipotentis erigimus adiutoriũ, vt neque armis confidamus, neque nostris militibus, neque bellorum ducibus, vel nostro ingenio: sed omnem spem ad solam referamus summæ prouidentiam trinitatis, vnde & mundi totius elementa processerunt, & eorum dispositio in orbem terrarum producta est. Cum itaque nihil tam † studiosum in omnibus rebus inuenitur, quàm legum auctoritas, quæ & diuinas & humanas res bene disponit, & omnẽ iniquitatem expellit: reperimus autem omnẽ legum tramitẽ, qui ab vrbe Roma condita & Romuleis descendit temporibus, ita esse confusum, vt in infinitũ extẽdatur, & nullius humanæ naturæ capacitate cõcludatur: primum nobis fuit studium à sacratißimis retrò principibus initium sumere, & eorum constitutiones emendare, & viâ dilucidâ tradere: quatenus in vnum codicem congregatæ, & omni superuacua similitudine & iniquißima discordia absolutæ, vniuersis hominibus promptum suæ sinceritatis præbeant præsidium. ¶ Hócque opere coonsummato, & in vno volumine, nostro nomine præfulgente, coadunato: cum ex paucis & tenuioribus relenati, ad summam & plenißimam iuris emendationem peruenire properaremus, & omnem Romanam sanctionem & colligere, & emendare, & tot auctorum dispersa volumina vni codici* indita ostendere (quod nemo [alius] neque sperare, neque optare ausus est) res quidem nobis difficillima, immo magis impoßibilis videbatur. Sed manibus ad cœlum erectis, [&] æterno auxilio inuocato, eam quoque curam nostris reposuimus animis: Deo freti, qui & res penitus desperatas donare, & consummare suæ virtutis magnitudine potest: & ad tuæ sinceritatis optimum respeximus ministeriũ, tibiq; primo & hoc opus commisimus (ingenij tui documentis ex nostri Codicis ordinatione acceptis) & iußimus, quos probaueris, tam ex facundißimis antecessoribus, † quàm ex viris disertißimis togatis fori amplißimæ sedis, ad sociandum laborem eligere. His itaque collectis, & in nostrum palatium introductis, nobißque tuo testimonio placitis, totam rem faciendam permisimus: ita tamẽ, vt tui vigilantißimi animi gubernatione res omnis celebretur. ¶ Iubemus igitur vobis antiquorum prudentium, quibus auctoritatem conscribendarũ interpretãdarúmque legum sacratißimi principes præbuerunt, libros ad ius Romanum pertinentes & legere, & elimare: vt ex his omnibus * materia colligatur, nulla (secundum quod poßibile est) neque similitudine, neque discordia derelicta, sed ex his hoc colligi, quod vnum pro omnibus sufficiat. Quia autem & alij libros ad ius pertinentes scripserunt, quorum scripturæ [à] nullis auctoribus receptæ, nec vsitatæ sunt: neque nos eorum volumina nostram inquietare dignamur sanctionem. ¶ Cùmque hæc materia summa nostri numinis liberalitate collecta fuerit: oportet eam pulcherrimo opere extruere, & quasi proprium & sanctißimum templum iustitiæ consecrare: & in libros quinquaginta & certos titulos totum ius digerere, tam secundum nostri constitutionem codicis, quàm edicti perpetui imitationem (prout hoc vobis commodius esse patuerit) vt nihil extra memoratam consummationem poßit esse derelictum, sed his quinquaginta libris totum ius antiquum per milleßimum & quadringenteßimum penè annum confusum, & à nobis purgatum, quasi quodam muro vallatum, nihil extra se habeat: omnibus auctoribus iuris æqua dignitate pollentibus, & nemini quadam prærogatiua seruanda: quia non omnes in omnia, sed certi per certa, vel meliores, vel deteriores inueniuntur. ¶ Sed neque ex multitudine auctorum, quod melius & æquius est, iudicatote: cum poßit [antea vnius] forsitan & deterioris sententia & multos & maiores in aliqua parte superare. Et ideo ea, quæ in notis Æmilij Papiniani ex Vlpiano, & Paulo, necnon Marciano adscripta sunt, quæ antea nullam vim obtinebant propter honorem splendidißimi Papiniani, non statim respuere: sed si quid ex his ad repletionem summi ingenij Papiniani laborum vel interpretationem necessarium esse perspexeritis, & hoc ponere legis vicem obtinens non moremini. Et omnes, qui relati fuerint in hunc Codicem prudentißimi viri, habeant auctoritatem, tanquam si eorum studia ex principalibus constitutionibus profecta, & [à] nostro diuino fuerint ore profusa. Omnia enim meritò nostra facimus: quia ex nobis omnis eis impertietur auctoritas. nam qui non subtiliter factum emendat: laudabilior est eo, qui primus inuenit. ¶ Sed & hoc studiosum vobis esse volumus, vt si quid in veteribus non bene positum libris inueniatis, vel aliquod superfluum, vel minus perfectum: superuacua longitudine semota, & quod imperfectum est, repleatis: & omne opus moderatum & quàm pulcherrimum ostendatis. hoc etiam nihilominus obseruando, vt si aliquid in veteribus legibus vel constitutionibus, quas antiqui in suis libris imposuerunt, non rectè scriptum inueniatis: & hoc reformetis, & ordini moderato tradatis: vt hoc videatur esse verum, & optimum, & quasi ab initio scriptum, quod à vobis electum, & ibi positum fuerit: & nemo ex comparatione veteris voluminis, quasi vitiosam scripturam, arguere audeat. Cum enim lege antiqua, quæ regia nũcupabatur, omne ius omníque potestas populi Romani in Imperatoriam translata sunt potestatem: nos vero sanctionem omnem non diuidimus in alias & alias conditorum partes, sed totam nostram esse volumus: quid poßit antiquitas nostris legibus abrogare? Et in tantum volumus eadem omnia, cum reposita sunt, obtinere: vt & si aliter fuerint apud veteres conscripta, in contrarium autem in compositione* [nostra] inueniantur: nullum crimen scripturæ imputetur, sed nostræ electioni hoc adscribatur. ¶ Nulla itaque in omnibus prædicti codicis membris ἀντινομία † (sic enim à vetustate Græco vocabulo nuncupatur) aliquem sibi vindicet locum: sed sit vna concordia, vna consequentia, aduersario nemine constituto. Sed & similitudinem (secundum quod dictum est) ab huiusmodi consummatione volumus exulare: & ea, quæ sacratißimis constitutionibus, quas in Codicem nostrum redegimus, cauta sunt, iterum poni ex vetere iure non concedimus: cum Diualium constitutionum sanctio sufficit ad eorum auctoritatem: nisi fortè vel propter diuisionem, vel propter repletionem, vel propter pleniorem indaginem hoc contigerit: & hoc tamen perrarò, ne ex continuatione huiusmodi

lapsus

τοῦτο δ' ἄξιον. in orbem terrarum producta est.

* Flo. vno codice.

† Vide Alciat. lib. Disiunct. 4. cap. 12.

* Flo. oĩs.

* Flo. positione.

† id est, leges cõtrarietas pugnantia.

BIU Cujas

lapsus oriatur aliquid in tali prato spinosum. ¶ Sed & si quæ leges in veteribus libris positæ, iam in desuetudinem abierunt, nullo modo vobis eas dem ponere permittimus: cum hæc tantummodo obtinere volumus, quæ vel iudiciorum frequentissimus ordo exercuit, vel longa consuetudo huius almæ vrbis comprobauit: secundum Saluij Iuliani scripturam, quæ indicat debere omnes ciuitates consuetudinem Romæ sequi, quæ caput est orbis terrarum, non ipsam alias ciuitates. Romam autem intelligendum est non solum veterem, sed etiam regiam nostram, quæ Deo propitio cum melioribus condita est auguriis. ¶ Ideo iubemus duobus istis Codicibus omnia gubernari: vno Constitutionum, altero iuris enucleati, & in futurum Codicem componendi*: vel si quid aliud à nobis fuerit promulgatum Institutionum vicem obtinens, vt rudis animus studiosi simplicibus enutritus, facilius ad altioris prudentiæ rediga tur scientiam. ¶ nostram autem consummationem, quæ Deo adnuente à nobis* componetur, Digestorum vel Pandectarum nomen habere sancimus: nullis iuris peritis in posterum audentibus commentarios illi applicare, & verbositate sua supradicti Codicis compendium confundere: quemadmodum in antiquioribus temporibus factum est, cum per A contrarias interpretantium sententias totum ius penè conturbatum est. sed sufficiat per indices tantummodo & titulorum subtilitatem, quæ παράτιτλα† nuncupantur, quædam admonitoria eius facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo. ¶ Ne autem per scripturam aliqua fiat in posterum dubitatio: iubemus non per signorum* captiones & compendiosa ænigmata, quæ multas per se & per suum vitium ἀντινομίας induxerunt, eiusdem Codicis textum conscribi: etiam si numerus librorum significabitur, aut aliud quidquam. Nec etenim [hæc] per specialia signa* numerorum manifestari, sed per literarum consequentiam explanari concedimus. ¶ Hæc igitur omnia Deo placido facere tua prudentia vnà cum aliis facundissimis viris studeat, & tam subtili, quàm celerrimo fini tradere: vt codex consummatus, & in quinquaginta libros Digestus, nobis offeratur in maximam & æternam rei memoriam, Deique omnipotentis prouidentiæ* argumentum, nostríque Imperij, vestríque ministerij gloriam. Data octauodecimo Kalend. Ianuar. Lampadio & Oreste viris B clarissimis Consulibus.

FELICITER.

Roma duplex.

*Flo. compositi

*Flo. vobis

†quasi titularia dicas, quod per eã titulus cum titulo, locus cũ loco cõferãtur. idem penè quod vulgò concordantias vocamus.

*Flo. simplorũ, alias singulorum

*Flo. sigla

*Flo. prudentia

De confirmatione Digestorum.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

IMPERATOR CAESAR FLAVIVS IVSTINIANVS, ALAMANNICVS, GOTTHICVS, FRANCICVS, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor ac triumphator semper Augustus ad Senatum & omnes populos.

TAnta circa nos diuinæ humanitatis est prouidentia, vt semper æternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. post bella enim Parthica æterna pace sopita, póstque Vandalicam gentem ereptam, & Carthaginem, immò magis omnẽ Libyam Romano imperio iterum sociatã: & leges antiquas iam senio prægrauatas, per nostram vigilantiam præbuit in nouam pulchritudinem, & moderatum peruenire compendium: quod nemo ante nostrum imperium vnquam sperauit, neque humano ingenio possibile esse penitus existimauit. erat enim mirabile Romanam sanctionem ab vrbe condita vsque ad nostri imperij tempora, quæ penè in mille & quadringentos annos concurrunt, inteslinis præliis vacillantem, hócque & in Imperiales constitutiones extendentem, in vnam reducere consonantiam: vt nihil neque contrarium, neque idem, neque simile in ea inueniatur, & ne geminæ leges pro rebus singulis positæ vsquam appareant. nanque hoc cœlestis quidem prouidentiæ peculiare fuit: humanæ vero imbecillitati nullo modo possibile. Nos itaque more solito ad immortalitatis respeximus præsidium, & summo numine inuocato Deum auctorem & totius operis præsulem fieri optauimus: & omne studium Triboniano viro excelso, magistro officiorum, & exquæstore sacri nostri palatij & exconsule credidimus, eíque omne ministerium huiuscemodi ordinationis imposuimus, vt ipse vnà cum aliis illustribus & prudentissimis viris nostrum desiderium adimpleret. nostra quoque maiestas semper inuestigando & perscrutando ea, quæ ab his componebantur, quidquid dubium & incertum inueniebatur, *Fl. recta hoc cœlesti numine rectè* emendabat, & in competentem formam redigebat. ¶ Omnia igitur confecta sunt, domino & deo nostro Iesu Christo possibilitatem, tam nobis, quàm nostris in C hoc satellitibus præstante. Et principales quidem constitutiones duodecim libris digestas, iam ante in Codicem nostro nomine præfulgentem contulimus. postea vero maximum opus adgrediẽtes, ipsa vetustatis studiosissima opera iam penè confusa & dissoluta, eidem viro excelso permisimus tam colligere, quàm certo moderamini tradere. Sed cum omnia percontabamur, à præfato viro excelso suggestum est, duo penè milia librorum esse conscripta, & plusquam trecentiens decem milia versuum à veteribus effusa, quæ necesse esset omnia & legere, & perscrutari, & ex his si quid optimum fuisset, eligere. Quod cœlesti fulgore & summæ trinitatis fauore confectum est secundum nostra mandata, quæ ab initio ad memoratum virum excelsum fecimus: & in quinquaginta libros omne, quod vtilissimum erat, collectum est: & omnes ambiguitates decisæ, nullo seditioso relicto. noménque libris imposuimus Digestorum seu Pandectarum: quia† omnes disputationes & decisiones in se habent legitimas, & quod vndique D fuit collectum, hoc in sinus [suos] receperunt, in centum quinquaginta penè milia versuum totum opus consummantes. & in septem partes eos digessimus, non perperam, neque sine ratione: sed in numerorum naturam & artem respicientes, & consentaneam eis diuisionem partium conficientes. ¶ Igitur PRIMA quidem pars totius contextus, quæ Græco vocabulo [τὰ] πρῶτα nuncupatur, in quatuor libros sepositæ est.

SECVNDVS autem articulus septem libros habet, qui de iudiciis appellantur. In TERTIA vero congregatione omnia, quæ de rebus nominantur, contulimus, octo libris ei* deputatis. QVARTVS autem locus, qui & * totius compositionis quasi quidam inuenitur vmbilicus, * octo libros suscepit: in quibus omnia, quæ ad hypothecam pertinent, reposita sunt, vt non [à] pignoratitia actione in libris de Rebus positis, multum distarent. Alio libro eidem* inser-

†qui, Flo.

*eis, Flo.

*quoddam

*o-inu. vmbilicum. Flo.

*eodem inser. volumine.

BIU Cujas

to volumini, qui ædilitium edictum, & redhibitoriam actionem, & duplæ stipulationē, quæ de euictionibus proposita est, continet: quia hæc omnia titulis emptionum & venditionum consentanea sunt. & prædictæ actiones quasi pedisequæ illarum ab initio processerunt: in vetustioris quidem edicti ordinatione in loca deuia & multum* distantia deuagantes, per nostram autem prouidentiam his cōgregatæ: cum oportuerat ea, quæ de eodem penè loquuntur, in confinio ponere. Alius itaque liber post duos primum* nobis excogitatus est de vsuris, & traiectitiis pecuniis, & de instrumentis, & testibus, seu probationibus, necnon præsumptionibus. & memorati tres singulares libri iuxta compositionem de rebus positi sunt. Post hos si qua de sponsalibus, vel nuptiis, vel dotibus, [&] legibus [earum] dicta sunt, reposuimus, tribus librorum voluminibus ea concludentes. De tutelis autem & curationibus geminos libros cōscripsimus. Et memoratam ordinationem octo librorum mediā totius operis reposuimus, omnia vndique tam vtilissima, quàm pulcherrima iura continentem. VQVINTVS autem exoritur nobis Digestorum articulus, in quem de testamentis, & codicillis, tam priuatorum, quàm militum, omne, quicquid antiquis dictum [est,] inueniat quis depositum qui de testamentis appellatur. De legatis autem & fideicommissis quinque librorum numerus adgregatus est. Cūque nihil tam peculiare fuerat, quàm legatis quidem legis Falcidiæ narratio, fideicōmissis autem, [quàm] senatusconsulti Trebelliani: singulis libris vtrique eorum applicatis, tota pars quinta in nouem libros coadunata est. Solum autem senatusconsultum Trebellianum ponendum esse existimauimus. captiosas etenim & ipsis veteribus odiosas Pegasiani senatusconsulti ambages, & vtriusque senatusconsulti ad se tam superuacuas, quàm scrupulosas diuersitates respuētes totum ius super his positum Trebelliano senatusconsulto adiudicauimus.

Sed in his nihil de caducis à nobis memoratum est: ne causa, quæ in rebus non prospere gestis & tristibus temporibus Romanis increbruit calamitatibus, bello coalescens ciuili, nostris maneat temporibus, quæ fauor cœlestis & pacis vigore firmauit, & super omnes gētes in bellicis victoriis posuit*: ne luctuosum monumentum læta secula inumbrare concedatur. VSEXTA deinde pars Digestorum exoritur, in qua omnes bonorum possessiones positæ sunt, quæ ad ingenuos, quæ ad libertinos respiciunt: vt & ius omne, quod de gradibus & adfinitatibus descēdit, legitimæque hæreditates, & omnis ab intestato successio, & Tertyllianum, & Orphitianum senatusconsultum, ex quibus mater & filii inuicem sibi hæredes existunt, in geminos libros contulimus, bonorum possessionum multitudinem in compendiosum & manifestissimum ordinem concludentes. Post hæc ea, quæ de operis noui nuntiationibus, dāníque infecti, & de* ædificiis dirutis, & eorum insidiis, & quæ de aqua pluuia arcenda veteribus auctoribus placita sunt: necnon [quæ] de publicanis, & donationibus, tam inter viuos, quàm mortis causa conficiendis, cauta legibus inuenimus, in librum singularem deduximus. De manumissionibus autem & de liberali causa, alius liber respondet: quemadmodum & de adquisitione tam dominii, quàm possessionis, & titulis, qui eam inducunt, multa & variæ lectiones vni sunt insertæ volumini: alio libro deputato his, qui iudicati, vel in iure confessi sunt, & de bonorum detentionibus & venditionibus, & vt ne quid in fraudem creditorū fiat. Póstque hæc omnia interdicta [con] glomerata sunt: & deinceps exceptiones, & de temporum prolixitatibus, & de obligationibus & actionibus liber item* singularis extenditur: vt præfata sexta pars totius Digestorum voluminis octo libris definiatur. VSEPTIMVS autem & nouissimus articulus Digestorum sex libris formatus est: quos de stipulationibus, seu verborum obligationibus, & [de] fideiussoribus & mandatoribus, necnon nouationibus, & solutionibus, & acceptilationibus, & de prætoriis stipulationibus, omne quod ius inuenitur, gemino volumine inscriptū est, quod in libris antiquis nec numerari possibile fuit. Et post hoc duo terribiles libri positi sunt de* delictis priuatis, & extraordinariis, necnon publicis criminibus, qui omnē continent seueritatē pœnarúmque atrocitatem. Quibus permixta sunt & ea, quæ de audacib' hominibus cauta sunt, [&] qui se celare conantur, & contumaces existunt: & de pœnis, quæ condemnatis infliguntur vel conceduntur, necnon de eorum substantiis. Liber autem singularis pro appellationibus nobis excogitatus est cōtra sententias, tam ciuiles, quàm criminales causas finientes. Cętera autem omnia, quæ ad municipales, vel de decurionibus, & muneribus, vel publicis operibus, vel nundinis, & pollicitationibus, & diuersis cognitionibus, & censibus, vel significatione verborū veteribus inuenta sunt, quæque regulariter definita, in sese recipit quinquagesimus, totius consummationis perfectus. VQuæ omnia confecta sunt per virum excelsum, necnon prudentissimum magistrum exquæstore & exconsule Tribonianum, qui similiter eloquentiæ, & legitimæ scientiæ artibus decoratus, & in ipsis rerum experimentis emicuit, nihílque maius, nec charius nostris vnquam iussionibus duxit: necnon per alios viros magnificos & studiosissimos perfecta sunt, id est, Constātinum virum illustrem, comitem sacrarum largitionum, & magistrum scrinii libellorum, sacrarúmque cognitionum, qui semper nobis ex bona opinione & gloria sese commendauit. necnon Theophilum virum illustrem magistrum iurísque peritum in hac splendidissima ciuitate laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem. & Dorotheum virum illustrem & facundissimū quæstorium, quē in Berytiensium splēdidissima ciuitate leges discipulis tradentem propter eius optimam opinionem & gloriā ad nos deduximus, participémque huius operis fecimus. sed & Anatolium virum illustrem magistrum, qui & ipse apud Berytienses iuris interpres constitutus ad hoc opus allectus est, vir ab antiqua stirpe legitima procedens: cum & pater eius Leontius & auus Eudoxius, qui post Patricium inclytæ recordationis quæstorium & antecessorem, & Leontium virum glorioſissimum præfectorium, consularem, atque Patricium filium eius, optimam sui memoriam in legibus reliquerint. necnon & Cratinum virum illustrem, & comitem sacrarum largitionum, & optimum antecessorem huius almæ vrbis constitutum. qui omnes ad prædictum opus electi sunt vnà cum Stephano, Mena, Prosdocio, Eutolmio, Timotheo, Leonide, Leontio, Platone, Iacobo, Constantino, Ioanne, viris prudentissimis, qui patroni quidem sunt causarum apud maximam sedem præfecturæ, quæ orientalibus prætoriis præsidet. Omnes* autem suæ virtutis testimonium vndique accipientes, & à nobis ad tanti operis cōsummationem electi sunt: & cum omnes in vnum conuenerunt gubernatione Triboniani viri excelsi, vt tantum opus nobis auctoribus possent conficere, deo propitio in prædictos quinquaginta libros opus consummatum est. VTanta autem à nobis antiquitati habita est reuerentia, vt nomina prudentium taciturnitati tradere nullo patiamur modo: sed vnusquisque eorum, qui auctor legis fuit, nostris Digestis inscriptus est: hoc tantummodo à nobis effecto, vt si quid in legibus eorum vel superuacuum, vel imperfectum, vel minus idoneum visum est: vel adiectionem, vel diminutionem necessariam accipiat, & rectissimis tradatur regulis. [sed] & in multis similibus vel contrariis quod rectius habere apparebat, hoc pro aliis omnibus positum est, vnáque omnibus auctoritate indulta: vt quidquid ibi scriptum est, hoc nostrum appareat, & ex nostra voluntate cōpositum: nemine audēte cōparare ea, quæ antiquitas habebat, & quæ nostra auctoritas introduxit: quia multa &

*Flo. multo.
*Flo. post duo primos.
*Victori periculis superposuit. Flo.
*pro ad. Flo.
*iterum. Flo.
*Flo. pro.
*Omne, Flo.

multa & maxima sunt, quæ propter vtilitatem rerum transformata sunt: adeo, vt & si principalis constitutio fuerat in veteribus libris relata, neque ei pepercerimus, sed & hanc * hoc corrigendū. Flo. corrigendam * esse putauerimus, & in melius * restaurā- nominibus etenim veteribus relictis, quidquid legum veritati decorum & necessarium fuerat, hoc nostris emendationibus dum. Flo. seruauimus: & propter hanc causam, & si quid inter eos dubitabatur, hoc iam in tutissimam peruenit quietem, nullo titubante relicto. ¶ Sed cum prospeximus, quod ad portandam tantæ sapientiæ molem non sint idonei homines rudes, & qui in primis legum vestibulis stantes intrare ad arcana eorum properant: & aliam mediocrem eruditionem * præparandam * emendationem, Flo. esse censuimus, vt sub ea colorati, & quasi primitiis omnium imbuti, possint ad penetralia eorum intrare, & formam legum pulcherrimam non conniuentibus oculis accipere. Et ideo Triboniano viro excelso, qui ad totius operis gubernationem electus est, necnon Theophilo & Dorotheo viris illustribus & facundissimis antecessoribus arcessitis: mandauimus, quatenus libris, quos veteres composuerunt, qui prima legum argumenta continebant, & Institutiones vocabatur, [vndique] separatim collectis: quicquid ex his vtile, & aptissimum, & vndique sit elimatum, & rebus, quæ in præsenti æuo in vsu vertuntur, consentaneum inuenitur: hoc & capere studeant, & quatuor libris reponere, & totius eruditionis prima fundamenta atque elementa ponere, quibus iuuenes suffulti, possint grauiora & perfectiora legum scita sustentare. Admonuimus autem eos, vt memores etiam nostrarum fiant constitutionum, quas pro emendatione iuris promulgauimus: & in confectione Institutionum etiam eandem emendationem * ponere non * eadem emendatione. Flo. morētur: vt sit manifestū, & quid antea vacillabat, & quid postea in stabilitatem redactum est. Quod opus ab his perfectum, vt nobis oblatum & relectum est: & prono suscepimus animo, & nostris sensibus non indignum esse iudicauimus, & prædictos libros constitutionum vicem habere iussimus: quod & in oratione nostra, quam eisdem libris præposuimus, apertius declaratur. ¶ Omni igitur Romani iuris dispositione composita, & in tribus voluminibus, id est Institutionum, & Digestorum seu Pandectarum, nec non Constitutionum, perfecta, & in tribus annis consummata, quæ vt primum sperari * cœpit, neque in totum decennium compleri sperabatur: omnipotenti deo & hanc operam ad hominum sustentationē piis obtulimus animis, vberesq; gratias maximæ deitati reddidimus: quæ nobis præstitit, & bella feliciter agere, & honesta pace perpotiri, & non tantum nostro, sed etiam omni æuo, tam instanti, quàm posteriori leges optimas ponere. Omnibus itaque hominibus eādem sanctionem manifestam facere, necessarium esse perspeximus: vt sit eis cognitum, quanta confusione * Flo. quā. & infinitate absoluti, in quantam * moderationem & legitimam veritatem peruenerunt: leges q; in posterum habeant, tam directas, quàm compendiosas, omnibusque in promptu positas, & ad possidendi libros earum facilitatem idoneas: vt non mole diuitiarum expensa possint homines superuacuæ legum multitudinis adipisci volumina, sed vilissima pecunia facilis eorum comparatio pateat tam ditioribus, quàm tenuioribus, minimo pretio magna prudentia reparanda. ¶ Si quid autem in tanta legum compositione, quæ ab immenso librorum numero collecta est, simile forsitan rarò inueniatur: nemo hoc vituperandum existimet, sed primum quidem imbecillitati humanæ, quæ naturaliter inest hoc inscribat: quia omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, diuinitatis magis, quàm mortalitatis est. quod & à maioribus dictū est. deinde sciat, q; similitudo in quibusdam & his breuissimis adsumpta nō inutilis est, & nec citra nostrū propositum hoc subsecutū. aut enim ita lex necessaria erat, vt diuersis titulis propter rerum cognationem applicari eam oportuerit: aut cum fuerat aliis diuersis permixta, impossibile erat eam per partes detrahi, ne totum confunderetur. & in his partibus, in quibus perfectissimè visiones veterum expositæ fuerāt, quod particulatim in ea fuerat sparsum, hoc diuidere ac separare penitus erat inciuile: ne tam sensus, quàm aures legentium ex hoc perturbarentur. Similiq; modo si quid principalibus constitutionibus cautum est: hoc in Digestorum volumine poni nullo concessimus modo, quasi constitutionum recitatione sufficiente: nisi & hoc rarò ex hisdem causis, [ex] quibus similitudo adsumpta est. ¶ Contrarium autē aliquid in hoc Codice positum nullum sibi locum vindicabit, nec inuenitur, si quis subtili animo diuersitatis rationes excutiet: sed est aliquid nouum inuentum, vel occultè positum, quod dissonātiæ querelam dissoluit, & aliam naturam inducit discordiæ fines effugientem. ¶ Sed & si quid forsitan prætermissum est, quod in tātis milibus quasi in profundo positum latitabat, & cum idoneū fuerat poni, obscuritate inuolutum necessariò derelictum est: quis * adprehē- hoc reprehendere * recto animo possit? primo quidem propter dere, Flo. ingenij mortalis exiguitatē. deinde propter ipsius rei vitium, quod multis inutilibus permixtum, nullam sui ad eruendum præbuit copiam. dein quod multò vtilius est pauca idonea effugere, quàm multis inutilibus homines prægrauare. ¶ Mirabile autem aliquid ex his libris emersit, quod multitudo antiqua præsente breuitate paucior inuenitur. homines etenim, qui antea lites agebant, licet multæ leges fuerant positæ, tamen ex paucis lites perferebant, vel propter inopiam librorū, quos comparare eis impossibile erat, vel propter ipsam inscientiam: & voluntate iudicum magis quàm legitima auctoritate lites dirimebantur. In præsenti autem consummatione nostrorum Digestorum è tantis leges collectæ sunt voluminibus: quorum & nomina antiquiores homines, non dicimus, nesciebant, sed nec vnquam audiebant. quæ omnia collecta sunt substantia amplissima congregata: vt egena quidem antiqua multitudo inueniatur, opulentissima autem breuitas nostra efficiatur. Antiquæ autem sapientiæ librorum copiam maxime Tribonianus vir excellentissimus præbuit, in quibus multi fuerant & ipsis eruditissimis hominibus incogniti: quibus omnibus perlectis, quidquid ex his pulcherrimum erat, hoc semotum in optimam nostam compositionem peruenit. Sed huius operis conditores non solum ea volumina perlegerunt, ex quibus leges positæ sunt: sed etiā alia multa, quæ nihil vel vtile vel nouum [in] eis inuenientes, quod excer- * excepti- ptum * nostris Digestis applicarent, optimo animo resp̄uerunt. Flo. ¶ Sed quia diuinæ quidem res perfectissimæ sunt, humani vero iuris conditio semper in infinitum decurrit, & nihil est in ea, quod stare perpetuò possit (multas etenim formas edere natura nouas deproperat) non desperamus, quædam postea emer- * innouata, gi negotia, quæ adhuc legum laqueis non sunt innodata *. Si Flo. quid igitur tale contigerit: Augustum imploretur remedium: quia ideo imperialem fortunā rebus humanis deus præposuit, vt possit omnia, quæ nouiter contingunt, & emēdare, & componere, & modis & regulis competentibus tradere. & hoc nō primum à nobis dictum est, sed ab antiqua descendit prosapia: cum & ipse Iulianus legum & edicti perpetui subtilissimus cōditor, in suis libris hoc rettulit: vt si quid imperfectum inueniatur, ab imperiali sanctione hoc repleatur. & non ipse solus: sed & diuus Hadrianus in compositione edicti & senatusconsulto, quod eam secutum est, hoc apertissimè definiuit: vt si quid in edicto positum non inuenitur, hoc ad eius regulas, eiusq; coniecturas, & imitationes possit noua instruere auctoritas. ¶ Hæc igitur omnia scientes patres conscripti, & omnes orbis terrarum homines, gratias quidem amplissimas agite summæ diuinitati, quæ vestris temporibus tam saluberrimum opus seruauit. quo enim antiquitas digna diuino non est visa iudicio; hoc vestris temporibus indultum est. Hasce

BIU Cujas

itaque leges & adorate, & obseruate, omnibus antiquioribus quiescentibus: nemóque vestrum audeat vel comparare eas prioribus, vel si quid dissonans in vtroque est, requirere: quia omne, quod hic positum est, hoc vnicum & solum obseruari censemus. Nec in iudicio, nec in alio certamine, vbi leges necessariæ sunt, ex aliis libris, nisi ab iisdem, Institutionibus, nostrísque Digestis, & constitutionibus à nobis compositis, vel promulgatis, aliquid vel recitare, vel ostendere conetur: nisi temerator velit falsitatis crimini subiectus, vnà cum iudice, qui ei audientiam accommodauerit,* pœnis grauissimis laborare. ¶ Ne autem incognitum vobis fiat, ex quibus veterum libris hæc consummatio ordinata est: iussimus & hoc in primordiis Digestorum nostrorum inscribi: vt manifestissimum sit, ex quibus legislatoribus, quibúsque libris eorum, & quot milibus hoc iustitiæ Romanæ templum ædificatum est. Legislatores autem vel commentatores eos elegimus, qui digni tanto opere fuerãt, & quos & anteriores piissimi principes admittere non sunt indignati: omnibus vno dignitatis apice impertito, nec sibi quoquam* aliquam prærogatiuam vindicante. cum enim constitutionum vicem & has leges obtinere censuimus, quasi ex nobis promulgatas: quid amplius, aut minus in quibusdam esse intelligatur, cum vna dignitas, vna potestas omnibus est indulta? ¶ Hoc autem, quod & ab initio nobis visum est, cum hoc opus fieri deo adnuente mãdabamus: tempestiuum nobis [esse] videtur & in præsenti sancire: vt nemo neque eorum, qui in præsenti iuris peritiam habent, neque qui postea fuerint, audeat commentarios hisdem legibus adnectere: nisi tantum si velit eas in Græcam vocem transformare sub eodem ordine, eadémque consequentia, sub qua & voces Romanæ positæ sunt, hoc quod Græci κατὰ πόδα† dicunt. & si qui forsitan per titulorum subtilitatem adnotare maluerint, & ea quæ, παράτιτλα nuncupãtur, componere. alias autem legum interpretationes, imò magis peruersiones, eos iactare non concedimus: ne verbositas eorum aliquid legibus nostris adferat ex confusione dedecus: quod & in antiquis edicti perpetui commẽtatoribus factum est, qui opus moderatè confectum huc atque illuc in diuersas sententias producentes, in infinitum detraxerunt, vt penè omnem Romanam sanctionem esse confusam [cerneres.] Quod* si non passi sumus: quemadmodum posteritatis admittetur vana discordia? Si quid autem tale facere ausi fuerint: ipsi quidem falsitatis rei constituantur, volumina autem eorum omnino corrumpantur. Si quid vero (vt suprà dictum est) ambiguum fuerit visum: hoc ad Imperiale culmen per iudices referatur, & ex auctoritate Augusta manifestetur, cui soli leges & condere, & interpretari concessum est. Eandem autem pœnam falsitatis constituimus & aduersus eos, qui in posterum leges nostras per signorum* obscuritates ausi fuerint conscribere. omnia enim, id est, & nomina prudentium, & titulos, & librorum numeros, per consequentias literarum volumus, non per signa* manifestari: ita, vt qui talem librum sibi parauerit, in quo signa* posita sunt in qualemcunque locum libri vel voluminis, sciat inutilis se esse Codicis dominum. neque enim licentiam aperimus ex tali Codice in iudicium aliquid recitare, qui in quacunque sua parte signorum* habet malitias. Ipse autem librarius, qui eas inscribere ausus fuerit: non solum criminali pœna (secundum quod dictum est) plectetur, sed etiam libri æstimationem in duplum domino reddet, si & ipse dominus ignorans talem librum vel comparauerit, vel confici curauerit. quod & antea à nobis dispositum est in Latina constitutione, & in Græca, quam ad legum professores dimisimus. ¶ Leges autem nostras, quas in his Codicibus id est Institutionum seu elementorum, & Digestorum vel Pandectarum posuimus: suum obtinere robur ex tertio nostro felicissimo sancimus consulatu præsentis duodecimæ indictionis, tertio Kalendas Ianuarias, in omne æuum valituras, & vnà cum nostris constitutionibus polleutes, & suum vigorem in iudiciis ostendentes in omnibus causis, siue quæ postea emerserint, siue quæ in iudiciis adhuc pendent, nec eas iudicialis vel amicalis forma compescuit. quæ enim iam vel iudiciali sententia finita sunt, vel amicali pacto sopita: hæc resuscitari nullo volumus modo. Bene autem properauimus in tertium nostrum Consulatum & has leges edere: quia maximi dei & domini nostri Iesu Christi auxilium felicissimum, eum nostræ reipublicæ donauit: cùm in hunc & bella Parthica abolita sunt, & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars mundi nobis adcreuit. post Europam enim & Asiam, & tota Libya nostro imperio adiuncta est, & tanto operi legum caput impositum est, [&] omnia cœlestia dona nostro tertio consulatui indulta.

Omnes itaque iudices nostri pro sua iurisdictione easdem leges suscipiant*: & tam in suis iudiciis, quàm in hac regia vrbe habeant, & proponant, & præcipuè vir excelsus huius almæ vrbis præfectus. curæ autem erit tribus excelsis præfectis prætoriis, tam orientalibus, quàm Illyricis, necnon Libycis per suas auctoritates omnibus, qui suæ iurisdictioni suppositi sunt, eas manifestare. Data septimodecimo Kal. Ianu. Iustiniano domino nostro ter Consule.

*Flo. patiatur.

*cuidam. Flo.

†id est, iuxta pedem. quid verò hoc loco significet, vide Alciat. Parerg. li. II. cap. 6.

*Quos. Flo.

*Flo. siglarum ciγλας etiã constit. Cra ca legere est.

*sigla.

*sigla.

*siglarum

*suspicit. Flo.

ÈN ÒNO-

BIU Cujas

ΕΝ ΟΝΟΜΑΤΙ ΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΥ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ, Φλάβιος, Ἰουστινιανὸς, Ἀλαμαννικὸς, Γοτθικὸς, Φραγγικὸς, Γερμανικὸς, Ἀντικὸς, Ἀλανικὸς, Βανδαλικὸς, Ἀφρικανὸς, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἔνδοξος, νικητὴς, προπάτωρ, ἀεισέβαστος Αὔγουστος τῇ μεγάλῃ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, καὶ πάσαις ταῖς τῆς οἰκουμένης ἡμῶν πόλεσιν.

ΕΔΩΚΕΝ ἡμῖν ὁ θεὸς μετὰ τὸν πρὸς Πέρσας εἰρήνην, μετὰ τὸ κατὰ Βανδίλων τροπαῖον καὶ τὸν ὅλην Λιβύης κτῆσιν, καὶ τὸν τῆς ὀνομαστάτης Καρχηδόνος ἐπανάληψιν, καὶ τὴν εἰς τὸ ἀρχαῖον ἐπανανέωσιν τῶν πρὸ ἡμῶν βεβασιλευκότων· ἐπεὶ οὐδὲ εἰς νοῦν βάλεσθαι ἤλπισεν ἄν, εἴτε λογισμὸς ὅλως ἂν εἰσηγήσατο τοιαύτην νομοθεσίαν τῷ μετέπειτα χρόνῳ, οἵαν ἐπὶ τοῖς χιλίοις ἔτεσιν οὐκ ἐν τοῖς ἄλλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσι πρὸς ἅπασαν ἀΐδιον συμφωνίαν τε καὶ διαφωνίαν, καὶ τὸν μὲν μαχόμενον, αὐτὸν ἐξελεῖν· τὸ δὲ ταὐτόν τε καὶ ὅμοιον ἐξωθῆσαι, μίαν δὲ αὐτὴν καλλονὴν εἰδέναι παρασχεῖν, ὥστε ἕνα τὸν κείμενον ἐφ' ἑκάστῳ καθεστάναι τραγμάτων νόμον τῆς ἀνωθεν ῥοπῆς, καὶ τῆς ἐκεῖθεν φιλανθρωπίας ἴδιον ἦν, ἀλλ' ἐκ ἀνθρωπίνης τινὸς διανοίας, ἢ ἐγχειρήσεως ἢ λογισμοῦ ὅλως. ἡμεῖς οὖν, τοῦτο δὴ τὸ ζωηθισμένον ἡμῖν, τὰς χεῖρας εἰς θεὸν ἀνατείναντες, καὶ αἰτήσαντες ἡμῖν αὐτὸν συλλαβεῖν, ἐνεχειρήσαμέν τε καὶ τὸ πᾶν ἐξειργασάμεθα· Τριβωνιανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ, καὶ ἀπὸ κυαισώρων τῶν θείου ἡμῶν παλατίου, καὶ ὑπάτων πρὸς τῷ ὅλῳ σωτηρίαν χρησάμενοι, καὶ τισιν ἄλλοις ἐνδόξοις τε καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν· ἐρωτῶντες μὲν ἀεὶ τὸ γιγνόμενον, τὸ δὲ ἀμφισβητήσιμον μανθάνοντες, πᾶσιν δὲ ἐκ τῆς ἐνδιδομένης ἡμῖν παρὰ τοῦ δεσπότου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώσεώς τε καὶ ἀληθείας ἐπιβάντες πέρας ποσῆκομεν. τὰς μὲν οὖν εὐσεβεῖς διατάξεις ἤδη πρότερον δώδεκα βιβλίοις περιείλαντες τὸ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐσώνυμον σωτηρίαν ἐκάλυψε βιβλίον· νῦν δὲ τὰς ἁπάντων τῶν ἔμπροσθεν νομοθετησάντων, σωναγαγόντες γνώμας ἐκ τοῦ πλήθους ἀπεράντου * βιβλίων, ἃ πρὸ ἐτῶν μὲν ἀμφὶ τὰ δισχίλια, ἀριθμὸν δὲ ἔχον σίχοις μυριάδων τριακοσίων, ὡδὶ ἐμμέτρως ἅμα καὶ εὐσυνόπτου συναγαγόντες ἄθροισμα. πεντήκοντα οὖν τὰ πάντα πεποιήμεθα βιβλία τὰ νῦν, ἅπαντα συναγαγόντες τὸ χρήσιμον, καὶ ἁπάσας τὰς ζητήσεις ταμόντες, καὶ μηδὲν καταλιπόντες ἔτι σασιαζόμενον. ὅπερ βιβλίον DIGESTA, εἴτε παν δέκτην προσηγορεύσαμεν· ἔκ τε τῶν νόμων ἔχειν διαιρέσεις τε καὶ διατυπώσεις· ἔκ τε τοῦ τὸ πᾶν εἰς ἓν ἀθροισθὲν σωσδέξασθαι, ταύτην αὐτῷ θέμενοι τὴν προσηγορίαν· οὐ πρὸ αἰτέρου τε πέντε καὶ δέκα μυριάδων σίχων ἀριθμὸν ἀντῷ σόντες, καὶ εἰς ἐπὶ τὰ σσὺν διαθέμενοι σραγματείας, καὶ σσὺν οὐ παρέργως, ἀλλὰ τῆς τῶν ἀριθμῶν φύσεως τε καὶ ἁρμονίας σοχαζόμενοι. τά τε πρὸ καλούμενα παρὰ πᾶσι ΠΡΩΤΑ ἐν τέσσαρσι διαθέμενα βιβλίοις. ἐφεξῆς τε τὰ DE IVDICIIS ἐν ἑτέροις ἑπτά. καὶ τὰ DE REBVS, οὐκ ἐν πλείοσι τῶν ὀκτώ. τὸ δὲ ἐφεξῆς τοῦ συγγράμματος μέρος, ὅπερ δὴ τέταρτόν τε ἅμα καὶ

IN NOMINE DOMINI ET DEI NOSTRI Iesu Christi.

Imperator Cæsar, Flauius, Iustinianus, Alemannicus Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, triumphator, semper Augustus magno Senatui, & populo, & vniuersis nostræ ditionis vrbibus.

TRIBVIT nobis dominus pace cum Persis inita, & trophæo de Vandalis erecto, atq; in ditionem nostrã redacta tota Libya, ipsaq; inclyta Carthagine recepta, vt ab his, qui ante nos imperarunt latarũ legũ instauratio nem ad eũ finem perducerem⁹, ad quem perduB ci aut vllo modo perfici posse, ne cogitare quidẽ vllus, nedũ sperare potuisset. antiquæ vsq; ad quæ penè in mille nõ in aliis modò, sed in Imperialibus quoq; cõstitutionibus in omnẽ spirare cõcordiam, & discordiã, & exempto si quid in eis pugnãs fuit: similibusq; omnib⁹ remotis vnã illi pulcherrimã quãdam formã ita cõparare, vt vna tantũ de singulis cõtrouersiis lex posita haberet: cœlesti quidẽtiæ & in homines beneuolẽtiæ peculiare fuit: humano verò ingenio & conatu atq; facultate perfici nullo modo potuit. Nos igit pro cõsuetudine nostra, manib⁹ ad deũ sublatis, & eius implorato auxilio, opus ipsum adgressi sum⁹, quod & postea absoluim⁹, Triboniani illustrissimi magiC stri & exquæstoris sacri nostri Palatij & excõsulis subsidio præcipuè freti, aliquot etiã aliis illustrib⁹ & prudẽtibus hominib⁹ adhibitis, à quibus res singulas ita vt opus, pcedebat scisciti, & eorum quę ipsis dubia videbãtur certiores facti, omnib⁹ demũ pro ea intelligẽtia quę nobis à domino & seruatore nostro Iesu Christo cõcessa est, perpẽsis & digestis cõsentaneũ tandẽ finẽ imposuimus. Piis igit Cõstitutionib⁹ iam antè in duo- *Codex Iu*
decim libros digestis, librũ nostro nomine iscri *stinianꝰ.*
ptũ cõposuimus: nunc autẽ coactis antiquorũ legislatorũ sententiis, ex multitudine librorũ plus min⁹ duorũ milliũ, vt numerũ versuũ tricies cẽtenorũ milliũ ad minimũ cõtinerẽt, in dimẽsum & cõpositũ aceruũ redegimus. Omnes igitur su- *Digesta.*
D periores libros ad numerũ quinquaginta coëgimus, omnia quę vtilia erãt (quęstionib⁹ omnib⁹ amputatis, nullaq; repugnãtia relicta) coaceruãtes: eiq; libro Digestorũ seu Pandectarũ, nomen *Pandecta*
imposuimus: ꝓpterea ꝙ legũ definitiones & cõ- *rum no-*
stitutiones in se cõtineret, omniaq; vno quodã *men.*
cõplexu coërceret, versusq; illi nõ plures q̃ cẽtũ quinquaginta mille relinquẽtes. Porrò autẽ op⁹ *Ad hunc*
ipsum in septẽ tractatus distinximus, neq; tamẽ *locũ vide*
id temere aut fortuitu, atq; incõsulto sed ad ipsã *Alciatũ*
numerorũ naturã & harmoniã spectantes. Nam *lib. Pa-*
quę vulgò τὰ πρῶτα nominantur, ea quatuor li- *rerg. II.*
bris cõclusimus, quę verò DE IVDICIIS, septẽ a- *cap. II.*
liis libris, quæ DE REBVS, nõ pluribus quàm octo: reliquã autem operis partẽ, quæ quarta est,

& totius

BIU Cujas

& totius dimidia, octo libris aliis complexi sumus: inter quos est & HYPOTHECARIA, non longè à PIGNERATICIA. Est autem & AEDILICIVM EDICTVM, & DE EVICTIONIBVS stipulatio: quæ duo cùm essent velut appendices venditionum, procul tamen inter leges repositа, propter eam quam inter se habent affinitatem, ea in proximo collocauimus, vt ne quæ de iisdē disseruntur, procul inter se disiuncta ac separata essent. His porrò ea, quæ ad vsuras terrestres ac maritimas pertinent, & item quæ ad instrumenta, testes, probationes, præsumptiones, vnum in locum collecta subiunximus. Hæc quidem omnia in tres, eósque singulares libros post tractatum DE REBVS, inter se coniuncta reponentes: ac tum quidem ea, quæ de Sponsalibus, Nuptiis & Dote, constituta sunt, coaceruantes: huic quoque compositioni tres libros adsignauimus. Duos præterea de Tutorib⁹ minoris ætatis qui vulgò DE TVTELIS, appellātur: eósque ipso loco quæ octo hisce libris tractantur, in summam redegimus: & hanc, vt diximus, mediam partem totius libri fecimus: & quæ pulcherrima & vtilissima videbantur, ea legibus in his insertis descripsimus. Quæ verò ad Testamēta, Legata, & Fideicōmissa pertinent, ea omnia in numerum nouem librorum contulimus: inter quos duo priorem locum obtinent, qui de Testamentis & Codicillis, siue qui vulgariter, siue qui militum arbitrio fiunt, commemorant: sūntque DE TESTAMENTIS inscripti. Quinque autē qui sequūtur, de Legatis & Fideicommissis, tractant: & omnibus quæstionibus, quæ in his versantur. Et quoniam legis Falcidiæ narratio naturæ legatorum & fideicommissorum finitima cognataque est, ideo nos eam proximo loco reposuimus: eique post tractatū de Legatis, librum integrum & cum breui quadam accessione adsignauimus. Præterea cùm Falcidiam legem id Senatusconsultum in fideicommissis imitaretur, quod Trebellianum vocant, huic etiam attribuimus vltimum huius compositionis locum, vniuersa hac sanctione sub Trebelliano senatusconsulto redacta: posteaquam antiquam Pegasiani constitutionem inutilem esse, & absurdas horum Senatusconsultorum tum differentias, tum similitudines comperissemus: quas etiam antiqui odio habentes, captiosas & damnosas appellarunt, & simpliciori quadam ratione vniuersum hūc tractatum coaceruantes, & in Trebelliani locum adaptantes, hanc quintam partem totius compositionis nouem libris absoluimus: in quibus sanè nullam de his, quæ veteres caduca nominabant, mentionem fecimus, quoniam hæc

A τε ἄμα καὶ μέσον ὄντι τῶν παντὸς, ὀκτὼ βιβλίοις ἄλλοις ἑνὸς τε θέματος· ἐν οἷς ὄντι μὲν ἡ ΥΠΟΘΗΚΑΡΙΑ, οὐ πόρρωθεν δὲ PIGNERATICIAS ἀφεστῶσα. Ἔστι δὲ καὶ AEDILICION ἠδιλικὸν, καὶ περὶ τῶν ἐκνικήσεων ἐπωρώτησις, ἄμφω, παρακολουθήματα μὲν καὶ θεσῶτα τῶν πράσεων, πόρρω δέ που δὲ νομοθεσίας ἀπωκισμένα*, συναγόμενα ἐγγύθεν, διὰ τὸ πρὸς ἄλληλα συγγενέσθαι, ἵνα τὰ πρὸς τῶν αὐτῶν διαλεγόμενα μὴ πόρρω διεστήκοιεν ἀλλήλων. Εἶτα ἐπαγόμενα τούτοις τά τε πρὸς τόκων ἐγγείων καὶ θαλασσίων, καὶ τὰ πρὸς συμβολαίων τε καὶ παρόντων μαρτύρων, καὶ ἀποδείξεών τε καὶ πολλήψεων, εἰς βιβλίον ἓν. τρία δὲ τὰ τούτων μονόβιβλα μετὰ τὸ περὶ DE REBVS πραγματείαν συνεγγὺς ἀλλήλαις κατατεθέντα. καὶ αὖθις τὰ πρὸς μνηστρῶν* καὶ γάμων, καὶ προικὸς νενομοθετημένα συναγαγόντες τρία δεδώκαμεν ἔχειν, καὶ ταύτῃ τῇ συντάξει βιβλία. Τὰ μὲν καὶ πρὸς τῶν κηδεμόνων τῶν νέας ἡλικίας δύο ταῦτα δὴ τὰ DE TVTELIS παρὰ πᾶσιν ὀνομαζόμενα, κἀνταῦθα συνεκεφαλαιωσάμεθα τῷ τῶν ὀκτὼ τούτων βιβλίων πραγματείαν, καὶ μεσαίτατον, ὡς εἴρηται, τοῦτο μέρος τῆς πάσης συντάξεως τοῦ βιβλίου ποιήσαμεν. τὰ κάλλιστα δὴ καὶ χρησιμώτατα τῶν νόμων ἐν τούτοις ἀναγεγραμμένοι. τὰ δὲ δὴ πρὸς διαθηκῶν, καὶ πῶς γε λυτέον, καὶ φιδεικομμίσσων ἅπαντα συναγόμενα εἰς ἐννέα βιβλίων ἀριθμὸν, ὧν ἡγεῖται μὲν τὰ πρὸς διαθηκῶν καὶ κωδικίλλων τῶν τε καθόλου φαμὲν, τῶν τε ἂς ποιοῦσιν ὡς βούλονται στρατιῶται δύο καὶ δεσῶτα, καὶ DE TESTAMENTIS ἐπιγεγραμμένα. πέντε δὲ ἑξῆς τὰ πρὸς λυτέον, καὶ φιδεικομμίσσων, καὶ πάσης τῆς ἐν αὐτοῖς ζητήσεως

C διαλεγόμενα· ὧν ἐπεὶ δὴ ὁ τῆς FALCIDIV λόγος πρόσεχής τε καὶ ἁρμόδιον ἦν τῶν λυτέων καὶ φιδεικομμίσσων ἰδιότητι, διὰ τοῦτο δὴ καὶ αὐτὸν εὐθὺς τῇ τῶν λυτέων ὑπεθήκαμεν πραγματείᾳ, βιβλίον ὅλον ἀναθέντες αὐτῷ μετάτινος βραχείας προσθήκης. καὶ αὖθις ἐπεὶ δὴ πρὸς τὸν τῆς FALCIDIV μέμνηνται τῶν φιδεικομμίσσων ἓν τὸ καλούμενον TREBELLIANON δόγμα· καὶ τοῦτο τὸν τελευταῖον τῶν συντάξεως ταύτης ἀπενεμάμεθα χώραν· τὸν πάντων τὸ νομοθεσίας ταύτης εἰς τὸ TREBELLIANON συναγαγόντες, καὶ σοφὸν ἦναι τὸν τῆς πάλαι Πεγασιανοῦ νομοθεσίαν, εὑρόντες καὶ τὰς ἀλόγους τῶν διαμάτων τούτων διαφορᾶς τε καὶ κοινωνίας, ἃς δὴ καὶ οἱ πάλαι μισήσαντες, σοφὸν νενομίσμας τε καὶ ἐπιζημίους ἐκάλουν καὶ ἀσελούς ἔρωτινὶ λόγῳ τὸ πᾶν σῶμα συναθροίζοντες εἰς τὸν τῆς ΤΡΕΒΕΛ-

E ΛΙΑΝΙΟΥ μεθαρμοζόμενοι τάξιν. καὶ οὕτω δὴ τὸ πρῶτον μέρος τῆς ὅλης συντάξεως τοῖς ἐννέα τούτοις ἀνῦται* βιβλίοις, ἐν οἷς οὐδὲν ὑστερεῖ τῶν πάλαι καλουμένων ἡμῖν εἴρηται, διόπερ καὶ ταῦτα κατάτινα χρείαν ἐκ εὐτυχίας τῆς Ῥωμαίων ἐσωπολάσαντα πολιτείας. καὶ ὑπόμνημα δεινὸν τῶν ἐμφυλίων καθεστῶτα πολέμων, ἐκ ἐχρῆν ἐν καιροῖς πολιτεύεσθαι· καθ' οὓς ὁ θεὸς εἰρήνην τε δέδωκεν ἡμῖν ἄγειν, ἐκ τε τῶν ἐνδον, ἐκ τε τῶν ἔξωθεν, καὶ ὅταν δέοι πολεμεῖν, ῥᾴδιον μετὰ τοῦ θεοῦ κρατεῖν. Ἔστω δὲ ἡμῖν καὶ

*ἀποκείμενα

*μνηστρῶν

quæ infelici quodam fato in Romanorum republica euenerant, & grauis ciuilium bellorum recordatio fuerant: his temporibus, quibus deus in hac pace viuere nobis concessit, vsurpari in republica non oportebat: neque inter eos, qui nobis subiecti sunt, neque qui extra nostrum sunt imperium: cumque oporteat bellum nostris viribus gerere, & hostes superare. Sequitur autem &

sexta

BIU Cujas

ἕκτη τις μοῖρα τούτου δὴ τοῦ παντὸς συνήματος, ἐκ- A
τὼ δεδεκεκλειστμένη βιβλίοις. ἀρχεῖ δὲ καλῶς ἐκ τῶ
ὀνομαζομένων διακαρχῶν, ἃς ἡμεῖς ὁμοίως τοῖς
ἄλλοις κατασκεφάμενοι τάς τε εἰς τοὺς εὐγενεστέ-
τας, τάς τε εἰς τοὺς ἀπελευθέρους φερομένας, ἐκ πολ-
λῆς τῆς ἔμπροσθεν συγχύσεως τε καὶ ἀσαφείας εἰς
καθαρὰν ἠγάγομεν σωτηρίαν, δύο βιβλίων αὐτὰς
ἀριθμὸν ἀρκεῖν νενομικότες. προσαναπλέξαμεν δὲ
αὐτοῖς καὶ τὰς ἐξ ἀδιαθέτου καλουμένας ἁπάσας
διαδοχάς, καὶ αὐτὰς τὰς τῶν γενῶν τάξεις, καὶ
τοὺς ἐπὶ τούτοις βαθμοὺς ἐγγράψαντες τῷ βι-
βλίῳ, καὶ ἐπὶ τῆς ἑκατέρας αὐτῶν τὰ πρὸς τὸ ΤΕΡ-
ΤΟΥΛΛΙΑΝΟΝ τε καὶ ΟΡΦΙΤΙΑΝΟΝ σω
ενήκαμεν λόγματος, ἐξ ὧν μητέρες τε καὶ παῖδες
ἀλλήλων διάδοχοι γίγνονται. Πρόεισι δὲ ἑφεξῆς
βιβλίον ἄλλο τά τε πρὸς τῶν οἰκοδομημάτων ἐρ- B
γων, καὶ τὰ πρὸς τῆς τῶν ὁλισθαινόντων τε καὶ κα-
ταφερομένων οἰκημάτων ἀσφαλείας, καὶ τῶν οἰ κρύ-
πτοις τι κακουργούντων, καὶ ἐκ τῆς τῶν ὑδάτων φο-
ρᾶς ἀδικούντων τοὺς πέλας, καὶ τὰ περὶ τῶν ἀφορι-
ζόντων τὰ δημόσια τέλη, καὶ πρός γε δωρεῶν, τῶν τε
ἀποσταλησομένων, τῶν τε εἰς ἔννοιαν τελούτης ἀναφυο-
μένων νομοθετῶν. καὶ ἔνθις εἴτι πρὸς τοῖς ὁποιασοῦν
ἐλευθερίας ὄντων, ἢ καὶ τῶν ὑπὲρ ταύτης ἀγώνων, οὗτος
ἐνὶ παραδέδοται βιβλίῳ. Ἔτι δὲ καὶ τὰ πρὸς νομῆς,
καὶ τὰς διὰ αὐτῆς κτήσεως, καὶ τῶν εἰσαγουσῶν αὐτὴν
αἰτιῶν, εἰς ἓν ἀπεθέμεθα συγγραμμα, ἐπειγε ὅλως
πρὸς δικασικῶν ὄντων, ἀφορᾶσθαί τε, καὶ τῶν εἰ τέλος
τινὰ κατὰ σφῶν αὐτῶν ὁμολογοῦντων, ἢ τῶν ὄντων
ἀναχωρήσεως, καὶ δανεισικῆς τε κατοχῆς, καὶ πρόσ-
εως, καὶ τῶν πραγμάτων διακρίσεως τε ἐν κινδυ-
νίας, καὶ τῷ μή τι παθεῖν δὸν δανείζοντας βλάβῃ, ἐν C
οὗτος ὁμοίως εἰς ἓν ἤθροισται βιβλίον, καὶ ἡ τῶν ἐπερ-
δικτῶν τε τρόπου οὐ πλείοσιν ἑνὸς παραδεδόμενον
βιβλίου. ἐπεὶ δέ τε ἤδη τὰς παραγραφὰς, καὶ δὴ ἐπ'
αὐταῖς τεταγμένους ἐχωρήσαμεν χρόνους, ἐν ἡμῖν ἐ-
νοχῶν τε καὶ ἀγωγῶν ἀπεθέμεθα τρόπον. καὶ ζωπυ-
γάσαμεν ἂν πᾶν δὴ τοῦτο μέρος. οὗτος ἡγεῖται τὰ πρὸς
τὸ διακαρχῶν ὡς εἰρηται, γεγραμμένα εἰς ὀκτὼ βιβλί-
ων ἀριθμόν. ἕκτον δὴ τοῦτο μέρος ἐστὶ ὅλης ζωτά-
ξεως ἀποδεδομένον. τὸ δὲ λοιπὸν τῶν τελευταῖον, ὅσον
ἑβδόμον ἁπάσης ὄντος τῆς πραγματείας ἐξ βιβλίων
ἀριθμῷ συνέστηται. ἀρχόμενον μὲν ἐκ τῶν ἐπε-
ρωτήσεων. διάβαινον δὲ διά τε τῶν ὑπὲρ ἐγγυῆς γε-
γραμμένων, καὶ τῶν χρεῶν καταβολῆς, καὶ διαλύ-
σεως τε καὶ ἐλευθερίας αὐτῶν, καὶ τῶν εἰσημένων ἐκ
τῆς τῶν πραιτώρων νομοθεσίας ἐσωρωτήσεων. ἅσον
ἅπαντα δύο παρ' ἡμῶν σωέσταται βιβλίοις καὶ τοῖς D
τε ἔμπροσθεν οὐδεὶς εἴρηται ὄντος, ὅσα καθεστῶτα. Προ-
ὸν δὲ εἰς τὸν ὑπὲρ τῶν ἐγκλημάτων λόγον καὶ ἅπαν-
τα καταλέγον ὁπόσα τῶν τε μετριωτέρων ὄντι ἁμαρ-
τημάτων, ἅσον ἰδιωτικὰ καλοῦσιν, ὅσα τε οὐχὶ τε-
ταγμένα προσονομάζουσιν, ἀλλὰ τῶν EXTRA-
ORDINARIΩN αὐτοῖς ἐπιτιθέασιν ἐπωνυμί-
αν. ἀνάβαινον δὲ καὶ εἰς τὰ δημόσια τῶν ἐγκλημά-
των, ἅσον σφοδρότατά τε ὄντι, καὶ μεγάλῳ ἐφ' ἑαυ-
τοῖς καλεῖτω ποινήν. δύο δὲ πάντων ἔτι βίβλοι. ταῦ-
τα δὴ τὰ πρὸς τῶν ἁμαρτημάτων τε καὶ ἐγκλημά-
των σωέχουσιν. προσαναμέμικται δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ
πρὸς τῶν ἐπ' ἐγκλήμασιν μὲν ἁλισκομένων, ἑαυτὸν
δὲ ἀφανῆς καθιστάντων, καὶ δὴ ὄντος αὐτοῖς πολυ-
τίας, καὶ τῆς ἐπαγομένης τοῖς κατεδεδικασμένοις ποι-
νῆς, ἢ συγχωρήσεως. ἀρχὴ δὲ ἡμῖν ἑτέρου βιβλίου
πάλιν

sexta quædã pars huius totius operis, octo libris
conclusa. Præclarè autẽ incipit à Bonorum pos-
sessionibus, quas nos ita vt reliqua expendentes,
siue quę ad ingenuos, siue quę ad libertinos per-
tinebant, ex immensa illa vetere colluuie & ob-
scuritate in purum compendium redegimus:
duorum librorum numerum ipsis satis esse arbi-
trati. Quinetiam omnes successiones ab intesta-
to, cum his coniunximus: omnes cognationum
ordines, & earum gradus in eo libro inseren-
tes. In postrema autem ipsorum parte ea quæ ad
Senatusconsultum Tertyllianum & Orphitia-
num pertinent, inserenda putauimus: ex quibus
matres & liberi sibi mutuò succederent. Dehinc
liber alius consequitur, ea sanciens, quæ tractant
de Operibus in ædificiis, de Cautione damni in-
fecti, & his, qui in huiusmodi rebus aliquid de-
linquunt, & qui vicinis damnum inferunt aqua-
rum fluxu, de Publicanis, itémque de Donatio-
nibus, tam quæ sine causa, quàm quæ causa mor-
tis, in beneuolentiam referuntur. Inde quid-
quid vsquam de quibuscunque Manumissioni-
bus extabat: aut his actionibus quæ illarum no-
mine exercentur, hoc vno libro explicatum est.
Ea verò quæ pertinent ad rerum adquisitio-
nem, & titulos qui eam inducunt, in vnum tra-
ctatum coëgimus: & item quidquid omnino
ad res iudicatas pertinet, eósque qui iudicati,
vel in iure confessi sunt, Bonorúmque cessio-
nes, Venditiones ob debita, Rerum separatio-
nes, de Curatore bonis dando, & vt ne quid in
Fraudẽ creditorum fiat, hæc similiter in vnum
volumen coëgimus. Interdicta verò vni dum-
taxat libro tradidimus: ac tum quidem ad Ex-
ceptiones peruenimus, & tempora his exceptio-
nibus definita: simulq; Actiones & obligationes
executi sumus, totamq; hanc partem, in qua (vt
dictum est) ea quæ de bonorum possessionibus
scripta sunt, præcedunt, octo libris complexi su-
mus, sextam hanc totius operis partem separan-
tes. Postrema autem pars, quæ est totius nego-
tij septima, in sex libros redacta est, à Stipula-
tionibus quidem initium habens. Inde autem ad
ea, quæ de Fideiussoribus, Solutionibus, & libe-
rationibus, Stipulationibúsque prætoriis scrip-
ta sunt, pertingens, quæ omnia duobus à nobis
contracta sunt libris, qui tamen, dici non po-
test, quàm antea fuerint innumerabiles. Iam ve-
rò ad tractatus de Delictis præteruecti, & om-
nia tum mediocria delicta, tum quæ priuata &
extraordinaria vocant, enumerantes: pertin-
gentes etiam ad publica crimina, quæ maxima
sunt, & magnam pœnam desiderant, duobus e-
tiam his libris hæc omnia quæ ad delicta & cri-
mina pertinent, complexi sumus: admixta sunt
enim illis ea quæ tractant de his, qui delicti qui-
dem conuicti sunt, se ipsi autem celant: déque
ipsorum facultatibus, & pœna aut absolutione
condemnatorum. Initium porrò alterius libri

denuo

denuo exoritur à narratione de Appellationibus, quæ tum pecuniariis, tum criminalibus sententiis communis est. Quæcunque verò de Municipibus, Decurionibus, Muneribus, Operibus publicis, Nundinis, Vectigalium pollicitationibus, Variis Stipulationibus, & Censibus sancita sunt ab antiquis: quęcunque item de Verborum significatione & regulis extant ab antiquis tradita, hæc omnia postremus liber complectitur, cuius initium est à Stipulationibus: sextus quidem existens, si quis ad peculiare initiũ spectet: quinquagesimus autem, si quis vniuersum opus respiciat: quæ omnia pulchrè composita & elaborata sunt, & vt conueniebat ex mandato nostro, tum ab illustrissimo & prudentissimo magistro & exquæstore regiæ nostræ & exconsule Triboniano, viro tam rerum vsu & peritia quàm eloquentia & legum scribendarum cognitione clarissimo, quique mandatis nostris nihil vnquam prius aut antiquius habuit: & aliis qui cum ipso huic rei in gratiam nostram incubuerunt, Cõstantino scilicet magnificentissimo comite sacrarum largitionum, & magistro sacri scrinij sacrorum libellorum, regiarúmque cognitionũ, qui bonam semper de se existimationem apud nos retinuit: tum præterea Theophilo magnificentissimo magistro, quique leges in hac regia vrbe, magna veneratione & diligẽtia, atque adeò vt professorię dignitati conuenit, interpretatur: cum Dorotheo magnificẽtissimo quęstore, & interprete designato in legum ciuitate (dicimus autem celebrem & splendidam Berytiensium metropolim) quẽ ad nos perduci & participẽ huius laboris facere voluimus, bona de eo existimatione ducti: tum etiam Anatolio magnificẽtissimo magistro, qui & ipse apud Berytienses leges profitetur, viro ex illustri legũ Professorũ apud Phœnices tertia generatione descẽdente: vt pote qui genus referat ad Leontiũ & Eudoxium viros legũ peritia celebres, post Patriciũ insignis memorię quæstoriũ anticensorem, & Leontium celeberrimũ expræfectum, excõsulem, & Patricium ipsius filiũ, & Cratinum virum illustrem & magnificentissmũ simul & sapientissimum comitem sacrarum largitionum. Est autem & ipse legum optimus interpres in hac regia vrbe, & præter hos Stephano, Menæ, Prosdocio, Eutolmio, Timotheo, Leonidæ, Leontio, Platoni, Iacobo, Cõstantino, Ioãni, prudẽtissimis viris: qui omnes oratores sunt illustrissimorũ Præfectorũ sacrorũ nostrorũ prętoriorũ, opinionẽ autem apud omnes sapientiæ meritò quam obtinerent, iure à nobis digni sunt iudicati, qui tanti huius laboris participes essent. Hæc igitur à nobis circa Digestorum conscriptionem elaborata sunt, per eos, quos paulò antè nominauimus illustres & prudentes homines. Tanta autem nobis reuerentia antiquitatis fuit vt immutari nomina veterum iurisprudentium nullo modo permiserimus: sed vniuscuiusque nomẽ legibus inscripserimus, ea quidem immutantes, quæ nobis non rectè se habere visa sunt, quibusdam videlicet amputatis,

Quid in digestorũ cõpositiõe factũ sit.

A πάλιν ὁ πολὺς τῶν ἐφέσεων γίνεται λόγος, καινὸς ὢν εἰκότως κατὰ τῶν ψήφων, τῶν τε εἰς χρήματα, τῶν τε εἰς ἐγκλήματα φερομένων. ὅσα δὲ ὑπέρ τε πολιτῶν, ὑπέρ τε βουλευτῶν, καὶ λειτουργημάτων, καὶ τῶν δημοσίων ἔργων, καὶ πανηγύρεων, καὶ πόρων ἐπαγγελίας, καὶ ποικίλων ἐρωτήσεων, καὶ ὅλως δημοσίας ἀγραφῆς νενομοθέτηται τοῖς πάλαι. ὅσα τε ὡς ὑπὲρ τῶν ῥημάτων δύναν ὀνομασίας, καὶ τῶν ἐν κανόσι εἰρημένων τοῖς πάλαι, ταῦτα ἅπαντα τὸ πεντηκοστὸν τοῦτο ἔχει βιβλίον. τούτου δὲ τὸ συνήμμενον, ὥσπερ ἀρχὴ τοῦ πολλῶν ἐσπουδασμένων δύναν ἕκαστον μέν, ὅσον πρὸς τὴν οἰκείαν ἀρχὴν καὶ θέσιν: πεντηκοστὸν δὲ πρὸς τὴν ὅλην τε συντάξεως ἁρμονίαν. Ἅπερ ἅπαντα συντεθειται τε καὶ ἐκτέτακται καλῶς τε καὶ τοῦ παρ' ἡμῶν κελεύσεως ἀξίως, παρά τε τριβωνιανοῦ τοῦ ἐνδοξοτάτου καὶ σοφωτάτου μαγίστρου, καὶ ἀρχινυσιάρων τῶν ἡμετέρων βασιλείων, καὶ ὑπάτων, ἀνδρὸς ἔν τε τῷ πρόσθεν, ἔν τε τῷ ῥηθέντι, ἔν τε τῷ νῦν νόμους γράφειν εὐδοκιμοῦντος, τῶν δὲ ἡμετέρων ἔμπροσθεν οὐδὲν τι θεμιτὸν πρόσαξεως, καὶ τῶν καὶ ὑπ' αὐτὸν πράγμα ἡμῖν ἐκπονησαμένων, τουτέστι Κωνσταντίνου τε τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος τῶν θείων λαργιτίωνων, καὶ ἀνθυπογραφέως τοῦ θείου σεκρινίου, τῶν τε θείων λιβέλλων, καὶ τῶν βασιλικῶν διαγνώσεων, χρησθαι ἑαυτοῦ δόξαν ἡμῖν ἐν ἅπασιν παρεσχομένου, καὶ πρός γε Θεοφίλου τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου μαγίστρου, καὶ νόμους ὡσὶ δὲ βασιλίδος ταύτης πόλεως σεμνῶς τε καὶ ἀγρύπνως καὶ τὴν διδασκαλικῆς ἐπιστήθυσεως ἀξίως διδάσκοντες, καὶ Δωροθέου τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κυαισωρίου, καὶ διδασκάλου ἐν τῇ τῶν νόμων ἀναδεδειγμένῳ πόλει, φαμὲν δὴ τὴν αἰδημόν* τε, καὶ πολυφα- *αἰδήμονα
B C νῆ τῶν Βηρυτίων μητρόπολιν, ὃν ἡ πολὺς αὐτοῦ χρησὶ μονα
λόξα, καὶ εἰς ἡμᾶς ἤγαγεν, καὶ τῶν παρόντων μεταχεῖν προυβάλετο πόνων, καὶ Ἀνατολίου τε τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου μαγίστρου, ὃς δὴ καὶ αὐτὸς παρὰ Βηρυτίοις τὰ ἐν νόμων παιδεύει καλῶς, ἀνὴρ ἐντριγονίας σεμνῆς τὸς παρὰ Φοίνιξιν τῶν νόμων διδασκάλους καταβαίνων. Ἀναφέρει γοῦν εἰς Λεόντιόν τε καὶ Εὐδόξιον, ἄνδρας ἐν νόμοις μετὰ Πατρίκιον τὸν καὶ εὐκλεοῦς μνήμης κυαισώριον καὶ ἀντικήνσορα, καὶ Λεόντιον τὸν παυσίφιμον ἀπὸ ὑπάρχων, ὑπάτων, καὶ Πατρίκιον τὸν αὐτῶν παῖδας* ὡς τεθαύμασμένον τιμῶν τὸν μεγαλοπρεπε- *παῖδα
σάτους καὶ σοφωτάτους κόμητος τῶν θείων λαργιτίωνων, νόμων τε καὶ αὐτὸς ἀγαθὸς ἐξηγητὴς ὢν καὶ βασιλίδος μασμεταύτης δύνην πόλεως, καὶ πρὸς τούτοις Στεφάνου, Μηνᾶ, νους καὶ
D Προσδοκίου, Εὐτολμίου, Θιμοθέου, Λεωνίδου, Λεοντίου, καὶ Πλάτωνος, Ἰακώβου, Κωνσταντίνου, Ἰωάννου, τῶν σοφωτάτων. οἵτινες πάντες ῥήτορες μὲν εἰσὶν τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων, τῶν ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων. δόξαν δὲ παρὰ πᾶσιν τοῖς ὠδὶ σοφίᾳ δικαίως ἔχοντες, εἰκότως παρ' ἡμῶν ἐπῃνέθησαν ἄξιοι καθεστάναι, τῆς τοσούτου μεταχεῖν ἀγῶνος. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν περὶ τοῦ ΔΙΓΕΣΤΩΝ ἐκτεπόνηται συγγράφων δὲ τῶν ἀρχαίως ἡμῖν εἰρημένων, ἐνδόξων τε καὶ σοφῶν ἀνδρῶν, τοσαύτη δὲ ἡμῖν αἰδὼς τῆς ἀρχαιότητος γέγονεν, ὥστε οὐδὲ ἀμεῖψαι τὰς προσηγορίας τῶν ἔμπροσθεν νομοθετῶν ὑπεμείναμεν, ἀλλὰ τοῦ ἑκάστου τούτων τοῖς νόμοις ἐπιγράψαμεν προσηγορίαν, ἀμείψαντες μὲν ἔνια τῶν ἔχειν ἡμῖν ἐν ὀρθῶς ἐδόκει, μέρη δὲ τὰ μὴ ἀφελόντες,

quibusdam

τὰ δὲ προσθέντες ἐκ πολλῶν τε καὶ πάλιμ ἐλόμενοι καὶ τιθὲ ἴσην ἁπασιν παραχόντες τῆς ἐξουσίας ἰσχύν, ὥσε πᾶν ὅσον ἐγγέγραπται τοῖς βιβλίοις, οὕτω ἡμετέραν γενέσθαι γνώμην, μηδένα τε θαρρεῖν παρατιθέναι τὰ γενόμενα νεωτοῖς ἔμπροσθεν, ἐπεὶ καὶ πολλὰ καὶ οὐδὲ ἀριθμηθῆναι ῥᾴδια μετατεθείκαμεν εἰς τὸ κρεῖττον, κἂν ἔτι βασιλικῇ τινὶ τῶν παλαιοτέρων ἀνυπερατόρων διατάξει, πρὸς ἄλλοιμ εἴρηται* χήματα τὰ μὲν οὖν ὀνόματα τοῖς ἔμπροσθεν ἐφυλάξαμεν, τιθὲ δὲ τῶν νόμων ἀληθείαν ἡμετέραν ἐποιησάμεθα, ὥσπερ καὶ ἔτι κἂν μείζονα ἐνεῖνοις ἦμ· πολλὰ δὲ τὰ τοιαῦτα ἐτέθεικεν*· οὕτω διήρηταί τε καὶ πεπέρασται, καὶ εἰς σαφῆ πεπέρανται τέλος ἔχοντα νόμον*. Ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν καί τινα μετρίαν εἰσαγωγὴν ποιήσασθαι πρὸς τοῦ ἄρτι νόμου ἀπορμήσοντας καὶ τιθὲ μείζω διδασκαλίαν οὐχ ὡρωῶντας, οὐδὲ τοῦτο ἡμετέρας ἔξω κατελίπομεν προνοίας. ἀλλὰ τριβωνιανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ, τῷ καὶ τιθὲ τῆς ὅλης νομοθεσίας ὑπουργίαν ἐπιτετραμμένῳ, καὶ Θεοφίλῳ γε μὴν, καὶ Δωροθέῳ τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις, καὶ σοφωτάτοις, ἀντιγνώστορσιν ἐγκελευσάμενοι διατεθέμεθα προσήκειν ἐκ τῶν τοῖς ἀρχαίοις εἰσαγωγῶς συγκειμένων τὰ καιριώτατά τε καὶ πρατούμενα, καὶ ὁπόσα τοῖς νῦν πολιτευομένοις συμφέρεται πράγμασι, ταῦτα ἐξελεῖν, καὶ ἀθροῖσαι, καὶ εἰς ἡμᾶς ἀγαγεῖν· μεμνῆσθαι δὲ καὶ τῆς ἡμετέρας διατάξεως, ἃς εἰς ἐπανόρθωσιν τῶν ἔμπροσθεν πεποιήμεθα, καὶ οὕτω σωθῆναι βίβλους τέσσαρας, πρῶτα στοιχεῖα τῆς εἰσαγωγῆς ἐσομένας, ἃς δὴ καλεῖν INSTITVTA νενόμικα. καὶ δὴ καὶ ταύτιτω τιθὲ νομοθεσίαν σωθέντες προσήγαγον ἡμῖν, καὶ ἡμεῖς ἅπασαν κατασκεψάμενοι, καὶ διακρίναντες καλῶς τε ἔχειν, καὶ κατὰ τὴν ἡμέτερον ἐκρίναμεν νοῦν, καὶ ἡμέτερον εἶναι καὶ οὕτω τὸ βιβλίον ἀπεφηνάμεθα, καὶ τοῦτο τιθὲ τῆς ἡμετέρας διατάξεως ἰσχὺν ἔχειν αὐτὸ, παρ' αὐτῶν ὧν εἰ προοιμίοις τῶν βιβλίων διελέχθημεν ἅπασιν ἐδηλώσαμεν. Οὕτω τοίνυν τιθὲ ῥωμαίων νομοθεσίαν τάξαντες, καὶ εἰ τρισὶ τοῖς ὅλοις βιβλίοις τε καὶ ἐνιαυτοῖς πρᾶγμα τοσοῦτον ἐκπεπονηκότες, ὅσπερ ἰῶ μὲν τιθὲ ἀρχὴν ὑπὲρ ἅπασαν ἐλπίδα, τὰ δὲ δὴ τελευταῖα μεθ' ὅσπερ ἡμεῖς βατὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα ἐδείξαμεν, οὐδεὶς δέκατον ἔτος ὅλον σωθῆναι προσδοκήσειεν, εἰς μόνων τριῶν ἐνιαυτῶν ἀφορτελέστως τάχος, καὶ τῷ θεσπότῃ θεῷ εὐχὴν ἀναθέντες τὸ ἄθλον, τῷ καὶ εἰρήνην ἄγειν, καὶ πολέμους καταρθοῦν, καὶ νομοθετῆσαι παντὶ τῷ τε πρὸ ἡμῶν, τῷ τε ἐφ' ἡμῶν, τῷ τε μεθ' ἡμᾶς χρόνῳ δωρησαμένῳ δίκαιον φῆθημεν ἅπασιν ἀνθρώποις ποιῆσαι φανερὰν τιθὲ ἡμετέραν ὑπὲρ αὐτῶν σπουδήν τε καὶ πρόνοιαν, ὅπως ἂν τὸ ἔμπροσθεν ἀπαλλαγέντες ταραχῆς τε καὶ συγχύσεως, καὶ πέρας ἐχούσης οὐδὲν νομοθεσίας χρήσωνται νόμοις ὀρθοῖς τε καὶ σωτηρίοις, καὶ πᾶσιν προχείροις, καὶ τιθὲ τῶν δικῶν σωτηρίαν ἀσπαζομένοις, καὶ προκειμένοις γε ἅπασι τοῖς βουλομένοις ῥᾳδίως εἰς κτῆσιν οὐκ ἐλαττόνων δεομένοις χρημάτων, ἵνα τὸ τῶν ἀρχαίων ἐκείνων βιβλίων ἀθροίσαιεν πλῆθος, ἀλλ' ἐπ' ὀλίγῳ τιμήματι τοῖς τε πλουτοῦσιν ὁμοίως, τοῖς τε ἐξ ἐλαττόνος ὁρμωμένοις οὐσίας ἅπασαν τὴν ἑαυτῶν παρεχομένοις κτήσεως. εἰσέτι, πλήθους ὄντος τοῦ καὶ νεωτὶ ἠθροισμένου καὶ ἐκ τοσούτων μυριάδων συλλεγέντος, quibusdã verò additis: eoq; ex multis excerpto & selecto quod optimũ fuit, & æquali robore auctoritatis omnibus adcõmodato, vt quidquid libro inscriptũ est, hoc videatur nostra sententia factum: nemoq; iam audeat ea, quæ nunc fiunt, cũ antiquis cõparare: quippe cùm multa & quæ ne numerari quidẽ facilè poterãt, à nobis in melius mutata sint: etiam si quid aliqua priorũ imperatorum cõstitutione diuersè sancitum extábat. Nomina enim antiquis integra seruauimus. Legum autẽ auctoritatem nostrã fecim⁹, quemadmodũ etiamsi quid dissidens in his extabat (multa autem extabant huiusmodi) id omne distinctum est, & suis limitibus determinatũ: deniq; vt in clarum finẽ redigeretur lex quæq;, perfecim⁹. Et quoniã operæpretium erat cõmodam quandam introductionẽ facere eorum causa, qui nuper ad legũ studium adgressi sunt, nequedum vllam altiorẽ doctrinã attigerunt, nos eius quoq; rei curã & cogitationem suscepimus. Quocirca Triboniano viro illustrissimo, & cui totius legũ sanctionis negotium cõmissum fuit, & itẽ Theophilo, ac Dorotheo magnificẽtissimis & sapientissimis anticẽsoribus mãdauimus, vt ex his quæ apud veteres inter introductiones iacebant, ea seligerent quæ maximè commoda & vsitata, ac præsenti reip. statui vtilia essent: eáq; congesta & coagmentata nobis offerrent: meminissent autẽ & nostrarum cõstitutionum quas in superiorum emendationẽ fecimus. Itaque libros quatuor qui prima essent elementa introductionis cõparare nt, quæ INSTITVTA vocari solent. Hanc igitur sanctionem à se cõpositam nobis cum obtulissent, nos ea perpensa & considerata, rectè se illam habere, & voluntati nostræ respõdere iudicauimus: nostrúmque hunc esse librum & nostrarum constitutionum robur obtinere, ex his quæ in proœmio libri disseruimus, omnibus notum ac testatum reliquimus. Sic igitur Romanorum sanctionibus in tres libros digestis, nos tanto ac tam difficili opere perfecto (quod primo quidem omnem spem atque expectationem superabat, & quãuis aliquantò post ostendimus rem esse factu haud ita difficilem, minimè tamẽ sperauimus, vel decennio toto perfici posse) absolutóque trium dumtaxat annorum celeritate, & hoc præmio dicato Domino & Deo nostro qui & tranquillè viuere, & hostes superare, & leges sancire omni tam superiori quàm nostræ & posterorum ætati dedit, visum est faciendum esse, vt nostrum erga omnes studium & beneuolentiam ostenderemus: vti posthac ab antiquis illis dissidiis, colluuie, ac legibus infinitis liberati, rectis breuibus & expeditis legibus fruerentur, & quæ litium & controuersiarum compendium præberent, facilèque comparari possent: vt iam ingenti pecunia ad inutilium librorum multitudinem cõparandam non opus esset, quoniam perexiguo pretio tum diuitibus tum pauperibus sui coëmendi copiam præberent. Quòd si ne nunc quidem cum hæc ita digesta sunt & coagmentata, atque ex tot milibus collecta, deesse

*ἐρηθ. Flo.
*ἀπέκλ-ειν. Flo.
*σαφὲς παρέσχε, τέλος ἔχοντα νόμων.

Et primo quidem anno nostras hauriant Institutiones, ex omni penè u veterum Institutionum corpore elimatas, & ab omnibus turbidis fontibus in vnum liquidum stagnum x corriuatas, tam per Tribonianum virum magnificum, magistrum, & exquæstore y † sacri palatij nostri & exconsule, q̃ duos è vobis, id est Theophilum & Dorotheum facundissimos antecessores z. In reliquã vero anni a partem secundum optimam consequentiam primam b legum partem eis tradi sancimus, quæ Græco vocabulo c πρῶτα * nũcupatur: quæ nihil est anteri⁹: quia quod primum d est, aliud ante se habere non potest. Et hęc eis exordiũ & finẽ eruditionis primi anni esse decernimus. Cuius auditores non volumus vetere tam friuolo quàm ridiculo cognomine dupondios † appellari, sed Iustinianeos e nouos nuncupari: & hoc in omne futurum æuum obtinere censemus, vt hi qui rudes adhuc legitimæ f scientiæ [capessendæ] aspirent, & scita prioris g anni accipere maluerint, nostrum nomen mereantur: quia ilico tradendum eis est primum volumen h, quod nobis emanauit auctoribus. Antea enim dignum antiqua confusione legum cognomen habebant. Cum autem leges iam clarè & dilucidè animis eorum tradẽdæ sint, * necesse erit * eos & cognomine mutato fulgere i.

¶ In secundo autem anno, per quem ex edicto eis nomẽ antea positum k [est,] & à nobis probatum *. vel de iudiciis l libros septem, vel de rebus octo accipere eos sancimus: secundum quod temporis vicissitudo m indulserit: quam n intactã obseruari præcipim⁹. Sed eos-

*septem. Flo.

† Hic Iust. laudat Papi. sic & in l. generaliter. §. cùm aũt. & de instit. & sub. sub. cod. fa. C. & vbiq; Bol. hic infero, verum doctũ lecte cõmendari posse.

* hoc restituũ non est Accursii. Aegi. Per.

† Adde Panor. in. c. 1. de loca. ad. de tex. in. l. quib⁹ peculia. ff. de verb. & re. signi. tex. in prox. sexti lib. & ibi gloss. in sup. scriptione, quæ egregiè loquitur de doctoribus, quales esse debẽt.

*Flo. sit.

† id est, quòd amplis⁹ quæstor aut cõsul non est. Est est forma ei seculo familiaris pro quæstorio & cõsulari viro. Sic veteres Latini pro cõsule, & Sallustius pro milite, & Tullius pro quæstore vno verbo per oës casus & numeros dixere. Aegi. Per.

* id est, primaria, ac veluti principia.

† Vide Angelũ Poli. Misc. c. 93. & Alc. libr. 4. de verb. sig. & Eras. Chil. 1. cent. 8. prouer. 11. & Chil. 4. cent. 5. prouer. 54.

* erat, Flo.

* erat. Flo.

* Flo. probatur.

dem libros de iudiciis, vel de rebus, totos, & per suã consequentiã accipiant, nullo penitus ex his derelicto, quia omnia noua [a] pulchritudine sunt decorata, nullo inutili, nullo desueto in his penitus inueniendo. Alterutri autem eorũdem volumini, id est de iudiciis, vel de rebus, adiungi in secundi anni audientiam volumus quatuor libros singulares [b], quos ex omni compositione quatuordecim [c] librorũ excerpsimus: ex collectione quidem tripertiti [d] voluminis quod pro dotibus compositimus, vno libro excerpto [e]: ex duobus autem de tutelis & curationibus, vno: & ex gemino volumine de testamentis, vno: & ex septem libris de legatis & fideicommissis, & quæ circa ea sunt, simili modo vno tantum libro. Hos igitur quatuor libros, qui in primordiis singularum memoratarum cõpositionum positi sunt, tantummodo à vobis eis tradi sancimus, cæteris decem oportuno tempori conseruandis: quia neque possibile est, neque anni secundi tempus sufficit ad istorũ quatuordecim librorum à magistra voce eis tradendorum recitationem. Tertij insuper anni doctrina talem ordinem sortiatur, vt siue libros de iudiciis, siue de rebus secũdum vices legere eis sors tulerit [f], concurrat eis tripertita [g] legum singularium dispositio: & in primis liber singularis ad hypothecariam [h] formulam: quem oportuno loco, in quo de hypothecis loquimur, posuim[us] [i], vt cùm æmula [k] sit pigneratitiis actionibus, quæ [l] in libris de rebus positæ sunt, non abhorreat earũ * vicinitatẽ, cum circa easdem res [m] ambabus pene idem studium sit. Et post eundem librum singularem alius liber similiter eis aperiatur, quem [de vsuris: Item alius quem] ad edictum ædilium, & de redhibitoria actione, & de euictionibus, necnon duplę stipulatione composuimus. Cum enim quæ pro emptionibus & venditionibus legibus cauta sunt, in libris de rebus præfulgent, hæ autem omnes quas diximus, definitiones [n] in vltima parte [o] prioris * edicti fuerant positæ: necessario eas in anteriorem locum transtulimus: ne à venditionibus quarum, quasi ministrę [p] sunt, vicinitate vlterius deuagẽtur. Et hos tres [q] libros cum acutissimi Papiniani [r] lectione tradẽdos posuimus, quorum * volumina [f] in tertio anno studiosi recitabant: non ex omni eorũ corpore [t], sed sparsim pauca ex multis & in hac parte accipientes. Vobis autem pulcherrimus Papinianus non solum [u] ex responsis quæ in decẽ & nouem libros cõposita fuerant, sed etiam ex libris septẽ & triginta quæstionum, & gemino volumine definitionum, nec non [x] de adulteriis, & pęnè omni eius expositione in omni nostrorum Digestorum ordinatione præfulgens propriis partibus, præclarissimam * sui recitationem [y] prębebit. Ne autem tertij anni auditores, quos Papinianistas vocant, nomen & festiuitatem [z] eius amittere videantur: ipse iterum in tertium annum per bellissimam machinationem introductus est. librum enim hypothecarię ex primordiis [a] plenum eiusdem maximi Papiniani de rebus dotium, ita & in pigneratitia, scilicet contraria, vt saluum sit creditori quod in rem obligatam impendit, infrà de pign. actio. l. tutor. §. contrariam. & in. l. si seruos. & instit. qui. mo. re con. ob. §. fin. differunt tamen in multis: quia altera est in rem, scilicet hypothecaria: vt. C. de pign. l. pignoris. alia personalis, scilicet pigneratitia: vt C. de distra. pig. l. fina. item pigneratitia alia directa, alia contraria. item hypothecaria alia in. xxx. an. alia in xl. an. porrigitur: vt C. de præscri. xxx. an. l. sicut. &. l. cum notissimi. in prin. quandoque etiam minus. xxx. an. durat hypothecaria: vt. C. si aduer. cre. l. j. &. ij. & ideo dicit, pene. Accursius.

a *Noua.* omnia noua placẽt. sic in auth. de cõsul. §. quantũcunque. in fin. coll. iiij. Vel dic, quòd sunt decorata omnia omni pulchritudine noua, cum Iustinianus cõpilando quasi renouauerit, & nouiter bene posuerit.

b *Singulares.* libri singulares sunt hodie. x. &. vij. s. à ti. de pig. vsque ad ti. de bo. pos. sic dicti, quia p se stãt; & sub illo titu. de iudi. vel illo de rebus, non continentur: ex quibus. x. &. vij. mãdat hic quatuor legi in secundo anno. s. primum de tribus qui tractat de dotibus. s. illũ de spon. omissis duobus, scilicet de dona. inter virũ & vxo. & illo de impẽsis. Item primum de duobus, qui de tutel. dicũtur. nam duo sunt. s. de tutelis & de excusa. tut. Item primũ de duob[us], qui de testamentis dicuntur. duo enim sunt, de testamẽtis & de testamento militis. Item primum de septem, qui de legatis tractant. s. de leg. j. nam septẽ sunt à ti. de leg. j. vsque ad tit. de bo. poss. sed secundum hoc ergo legitur per saltũm, quod supra phibuit proximè, sed vtilis erat saltus, vt de omni materia sentirẽt, cum nulla sit inutilis: quod olim erat.

In iure de nulla inutili materia nunc tractatur.

c *Quatuordecim.* Omissis primis trib[us] singularibus de pig. de ædil. edict. & de vsuris: qui occasione vicinitatis præcedentium legerentur in tertio anno, & cum præcedentibus. Accursius.

d *Tripertiti.* i. trium librorũ. alij dicunt olim fuisse vnũ volumen in quo illi soli tres libri continebantur.

e *Excerpto.* id est accepto vel assumpto ad legendum.

f *Sors tulerit.* quia alterum tantũ sit lectum in præcedenti anno ad electionem doctorũ: vt suprà proxi. §.

g *Tripertita legum.* i. tres libri singulares. s. de pig. & de ædilitio edicto, & de vsuris: vt hic subiicit. Accur.

h *Hypothecariã.* quæ est de pignoribus.

i *Posuimus.* s. occurrat.

k *Æmula.* æmulor tibi, id est, inuideo tibi [a]. & sic æmula, id est inuida: quia pigneratitia directa debitori contra creditorem datur: vt inst. qui. mo. re con. ob. §. fi. & sic directa scilicet hypothecaria competit creditori: vt. j. de pigno. per totum. Item æmulor te. i. imitor te. inde dicitur, Aemulor vos dei æmulatiõe. & sic hic tractatus illum imitatur, & circa idem tractat: & sic ad contrariam hypothecam se refert. Accursius.

a Ista prima expositio est vera secundum Bar. hic.

l *Quæ.* directæ & contrariæ.

m *Easdem res.* scilicet obligatas. nam circa eas ambæ, scilicet hypothecaria & pigneratitia directæ tractant diuersimode: & propter hoc dicit pene. Item sicut hypothecaria proponitur vt

y *Recitationem.* q. d. leges Papi. præclarè sunt positæ per corpus iuris in locis competentibus: quæ omnes leguntur: licet nõ in tertio anno: sed olim legebantur tantum octo libri ex responsis Papi. vt suprà. §. in tertio.

z *Festiuitatem.* festum enim Papiniani faciebant eo anno quo responsa eius legebantur. Sed quia hodie non vt olim leguntur: crederetur non fieri eius festum: sed licet non vt olim, iterum tamen leguntur, licet alio modo: ideoque & hodie festum eius fiat.

a *Ex primordiis.* quia per totum librum de pigno. primordia ti. Papi. sunt.

Et nouiss.

BIU Cujas

niani fecimus lectione: vt & nomen [a] ex eo habeant, & Papinianistæ vocẽtur, & eius reminiscentes & lætificentur, & festum diem, quem cùm primum leges eius accipiebant, celebrare solebãt, peragãt [b]: & maneat viri sublimissimi prefectorij Papiniani & per hoc in æternum memoria [c]: hócq; termino tertij anni doctrina concludatur.

¶ Sed quia solitũ est anni quarti studiosos Græco & consueto quodã vocabulo λύτας [d] †* appellari: habeant quidem, si maluerint, hoc cognomẽ. Pro responsis autem prudentissimi Pauli, quæ antea ex libris vigintitribus vix in decem & octo recitabant [e], per iam expositam confusionem eos legentes, decem libros singulares, qui ex quatuordecim, quos antea enumerauim [o], supersunt, studeãt lectitare [f]: multo maioris & amplioris prudẽtiæ ex eis thesaurũ* consecuturi, q̃ quem ex Paulianis habebant responsis [g]. Et ita omnis ordo librorum singularium à nobis compositus, & in decem & septem libros partitus [h], eorum animis imponetur: quem in duabus Digestorum partibus [i] posuimos, id est quarta & quinta, secundum septem partium distributionem [k] &, quod iam primis verbis orationis nostræ posuimus [l], verum inueniatur, vt ex triginta sex librorum recitatione fiant iuuenes perfecti, & ad omne opus legitimum instructi, & nostro tempore non indigni: duabus aliis partibus [m], id est sexta & septima nostrorum Digestorum, quæ in quatuordecim libros compositæ sunt,* ita dispositis, vt possint postea eos & legere [n], & in iudiciis ostendere. Quibus si bene sese imbuerint, & in quinti [o] anni (quo προλῦται *† nuncupantur) metas constitutionum Codicem tam legere, quàm subtiliter intelligere studeant: nihil eis legitimæ scientiæ deerit, sed omnem [p] ab initio vsque ad finem [q] suis animis amplectentur: & quod pene in alia nulla euenit arte, cùm etsi vilissimæ sint, omnes tamen infinitę sunt: hęc sola scientia habeat finem mirabilem, in præsenti tẽpore à nobis sortita.

¶ Discipuli igitur omnibus eis legitimis arcanis reseratis, nihil habeant abscõditum: sed omnibus [his] perlectis quæ [à] nobis per Triboniani viri excelsi ministerium, cæterorúmque composita sunt, & oratores maximi, & iusticiæ satellites inueniantur, & iudiciorum optimi tã athletæ [r] q̃ gubernatores, in omni loco æuoque felices [s].

Supra dictum est qualiter iura tradi debent: hic autem in quibus locis tradi debeant ista iura, videlicet in ciuitate Romana: in ciuitate Berytiensi, & in ciuitate Constantinopolitana: prohibens in aliis locis legi: & contra facientes punit. h. d. vsque ad. §. illud autem.

¶ Hæc autem tria [t] volumina à nobis composita tradi eis tam in regiis vrbibus [u], quàm in Berytiensium pulcherrima ciuitate (quam & legum nutricem bene quis appellet) tantummodo volumus, quod iam & à retro principibus constitutum est: & nõ in aliis locis, quæ à maioribus tale nõ meruerint priuilegium: quia audiuimus etiam in Alexandrina splendidissima ciuitate, & in Cæsariẽsium, & in aliis, quosdã imperitos homines deuagari, & doctrinam discipulis adulterinã tradere. Quos sub hac intermi natione ab hoc conamine repellimus, vt si ausi fuerint in posterum* hoc perpetrare, & extra vrbes regias, & Berytiẽsium metropolim hoc facere, denarum [x] librarum auri pœna plectantur, & reiiciantur ab ea ciuitate in qua non leges docent, sed in leges cõmittunt. [y]

Hic ponitur quomodo scribẽtes libros per signa, debent puniri ciuiliter & criminaliter. & hoc vsque ad versic. Illud vero. Bar.

¶ Illud autem quod iam tum ab initio hoc opus mãdantes [z], in nostra oratione, & post cõpletum [opus] in alia nostri nu minis cõstitutione scripsimus: & nũc vtiliter ponimus, vt nemo audeat eorũ qui libros conscribunt, signa [a*] in his ponere, & per cõpendium [b] ipsi legum interpretationi vel cõpositioni maximũ adferre discrimen: scituris omnibus librariis, [c] qui hoc in posterum commiserint,

---

a *Et nomen.* dicimus subaudi &c.
b *Peragant.* Interpone tuis interdum gaudia curis.
c *Memoria.* sic. C. de epi. & cle. l. quoniam venerabilis.
d *Græco vocabulo hircos.* quod idé est quod subtiliter videns... *ADDITIO.* Nõ hircos le gẽdũ vt somniat Acc. sed lytas habet germana lectio, quæ vox solutores significat, nẽpe eos, qui in ciuili sapiẽtia tantũ promouerũt, vt legũ ænigmata possint subtiliter & acutè dissoluere. quos autem sequenti responso προλύτας appellat, possis interpretari eos, qui τῶν λυτῶν antecessores sunt: quasi eos eruditione longe antecedãt. & quibus (vt inquit Iustin.) nihil ad legitimæ scientiæ cognitionem desit.
e *Recitabant.* in quarto anno auditores per seipsos: vt suprà eo. §. his igitur. licet ibi istorum librorum numerus non esset.
f *Lectitare.* id est, frequenter legere.
g *Habebant responsis.* derogat Paulo, sed Papinianum honorauit.
h *Partitus.* à titu. de pig. vsque ad titu. de bo. pos.
i *Partibus.* Prima vsque ad titu. de testa. alia vsque ad titu. de bo. pos.
k *Distributionem.* nam in septem partes distribuitur: vt. s. eo. §. in secundo.
l *Posuimus.* vt. s. eo. §. ex libris.
m *Partibus.* scilicet de bo. pos. vsque ad titulum de verborũ obligationi. Item exinde vsque ad finẽ. Accur.
n *Et legere.* scilicet per se. & no. quòd non legitur auditoribꝰ: sed hodie hic ordonõ seruatur, secundum Ioan. hic loquitur quando vni legebatur, non autem vbi pluribus legitur hoc vel hoc, prout vtilꝰ eis sit, legatur, secundum Ioan. item de facto secus seruamus.
o *Quinti anni.* Quo anno vocabantur lytæ, vel prolytæ: & sic cautè transit ad lec. quinti anni. sed olim starent. nũc in quatuor se expedie bant: vt suprà eo. §. his igitur. quia Codicem non legebant.
p *Sed omnem.* legitimam scientiam.
q *Finem.* no. hanc esse artem, quia implicat alias: vt & infrà de iusticia & iure. *l. j.* in princ. Item no. eam habere caput & finem: caput habet. scilicet Institutiones: vt suprà eod. §. itaque. & finem, scilicet Codicem: vt hic, & Institu. in Proœ. §. cũque. & infrà de iur. & fac. igno. l. in omni parte.
r *Athletæ.* scilicet, in aduocando: gubernatores, scilicet in iudicando.
s *Felices.* scilicet inueniantur.
t *Hæc autem tria.* scilicet Instituta, Pandectas, & Codicem.
v *Regiis vrbibus.* scilicet Roma veteri, quã Romulus & Remꝰ fra tres reges fecerunt: vt infra de orig. iur. l. ij. circa princip. Et Constantinopolim, quam Imperator Constantinus fecit: vt. C. de vete. iur. enuc. l. j. §. pe. ergo idem & in Bonoñ. quia & eam fecit Imperator Theodosius iussu beati Ambrosij, cùm per prodi tionem eam destruxerat: vt dicitur in legenda beati Ambrosij: & hi habent excusationem ab omnibus muneribus: vt. C. de profesſo. & me. l. medicos. libro decimo. & infra, de excusa. tuto. l. sed & reprobari. §. fin.
x *Denarum.* id est decem & decem. secus si decem dixisset: vt infrà, de lega. j. l. si quis testamento. in princip. & infra de verborum obligationibus. l. stipulatio ista. §. cum qui ita.
y *Committunt.* sic. j. de mino. l. auxilium. in fi. nec priuilegium doctorum habẽt, qui alibi legunt: vt. j. de excus. tu. l. sed & reprobari. §. fi.
z *Hoc opus mandantes.* i. quãdo mãdauimus fieri Digest. & Codicẽ, diximus hoc quod nunc dicimus: vt. C. de vete. iure enu. l. j. §. fi. & postquã fuit factũ, in alia cõstitutione diximus idem: vt. C. de vete. iure enuc. l. ij. §. finã.
a *Signa.* id est, notas, quando vna litera, vel vnum signum, totam vnam orationem repræsentabit: nõ autem omnino abbreuiationes prohibet.
b *Compendium.* dum laboro fieri breuis, fio obscurus. Acc.
c *Librariis.* i. scriptoribus: vt &. j. de reg. iur. l. si librarius.

Roma à Romulo & Remo condita.
Notabilis gloss. quòd Theodosius ædificauerit Bonoſiam iussu beati Ambrosii. Bolo
in hoc Flo.
sigla, hoc loco Florẽ. legit.

*Vide Angelũ Poli. Misc. ca. 93
*i. soluto-res: vt qui iam legum ænigmata per se soluere queãt. eos hodie baccalaureos vocamus. Aegi. Per.
*thesaurũ. Flo.
*eisdẽ possitis. Flo.
*id est qui λύτης soluitoribus eruditiõe præstarent. nũc in licẽtiatiorũl go dicũtur. Aegi. Per.
*Vide Angelum Poliția. Misc. ca. 94.

BIU Cujas

quòd post criminalem* pœnam[a], [etiam] æstimationem libri in duplum domino eius, si nescienti[b] dederint, inferre compellētur: cùm & ipse[c] qui talē librum cōparauerit, [pro] nihilo eum habebit, nemine iudice ex tali libro fieri recitationē[d] concedente, sed pro nō scripto eum haberi disponēte.

Hic habes quòd scholares non debent ludere. nec ipsis ludis se immiscere: maxime illi qui rudes veniunt ad hanc doctrinam. vltimo loquitur de doctoribus docentibus hanc ciuilem sapientiam. hoc dicit vsque ad finem. Bar.

¶Illud vero satis necessarium cōstitutum cum summa interminatione edicimus, vt nemo audeat neque in hac splendidissima ciuitate, neque in Berytiensium pulcherrimo oppido, ex his[e] qui legitima peragunt studia, indignos, & pessimos, immo magis seruiles, & quorum effectus iniuria est, ludos exercere, & alia crimina[f] vel in ipsos professores, vel in socios suos, & maxime in eos[g] qui rudes ad recitationem legum perueniunt, perpetrare. Quis enim ludos appellet eos, ex quibus crimina oriuntur? Hoc etenim fieri nullo patimur modo: sed optimo ordini in nostris temporibus & hanc partem tradimus, & toti postero transmittimus seculo: cùm oporteat pri[o] animas[h], & postea linguas fieri eruditos[i]. ¶Et hæc omnia in hac quidem florentissima ciuitate vir excelsus

a *Criminalem pœnam.* arbitrio iudicis imponendam, cum non definiatur specialis per leges: vt. j. de pœ. l. sanctio legum. &. j. de effract. l. j. §. expilatores. & de custo. re. l. si quis. Vel dic criminalem. i. capitalem: vt Instit. de rerum di. §. sanctæ. Vel dic, vt pœnam falsi: vt. C. de no. Codi. compo. §. falsi.

b *Nescienti.* no. ergo quòd si sciens accipiat, sibi præiudicat: vt ar. j. de eo quod cer. lo. l fi. in fi.

c *Cùm & ipse.* q. d. non solum dominus, sed & ipse &c. & ipse, quasi dicat, ideo damnatur dominus, quia patitur dominus damnum. est enim ei liber inutilis, & omni emēti ab eo.

d *Recitationem fieri.* aliàs recitationem. & est plana: aliàs actionem: & hoc ideo, quia olim actiones à iudicibus ſpetrabantur. quod hodie non est: vt. C. de formul. l. j. &. ij. & infra de orig. iur. l. secunda. §. omnium.

e *Ex his.* scilicet scholaribus, vel doctorib[9].

f *Crimina.* Nam ludus noxius est &c. vt. j. ad l. Aqui. l. nam ludus. & no. quòd tollitur occasio delinquendi: vt. C. de Lati. li. tol. §. sed ne furandi. &. j. de spō. l. oratio.

g *In eos.* scilicet nouitios, qui semper credunt se decipi. & pro iniuria fieri. Accur.

h *Prius animas.* id est, naturalē sensum in bono faciendo, & malo prætermittendo.

i *Eruditos.* scilicet loquendo. *ADDITIO.* Græcanica dicēdi forma, qua Latini poëtæ præsertim vtūtur. Nuda genu, nodóque sinus collecta fluentes. Anto. Au. lib. i j. cap. j.

k *Professores.* Sic not. quòd scholares tres habent iudices, potestatem, episcopum, & doctorem: & possunt eligere quem volunt: vt. C. ne filius pro patre. l. fi. & auth. habita. quæ est Friderici. &

sic Flo. aliàs terminalē, quod respondet græco τελυταίαν.

Scholares tres habent iudices.

præfectus huius almæ vrbis tā obseruare q̄ vindicare, prout delicti tam iuuenū quàm scriptorum qualitas exegerit, curæ habebit: In Berytiensium autem ciuitate tā vir clarissimus præses Phœniciæ maritimæ, q̄ beatissimus eiusdem ciuitatis episcopus, & legum professores[k]. Incipite[l] igitur legum doctrinam eis dei gubernatione tradere, & viam aperire quā nos inuenimus: quatenus fiant optimi iusticiæ & reipublicæ ministri: & vos maximum[m] decus in omne seculum sequatur: quia vestris temporibus talis legum inuenta est permutatio, qualem & apud Homerum patrem omnis virtutis Glaucus & Diomedes inter se faciunt dissimilia permutantes: n†

χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι ἐννεαβοίων.

Quæ omnia obtinere sancimus in omne æuum, ab omnibus tam professoribus, quàm legū auditoribus, & librariis, & ipsis iudicibus obseruanda. Data septimodecimo Kal. Ianuarias Constantinopoli domino nostro Iustiniano perpetuo Augusto ter consule.[o]

Rubrica sequens diuiditur in quinque partes. In prima ponit inuocationem diuini nominis. In secunda ponit descriptionem imperialis culminis. In tertia, enucleationem noui iuris. In quarta ponit nomen libri. In quinta ponit id de quo ad præsens tractare intendit. Secunda ibi, domini. Tertia ibi, iuris enucleati. Quarta ibi, digestorum. Quinta ibi, liber primus. B.

quia specialiter per hanc. l. doctoribus legum, quia maiores sunt aliis docentibus, demandantur: non videtur quòd possunt delegare aliis: vt. j. de offi. eius cui man. est iurisdi. l. j. sed hodie videtur competere iure magistratus: cum cuilibet magistro cuiuslibet facultatis idem concedatur: vt di. l. fin. vnde potest delegari in ciuili: vt. j. de offic. eius cui man. est iurisd. l. j. §. j. in criminali autem, cuius & ipsi habēt iurisdictionem: vt hic, & dicta. l. Friderici. nō potest delegari: vt infrà de iurisd. om. iudic. l. imperium. & dicta. l. j. de offic. eius in principio. In criminalibus non seruatur quòd magister cognoscat: sed potestas vel episcopus. Accursius.

l *Incipite.* quia prædictus modus legendi est vtilis doctoribus & discipulis, igitur &c. Accursius.

m *Maximū dec[9].* No. honor est magistro bo[9] habere scholares. sic in authen. vt iud. si. ne quo quo suffra. §. co gitatio. collatione secunda.

n. *Permutantes.* Diomedes enim cum rediret per mare à Troia. na victoria, indigebat vino, & inuenit Glaucum iuxta mare abundantem vino, & carentē equis: at ipse multos habebāt equos, quos in prælio habuerat: & ita dedit ei de equis sibi inutilibus, pro vino necessario & vtili sibi: & Glaucus dedit ei vinum superfluum, & accepit equos necessarios. Sic & nos fecimus in permutationem de inutili modo legendi, ad vtilem. est tamen multum à remotis hoc simile. & facit infra de contrahen. empt. l. prima. §. j. & institu. de cōtrah. empt. §. precium.

† *id est* Homer. *Troia* Troiana. *Polinices* Lycius. *Miscet* Homerus. *Diomedes* Tydeus. *rasim.* Homerus. *Bulin* Bellerophontes. *not. tu.* Homerus. *ff. de* Digestorum. *trah. em* Digestorum. *Alc.* Alcinous. *Paren* Homerus. *Compl.* Complutensis. *ro legi* Homerus. *ruit pag* Homerus.

o *Consule.* Ipse enim dignitatem consulatus sibi assumebat vt quidam extraneus: vt in authen. de consulibus. §. fina. col. quarta.

BIU Cujas

In nomine domini [a] Amen.

*Iustiniani sacratißimi principis perpetui [b] Augusti [c] * iuris * enucleati, [d] ex omni vetere iure collecti [e] Digestorum seu Pandectarum liber primus.*

DE IVSTICIA ET IVRE.

TITVLVS I.

1. VLPIANVS libro primo institutionum.

IVri [f] operam daturum prius [g] nosse oportet vnde nomen iuris descendat. Est autem à iusticia [h] appellatum †. nam vt eleganter Celsus definit, Ius est ars [i] boni & æqui. cuius [k] merito quis nos sacerdotes [l] appellet. Iusticiam nanque colimus, [m] & boni & æqui noticiam profitemur, [n] æquum ab iniquo [o] separantes, licitum ab illicito [p] discernentes: bonos non solum metu [q] pœnarum, verum etiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes: veram (nisi fallor [r]) philosophiam, non simulatam, adfectantes.

Hic iurisconsult. incipit tractare per modum diuisionis, & procedit vsque ad. l. iusticia. infra eo. exempla ponendo. Et diuiditur principaliter in quatuor partes. In prima ponit diuisionem iuris. In secunda assignat rationem. In tertia ponit substantiam iuris publici. In quarta prosequitur secundum membrum diuisionis, videlicet de iure priuato, & illud tripertitum. Secunda incipit ibi, sunt enim quædam. Tertia ibi, publicum, Quarta ibi, priuatum. Bartolus.

a IN nomine domini. *Hoc in compilatione Digestorum fuit dictū non * quādo leges factæ fuerūt: quia pagani erāt vt. C. de vete. iu. enu. l. 1. sic & alias facit institu. in proœ. in princ.*

b *Perpetui.* id est, generalis.

c *Augusti.* Quia semper huius propositi debet esse vt augeat imperiū, licet non semper augeat. sic & matrimonium indiuidua coniunctio dicitur: tamen diuiditur quādoque: vt. C. de repu. l. consensu. sed propositum consideratur: vt institu. de patri. po. in princi.

d *Enucleati.* per similitudinem vocat ius enucleatum, quod nobis est traditum in libris Pandectarū. Sicut enim antequam perueniatur ad nucleum interiorem nucis: vnum amarissimum, & aliud durum, & aliud amarum, & quarto ad nucleum dulcem peruenitur: ita & in multitudine antiquorū librorum amaritudines inueniuntur. i. discordię infinitæ. item duritiæ, id est iniquæ sententiæ, & aliæ non sic iniquæ, in quibusdam tamen locis quædam latebant dulcedines. i. æquissimæ sententiæ, velut lilia inter spinas: & illas dulces sententias Iustinianus ex aliis excerpsit, & nobis tradidit legendas: vnde ipse dicitur tradere ius enucleatum, secundum Ioan.

e *Collecti.* ex his, id est ex eo quod dixit in princ. potest colligi quis fuerit author siue cōpilator: quia Iustinianus filius Iustini *: vt instit. de dona. §. est & aliud. Item quæ materia. i. omnia vetera iura antiquorum prudētum. quæ intentio, id est, vt colligas ius enucleatum in vnum volumen. Vtilitas per se patet: quia minori pecunia poterit nunc emi liber iste: & quia citius adipisci potest quàm olim. Cui parti philosophiæ supponatur: & quidē ethicæ, quia de moribus tractat hoc volumen, sicut alia duo volumina.

f *Iuri.* scilicet addiscendo, vel pertractando.

g *Prius.* quàm noscat substantiam iuris per diuisiones, quæ dicuntur infra eodē. §. huius studij. nec ob. quod dicitur. s. in proœ. §. Et primo quidem. & quod dicit, oportet. [a] impropriè dicit, id est decet. sic. C. de bo. quæ lib. l. cum oportet. in princ. & de rap. virl. j. §. oportet enim &c. sic econtra, decet pro oportet: vt. C. de cap. & postli. re. l. fin.

h *Iusticia.* est autem ius à iusticia, sicut à matre sua: ergo prius fuit iusticia quàm ius. sed contra infra eo. l. iusticia. ibi, ius suum &c. ex quo colligitur q̄ statim fuit ius postquàm fuit iusticia. sed dic ibi, ius suum, id est hominis meritum. Vel dic, prout in actione & obligatione: bene dico ius à iusticia appellari. si enim ius est ars boni & æqui, vt subiicit: & iusticia nihil aliud est quàm ipsa æquitas & bonitas: ergo iusticiam habet matrem: & hoc subiicit, nam &c. sic & obligatio dicitur mater actionis: vt infra de procu. l. licet. §. ea obligatio.

i *Ius est ars.* hoc potest intelligi trib⁹ modis. Primo, vt dicas definitum ius in genere. & sic est ars. i. scientia finita, quæ arctat infinita. nam ars est de infinitis finita doctrina, secundum Porphyrium. Secundo dic, describi quamlibet speciem iuris, vt prætorium, vel ciuile, vel naturale, vel gentium: & tunc ponetur pro præcepto coarctante. sed hoc non placet, cum istæ partes iuris non sint artes, sed artis partes. Vel tertio, ars. i. artificium. nam auctor iuris est homo, iusticiæ deus. & quod subiicit, boni & æqui, id est eius quod est æquum & vtile. & no. quòd aliud est bonum. * & aliud est æquum: vt hic. est enim quoddam bonum, & æquum: vt infra si cer. pe. l. si & me. in fi. est bonum, & non æquum: vt vsucapio: vt infra de vsucap. l. j. & infra de reg. iu. l. iure na. in fi. ti. est tertium æquum, & non bonum: vt. C. de pact. com. l. hac. l. est etiam æquo æquius: vt infra de fur. l. si seruus cōmunis. §. quod verò.

k *Cuius.* istud cuius, si referatur ad ius: hæc dictio meritò in vim nominis ponitur. meruit enim ius appellari sacrum: & ideo iura reddentes sacerdotes vocantur. si ad artem, in vim aduerbij, secundum Azo.

l *Sacerdotes.* quia vt sacerdotes sacra ministrant & conficiunt: ita & nos, cùm leges sint sacratißimæ: vt. C. de leg. & consti. l. leges. & vt ius suum cuique tribuit sacerdos in danda pœnitentia, sic & nos in iudicando: [b] vt infra eodem. l. iusticia.

m *Colimus.* id est eius voluntatem seruamus, quę est vt ius suum cuique tribuatur: vt infra eo. l. iusticia. §. j.

n *Profitemur.* id est, docemus.

o *Ab iniquo.* vt in contractibus, secundum Ioannem.

p *Illicito.* vt in matrimoniis: vt infrà, de ri. nup. l. semper.

q *Metu pœnarum.* metu fit quis bonus: vt in transactione iurata: vt. C. de transactio. l. si quis maior. Item vbique pœna vnius, est metus multorum: vt. C. ad. l. Iul. rep. l. j. præmio fit bonus: vt. C. pro qui. cau. ser. pro præmio liber. acci. per totum. & de sta. & *si.* ima. l. & virtutum. & de fam. li. l. j. infrà ad Syll. l. antepenult. §. fin. & in authen. de non alie. §. fina. collatio. secunda. vnde versus.

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

r *Nisi fallor.* nullo modo fallimur. nam ciuilis sapientia vera philosophia dicitur. i. amor sapientiæ: à philos quod est amor: & sophia, id est sapientia: vt infrà, de var. & extraor. co. l. j. §. proinde. licet pecuniam non abiiciamus: vt infrà, de va. & excu. mu. l. in honoribus. §. philosophis: & facit. C. de dedi. li. tollē. §. j. &. C. plus valere quod agitur. per totum.

* *Ante in cōpilatione hic habent notæ Flo. Ae. Perr.*

* *Intelligo, per adopt. quia vetera nepos eius ex sorore fuit. Ag. Perr.*

* *Quid his verbis significetur quū & bonū, elegantèr explicat Budæus in anno. ad hanc legē. b Adde ad hāc glos. quæ dicit Hosti. in proœ. sūmæ suæ in 4. col. quòd recti iudices & aduocati vtētes legib⁹ prout debent, meliorē vitam viuunt quàm fratres prædicatores vel alii religiosi.*

Metu pœnæ quis bonus efficitur.

Versus.

BIU Cujas

¶ Huius studij [a] duæ sunt positiones, [b] publicum & priuatum. Publicum [c] ius † est, quod ad statum rei Romanę spectat: priuatum, quod ad singulorũ [d] vtilitatem. Sunt enim quædam publicè vtilia, quædam priuatim. Publicum ius in sacris, [e] in sacerdotibus in magistratibus consistit. Priuatum ius tripertitum [f] est. collectum etenim est ex naturalibus [g] præceptis, aut gentium, [h] aut ciuilibus. ¶ Ius naturale est quod natura [i] omnia animalia docuit. Nam ius istud non [solius] humani generis proprium: sed omnium animalium [k] quæ in terra, quæ in mari nascuntur, auium quoque cõmune est. Hinc descendit maris atque fœminæ coniugatio, [l] *quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc educatio. [m] Videmus etenim cætera quoque animalia, feras etiam, istius iuris peritia censeri. ¶ Ius gentium est, † quo gentes humanæ [n] vtuntur. quod à naturali recedere, [o] [inde] facile intelligere licet: quia illud [p] omnibus animalibus, hoc [q] solis hominibus inter se commune sit:

II. POMPONIVS libro singulari Enchiridij.

B VEluti erga deum religio, [r] vt parentibus [s] & patriæ [t] pareamus.

III. FLORENTINVS libro primo Institutionum.

VT vim [u] atque iniuriam propulsemus. Nam iure [x] hoc euenit, vt quod quisque ob tutelam † corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur. Et cum inter nos cognationem [y] quãdam natura cõstituit: consequens est, hominem homini insidiari, nefas esse.

† *Aliter publicum et priuatũ accipit Cic. in partit. ora.*

a *Huius studii.* i. iuris studio quærendi. duæ sunt species, prout dialectici ponunt speciem: non prout legistæ: qua posita ponitur & genus: sed non conuertitur secundum Io. & P. licet quidam dicant Pla. intellexisse quòd species siue positiones dicerentur res super quibus ius tractat: & iam constaret species esse infinitas, cum super multis tractet hoc ius, & super seruis & liberis. vnde reprehendunt eum. & facit ad hunc. §. institu. de iusti. & iure. §. huius.

b *Positiones.* id est, diuisiones.

c *Publicum.* ad statum cõseruandũ, ne pereat. sed cum publicum ius sit in sacris & similibus, & hoc etiam in qualibet villa fiat, qualiter pertinet ad statum rei Romanæ tantum? dic quòd villã quamlibet conseruari, & ibi talia fieri, pertinet ad ciuitatem Romanam: cum non esset perfecta nisi ex suis partibus constaret: vt infrà, titu. j. l. j. nec placet quòd dicas, publici appellationem ad alia loca referri quàm Romanæ ciuitatis: vt infrà, de verborũ significatione. l. eum qui vectigal.

d *Ad singulorum.* scilicet principaliter, secundariò ad publicam vtilitatem. expedit enim reipub. ne quis re sua male vtatur: vt insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. penul. & infrà, de procu. l. seruum. §. publice. sic & econtra. quod est publicum principaliter, secundariò pertinet ad vtilitatem singulorum: vt. l. j. in fi. C. de cadu. tol.

e *In sacris.* consistit ius publicum in sacris: vt sunt ecclesiæ, in quibus petimus veniam peccatorum: vt in authen. vt li. ma. & auiæ. §. quia verò. col. viij. ita & si læsæ fuerint, quilibet potest vti interdictis: vt infrà, de interdi. l. j. ij. &. iij. &. l. interdictorum. §. interdicta. Item in sacerdotibus: quia interest vt sint sacerdotes, à quibus veniam petamus peccatorum: vt. C. de sum. tri. & fi. ca. l. inter claras. & propter iniuriam eis factam quilibet agit: vt. C. de epi. & cle. l. si quis in hoc. Item in magistratibus: quia interest vt sint magistratus. parum enim prodesset iura esse in ciuitate, nisi sint homines qui iura reddere possint: vt infrà, titulo primo. l. ij. §. post originem. consistit & in aliis: vt infrà, ad. l. Iul. ma. l. pe. & infrà, so. ma. l. j. & inst. de re. di. §. cum in suo. patet ergo quòd tit. de sa. san. ec. vel de epi. & cle. vbicunque sunt, & similes, sunt de iure publico: & idem de iure fiscali, vbicunque sit. & idem de officio magistratuum: vt. C. de offi. per omnes titu. & de iur. om. iu. & in aliis similibus iuribus. ff. &. C.

No. gloss. in quibus ipsũ ius publicũ consistat.

f *Tripertitum.* specialius ideo ponit, quia plurima de eo tractaturus est. idem tamen dico de publico, quod est tripertitè collectum, secundum Io. & sunt eadem exempla: vt liceat reipublicæ vim vi propulsare: & vt cum iniuria eius alter non locupletetur: item & circa vsucapiones.

g *Naturalibus præceptis.* A naturali iure habet ius priuatum hoc, vt nemo fiat locupletior cum aliena iactura: vt infrà, de condict. inde. l. nam hoc.

a Cl. ista in hoc reprehẽ ditur, quòd ius non dicitur natu rale, sed ciuile: vt in frà. eo. l. nã ipsum. se cundum Pau. hic.

h *Gentium.* à iure gentium, hoc, vt quod quisque ob tutelam &c. vt infrà, eod. l. vt vim. à iure ciuili, vt præcepta de vsuca. vt insti. de vsucap. in prin. quid autem sit vnum quodque istorum, subiicit: sed alio modo ius naturale ibi accipitur quàm hoc. §.

b Ista expositio est inutilis: cũ sit in litera

i *Quod natura.* i. deus, & sic nominatiui: vel dic, quod sit ablatiui casus. Item no. ius naturale quatuor modis dici. Primo, lex Mosaica: vt insti. de iu. na. gen. §. j. Secundo, instinctus naturæ: vt hic. Tertio, ius gentium: vt insti. de re. di. §. singulorum. Quarto, ius prætorium: [a] vt infrà, de mi. lege prima. & facit insti. de iure natura. in princi. Quinto, vt infrà eodem. l. penul. in princi. & sic accipitur supra proxi. §. & sic in idem recidit.

k *Omnium animalium.* fallit secundum quosdam in vermibus, qui non ex aliis, sed ex terra gignuntur: idem in cuculo. & dicunt quòd hic loquitur in generibus singulorum animalium, & non in singulis generum. sic insti. de suspect. tu. §. j. sed puto hoc quod sic fit, naturæ esse instinctum: nec hic dicitur quòd omnia animalia per coitum procreantur, sed iure naturali regi. quod regimen est in eo quòd auis volat: quòd piscis natat: & sic de aliis.

l *Coniugatio.* id est cõiunctio [b] & consensus animorum, quæ sola. s. sine cõcubitu facit matrimonium: vt subiicit, & infrà, de reg. iur. l. nuptias. & hoc est verũ de licita cõiunctione. † *Hoc* quid de illicita, cum ad hãc eodem modo quo ad licitam inducamur? quidam dicunt, quod nõ idem: sed nos quod idem: nec ob. quod illicitum committitur: † *In hoc* quia primus motus [c] iuris natu. est impunitus: sed propter sequẽs oblectamentum contrahitur veniale peccatum [d] propter factum, si sequitur, contrahitur mortale peccatum: in brutis autem animalibus nõ habetur discretio: cum sine ratione ducantur. Item nũquid ergo ipse actus matrimonij, vel copulæ carnalis, est ius naturale? Respon. non, sed ipse motus ad actum. item ad peccatum iure naturali mouemur: vt in auth. de rest. & ea quę. §. vnum. col. iiij.

gentiũ, sed natura. Milone. [c] Nil [d] Nec enim lex est. dem. Nec ob. Rhet. ad Her. lib. de Inu. [b] Hoc est matrimonium. rali ad [c] Nil mur. cat. Cic. lib. 2. de Inu. Rhet. ad Her. lib. de Inu. [b] In hoc sententia. multa Cic. in orat. pro Milone. [d] Nil debet. enim. dem. Nec ob. medi. in. ducantur. Item nũquid thẽ. de mo. na. col. i. Adde quod per ost. dulcia. mor. l. habebur. frà de le. 3. vnde [c] Nos pu gi. Nos pu via finem dulcia. quinus ua. & pria ma. ceg. vide tur maior. & pra tur dia. l. fi. & dig. sing. si ex expor. l. f Quæ aut dica fieri cõ deramus. inculpata tutela. declarat ple latam à priuato iustè: vt infrà, ad. l. Aquiliam. l. quarta. Sed quid si magistra à potestate, & iniustè? Respon. pati debemus, secundum Mar. vt d. l. i. C. infrà, de iniur. l. iniuriarũ. §. si quis. sed magistratũ conueniet, vel canoni durante officio si est de minoribus: vel eo finito, si est de maiori- in d. ca bus: vt infra, de in ius vocan. lege. ij. & infra, de iniur. l. nec ma- gnifica. gistratibus. & infra, de iudic. l. pars literarum. & infra, quod me- extra de tus cau. l. iij. §. sed vim. Item & brutis hoc permittitur: vt infra, si homi. quadru. pau. fe. di. l. j. §. cùm arietes. non tamen dicuntur in- g Bal. iuriam facere, vel pati: vt infra, si quadru. pau. fe. di. l. j. in ista gl. principio. dat signa

c *Nec ob. quod illicitum committitur.* quia primus motus iuris natu. est impunitus: sed propter sequẽs oblectamentum contrahitur veniale peccatum propter factum, si sequitur, contrahitur mortale peccatum: in brutis autem animalibus nõ habetur discretio: cum sine ratione ducantur. Item nũquid ergo ipse actus matrimonij, vel copulæ carnalis, est ius naturale? Respon. non, sed ipse motus ad actum. item ad peccatum iure naturali mouemur: vt in auth. de rest. & ea quę. §. vnum.

d col. iiij.

m *Educatio.* eo enim quòd mouetur parens ad educationem filij, est ius naturale: & ad hoc etiam adstringitur, nisi filius per se sit sufficiens: vt. ff. de li. agno. l. si quis à liberis. §. sed si filius.

n *Humanæ.* & solæ. nam & iur. natu. vtuntur, sed non solæ.

o *Recedere.* id est differre.

p *Illud.* scilicet naturale.

q *Hoc.* scilicet ius gentium.

r VEluti. religio. sed nonne hoc de iure publico est: cum sit sacrum: vt. s. eo. l. j. §. publicum. & hic ponitur inter priuata præcepta. Item hæ duę species, publicum & priuatum, inter se differunt: & nulla est altera? Respon. & hoc & illud consistit in tribus: sed de priuato ideo tantum dixit, quòd consistit in tribus, quia de eo plura erat dicturus. vel dic, quòd hic de religione tractat, ibi de sacris scilicet domibus: vt ibi diximus.

s *Parentibus.* no. filium debere patri obedire: vt in authen. de nup. §. si verò expectet. col. quarta.

t *Et patriæ.* Pugna pro patria, [e] vt dixit Cato: vt hic, &. C. de aboli. l. fallaciter. & infra ad. l. Iul. ma. l. pen.

u VT vim. scilicet iniuste illatam ab aliquo priuato: non illatam ab eo cui subditi sumus: vt infrà, de iniu. l. iniuriarum. §. j. & infrà, de rei vindicati. l. qui restituere. in prin. item non illatam à priuato iustè: vt infrà, ad. l. Aquiliam. l. quarta. Sed quid si magistra à potestate, & iniustè? Respon. pati debemus, secundum Mar. vt d. l. i. C. infrà, de iniur. l. iniuriarũ. §. si quis. sed magistratũ conueniet, vel durante officio si est de minoribus: vel eo finito, si est de maioribus: vt infra, de in ius vocan. lege. ij. & infra, de iniur. l. nec magistratibus. & infra, de iudic. l. pars literarum. & infra, quod metus cau. l. iij. §. sed vim. Item & brutis hoc permittitur: vt infra, si quadru. pau. fe. di. l. j. §. cùm arietes. non tamen dicuntur iniuriam facere, vel pati: vt infra, si quadru. pau. fe. di. l. j. in principio.

x *Nam iure.* scilicet fori, non cœli. Sed quid si ob tutelam rerum suarum? respon. idem, dummodo cum moderamine: f vt ad hoc, C. vnde vi. l. j. & infra, de vi & vi ar. l. tertia. §. cum igitur. Item quid si ob tutelam alterius? Respon. affectionem considerari: & vt infra, quod met. causa. l. isti quidem. §. fi. &. C. mandati. l. cum seruus. Et facit ad hoc quòd liceat vim vi repellere, vt infra, ad. l. Aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. & infra, de vi & vi ar. l. j. §. vim vi. & infra, quod me. cau. l. sed & partus. §. penultimo.

dam vi. fensione ad. tevius sde. nda, ef. fectio ca. sideranda. multis. quæ notat Bal.

y *Cognationem.* quia omnes ab Adam processimus.

BIU Cujas

IIII. VLPIANVS libro primo Institutionum.

MAnumissiones [a] quoque iuris gentium sunt. Est autem manumissio, de manu missio, id est, datio [b] libertatis. nam quandiu quis in seruitute est, manui & potestati suppositus est: [&] manumissus liberatur potestate. Quæ res [c] à iure gentium originem sumpsit: vtpote cum iure naturali omnes liberi nascerentur, [d] nec esset nota manumissio, cum seruitus esset incognita. † Sed postea quam iure gentium seruitus inuasit, secutum est beneficium manumissionis: & cùm vno naturali nomine homines appellaremur, iure gentiũ tria [hominum] genera [e] esse cœperũt: liberi: [f] & his contrariũ, serui: & tertiũ genus, libertini,* id est hi, qui desierãt esse serui.

a *Manumissiones.* in quibus ius non disponit præcipuè vt fiant: sed dispositum custodit & confirmat: * & quia non ab ebrietate: vt infrà de his qui sunt sui vel alie. iur. l. j. §. j. in glos. iij. vel die, non disponit vt cogat aliquem manumittere.

b *Datio.* sic ergo qui manumittit, dat libertatem: ergo suam, vel alienam. si suam, ergo ipse postea non erit liber. si alienam, quã non erit inuenire: ergo quam non habet. præterea cum omnes homines liberi nascantur iure nat. ergo non dat ei libertatem, cum ille liber sit. His duabus rationibus vel oppositionibus inductis expono, datio. i. detectio. nam cum manumitto seruum, detegitur libertas serui. nam ipse semper liber est: in specto iure na. sic qui excutit grana de spicis, non nouam speciem facit: sed eam quæ est, detegit: vt infrà, de adquir. re. do. l. adeò. §. cùm quis. Sic & infrà si ser. vin. l. sicuti. §. ij. in fin. vel dic, dat quam non habet ille qui dat: vt in vsufru. formali: vt infrà, de vsufru. l. quod nostrum. & in creditore. vt instit. qui. alie. non licet. §. j. secundum Placentinum.

c *Quæres.* scilicet manumissio.

d *Nascerentur.* & hodie nascuntur: vt infrà, de regulis iu. l. quod attinet. sed ar. contra infrà de nata. resti. l. interdum. & hoc secundum H. & I. sed verius est vt hodie nascantur serui: cùm in hac parte derogauerit iuri natu. ius ciuile: vt infrà, eodem. l. ius ciuile est. licet ipsum ius naturale sit immutabile in genere: vt instit. de iure naturali. §. penultimo.

e *Tria genera.* si tria esse cœperunt, & erat vnum: ergo sunt quatuor? Respon. non sequitur, & habes instantiam: heri habebas tres liberos: hodie nascitur vnus: sic incipis habere quatuor: ergo septem, cùm prius haberes tres. non sequitur: quia qui prius erant, in sequenti numero cõputantur. item quomodo sunt tria genera? immò tantùm duo scilicet liberi & serui: quia liberti liberi sunt. sed dic cœperunt esse. i. cœperunt appellari. sed quid de restitutis natalibus? respond. sunt ingenui, cum nec videantur fuisse serui: vt infrà, de nata. re. l. ij.

f *Liberi.* i. ingenui. & facit instit. de liber. in principio.

g *Ex hoc. Bella.* ergo ius gentium iniquum est, cùm iniquum inducat. sed dic quòd dicit de bello licito, vt indicto à po. Ro. vel imperatore. nam hostes sunt quibus populus &c. vt infrà, de capti. l. hostes. item dicit de bello indicto ad iniuriam propulsandam: quod licet: vt suprà, eo. l. vt vim. nõ autem de alio, ne inde iniuriæ nascatur occasio &c. vt. C. vnde vi. l. meminerint.

h *Discreta.* id est separatæ: puta Italia à prouincia.

i *Condita.* à singulis gentibus, quæ sibi reges elegerunt.

k *Dominia distincta.* immò & secundum ius natu. sunt distincta: quia secundum ius diuinum aliquid erat proprium. dicitur enim, Furtum non facies. Item, non concupisces rem proximi tui. Item non retinebis mercedem mercenarij tui vsque ad mane. Item, nõ appareas in conspectu dei tui vacuus. Et si dicatur, omnia sunt cõmunia iure natu. expone. i. communicanda. sed respon. etiam tunc quando hæc præcepta diuina dabãtur Moysi à deo, erat ius gentium: & secundũ illud dicebatur aliquid meũ. nã cùm essent gentes iam coniunctæ, erat ius gentiũ: vt instit. de re. di. §. singulorũ. vel dic, dominia distincta. s. directa ab vtilibus: & econtra. Item nonne etiam iure ciuili dominia distinguuntur, vt per vsucapionem? Respõ. sic: vt instit. de vsu & habi. §. fi. Ité per adrogationé. item per sententias. ité per testamẽta. *ADDITIO.* Tu dic melius, quod licet aliqui modi adquirendi dominiũ sint de iure ciuili: quos enumerat glo. hic, & gl. in l. j. in prin. ff. de acqui. pos. tamen ipsum dominium semper est de iure gentiũ, secundũ Iaf. hic.

l *Termini.* & ideo inducitur actio finium regundorum.

m *Collata.* i. cõiũcta: qua collatione fit ciuitas, & castrũ, & villa.

n *Commercia.* generale nomen est omnium contractuum. sed hic ad permutationem restringitur: quia de aliis statim specificat.

o *Emptiones.* licet isti contractus sint à iure inducti, tamen ipsi facti sunt: vt. j. de cur. fur. l. consilio in fi. quæ est contra. sic hæreditas est incorporalis: tamen in ea corporalia continentur: vt instit. de rebus cor. & incor. §. penulti.

V. HERMOGENIANVS libro primo iuris Epitomarum.

EX hoc iure gentium introducta [sunt] bella, [g] discretæ [h] gentes, regna condita, [i] dominia [k] distincta, agris termini [l] positi, ædificia, collata, [m] * commercia [n] * emptiones, [o] venditiones, locationes, conductiones, obligationes [p] institutę, exceptis quibusdam [q] quæ à iure ciuili introductæ sunt.

VI. VLPIANVS libro primo Institutionum.

IVs ciuile est, quod neque in totum à naturali vel gentium recedit, nec per omnia ei seruit. Itaque cum aliquid addimus vel detrahimus iuri communi: [r] ius proprium, id est ciuile efficimus. Hoc igitur [s] ius nostrum

Licet obligatio sit iuris, tamen contractus sunt facti.

p *Obligationes.* sed actiones sunt à iure ciuili: [a] vt infrà, ti. j. l. ij. §. deinde. &. §. omnium. Item quæro de qua obligatione dicit hic q̃ est de iure gentium, cum duæ tantum sint obligationes. s. ciuilis, & naturalis. de ciuili non. item de naturali non videtur: sed dic de naturali: quia obligatio iuris gentium dicitur naturalis: & econuerso: vt instit. de re. di. §. singulorum. & infrà, de condict. inde. l. si id quod. & insti. de fideiusso. §. j. quomodo ergo seruus obligatur de iure gentium, cùm eo iure nullus sit? Respon. immò iure ciuili est nullus, & eo iure non obligatur: sed iure gentium est aliquis. vel aliud est naturale, quo ad animalia omnia: aliud quo ad omnes homines, etiam seruos. & hoc etiam potest dici gentium. quod in idem recidit. cùm ergo dico obligationem naturalem, non intelligo de iure naturali omnium animantium: quia alia animalia non obligantur: sed de iure gentium. potest tamen dici quandam esse obligationem quæ instinctu naturæ prouenit: vt in alendis liberis & procreandis: & obligatio ad antidora, * quæ non impedit repetitionem soluti per errorem semper: vt infrà, de cõdict. inde. l. si non sortem. §. libertus. Item quid differt obligatio à contractu? dic vt diximus inst. de obli. in fine.

a Istã glo. sequitur P. de Cast. hic.

**Collocata. Flo.*

** Commercium. Flo.*

** Obligationem naturalẽ ad antidora impedire repetitionẽ indebiti soluti per errorẽ iuris, putat Zasius aduersus communẽ inter pretũ sentẽtiam. in intellectib. ad l. si non sortem. §. libertus. ff. de cõdic. inde. b Istud reprobatur cõmuniter per doctos.*

q *Quibusdam.* vt verbo. oblig. vt insti. de actio. §. de constituta. Item literarum obligatio: vt insti. de literarum obli. Item contractus emphyteuticus: vt instit. loca. & conduc. §. adeo. Item contractus sponsalitiæ largitatis: vt in authen. vt sponsa. lar. in prin. col. ix.

P. Aelius. Publius Attilius. Tripertita. Marcus Cato. * Bud. libri. P. Mucius. Brutus. Manilius. P. Rutilius Rufus. Paul⁹ Verginius. Quintus Tubero. * Pansa Flo. S. Põpeius. Calius Antipater. Lucius Crassus. Quintus Mucius. Callus Aquilius. Balbus Lucilius. Sextus Papirius. Gaius Iuuentius. Seruius Sulpicius. * Flo. vt ea ad omnes adpet. * respõdisse. Flo. * Flo. traclatus. Alfenus Varus. Gaius. Aulus Ofilius. Titus Cæsius. Aufidius Tucca. Aufidius Namusa. Flauius Priscus. Gaius Ateius Pacuuius. Labeo Antistius. Cinna. Publicius. Cæcilius.

a *Vicesima.* scilicet partis dandę fisco in testamento ab omnibus his hominibus scilicet.
b *Sex mensibus*: inde libri semestres dicuntur: vt. j. de excusa. tuto. l. item diuus.
c *Tradita fuerant.* vt circa textum.
d *Beneficium.* scilicet potestatem de iure respondendi. & facit. j. de his qui no. infa. l. athletas. §. designatores.
e *Sed præstari.* Not. quædam sunt quæ honestè conceduntur: nō tamen honestè petuntur: & facit. j. de va. cog. l. j. §. est enim. & in decret. xviij. dist. ca. de eulogiis. in fi. &. j. qui & à qui. ma. lic. l. fi. &. C. de peti. bo. sub. l. j. &. j. de offi. præto. l. Barbarius. &. j. ad legē Iul. de ambitu. l. j.
f *Vsque.* conuerte vsque ad præfecturam. Accursius.

ab Aufidio Namusa in centum quadraginta libros. Ex his auditoribus plurimum auctoritatis habuit Alfenus Varus, & Aulus Ofilius: ex quibus Varus & consul fuit: Ofilius in equestri ordine perseuerauit. Is fuit Cæsari familiarissimus: & libros de iure ciuili plurimos, & qui omnem partem operis fundarent, reliquit. Nam de legibus vicesimę[a] primus conscripsit, [&] de iurisdictiōe. idem edictū Prætoris primus diligenter composuit. Nam ante eum Seruius duos libros ad Brutū perquàm breuissimos ad edictum subscriptos reliquit. ¶ Fuit eodem tempore & Trebatius, qui idē Cornelij Maximi auditor fuit: Aulus Cascelius: & Quintus Muci' Volusij auditor. denique in illius honorem, Publiū Mucium nepotem eius testamento reliquit hæredem. fuit autem quæstorius: nec vltra proficere voluit, cum Augustus illi etiam consulatum offerret. Ex his Trebatius peritior Cascelio, Cascelius Trebatio eloquentior fuisse dicitur: Ofilius vtroque doctior. Cascelij scripta non extant. nisi vnus liber Bene dictorum. Trebatij complures: sed minus frequentantur. ¶ Post hos quoque Tubero fuit, qui Ofilio operam dedit. fuit autem patricius: & transiit à causis agendis ad ius ciuile: maxime postquam Quintum Ligarium accusauit, nec obtinuit apud Caium Cæsarem. Is est Quintus Ligarius, qui cum Africæ oram teneret, infirmum Tuberonem applicare non permisit, nec aquā haurire: quo nomine eum accusauit, & Cicero defendit. extat oratio satis pulcherrima, quæ inscribitur, Pro Quinto Ligario. Tubero doctissimus quidem habitus est iuris publici & priuati: & complures vtriusque operis libros reliquit: sermone etiam antiquo vsus † affectauit scribere: & ideo parum libri eius grati habentur. ¶ Post hunc maximæ auctoritatis fuerunt Ateius Capito, qui Ofilium secutus est: & Antistius Labeo, qui omnes hos audiuit. Institutus est autem à Trebatio. Ex his Ateius consul fuit. Labeo noluit, cum offerretur ei ab Augusto consulatus, quo suffectus fieret, & honorem susciperet: sed plurimam studiis operam dedit: & totum annum ita diuiserat, vt Romæ sex mēsibus[b] cum studiosis esset: & secederet sex mensibus, & conscribēdis libris operam daret. Itaque reliquit quadraginta * volumina, ex quibus plurima inter manus versantur. Hi duo primum veluti diuersas sectas fecerūt. Nam Ateius Capito in iis quæ ei tradita[c] fuerant, perseuerabat: Labeo ingenij qualitate, & fiducia doctrinæ, qui * præ cæteris sapientię operam dederat, plurima innouare instituit. & ita Ateio Capitoni Massurius Sabinus succesit: Labeoni Nerua: [qui] adhuc eas dissensiones auxerunt. hic etiam Nerua familiarissimus Cæsari fuit. Massurius Sabinus in equestri ordine fuit: & publicè prim' respōdit. * posteaque hoc cœpit beneficium dari[d] à Tiberio Cæsare. Hoc tamen illi concessum erat. Et vt obiter sciamus, ante tempora Augusti, publicè respondendi, ius non à principibus dabatur: sed qui fiduciam studiorum suorum habebant, consulentibus respondebant: neque responsa vtique signata dabant: sed plerumque iudicibus ipsi scribebant, aut testabantur qui illos consulebant. Primus diuus Augustus, vt maior iuris auctoritas haberetur, constituit vt ex auctoritate eius responderent: & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit. Et ideo optimus princeps Hadrianus, cum ab eo viri prætorij peterent, vt sibi liceret respondere: rescripsit eis, hoc non peti, sed præstari[e] solere: & ideo siquis fiduciam sui haberet, delectari se: populo ad respondendum se præpararet. Ergo Sabino concessum est à Tiberio Cæsare, vt populo respōderet: qui in equestri ordine iam grādis natu, & ferè annorum quinquaginta, receptus est. Huic nec amplæ facultates fuerunt: sed plurimum à suis auditoribus sustentatus est. Huic successit Caius Casius Longinus, natus ex filia Tuberonis: quæ fuit neptis Seruij Sulpicij: & ideo proauū suum Seruium Sulpicium appellat. hic consul fuit cum Quartino † temporibus Tiberij. sed plurimū in ciuitate auctoritatis habuit, eousque donec C. Cæsar eum ciuitate expelleret. expulsus ab eo in Sardiniam, reuocatus à Vespasiano diem suum obiit. Neruæ succesit Proculus. Fuit eo tempore & Nerua filius. Fuit & alius Longinus ex equestri quidem ordine, qui postea ad præturam vsque[f] peruenit: sed Proculi auctoritas maior fuit. nam etiā ipse plurimū potuit. Appellatique sunt partim Casiani, partim Proculeiani: quę origo à Capitone & Labeone cœperat. Casio Cælius Sabinus succesit: qui plurimum temporibus Vespasiani potuit. Proculo Pegasus: qui tēporibus Vespasiani prēfectus vrbi fuit. Cælio Sabino Priscus Iabolenus: Pegaso Celsus [pater:] patri Celso Celsus filius, & Priscus Neratius: qui vtrique cōsules fuerunt. Celsus quidem & iterum: Iaboleno Prisco Aburn', Valens, & Tuscianus, item Saluius Iulianus.

Trebatius. Aulus Cascelius. Quintus Mucius. Tubero. † *Budæus versus legit.* Ateius Capito. Antistius Labeo. * *Flo. quadringēta.* * *Flo. qui & cæteris operis sap. Massurius Sabinus. Nerua.* * *Flo. sit. Publicè respondendi ortus.* † *Vide de hunc loco Cuiacium.* *Proculus. Neruæ filius. Longinus Cassianus. Proculeiani.*

DE LEGIBVS, SENATVSCONSVLTIS QVE, & longa consuetudine.

TITVLVS III.

1. PAPINIANVS. libro primo Definitionum.

DE LEGIBVS & senatusconsultis, & longa consuetudine.

Tres habet partes hæc rubri. De prima multæ leges in hoc titu. dicuntur. De secunda. scilicet de senatusconsul. specialiter dicitur infrà, eo. l. nō ambigitur. & l. neque leges. & l. & ideo. De tertia dicitur infrà, eod. l. de quibus, & in sequentibus. Sed cum in toto corpore iuris de legibus tractet: quare hic specialem titu. ponit? Respon. secundum Ioan. quia aliæ leges de negociis hominum dicunt: hæ autem leges tractāt de legibus condendis & interpretandis. *Calius Sabinus. Pegasus. Iabolenus. Priscus. Celsus pater. Celsus filius. Priscus Neratius. Aburnus. Valens. Tuscianus. Saluius Iulianus.*

LEx † est § cōmune præceptum: virorū prudentū cōsultum: delictorum quæ spōte vel ignorantia, contrahuntur, coërcitio: communis Reipublicæ sponsio.

Hæc descriptio quatuor habet partes. Prima est: lex est commune præceptum, id est, communi vtilitate statutum. Vel dic, commune præceptum, id est communiter toti vniuersitati factum: & ponitur hic præceptū largè, pro quatuor virtutibus legis, quæ sunt infrà, eo. l. legis virtus. Item subiicit, virorum prudentum

† *Huius definitionis sequentium adde Cuiacium de descriptione ex libro secundo de gib.*

BIU Cujas

prudentum consultum, id est, cum deliberatione prudentū constitutum. Item subiicit, delictorum coërcitio. coërcet enim delicta puniendo: vt.ff.de iusti.& iure.l.j.ibi, bonos non solum &c. & vt vnius pœna sit metus multorum: vt.C.ad legem Iul. repetun.l.j.&.C.de fur.l.si quis seruo. in fi. Item de delicto ignoranter commisso puniendo, da exemplum in eo qui proiecit lapidem, & prætereuntem casu percussit: vt.j.ad legem Aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. versic. sed si. &. l. si ex plagis. §. æquè item aliud exēplū est.j.de custo. reo. l. carceri. &. l. milites. & instī. vi bono. rap. §. quia tamen.&.j.de pœnis.l. respiciendum. §. delinquūt. quod vi aut clā. l. Seruius. &. j. ad legem Corne. de sica. l. lege. §. cum quidam. Item subiicitur quarta pars, cōmunis reipub. spōsio. f. interrogatione facta à consule: & communiter à populo facta respōsione, quòd sic placeat esse statutum: vt hic, & instī. de iur. natu. §. lex. & nota quòd hæc & illa descriptio eadem est quo ad sensum: licet quo ad verba discrepet. Ideo autem est descriptio, non definitio: quia aliqua lex est quæ tamen non est communis: vt. j. tit. j. l. j. §. fi. solum ergo vult designare quatā diuinarum, quàm humanarū lex, vt statim subiicit. j. verū omnīs proxima. nam &c.

Tm oratione aduersus Arrianos.

Summæ, Flo.

Flo. vide.

id est lex regula.

Regula est, a quo magis conuenit, vt non solū rebus honestis sed etiam principalibus ac ducatum teneat, & per hoc regulam præseruat iustis simul, & iniustis, vt pote, quæ animalibus natura ad colendā ciuitatē idonea, faciēda iubeat, prohibeatq; nō facienda.

Sequentia non sunt Asyrii.

NAm &c. Bene dico, quòd lex coercet delicta: nam &c. & no. quòd sub hac. l. sunt duo Græca: quorum quodlibet facit vnam definitionem legis. Primum facit illam: lex est cui omnes homines &c. & quod ibi dicit donum dei, ideo dicit, quia nutu diuino faciunt principes leges: vt.C.de præscrip.lon.temp.l.fi.ibi, ideo enim &c. cum propter hoc fecerit deus imperatores: vt in auth. de instru. caute. & fi. §. quia igitur imperium. col. vj. omnis enim sapientia à domino deo est: & omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum &c. Iaco. j.* & ca. quàm pio. j. q. ij. item lex est sapientum dogma, & doctrina per os sapientum promulgata.

II. MARTIANVS libro primo Institutionum.

NAm &* Demosthenes orator sic definiuit †: Τοῦτο ϰεῖμ νόμος, ὦ, πάντας ἀνθρώπους πεισθῆναι δεῖ διὰ πολλὰ, ϰαὶ μάλιστα ὅτι πᾶς ϰεῖμ νόμος εὕρημα μὲν ϰαὶ δῶρον θεῶν*, δόγμα δὲ ἀνθρώπων φρονίμων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων ϰαὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ σωτηρία κοινή, ϰαθ' ἣν ἅπασι πεισθῆναι ξυμβαίνει τῇ πόλει. [id est, Lex est, cui omnes obtemperare conuenit, cùm ob alia multa, tum vel maximè eo, quòd omnis lex inuentum ac munus deorum est, decretum vero prudentum hominum, coërcitio eorum quæ sponte vel ignorantia [b] delinquuntur, communis sponsio ciuitatis, ad cuius præscriptum omnes, qui in ea republica sunt [c], vitam instituere debent.] Sed & philosophus summus* Stoicæ sapientiæ Chrysippus sic incipit librum quem fecit [d] πρὶ νόμων*. Ὁ νόμος πάντων ϰεῖμ βασιλεὺς θείων τε ϰαὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. δεῖ δὲ αὐτὸν πρόσαντες τ' εἶναι τῶν ϰαλῶν ϰαὶ ἀρχόντα, ϰαὶ ἡγεμόνα, ϰαὶ τοῦ ϰαλοῦ ϰαὶ αἰσχροῦ μέτρον ϰαὶ κανόνα τ' εἶναι δικαίων ϰαὶ ἀδίκων. ϰαὶ τοῖς φύσει πολιτικοῖς ζώοις προστακτικὸν μὲν, ὧν ποιητέον· ἀπαγορευτικὸν δὲ, ὧν οὐ ποιητέον.*

b *Vel ignorantia.* vt cùm non dolo, sed culpa delinquimus, vt ignoranter: vt exemplificauimus. ff. eo. l. j.

c *In ea repub. sunt.* immò omnes omnino qui vbique reperiuntur: vt.C.de Iudæ. l. Iudæi. j. in prin. & de legi. & con. l. leges sanctissimæ. & apostolus dicit, omnis anima sit subdita principi, & ducibus ab eo missis: vt.C.de conduc. & procur. prædiorum augu. domus. lib. xj.

d *Librum quem fecit.* ſ. de lege: & incipit interpretatio Græci sic: lex est &c. & no. quòd de diuinis tractat hæc lex: vt &.C.de summa tri. & de sac. san. eccl. &. j. ne quid in loco sac. & in authen. de mona. col. j. & quomodo opor. epi. col. j. &c. & de san. epi. col. ix. & in tit. vt in priua. do. sa. mi. col. v. & in aliis titu. de humanis tractant ferè omnes leges.

e *Et malis.* cuique secundum sua opera tribuendo, secundum Io. id est bonis meritū: vt.C.de adsess. & do. & cancel. l. j. & de sta. & ima. l. & virtutum. malis pœnam, vt per totum ti. de pœnis.

f *Ducem.* quia deducit homines ad bonum.

g *Regulam esse.* id est compendiosa doctrina, vel vnius casus, vel plurium, in quibus eadem ratio vertitur. & ita in hoc vltimo propriè ponitur: sed non in primo. sic enim definitur: Regula est plurium rerum compendiosa narratione facta traditio: vt colligitur. j. de regu. iur. l. j. melius facit ad hoc in decre. distin. iij. c. omnes. &. c. regula.

Regulæ definitio.

h *Iniustorum.* ſ. lex.

i *Natura ciuilia sunt.* i. naturalis hominis ingenio, vt in resti. minorum: vt. j. de mino. l. j. in prin. duo enim cōtraria ponere videtur. i. duas species & coæquiualētes: quarū neutra est altera. ſ. ius naturale, & ciuile, secundum. Ioan.

k *Non faciēdorum.* ex hoc colligitur, quædam magistralis definitio. lex est sanctio sancta, præcipiens honesta, prohibēs cōtraria. & facit. C. eo. l. leges. ij.

l *Vra. In his quæ &c.* sed verisimilia sunt: vel dic in his, quæ scilicet multum accidūt. non quæ extra naturalem cursum. & secundum hoc erit casus huius Græci qui est in. l. Latina. j. l. proxima. Accur. ADDITIO. Tu dic, quòd ista lex interdū fallit: quia lex reperitur facta in casibus de raro contingētibus: vt. j. si pars hære. l. antiqui. &. C. de legi. hæred. l. si maior. Paulus.

m *Ex his.* Pone exēplum in Lazaro, an debuit rumpere testamentum quod fecerat, & bona auferre hęredib⁹. & certè de hoc non est lex: dicerem tamen q⁹ posset vel tanquam ipse, quia non videtur mortuus qui tam cito resuscitatus est: vt. j. de diuor. l. iij. & de bo. possess. secundum tabu. l. qui ex liberis. §. planè. vel tāquā alius, scilicet posthumus, qui rūpit testamētum: vt instī. de exhære. li. §. j. vel pone exēplum in. l. scripta in Auth. vt sine prohi. ma. debi. & cre. col. vij. §. quia verò. vbi dicitur, quòd propter bonas fœminas non debet fieri lex, quia raræ sunt: sed propter malas, quia multæ sunt. item pone exemplum: vt. j. de vsuca. l. iusto. in princi. in fi. j. resp̄on. vbi dicit non adquiri nobis per filium non iustè adrogatum: sicut per liberum hominē emptum: quia rarius adrogantur filij quàm emantur serui. sed licet dicat hic, quòd non constituuntur iura pro talibus, subaudi sæpe. quandòque enim statuūtur, vt in his exemplis. j. de iudi. l. sed & fi. j. §. si patersa. & si pars hære. pe. l. antiqui. &. C. de leg. hære. l. si maior. & instī. de rerum diui. §. insula. & facit ad hanc regulam. j. de reg. iur. l. ea quæ. &. j. ad Treb. l. postulante. &. j. de postu. l. j. §. deinde. & de solu. si pater. & sequentem proxi. l. continua cum ista.

Ex his. Lazarus suscitatus an potuerit testamentum rumpere.

n *Accidere.* id est miraculosè venire.

o *Legis virtus.* id est potestas. imperat autē cùm iubet lex Iul. de adulte. accusantem & accusatum & aduocatos esse præsentes quando serui torquentur in causa adulterij. & præcipit etiam seruos publicari, id est confiscari: vt. j. ad. l. Iul. de adul. l. si postulauerit. §. quæstioni. &. §. iubet. Vetat autem cùm prohibet res immobiles minorum sine decreto alienari: vt. j. de re. eo. l. j. Item ne res ecclesiasticæ: vt.C.de sacrosanct. eccle. l. iubemus. ij.

Legis virtus multi.

BIU Cujas

sed nonne sufficiebat imperare pro vtroque? Respon. non: quia imperat quod fieri vult: vetat quod fieri non vult. & commodius est singulas causas &c. vt insti. qui. mo. test. infr. §. alio. Permittit: vt militi etiam post sententiam vti excep. suis: vt. C. de iur. & fac. igno. l. j. Punit maleficia: vt in ti. de pœ. ff. &. C. Est & quinta virtus, id est cõsulere: vt vbi extraneis consulit ne expendant agendo querelã: vt. j. de inof. test. l. j. item consulit quòd primo possessorium quàm petitorium, si competat, intentetur: vt. j. de rei vin. l. is qui. & facit. C. de transact. l. age. Vel die, quòd continetur sub virtute permittendi. Sed nunquid legis appellatione non continetur quod aliquod istorum verborum nõ habeat? Respon. immò continetur. aliàs nulla regula iuris sub legis appellatione caderet. vel verius nulla est lex quin ibi vnum de talibus vel equipollẽs subaudiatur. & facit ad hanc. l. in decre. distin. iij. c. omnis.

VIII. VLPIANVS libro tertio ad Sabinum.

IVra non in singulas personas, sed generaliter[a] constituuntur.

IX. IDEM libro sextodecimo ad edictum.

NOn ambigitur[b] Senatum ius facere posse.

X. IVLIANVS libro quinquagesimonono Digestorum.

NEque leges[c], neque senatusconsulta[d] ita scribi possunt[e], vt omnes casus qui quãdoque inciderint, comprehendãtur: sed sufficit & ea quæ plerunque accidunt, contineri.

XI. IDEM libro nonagesimo Digestorum.

ET ideo de his quæ primo cõstituuntur: aut interpretatione, aut cõstitutione optimi principis certius[f] statuendum est.

XII. IDEM libro decimoquinto Digestorum.

NOn possunt[g] omnes articuli singillatim aut legibus aut senatusconsultis comprehendi: † sed cum in aliquo casu * sententia eorum[h] manifesta est: is qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet.

XIII. VLPIANVS libro primo ad edictum ædilium curulium.

NAm, vt ait Pedius, quotiẽs lege aliquid vnum vel alterum introductum est: bona occasio est, cætera, quæ tendũt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, vel certè iurisdictione suppleri[i].

a *Iura. Generaliter.* Potest poni exẽplum in qualibet fere lege Codicis, quæ certis personis dabantur, vt Vitali, vel alij: tamen sunt generales. quæ enim frequenti indigent & communi auxilio, debent communiter se iuuare, licet vni fuerint data: vt in authen. de hære. & Fal. §. j. col. j. & facit. C. de diuer. rescrip. l. j. & hoc si ita scribitur vt sit ius commune. secus si specialiter datur: vt. j. tit. j. l. j. sed secundum hoc omnis lex est regula: quia loquitur in pluribus casibus in quibus est eadẽ æquitas, & de vniuersis hominibus: quod est falsum. sic ergo expone vt dicas, leges non sunt conditæ vt hæc locum habeat in persona huius, illa in persona alterius: & sic de singulis legibus & personis: sed generaliter in omnibus personis sit eiusdem casus responsio. sed excipitur. C. de decurionibus. l. neque Dorotheum. lib. x. &. C. de epis. & cle. l. quoniam venerabilis. regulæ autem per signa vniuersalia cognoscuntur, affirmatiua vel negatiua: vt patet per omnes regulas iuris: & maximè in. l. j. vbi dicit, regula est, quæ rem quæ est &c.

b *NOn ambigitur.* Pone exemplum in petitione hæreditatis, quæ est inducta à senatoribus: vt. j. de peti. hære. l. item veniunt. §. pridie. item in Vell. item in Maced. senatusc on. vt. j. ad Vell. l. ij. &. j. ad Mace. l. j. item in alio parificatur principi senatus: quia non appellatur à sententia sua: vt. j. à qui. ap. non licet. l. j. & intellige de senatu toto: qui senatores cẽtum erant numero: vt. C. de peti. hære. l. fi. non de quolibet senatore separatim: habet tamen quilibet singulariter sua alia priuilegia: vt. j. de sena. per totum. sed an hodie hoc opus possit facere senatus? Respon. secundum Ioan. non sic hodie, nisi princeps permiserit: vt. C. eo. l. fi. quæ est contra. vbi dicit quòd solus princeps facit legem. itẽ facit ad idem, quia populus omne suum imperium in eum transtulit: vt. C. de ve. iur. enu. l. j. §. sed & hoc studiosum. Alij dicunt, quòd hodie potest populus Romanus & senatus eius facere legem: vt hic. nec ob. d. l. fi. quia solus imperator potest, id est ipse solus, & nullus alius solus: & reuocare potest populus Romanus quod concesit, sicut & iudex qui delegat, cum sibi proprietas remãserit: vt. j. de offic. eius cui man. est iur. l. j. §. fin. primam laudo, secundum Hug. Accursius.

Princeps & senatus parificãtur.

c *NEque leges.* nomen generale.

d *Senatusconsulta.* nomen speciale.

e *Scribi possunt.* propter humani ingenij exiguitatem. multas enim &c. vt. C. de ve. iu. enu. l. ij. §. sed quia. vel propter nimiam negociorum mutabilitatẽ: vt infra de vsur. l. mora. in princip. vel propter hominum fidelitatem incognitam: vt. j. de testi. l. iij. §. ideoque. ibi, tu magis &c. vel propter delictorum multiplicitatem: vt. j. de extraor. cri. l. pen. §. sunt quædam. & ideo &c. & sic continua. l. seq. quæ ex superiori infertur: & exigit exempla pro se & pro ea. dic ergo ex his quæ constituuntur, id est accidunt de nouo: vt ita hæc lex loquatur quando dubitatio euenit super nouo facto: & sequens. l. non possunt. quãdo dubitatio est in veteri facto, non tamen adhuc lege determinato, secundum Io. vel melius econtra, constituuntur, propriè sumitur, cùm dubitatur in verbis. l. lex autem sequens. ſ. non possunt. loquitur cùm dubitatur de facto nouo quod non est in lege: & quod dicit, aut interpretatione. ſ. iudicis. vt ita iudex interpretetur legẽ. & facit. C. de epi. aud. l. ſi lenones. vel dic, interpretatione iurisconsulti, auctoritate aut constitutione. ſ. principis.

f *ET ideo. certius.* id est certum constituatur. ſ. quod primo erat dubium, secũdum secundam interpretationem. interpretatur enim iuriscõ. verbum dubium legis: vt † *in eãdem sententiã Aristotel. lib. 1. Polit. cap. 6.* * *aliqua causa. Flo.* j. ſi cer. pe. l. j. in prin. & l. ij. §. appellata. princeps etiam interpretatur verbum aut, pro &, vt. C. de verb. sig. l. pe. Itẽ interpretatur substitutionem factam filiis ita demum tenere, si decesserint sine filiis: vt. C. de fideicom. l. cũ acutissimi. & ita etiam si hodie occurreret dubitabile verbum in. l. oporteret quòd vel per iurisc. auctoritate principis, vel per principem fieret interpretatio, vt esset lex necessaria & probabilis, & ab omnibus obseruanda: vt euenit in quæstionibus vbi sunt cõtrariæ opiniones doctorum, quæ fiunt super verbis legis: vt hic dos à patre profec. &c. vt. C. solu. ma. l. dos. & facit ad hanc. l. C. noua vec. l. non solent.

g *NOn possunt.* Pone exemplum in veteri iure. statutum est enim, quòd si familia seruorum alicuius fecerit furtum: liberetur dominus semel emendando furtum, ne tota familia careat. idem ius trahitur si dedit damnum: vt infrà, ad legem Aquil. l. illud. Item pone exemplum: vt infra de neg. gest. l. ex facto. in fine. Item pone in iure nouo: vt. C. de inoffi. do. l. precibus. vbi dicitur, querelam inofficiosi do. trahi etiam ab intestato. Item pone exemplum. C. de constitu. pecu. l. fina. & prout trahitur ad ius vetus, refertur ad id quod dicit in seq. leg. interpretatione, scilicet iurisconſ. prout de nouo dixi, refertur ad iura. C. vt dicas iurisdictione, scilicet principis: vt princeps dicat ius ad hoc porrigendum, vel prorsus nouum statuendum: vt infrà, de ventre inspi. lege. j. in principio. Ioan. tamen dicit interpretatione scilicet iudicum in iudicio. hæc est vera, & sic prima exempla non valent. sed pone in patre, vt possit obligare filium pro fame: licet de venditione lex tantum dicat. hic eadem prorogatio quæ fit ex iure scripto, fit etiam ex iure non scripto ad non scriptum: vt. C. quæ sit long. consue. l. j. Et vt hæc sint plana, distingue: cùm dubitatio in iudicio contingit: aut super aliquo nouo negocio, aut super lege aliqua. si super negocio, dominus imperator est consulendus. si tamen præsens sit, & eius sit copia: vt C. eod. l. humanum. & de vete. iu. enu. l. j. §. sed quia diuinæ. &. j. de fideicommiſ. liber. l. hoc itaque. & arg. C. de iud. l. fina. in princip. ibi, ne forsitan &c. si autem non sit eius copia, procedam de similibus ad similia: vt hic. si verò super. l. vt dos à patre profecta &c. si quidem ex consuetudine certo modo est intellecta, eius intellectui stabitur: vt infra, eo. l. minimè. &. l. ſi de interpretatione. quòd si ex consuetudine expositio non est certificata: recurritur, vt dictum est, ad principem, si sit eius copia: vt. C. eod. l. cum de nouo. & supra eod. l. & ideo. & infra eod. l. nam. ibi, vel certè iurisdictione &c. alioquin interpretabor in benigniorem partem: vt infra, eod. l. benignius. &. l. in ambigua. sed si dubitatur quæ sit benignior pars, verborum significationi stabo: vt. j. de condi. & demonſt. l. Publius. §. j. quanquam videtur primo standum significationi verborum: vt infra de lega. iij. l. non aliter. in princ. Tertio procedam de similibus ad similia: vt. ſ. eod. l. neque leges. Accursius.

Dubitatione in iudicio emergẽte, quis cõsulendus sit.

h *Eorum.* id est legum vel senatusconſ. vel dic, articulorum.

i *NAm vt ait. Suppleri.* procedendo de similibus ad similia: vt infra de regu. iur. l. quod contra. &. l. quæ propter. & de

BIU Cujas

& de lega. j. l. si domus. §. cum alicui.

a *Quod verò.* Hanc continua cum duabus superioribus legibus. bene dico statutum esse procedendum de similibus ad similia: veruntamen quod contra & cætera. & pone exemplum in muliere, quæ habet priuilegium vt omnibus præferatur: quod suo hæredi tamen non datur: nisi filio: vt. C. qui po. in pig. ha. l. fi. in fine. & C. de pri. do. l. vt infrà, titu. j. l. j. Item pone exemplum in patre, qui vendidit filiũ causa necessitatis: non tamen trahitur vt filius possit vendere patrem: vt. Cod. de pat. qui fi. dis. l. j. Sed nonne quod dicitur. Cod. de fur. l. si quis seruo. licet sit contra regulas iuris communis, etiam ad filium trahatur? Respõd. sic: quia lex dicit: vt infrà, de seruo cor. l. vt tantum. §. j.

† *Huc pertinere videtur lex. & si nihil j. de reg. iur.*

b *In is.* exceptionibus à regula.

c *Regulam.* vtpote cum ipsa deficiat. nec enim sunt exceptiones de regula: immo vitiãt regulam in eo q̃ excipiuntur: vt infrà, de regul. iur. l. j. sed firmam dimittũt in aliis: vt in authen. de non alie. §. vt autem. col. ij. & pone exemplum huius regulæ. regulariter traditur domini voluntatem seruari volentis rem suam in alium transferri: vt instit. de rerum diuisi. §. per traditionem. fallit in minoribus: vt infrà, de reb. eo. l. j. Itẽ regula est. non committi furtum, nisi inuito domino. quandoque contra: vt. C. de fur. l. si quis seruo. dicentur ergo esse specialia talia statuta.

Furtum cõmittitur quandoque volente domino.

d *Vs singulare.* Pone exemplum. propter communem vtilitatem statutum est à senatoribus, qui habent auctoritatem (vt suprà. e. l. non ambigitur) mulieres intercedentes non teneri. quod est contra ius commune: vt infrà, ad Velleia. l. j. Item possunt peni exempla superioris legis. & alterius, quod verò. tamen ad aliud ibi inducuntur quàm hic. nam in. l. quod verò. inducuntur, quod non trahantur talia statuta ad consimilia: in alia, quia in talibus non possumus sequi regulam iuris communis: vnde sit speciale. hic autem vt denotet differentiam inter ius commune, & ius singulare.

e *Scire leges.* hic pro vere scire ponitur: vt falli non possit: aliàs pro vehementi opinione, vt possit falli: vt infra. de aqua plu. ar. l. ij. §. antepe. & pone exemplum: cauetur in iure, quòd manumissio ad seruos, emancipatio ad filios pertineat: vt infrà, quando de pec. ac. an. est, l. j. §. meritò. Ibi tria attendes verba. item sensum proprium, qui ibi est, qui dicitur vis. item potestatem, quæ est, vt quandoque aliter sumantur dicta verba: vt infrà, de offi. procon. l. ij. in fi. item pone exemplum. vt infrà, ad Maced. l. j. vbi dicit, quòd mutua pecunia filiisfam. non detur. & ibi tria attendes. verba, & vim. id est proprium sensum: & potestatem, quæ est vt verbum mutuum, etiam ad alios contractus in fraudem factos trahatur: item pecunia prorogetur etiam ad alia quæ mutuãtur, si in fraudem fiat: vt eo. titu. l. iiij. §. is autem solus. & l. Sed Iul. §. mutui. & facit ad hanc. l. C. de libe. præte. l. iij. & xxxviij. distinct. can. omnes. & canone, sedulo. in glo. sententias. & j. quæsti. j. can. Marcion. Itẽ no. quodvis, siue potestas, aliter accipitur. suprà, eo. l. legis virtus.

f *Benignius.* Duobus modis expone. primò benignius, quàm verba patiantur. & tunc pone exemplum: Prohibetur alienatio: certè & etiam vsusfru. & pignoris constitutio prohiberi videtur, licet non sit alienatio: vt. C. de reb. alien. l. fi. & de fun. do. l. j. Secundo impropriè, id est beniff. Vetus.

XIIII. PAVLVS libro quarto ad edictum.

Quod † verò a contra rationem iuris receptum est: non est producendum ad consequentias.

XV. IVLIANVS libro vicesimo septimo Digestorum.

IN his b quę contra rationem iuris constituta sunt, nõ possumus sequi regulã c iuris.

XVI. PAVLVS libro singulari de iure singulari.

IVs singulare d est, quod cõtra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem auctoritate constituẽtium introductum est e.

XVII. CELSVS libro vicesimo sexto Digestorum.

SCire leges, non hoc est verba earum tenere, sed vim ac potestatem.

XVIII. IDEM libro vicesimo nono Digestorum.

BEnignius f leges interpretandæ sunt, quo voluntas earum conseruetur.

XIX. IDEM libro trigesimo tertio Digestorum.

A gnè: & pone exemplum sicut ponitur. C. de na. libe. l. nuper. vbi interpretatur superiorem. l. cùm quis. in eo qui concubinam a accipit in vxorem. nam filij prius geniti legitimi efficiuntur, si alij postea nascuntur: interpretor, vel etiam si nõ nascantur, vel nati moriantur.

a Bal. hic commendat glo. ad hoc, quòd si quis nominauerit concubinã pro vxore: obscura. Pone exemplum in verbo, peruenire, ambiguo: vt filii antea nati legitimantur: & infrà, de peti. hæredit. l. vtrũ. Sed quid differt hæc à superiori. l. etiã benignius? Respond. licet superior intelligitur, nondũ nacta interpretatio est necessaria propter obscuritatem, non propter multiplicitatem: quia si rehæc autẽ quandoque propter multiplicitatẽ est ambiguitas: vt quia dicit: sed be ne dicit, quòd si quis to: hic in verbo. Item potest poni in rescriptis benignè interpretandis: vt. C. de inof. testa. l. si quando. in generatio prin. & facit infrà, de nondũ nacta. l. semper in quamuis dubiis. & l. quotiens. & C. de fideicommis. vel libert. l. cum inter veteres. Accursius.

B IN ambigua g voce legis ea potius accipienda est significatio, quæ vicio caret: præsertim cum etiam voluntas legis ex hoc colligi possit.

XX. IVLIANVS libro quinquagesimoquinto Digestorum.

NOn omnium h † quæ à maioribus cõstituta sunt, ratio reddi potest.

XXI. NERATIVS libro sexto Membranarum.

ET ideo rationes eorum quę cõstituuntur, inquiri nõ oportet: alioquin multa ex his quæ certa sũt, subuertũtur i.

XXII. VLPIANVS libro trigesimoquinto ad edictum.

CVm lex k in præteritum quid indulget, in futurum vetat.

XXIII. PAVLVS libro quarto ad Plautium.

MInimè l sunt mutanda † quæ interpretationẽ certam semper habuerunt.

XXIIII. CELSVS libro nono Digestorum.

C

g IN ambigua. id est obscura. Pone exemplum in verbo, peruenire, ambiguo: vt filii antea nati legitimantur: & infrà, de peti. hæredit. l. vtrũ. Sed quid differt hæc à superiori. l. etiã benignius? Respond. licet superior intelligitur, nondũ nacta interpretatio est necessaria propter obscuritatem, non propter multiplicitatem: quia si rehæc autẽ quandoque propter multiplicitatẽ est ambiguitas: vt quia dicit: sed be ne dicit, quòd si quis to: hic in verbo. Item potest poni in rescriptis benignè interpretandis: vt. C. de inof. testa. l. si quando. in generatio prin. & facit infrà, de nondũ nacta. l. semper in quamuis dubiis. & l. quotiens. & C. de fideicommis. vel libert. l. cum inter veteres. Accursius.

b NOn omniũ. Quidam dicunt se non intelligere hanc rationẽ, pro. l. Alij dicunt, nõ omnium, id est nullorũ. sed hoc falsumest: quia eorum quę viua ratione † reddi potest. Alij, vt Io. ponunt exemplum quare tutorem habenti tutor dari non potest: sed curatorem habenti sic: vt instit. de cura. §. interdum. sed certè hæc potest ratio reddi: quia tutoris potestas plenior est. & ideo superueniens tutor, cùm & ipse vellet similem plenitudinem potestatis, inuenit occupatam: at curatoris potestas circa personam minoris non est tanta: vt patet infrà, de app. l. cum in vna. §. tutor. tu ergo da exemplum quare in vsucapione statuitur triennium, & non biẽniũ, vel quadriẽniũ: & nõ potest ratio reddi. nec obsi dicas hanc esse rationem: quia visum est sufficere tantum tempus: quia idem de biennio dici potuisset. ratio enim debet esse talis quæ sit generalis, & necessaria: & vbicunque ratio locum habet, & lex: vt. C. de interdic. l. j. & infra, ad leg. Aquil. l. illud. in princip. & infrà, de fonte. l. j. §. hoc interdictum. & infrà, de bo. poss. ex testa. mili. l. j. & talis ratio non potest semper reddi, vt hic: quia quandoque habet locum ratio, & non lex. vbi excusatur filius qui sibi legatum adscripsit, quia ex voluntate testatoris fecit. hæc ratio & in extraneo haberet locum. lex tamen ad extraneum non extenditur: vt infrà, ad leg. Cor. de fal. l. filius. & l. j. §. inter filium. econtrà lex habet locum, & non ratio. vt infra, qui & a qui. l. prospexit. & infrà, de postu. l. j. §. secundo loco. versi. sexum. ADDITIO. Dic, quod ibi erat causa impulsiua: alias locum habet finalis ratio. l. simile, & lex: vt in. l. j. infrà, de fonte, & l. illud. ad leg. Aqui. secundum Paul. hic.

i ET ideo rationes. Subuertuntur. si dicas nil valere, quia non haberent sufficientem rationem: vt in præmissis patet exemplis. Accursius.

k CVm lex. Quidam dicunt huius legis exemplum non reperiri: tu dic, conuerti literam, cum lex in futurum vetat, in præteritum indulget: vt. C. eo. l. leges & constitutiones. & est exemplum. C. de na. li. l. diui. vel dic directò casum, & leges rectè vt. C. de. ge. ab. o. l. ij. & secundum hunc casuum dic, lex, id est, imperator, qui est lex animata in terris. in authẽ. de consul. in fi. colla iiij.

l MInimè. Pone casum: vt. C. de epi. audien. l. si lenones. in glossa prima. item in testibus, qui præsente parte debent recipi: vt. C. de testibus. l. si quando. quòd semper fuit

BIU Cujas

per fuit obseruatum in iuramento, non in dicto, quod debent dicere in secreto. quidam tamen dicunt, quod etiam in aperto dicunt: sed non poterunt postea plures testes produci, cum didicerint testificata: vt in authenticis, de testi. §. quia verò. col. vij. item pone exemplum vt infrà, de diuers. & tem. præ. l. in omnibus. in prin.

sed nunquid nouum sensum licebit proponere? Respond. licet, secundum Io. hic enim loquitur, cùm semper sic est intellecta, vt ex hoc intellectu induceretur consuetudo, id est vt de cætero sic super ea iudicaretur. Item potest poni exemplum in illa. l. dos à patre. C. solu. matrim.

a *Inciuile.* Potest poni exemplum in. l. quæ legitur, item in l. i. in cõuentione scripta: quod vtrumque totum debet legi, si totum de eadem materia loquatur: vt infrà, de edẽ. l. argentarius. §. edi. nam plerumque principium per finem corrigitur: vt infrà, si certum petatur. l. si tibi. Item & si plures sint coniunctæ leges, idem est, propter eandem rationem: vt infrà, si ex noxa. caus. aga. l. j. in fine, & lege. ij.

b *Nulla.* Pone casum, vt. C. de procura. l. non eo minus. item vt. C. de fide instru. l. plures. item vt infrà, de Carbo. edic. lege tertia. §. duæ. item vt. C. de secund. nup. l. generaliter. §. in his autem. sed contra infrà, quòd quisque iur. l. j. §. j. Sol. refert an sine postulatione quid fuerit concessum: vt hic: an cum postulatione: vt ibi, arg. in eo. titul. l. iij. item contra instit. de auctor. tu. §. neque tamen. sed certè & damnum poterat ibi inesse: vt ibi dicit. vel saltem in litibus & sumptibus fuit vexatus: vt infrà, de mino. l. minoribus. item contra. C. de quæstio. l. pridem. sed quòd ibi non torquetur pro eo: non est ideo constitutum, quia contra eum non torquetur: sed quia sic iuri placuit: & per consequens diceret contra eum: vt. C. de epi. & cle. auth. sed iudex. Item contra. C. de Iudæ. l. die sabbati. sed illud est quoddam speciale pro festiuitate Iudæorum indultum. a Item contra. infra, de iure aur. anu. l. ij. sed ibi priuilegio suo renunciasse videtur. Item contra. infra, de excu. tu. &. cu. l. cum ex oratione. Sol. ille libertus habebat priuilegium, quòd posset excusari ab alia tutela: sed illud priuilegium non erat pro se, sed pro patrono suo indultum, qui erat senator: vnde non est mirum, si ad aliam tutelam vocetur, cùm impetrauit ius aureorum anulorum. Item contra. infrà, de pericul. & com. rei vendit. l. si vina. sed distinguitur, an aliquid sit indultum in fauorem contrahentium pacto, an ex liberalitate principis sine lege. Primo casu obtinet quod ibi dicitur. Secundo, quod hic. sed hæc solutio reprobatur per legem. infrà, de lege cõmissoria. l. ij. & infrà, de in diem addic. l. Sabinus. melius ergo dicas, quòd ibi non est indultum aliquid in fauorem: quia non est extra ius commune. tunc enim inducitur aliquid in fauorem cum est extra ius commune. Accursius.

a Tu dic melius secundũ Dy. quod ibi priuilegiũ non stetit in finibus cõcessionis: sed vltra processit.

c *Non est nouum, Trahantur.* Tribus modis trahuntur: vt determinentur. b suppleantur, corrigantur. De primo pone exemplum. C. quando lib. prin. da. l. j. quæ determinatur per secundam eiusdem tit. De secundo da exemplum. C. de consti. pe. l. finali. & alia quæ diximus supra eod. l. non possunt. De tertio da exemplum. C. de sacrosanctis ecclesiis. l. generali. quæ corrigitur per authent. ingressi ibi positam, quod sic

b Id est, limitentur. Paulus.

INciuile [a] est, nisi tota lege perspecta, vna aliqua particula eius proposita iudicare vel respondere.

Illud quod est in fauorem, non retorquetur in odium.

XXV. MODESTINVS libro octauo Responsorum.

NVlla [b] iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ salubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad seueritatem.

Lex præcedens determinatur per sequẽtem. h. d. cum duabus sequent. Bart.

XXVI. PAVLVS libro quarto Quæstionum.

NOn est nouum, vt priores leges ad posteriores trahantur [c].

XXVII. TERTVLLIANVS libro primo Quæstionum.

IDeo, quia antiquiores leges ad posteriores trahi vsitatum est [d]: & semper quasi hoc legibus inesse credi oportet, vt ad eas quoque personas, & ad eas res pertineant, quę quandoque similes erunt.

XXVIII. PAVLVS libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.

SEd & posteriores [e] leges ad priores pertinent [f], nisi contrariæ sint: idque multis argumentis probatur.

XXIX. IDEM libro singulari ad legem Cinciam.

COntra legem facit, qui id facit quod lex prohibet [g]. In fraudem verò, qui saluis verbis legis, sententiam eius circumuenit.

XXX. VLPIANVS libro quarto ad edictum.

FRaus enim legi fit, vbi [id fit] quod fieri noluit, fieri autem nõ vetuit. Et quod distat [h] ἕητὸν ἀπὸ διανοίας †, hoc distat fraus, ab eo quod contra legem fit.

XXXI. IDEM libro decimo tertio ad legem Iuliam & Papiam.

PRinceps † legibus [i] solutus est. Augusta autem licet legibus soluta non est, principes tamen eadem illi priuilegia tribuunt, quæ & ipsi habent.

A trahantur, non est nouum.

d *Deo vsitatum est.* locus est à communiter accidentibus. & quod subiicit, & semper quasi hoc & cæ. pertinet ad id quod modo dixit supplendo: & da duo exempla. Primum qualiter lex pertineat ad similes personas: vt Macedo. statutum in filiis, & ad nepotes trahatur: vt infrà, ad senatusc. Mace. l. filium. & ad idem facit infrà, de dona. inter vi. & vxor. l. iij. §. qui in eiusdem. item qualiter ad similes res, vt Mace. statutum in pecunia, trahatur etiam ad alia similia, si in fraudem dentur: vt infrà, ad Mace. l. item si. §. mutui. quod autem dixi veteres ad nouas trahi, idẽ est econtra, vt nouę ad veteres trahantur, non tribus modis, sed vno modo, scilicet determinando [c], & da exemplum. C. de lit. contest. *supra*, auth. offeratur. vbi sim pliciter dicitur satisdari iudicio sisti. sed infrà, qui satisda. cog. l. sciendum. in princi. distinguitur, si nó est possessor immobilium. & facit ad hoc in aut. de filiis ante do. instru. natis. in fi. coll. iij. vbi dicit, oportet ea quæ per interpretatione adiecta sunt, in his valere in quibus est locus interpretatis legibus. Alij dicunt, vt Io. quòd hæc. l. sed & posteriores. idem dicit quod superior, non est nouum. sed adicit illud, quod multis argumẽtis & exemplis probatur. Accursius.

c immo e. tiã supplendo: vt not. supra, eo. l. quod vere. in fi. glos. dum. Bart. sciendum. in princi. distinguitur. † i. diffidã. Bud. de Asse. Hoc dicunt. Aristoteles lib. 3. Po. ca. 9.

e *Sed & posteriores.* q. d. non solum priores: sed econtra posteriores ad priores. Accursius.

f *Pertinent.* scilicet vt per eas posteriores corrigantur & determinentur, & suppleantur.

g *Contra prohibet.* scilicet expressim: vt si vendatur res minoris sine decreto: quod expresse prohibet lex: vt. infra, de re. eo. l. j. talis facit contra verba & contra sententiam legis: & est alius qui tantum sententiam offendit, & verba reseruat: vt hic, & infrà. l. proxim. de quo sumas exempla in hac distinctione, fit fraus legi, quandoque de re ad rem: vt si quis det filiofamili. aliud quàm pecuniam mutuo: vt infrà. ad Macedo. l. item si filiusfamilias. §. mutui. quandoque de persona ad personam: vt si vir volens donare vxori, supponat alium qui donet: vt infrà, de dona. inter vi. & vxo. l. si sponsus in princi. quandoque de vno contractu, ad alium contractum: vt si vir volens vxori donare, cõmentus sit venditionem in fraudem legis: vt infra, de dona. inter virum & vxorem. l. si sponsus. §. circa. quandoque de vno contractu ad eundem contractum: sed non eodem modo faciendum: vt si mulier volens intercedere, colorem quęsiuit, & conuenit vt cum ipsa potius contraheretur: vt infra, ad Vell. l. quamuis. §. si cùm essem. sed an verba tantum offendere liceat? Respond. sic, vt arg. infrà, de iure pa. l. adigere. §. quamuis. & infrà, de in ius vo. l. quamuis. in fi. & infra, de iureiuran. l. sed & si possessori. §. item si iurauero. item facit. C. de inoffi. testa. l. fratres. vbi beneficium pro maleficio sumitur. item. C. de adul. l. eum qui. vbi vxor dicitur etiam quæ non est vxor. & die vt not. C. de le. & con. l. non dubium. Accursius.

h *Fraus. distat.* id est verbum ab intellectu, vel sententia.

i *Princeps legibus.* ab alio cõditis: vt. j. de arbi. l. nam & magistratus. vel à seipso. vt. j. de arb. l. pe. voluntate tamen sua seipsum subiicit: vt. C. e. l. digna, & inst. qui. mo. test. infir. in fi. & facit. C. de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. &. C. de bo. quæ lib. l. cũ multa. & infrà, de leg. iij. l. ex imperfecto

BIU Cujas

fecto. & in decr. dist. viij. c. quæ contra. sed quod dicit de Augusta, quod habet idem priuilegium, est contra. infra, de lega. ij. l. quod princi. & l. seq. sed dic, quòd omnia illa, quæ viris tantum conueniunt, sibi non dat. cùm sic in aliis fœminis præcipiat: vt C. de arbi. l. fi. non ergo sibi dat potestatem condendi leges. Item quæ sunt habilia mulieri, concedit: vt hic. sed non omnia, secundum Ioan. vt in. l. contraria. vel dic, quòd legatum relictum principi, fuit ibi caducum, vel quasi relictum: augustæ fuit pro nó scripto. Sed quæ priuilegia tribuit princeps augustæ? Respond. quæ fisco: vt infra, de iure fisc. l. fiscus. j. in fine. & l. seq. est ergo immunis à præstatione vectigalium, vt infra, de publica. locatio. §. fiscus. Ité alia habet: vt. Cod. de præpo. sa. cu. l. cubicularios. libro duodecimo. & C. de quadri. præscript. lege vltima. §. ij.

† *Ad materiam legis adde, quod licet cõsuetudo sit seruanda: tamẽ si sit introducta cõtra solemnitatem alicuius rei ecclesiastici, non valet. ita affirmãt Io. Faber & scribẽtes in authẽ. hoc ius porrectũ. C. de sacr. san. ecclesiis. & in authent. Præterea eodem tit.*

Consuetudo tria habet specialia.

† *Ad hoc bene facit tex. in c. in hac. di. glo. in ca. generali. de elec. in. 6. & in ca. ex literis de consue. a Istud exẽ plũ glo. nõ est bonum: quia in vtroque est casus consuetudinis, quòd nec mãcus, nec sexus potest succedere in feudo. vt in. c. 1. in lib. feudo. vis. an mu. vel aliter imperfectum. Iaſ.*

De quibus.] CAIVS. Si quæstio de facto emergat, super qua ius scriptum aliquid non dicat, consuetudo terræ in re in qua quæstio emersit de nouo, seruatur. & si nó sit consuetudo, iudicabimus sicut in alia similli quæstione quocunque ordine expetitur. Si hæc duo deficiant, iudicabimus secundum consuetudinem vrbis Romæ. Secundò dicit, quod consuetudo vrbis Romæ seruatur pro lege. quod sic probat. Nam cum ipsæ leges Ro. seruentur ab omnibus: ergo & cõsuetudo. & est ratio, quia tantum valet consuetudo Romanorum non scripta, quantum lex scripta. Nam & consuetudo vincit legem, sicut vna lex vincit aliam. Viuianus.

Consuetudines inducuntur in rebus dubijs, & in his quæ non sunt determinata per legem.

Consuetudo in casibus non decisis habet potestatem mutandi leges. in casibus decisis habet virtutem corrigendi & interpretandi: quia cum procedant à consensu, & sic à pari potentia descendant, debent esse æqualis effectus. hoc dicit cum lege Si de interpretatione, & lege sequenti. Diuiditur in duas partes principales. Primo ponit effectum consuetudinis circa casum lege non decisum: secundo effectum circa casum lege decisum: quia lex per contrariam consuetudinem tollitur. secunda ibi, quare. Item prima subdiuiditur in tres. Primo ponit dictum bimembre: vsque ibi, inueterata. ibi ponitur ratio dicti: vsque ibi, nam cum, ibi ratio rationis vsque ad versic. quare.

XXXII. IVLIANVS libro nonagesimoquarto Digestorum.

DE quibus † causis[a] scriptis legibus non vtimur[b]: id custodiri oportet, quod moribus & consuetudine inductum est. Et[c] si qua in re hoc defecerit, tunc quod proximum & consequens ei est. si nec id quidem appareat: tunc[d] ius quo vrbs Romana vtitur, seruari oportet. Inueterata[e] consuetudo[f] pro lege nõ † imeritò custoditur, & hoc est ius quod dicitur moribus constitutum. Nam cum ipsæ leges nulla alia ex causa nos teneant, quàm quòd iudicio populi receptæ sunt: merito & ea quæ sine vllo scripto populus probauit, tenebunt omnes. Nam quid interest suffragio[g] populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis?[h] Quare rectissimè etiam illud receptum est, vt leges non solo suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur[i].

Longa consuetudo habet vim legis, maximè si in contradictorio iudicio sit opposita. & sumit vigorem ex tacita populi conuentione. & non est necesse quòd redigatur in scriptis. & legem interpretatur cùm de legis intellectu dubitatur. & omnia prædicta obtinent, nisi consuetudo sit erronea. hoc dicit vsque ad legem ergo. Bartolus.

XXXIII. VLPIANVS libro primo de officio proconsulis.

a *De quibus causis.* vt de feudis. Et no. tria. Primò, quòd debet seruari consuetudo loci illius vbi agitur. Secundò, si hoc deficit, tunc debet seruari consuetudo, quæ est similis in facto. vt hic, & C. quæ sit longa consuetudo. l. j. Tertiò, consuetudo vrbis Romæ: vt hic, & C. de veter. iur. enu. l. j. prope finem. & instit. de satisdat. in fine. & potest poni exemplum: statutum est in consuetudine feudi: vt si vassalli filius mancus fuerit, non succedat in feudum: quia domino seruire non potest. sic ergo erit si erit aliàs debilitatus. Item si de consuetudine non admittitur monachus, idem erit in regulari canonico. Item si admittitur filius vt succedat patri in feudum. idem erit vt succedat matri. Item si non admittitur mulier, idem erit de hermaphrodito si sexus muliebris inualescat: vt infra, de stat. hominum. l. quæritur. His modis trahitur non scriptum ius ad non scriptum, de similibus ad similia. trahitur etiam quandoque scriptum ad non scriptum: vt sicut vsufructuario cedit incrementum alluuionis, sic cedat emphyteuticario: vt infra, de vsufructu. l. item si fundi. §. sed si. versicu. huic. Item scriptum ad scriptum: vt diximus supra, eo. l. non possunt. Item non scriptum, ad scriptum ius: vt C. de epis. aud. l. si lenones. & no. hic ar. pro nobis. his enim temporibus tantam habebat potestatem populus Romanus secundum omnes, quantam hodie princeps: sed olim prius spectabatur consuetudo alicuius loci quàm Romæ: ergo & hodie: & sic magis quàm lex scripta. ergo consuetudo particularis alicuius municipij, derogat legi in eo municipio: vt infra, com. præ. l. venditor. §. si constat.

b *Vtimur.* quia non habemus: & certè idem si habemus, sed non sunt in vsu: vt in fine legis.

c *Et.* pro id est.

d *Tunc ius.* id est consuetudo.

e *Inueterata.* scilicet cuius non extat memoria, secundum quos-

f *Consuetudo.* scilicet Romanorum.

g *Suffragio.* id est consensu in scriptis redacto. Ioannes.

h *Factis.* id est consuetudine. quasi. d. nihil interest. & not. duo bona similia: vt infra, de ædil. edi. l. si tamen. §. ei. & infra, de his qui not. infa. l. ij. §. ignominiæ. sed certè quandoque multum interest. quidam enim sunt qui declarant voluntatem suam rebus, & factis, & verbis: vt summi magistratus. quidam verbis tantum: vt municipales: vt infra, de off. eius cui man. est iurisdict. l. j. & de iurisdict. om. iu. l. magistratibus. quidam rebus & factis tantum, & non verbis: vt quilibet contra seipsum: vt infra, de arbit. l. pe. & infra. l. si quis cautio. l. ij. §. si quis tamen.

¶ Eorum [m] dumtaxat pupillorum adrogatio permittẽda est his, qui vel naturali cognatione, vel sanctissima affectione ducti adoptarent: cæterorum prohibenda est, ne sit [n] in potestate tutorum, & finire tutelam, & substitutionem à parente factam extinguere. ¶ Et primùm [o] quidem excutiẽdum erit, quæ facultates [p] pupilli sint, & quæ eius, qui adoptare eũ velit: vt æstimetur ex comparatione [q] earum, an salubris adoptio posit pupillo intelligi. deinde, cuius vitæ [r] sit is, qui velit pupillum redigere in familiam suam. tertiò cuius idẽ ætatis sit: vt æstimetur an melius sit de liberis procreandis cogitare eum, quàm ex aliena familia quemquam redigere in potestatem suam. ¶ Præterea videndum est, an non debeat permitti ei, qui vel vnum habebit, vel plures liberos, adoptare alium: ne aut illorum quos [ex] iustis nuptiis procreauerit, deminuatur spes, quam vnusquisque liberorum obsequio [s] parat sibi: aut qui adoptatus fuit, minus percipiat, quàm dignum erit eum consequi. Interdum & ditiorem permittetur adoptare pauperiori, si vitæ eius sobrietas [t] clara sit, vel affectio honesta, nec incognita. ¶ Satisdatio [u] autem in his casibus [x] dari solet [y].

XVIII. MARCELLVS libro vicesimosexto Digestorum.

NOn aliter enim voluntati eius, qui adrogare pupillum volet, si causam eius ob alia [z] probabit [a], subscribendum [b] erit, quàm si cauerit [c] seruo publico [d], se restituturum ea, quæ ex bonis eius consecutus fuerit, illis, ad quos res peruentura esset, si adrogatus permansisset in suo statu [e].

XIX. VLPIANVS libro vicesimosexto ad Sabinum.

HIs verbis [f] satisdationis, quæ ab adrogatore præstari debet. *Ad* [g] *quos ea res pertinet*: & libertatibus prospectũ esse [h], quæ secundis tabulis dari solet.

n *Ne sit.* si enim passim permitteretur adoptare cuilibet: eueniret, vt tutor adoptaret pupillum: & sic finiretur tutela: cum omni ca. de pupilli tutela finiatur: vt instit. quibus modis tutel. fin. §. sed & pupilli. item extingueretur substitutio: cum pupillaris substitutio à patre facta, testamentum filij esse dicatur: vt instit. de pupillari substitutione. §. igitur. & capitis deminutione etiam minima testamẽtũ infirmetur: vt instit. quibus modis testament. infir. §. alio.

o *Et primum.* id est post prædicta, vt appareat sancta affectio in tutore, & aliis.

p *Quæ facultates.* facit infrà, de priuil. credi. l. si creditores.

q *Comparatione.* facit infrà, de testa. l. tertia in principio. & infrà, de transl. cum hi. §. in persona.

r *Cuius vitæ.* scilicet prodigus, an parcus.

s *Obsequio.* vt. C. de inofficioso testamen. l. si quando. §. illud.

t *Sobrietas.* plus enim facit grauitas & benigni mores ad fidem, quàm facultates: vt infra, de tut. & cura. da. ab his. l. scire oportet. §. penult. & infra, de verborum obliga. l. si quis stipulatus. in fin. & facit instit. de suspe. tu. §. fin.

u *Satisdatio.* i. cautio cum fideiussore.

x *Casibus.* scilicet impubere adrogato.

y *Dari solet.* scilicet adgnatis adrogati, & aliis, vel seruo publico, id est tabellioni stipulanti pro eis, quòd restituat ipsis bona adrogati, si apud eum decesserit, adhuc impubes: vt infra, eodem, lege proxi. & lege seq. Acc.

z *Non aliter enim. Obalia.* quia probauit omnes casus, qui superiori lege continentur. quid si de his omnibus quæsitũ non fuerit? Respon. non valet adoptio: vt infrà, de transact. l. cum hi. §. si prætor. &. C. eo. l. cum enim. licet sit arg. contra. infra, de senato. l. senatoris filius. &. j. de ven. insp. l. j. in fin.

a *Probabit.* scilicet adrogator.

b *Subscribendum.* id est consentiendum à principe, vel ab alio vice principis.

c *Si cauerit.* id est promiserit.

d *Seruo publico.* i. tabellario: vt infra, rem pupilli sal. fo. l. si pupillus. & instit. eodem. §. cùm autem. seruus autẽ non potest esse tabellio: vt. C. de tabular. scrib. l. generali. libro decimo. *Seruus tabellio esse non potest.*

e *In suo statu.* i. si se in adrogationem non dedisset. Accursius.

f *His verbis.* ad quos ea res pertinet. vt infra proxime.

g *Ad quos.* vel materialiter, vel causatiuè. * *aliàs, significatiuè.*

h *Prospectum esse.* impropriè: vt infra, de verborum significatione. l. sciendum. §. finali.

BIU Cujas

a *Dubitat.* alias enim actio substitutis: vel legatariis non daretur, cum testamentum sit ruptum capitis deminutione: vt institu. quibus modis testa. infr. §. non tamen. & facit infra, de vul. substi. l. causa.

b *Vtilis actio.* Not. intelligi stipulationem, vbi non est. sic infra, si cui plus quàm per legem Falcid. l. nisi. §. item sciendum. & C. de rei vxo. acti. in princi. & in authen. vt nul. iudi. §. super hoc. colla. ix. & facit ad hoc infra, de vsufruct. earum rerũ quæ vsu consu. l. hoc senatusco. §. j. & de dam. infect. si finita. in principio.

c *Hæc autẽ. Impubes.* ergo in adulto non habet locum hæc stipulatio, etiã ab initio.

d *In pupilla.* Nam appellatione pupilli, & pupilla continetur. sed non econtra: vt infra, de leg. iij. l. seruis legatis. §. sed pueris.

e *Nam & fœminæ. Adrogari.* passiuè, non actiuè, nisi impetrét à principe solatium liberorum amissorum: vt. C. eod. l. mulierem. & instit. eod. §. fœminæ.

Si adrogator.] CASVS. Adrogator decesit, filio adoptiuo relicto impubere. decesit tandem impubes iste. tenentur hæredes adrogatoris bona restituere impuberis, his qui veniſſent ad successionem eius ab intestato, si adrogatus non fuisset: & dare etiam quartam partem, quantam reliquit ei adrogator. & in ista quarta potest ei substituere vsque ad pubertatem, & non vltra. Vltimo dicitur, quòd hoc locum habet etiam si quis adrogauerit in locum nepotis. Viuianus.

f *Si adrogator.* hæc lex loquitur cum adrogator prius in fata concesit, & bene. & sic postea pubere decedente substitutus ei in paterno testamento admittetur per bonorum possessoriam hæreditatis petitionem: quia tempore mortis inueniebatur sui iuris: & sic reconfirmata est substitutio extincta per adrogationem: vt institu. quibus modis testamen. infr. §. non tamen. sed quid si prius decesisset impubes? videtur substitutus non admitti: sed illi qui succederent ab intestato si adrogatus remansisset in suo statu: vt institu. quibus modis testamen. infr. §. non tamen. & supra eodem. l. nec ei. §. eorum. sed dic, substitutum admitti ex stipulatione tacita, vel expressa, quasi lex fingat testamentum non rumpi: vt supra eodem. l. his verbis. sed pone adrogatorem substituisse aliquem in quartam quam ei dat ex bonis propriis, & impuberem post adrogationem decesisse. numquid dicam admitti substitutum in quarta ad ipsam quartam, & venientes ab intestato ad alia bona, si ponas nullum substitutum à patre naturali? non audeo hoc dicere, cum nemo pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere potest: vt infra, de regulis iuris. l. ius nostrum. sed numquid dicam substitutum à patre naturali in cæteris bonis admitti in quartam: substitutum ab adrogatore, quasi ex duobus testamentis successerit? dicam ergo substitutum in quarta, & quartam iure institutionis, & eius occasione etiam alia bona habiturum. & tenetur substitutus in testamento patris naturalis si habet: vel si nullus fuerit substitutus, tenetur venientibus ab intestato vtili actione ex stipulatu reddere bona adrogati. vel dic, quòd hæredes adrogatoris teneantur vtili actione, scilicet petitione hæreditatis substituto à patre naturali eo casu quando habuit substitutum. Et sic ex prædictis videbitur iste adrogatus decesisse duobus testamentis conditis pro se: vno à patre naturali: alio ab adrogatore: quod est mirabile. nec alibi inuenitur, nisi in milite: vt infra, de mili. testamen. l. quærebatur. in principio. & institu. de hæredi. institu. §. hæreditas. versicu. non autem.

Decedere quis potest duobus testamentis conditis.

tæ sunt, & multo magis substituto seruo, item legatariis, nemo dubitat[a]. quæ satisdatio si omissa fuerit, vtilis actio [b]in adrogatorem datur.

XX. MARCELLVS libro vicesimosexto Digestorum.

HAec autem satisdatio locum habet, si impubes[c] decesit. sed etsi de pupillo loquitur, tamen hoc & in pupilla[d] obseruandum est.

XXI. CAIVS libro singulari Regularum.

NAm & fœminæ ex rescripto principis adrogari[e] possunt.

XXII. VLPIANVS libro vicesimosexto ad Sabinum.

SI adrogator[f] decesserit, impubere relicto filio adoptiuo[g], & mox impubes decedat: an hæredes adrogatoris teneãtur? [h] Et dicendum est, hæredes quoque restituturos[i] & bona adrogati, & præterea quartam partem[k]. Sed an impubes adrogator substituere possit, quæritur? & puto non admitti substitutionem, nisi fortè ad quartam solam[l] quam ex bonis eius consequitur, & hactenus, vt ei vsque ad pubertatem substituat. Cæterùm si fidei eius committat, vt quãdoque restituat, non oportet[m] admitti fideicommissum: quia hoc non iudicio[n] eius, ad eum peruenit, sed principali prouidentia[o]. Hæc [autem] omnia dicenda sunt, siue in locum filij, siue in locum nepotis aliquis impuberem adrogauerit.

XXIII. PAVLVS libro trigesimoquinto ad edictum.

QVi in adoptionem datur: his quibus adgnascitur[p], & cognatus fit. quibus verò non adgnascitur, nec cognatus fit. adoptio enim nõ ius sanguinis, [q] sed ius adgnationis[r] affert. & ideo si filium

g *Adoptiuo.* non hærede relicto, sed aliis extraneis institutis. Accursius.

h *Teneantur.* scilicet substitutis in testamento patris naturalis: vel etiam agnatis.

i *Restituturos.* scilicet eis qui veniſſent si adrogatus non esset, & hoc per directam actionem ex stipulatu, id est natam ex verbis expresis si satisdatum est seruo publico: vel si non, tunc per vtilem: vt suprà, eodem. l. non aliter. &. l. his verbis. & infra, de vul. sub. l. causa. & per bonorum possessoriã hæreditatis petitionẽ: vt in alia glossa.

k *Quartam partem.* id est ex cõstitutione diui Pij: vt infra, de col. bo. l. j. §. si impuberi. & infra, de inofficioso testamen. l. Papinianus. §. si quis impubes. & institit. eodem. §. cum autem. & hæc quarta petitur condictione ex dicta lege diui Pij, cum ad eum stipulatio porrigi non videatur: vt supra, eodem. l. non aliter. & institu. eodem. §. cum autem. sed an hæc quarta est omnium bonorum, vel portionis sibi ab intestato debitæ tantum? Respond. quidam, omnium. & secundum eos inuenitur plus adoptiuus quàm legitimus habere: si fortè sunt quatuor legitimi vel plures. & vnus adoptiuus. vnde dic quartam, scilicet sibi debitæ portionis ab intestato, vt in naturali quem pater vult exhæredare: vt. C. de inofficioso testamen. l. parentibus. cum adoptio naturam imitetur: vt supra, eodem. l. adoptio enim. Accursius.

l *Quartam solam.* subaudi, & ad cætera quæ beneficio adrogatoris ad eum peruenerint: vt infra, de vulg. substi. l. sed si plures. §. in adrogato quoque. quæ est contra. vel dic: quartam solam, id est tantum. & subaudi, & eam partem quam & cætera. & est similis lectura. C. de sacrosan. eccle. l. placet.

m *Oportet.* sed si aliud vltra quartam ei reliquit, poterit ei substituere in eo post pubertatem: vt. j. subiicit.

n *Iudicio.* id est non mera liberalitate.

o *Prouidentia.* quæ istud statuit, scilicet constitutione diui Pij.

Qvi in adoptionem.] CASVS. Filius meus quem in adoptionem tibi dedi, efficitur quidem iste filius post adoptionem cognatus illis quibus erat adgnatus ante adoptionem. Vel aliter dic, efficitur cognatus his quibus adgnascitur. & de hoc ponit exempla, ita quòd si filium adoptauero, vxor mea isti filio adoptiuo non fit mater: nec eius cognata fit, vel agnata. Item mater mea non est illi auia. sed si habeo filium, efficitur frater filiæ meæ: dum tamen nec vxorem meam, nec matrem meam ducat in vxorem. Viuianus.

p *Adgnascitur.* id est quibus erat adgnatus ante adoptionem, efficitur cognatus post adoptionem, secundum M. sed male. quid enim si prorsus ab extraneo adrogetur? non fieret adgnatio, vel cognatio, secundum eum: quod est falsum: vt infra, vnde cog. l. j. §. cognationem. sed ipse de primis adgnatis fortè intellexit, qui per capit. demi. desinunt esse adgnati, sed remanent cognati. dic ergo, adgnascitur his tantum quibus est adrogator adgnatus. sed in quo apparebit hęc adgnatio, vel cognatio? Respond. in iure quod habent adgnati inter se, & consequenter in eo quod habent cognati in succedendo, & aliis: vt infra, de su. & legi. l. ij. §. hæreditas. sed hodie hoc habet locum tantum in adrogatione, non in adoptione, nisi detur non extraneo: vt. C. de adopt. l. cum in adoptiuis. §. sed si quidem. & institu. eodem. §. sed hodie.

q *Sanguinis.* id est cognationis.

r *Adgnationis.* quod est ius ciuile. & sic ciuile ciuili se appli-

cat

cat non naturali.

a *Matris loco non est.* sed nouerce: vt infra, de ri. nup. l. adoptiuus. primo respon.

b *Familiam.* hic ponitur familia pro adgnaticia cognatione. infra, de verb. signi. l. pronunciatio. §. communi.

c *Nuptiis.* hoc tamen ✓ sed tamen, sive hoc proba tamen &

adoptauerim, vxor mea illi matris loco non est[a]: neque enim adgnascitur ei: propter quod nec cognatus eius fit. Item nec mater mea, auiæ loco illi est: quoniam his qui extra familiam[b] meam sunt, nō adgnascitur. sed filiæ meæ, is, quem adoptaui, frater fit: quoniam in familia mea est filia: nuptiis[c] tamen etiam eorum prohibitis.

XXIIII. VLPIANVS libro primo Disputationum.

NEque[d] absens, neque dissentiens adrogari potest.

Pater contra emancipationem à se factam & diuturnitate temporis roboratam, venire non potest. Bartolus.

XXV. IDEM libro quinto Opinionum.

POst mortem filiæ suæ, quæ vt materfamilias quasi iure emancipata vixerat, & testamento scriptis hæredibus decessit: aduersus factum suū[e], quasi non iure eam, nec præsentibus testibus emancipasset, pater mouere controuersiam prohibetur[f].

Id quod per me possum, non possum per alium.

f Neque adoptare, neque adrogare quis absens, nec per alium[g] eiusmodi solennitatem peragere potest.

XXVI. IVLIANVS libro septuagesimo Digestorum.

QVem filius meus emancipatus adoptauerit: is nepos meus nō erit[i].

XXVII. IDEM libro octagesimo Digestorum.

A QVem filius.] CASVS. Titius filius meus emancipatus aliquem adoptauit: an sit iste quem filius meus adoptauit, mihi loco nepotis? Respondeo, quòd non est nepos meus. Viuia.

h *Non erit.* quia filius meus desiit esse per emancipationem adgnat[b]: vnde nec per eum alius fit mihi adgnatus: vt. ſ. e. l. qui in adoptionem. Hodie tamen cum filius per emancipationē non desinat esse adgnatus, videtur quòd ille sit nepos: vt insti. de leg. agnat. §. fina.

EX adoptiuo[l] natus, adoptiui locum obtinet in iure ciuili[k].

XXVIII. GAIVS libro primo Institutionum.

LIberum arbitrium est ei, qui filium, & ex eo nepotem in potestate habebit: filium quidem potestate dimittere, nepotem vero in potestate retinere: vel ex diuerso, filium quidem in potestate retinere, nepotem vero manumittere[l]: vel omnes[m] sui iuris efficere. eadem & de pronepote dicta esse intellegemus.

B

Nota, quòd in adoptione verborum expressio non requiritur.

XXIX. CALLISTRATVS libro secundo Institutiouum.

SI pater naturalis loqui quidem non possit, alio tamen modo quàm sermone manifestum facere possit, velle se filium suum in adoptionē dare: perinde confirmatur adoptio, ac si iure[n] facta esset.

XXX. PAVLVS libro primo Regularum.

C ET qui vxores nō habēt[o], filios adoptare possunt.

Opponitur de. l. si lenones. C. de epis. au. Sol. hæc regula fallit in casibus hic notatis, & no. institu. qui. mod. ius pa. po. sol. §. si. sed quid econtra, vide glo. l. nec anus. C. de emanci. libe. Nam beneficium non confertur in inuitum &c. Bar.

XXXI. MARCIANVS libro quinto Regularum.

NOn potest filius, qui est in potestate patris, vllo modo[p] cōpellere eū ne sit in potestate: siue unatralis, siue adoptiuus. Accursius.

Si pater.] CASVS. Pro intellectu huius legis præsuppone, quòd qui dat filium suum in adoptionem, consentire debet. D vnde pone quòd pater consentire non potest expressim, quia mutus, si consentiat alio modo quàm verbis expressis, valet adoptio. Viuianus.

n *Iure.* id est expressis verbis. vbi enim sermone opus nō est, ibi consensus solus sufficit: vt infra, de actio. & obliga. l. in quibuscunque. & infra, de verb. oblig. l. si stipuler. §. fin. & facit infra, si cer. peta. l. cum quid. & infra, de regu. iur. l. vbi. Accursius.

o *ET qui vxores non habent.* subaudi, tamen habere possunt. vt. de spadones adoptare possunt: castrati nō: vt infra, eo. l. adrogato. §. fin. & institu. e. §. sed & illud. & suprà eo. l. ij. §. fin. & infra, de iure do. l. si serua seruo. §. si spadoni. Accursius.

Non potest.] CASVS. Hæc. l. traditur quòd filius patrem cogere non potest, quòd emancipet eum: siue sit filius naturalis, siue adoptiuus. vnde pone: Vitricus cum esset tutor, priuignum adoptauit: quod potest: cogitur tamen causa cognita eum emancipare. nam si pubes sit factus, bene cogetur vitricus priuignum emancipare, si non expediat priuigno, quòd sit in potestate vitrici. & hoc dicit hæc lex cum duabus. ll. sequentibus. Viuianus.

Pater cogitur aliquādo filium emancipare.

p *Vllo modo.* ſ. regulariter. nam in casibus quatuor secus:

Contra factū suū an quis venire possit.

e *Factum suum.* No. quem non posse venire contra factum suū. sic. j. de ser. rust. prædi. l. per fundū. in glo. fi. & C. de seruo pig. da. l. si creditoribus. & C. de reuo. do. l. cum profitearis. & C. de remiss. pig. l. j. Sed argu. cōtra. C. de agri. & cēsi. l. quē admodū. lib. xj. & C. de lib. cau. l. j. & C. de murile. l. murileguli. li. xj. Sol. refert an aliquis faciat quod est prohibitum à lege: an quod non est prohibitum: vt emancipare non solenniter: sed tamen est eius contrarium permissum, vt emancipare solenniter, id est facit aliquid omissa illa solennitate quam vult lex intercedere. In primo casu non obstat factum suum alicui. In secundo ob. vt. C. de agri. & censi. d. l. quemadmodum.

ADDITIO. Dic, quòd ibi fuit factum contra legem, hic autem præter, secundum Bart.

f *Prohibetur.* immò videtur pater admittendus: vt. C. si adverſ. rem iudi. l. si cum pater. &. C. ne de sta. defun. l. quod est constitutum. & infra, de proba. l. ab ea parte. in fi. quę sunt contrarię. sed dic, qp hęc duo obstant patri, & factum suum, & longi temporis cursus, puta decennium, vel plus: in legibus contrariis vnum tantum. ſ. factum: ar. C. de fun. pa. l. fi. li. xj. vel ibi in. l. illa, ne de sta. defun. non admittitur pater, sed hæredes eius admittuntur: quoniam si illa veniret ad patris hæreditatem, repellerent eam, nisi omnia quæ adquisiuisset, reduceret in commune. vel ibi ab alio: hic à patre.

Quædam possum per me, quæ per alium non possum.

g *Nec per alium.* No. quædā possum per me, q̄ per aliū nō possum: vt hic, &. C. de iudi. auct. ad hæc. &. C. de his qui ve. ęta. impe. l. ij. in glo. per se. &. j. de adqui. hæredi. l. si solus. in fi. & ibi glo. Sed arg. contra. j. de admi. tuto. l. ita autem. §. gesisse. &. ſ. de sta. ho. l. Arethusa. in fin. Sol. colligitur. C. de cadu. tol. l. j. §. ne autem.

Manumissio seruos tantū respicit.

l *Liberum manumittere.* improprie ponitur, cum manumissio seruos tantum respiciat: vt infra, quādo actio de pecu. est an. l. j. §. j.

m *Vel omnes.* id est ambos. & est pro nobis in eo quod dixim. ſ. eo. l. sed &. facit ad hanc legem insti. qui. mo. ius pa. po. sol. §. admonendi. Sed ar. contra infrà, de vul. & pupil. substi. l. sed & si plures. §. filio. Accursius.

BIU Cujas

vt si filiæ necessitatem peccandi imponat: vt. C. de epis. audi. si lenones. Item si male se pater contra filium habuit: vt infrà, si à paquis fue. ma. l. fin. Item si legatum sit patri relictum, hac conditione, vt filium emancipet: & accepit: vt infrà, de condit. & demon. l. si cui. Item est quartus: vt infrà. l. proxi. quæ in vitrico & priuigno loquitur. Idé est generaliter in quolibet minore adrogato: vt infrà, de mino. l. iij. §. si quis minor. & facit ad hanc legem insti. quib. mo. ius pa. po. sol. §. fi. &. C. de emã. libe. nec auus. &. j. vnde libe. l. filio. in fi. Accur.

a *Nonunquã. Causa cognita.* vt si locuples sit pupillus adrogatꝰ à paupere vel prædone. sic. j. de mino. l. iij. §. si quis minor. Ac.

b *Adoptare.* No. vitricum posse esse tutorem priuigni sui: vt. C. de contra. iudi. tuto. l. fi. item no. q̃ potest eum adrogare. Sed cõtra. ē. l. nec ei. in princ. Sol. vt ibi, vel dic specialiter à principe fuit impetratum, secũdum Io.

c *Et si pubes.*] *Redigi.* id est redactũ fuisse. Accursius.

Si tibi.] CASVS. Filium meum hoc pacto in adoptionem tibi dedi, vt post triennium eum in adoptionem mihi des. non valet quidem talis adoptio. Viuia.

d *Si tibi.* aliàs incipit, si tibi. & aliàs, quæsitũ est. Accur.

e *Datus.* à me patre, vel ab alio. Accur.

f *Actio.* id est actus. sic. C. de sacrosan. eccle. authen. hoc ius. vel dic propriè. Accur.

g *Actionem.* i. actum. vel dic, propriè, vt modo. vnde nota, q̃ dies habetur pro non apposita, & pactum totum, vt. j. de reg. iur. l. actus legi. &. j. de hæredi. instit. hæreditas. Accur.

† *Vide omnino quid no. Inno. extra, de offi. lega. c. quod trãsla tionẽ. & eo. ti. c. nouit.*

Per adoptionẽ.] CALVS. Si plebeius senatorem adoptet, manet senator. & qui adoptatus est, si est filius senatoris, manet filius senatoris. Viuianus.

h *Augetur.* domicilium etiam adiicitur: vnde ibi potest conueniri: vt. j. ad munici. l. ordine. in fi. Item nota non minui dignitatẽ adoptione. sic. j. de sena. l. senatoris filius. §. à senatore. secus per matrimonium: vt infrà, eod. tit. l. fœminæ. &. C. de dignitatibus. lib. duodecim. &. l. mulieres. Accursius.

Emancipari.] CASVS. Filium meum quocumque loco, dum tamen idoneo, emancipare possum. Item possum emancipare filium coram præside, etiam si non regat prouinciam illam vbi emancipo filium meum. Viuianus.

i *Loco.* idoneo tamen. sic. j. de constitu. pecu. l. qui autem. in fin. &. l. si duo. vel non inhonesto: vt. j. de arbi. l. si cum dies. §. si arbiter. dic ergo, in quacumque prouincia, & in quacumque ciuitate: coram iudice tamen: vt insti. quib. mo. ius pa. po. sol. §. nostram autem. sit ordinarius vel non: vt infrà. de manu. vin. l. etiam. §. fin. dico enim magistratus municipales habere hanc potestatem: vt. C. de magistra. munici. l. ij. Accursius.

k *Non est.* non ergo debuit ei pareri: vt infrà de iurisdi. om. iu. l. fi. quæ est contra. sed hic de voluntaria. ibi de contentiosa iurisdictione dicit: arg. infrà, de of. proconsu. & leg. l. ij. in princi. vel hic inter homines suæ iurisdictionis: ibi non.

Adoptare.] CASVS. si filium non habeo, possum nihilominus aliquem in nepotem adoptare. Secundo dicit, quod si emancipo illum quem adoptaui, vel alij do in adoptionem, non possum eum iterum adoptare. Viuianus.

l *Adoptare.* facit insti. eod. §. licet. Arg. contra suprà, eod. l. adoptio enim.

m *Non potest.* ne leges sint ludibrio: vt. C. de bo. quæ libe. l. fin. circa finem. &. C. de cura. furi. l. cũ aliis. in fi. & infrà, de iudi. l. si prætor. secus in naturali: qui non translatus sed reditus videtur: vt. j. de libe. & posthu. l. filio. quę est contra. &. ē. eo. l. si pater. §. qui duos, & infrà eo. l. si pater.

Adoptio.] CASVS. Si adopto aliquẽ non rectè, vt quia debebam coram principe, & adrogaui coram magistratu: princeps potest hoc confirmare, & in ista confirmatione debẽt esse illi qui læderentur ex hac vel per hanc confirmationem: vt in. l. sequenti, quæ continuatur cum ista. Viuianus.

Contrà. cens Filu.

n *Facta.* vt corã magistratu: cum esset sui iuris, vel coram senatu. vel secũdum H. coram magistro de Grãmatica: vel facta sine testibus, vel sine scriptura. Accursius.

o *Nam ita. Desideras.* vt adoptio non iure facta confirmari possit.

p *Qui læderentur.* si nõ interessent confirmationi: vt sunt tutores & curatores: & filius, cum loco nepotis aliquis adoptatur: vt. ē. l. cum nepos. nam quod omnes tangit &c. vt. C. dè auctorita. præstan. l. fin. sed an adgnatorum? Respon. fortè sic. secundum Io. nec ob. suprà, eod. l. cùm adoptio. quia hic loquitur quando per rescriptum confirmatur. Vnde est hic ar. quòd quando rescripta impetrantur, debeant interuenire qui per rescriptum læderentur: vt ar. infrà, de na. re. l. fina. & infrà, de mino. l. in causæ. j. §. causa. & in authen. vt spon. lar. §. ad hæc. colla. viij. & causæ merita partium &c. vt. C. si per vim vel alio modo. l. fina.

Rescri. impetra. debent in terueniri qui per ea lædi possit.

Drogato.] CASVS. Si adrogo aliquem efficitur in mea potestate: & filij sui. secus in adoptione est. nam pater naturalis retinet nepotes in sua potestate. Item dicit, quod adoptator debet esse maior xviij. an. eo quem adoptat. Item dicit, quòd spado adrogat, & poterit sibi instituere. Viuianus.

q *Potestate.* vt hic. & suprà eod. l. ij. §. fi. &. l. si paterfa. in prin. & infrà, de ca. de. l. iij. in prin.

r *Retinentur.* sed an recidant in potestatem adrogatoris, si postea auus naturalis moritur? Respon. sic, vt suprà eod. l. paterfamil.

Pubertas

s *Plena.* Nota: plena dicitur quandoque xiiij. annorum: vt *triplex.* insti.

TIVVS.

XXXII. PAPINIA. libro trigesimo primo Quæstionum.

NOnnunquam autem impubes, qui adoptatus est, audiendus erit, si pubes factus emancipari desideret. idq; causa cognita[a] per iudicem statuẽdum erit. ℣ Imperator Titus Antoninus rescripsit, priuignum suum tutori adoptare[b] permittendum. B

XXXIII. MARCIANVS libro quinto Regularum.

ET si pubes factus, non expedire sibi in potestatem eius redigi[c] probauerit: æquũ esse emancipari eum à patre adoptiuo, atque ita pristinum ius recuperare.

XXXIIII. PAVLVS libro vndecimo Quæstionum.

QVæsitum est, si tibi[d] filius in adoptionẽ hac lege sit datus[e], vt post trienniũ puta eundem mihi in adoptionem des: an actio[f] vlla sit? & Labeo putat nullam esse actionem[g]. nec enim moribus nostris conuenit filiũ temporalẽ habere.

XXXV. IDEM libro primo Responsorum.

PEr adoptionẽ dignitas nõ minuitur, sed augetur[h]. vnde senator etsi à plebeio adoptatus est, manet senator: similiter manet & senatoris filius.

Emancipatio & adoptio, quæ de voluntaria iurisdictione sunt, possunt fieri quocumque loco: dũ tamen idoneo. Barto.

XXXVI. IDEM libro octauo decimo Responsorum.

EMancipari† filium à patre quocumque loco[i] posse constat, vt exeat de patria potestate. Apud proconsulem etiam in ea prouincia, quã sortitus non est[k], & manumitti, & in adoptionẽ dari posse placet.

XXXVII. IDEM libro secundo Sententiarum.

ADoptare[l] quis nepotis loco potest, etiam si filium non habet. ℣ Eum quẽm quis adoptauit, emancipatum vel in adoptionem datum iterum nõ potest[m] adoptare.

Hæc lex cum sequen. est bona, & quotidie allegatur. In confirmatione adoptionis, non iure factæ, requiritur citatio illorum qui ex confirmatione possunt lædi.

XXXVIII. MARCELLVS libro vicesimo sexto Digestorum.

ADoptio non iure facta[n], à principe cõfirmari potest.

XXXIX. VLPIANVS libro tertio de officio Consulis.

NAm ita diuus Marcus Eutychiano rescripsit: Quod » desideras[o], an impetrare de- » beas, æstimabunt iudices, adhi » bitis etiam his, qui contradice- » rent: * id est, qui læderentur[p] » confirmatione adoptionis. *Contrà.

In potestatem adrogatoris, non solum transit adrogatus, sed filii eius. Bartolus. C

XL. MODESTINVS libro primo Differentiarum.

ADrogato patrefamilias, liberi, qui in eius erant potestate[q], nepotes apud adrogatorem efficiuntur: simulque cum suo patre in eiusdem recidunt potestatem. quod non similiter in adoptione cõtingit. nam nepotes ex eo, in aui naturalis retinentur[r] potestate.

Nõ tãtum cum quis adoptat, sed & cum adrogat, maior esse debet eo, quem sibi per adrogationem vel per adoptionem filium facit: & vtique plena[s] auctorita. præstan. l. fin. sed an adgnatorum? Respon. fortè sic. secundum Io. nec ob. suprà, eod. l. cùm adoptio. quia hic loquitur quando per rescriptum confirmatur. Vnde est hic ar. quòd quando rescripta impetrantur, debeant interuenire qui per rescriptum lædentur: vt ar. infrà, de na. re. l. fina. & infrà, de mino. l. in causæ. j. §. causa. & in authen. vt spon. lar. §. ad hæc. colla. viij. & causæ merita partium &c. vt. C. si per vim vel alio modo. l. fina. D

BIU Cujas

instit. quibus mo. tute. fin. in princip. plenior xvij. an. in qua quis postulare potest: vt infra, de postula. l. j. §. pueritiam. & institu. qui manumit. non pos. §. finali. alia plenissima: scilicet. xviij. an. vt hic: & quando relinquuntur alimenta impuberibus: vt infra, de alimen. & ci. leg. l. Mela. in princip. Sed numquid si plures adoptat, pluribus pubertatis præcedere debet? Videtur quòd sic: vt infra, de no. ope. nuncia. l. de pupillo. §. si in pluribus. ibi, quia in re? Sed id non credo, cum & naturaliter plures nasci possint: vt infrà, de solu. l. si pater. & infra, si pars hære. peta. l. antiqui. & adoptio naturam imitatur.

* plene pubertatis, Flo.

* adsciscere Flo.

a *Accersere.* id est sibi hæredem suum constituere, seu asciscere (vt vult Bu.) vt hic, & supra eo. l. ij. §. illud.

Si pater.] CASVS. Filium habebã Titium, & ex eo nepotem. emancipaui Titium filium meum, & nepotem in potestate mea retinui: & postea illum filium meum emancipatum adoptaui: & postea decessi. nunquid nepos meus recidit in potestatem Titi? & respõdetur quòd nõ. Secundo dicit: Pone, Titium alij in adoptionem dedi: & nepotẽ in potestate mea retinui: & iterum Titium adoptaui. in hoc casu non recidit in Titij patris sui potestatẽ iste nepos. Viuianus.

b *Si pater.* Duos potuit casus. primo, emancipauit filium pater nepote in potestate sua retento. secundo casu, dedit eum alij in adoptionem. & totum intellige in patre naturali. nam adoptiuus readoptare non posset: vt suprà eod. l. adoptare. §. eum. sed quæ est ratio quare non recidit, cum in pristinum statum redierit? Respon. quia quasi liberatus fuit hic nepos à patris sui potestate, eo scilicet patre emancipato: id est hoc consecutus est, quòd non debeat auo mortuo in eius recidere potestatem. & qui liberatus est, postea reuerti non potest nisi per adoptionem, vel nisi ingratus existat: vt supra eod. l. qui liberatus. & in auth. constit. quæ de dig. §. illud quoque. col. vj. & in authen. de sanc. epis. §. sed hoc quidem. colla. ix. est & alia ratio, quia emancipatus filius naturalis, postea adoptatus, consequitur id per adoptionem, quòd quilibet alius extraneus si adoptaretur: & nihil amplius. ergo finita adoptione, quod fit morte patris, omnia iura per eum quæsita, perdit: vt suprà eod. l. in omni.

* vel incer. Flo.

c *Mortuo eo.* scilicet auo.

d *Quem.* s. filium. & hæc non sunt vera, si filius de potestate exiit per dignitatem. quia omne bonum &c. vt in auth. consti. quæ de dig. §. illud. quæ est contra. col. vj.

Etiam.] CASVS. Filium meum infantem dedi in adoptionem. an possum, quæritur? Et dicitur quòd sic. Viuianus.

e *Etiam infantem.* qui est vsque ad. vij. an. vt. C. de iure delibe. l. si infanti. item hoc in adoptione: secus in adrogatione: vt. §. eo. l. in adoptionibus. nisi fieret, vt diximus suprà eo. l. ij.

f *Adoptiones. Deinceps.* vt si pronepotis loco aliquem adoptem, quasi ex nepote natum: & sic de singulis. & facit ad hoc instit. eod. §. licet.

Si in.] CASVS. Nepotem habebam ex filio meo. postea quendam alium in loco nepotis adoptaui. decessi tandem. an ius paternitatis sit inter istos, quæritur. distinguitur: aut adoptati, quasi ex filio mortuo: & hoc casu non erunt fratres. aut quasi ex filio viuo: & erunt fratres. Sed dominus V. aliter distinxit. aut

pubertate*, id est, decem & octo annis eum præcedere debet. Spado adrogando suum hæredem sibi accersere a * potest: nec ei corporale vitiũ impedimento est.

Emancipato filio, vel in adoptionem dato, nepos ex eo post mortem aui non recidit in potestatem ipsius.

XLI. IDEM libro secundo Regularum.

SI pater b filium, ex quo nepos illi est in potestate, emancipauerit, & postea eum adoptauerit: mortuo c eo nepos in patris nõ reuertitur potestatem. nec is nepos in patris reuertitur potestatẽ, quẽ d auus retinuerat *, filio dato i adoptionẽ, quẽ denuo redadoptauit.

XLII. IDEM libro primo Pandectarum.

ETiam infantem e in adoptionem dare possumus.

XLIII. POMPONIVS libro vicesimo ad Qu. Mucium.

ADoptiones non solum filiorum, sed & quasi nepotũ fiunt: vt aliquis nepos noster esse videatur, perinde quasi ex filio, vel deinceps f * natus sit.

XLIIII. PROCVLVS libro octauo Epistolarum.

SI is, qui nepotem ex filio g habet, in nepotis loco aliquẽ adoptauit: non puto, mortuo auo iura cõsanguinitatis h inter nepotes futura i esse. sed si sic adoptauit, * [vt etiam iure legis k nepos suus esset, quasi ex Lucio,] puta, filio suo l, & ex matrefamil. eius natus esset, contra puto m.

XLV. PAVLVS libro tertio ad L. Iuliam & Papiam.

ONera eius n, qui in adoptionem datus est, ad patrem adoptiuum transferũtur.

XLVI. VLPIANVS libro quarto ad L. Iuliam & Papiam.

IN seruitute mea o quæsitus mihi filius, in potestatẽ meã redigi beneficio p principis potest. libertinum tamen eũ manere non dubitatur.

DE RERVM DIVISIONE & qualitate.

TITVLVS VIII.

Lex ista ordinatè procedit, quòd res quædam sunt diuini iuris: quædam humani. quædam sunt publicæ: quædam priuatæ. quædam incorporales: quædam corporales.

I. CAIVS libro secundo Institutionum.

SVmma q rerũ diuisio in duos articulos diducitur. Nam aliæ sunt diuini iuris: aliæ humani. Diuini

A adopto expresse ex tali filio, cum plures habebam: vel habere possum: quo casu erunt fratres, vt in fin. legis dicitur. aut non dixi ex quo filio: & tunc non erunt fratres: vt in principio legis. & sic duobus modis ponitur casus. Viuianus.

g *Ex filio.* scilicet mortuo, secundum Ioan. vel dic, vt Ir. vellẽ videtur, ex filio. scilicet viuente, sed non expressit ex quo: cum plures filios haberet. infra autem in secundo casu legis expressit. & * *Eodem* sic primum non valet: quia non apparet ex quo velit. *Ranconeti habet vt tã iure legeq;*

h *Consanguinitatis.* scilicet fraternitatis, quasi ex eodẽ sanguine processisse videantur. sed iura agnationis bene erunt inter eos: vt supra eo. qui in adoptionem dantur. & sic vt agnatus admittetur, nõ vt consanguineus: & ita frater legitimus & naturalis, qui habet iura cõsanguinitatis, isti præfertur: & hoc secundum quosdam. Tu dic, quòd auo mortuo etiam ius agnationis sit sublatum. argu. s. eod. in omni. secundum Io. s. in casu, quem posuit Io. s. cum ex morrtuo adoptatur. *nepos suus esset, quàm si ex Lucio.*

B

i *Futura.* quia nec eo auo viuente fuerũt: vt suprà eod. qui in adoptionem.

k *Iure legis.* filius videtur alius iure naturæ, vt naturalis: alius iure legis, vt adoptiuus: vt hic, & s. eo. lib. j. *Filii sunt duplices.*

l *Filio suo.* scilicet viuente, secundum Io. & consentiente: vt supra eo. si quis. vnde secundum hoc est ratio in promptu: quia vbi viuente filio meo, & consentiente, & volente tanquam ex eo nepotem adopto, me decedente recidit hic nepos in eius potestatem: vnde & agnatus est eidem, & alteri fratri. vbi vero filius erat mortuus, non potest in eius potestatem recidere, qui non est. vnde inter nepotes meos, me mortuo, ius agnationis nõ est. idem est, secundum casum Ir. vt si filios habebam, nec expressi ex quo adoptarem: nam tunc propter ambiguitatem in nullius recidit potestatem.

m *Puto.* quia iura fraternitatis sunt inter eos.

Onera.] CASVS. Titius adoptauit Seium. Titius tenetur de oneribus Seij. Viuia.

C

D

n *Onera eius.* vt eum alat & sustentet, & de peculio eius nomine teneatur ex contractibus, qui postea secum fient, non prius: vt. j. de pecu. in adrogatorem. & inst. de acqui. per adrogationem. §. fi.

In seruitute.] CASVS. Cum seruus essem, filium habui. postea fui cum filio meo manumissus. potero quidem beneficio principis filium meum in potestatem meam redigere. libertinus tamẽ erit iste filius meus. Viuia.

o *In seruitute mea.* modo manumisso vna cum filio: vel etiam ex interuallo.

p *Beneficio principis.* id est per adrogationem: sed non per adoptionem, secundum Ir. & sic soluitur contra. s. eod. si pater. §. fin. & supra de sta. ho. l. fi. Tu dic, beneficio, id est principis priuilegio fieri posse: & sine eo nullo modo posse. nam non solum alienum libertum adoptare, permittere potest: vt hic, sed etiam seruum alienũ manumittere. & restituere natalibus: vt infra, de naresti. l. quæris.

DE RERVM DIVISIONE & qualitate.

q *Summa.* quia in tractatu est prima, vel nulla est compendiosior ea.

BIU Cujas

a *Portæ ciuitatum.* aliàs, non est in tex. ciuitatum. aliàs est. sed magis conuenit vt sit: sicut & instit. eo. §. sanctæ quoque.

b *Quodammodo.* non enim vere sunt diuini iuris: quia nec religio, nec consecratio in eis est: sed quia sancita est in eos pœna, qui eas violant: & ideo sanctæ dicuntur: vt instit. eo. §. sanctæ.

c *Nullius.* scilicet priuati hominis, subaudi, sed dei hominum cen-

Res multipliciter in nullius bonis dicitur.

sura, siue iudicio. Vnde dic, quòd res dicitur in bonis nullius, multis modis: natura, vt feræ bestiæ. & in his habet locum regula, quod nullius est, occupanti conceditur: vt instit. eod. §. feræ. Item censura, vt res sacræ, & religiosæ, & sanctæ: vt hic, & instit. eod. §. nullius. & hic non habet locũ regula: immo pœna imponitur si quis tetigerit: vt infra, ne quid in loco sacro. per totum. & instit. eod. §. sanctæ. *Item facto*, vt *si res pro derelicto* habeatur: & hic habet locum regula: vt instit. eo. §. penul. Item tempore, vt in thesauro: vt infra, de adqui. re. do. nunquam. §. thesaurus. & hic habet locum regula scilicet vt dimidia eius, quod inuenitur, sit eius qui inuenit: alia dimidia sit domini soli, in quo inuenitur: vt instit. eo. §. thesauros. Item casu, vt hæreditas iacens: vt infra, prox. respon. & hic non habet locum regula, cum fingatur ex tempore mortis fuisse hæredis, quando postea aditur: vt infra, de stipul. ser. si ex re. §. fin. & de regu. iur. omnis hæreditas.

d *Aut publicæ.* impropriè. i. vniuersitatis. res enim tantum Romanę ciuitatis publicæ dicũtur: vt. j. de verb. signi. l. eũ qui vectigal. aliàs publicum dicitur ius, diuino oppositum: vt. C. de sacrosanct. eccle. l. fina. in princip. Accursius.

e *Nullius.* s. hominis priuati, sed communitatis: vt sequitur. & pone exempla vt theatra, & stadia, & similia: vt instit. eo. §. vniuersitatis. & sic no. arg. quod commune est, meum non est. sic infra, eod. l. in tantum. §. j.

f *Possunt.* id est aptæ sunt sui natura, vt tangi possint. nam rem quæ est in profundo maris tangere non possumus, & tamen est corporalis.

g *In iure.* id est sub hoc prædicabili ius continetur. nam in definitione cuiuslibet rei incorporalis oportet te assumere ius: vt ecce, hæreditas est ius succedendi &c. vt infra, de regu. iur. l. hæreditas. item, vsusfructus est ius vtendi &c. vt instit. de vsufruct. in prin. item, obligatio est iuris vinculum &c. vt instit. de oblig. in princ. item, actio est ius persequendi &c. vt instit. de actio. in princ. & sic de aliis similibus.

h *Obligationes, quoquo modo contractæ.* non dicit contractus: quia ipsi magis facti sunt quàm iuris: vt infra, de cura. fu. consilio. §. quæsitum est. versi. eum quoque. quæ est contra.

i *Plerumque.* quia quandoque etiam incorporalis res nobis debetur: vt seruitus: vt. j. famil. erciscũ. hæredes. §. contra si promissor.

iuris sunt res sacræ, & religiosę: sanctæ quoque res, veluti muri & portæ [ciuitatum[a]], quodãmodo[b] diuini iuris sunt. Quod autem diuini iuris est, id nullius in[c] bonis est. id verò, quod humani iuris est, plerunque alicuius in bonis est: potest autem & nullius in bonis esse. nã res hæreditariæ, antequam aliquis hæres existat, nullius in bonis sunt. Hæ autem res, quæ humani *iuris sunt*: aut publicę[d] *sunt*: aut priuatæ. Quæ publicæ *sunt*, nullius[e] in bonis *esse* credũtur: ipsius enim vniuersitatis esse creduntur. Priuatæ autem sunt, quæ singulorum sunt. ¶ Quædam præterea res corporales sunt: quædam incorporales. Corporales hæ sunt, quæ tangi possunt[f]: veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles. Incorporales sunt, quæ tangi non possunt: qualia sunt ea, quę in iure[g] cõsistunt: sicut hæreditas, vsusfructus, obligationes, quoquo modo cõtractæ[h]. Nec ad rem pertinet, quòd in hæreditate res corporales cõtinentur. nam & fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt: & id, quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumque[i] corporale est: veluti fundus, homo, pecunia. Nã[k] ipsum ius successionis, & ipsum ius vtẽdi fruẽdi, & ipsum ius obligationis[l], incorporale est. Eodẽ numero sunt & iura prædiorũ vr-

A k *Nam.* pro, certe. alias pro, sed.

l *Ius obligationis.* intransitiue lege, id est ius quod est obligatio. & sic de aliis. sed de quibusdam dubitatur, scilicet de fumo, aëre, & anhelitu hominis. sed dic, corporalia. sed quid de angelis bonis & malis, & anima? dic incorporalia: licet de his nihil ad nos.

banorum, & rusticorum: quæ etiam seruitutes vocantur.

Hic ponitur quarta diuisio: quoniam quædam sunt communia vniuersitatis, quædam sunt singulorũ: vt hic textus per exẽpla omnia ponit.

II. MARCIANVS libro tertio Institutionum.

QVędam naturali[m] iure cõmunia sunt omnium[n], quædam vniuersitatis, quædam nullius, pleraque singulorum: quæ variis ex causis cuique adquiruntur. Et quidem naturali iure[o] omnium communia sunt illa: aër, aqua profluens, & mare, & per hoc littora[p] maris.

III. FLORENTINVS libro sexto Institutionum.

ITem lapilli, & gemmæ[q], & cætera quæ in littore inuenimus, iure naturali nostra statim fiunt.

IIII. MARCIANVS libro tertio Institutionum.

NEmo igitur ad littus maris accedere prohibetur piscandi causa: dum tamen villis[r], & ædificiis, & monumentis abstineatur: quia non sunt iuris gentium[s], sicut & mare. ídq; & diuus Pius piscatoribus Formianis & Capenatis * rescripsit. Sed flumina pene[t] omnia, & portus, publica sunt.

V. GAIVS libro secundo rerum cottidianarum, siue aureorum.

RIparũ[u] [quoque] vsus publicus est iure gentiũ, sicut ipsius fluminis. itaque nauẽ ad eas appellere, funes ex arboribus[v] ibi natis religare, retia siccare, & ex mari[x] educere*, onus ali-

m *Quædam naturali.* i. gentium.

n *Omniũ.* subaudi, & quædam publica: vt instit. eod. §. j. nam & de his tractat. j. eod. nemo. in fin. &. l. sequen.

o *Naturali iure.* i. iure gentium, quod est instinctu naturæ inductum: vt supra de iusti. & iu. l. omnes. §. quod vero. sic exponitur insti. e. §. j. &. §. singulorum. &. §. feræ. &. §. per traditionem.

p *Littora.* communia sunt quo ad vsum, & dominium: vt hic. sed quo ad protectionem sunt populi Romani: vt infra ne quid in lo. publi. l. littora. quæ est contra. *ADDITIO.* Pro declaratione huius glo. dic, quòd mare est commune, quo ad vsum: sed proprietas est nullius: sicut aër est cõmunis vsu: proprietas tamen est nullius, secundum Ia. de Ra. sed iurisdictio est Cæsaris: & sic ista tria sunt diuers. s. proprietas, vsus, & iurisdictio, & protectio: sec. Bal.

q *Item lapilli & gemmæ.* gemmæ sunt *Capuani.* perlucidæ materiæ: lapilli vero obscurioris: vt infra, de aur. & ar. le. & si non sunt. §. perueniamus. versi. gemmæ. & collige ex hac. l. q ea demum dicũtur cõmunia, quæ cum sint *quæ dicun.* in cõmuni vsu omniũ *tur.* animantium, occupanti conceduntur. Publica autem sunt communia, vel in communi vsu: sed non codcedũ- *Publica quæ dicuntur.*

tur occupanti: quod est cõtra Pla. qui dicebat omnia publica esse communia: & ecõtra communia dicebat esse publica, ex eo quòd omnibus animantibus permittitur publicè his vti sicut communibus: vt in lauando, bibendo, & similia faciendo. communia dicebat esse publica quo ad quosdam vsus, qui tantũ hominibus cõpetunt: vt nauigare, & piscari. item est contra eum inst. eo. §. j. vbi ponuntur vt contrariæ species. item quia in publicis non solum permittitur alicui aliquid facere: sed etiã interdicta prohibitoria apponũtur: vt. j. ne quid in flu. pu. Illud autem satis videtur. quòd aqua fluminis sit communis: quia conceditur occupanti: & etiam irrationabilibus: sed ipse alueus est publicus: quia occupanti non cõceditur. item nec aquam alicui alio deriuare licet: vt infra de flumi. l. quo minus.

r *NEmo igitur. Villis.* id est ædificiis ab alio ibi positis.

s *Iuris gentium.* i. communia iure gentium, sicut mare.

t *Flumina pene.* pene dicit, propter ea quæ ad tempus fluunt, vt Rapo & Meloncellon, quæ sunt priuata: vt. j. de flumi. l. j. §. fluminum. alij dicunt propter flumina manufacta, quæ dicũtur esse priuata: quod est falsum: vt. j. de flumi. l. j. §. si fossa. Accur.

v *RIparum.* s. fluminis.

x *Et ex mari.* i. flumine. vel dic, pprie deducere, hysteron proteron

BIU Cujas

proteron.i.ordo conuersus:sic insti.eo.§.littorū. sed quid si vnus vult retia siccare,alius incidere arborē?Respon.præferendū eum qui vult siccare:quia publicam vtilitatem prætendit, alius priuatam:vt ar.in auth.de non alie.§.quia vero verisimile. in fi.ibi,oportet enim ea.coll.ij.alij deferunt occupanti: vt ar.j.de vsuca.l. si sed si simul veniant, dic vt suprà,& facit ad legem istam, infra de flumi. & ne quid &c.l. j.§.ripa.&.l.pe.& infra de acquiren.re.domi.l. penul.§.fin.& insti.eo. §.riparum.in fine.

Vtilitas publica priuatæ præferri debet.

a *Ntantum. Soli.*i.terræ domini constituantur &c.sed contra insti.eo.§.cum in suo. &idem infra de adqui. re domi. adeo. §. cum in suo. sed illud regulare, quòd ædificium cedat solo: hoc speciale.

Flo. ponere quase.

b *Iure postliminii.* nec poterit præscriptioné opponere quasi longo tempore tenuerit: vt.j. de vsuca.l.fi. nisi nunc possideat: vt infra, de diuer. & tép. præscrip. si quisquam.& facit infra de reli.cum loca.

c *Theatra.*à theorein, quod est inspicere: vt est arena Veronensis.

d *Stadia.* à stādo,vbi currebant:& prefixum erat vsquequo currerent. & fertur q Hercules vno anhelitu per octo stadia currebat.

e *Rescripserunt.*an ergo testimonium possit ferre vnus de collegio contra collegium: vel pro collegio?Respon. sic:quia non est prohibitū i ergo permissum: vt.j.de testi. l.j. &.l. ex eo.in gl. ij.&.j.de pac. do. inter socerū.§.cum iter.& hic subiicit. Ac.

Permissum videtur qd non est prohibitum.

f *Veniam.* vt hic,&.j. de in ius vo. sed si hac. §.qui manumittitur.& facit ad hunc.§.j.quod cuiusque vni.l. sicut.§. ij. & infra ad Treb.l.j. §.fuit quæsitum. in fin. &.j.de adqui.re. dom. statuas.& infra de quæstio. l.j.§. seruum. Accursius.

g *Priuatè.* No. quid publicè permitti, quid priuatim non permittitur,vt hic,&.j.de admi.tu. l. non existimo. &.j. de pol. l.j.in prin. &.j.de.ri.nup.l.fi.

Flo.deest negatio. Cæterū ad hūc locum vide Anto. August. emen. lib.1.cap.2.

h *Manet.* vt hic, & insti.e. §.sacræ. &.j.de contrahen.emp.l.æde.quandoque tamen desinit:vt si capiatur ab hostibus:vt infra de reli.l.cum loca.sed communis locus,vt littus maris,leuiter potest fieri priuatus,& in eundem statum redire:vt suprà ea.l.in prin.

i *In locum suum.* quandoque etiam in non suum:vt infra de relig.l.scriptus.in princ.

k *Inuitis cæteris.* non ergo est potior conditio prohibentis. sic insti.eo.§.in commune. Sed ar. contra.j.communi diui.Sabinus.

quod in his reponere, cuilibet liberū est: sicuti per ipsum flumen nauigare. sed proprietas illorum est, quorū prædiis hæret: qua de causa arbores quoque in his natæ, eorūdem sunt. In mari piscātibus liberum est casam in litore ponere,in quā* se recipiant.

VI. MARTIANVS libro tertio Institutionum.

INtantum, vt & soli[a] domini constituantur, qui ibi ædificant, sed quandiu ædificium manet: alioquin ædificio dilapso,quasi iure postliminij[b] reuertitur locus in pristinā causam: & si alius in eodem loco ædificauerit, eius fiet. ¶ Vniuersitatis sunt,nō singulorum, veluti quæ in ciuitatibus sunt theatra,[c] & stadia[d],& similia,& siqua alia sunt cōmunia ciuitatum,Ideoque nec seruus cōmunis ciuitatis, singulorū pro parte intelligitur,sed vniuersitatis:& ideo tam contra ciuem, quàm pro eo posse seruum ciuitatis torqueri, diui fratres rescripserunt[e]. Ideo & libertus ciuitatis non habet necesse veniam[f] edicti petere, si vocet in ius aliquem ex ciuibus.¶ Sacrę res, & religiosæ, & sanctæ, in nullius bonis sunt. Sacræ autē res sunt hæ, quæ publicè consecratæ sunt, non priuatè[g]. Si quis ergo priuatim sibi sacrum constituerit:sacrum nō est, sed prophanum. Semel autem æde sacra facta,etiā diruto ædificio locus sacer manet[h].¶ Religiosum autē locum vnusquisque sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum[i]. In cōmune autem sepulchrū, etiam inuitis cæteris[k], licet inferre.sed & in alienum locum, concedente domino, licet inferre.& licet postea ratum nō* habuerit[l],quàm illatus est mortuus, religiosus fit[m] locus.

¶ Cenotaphium[n] quoque magis placet locū esse religiosum: sicut testis ī ea re est Virgilius[o].

VII. VLPIANVS libro vicesimoquinto ad edictum.

SEd diui fratres contra rescripserunt.

VIII. MARTIANVS libro quarto Regu.

SAnctum[p] est quod ab iniuria hominum defensum atque munitū est.Sanctum autem dictum est à sagminibus[q]. Sunt autem sagmina quædam herbæ[r],quas legati populi Romani ferre solebāt, ne quis eos violaret[s]:sicut legati Græcorū ferunt ea quę vocātur κηρύκεια[†]. ¶ In municipiis quoq; muros esse sanctos,Sabinum recte respondisse, Cassius refert: prohiberíque oportere,ne quid in his immitteretur[t].

IX. VLPIANVS libro sexagesimooctauo ad edictum.

SAcra loca ea sunt, quæ puplicè[u] sunt dedicata: siue in ciuitate sint, siue in agro[x]. Sciēdum est, locum publicum tunc sacrum fieri posse, cum princeps eum dedicauit[y], vel dedicandi[z] dedit potestatem. ¶ Illud notandum est, aliud esse sacrum locum, aliud sacrarium.Sacer locus est,locus cōsecratus. Sacrarium est locus, in quo sacra reponūtur: quod etiam in ædificio priuato esse potest. Et solent, qui liberare eum locum religione volunt, sacra inde euocare[†]. ¶ Proprie dicimus[a] sancta quæ neque sacra,neque prophana sunt, sed sanctione quadam confirmata: vt leges sanctæ sunt. sanctione enim quadam sunt subnixæ. Quod enim sanctione quadam subnixum est, id sanctum est, etsi deo non sit consecratum. Et interdum in sanctionibus adiicitur, vt qui ibi aliquid commiserit,capite puniatur.Muros[b] autem municipales, nec reficere[c] licet[d] sine principis vel pīdis auctoritate, liquam rem dedicari,& ipse ei permisit.

A & facit infra de vsufruct.l.arboribus. §.nauis. *ADDITIO.* Pro solutione huius contrarij vide Dy.in regula, in re communi. de regu.iur.lib.vj.

hære.insti.§.seruus autem.&no.hunc alienanté tribus actionibus posse cõueniri.Primo,ex satisdatione ad interesse:vt hic.Secundo,quia dolo desiit possidere,tenetur vtili ex ea causa ex qua prius directa tenebatur: vt.ĩ.de regu.iu.l.paré. &.ĩ.de noxa. si pluriũ. §.fi.Tertio,tenetur actione in factum ex edicto de alie. iu. mutã. cau.facta.licet ea liberetur se offerendo defensioni: vt. ĩ. de alie. iu.mutan. cau.fac.l.iij. §.finali.

a *Itaque si quis*. seruꝰ promissus iudicio sisti. Accursius.

b *Venditus*.alicui qui non sit de foro promittentis. nam tunc fieret conditio melior: cum contra venditorem, & contra emptorẽ, agere possit.Accursius.

Potentiori bꝰ pares esse non possumus.

c *Potentiori*.quia potentioribus pares &c. vt.ĩ.de ali.iu.mu. causa fac.l.iij.in principio.

d *Sed & si deditus*. ſ. alicui agenti noxaliter.

e *Cum noxæ*. mala ratio est: & in hoc solo secũdum quosdam reprehenditur.ĩ.l. proxi. non autem dicit ibi,an videatur sisti in eadem causa,vel non.Et dicũt tunc distingui, an potentiori sit datus pro noxa: vt tunc non videatur sisti in eadẽ causa: vt hic.aliàs sic: sed melius est,vt dicã corrigi totũ:vt videatur.ſ. in eadem causa sistere, si bona fide dederit ꝓ noxa. ſ. ex necessitate, & cui se teneri sciebat: huic autem cui cauit, nesciebat adhuc se teneri:vt infrà, de noxa. si quis à multis. Quid autem si vtrique se teneri sciebat? Respon. præuenienti. ſ. ad sententiam debuit dare: aliàs in dolo versatur: vt infrà,de edẽ.l. quædam.§.is autem.

f *Putat*.& malè: vt. ĩ. l. proxi.

quis[a] ei, qui in foro promissoris conueniri non potest,vẽditus,[b] aut potẽtiori[c] datus sit: magis esse putat,vt non videatur in eadem causa sisti. Sed & si noxę deditus[d] sit,Ofilius nõ putat in eadẽ causa sisti: quum noxæ[e] deditione,cęteris noxalem actionem perimi putet.[f]

II. PAVLVS libro sexto ad Edictum.

SEd alio iure[g] vtimur. nam ex prẽcedentibus causis,nõ liberatur noxæ deditꝰ. perinde enim noxa caput sequitur,ac si venisset.

Iste.§. diuiditur in duas partes. Primo loquitur quãdo dominus conuentus noxali erat præsens, & seruus absens. Secundo loquitur econtra,quando seruus erat præsens, & dominus absens.Secunda ibi, Si seruus. Item prima diuiditur in duas: quia primo ponit tria priuilegia quæ habet dominus. Secundo ponuntur duæ causæ in quibus amittuntur dicta priuilegia.Secunda ibi, Si vero falso. Item secunda pars principalis diuiditur in tres partes:quia primo ponitur de remedio agentis,quod habet rescissa datione pro noxa ei facta per iudicem.Secunda secundæ incipit ibi, Sed causa cognita. Tertia ibi, Actori. & hoc dicit in summa: Si dominus sit præsens,& noxaliter conuenitur ex delicto serui absentis:si dominus illum seruum esse in sua potestate fatetur,alterum de tribus eligere debet: vel promittere iudicio sisti seruum: vel iudicium noxale suscipere:vel cauere de dando eum pro noxa,cum ad manum eius peruenerit. Si vero domino absente præsens seruus non defenditur:iussu iudicis ex primo decreto, deinde ex secũdo capitur pro noxa.domino autem reuertente ex causa succurritur: & datio, seu noxæ deditio rescinditur: & noxalis actio restituitur agenti. h.d.

¶ Si absens sit seruus, pro quo noxalis actio alicui competit: si quidem dominus non negat in sua potestate esse, cõpellendũ putat Vindius,vel iudicio[h] eum sisti promittere, vel iudicium accipere:[i] aut si nolit defendere,cauturũ,cùm primùm potuerit, se exhibiturum[k]. Si vero falso neget in sua potestate[l] esse,susceپturũ iudiciũ sine noxę deditione[m]. idq; Iulianꝰ B scribit,etsi dolo fecerit,quò minus[n] in eiꝰ esset potestate. Sed si seruus præsens est,[&]dominus abest, nec quisquã seruum defendit:[o] ducendus erit iussu prętoris:sed causa cognita,domino postea dabitur defensio: (vt Põponius & Vindius scribunt:) ne ei absentia sua noceat[p]. Ergo & actori actio restituenda est,perẽpta eo,quòd ductus seruus in bonis[q] eius esse cœpit.

Forma decreti quod interponitur cõtra fructuarium,est vt ei vsusfructus persecutio denegetur. Bartolus.

III. VLPIANVS libro septimo ad Edictum. C

SI cũ vsufructuario[t] noxali iudicio agetur,isq; seruũ nõ defenderit:denegat ei per prętorem vsusfructꝰ persecutio[r].

Qui alium ex necessitate defendit, videtur suo nomine esse in iudicio.hoc dicit.

IIII. GAIVS libro sexto ad Edictum prouinciale.

SI cum vno ex dominis noxali[iudicio]agetur: an pro parte[s] socij satisdare deberet?[t] Sabinꝰ ait,nõ debere:quia quo- D

n *Quo minus*.id est vt non:vt manumittendo eum dolo: vel interficiendo ipsum:vt.ĩ.de do.l.arbitrio.§.non tamen.secus si non dolo:vt.ĩ.l.pe.quia verus dominus manumisit:vt ibi not.sed si alienauit,adhuc redimere poterit,qui dolo malo alienauit.nam sine noxæ deditione condemnabitur:vt.ĩ.de noxa.de illo.&.l.electio.§.ité si ex pluribꝰ. arg.contra.ĩ.de leg.j.si fundum.ij.&.l. si qñ.§. hæres. *ADDITIO*. Tu dic,ꝙ ibi per alienationé nõ tollitur potestas soluẽdi,quę ante competebat: quia non alienauit eũ dolo. nam in.l.si fundũ.ij. alienatio facta fuit de volũtate legatarij.in.l.si qñ. §.hęres.fuit ex potestate iuris. Vel solue aliter:& dic,quod hic res desiit esse,quia eum interfecit, vel manumisit,secundum Barto.

o *Defendit*. nec enim defendit,qui duci patitur: licet sit argu. contra.ĩ.de procura. l. sed & hæ.§.fina.

m *Noceat*.vel prosit: vt.ĩ.quibꝰ ex caus. ma. l.j.&.l. videlicet. & sic per restitutionem.

p *In bonis*. ex hoc reprobat sentẽtia Io. qui dicebat missum in possessioné ex secũdo decreto,vsucapere, & nõ statim dominũ esse.hic enim fuit seruꝰ eiꝰ. vnde ei amissa actio restituitur,ob hoc, ꝙ in eũ casum peruenit, à quo incipere non potest:vt ĩ.ad leg.Aquil. quia in eũ. nos autem dicimus ipsum statim dominũ, si is erat dñs qui parere noluit:alioquin vsucapit:vt.ĩ.de dã. ifec.l.prætoris officiũ.etiã sciens alienum:vt. ĩ.de noxa. l.& generaliter.Ité no. hic actionem semel extinctam resuscitari: ar. contra. ĩ. de sol. l. qui res.§.aream. *ADDITIO*. Pro solu. huius cõtrarij dic,secundũ Bar.quòd sicut illa quæ restituitur absenti, dicitur vtilis:ita illa quæ præsenti,contra quã petitur restitutio: & sic non est eadem quæ resuscitatur:vt.C.si aduer. transac.l.ij.

Seruꝰ quãdoque causam domini facit deteriorem.

SI cum vsufructuario.] *CASVS*. Tu habebas vsumfructum in seruo,pro quo te noxaliter conueni: tu non defendis istum seruum,amittis quidem vsumfructum.Viuianus.

q *Persecutio*.& dabitur victori:vt.ĩ.de noxa.si ex duobus.§.j.

SI cum vno.] *CASVS*. Plures erant domini cuiusdam serui qui mihi damnum dedit. conueni vnum ex dominis.non poterit quidem iste dominus pro parte sua tantum satisdare: sed & pro parte socij satisdare tenetur, scilicet iudicio sisti.& pro sua satisdat.nam in totum satisdat.vel dic,de iudi.solu.quod non satisdat, cum nõ totus suus reputetur:nec conuentus de re sua satisdat iudi.solu.& sic duobus modis ponitur casus.Viuianus.

r *Pro parte*.Pro sua,non etiam iure veteri, cum sit personalis: vt institu.de satisda.§.primo.

ſ *Satisdare deberet*.ſ.iudicatũ solui:quasi alienæ rei defensor: vt ĩ.de ꝓcura.l.minor.in fi.nã iudicio sisti seruũ,& se semper debet cauere:etiã si totus esset suus:vt.ĩ. eo.l. ij. §. si absens. nisi possideat immobilia:quia tunc non semper:vt.ĩ.ti.j.l.sciendũ.in prin. Vel dic,quòd loquitur de cautionibus iudicio sisti:& ꝙ dicit,nõ debere,scilicet pro parte:sed in totum,cum etiam hoc probet sequens litera:sed secundum primum intellectum in nullo satisdat.

Necessitas.

Seruꝰ quãdoque causam domini facit deteriorem.

a Ista glo. reputatur valde singularis:nec reperitur alibi, secũdum Paul. de Ca-

str. ad quod ꝙ tucuq; festioni mus ſ. in pra. cin alber. ex forma legis,vel ſ. tuti nihil minus ſ. aliter pro contrarium probatio illa confir ſumen re. mcer. vt pſe ſuam vel. ſignor. dum ꝙ m. de Caſtr.

† vñ de deſi ſcit in cau ſ. xali, d gauer ſ. pe ſio. cõ t ex.in.d. ampliu ſ. cõ. ſ. q. c. ſ. ſi. ſ. qua ſit pit. va. ſ. de veſtig libus. ſ. damnũ Actiõ extincta reſuſcitari reſuſcitat

dammodo totum suum hominem defenderet, cui insolidum defendendi necessitas [a] esset: nec auditur, si pro parte paratus sit defendere.

Si seruus sistatur liber factus in causis criminalibus, non videtur in eadem causa fisti, nisi ei libertas fuit annexa: secus in ciuilibus noxaliter intentatis.

V. VLPIANVS libro quadragesimo septimo ad Sabinum.

SI seruum in eadem causa sistere quidam promiserit: & liber factus [b] sistatur: si de ipso controuersia est, capitalium actionum iniuriarumque nomine, non recte sistitur: quia aliter † de seruo supplicio & verberibus de iniuria satisfit: aliter de libero vindicta [c] sumitur, vel condemnatio pecuniaria. Quod autē ad cęteras noxales [d] causas pertinet, etiā in meliorē causam videtur peruenisse [e].

VI. PAVLVS libro vndecimo ad Sabinum.

SEd si statuliberum [f] sisti promissum sit: in eadem causa sisti videtur, quamuis liber sistatur, quòd implicitus [g] ei casus libertatis fuerit.

DE EO PER QVEM factum erit, quo minus quis in iudicio sistat.

TITVLVS X.

In eū cuius dolo factū est quo minus quis in iudicio sistat, datur actio ad itereſſe. Bart.

V. VLPIANVS libro septimo ad Edictum.

AEquissimum putauit prętor, [h] dolum eius coërcere, qui impedit aliquē iudicio sisti. ℣ Feciſſe autem dolo malo non tātum is putatur, qui suis manibus, vel per suos [i] retinuerit: verū qui alios quoque [k] rogauit, vt eum detinerent, vel abducerent, ne iudicio sistat: siue scientes, siue ignorantes, quid esset, quod cōminiſceretur. [l] ℣ Dolū autem malum sic accipimus, vt si quis venienti ad iudicium aliquid pronunciauerit triſte, propter quod [m] is neceſſe habuerit ad iudicium non venire, teneatur edicto: quamuis [n] quidam putent, sibi eum imputare debere, qui credulus fuit.

Non videtur intereſſe eius, qui aduersus obligationem tutus est exceptione. Bartolus.

℣ Si reus dolo actoris non stiterit, * non habebit reus aduersus eum actionem ex hoc edicto: cum contentus [o] esse possit exceptione, si ex stipulatu cōueniatur de pœna, quòd ad iudicium non venerit: aliter atque si ab alio [p] sit impeditus. nam actionem propositam aduersus eum [q] exercebit.

Quando plures tenentur ad intereſſe, vnius solutio liberat alium. Bar.

℣ Si plures dolo fecerint, oēs tenentur. sed si vnus prestiterit

est, vi ex ℣ Reſpon. nō, quia in quatuor hic ab illo differt. Primo, quia ille non habet locum, nisi vbi vis facta est quo minus sistat: vt eo. titu. l. 1. & 3. in prin. & §. exinde. hic autem habet locum etiam sine vi: vt infrà, eo. l. 1. §. dolum. Secūdo, quia ille non consulit, nisi vocanti ad ius. i. actori: vt probari potest per l. 2. eiusdem titu. & per l. 4. §. eximere. hic autem etiam vocato: vt in hoc titu. l. 1. §. si reus. in fi. & vocanti: vt infrà, eo. l. fi. in princi. & §. sed & si stipulator. Tertio, quia isto agitur ad intereſſe: vt infrà, eo. l. fi. in princi. illo quanti in litem iuratum est: vt. ē. eo. tit. l. pen. §. 1. Quarto, quia hic locum habet post vocationes, & satisdationes receptas. ille ante: vt patet ex ordine titulorum, qui est seruād°: vt. ē. de statu ho. l. 2. Acc.

AEquissimum.] CASVS. Vocaui te ad ius: & cū deberes certa die venire ad iudiciū, quidam impediuit te quo minus ad iudicium venires. tenetur quidem ille eximēs, si dolo malo faciat, per se, vel per alios. vnde si aliquis tibi aliquid triste denunciet, hoc edicto tenetur. Vnde pone, quòd dolo mei actoris nō seciſti: non poteris quidē me conuenire. sed si cō uenio te ad pœnā, habebis exceptionē. Item si seruus tuus exemit debitorem meum ne veniat in ius: teneberis actione noxali. Conſequēter dicit, quòd hæredi vocantis, intra annum datur hæc actio in factum. Item datur contra hæredem eximentis, in id quod peruenit ad eum ex dolo defūcti, qui exemit. Vi.

---

a *Necessitas.* ſ. post litem conteſt. nam ante suam partem cedendo liberatur: vt infrà, de noxa. si seruus cōmunis. Item not. quòd commune est, meum est: vt. j. de lega. j. ſerui electione. §. j. & ij. & l. Stichum. & infrà, de verbo. ſignifi. pupillus. §. fin. Sed argu. contra, infrà quando ap. ſit. l. j. §. in propria. Item argu. contra, infrà ſi pars hære. peta. l. permittendum. ADDITIO. Tu dic, quòd hic in indiuiduis: ibi in his quæ recipiunt diuiſionem. hoc est, hic loquimur reſpectu indiuiſibilis defenſionis: ibi loquitur reſpectu indiuiſibilis proprietatis: ſecundum Bal. hic.

Si seruū.] CASVS. Egi aduersus te nomine ſerui tui publico iudicio: & tu promiſiſti ſiſtere in eadē cauſa: & ſi exhibes eum liberum, vtrum videaris exhibere in eadē cauſa, quæritur. Et reſpon. quòd non: quia aliter

No. iūcta l. quod a-

nitur: ſed quo ad priꝰ punitur uatas cauſas bene vi-

ſeruꝰ in de-

deris in eadem cauſa ſi-

lictis quām

ſtere. Sed ſi promiſiſti

liber. cōcor.

Stichum ſtatuliberum

text. in. l. in

in eadem cauſa ſiſtere:

ſeruorū. ff.

tu autem exhibes eum

de pœ. text.

liberum: videris qui-

in. l. Pedi°.

dem in eadem cauſa ſi-

le incē. rui.

ſtere. h. d. cum. l. ſequē.

nau. ff. ex. l.

b *Factus.* à domino,

§. 1. ad. l.

non à promiſſore: quia

Cornel. de

promiſſor non erat do

ſic. ff. idem

minus: vt. j. de verb. ob.

etiā dicim°

ſi ſeruum. §. ſi autem. &

de ignobili:

ſic non ob. ē. l. j. §. ſi

quia plꝰ pu-

deſinat. vel ibi crimi-

nitur quam

nalis erat accuſatio: vt

nobilis.

in prin. huius. l. vel re-

Bal. in. l.

fert doloſe, vel non: vt

quidā ff. de

no. ē. l. ij. §. j.

pœnis. Bar.

c *Vindicta.* quæ vin-

in. l. nemo.

dicta. ſ. corporalis, non

de ſum. tri.

ita imponitur ſeruo, vt

& fide ca-

libero: quia acrius: vt

tho. C. glo. c.

infrà, ad. l. Cor. de fal. l. j. in fi. &. j. de incen. ruꝛ. nau. l. Pedius.

non cogan-

Item cōdemnatio pecuniaria non imponitur ſeruo: vt. j. de accu.

tur. 41. diſ.

l. hos accuſare. §. omnibus. Sed hic timor non videtur neceſſarius: cum ſemper inſpiciatur in condemnationibus conditio perſonæ, quæ fuit tempore commiſſi criminis, non ſententiæ: vt infrà, de pœnis. l. j. in prin. quæ est contra. Sed hic de publicis: ibi de priuatis criminibus. nec ob. quod de actione iniuriarum hic dicitur: quia ſic intelligitur quando de iniuria publico iudicio agitur: vt C. de famo. lib. l. j. & de iniur. l. iniuriarum cauſa. vel dic, quòd hæc per illam corrigitur. vel hic, ſecundum æquitatem, quæ mitigabat pœnas: ibi ſecundum ius ſtrictum. prima verior est.

d *Noxales.* vt quando agitur pro priuato crimine ciuiliter.

e *Peruenisse.* & ideo ſiſtere videtur in eadem cauſa: quia de noxali est facta directa: vt inſti. de noxa. §. omnis autem. Item no. quòd liberatur quis faciendo plus quàm debet, etiam me inuito. Arg. contra, inſtit. de act. §. præterea. & infrà, de vſu & ha. l. fi. ſed hoc intellige, quia in eadem cauſa & forma exhibebat: vt infrà, de ſol. Pau. reſpon.

f *Sed si statuliberum.* Statuliber est ſeruus ille, cui libertas ſub aliqua cōditione est relicta, ea. ſ. pēdēte: vt. j. de ſtatul. l. j. Ac.

g *Implicitus.* i. annexus: quia vt liber puniendus est. j. de pœ. l. moris in fi. &. j. de quæſtio. l. ſtatuliber. & hoc ſi deliquit in ſtatu libertatis. ſi autem prius: tunc punitur, vt cæteri ſerui: vt. j. de ſtatuli. l. ſtatuliberi à cæteris. in gl. pœnas. & facit. j. de fideicō. liber. cum vero. in prin.

DE EO PER QVEM FACTVM erit, quo minus quis in iudicio ſiſtat.

Sed nonne ſuperfluit hic tit. per illū ſuprà, ne quis eum qui in ius voc.

h *Prator.* in quodam edicto, cuius verba non habemus.

i *Per suos.* ſcilicet ſeruos.

k *Alios quoque.* Not. quod qui per alium facit, ipſemet feciſſe videtur: vt. j. ad leg. Aquil. liber homo. ij. in prin. &. j. de vi & vi arma. l. j. §. deiecisse &. ē. de iuriſdi. om. iudi. ſi quis id. §. pen. &. ē. ne quis eum qui in ius vocat. l. ſi per alium. in princi. & de admi. tuto. l. ita tamen. §. geſiſſe autem. verſic. geſiſſe enim. *F acere quis videtur qđ per alium facit.*

l *Comminiſceretur.* id est quod fieret, vel quod detineretur. Arg. contra. j. de adquiren. hered. cum quidam. §. penultimo.

m *Propter quod.* id est ſi fuiſſet verum, non habebat iſte neceſſe venire: vt ē. de in ius vocan. l. ij. in fi. & facit infrà, de vi & vi arma. l. vim facit.

n *Quamuis.* iſtud, quamuis, non correctiuè est intelligendum: ſed aduerſatiuè tantū. licet enim nimiū credulus fuerit in culpa, eximens tamen fuit in dolo. vnde doli ad culpā non est bona cōpēſatio: vt. j. ad legē Aquil. itē ſi obſtetrix. in fine. &. l. qui foueas. §. hæc tamen actio. &. l. ſi putator. quāuis culpa cū culpa, dolus cū dolo cōpenſetur: vt. j. eo. l. fi. §. pe. Item not. hic, nō debere aliquē eſſe nimis credulū: vt. j. de in rem ver. l. iij. §. ſed ſi ſic accepit. C. de accu. l. fi. in prin. & infrà, quod fal. tu. auth. ſi id inquit. argu. infrà, de li. leg. l. quod mihi. Accurſius. *Credulitas nimia reprobatur.*

o *Si reus contentus.* No. contentū exceptione. ſic. j. vt in poſſ. leg. l. j. §. ſi debitori. arg. contra. j. de lib. leg. quod mihi. Accurſius.

p *Ab alio.* ſcilicet priuato. ſecus ſi à magiſtratu: vt infrà, eodem tit. l. ij. §. fina. &. l. iij. Azo.

q *Aduersus eum.* id est aduerſus ſe exemptum, exercebit contra eximentem: vt quod reddet actori, conſequatur ab eximente: vt infrà, titu. j. l. ij. & ſecundum hoc die propoſitam actionem, ſcilicet

BIU Cujas

licet in genere, non in specie: cum altera sit ex stipulatu ad pœnã: altera in factum ad interesse. Vel dic propositam actionem, scilicet in edicto: vt infrà eo. l. fina. in principio.

a *Pœnam.* id est interesse: vt hic subiicit: quæ pœna est regulariter respectu soluétis, non recipientis. si autẽ ex vtraq; parte esset pœna, vnus alium non liberaret: vt. ĭ. ad. l. Aquil. l. ité Mela. §. si plures. &. s̃. de iurisdi. omiudi. l. adeo. &. s̃. ne quis eum qui in ius voca. l. pe. §. fina. &. l. fina. quæ sunt contrariæ. fallit in casu, vbi licet sit pœna hincinde, tamen vnus soluẽdo alium liberat: vt infrà, quod me. cau. si cum ex. §. finali. & lege sequenti. & facit ad hunc. §. infrà, quod vi, aut clam. semper. §. si in sepulchro. & infrà de leg. j. si ex toto. §. si ita scriptum.

b *Serui nomine.* qui dolum adhibuit, quo minus quis in iudicio staret. Accursius.

c *Non vltra annum.* quando nil ad eũ eximentem peruenit. aliàs sic: vt. ĭ. de act. & oblig. l. in honorariis. in prin.

d *Hæres non lucretur.* Sed qualiter ad hæredem ex hoc maleficio aliquid peruenire potest? Respõ. pone quòd rem meam possides, & vsucapis: & postea instituit te aliquis hæredem, & rogauit vt eandẽ alicui des. adita hæreditate cõuenio te rei vendi. legatarius volés rem habere, vt cõpleatur vsucapio, dolo fecit ne hæres in iudicio esset: sicque completa est vsucapio, & ré sibi legatam habet. sic ergo agitur contra hæredẽ legatarij: quia propter maleficiũ defuncti habet quod aliàs non haberet. i. occasione maleficij conuenio hæredẽ, secundũ Azo. Vel dic breui[e], quòd aliquis exemit per pciũ: q̃ precium ad hæredẽ peruenit. Vel dic, q̃ fideiussor reũ exemit: & sic ad hæredem fideiussoris liberatio peruenit: vt. ĭ. de dol. l. in hęredem. &. l. itaque. &. ĭ. quod me. cau. illud. Item ei q̃ hic dicit, non dari in hęredem, est contra. ĭ. de dam. infect. l. si quis missum. §. actio. sed ibi ad hæredem videtur peruenisse: cum hæres possit, offerendo cautionem, euitare actionem: vel aduersarium recipiendo: vt. ĭ. ne vis fi. ei qui in possẽs. miss. l. j. §. j. &. §. fi.

Lucrari nõ debet quis ex suo dolo.

Si actoris.] *CASVS.* Vocaui te ad ius: & cum certa die sistere deberes, illa die seruus meus te impediuit, quo minus sisteres: & me sciente. si conueniam te ad pœnam: habebis aduersum me exceptionem doli. Si vero hoc ignoraui, potero illum seruũ dare tibi pro noxa. Item potest poni in persona alterius. Viuianus.

e *Ne ex dolo.* No. quem non debere ex suo dolo, vel quasi suo, lucrari: vt. ĭ. titu. j. l. si duo. in prin. &. ĭ. de recep. arb. l. ita demum. in prin. &. s̃. l. proxi. §. si reus. Item facit ad hanc. l. ĭ. de noxa. l. j. & C. de noxa, si seruus. &. ĭ. de fur. l. si seruus communis. in prin. &. s̃. ne quis eum qui in ius vo. l. j. in prin.

f *Ipse.* scilicet dominus.

Ex hoc edicto.] *CASVS.* Feci te vocari ad ius: & tenebaris mihi tẽporali actione: & iudex præcepit tibi, vt tertia die sisteres. tenebitur Titius mihi qui exemit, ad omne interesse meum: & in id quod perdidi per actionem amissam: & hoc per actionem in factum. sed si Titius non potest mihi satisfacere, restituetur mihi actio amissa in te veterem debitorem. Sed pone, quòd Titius me pœnam,[a] cęteri liberantur: cũ nihil intersit. ℣ Serui nomine[b] ex hac causa noxali iudicio agendum, omnes consentiunt. ℣ Et hæredi datur hæc [actio:] sed non vltra annum[c]. Aduersus autem hæredem, hactenus puto dandam actionem, vt ex dolo defũcti hęres[d] nõ lucretẽ.

Ex facto serui dominus tenetur sciens, in solidum: aliàs noxaliter. Bartolus.

II. PAVLVS libro sexto ad Edictũ.

SI actoris seru[f] domino sciẽte, & cum possit non prohibente, dolo fecerit, quo minus in iudicio sistam, Ofilius dandam mihi exceptionem aduersus dominum ait: ne ex dolo[e] serui domin[f] lucretur. Si vero sine voluntate domini seruus hoc fecerit, Sabinus noxale iudicium dãdum ait: nec factum serui domino obesse debere, nisi hactenus, vt ipso careat, quando ipse[f] nihil deliquit.

Si impeditus venire ad iudicium, cum tempore liberetur, contra impedientẽ actio datur: & si non fuerit soluendo, in pristinum debitorem actio restituitur.

III. IVLIANVS libro secundo Digestorum.

EX hoc edicto[g] aduers[f] eũ, qui dolo fecit, quò minus quis in iudicium vocatus sistat, in factum actio cõpetit, quanti actoris[h] interfuit eum stisti. in quo iudicio deducitur, si quid amiserit actor ob eam rem: veluti si re[f] tempore dominiũ rei interim sibi adquirat,[i] aut actione liberatus fuerit. ℣ Planè si is, qui dolo fecerit, quo minus in iudicio sistatur, soluẽdo non fuerit: ęquum erit, aduersus ipsum reum restitutoriam actionem[k] competere:[l] ne propter dolũ alienũ reus lucrũ faciat,[m] & actor damno adficiatur.

Hæc actio potest actori, & etiam reo simul contra diuersos competere. Bar.

℣ Si & stipulator † dolo Titij, & promissor dolo Mæuij impeditus fuerit quò minus in iudicio sistatur: vterque aduersum eum, cuius dolo impedit[f] fuerit, actione in factũ[n] experietur.

Dolus cum dolo cõpensatur. Bartolus.

℣ Si & stipulator dolo promissoris, & promissor dolo stipulatoris impeditus fuerit, quò minus ad iudicium veniret: neutri eorum prætor succurrere debebit, ab vtraque parte [dolum] dolo compensando[o].

Hæc actio contra impedientem datur ad interesse, licet promissio fideiussoris minorem quantitatem contineat. Bartolus.

℣ Si à fideiussore quinquaginta stipulatus fuero, [p] si in iudicium reus non venerit: petiturus à reo centum: & dolo malo Sempronij factum fuerit ne in iudicium reus veniat: centum à Sẽpronio cõsequar[q]. Tãti enĩ mea interfuisse videtur: quia si venisset in iudicium, actio mihi [in] centum aduersus reum, vel aduersus hæredem eius competebat: licet fideiussor minorem

† *Sicut bene. l. vers. q.*

Sempronius postea impediuit, quo minus starem. potero quidem aduersus Sempronium in. c. agere, à fideiussore nihilominus quinquaginta consecuturus.

g *Ex hoc edicto.* quod non habemus, nisi vt colligitur ex rub.

h *Quanti actoris.* nec min[f] competit ipsi reo auxilium: vt suprà, eo. l. j. §. si reus. Accursius.

i *Adquirat.* Sed nonne perpetuata est actio, *que vtat.* etiam secundum has. ll. *Cõtra.* vt infrà de actionib. & *mulier. §.* oblig. l. constitutio- *sol. mat.* nibus. & C. de præ- *cano. in.* scrip. triginta anno- *de adul.* rum cum notissimi. in *princi?* Respond. ibi *cit glo.* conuentus fuit preci- *cupiẽs.* bus porrectis tranquil- *verb. ma.* litati principis: vt. C. *gnanis.* quando li. prin. da. l. j. *elect. in.* &. ij. vel quod est tu- *per dol.* tius, hic non fuit con- *c. sicut.* uẽtus per executorem: *iur. cur.* sed per simplicem denunciationem aduersarij, cui satisfecit q̃ ad causam veniret. Vel dic, quòd iure veteri non perpetuabatur per executorem: arg. suprà, de offi. præ. l. senatusconsulto. sed fiebat trãsitoria ad hæredes: & sic loquitur lex illa, cõstitutionibus. &. l. cum notissimi. &. l. sicut. C. de præscrip. xxx. an. est ius nouũ. sed sola contestatio interrumpebat olim actionem: vt in. l. senatusc. Vel dic, vt dixim[f]. j. ex qui. caus. ma.

l. ait prætor. §. fi. &. l. sequen.

k *Actionem.* vtilem, quæ primo erat directa, habita restitutione in integrum ex clausula generali. Vel dic directam: quia ipso iure non fuerat amissa: vt infrà, de act. & oblig. l. obligationum fere. §. placet.

l *Competere.* facit infrà, de leg. j. plane si filium. §. j. in fin. & infrà, de instito. l. secunda.

m *Lucrum faciat.* facit. ĭ. quod me. cau. si cũ exceptione. §. Pedius. &. ĭ. de regulis iuris. l. non debet alteri. &. l. alterius circunuẽtio.

n *In factum.* Quæritur qualiter hoc casu reus aduersus eum cui[f] dolo factũ est quo minus sistat in iudicio, actionem habeat. Item quid per eam consequi possit, cum hoc edictum interesse contineat. Eius autem nihil interesse videtur, cum actori non teneatur ex stipulatione iudicio sisti: quia per eum non est factum quo minus stetisset. Nam & si venisset, non esset cum quo litigaret, secundum M. vt infrà, de arbi. l. arbiter kalendis. sed forte aliud erat in hac stipulatione iudicio sisti: argu. infrà titu. j. l. ij. §. fin. &. l. sequen. secundum H.

o *Dolo compensando.* No. dolum dolo compensari: vt infrà, de dolo. si duo. & infrà de contrahen. empt. si domũ. in fi. Item delictum cum delicto: vt infrà solu. ma. l. viro. Item negligentiã cum negligentia: vt. ĭ. de compensa. si ambo. in prin. Ité pœnam cum pœna: vt. ĭ. de regu. iur. cũ par. §. fi. non autẽ pudicitiã pudicitia: vt. ĭ. ad legem Iul. de adul. l. j. §. si publico. &. l. si vxor. §. iudex.

p *Stipulatus fuero.* scilicet nomine pœnæ. Accursius.

q *Consequar.* Sed hoc videtur falsum esse in eo casu. cum enim actor

BIU Cujas

actor à reo fuerit stipulatus iudicio sisti, & reus à Titio impediatur, atque ideo actio expiret: habet ergo actor aduersus reum liberatum actionem ex stipulatu ad interesse: vt supra, si quis in ius voc. non ie. l. fina. & infra titu. j. l. secunda. §. fina. & l. tertia. vnde non debet teneri is qui impediuit? Respon. licet reus teneatur nihilominus tamen & ille. nam ex diuersa causi tenetur: & interest actoris plures habere debitores: vt infra, de lib. le. si quis decedens. §. fina. vno tamen soluēte alius liberatur cū ad interesse agitur: vt supra eodē. l. prima. §. si plures.[a] Item potest esse, quòd reus non proiserit: vt hac. l. sed si exegero interesse ab eximente: an possim exigere quinquaginta à fideiussore? Respon. non videtur: vt infra, tit. primo. l. si duo. §. si duo. Vel dicas, quòd vtrūque pstatur. nec enim pœna fideiussoris releuat ipsum eximentē ab interesse: nec econuerso: quia ob delictum suū soluit eximens. Vel dic, quòd fideiussor nō erat soluendo. sed melius est vt dicamus creditorem habere pœnā ex suo prouidenti animo: & ideo actorem non impediri centum petere ab eximēte: quia tātum sua interest: nec cōtra videtur, infra de act. emp. l. prædia. quæ est contra. nam ex diuersis causis pendent obligationes eximentis & fideiussoris. at fideiussoris & rei, seu sortis & pœnæ ei accedentis, non: vt in. l. prædicta: ne dicat quis hunc fideiussorem liberatum propter reum: & sic propter eximentem qui succedit loco rei interesse toto. nam ex alia causa quàm reus tenetur eximens: imò ideo dicitur teneri, quòd reus liberatur. Azo.

a Dic quòd ibi loquitur in pluribus obligationib⁹ ex eadem causa, non diuersis. Et vt infra videbit. Et dic, quòd est quique pecuniarum. gl. & ibi Bart. & alij. Et dic, quòd est verum. gl. & ibi Bart. & alij. Et dic, quòd est verum. gl. & ibi Bart. & alij. Et dic, quòd est verum. gl. & ibi Bart. & alij.

SI QVIS CAVTIONIBVS, IN IVDICIO sistendi causa factis, non obtemperauerit.

Nota quòd superiora edicta locū habēt, quādo dolo vel vi alteri⁹ factū est, quo minus quis in iudicio sistat: hoc autē, quando per casum fortuitū.

Vicena milia.] CASVS. Feci te ad ius vocari: tu petis spacium, quia vis ire domum. debet quidem iudex dare viginti miliaria pro singulis dieb⁹: nec cōputabitur dies in quo fuit interposita stipulatio: nec dies in quē statutū erit. Viuia.

a *In singulos.* i. pro singulis diebus dantur viginti miliaria. mille enim passus, faciunt miliarium: vt hic, &. j. de verborum significatione. l. in itinere. &. l. mille passus. & institu. de excusatio. tuto. §. qui autem. Sed videtur hoc stare non posse. nam aut litigatores conueniunt de certa die, & tunc id seruabitur: vt. j. de verborum obligatio. continuus. §. cum ita. in fine. & de verborum significatione. l. tertia, aut non: & tunc iudex suo arbitrio statuet: vt supra qui satisdare cogantur. l. de die? Respon. in arbitrio iudicis est: vt secundum hanc. l. ipse distribuat. in hoc enim versatur eius arbitrium: vel dic, hoc spacium datur ad veniendum. aliud datur spacium ad deliberandum pro arbitrio iudicis. Item hic in iudiciis: in contractibus secus: vt dicta. l. continuus. §. cum ita. licet in contractibus quidam dicant idem.

Adde ad gl. & quod not. in. l. con. §. cū. de ver. ob. vno etiam alio addito, quòd cōcesso dilatorio maxime cum quis. & sic ablatiuus, quo, & accusatiuus, quem, eūdem diem spōnunt. vel breuius, & pro etiam ponitur: & erit idem.

b *Præter eum.* i. dies ille non debet numerari in quo ille promittit iudicio sisti, & ille similiter in quo sistere debet. vel aliter ille dies non debet ei numerari in quo ille promittat cautū fore: subaudi, & cum effectu: scilicet eo die in quo sistere debet in iudicio: hoc est eo die quo lis contestatur. nam illa die cum effectu promittitur iudicio sisti. sic. j. de actionibus & obligationibus. l. cum quis. & sic ablatiuus, quo, & accusatiuus, quem, eūdem diem supponunt. vel breuius, & pro etiam ponitur: & erit idem.

c *Onerosa.* Not. iudicem[b] id debere facere quod non sit partibus onerosum: sic in auth. de appel. §. j. col. viij.

On exigimus.] CASVS. Vocaui te ad iudicium: & promisisti sub pœna statuta: & certa die stare debebas. transegisti ante diem qua sisti oportebat. non teneris amodo sistere: nec pœnam, si non sistas, præstare: sed es ipso iure liberatus. Item si post diem quo sistere debebas, transegimus: habebis quidem aduersum me exceptionem si te conuenio ad pœnam. [*SI QVIS.*] Tu in iudicio non stitisti: quia magistrat⁹ factus fuisti, vel quia subisti aliud mun⁹. habes exceptionem si cōueniam te ad pœnam. Item fuisti vocatus vt ferres testimonium. nam & tu habes exceptionē contra me agentem ad pœnā. [*SI QVIS.*] Tu non venisti ad iudicium propter tempestatem, vel vim fluminis, vel propter infirmitatē: excusaberis quidem. Item si mulier non stetit quia grauida erat, excusabitur: quia habebit exceptionē. idem in furioso, qui habet exceptionem. [*QVOD DIXIMVS.*] Hic vult exponere qualiter intelligatur vis & tēpestas. superiora locū habent, quòd excusetur si non se arctauit: quia si fecit, non succurritur ei: & modū tenere debet: quia nec multum ante venire debet, nec multū tardè. [*QVID ENIM.*] Dicit hic, quòd si tu eras in loco vbi debebat ius reddi: puta Romæ, & iuxta municipium: & voluisti per aliam viam venire: tibi non subeniturnisi fuerit breue tempus. nec enim habebis exceptionē. similiter vocaui te ad ius: & cum certa die stare deberes, magistratus te impediuit vel retinuit te quo minus venires. habebis quidem exceptionem. si vero dolo tuo factū est, non habebis exceptionem. sed si aliquis puta Titius te detinuit, teneberis quidem ad pœnā, & Titius tenebitur tibi. h. d. vsque ad. l. sed & si quis. Viuianus.

**stetit. Flo.*

d *Transactum.* Scilicet post promissionem, non ante: vt infra, eo. si eum. j. respon. & facit ad hoc responsum. supra de in ius vocan. l. neque. §. qui in ius.

e *Sisti.* Quo casu ipso iure non tenetur, sed in sequenti tenetur: sed ex æquitate datur exceptio: vt infra, de verborum obligatio. cum stipulatus sim. & infra loca. & conduc. l. cum in plures. §. lege dicta. Accursius.

f *Debet.* Scilicet in sorte: & subaudi, idem in pœna.

g *Quis enim de pœna.* quasi dicat, nullus, vt hic. & infra de eo quod certo loc. l. finali in fine. &. l. centum. &. C. depositi. l. quarta. & infra de arbi. l. Celsus. ij. respōso. &. l. non distinguemus. §. item non est. & infra. eod. si duo. §. fina. & infra, si certum peta. l. lecta. §. sed cum sortis. & infra de libera. lega. l. non solum. §. illud. & infra de operis noui nunciatione. l. prima. §. item quæritur. Argu. contra, infra de verborum obligatio. l. cum stipulati sumus. &. C. de iudi. l. prima. Sed ibi nec solutum erat, nec transactum quo minus currat vsura. Item argu. contra, infra de eo quod certo loco. l. tertia. §. item Iulianus. sed ibi non soluerat vbi debuerat: & ideo non habetur pro soluto, vel transacto. & plene dicas: vt infra, de eo quod certo loco. l. fin. in fine.

h *Negocium transactum.* de sorte.

i *Putauerit quis nocere.* in pœna etiam, nedum in sorte. Accur.

k *Muneris.* ad quod inuitus cogitur: vt. j. de mu. & ho. l. si quis magistratus. & in auth. de defen. ciui. §. interim. colla. tertia.

l *Non potuit.* quia inuitus ad testimonium reddendum cogitur: vt hic, &. C. de testi. siquando. &. j. de tabu. exhi. locum. §. hoc interdictum. versic. exhibere. &. j. de testi. inuiti. &. l. lege Iulia.

Inuitus quis testimoniū reddere cogitur.

m *Adiuuatur.* Not. iuuari valetudine impeditum: vt hic, & infra, quibus ex causis ma. l. si cui. in fine. & infra de excusa. tuto. l. non solum. §. vltimo. & infra. ad. l. Rho. de iact. l. finali. §. idem iuris. Sed quid si potuit mittere procuratorem? argu. huius. l. non

obest

obest ei ad hoc quòd mittere teneatur. argu. tamen contra, infra de mino. Papinianus libro secundo responsorum ait, exuli. & infra, ex quibus causis maio. sed & si per. §. aduersus. sed ibi ex iniusta causa abest. Item argu. contra, infra, de diuer. & temp. præscrip. lege prima. sed ibi in actore qui præuidere potuit quando cœpit agere. Item vnum est pro eo: quia vtiles dies ei dantur. aliud ergo si contra eum: vt sufficiat quòd procuratoré possit mittere.

* *est. Flo.*

a *Sontico.* morbo sonticus, est morbus nocens cuilibet rei quam quis agere vult: vt. j. de re iudi. quæsitú. &. j. de verbo. signifi. l. morbo.

Vide ad hunc locum Cel. lib. 20. cap. 1.

† *Diffisum legit Ang. Poli. misc. c. 41. ex archetypo Florentino. Bu dæus tamen hoc loco recte diffusú legi contendit: quasi dicat, iubet die esse diffusum, id est rẽ in posterum die reiiciẽdam.*

b *Diffisum.* id est, diferendum.

c *Grauida.* Sed non videtur ergo quòd ei non prosit: vt. j. eo. §. si quis tamen. Sed die, q̃ duplex ratio eam excusat. prima quia lex peccit vicio naturali mulieris: quod vicium naturale non imputatur mulieri: vt. j. de dam. infect. l. fluminú. §. vi. ciú. j. ad. l. Aquil. si seruus. §. si fornacarius. & ar. contra in auth. de resti. & ea quæ pa. i. xj. men. post mor. vi. §. fina. colla. iiij. ibi, porro &c. Item quia debitú viro reddit, ad quod iure diuino tenetur, quod nostræ leges imitantur: vt in authẽ. vt cle. apud pro. epis. §. fi. col. vj.

**maritima. Flo.*

Leges, ius diuinum imitantur.

d *Marina.* aliàs maritima: & tunc expone. i. marina. Accursius.

e *Vel nauigiũ non stet.* quo flumen traiiciebatur: quos quãdoq; pótones appellamus: vt. j. de ser. rusti. prædio. l. fi.

f *Artauerit.* ar. quòd non succurritur ei qui in necessitate se posuit: vt diximus. ŝ. qui satisd. cog. si fideiussor. §. j. & facit. j. qui. ad liber. p. cla. non licet. l. pe. & quod vi aut clam. l. aut qui. §. j. &. j. de dam. infect. cum postulassem. in princ. &. j. de adqui. hære. is qui.

g *Causari.* i. allegare.

h *Vel vim fluminis.* nota, vitatur amaritudo, cum enim in tali promissione præsentia opus sit: quẽadmodũ potuit se sistere, qui aduersa valetudine impeditus erat*? Et ideo etiam lex duodecim tabularum, si iudex, vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico [a] impediatur, iubet diẽ iudicij esse diffisum [b]†

Satis summatum est per summariũ præcedentis. §.

B ℣ Si non propter valetudinem mulier non steterit iudicio, sed q̃ grauida [c] erat: exceptionem ei dandam Labeo ait. Si tamen post partum decubuerit, probandum erit quasi valetudine impeditam. Idem est & si quis furere cœperit. nam qui furore impediatur, valetudine impeditur. ℣ Quod diximus, succurri etiam ei, qui tẽpestate aut vi fluminis prohibitus, nõ venit: tempestatẽm sic intelligere debemus, siue marina, [d]* siue terrestris sit: tẽpestatémque intelligere debemus talem, quæ impedimento sit itineri, vel nauigationi. ℣ Vis fluminis etiam sine tempestate accipienda est. Vim fluminis intelligimus, & si magnitudo eius impediméto sit: siue pons solutus sit: vel nauigium non stet [e]. ℣ Si quis tamen cum posset non incidere in tẽpestatem, vel in fluminis vim, si ante profectus esset, vel tempore oportuno nauigasset, ipse se artauerit [f]: nunquid exceptio ei minime prosit? quod quidem causa cognita erit statuẽdum. Nam neque sic artandus est, vt possit ei dici, Cur nõ multo ante profectus es, quàm dies promissionis [sistendi] veniret? Neque iterum permittẽdum ei, si quid sit, quod ei imputetur, causari [g] tẽpestatẽ, vel vim fluminis [h]. Quid enim si quis cum Romæ esset: ipso tẽpore promissionis sistẽdi, nulla necessitate vrgẽte, voluptatis causa in municipium profectus sit? nónne indignus est, cui hæc exceptio patrocinetur [i]? aut quid si tẽpestas quidem in mari fuit, terra autẽ iste potuit venire, vel flumen circumire? Aeque dicendũ [est,] non semper ei exceptionẽ prodesse, nisi angustiæ [k] non patiebantur terra iter metiri, vel [flumẽ] circuire. Cum tamẽ vel flumẽ sic abundasset, vt implesset omnẽ locũ, in quo sisti oportuit: vel aliqua fortuita calamitas eũdẽ locum euertisset*: vel præsentiam venienti periculosam [l] fecisset*: ex bono & æquo & hic exceptio ei adcõmodanda est.

Impedimentum superueniens facto magistratus, dat exceptionẽ reo: secus si est impedimentum facto priuati contingens. Bar.

C Simili modo exceptio datur ei, qui cum ad iudicium venire volebat, à magistratu retẽtus [m] est, & retentus sine dolo malo ipsius. nam si ipse hoc adfectauit [n], vel causam præstitit [o], nõ ei proderit exceptio: sed ipsius quidẽ dolus ei oberit, cæterorum [p] nõ oberit, qui malo dolo fecerũt, vt retineretur. sed si priuatus [q] eũ detinuerit, nullo modo ei p. derit hęc exceptio:

III. PAVLVS libro sexagesimo nono ad Edictum.

SEd actio ei datur aduersus eũ, qui detinuit, in id quod eius interest [r].

Capitalis condemnatio, vel relegatio, est iusta causa in iudicio non sistendi. Bart.

IIII. VLPIANVS libro septuagesimoquarto ad Edictum.

D SEd & si quis rei capitalis antè condẽnatus [f], iudicio sistere se nõ potuit, meritò huic ignoscitur. Rei capitalis condemnatum accipere debemus,

* *est. Flo.* — * *facit.*

i *Patrocinetur.* respon. vtique.

k *Angustiæ.* i. nimia breuitas temporis. non enim dat tantũ exceptionem temporis breuitas, sed etiã ipso iure reddit quãdoque inutilem stipulationẽ: vt insti. de verb. oblig. §. loca. &. j. de verb. obli. continuus. §. cũ ita. &. l. fin. §. si inter eos. secus in legatis: vt. j. de lega. j. si mihi & tibi. §. si quis seruos. vel ibi potest dici quòd nõ intra tres primos dies statim hoc præcipiebatur: sed intra tres proximos dies morti.

l *Periculosam.* quia flumina crescebant. Accursius.

m *Retentus.* & forte etiã in vinculis: vt. C. qui. ex cau. ma. l. si idcirco. vel etiã nõ in vinculis: vt. j. quod fal. tu. auth. l. interdũ. &. l. nouissime. §. j. versi. quid enim. & hoc si magistratus iuste retineat eum: vt. j. ad legem Aquil. quemadmodũ. §. magistratus. & de iur. l. iniuriarum. §. j. in gl. non videtur. aliàs ipse tenetur quia non venit: & magistratus ei tenetur: vt. j. de iniur. l. nec magistratibus. sic enim est vt in priuato: vt in fine huius legis. &. j. l. proxi.

n *Affectauerit.* No. aliquid prodesse q̃d desideratum nõ prodest: vt institu. de excu. tuto. §. item tria. &. j. quibus ex cau. ma. l. itẽ hi. &. l. qui data. & vt. j. si quis omiss. cau. test. l. j. &. l. pen. &. j. de accu. l. hos accusare. in fi. j. respon.

Aliquid pisum non quod sit prodest.

o *Præstiterit.* delinquendo postea: vt. j. eo. sed & si. §. illud.

p *Cæterorum.* scilicet magistratuum, secundũ Io. vel dic. s. actorum: quia tunc exceptionẽ haberet: vt. ŝ. tit. j. l. j. §. si reus. & hoc innuit sequens litera.

q *Sed si priuatus.* sali. q̃ actor. vt modo dixi.

r *Sed actio. Interest.* s. detentũ non esse: vt. ŝ. titu. j. l. ex hoc edicto. j. respon.

* *euer.*

* *facit.*

Sed & si quis. CASSVS. Tu debebas certa die in iudicio sistere te: & ante diem exhibitionis decessisti: quia fuisti dãnatus ad mortẽ, vel alio modo: nõ teneberis quidẽ amodo ad pœnã quo ad fideiussorẽ & defensorẽ: quia prodest eis. sed si fuisses accusatus tãtũ, & non condẽnatus: nõ haberes exceptionem. [PLANE.] Si magistratus te detinuit, vel cum funere domestico iuisti, vel captus fuisti ab hostibus, propter quod in iudicio non steteris: his casibus habebis exceptionẽ. [QVASITVM.] Casum huius. §. dic duobus modis. Primo modo sic: Vocaui te ad iudiciũ, & tu promisisti stare iuri: & dixi: ego stipulor q̃ si tu nõ stares propter valetudinem, vel propter tẽpestatẽ, q̃ non posses mihi obiicere. & postea subieci, q̃ nullã aliã obiiceres. nõ valet quidem, sed excusaberis: quod est verum quãdo renunciatio est generalis tantum. secus si est specialis in omnibus vel in quibusdam. vnde in expressis tantum valet stipulatio: vt subiicit Vlpian. & secundum hoc verbum, deserta, est nominatiui causus. & dic deserta, scilicet exceptio. Vel aliter dicas casum, quia generaliter fuit facta renunciatio: non specialiter: nec hoc casu valet, quòd secundum casum deserta est. Item cum tu possideres immobilia: & non tenebaris satisdare, sed satisdedisti: an teneris: quæritur. Et respon. quòd aut promisisti vel satisdedisti errore: & tunc non teneris: aut ex certa scientia: & tunc teneris. Viuianus.

s *Antè condemnatus.* scilicet ante diem exhibitionis: vt hic, &. ŝ. qui satisda. cog. l. si decesserit. secus si post: vt. ŝ. qui satisda. cog. si vero pro condemnato. quæ est contra [a].

[a] *Solue, ibi. Morte.*

BIU Cujas

qui morte [a], exilióve [b] coërcitus est. Dixerit aliquis, Quò ergo [c] hæc exceptio dãnato [perderit]? Sed respondebitur, fideiussoribus eius esse necessariam: aut si forte in exiliũ [d] salua ciuitate abiit [e], vbi defensori eius exceptio ista proderit.

Si quis citatus vel accusatus est ex causa capitali, non est iusta causa in iudicio non sistendi. secus si detineatur. hoc dicit.

¶ Illud sciendũ est, eum qui idcirco non stitit, * quia capitis reus [f] factus est: in ea causa esse, vt exceptione vti non possit [g]. dãnato [h] enim datur [exceptio.] Plane si vinculis [i], vel custodia militari impeditus, ideo non stitit: *in ea erit causa, vt exceptione vtatur. Præterea si funere quis domestico [k] impeditus non venit, debet ei exceptio dari. Item si quis in seruitute hostium fuerit, ac per hoc in iudicium non stitit, * debet exceptione adiuuari.

Generalis renunciatio casuum fortuitorum, non valet in iudicijs: secus si specialiter exprimantur. Bart.

¶ Quæsitũ est, an possit cõueniri [l] † ne vlla exceptio in promissione deserta [m], iudicio sistendi causa facta, obiiciatur? & ait Atilicinus cõuentionem istã nõ valere. sed & ego [n] puto conuentionem istam ita valere, si specialiter [o] causæ exceptionũ expressæ sint [p], quibus à promissore sponte renunciatum est. ¶ Item quæritur, si quis cum iudicio sistendi causa satisdare non deberet [q], satisdatò promiserit: an fideiussoribus eius exceptio detur? Puto interesse [r], vtrum per errorem satisdatò promissum est, an ex conuentione [s]. si per errorem, dandam fideiussoribus exceptio-

vel dic deserta, scilicet exceptione: vt modo dixi.

n *Sed ego.* scilicet Vlpianus.

o *Specialiter.* Not. duo necessaria, q̃ exprimantur: & quòd specialiter. i. singulariter exprimantur. sed hoc non est contra Atilicinum. nam & ipse idem respõdisset. In quo ergo aduersatur hæc aduersatiua, sed? dic in eo, q̃ Atilicinus hoc omiserat, nec plene distinxerat. sic & aliàs. j. ad l. Rho. de iac. l. fi. §. pe. & fi. Item not. quòd quædam dicta specialiter valent, quę generaliter dicta nõ valerẽt: vt. s. si quis ĩ ius vo. nõ ie. l. j. in fi. & ĩ. de procur. l. nõ solũ. in fi. & l. Põponius. in prin. & l. qui duos. & C. de neg. gest. negocium gerentes. & ĩ. de mino. illud. §. si talis. & in auth. de sp̃te, & nũ nup. §. soluto. col. iiij. p vim: ideo ibi, aut moriens nõ expressim &c. in glo. non expressim. & in auth. vt om. ob. iu. prouin. §. aripiat. in prin. col. v. & ĩ. de leg. iij. l. vxorẽ. §. fœliciſsimo. in fine illius. §. &. C. de tempo. appel. l. fin. §. illud. & ĩ. de dona. l. filiusſa. & ĩ. de adqui. hære. l. si quis mihi bona. §. iussum. Econtra quæ valent specialiter, valẽt & generaliter: vt ĩ. quod iussu. l. j. §. j. & ĩ. de pac. iurisgen. §. ité si quis pactus. & ĩ. commo. si vt certo. §. nunc videndũ. & ĩ. man. l. & Aristoni. & C. de prescrip. xxx: an. l. omnes. & C. quando mu. tu. of. fun. potest. l. fi. Item quid si in iudicio quædam sunt expressa, postea generalis clausula adiecta: an valet in specificatis? Respon. sic: quia hic sola generalis negatur valere: præterea nõ debet viciari vtile per inutile: vt. ĩ. de verb. obli. l. j. §. pe. Extra quæro, an hoc q̃ debeant exprimi causę singulariter, habeat locũ in quolibet casu etiã extra iudicium, vt in cõtractibus: vt fuit hic secundũ primam casus positionẽ, ad hoc, vt de omni periculo teneatur? & ait M. q̃ non, immo in cõtractibus sufficiat generaliter suscipere periculũ. & pro eo. ĩ. de pac. iurisgen. §. ité si quis pactus. & ĩ. man. l. & Aristoni. Sed Io. contra, dicit enim esse necesse omnes specialiter dici: sicut & in iudiciis: vt hic, & C. depositi. l. j. & ĩ. ad Vell. l. iubemus. & si alicubi inueniatur quòd generale pactum faciat transire periculũ: vt inuenitur. ĩ. commo. si vt certo. §. nunc videndum: & aliàs exponit. s. specialiter expressum: vel aliter. i. periculum per omnẽ culpam interueniẽs: siue in latã, siue in leuem, siue in leuissimã: non autẽ casum fortuitum. quæ respõsio probatur euidenter. ĩ. de neg. gest. l. litis. §. si pecuniæ. & in duabus aliis legi. seq. & de magi. conue. l. nõ similiter. & ĩ. de admi. re. ad ciui. perti. l. ij. §. si eo tẽpore. Bul. autem idẽ dixit quod Io. hoc addito, q̃ si quædam specificentur: sufficiat generalẽ subiici clausulam. & est pro eo in auth. vt sine prohi. ma. debi. & cre. tu. ge. mi. §. præterea igitur. coll. v. & quod dixit hic Atilicinus negando in iudiciis, prout dixi exceptione deserta, quasi valeat hoc in cõtractibus: vt. ĩ. ad. l. Aquil. si seruus seruũ. §. inquit lex. & hoc casu videtur approbari. Sed quid si dicat quis, ego suscipio periculũ casus fortuiti in me? Respon. satis exprimitur, vt puto. secus si diceret, periculum tantum: vt dictũ est: aliàs nihil operaretur: quod esse non debet. vt. ĩ. de leg. j. siquãdo. sed. ĩ. operatur leuissimam saltem culpã. Quid ergo si sui natura veniat leuissima: vt in commodato? Respon. tunc dicam, quòd pactum appositũ super periculo præstando, inducit casum fortuitum: licet dicat de periculo: arg. d. l. siquãdo. de leg. j. sed alij dicunt non valere, ar. huius. §.

p *Expressæ sint.* omnes: quod difficile est: vel illæ de quibus nominatim renunciatum est.

q *Satisdare non deberet.* vt quia possidebat immobilia. vt. ĩ. qui satisda. cog. sciendũ. vel quia priuilegiatus est: vt. C. de prin. agen. in re. l. fi. lib. xij. & C. de digni. quotiens. lib. xij.

r *Interesse.* id est differentiam esse. Accursius.

s *Ex conuentione.* Not. quædã valere ex certa scientia, quæ facta per erroré non valent: vt hic, & ĩ. de fideiuss. si quis postquã. & ĩ. si men. fal. mo. di. l. j. §. sed si mercedem. & ĩ. vt in poss. le. l. j. in princ. &

Possidẽs immobilia, satisdare non debet.

*stetit. Flo. Gellio tamẽ placet Stiti, nõ Steti. lib. 2. Noct. At. ca. 14.

† Nota. ius. l. j. in fi. & ĩ. de procur. l. nõ solũ. in fi. & l. cumdũ Bal. quòd cõfessio facta in iudicio, ipsum mitur facta §. si talis. & in auth. de sp̃te, & nũ nup. §. soluto. col. iiij. p vim: ideo renũciationes quas faciunt malefactores in indicio, vt. ĩ. de leg. iij. l. vxorẽ. §. fœliciſsimo. in fine illius. §. &. C. de tempo. appel. l. fin. §. illud. & ĩ. semel. de de dona. l. filiusſa. & ĩ. reg. iur. in de adqui. hære. l. si quis sexto. Bolo. mihi bona. §. iussum. E-

† Vide in hunc locum Ant. Aug. Emẽd. lib. 3. cap. 6. ei nisi integro suo statu: vt. C. de fideiuss. l. j. quæ est cõtra. & C. de excep. l. defensiones. & instit. de repli. §. penul.

ADDITIO. Dic, q̃ hic est speciale, quòd exceptio seu defensio competẽs reo, propter mutationẽ status trãsit ad fideiussorem: secundum Bart.

*stetit.

a *Morte.* scilicet naturali, vel ciuili: vt seruus pœnæ.

b *Exilióve.* id est deportatione. & facit. ĩ. de bo. poss. l. edicto. §. rei autem capitalis.

c *Quò ergo.* aliàs, quid ergo: & aliàs, quorsum ergo: & aliàs, quo ergo. s. casu. ac si diceret, nil videretur prodesse: quia ipso iure deportatus liberatur: vt. ĩ. de fideiuss. si debitori. sed respondeo: fideiussoribus q̃ desse, vt subiicit: quia iure cõmuni teneretur. s. in contrarium cõpetens nõ competit

d *Exilium.* s. relegationis. *ADDITIO.* Quanquã mirẽtur quidam exilium salua ciuitate fieri posse: Accursius tamen rectè interpretatus est, qui describere Relegatũ voluerit, qui salua ciuitate exulerat. Cicero in oratione pro A. Cecinna. Non adimitur exulibus ciuitas, sed ab eis relinquitur, inquit, atque deponitur. Nam cùm ex nostro iure duarum ciuitatũ nemo esse possit: tum amittitur hæc ciuitas denique cum is, qui profugit, receptus est in exilium: hoc est in aliam ciuitatem. Ouidius quoque cùm se relegatum diceret, ita se versib. consolatur:

Iva quidem moderata tua est, vitámque dedisti:
Nec mihi ius ciuis, nec mihi nomen abest.
Nec mea concessa est aliis fortuna, nec exul
Edicti verbis nominor ipse tui.
Arua relegatum iussisti visere Ponti,
Et Scythicum profuga findere puppe fretum.

Alio tamen loco exulem se, quod notius nomen est, appellat.

Vade (libro ait) *sed incultus, qualem decet exulis esse:*
Infelix habitum temporis huius habe. Anto. Augustinus.

q *Non impossibile.* scilicet de iure, vel de facto.
r *Similibus.* scilicet qui re contrahuntur. idem & in aliis. de his tamen frequentius accidit. & ideo hic expressit: vt arg. in authen. vt sine prohi. ma. debi. & cre. tu. ge. mi. colla. septima.
s *Furem seruum.* quem accõmodo h vel depono apud te. Sed videtur vna ratione esse improbũ siue turpe ex parte accipientis, sicut illud: ne facias homicidiũ. & similia: vt. ſ. e. iurisgentiũ. §. si ob maleficium. alia ratione superuacuũ esse videtur, cum & iure cõtractus ad hoc teneatur. ad quòd dicas, quòd per pactum etiã tenebitur curare ne hæc fiant: vt. j. de verb. obl. inter stipulanté. §. j. &. j. loca. l. in lege. j. rñ. vnde non est iniquum, nec superuacuũ Item potest esse, quòd apponitur pœna. i Item in actione serui corrupti venit dolus: vt infrà, de ser. cor. l. j. amodo etiam culpa. præterea k si etiam iure communi conueniret, tamen vtile est pacto dici: vt infra, man. l. qui mutuam. in prin. sed quidam dixerunt, quòd superfluum est, nisi pœna apponatur. & ideo non valere dicunt: vt supra, eodem iurisgentium. §. sed si fraudandi. Sed contra eos est prædicta lex, qui mutuam. & litera hęc, sicut enim & cætera. ex qua colligę, quòd si obligatio l fieri potest per legem: ergo idem potest per pactum conueniri. & facit supra, eodem, pactum.

h *Sequitur.* ſ. eo. ſ. fi. & de iur. do. auus auia. & ſ. eo. ſi tibi decem. & ſ. eo. ſi vnus. §. pacta. & l. contra iuris. vel impossibile: vt infra, de reg. iur. l. impossibiliũ. c Item quod dicit valere, dic etiam ad actionem: quia vestitum est rei interuentu: vt. ſ. e. iurisgẽtium. §. quinimmo. Sed quid si hodie rem tibi promisi, vel vendidi: & ex interuallo cum trado, aliquod pactum appono ad agendum? Respon. non valet: d quia traditio fiebat tantum ad me liberandum principaliter ex præcedẽti obligatione: vnde non potest operari etiam obligationem: vt diximus suprà, e. ſi intra. Sed secus in contractibus innominatis: e

i *Valet.* ſ. eo. l. ſi vnus. §. idem dicemus. & ſ. eo. ſi tibi decem. & ſ. eo. ſi vnus. §. pacta. & l. contra iuris. vel impossibile: vt infra, de reg. iur. l. impossibiliũ. c Item quod dicit valere, dic etiam ad actionem: quia vestitum est rei interuentu: vt. ſ. e. iurisgẽtium. §. quinimmo. Sed quid si hodie rem tibi promisi, vel vendidi: & ex interuallo cum trado, aliquod pactum appono ad agendum? Respon. non valet: d quia traditio fiebat tantum ad me liberandum principaliter ex præcedẽti obligatione: vnde non potest operari etiam obligationem: vt diximus suprà, e. ſi intra. Sed secus in contractibus innominatis: e

m IN traditionibus.] CASVS. Si trado tibi rem aliquam ex causa forte venditionis vel donationis: & apponimus pactum: bene valet pactum, & obseruandum erit. Viuianus.
n *In traditionibus.* in casibus etiam in traditione factum nõ valet: vt. j. de reli. quòd si locus. a &. C. de vsur. quamuis. j. b &. j. e. l. pen. &. j. de distrac. pign. si creditor. §. fi. & de iur. do. auus auia. &. ſ. eo. ſi tibi decem. &. j. solu. ma. quotiens. item & vbi est tale per quod volo mihi in aliqua re quærere dominium, quod fieri per pactum non potest: vt. C. eo. traditionibus. nisi in casibus: vt in pacto legis commissoriæ, & aliis: vt diximus. ſ. e. iurisgentium §. quinimmo. Item & vbi est turpe, non valet, etiam in traditione factum, vel à legibus improbatum: vt. ſ. e. ſi vnus. §. pacta. &. l. contra iuris. vel impossibile: vt infra, de reg. iur. l. impossibiliũ. c Item quod dicit valere, dic etiam ad actionem: quia vestitum est rei interuentu: vt. ſ. e. iurisgẽtium. §. quinimmo. Sed quid si hodie rem tibi promisi, vel vendidi: & ex interuallo cum trado, aliquod pactum appono ad agendum? Respon. non valet: d quia traditio fiebat tantum ad me liberandum principaliter ex præcedẽti obligatione: vnde non potest operari etiam obligationem: vt diximus suprà, e. ſi intra. Sed secus in contractibus innominatis: e

XLVIII. GAIVS libro tertio ad legem duodecim Tabularum.

IN traditiõibus n rerũ quodcumque pactum sit, id valere † manifestissimum est.

Valet pactum, ne quis conueniatur vltra quàm facere possit. Bart.

XLIX. VLPIANVS libro trigesimosexto ad Sabinum.

SI quis crediderit pecuniam, & pactus sit, vt quatenus o facere possit debitor, eatenus agat: P an pactum valeat? & magis est hoc pactum valere. Nec enim improbandum * est, & si quis hacten⁹ desideret cõueniri, quaten⁹ facultates [eius patiuntur.]

Quod fit per legem, potest fieri per pactum. Bartolus.

L. IDEM libro quadragesimo secundo ad Sabinum.

NOn impossibile q puto in contractibus depositi, commodati, & locati, & cæteris similib⁹ r hoc pactũ, *ne facias furem [vel fugitiuũ] seruum* s *me-*

BIU Cujas

non eram grauatus, omnia in statum pristinum reducuntur. vnde potero agere contra debitorem meum. s. Mæuium: & Mæuius aget contra Titium suum debitorem. Viuianus.

a *Debere.* putabat hæres se grauatum facere pactum de non petendo, cum non esset. nam si esset, valeret legatum: vt insti. de le. §. si quis debitori.

b *Tuo.* vel hæreditario, vel tuo proprio.

c *Neque te.* s. hæredem petentem actione antiqua, non obstáte exceptione pacti.

d *Exceptione.* imò vi detur summoueri pacti exceptione: cum possessio rei corporalis trá seat etiam hærede errante: vt infra, ad. l. Falci. l. j. §. si legatarius. ité totus titu. de condict. inde. & sine cau. locum habent quando errando quis dominium vel possessionem tradit. aliter non daretur condictio aliqua: vt infra, vsusfru. quemad. c. l. fi. in fi. Dic ergo nó summoueri exceptione & cætera. scilicet [a] efficaciter: quia replicabitur de dolo à te hærede. Quod dico habere locum etiam si per acceptilationem eum liberasset: licet quidam [b] contra. Sed videtur alia ratione, quòd non posit cum effectu repetere: quia falsa demonstratio non viciat legatum. nec ergo opinio falsa pactum tale. sed certe imò viciat legatum, si aliter non erat legaturus: vt infra, de condi. & demon. l. cũ tale. §. falsum. & C. de fal. cau. adiec. leg. l. j. sic & hic nó est verisimile hunc fecisse pactum si scisset nihil legatum esse. quare potest repetere. & contra exceptionem replicabit: cum ideo fecit, quòd se astrictum putauit: vt infra, de condic. inde. damus. nam nó tam paciscitur quàm decipitur: vt. j. ti. j. qui cum. §. qui per fallaciam. vel dic falsa causa non nocet quam testator credebat. hic autem non testator, sed hæres tantum. nec enim testator vllo modo legauerat.

[a] *Istã scil. repræhẽdit Bar. Paul. licet Alb. & Ia. But. Bald. Sal. Ful. & Ia. eam sequũtur.*

[b] *Idẽ Bar. P. & cõtra. Salua tamen l. 2. p. Ful. & Ia.*

e *Si debitorem.* ab eo qui me hæredem fecit, credebam me grauatum in. x. dandis Titio: cui puta Titio legatario delegaui debitorem meum Mæuium, qui Mæuius erat in alia manu creditor Titij. ideoque compensauerunt statim Titius & Mæuius: cũ igitur apparet, quòd non eram grauatus, omnia in pristinum reducuntur statum, non ipso iure, sed iure replicationis doli: & delegatus contra eum cui delegatus est obiiciet doli exceptionem: vt hic, & j. de do. l. ij. §. cum vero. & de do. excep. Iulianus.

f *Tuum.* Mæuium.

g *Cui.* scilicet Titio. Ioan.

h *Debitor.* Mæuius.

i *Pactus.* de non petendo admissa compensatione.

k *Debitore.* scilicet Mæuij.

l *Constituto.* scilicet prius ex aliqua causa.

m *Debitorem.* scilicet Mæuium.

n *Suum.* scilicet Titium.

o *Peremptam.* scilicet quò ad effectum. Et not. ex hac. l. ex falsa credulitate, vel opinione quod agitur, non cõfirmari. sic infra, de pign. ac si quasi. & C. de rescindenda vẽ. venditor. & infra, de ac. em. & ven. si hæres. & infra, de consti. pe. l. fi. & infra, de adqui. hæres. is ad quem. & infra, de condic. inde. si non sortem. §. si centũ. & infra. de inoffi. testa. nihil. §. si cum. & infra, de iudic. l. de qua re. Argu. contra. C. de condic. ob cau. l. si repetendi.

Falsa cre-dulitas non confirmat quod agitur.

Pistola.] CASVS. Titius instituit me solum hæredem: ego autem credens te cohæredem meum, misi tibi epistolam hoc modo: talis tali cohæredi meo salutem. quæritur modo, an propter hoc sis cohæres meus? Et respon. q non. [SI INTER.]

um: hoc est, ne sollicites, vt fur fiat, vt fugitiuus fiat, né [ve] ita negligas seruum, vt fur efficiatur. sicut enim serui corrupti actio locum habet: ita potest etiam hæc pactio locum habere, quę ad non corrumpendos seruos pertinet.

Pactum factum per errorem causa, actionem in effectu non perimit. Bart.

LI. IDEM libro vicesimo sexto ad Edictum.

SI cum te ex causa legati debere [a] pacisci debitori tuo [b] existimares, pactus sis ne ab eo peteres: neque iure ipso liberatur debitor, neque [te c] petentem summouebit exceptione [d] conuentionis: vt Celsus libro vicesimo scribit. Idem eodem loco scribit: si debitorem [e] tuum [f] iussisti soluere Titio, cui [g] legatum falsò debere existimabas: & debitor [h] pactus [i] sit cum Titio suo debitore [k] constituto: [l] neque tibi aduersus tuum debitorem, [m] neque ipsi aduersus suum [n] actionem peremptam [o] [esse.]

Verba enunciatiua, emissa propter aliud, dispositionem non inducunt. Bartolus.

A Obligaui fundum meum Titio: tu cum esses meus amicus, dixisti mihi quòd volebas illum fundum luere. dixi, libenter: luisti quidem: & cõuenit inter me & te post luitionem: vt fructus quos ex illo fundo perciperes, in sortem & vsuras computares. & quòd si soluam reliquum, reddas mihi fundum: nunquid valet tale pactũ? Et respon. quòd valet istud pactum, vt inter cohæredes locum habeat. [PACTVM.] Mihi tuum prædiũ obligasti, & cõuenit inter nos vt tu debitor debita præterita & futura solueres. nunquid valet pactũ? Et respon. quòd valet inter contrahentes, & quantum ad ipsos. [DE INOFFICIOSO.] Pater meus me exhęredauit, & instituit extraneum hæredem. ego autem cum agerem contra hæredem extraneũ querela inofficiosi, pactus fui cum extraneo hærede vt mihi alimẽta præstaret, & præstitit: & ego ei querelam remisi. tandem decessi. vnde hæres meus, puta filius meus petit alimẽta ab illo extraneo hęrede. Dicitur hic, quòd iste filius meus idémque hæres meus non habebit alimen. quia illud pactum in tertiam personam extendi non debet. vel dic, quòd petebam pactũ fieri mihi, quod perpetuo præstaret alimenta, tam mihi, quàm meis hæredibus. hoc pactum erat contra iura, quòd etiam hæredibus præstarentur alimenta: quare meum desiderium non admittitur. Viuianus.

LII. IDEM libro primo Opinionum.

EPistola, qua [p] quis cohæredem sibi aliquem esse cauit: petitionem nullam [q] aduersus possessores rerum hæreditariarũ dabit. [Si inter debitorem, & eum, qui fundũ pigneratum à creditore, [r] quasi debitoris negocium gereret emerit, placuit [s] vt habita [t] cõpensatione fructuum, soluto q; quod reliquum deberetur, fundus debitori restitueretur: etiã [u] hæres [x] pacto, quod defunct° [y] fecit, fidem præstare [z] debet.

Pactum circa solutionem tributorum, valet inter priuatos, quo ad ipsos tantum.

[Pactum vt si quas summas propter tributiões [a] prædij pignori nexi factas creditor soluisset, à debitore reciperet, & vt tributa [b] eiusdem prædij debitor penderet: [c] iustum, ideoque [d] seruandum est.

Pactum personale, non extenditur ad hæredes. Bartolus.

[De inofficioso patris testamẽto acturus*: vt ei [e] certa quãtitas quoad viueret hęres [ff] præstaret, [g] pactus est. produci

*Flo. actoris: vt eis.

† *i. filius qui se hæredem dicit, cum extraneum pater instituerit. Ae. Perui.*

[c] *Nam sententia lata in petitione hæreditatis, tribuit ius & nomen hæredis. B.*

p *Epistola.* qua salutabat eum vt cohæredem. Accursius.

q *Nullam.* per legem enim, vel per similẽ iuris partẽ, vel per testationes fiunt hęredes: vt. j. de peti. hære. l. j. & institu. de bo. pos. §. quos autem. non autem epistolis. vt. C. de proba. non epistolis. & bene dico nullam, nisi esset [c] lata sententia: quia tunc pro hæredibus habentur: vt. j. fami. erciscun. l. cum putarem. Accur.

r *A creditore.* sed nonne debitor potest vindicare? Respon. nó, cũ creditor vẽdidit ex pacto, vel ex lege: vt. C. de iur. do. ipe. l. vlt.

s *Placuit.* id est conuenit ita. & cætera.

t *Habita.* scilicet vt pro eo quod creditori soluerat, fructus sibi computaret hic amic° debitoris: & soluto reliquo à debitore fundum redderet ipsi debitori.

u *Etiam.* nunc respondet.

x *Hæres.* emptoris, vel debitoris.

y *Defunctus.* amicus debitoris.

z *Fidem præstare.* Sed quare, cũ nudũ sit? Rn. imò forte vestitũ. mãdauit enim debitor amico vt hoc faceret: vt. j. man. si mãdauero. j. §. si hi. vel stipulatione forte. sed & si nudum fuisset, valet ad vsuras remittẽdas: quas præsumo remissas, ex quo dixit se fructus cũ sorte compensaturũ. aliàs venirent in contrariam mandati actionẽ: vt. j. manda. si vero non remunerandi. §. si mihi. Accur.

a *Tributiones.* scilicet præteritas.

b *Tributa.* scilicet futura.

c *Penderet.* i. daret creditori, vt creditor daret fisco.

d *Ideoque seruandum.* vel per actionem contrariam pigneraticiam informatam: vel per certi condictionem ex stipulatu si stipulatio intercessisset: vel per retentionem: vt infra, de pigne. actio. l. tutor. §. contrariã. Sed arg. contra. s. eo. l. inter debitorem. Sol. vt ibi, & eodem modo solue. C. sine cen. vel reli. l. fina.

e *Ei.* scilicet filio.

f *Hæres.* primo pũcta quoad viueret. s. filius: & habeas, præstare. vel sic: quoad viueret hęres. s. qui dat. & tunc habeas, præstaretur.

g *Præstaretur.* aliàs præstaret, & aliàs præstaretur. & hæc placet, quia planior est.

a *Ad perpetuam.* mortuo eo qui de inofficioso acturus erat, secundum primam: & econtra, vt hæres hæredis præstaret, secundum aliam.

b *Admitti.* vt hic, & infrà, de lib. leg. Aurelio. j. respon. nec ad querelam transactionis sopitâ reuertetur hęres filij: vt. C. de trãsact. cũ mota. vel ipse: ex quo seruatur ei conuentio: vt. C. de inoff. testa. parentibus. nisi forte ad tempus tantũ remisit: vel non ei seruatur fides dum viuit: vt infra, de inoffi. testa. si instituta. j. respon. & suprà, eo. l. si vnus. §. si cum reo.

† *ab hærede filii. Ae. Perri.*

* *vel dic prærogare, prius rogare. i. rogãdo petere salaria à litigãtibus. i. ab his qui litẽ habẽt. possunt enim causidici ante litis ingressũ pacisci de quota litis, non aũt de quota litis. Ae. P.*

Pacisci an liceat de quota litis.

ad perpetuam [a] præstationem id pactum postulabatur. † Rescriptũ est, neque iure vllo, neque æquitate tale desiderium admitti. [b]

Pactum de reddendis sumptibus, valet: secus in pacto facto de quota litis. Barto.

LIII. IDEM libro quarto Opinionum.

SVmptus quidem prorogare [c] litiganti, [d] honestũ est: pacisci autem, vt non quantitas eo nomine expensa cum vsuris licitis restituatur, sed pars dimidia ei⁹, quod ex ea lite datum [e] erit, non licet.

Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri. Bar.

LIIII. SCAEVOLA apud Iulianum libro trigesimosecũdo Digestorum notat.

SI pactus sim ne Stichũ qui mihi debebatur, petam: [f] nõ intelligitur mora [g] fieri: mortuoque Sticho puto non teneri reum, qui ante pactum moram non fecerat.

Per seruum in quo habemus vsumfructum, adquiritur nobis exceptio & replicatio. Bartolus.

LV. IVLIANVS libro trigesimoquinto Digestorum.

SI debitor sit fructuari⁹, [h] & paciscatur seruus in quo vsumfructum habet, ne ab eo [i] petatur: paciscendo meliorem conditionem eius facit. [k] Item si creditor esset fructuarius, & pactus [l] esset, ne peteret: seruus autem fructuarius paciscetur, vt peteret: beneficio pacti, quod seruus interposuisset, vtiliter [m] ad petitionem admitteretur. [n]*

Ex causa potest vna pars contractus tolli alia remanente. Bart.

LVI. IDEM libro sexto ad Minicium.

SI conuenerit, ne dominus à colono quid peteret: & iusta causa conuentionis fuerit: nihilominus colonus à domino petere potest. [o]

Pro tempore pro quo vsura soluitur, tacitum pactum de non petendo inducitur. Bartolus.

LVII. FLORENTINVS libro octauo Institutionum.

QVi in futurum [p] vsuras à debitore acceperit, * tacite pact⁹ videtur, ne intra id tempus sortem petat.

Ex ea parte qua pactum est in persona, non porrigitur ad hæredem. Bart.

¶ Si ex altera parte † in rem, ex altera in personam pactum conceptum fuerit, veluti ne ego petam, vel ne à te petatur: hæres meus ab omnibus vobis petitionem habebit: [q] & ab hęrede tuo omnes petere poterimus [r].

Contractus, qui consensu celebrantur, solo consensu dissoluuntur re integra: alias non, nisi actus retro similis interceserit. hoc dicit.

LVIII. NERATIVS libro tertio Membranarum.

numerantur infra, loca. sed addes. §. illud. Accursius.

QVi in futurum.] CASVS. Accepi à te decem, & tu pro futuro tempore vsuras accepisti: dicitur hic, quòd videris tacite paciscì ne petas à me illa decem vsque ad illud tempus cuius nomine vsuras accepisti. [SI EX ALTERA.] Debebas mihi decem, & feci tibi pactum de non petendo. hoc modo scilicet, ne ego solus petam. hoc casu remouebor à te & ab hæredibus tuis: quia ex parte mea personale est. vel si dixi ne à te petatur, si tu decedas: cum ex parte tua sit personale: petere potero ego & hæres meus, non à te, sed à tuo hærede: vnde solus à te remouebor ego & hæredes mei, & non ab hæredibus tuis. Viuianus.

SI conuenerit.] CASVS. Titius locauit fundum Seio, vsque ad decem annos. emersit sterilitas, cuius gratia domin⁹ remisit vnius anni vel duorum pẽsionem: nihilominus manet locatio, & tenetur dominus ei super his quæ lege locationis conductori præstari solent. infra, loca. & conduc. l. sed addes. §. illud. Viuianus.

a *Idem. B. quia est eadẽ ratio, & sequuntur communiter hic doc.*

SI pactus.] CASVS. Feci tibi pactum, ne Stichum (qui mihi debebatur) peterem intra annum. nó teneberis quidem. vel aliter dic hunc casum: si Stichus decedat, non teneberis ipso iure. Viuianus.

SI debitor.] CASVS. In quodam seruo vsumfructum habebam: iste seruus fecit pactum creditori meo, ne petat ille credi meus à me. Valet quidem pactum. Sed pone, quòd eram creditor tuus, & tibi feci pactum de non petendo. iste seruus vsufruct. cõuenit tecum vt mihi petere liceret. valet pactum, & adquiritur mihi replicatio: quia si agam contra te, excipies de pacto quod tibi de non petendo feci: & ego replicabo, quia tu feciste seruo in quo habeo vsumfructum pactum de petendo. hoc dicit ista lex. Viuianus.

A B emptione.] CASVS. Tria dicit hæc lex. primo pone, quòd codicem vendidi tibi: & antequam eum tibi traderem, vel tu mihi precium solueres, discedi ab emptione placuit: quod potuit. Idem si vltra processum est, quia res vendita tradita est: sed precium non dedisti: postea dixi tibi, restituas codicem mihi, & non tenearis ad precium. si quidem restituas, non teneberis ad precium: imò liberaris à pcio prestãdo. Tertio dicit: Pone, quòd codicẽ tibi tradidi, & tu mihi precium soluisti: vel non dedisti pro-

i *Ab eo.* scilicet fructuario.

k *Facit.* quia est ex re fructuarij, & opera serui: vt supra, eo. adquirent. j. respon. est enim species adquirendi, liberare fructuarium ab obligatione: vt infra, de accepti. l. species. & quod dicit meliorem, non deteriorem supple: vt. C. eo. seruus.

l *Et pactus.* scilicet fructuarius.

m *Vtiliter.* id est efficaciter.

n *Admitteretur.* ope replicationis.

* *Flo. addit. mittetur.*

* *accipere. Flo.*

† *Alias. ppõsita.*

ita. integra. ex pacta. ratio. est. puta sterilitas: vt infra, ex pacta. loca. si vno. ibi æquatẽ eum. liter. Alij dicũt, quòd iuratus. hic expresse fuit actũ, vt ex vna parte tantum. tolleretur: ibi non. remanet ergo locator. obligatus ad ea quæ cõsueuerunt præstare lo-catores colonis: quę e-

o *Potest.* Et sic nota contractum istum ex vna parte tantum resolui ex huiusmodi cõuentione: vt hic, & infra, loca. & con. si tibi habitationem. Sed cõtra infra, de rescinden. vendi. l. cum emptor. & infra, de act. empt. & † *Alias. ven. l. fina. quę sunt cõtra? Respon. b hic fuit res non integra: ibi integra. Item hic fuit iusta causa conuentionis ex vna parte tantũ: loca. si vno. ibi æquatẽ eum liter. Alij dicũt, quòd iuratus. hic expresse fuit actũ, vt ex vna parte tantum tolleretur: ibi non. remanet ergo locator. obligatus ad ea quæ cõsueuerunt præstare lo-catores colonis: quę e-*

b Actus. integra. ratio. est. puta sterilitas: vt infra, ex pacta. loca. si vno. ibi æquatẽ eum liter. Alij dicũt, quòd iuratus. hic expresse fuit actũ, vt ex vna parte tantum tolleretur: ibi non. remanet ergo locator. obligatus ad ea quæ cõsueuerunt præstare lo-catores colonis: quę e-

*bona. dam. perna. liber. ris. tempus. ris. tempus. ris. tempus

disti precium: & conuenimus postea vt discederemus à contractu. dicit hic, quòd non potero te conuenire, vt rem mihi restituas quam tibi vendidi, & tradidi. Viuianus.

a *Ab emptione.* tres ponit casus. Primo, quando res est integra. Secundo, quando ex vna parte facta fuit traditio. Tertio, quando ex vna vel vtraque: quæritur tamen, an actio detur ad resoluendum: quod negat.

b *Recedi.* ipso iure. & etiam arris datis: vt. C. quãdo li. ab emp. disl. j

c *Præstitis.* id est reddidisti: non vt quidam dicunt, iterum à te mihi venditis.

d *A te.* scilicet emptore.

e *Præstitisses.* sponte. nec enim is cogi potest: vt in fine huius legis.

f *Desinere.* nunquid ipso iure? puto sic, vt statim dicam.

g *Interest.* quo ad hoc vt precium non debeatur cum effectu. sed re integra ipso iure in altero casu per exceptionem, secundum Io. vel dic (vt puto.) ipso iure in vtroque casu: vt hic, licet agi nó possit ex pacto tali: vt in fi. huius legis.

h *Cogaris.* quid ergo de lege commissoria, & pacto addictionis in diem, vbi dominium transfertur ex pacto: vt C. de pactis inter emp. & ven. l. commissorię? Respon. illud re integra, & in ipso contractu.

i *Constituantur.* ad qp pactum nudum nó sufficit. Io. sed nunquid etiam exceptionem in precio pariet? respon. non. Sed quid si venditor fuit confessus possidere nomine emptoris: nec tamen tradidit? videtur tradita: vt infra, de rei vind. quædam. & de adquirenda possess. quod meo. Item sufficit aliquid fieri per quod venditor liberetur: vt infrà, de rescindenda vendi. l. cum emptor. Item non parit exceptionem hæc conuentio: quia ad hoc non apponitur, sed vt contractus dissoluatur. a Item & si fieret ad liberandum à primo contractu, non oportet: quia ab eo iam erat liberatus. sed rei vin. habet emptor, vel vti possi. ad quod infra, de contrahen. empt. l. si cum fundum venderes. §. fere. de qua tollenda non fuit actum: vt infrà. ti. j. cum Aquiliana. Item actus econtra similis priori hic non fuit quod est opus: vt. C. quando li. ab emp. discc. l. j. econtra hic videtur similis actus retro esse: cum res erat apud venditorem: vt instituta. de re. di. §. interdum. sed certe ibi dicit cõtra. scilicet non esse traditam. at hic verus actus desideratur: vt. C. quando licc. ab empt. discc. l. j. Item pro hoc, quia tradito instrumento: ergo res: vt. C. de dõ. l. j. ergo econtra eo inciso: vt infra, de regulis iuris. l. nihil tam naturale. sed illud re integra. Item liberatur fideiussor & venditor etiam si promiserit animo nouandi: & sic liberatus videtur à prima: vt infra, de rescindenda ven. l. emptio. sed ibi res est integra: & secunda obligatio est liberatio primæ. Item ad donationem trahe. nec ob. institut. qui. mo. tol. ob. §. vlti. quia & hæc fit consensu: vt. C. de dona. si quis argentum. §. fin. præterea non dicit lex, quòd non exigatur retroactus in aliis: sed re integra in aliis non ipso iure: sed per exceptionem re integra: hic ipso iure: vt supra, eodem. l. si vnus. §. pactus ne peteret.

a Bald. hic dicit istam glos. singu. quod vbi pactio contractus est bonæ fidei: vt etiã est institu. de re. di. §. interdum. vbi dissoluitur, siue dicatur Bal. hic.

A B emptione[a], venditione, locatione, conductione, cæteris q; similibus obligationibus, quin integris omnibus, consensu eorum qui inter se obligati sint recedi[b] possit, dubium non est. Aristoni hoc amplius videbatur, si ea, quæ me ex empto præstare tibi oporteret, præstitissem: & cum tu mihi precium deberes, conuenisset mihi tecum vt rursus præstitis[c] mihi à te[d] in re vendita omnibus, quæ ego tibi præstitissem, precium mihi nõ dares, tuque mihi ea præstitisses[e]: precium te debere desinere[f]: quia bonæ fidei (ad quam omnia hæc rediguntur) interpretatio hanc quoque conuentionem admittit. nec quicquam interest[g], vtrum integris omnibus, in quæ obligati essemus, conueniret, vt ab eo negocio discederetur: an in integrum restitutis his, quæ ego tibi præstitissem, consentiremus, ne quid tu mihi eo nomine præstares. Illud plane conuentione, quæ pertinet ad resoluendum id, quod actum est, perfici non potest: vt tu, quod iam ego tibi præstiti, cõtra præstare mihi cogaris[h]: quia eo modo non tam hoc agitur, vt à pristino negocio discedamus, quàm vt nouæ quædam obligationes inter nos constituantur[i].

Quorum stipulatione nobis adquiritur, & pacto. hoc dicit. qui sunt isti, ponitur in gloss. Bartolus.

LIX. PAVLVS libro tertio Regularum.

P Er quos adquiri nobis stipulatione potest, per eosdem etiam pactis[k] conuentis meliorem conditionẽ nostram fieri posse placet[l].

Ista lex in gloss. legitur tribus modis. pone casum secundum secundam lect. quæ est melior, & magis notabilis. vbi est paritas in cumulatione debiti, dignitatis, & numero personarum, præferuntur voces consanguineorũ. hoc dicit. pro hac lect. facit. l. 1. infra, de priuil. cre. sed secundum alias duas lect. hoc dicit. Pactum factum ei qui putabatur hæres, porrigitur ad eum qui in veritate est hæres. hoc autem intelligitur si contemplatione hæreditatis sit factum: non ob. supra. e. l. si tibi §. pen. Bartolus.

LX. PAPYRIVS IVSTVS libro octauo Constitutionum.

I Mperator[m] Antoninus Auidio Cassio rescripsit, si creditores pacti* sint, partem[n] ex bonis[o] licet ab extraneo cõsequi: rationem habẽdam prius[p] idonei sunt. & hoc litera dicit. Secundo ponitur sic: Titius fecit testamentum, & instituit sibi hæredem adgnatum. alij adgnati cum quibusdam creditoribus extraneis, qui scilicet adgnati creditores erant testatoris, & pares sunt in debito, & in numero, volunt remittere debitorum partem, & aliam recipere cum sint pares: quorum dicto potius stabitur, quæritur. Et respon. quòd habenda est ratio necessariarum personarum, si idoneæ sint. vnde istæ coniunctæ personæ præferentur aliis creditoribus. Tertio modo ponitur hic casus: Pone quòd Titius instituit seruum vel filium hæredem: postea extraneus cœpit possidere hæreditatem, & adquisiuit pactum de non petendo credito. hæreditariis. creditores, quia non fecerunt ei pactum, conuenerunt eos, id est seruum vel filium. sed illi extranei fecerunt pactum. quæritur nunquid pactum extranei prosit eis? Et respon. quòd sic. Viuian[q]. m *Imperator.* Pone casum tribus modis: primo extraneus qui possidet alienam hæreditatem, pactus est cum creditoribus vt sint certa portione contenti. adgnati vel cognati vindicant ab eo hæreditatem.

n *Partem.* scilicet debiti.

o *Ex bonis.* scilicet defuncti.

p *Prius.* id est potius, dicendum est habendam rationem necessariarum personarum, quàm contrariarum, vel quàm extraneorum: vt scilicet doli exceptio eis patrocinetur, non pacti directa: vt sic[b] tollantur contraria duo supra, eodem. si tibi. §. cum possessor: & infra, titulo primo. l. tertia. §. finali. quæ sunt contra. Sed nonne dicit, licet ab extraneo? Respon. ita, quia videbatur non prodesse pactum, nisi ab aliis esset adgnatis in remotiori gradu constitutis factum. & dic, si idoneæ sunt, id est quarum idoneæ sint personæ necessariæ ad soluendum totum. & hoc non affectione hæredis extranei fecit: vt. C. eodem. si adfectionem. Secundo[c] pone, quòd bona cuiusdam vendebantur, quia hæres nolebat adire, qui habet creditores adgnatos suos

parati. Flo.

b Respõde melius: vt p Bald. Ful. & Ia. hic.

c Istã lect. tenẽt Bart. An. Saly. Ful. P. liset Ia. Bu. Cuil. Ray. Alb. hic reprehendũt.

BIU Cujas

suos quosdã, & alios extraneos. pares sunt adgnati aliis extraneis & in cumulo debiti, & in numero, & in dignitate. necessariarum personarum sententia est eligenda, siue eligant minorem partem debiti, aliis eligentibus maiorem, vel econtra. & pones ibi, si idoneæ sunt scilicet aliàs in cumulo debiti, & in numero, & in dignitate. Tertio [a] pone, plures gradatim ad hereditatem vocabantur. pacti sunt creditores cum eo, qui erat extraneus hæres ab intestato & in vlteriori gradu, vt certa parte sint contenti aduersus eum: multo magis hac parte contenti esse debent contra necessarios hæredes, puta filios vel seruos. Alij enim qui in potestate defuncti non erant, extranei hæredes dicuntur: vt institutionibus de hæredum qualitate & differentia. §. extranei. & C. de rei vxoriæ actione. §. extraneum. & secundum hoc dic, si, id est quamuis idonei sint ad soluendum. vel dic, ad succedendum: & dictio, si, propriè ponitur. Et sic not. quòd secundum tertium casum, necessariæ personæ appellantur filij & serui: vt institutionibus de hæredum qualitate & differentia, in principio. &. §. sui. & in aliis duobus dicuntur adgnati & cognati: vt supra, de iusticia & iure. l. finali.

necessariarum personarum †, si idoneæ sint [a].

Pactum de non alienando rem propriã, non valet. Bartolus.

LXI. POMPONIVS libro nono ad Sabinum.

NEmo paciscendo [b] efficere potest, ne sibi locum suum dedicare liceat: aut ne sibi in suo sepelire mortuum liceat: aut ne vicino inuito prædium alienet.

Pactum principalis non præiudicat defensioni iam fideiussori quæsitæ. h.d.

LXII. FVRIVS ANTHIANVS libro primo ad Edictum.

SI reus postquam pactus est à se non peti pecuniã (ideoque cœpit id pactum fideiussori quoque prodesse [c]) pactus sit vt à se peti liceat: an vtilitas prioris pacti, sublata sit fideiussori, quæsitum est? sed verius est, semel adquisitam fideiussori pacti exceptionem vlterius ei inuito extorqueri non posse [d].

a Iste tertius intellectus & primus ad idẽ tendunt. Bald. Ful. P. licet Alb. et Sal. dicãt, quod differunt.

† Bal. dicit istum textũ esse sing. secundũ vnã lec. glo. ad hoc, quòd vbi cõiuncta persona & extraneus deputantur ad aliquid faciendum: si discordãt refertur opinio coniuncta. Bolog.

Necessariæ personæ, quæ dicantur.

a *Si idoneæ sint.* scilicet ad soluendum, secuddum primum casum: vel dic, ad remittendum, secundum secũdum casum. vel dic, ac succedendum, secundum tertium.

NEmo.] CASVS. Si paciscar tecum ne vendam fundum meum, vel ne faciam locum meum religiosum, vel quocũque alio modo paciscar: non valet tale pactum. Viuianus

b *Nemo paciscendo.* Primo dicto huius legis & secundo est cõtra. C. de pac. inter emp. & ven. l. fi. Sed ibi in traditione factum fuit. Et sic soluitur aliud contra, quod toti huic legi contradicit. ff. e. in traditionibus. &. C. de re. permu. l. rebus. &. ff. de reli. l. quod si locus. Item toti legi contradicit. ff. de aqua quoti. & æsti. l. j. §. si quis. sed ibi interest paciscentis vt alius nõ quærat aquam in suo, ne suus fons exiccetur: vt. ff. de serui. quotiens. vel quod dicit hic non posse agi: verum est præcise: sed ad interesse agi potest, si interest: vt ibi. Item ad primum & ad secundum est contra. C. de re. ali. l. fi. sed ibi non dicitur valeat, vel non valeat tale pactum: sed dicit, quòd videantur esse prohibita, si alienatio alicuius rei est inhibita. Item ad vltimum est contra. ff. de distrac. pig. si creditor. §. fi. sed ibi manifeste interest creditoris ne debitor vendat pignus. Accursius.

SI reus.] CASVS. Feci tibi mihi pactum de non petendo, cum tibi. x. deberem: & sic & ego & fideiussor meus sumus liberati. postea feci tibi pactum vt liceret tibi à me petere: an fideiussor cum iam sit liberatus, reincidat in obligationem primam, quæritur. Et respon. quod fideiussor non reincidit in primam obligationem. Viuianus.

Reo principali liberato, liberatur & fideiussor.

c *Prodesse.* nam reo liberato, per consequens fideiussor liberatur: vt. ff. de reg. iur. l. cum principalis, &. ff. de noua. l. nouatio.

Liberatio semel cõpetens est perpetua.

d *Posse.* Not. liberationem semel competẽtem perpetuam esse, nisi liberatus velit iterum obligari: sicut & omne beneficiũ perpetuum est: vt in auth. consti. quæ de dig. §. illud. col. vj. & facit. ff. de reg. iur. id quod nostrum. &. C. de loca. & con. si cum Hermes. &. C. de fideiuss. nouatione. Sed contra. ff. eo. si vnus. §. pactus. in fi. §. Sol. vt ibi. Item contra. ff. quod me. cau. l. metum. §. fin. &. l. illud. vbi fideiussor reincidit in obligationem. Sed ibi fingitur nec liberatus, cum prætor eum in integrum restituere polliceatur: vt ff. de in integ. resti. l. nemo videtur.

DE TRANSACTIONIBVS.

Dixit de pactis in genere: nunc in specie.

QVi transigit.] CASVS. Hanc signat rationem inter pactum & transactum: & differentiam assignat. nam transactio fit cum dubium est debitum: vt ecce peto à te. x. tu autem negas te debere. vnde mihi das aliquid transactionis nomine: aliter non esset transactum: & sic de re dubia, & lite incerta. secus videtur in pacto: vt ecce peto à te. x. quæ mihi debes. tu autem non negas te debere. postea tibi facio pactũ de non petendo nullo mixto. & sic in duobus differt transactio à pacto: vt hic. Viuianus.

DE TRANSACTIONIBVS.

TITVLVS XV.

I. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.

QVi transigit [e]: quasi de re dubia, & lite incerta, neque finita [f] transigit. Qui verò paciscitur: donationis causa rem certam & indubitatam [g] liberalitate remittit.

B *Transactio fit per pactum simplex, & per acceptilationem. h.d.*

II. IDEM libro septuagesimo quarto ad Edictum.

TRansactum accipere [h] quis potest, non solum si Aquiliana stipulatio fuerit subiecta: sed & si pactum conuentum fuerit factum.

Transactio inter scriptum hæredem, & venientem ab intestato, legatariis non præiudicat. Bartolus.

III. SCAEVOLA libro primo Digestorum.

IMperatores Antonin' & Verus ita rescripserunt: Priuatis pactionibus nõ dubium est, tum, licet non sit dubium quin debeatur. Est autem dubia res per negationem [e]: vt. C. quibus ad li. procla. non licet. l. fin. siue fiat extra iudicium, siue incerta lite, id est, propter litem. & sic transitiue, hoc est per iudicium: vt hic, &. ff. de condic. inde. eleganter. §. si quis. & ideo dic lite præsente, vel futura. & sic totum pro vno ponitur. vel dic, quod pro duobus. & quod dicit, dubia, scilicet extra iudicium. & quod dicit, incerta lite, scilicet præsente iam contestata: & in idem recidit siue lis sit iusta, siue iniusta: vt. C. e. l. ij. dummodo qui agit vel defendit, credat iustam causam se fouere: non aliàs: vt. ff. de condic. inde. l. in summa. in prin. secundum Fede. tu dic in actore idem: sed in reo licet iniuste resistat, tenet transactio: vt. C. e. sub prętextu. licet per actionem vel replicationem doli consulatur actori: vt ibidem dicitur. Item nonne fit super certo: vt. ff. eo. de his. quæ est cõtra? Rñ. vt ibi. Ac.

C

a Ista ... *ibi prius dubium quã-* ... *dum* ... *aliorum* ... *Prob* ... *Ias* ... *est de* ... *Bal* ... *Bart* ... *Fulg.* ... *Ias* ... *Bart* ...

f *Neque finita.* scilicet sententia, quę nullo modo potest attentari: vt infrà, eo. post rem. &. l. & post rem. & addas huic annotationi, non gratuita, propter id quod dicitur. C. eo. l. transactio.

g *Et indubitatam.* &, pro, id est, sed quid si erat controuersia lite etiam iam contestata: ego tamen gratis remitto? Respon. & tunc dicor fremittere rem certam, id est litigium, quod certum est: & sic est pactum.

D

TRansactum.] CASVS. hac lege dicitur, quòd duobus modis fit transactio: per Aquil. stip. vt ecce conuenio te ad. c. tu negas illa. c. debere. vnde transegimus pro. l. & ego te interrogaui, quicquid mihi debes vltra. l. promittis mihi animo nouandi? tu promittis: & postea interrogas me, habes ne acceptum? Et respon. quòd sic. Alio modo simpliciter fit transactio: puta sine Aquilia. stipulatione. Viuianas.

Fiu ... *ram* ... *Ias* ... *Trasl* ... *duplicat* ... *fit.* ... *Ias* ...

h *Transactum accipere.* id est, concedere. q. d potest fieri transactio duobus modis. per Aquil. stipulationem, & sine ea, & cum ea: vt accepto eo quod nomine transactionis dari conuenit, residuũ quod peto, deduco in stipulationem Aquil. & accep. fero. de qua habes insti. qui. mo. tol. obli. §. idem per. versi. est autẽ. & propter hunc modum quasdam leges ponit in hoc ti. vt infrà. e. l. Aquiliana. &. l. seq. &. l. pacto.

IMperatores.] CASVS. Titius me hæredem scripsit, & annuè multa legata reliquit, & libertates. & mater Titij petiit à me hæreditatẽ Titij: & dicit testamentum non valere: cũ ipsa sit legitima hęres. tandẽ transegi cum ea, & aliquid ei dedi. veniunt modo legatarij: legata petunt, ego defendo me ab eis: cũ non habeã à Titio,

BIU Cujas

à Titio, sed à matre per transactionem. vnde nolo soluere legata. nec propter trãsac. præiudicatur legatariis nec libertatibus: vnde testamentum nihilominus valet. [*CVM TRANSACTIO.*] Retento eodem casu pone, quod Titius matri suæ & cuidam alij colegauit in codicil. vnde cum ignorauit. c. sibi legata, transegit cum hærede Titij pro

„ non lædi ius cæterorum [a]. qua-
„ re transactione, quæ inter hæ-
„ redem [b] & matrem defuncti fa
„ cta est, neque testamentum re-
„ scissum videri posse, neq; ma-
„ numissis, vel legatariis [c], actio-
„ nes suę adeptę sunt. quare quic
„ quid ex testamento petũt, scri-
„ ptum hæredem conuenire de-
„ bent: qui in transactione hęre-
„ ditatis, aut cauit sibi pro oneri-
„ bus hęreditariis: *aut si non ca-
„ uit, nõ debet negligentiã suam
„ ad alienam iniuriam referre [d].

apparuit postea oblé- sis codicillis, q̃ matri erant legata pro par- tesua. dicitur hic, quod ista mater alia. l. petit: quia non præiudicauit sibi. & est ratio, quia codicilli non fuerunt ostensi de his. c. [*DEBITOR.*] Duobus modis ponitur hic casus. Primo, Obligaui tibi codicem meum, & decessisti: instituisti hæredem Septicium: & cũ Mæuius posideret hereditatẽ tuam dicens se hæredẽ: & cũ agerem aduersus eum pig. act. transegimus super pig. act. cum ipso Mæuio. cum nõ redderet mihi codicem, & ego ei pecuniam solueré, reperitur quòd Septici[y] erat hæres. volo agere contra Septicium verũ hęredem pig. ac. hic dicitur, quòd transactio quã feci cum Mæuio, non nocet mihi, nec prodest Septicio. Item Septicius non poterit repetere à Męuio id q̃d dedi Mæuio nomine transactionis. Secundo modo ponitur hic casus. Pone retento codé casu, quòd transactũ est super sorte: vt puta trãsegi cum Mæuio super sorte. si ego debitor cõtra verum hęredẽ ago pig. act. & hęres petat debitum: an isti hæredi reo transactio noceat in petitione sortis annuæ, & an petet Septicius à Mæuio quod actum est transactionis nomine? Respon. vt in litera. Viuianus.

Transactio non porrigitur ad codicillos postea repertos. hoc dicit.

¶ Cum transactio propter fidei commissum facta esset, & postea codicilli † reperti sunt: quæro, an quãto minus ex trãsactione cõsecuta mater defuncti fuerit, quàm q̃ parte sua est: id ex fideicõmissi causa consequi debeat? Respõdit debere [e].

Transactio facta cum putatiuo hærede, ad verum hæredem non porrigitur. Bart.

¶ Debitor, cuius pignus creditor distraxit [f]: cum Mæuio, qui se legitimum creditoris hæredem esse iactabat, minimo [g] transegit. postea testamento prolato Septicium hæredẽ esse apparuit. quæsitum est, si agat pigneraticia debitor cum Septicio: an is vti exceptione possit transactionis factæ cũ Mæuio, qui hæres eo tempore non fuerit: possitque Septicius pecuniam [h] quæ Mæuio vt hęredi à debitore numerata est, condictione [i] repetere, quasi sub prætextu hæreditatis acceptã. Respondit secundum ea quæ proponerentur, non posse [k]: quia neque cum eo ipse transegit: nec negocium Septicij Mæuius gerens accepit.

Per Aquilianam stipulationem omnes obligationes tolluntur, si hoc actum est: sed in dubio non tolluntur, nisi illa de quibus est cogitatum. h. d. cum seq. l. Barto.

IIII. VLPIANVS libro quadragesimo sexto ad Sabinum.

AQuiliana [l] stipulatio omni modo omnes præcedentes [m] obligationes nouat & perimit: ipsaque perimitur per acceptilationem. & hoc iure vtimur. Ideoq; etiam legata [& fideicommissa] sub cõditione [n] relicta, in stipulationem Aquilianam deducuntur [o].

quæri. & secundum hoc dic, an is, scilicet Septicius. vel dic secundo transactum de sorte [f], non de pignore. vnde quæritur, an si debitor contra verum hæredem agat pigneraticia actione: & hęres petat debitum: an hæredi facta transactio super debito noceat: & an pecuniam Mæuio solutam ex causa trãsactionis repetere possit idem hæres. & secundum hoc dic, an [f] *Iste intelis*, scilicet debitor: & secundum has duas exsitiones casus in fi. §. positiones resp̃onsionem aptabis. [g] *Circa istã* [h] *Pecuniam*. scilicet & sortem totam solutam. nam trãsactum fuit de pignore. & hoc secundum primũ casum. vel dic pecuniam, scilicet modicam nomine trãsactionis datam, cum fuit transactum de sorte, secũdum secundum casum. [i] *Condictione*. certi: cum certum petatur: vt infra, si cer. peta. l. certi condictio. [k] *Non posse*. neq; exceptio locum habet, neq; pecuniam à Mæuio repetit Septici[y]. & sic ad vtrũque respondet [h]: vt statim patet cum reddit rationem: & sic factum cum possessore, non præiudicat nec proficit vero hæredi. sic. ĭ. de peti. hære. l. at vbi. &. ŝ. de pac. si tibi. §. fi. &. l. si vnus. §. item ne experiar. Sed cõtra de peti. hære. sed & si lege. §. petitio. in glo. sunt exacta. &. l. post senatusc̃ultum. &. l. euicta. &. l. si possessor. j. §. ait senatus. ibi, bonæ fidei. in quib[y] dicitur, quod quicquid possessori est solutum, repetit petitor. & ideo hæc sors secundum primum, vel quod datum est pro sorte, secundum secundum, debet reddi vero hæredi. Sol. illud verum est cum institutus hæres habet ratum quod gesit possessor illico cum scit solutum esse Mæuio. hic cum non habet ratum: & sic statim est adquisita condictio indebiti debitori. hæc solutio ad primam casus positionem refertur. vel dic hic ad secundam, non restituitur: quia videtur ex negatione sua consecutus: vt ar. ĭ. de hære. ven. l. venditor. hoc ad secundum casum. vel dic, Mæuius accipiendo accepit indebitum: quia iam debitum fuerat solutum creditori defuncto: & indebitum quod recipit possessor hæredi contra. ĭ. de consti. pecu. si post. sed ibi cessa à possessore fuit actio de consti. & ideo eam exercet.

[l] *Aquiliana*. [*CASVS.*] Tu tenebaris mihi ad. x. ex causa venditionis. Item tenebaris mihi ex locato & ex multis aliis cõtractibus: & postea stipulatus fui à te sic: quicquid mihi debes ex tali, & ex tali contractu, & ex causa legati, promittis mihi animo nouãdi? dixisti, promitto. & ego respondi accep. habeo, acceptumque tuli. cum tu me interrogasti. ista est stipulatio.

[m] *Præcedentes*. & etiam sequentes si adiiciatur verbum, oportebit: vt in. d. §. instit. &. ĭ. de accep. l. & vno. §. j. ita tamen si de omnibus est cogitatum: aliàs non: vt. ĭ. l. proxi.

[n] *Sub conditione*. quid autem si pure: aliàs in diem certam: & in specie certa: nunquid possunt deduci in Aquilianam stipulationem? Respon. non ipsę res obligatę: quia sunt in dominio legatarij: sed per alium modũ deducentur à legatario in Aquilianã stipulationé. quem modũ habes ĭ. de ver. obli. l. scire debem[o]. §. fin.

[o] *Deducuntur*. sed conditione demum existente apparebit: vt. ĭ. de accep. l. quod in diem. & coniunge. l. proxi. cum ista: & dic cũ, id est, quia, secundum Ioan. & leges receptę.

[a] *Caterorum*. scilicet publicorum, vel priuatorum: vt. ŝ. de pac. ius publicum. &. l. si vnus. §. item ne experiar. & infrà, de reg. iur. l. nemo potest. & infrà, ad legem Fal. l. ij. in prin. & quia sic est generaliter dictum: ergo in casu qui sequitur, quare &c.

[b] *Hæredem*. scilicet scriptum.

[c] *Legatariis*. scilicet aliis. nam & manumissi legatarij sunt: vt. ĭ. de lega. ij. l. cum in substitutione.

[d] *Referre*. vt hic, & ar. ĭ. de noxa. electio. §. penul. in fi. & quando actio de pecu. est anna. l. j. §. item. sic ergo scriptus cõuenitur: vt hic. Sed contra. ĭ. eo. l. controuersia. Solue vt ibi.

[e] *Debere*. immo videtur quod non, nisi per restitutionẽ: sicut ille qui prius fuit repulsus à petitione fideicõmissi vel legati, quasi testamentũ non valuerit filio præterito: qui filius postea noluit agere per cõtra tabu. nã non redit ad fideicõmissi petitionem nisi per restitutionẽ: vt. ĭ. de excep. rei iudi. l. ij. quæ est contra. Sol. secundũ Ir. hic speciale [a] in matre. hoc non valet: vt in prædicto ĭ. de excep. rei iudi. l. si mater, nam & ibi per restitutionẽ succurritur. Dic ergo hic in trãsactione speciale: quia de his &c. vt. ĭ. e. de his. sed ibi non fuit transactio, sed sententia [b]. Itẽ alia ratione mater non videtur admitti, quia fideicõmissarius si transigat cum hærede pro paruo, credens parum esse in hæreditate, veniẽs non auditur contra transactionem, licet postea multa appareant: vt. ĭ. ad Treb. l. Lucius. §. fi. quæ est contra. Sol. [c] quidam dicunt, immo auditur. & quod ibi dicit auditur, si non transegit, subauditur mamentum & omnis vltima voluntas fuit exhibita in transactione: ideoq; tenuit, hic non: & sic nõ tenuit, vt. ĭ. eo. de his. &. l. non est.

[f] *Distraxit*. non iure, ideoque cœpit teneri debitori actione pigneraticia.

[g] *Minimo*. dato debitori propter distractionem pignoris [e]. & secundum hoc dices solutam sortem Mæuio, & de eius repetitione

* Nihil est. B. B. Angel. & Ia. b ista plane Iaco. But. Bal. et Ang. quæ dissentit a. c Dissentit ximè. ĭ. e. qui cum. §. qui per fallaciam. Tu dic [d], quòd ibi testa B. B. Angel. & Ia. d ista est bona secundum praedic. e ista sententia

† No. quòd licet transactio sit generalis, non porrigitur ad codicillos postea repertos.

* Flo. hæreditatis.

BIU Cujas

Cum Aqui-

CVm Aquiliana.] CASVS. Hæc lex cum superiori continuatur. & casus est talis: Debebas mihi.x.ex vno contractu, &.x. ex alio. Ité tenebaris mihi ex causa depositi: postea stipulatus fui: promittis mihi quicquid debes, & animo nouandi? Respondisti, promitto: & tu dixisti mihi habes ne acceptum? ego respondi, accep. habeo. & non cogitaui de depósito: non videor tibi accep. tulisse depositum. Viuia.

a *Liberalitatem.* stipulationé Aquilianá vocat liberalitatem: quia liberat à primis: & quia speratur acceptilatio.

† *Stipulatio Aquiliana non porrigitur ad ea de quibus non est cogitatũ. adde secundũ Iaſ. hic,* vrba. prædio. si seruitus. &. C. ad Velleia. l. iubemus.

quòd idé est in iuramẽto: quod nõ extenditur ad incogitata. in ca. veniẽs. & ibi gloſſ. extra de iureiur. DE his.] CASVS. Si mihi aliquid sit in testamento relictũ, nõ possum trãsigere sũ per isto legato nisi prius ostendatur testamentum. Viuianus.

b *Fregit.* Not. à vertebo generali aliquid excipi: vt dices. j. de ser. vrba. prædio. si seruitus. &. C. ad Velleia. l. iubemus.

c *Transigi.* vt si dicat legatarius deberi sibi x. hæres de nihilo, sed transigit pro quinque. Et potest dici, q̃ ipso iure teneat transactio: vt ar. C. de dona. spem. &. s. ti. j. l. pactum, in fi. quæ sunt ar. contra. sed doli replicatione cõsulitur ei de quo nõ cogitauit legatarius deberi vltra id quod ex trãsactione accepit. Nã cogitauit debere decem, cũ deberentur quindecim: & sic in aliis quinque præiudicat si sciuit: vt. s. tit. j. l. tres fratres. & sic de nihilo cogitauit. ſ. plus debere quàm id quod ex transactione accepit: & si nihil cogitabat remittere, in nihilo præiudicauit: vt. j. eo. qui cum. §. fi. sic ergo in quinque valet remissio, si de his cogitauit. vel forte etiá in eo de quo cogitauit, non valet: vt. s. l. iij. §. j. & multo minus valebit de eo de quo non cogitauit. sed nunquid pactũ gratuitũ valet? Respon. non. in eo quod non cogitauit, per prędictas tres leges. Ité nunquid expresse hoc agi potest, vt omnis spes remittatur per pactum vel per transactionem. i. renuncietur huic legi? puto q̃ sic: vt. C. de pac. si quis in cõscribendo. Ité quid si ipse hæres sit in tali trãsactione deceptus: vt quia plus dedit quàm debeat? Respon. non tenet transactio: ar. huius legis. licet maxime hæc lex sit facta in odiũ hæredum: quia legata occultãt. Item an in codicillis hæc habeant locum? Respon. sic: vt. s. c. l. imperatores. §. j. &. j. e. l. non est. Item si inspiciantur verba, nonne fient certi? & sic non valet trãsactio: vt. s. l. j. quæ est contra. Solutio. adhuc potest esse dubia: quia cum dixerit denarios, non intelligitur de quibus. Item nota hanc legem loqui in vltimis voluntatibus, vbi magis fides scripturæ habetur: vt. j. de condi. & demõ. in his. &. C. de reb. cre. l. fi. &. j. quemad. testa. ape. l. j. secus in instrumẽtis factis inter viuos, quæ post reperta non viciant transactionem: vt. C. eo. sub prætextu.

Flo. appellare potuerit.

a Et bene Bar. Pau. & Iaſ.

b Et bene Bart. Bal. Ange. licet contrarium teneãt Alber. Fulg. P. & etiũ Ia. videtur.

c Nihil est. Bart. Alber. Bal. Ang. P. Ia. nisi iuramẽtũ intercesserit. Iaſ.

ET post.] CASVS. Scire debes, quòd si iudicatum fuit, q̃ super re iudicata nõ potest trãsigi: vt. j. de cõdic. inde. elegãter. §. j. & illa vera sunt nisi fuerit appellatum: vel nisi sit intra. x. dies. nã tũc valet trãsactio. [SI FIDEIVSSOR.] Titius fideiussit pro me. iste Titius fideiussor cõuentus dãnatus fuit. ego postea cũ creditore transegi. valet quidé transactio non solum mihi, sed etiã fideiussori: sed Titius fideiussor cum esset cõdématus, transegit. nõ valet transactio si hoc fecit post. x. dies. sed quod soluerit, retinebitur in rem iudi. immo plus dico, q̃ si fuerit super alimẽtis trãsactũ: non valet trãsactio: & id quod solutũ est alimẽtario ab hærede, cõputabitur in aliméta. & facit in vltimá partẽ. j. l. proxi. Viu.

Idé Bart. Bal. Pau. & Iaſ.

e Idé Bar. & Iaſ.

f Et bene Bar. & Ia.

d *Appellari.* scilicet tunc cum transactio est interposita, vel aliter sit dubium: vt infra, eo. l. post rem.

e *Et mox.* non intra triduum vel biduum: quia tunc etiam ipse

V. PAPINIANVS libro primo Definitionum.

CVm Aquiliana stipulatio interponitur, quæ ex consensu redditur: lites, de quibus non est cogitatum †, in suo statu retinentur. Liberalitatem [a] enim captiosam interpretatio prudentium fregit [b].

Super dependentibus ex vltima voluntate, non potest transigi: nisi veritate reperta per inspectionem vel cognitionem vltimæ voluntatis. Paul.

VI. GAIVS libro septimodecimo ad Edictum prouinciale.

ptum. §. j. si autem actum est vt vtraque valeat, stabitur vtrique: vt hic. Sed quid si hoc casu quando conuenit, rato manente pacto, vellet stipulator pœnæ pœnam omittere, & transactionem rescindere: reus promissor pœnæ nollet? Respon. præferendus est actor, id est stipulator pœnæ: quia præsumitur hoc pactum fauore eius inductũ: vnde non debet in eius læsionem retorqueri. &sicut posset hoc si tale pactum ratum remanere non conuenisset, ita & nunc debet posse. Forte dicet aliquis contra eum interpretandum, cum sit ambiguum: & pro eo introductam stipulationem pœnæ. posset dici non introduci pro eo tanquá fauor. sic. j. de pericu. & com. rei vend. l. si vina emerim. [a] Item quæritur eo casu vbi non est facta nouatio: nec conuenit vt vtrúq; posset peti, & pœna, & interesse: an exacta pœna cum deficit aliquid ad interesse, posit agi ad id quod deest. similiter non liter etiam quæritur si plus sit in pœna quam in interesse. Arg. quòd posit [b] infra, de act. empt. l. prædia. Item quæritur si veniat aliquis contra pactum, & pœnam soluat: si iterum veniat contra: an iterum ad pœnam teneatur: vt sic sæpius stipulatio committatur. quod dic, vt infra, de arbi. si duo. §. fi. Accursius. [ADDITIO.] Dic, vt trãsactio valeat, primo debet pœna adiici. Secundo clausula, manente pacto. Tertio quòd pœna totiens committatur, quotiens fuerit conuentum. Sal. in. l. quotiens. C. de fideicom. & Bar. in. l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. ij. & Ia. hic qui dicit quod etiam iuramentum apponatur.

† *Vide ad hãc. l. quod no. Inno. in c. cũ inter. R. seniorẽ. extra de electio.*

a Dic quod licet istud pactũ à prĩcipio sit cõmune vtrique parti: tamen veniens contra transactionẽ non potest se illa iuuare, secundũ. B. P. & Ia.

b Idem Ia. & est de mẽte aliorum.

VEnditor.] CASVS. Vendidi tibi hæreditatem, in qua eram institutus: postea transegi cum debitore ignorante venditionem. valet transactio: & tibi emptori nocet. Item si fui tibi rogatus restituere hæredi. & postquam restitui tibi, transegi cum debitoribus hæreditariis: dicitur hic quòd nocet tibi fideicommissario: debitor vero vtroque casu habet excep. contra te, propter iustam ignorantiam.

a *Ignorabat.* secus si sciuisset, & ei etiam emptor denunciasset: vt. C. de noua. l. iij. vel etiam non denũciasset, dummodo sciret:

c In hoc gl. displicet P. Albe. Ful. & Ias.

c vt. j. de act. emp. l. j. in fine.

b *Ab eo.* scilicet debitore.

c *Debitore.* hęc transactio loco solutionis est. Ioan. Sed nunquid contra venditorem hæreditatis, vel contra eum qui restituit, datur emptori vel fideicommis. actio? Respon. ita:

d Glo. sequitur Bal. P. & est de mẽte aliorum.

d vt. j. de hæred. vel act. ven. l. ij. §. non tantum. &. §. sed & si quid. versi. feciſſe. & infra, ad Trebel. l. mulier. §. si hæres. Item no. hic proficere ignorantiam debitori: vt. j. deleg. ij. l. fin. §. fina. & arg. infra. de solu. l. ante restitutam.

DE POSTVLANDO. Dictum est supra, de editione libellorum & actionum. vnde restat videre qui eas actiones proponat, & excipiat: quod quia principales personæ facere ex defectu scientiæ plerumque nequeunt: & opus est eis vt habeant aduocatos qui postulent pro eis: ideo ponitur, de postulando.

Vnc titulum.] CASVS. Vlpia. iurisconsultus quare hunc tit. prætor proposuit, dicit hic. nam proponit prætor ne omnes indistinctè postularent, & quia per hoc dignitas & honor prætoris siue iudicis conseruatur. nam quidã sunt qui nec pro se nec pro aliis postulare possunt. Et quidã sunt qui pro se tantum postulant, non pro aliis. alij sunt qui possunt pro certis personis postulare: pro aliis non. [POSTVLARE.] Quid sit postulare. id est aduocare: dicit hic. [INITIVM.] Dictum est supra, quòd quidam non possunt nec pro se nec pro aliis postulare. & qui sint illi, dicit hic. Ecce enim puer qui infra. xvij. annos est: non potest pro aliis nec pro se postulare: post. xvij. annos poterit postulare. Item surdus non potest pro se nec pro aliis postulare, quare hoc sic, in litera redditur ratio. [AIT PRAETOR.] Pupillus & surdus (vt dictum est) non possunt postulare pro se. quid ergo si non possunt habere aduocatum? Dicitur hic quod prætor dabit eis: scilicet surdo & pupillo aduocatum. & non solum istis dat prætor, sed etiam aliis. [SECVNDO LOCO.] Ponitur hic secundum membrũ, scilicet quando aliquis non potest pro aliis postulare: pro se sic. Ecce enim mulier non potest pro aliis postulare, sed pro se sic. sed iste cæcus bene remanet iudex. Item remanet in magistratu. Item remanet senator: sed de nouo in magistratu creari non potest. Item turpes personæ non possunt pro aliis postulare, sed pro se tantum. Quæ autem sunt turpes personę, dicit infra, tit. de infa. [REMOVET.] Vera autem sunt, nisi tutor vel curator sit. tunc enim postularet pro pupillo vel adulto. si prędictę personę cõtra hanc. l. postulare præsumpserint, puniẽtur. [VT INITIO.] Dictum est supra, in princ. huius legis quod tres sunt ordines eorum qui postulare non possunt. & vsque huc iam dixit de duobus, modo autem de tertio dicit hic, scilicet quando quis pro se & certis personis potest postulare: pro aliis autem non potest. [AIT PRAETOR.] Si præcipitur in aliqua parte de corpore iuris quod aliquis non postulet nisi pro certis personis: dicitur hic quod isti non poterunt pro aliis postulare: nec prætor audiet eos. hæc vera sunt si non fuerit in integrum restitutus. tunc enim non tantum pro illis certis personis, sed etiam pro aliis postulare poterit. Restitui autem potest si est de illis qui in capite tertio continentur. aliàs enim si esset de illis qui secundo capite continentur, restitui non posset: vt muliebria passus. hoc autem intelligendum est de restitutione quam facit princeps vel senatus. prætor enim non potest dare restitutionem infamiæ: nec eam infamiam tollere prætor potest: quamuis alibi subueniat hominibus: quia & si aliquis infamis per sententiam restituatur in integrum, desinit esse infamis. [DEINDE.] Audisti quod quidam sunt qui possunt pro certis personis postulare. Quæ autem sint ille personæ de quibus personis possit postulare, enumerantur hinc vsque ad. §. illius. l. puto autem. §. si quis. &c.

Primo ponit causam edicti. secundo ponit summarium intellectum. tertio illud explicat. secunda ibi, eapropter. tertia ibi, postulare. Bartolus.

I. VLPIANVS libro sexto ad Edictum.

HVnc titulum prætor proposuit habẽdæ rationis [d] causa, suæque dignitatis [e] tuendę, & decoris [f] sui causa: ne sine delectu [g] passim apud se postuletur. Ea propter tres fecit ordines. [h] nam quosdam in totum prohibuit postulare: quibusdam pro se [i] permisit: quibusdam & pro certis duntaxat personis, & pro se permisit. VPostulare autem est desiderium suum, [k] vel amici sui in iure [l] apud eum, qui iurisdictioni [m] præest,

d *Rationis.* id est discretionis personarum.

e *Dignitatis.* No. dignitas & auctoritas seruanda est, quantum ad mundum: vt hic, &. §. de offi. prę. l. obseruandum. &. j. de ven. inspi. l. j. §. quamuis. versi. sed & si seruus hæres. ibi, publice enim &c. non quo ad deum: cum ibi omnes sint æquales: vt arg. contra in authen. de mona. §. j. col. j.

f *Decoris.* media correpta debet proferri, & pro honore ponitur: eius vero compositum * est dedecus. at quãdo profertur media producta, pro dulcedine ponitur: & dicitur decor decoris.

g *Delectu.* hæc duo, passim, & sine delectu, idem sunt: ac si dicat, indistinctè: vt. j. de ritu nup. l. palam. in prin.

h *Ordines.* scilicet non postulantium.

i *Pro se.* scilicet tantum.

k *Suum.* quando pro se postulat.

l *In iure*, id est in loco in quo solet ius reddi: vt supra, de iusti. & iur. l. penu. §. fin.

m *Iurisdictioni.* melius dixisset notioni, vt delegatos [c] iudices & arbitros compromissarios comprehenderet: vt infra. de re iudi. ait prætor. nam apud istos postulatur: vt. j. ea. l. §. item senatuscon. & quia ad similitudinem iudiciorum sunt: vt. j. de arb. j. &. C. de iud. rem non nouam. Et isti postulatores dicuntur: [n] aduocati: vt infra, de var. cog. l. j. §. aduocatos. item patroni causæ: vt. C. eod. quisquis. item togati: quia forte togati incedebant: vt. C. eo. l. fin. quandoque tamen dicitur postulari, id solum quod iudice pro tribunali

BIU Cujas

tribunali sedente petitur: vt in damno infecto: vt. j. de dam. infect. Liiij. §. postulare.

a *Exponere.* tam in iure quàm in facto quod negocio expediat: vt C. eod. l. quisquis. §. ante omnia. an ergo literas scire teneatur? videtur quòd sic: ex quo de iure debet dicere: vt. C. e. l. nec cæterorum. Sed dic contra: quis illiterat⁹ potest habere peritiam & consuetudinem aduocādi, sicut etiam iudex iudicandi: vt. C. de iudi. l. certi. & in authē. de iudi. §. j. col. vj.

Iste textus facit quod quis possit effugere tut. an vt de Bar. & Alexā. hic ad eum.

b *Contradicere.* legibus, assignando rationem, nó probris: vt. C. eo. quisquis. §. j.

Ordines nō postulantiū yes sunt.

c *Initium*, prætor fecit tres ordines non postulantium. Primo ponit de his qui nec pro aliis, nec pro se postulant: vt hic. Postea de his qui pro se postulāt, pro aliis non: vt infra, ead. l. §. secundo loco. Tertio de his qui pro se & certis personis postsunt: sed pro aliis non: vt. j. ead. l. §. ait prætor.

d *In quo edicto.* id est in qua parte edicti.

e *Aut casum.* aut pro &. & quod dicit, excusauit, improprie ponitur, cum nec volentes admittātur. nam illi se

Ista glossa est singularis. ad. l. ad hoc quod illi dicuntur se excusare, qui non cogūtur ad quid facere: sed dicētes admittuntur. Bal.

excusare a dicūtur qui inuiti non cogūtur, & volentes admittuntur: vt instit. de excu. tu. §. minores autem. sic potest improprie in matrito qui dicitur excusari à cura vxoris: vt instit. de excu. tu. &. cu. §. penu. maritus tamen etiam volens non admittitur: vt. C. qui da. tuto. pos. l. maritus.

Quia autem proprie dicitur excusare, non cogi vel non admitti. Bal.

f *Compleuit.* ergo si compleuit, potest postulare: vt hic subiicit, & instit. qui ma. non pos. §. fi. sed contra. j. de procu. minor. &. C. de procu. l. exigendi. vbi dicit procuratorem non debere esse minoré. xxv. an. So. aliud in postulatore quàm in procuratore: quia aduocatus non timet b damnum, cum se in aliquo non obliget: sed procurator sic. & hoc in procuratore ad iudicia: sed ad negocia c etiam qui habet. xvij. an. potest esse procurator: vt instit. qui ma. non pos. §. eadem. Et sic no. quòd ætas quandoque terminum sumit in. vij. an. vt infantia: vt. C. de iure deli. si infanti. j. respon. quandoque in. xij. vel. xiiij. an. vt in finienda tutela: vt instit. qui. mo. tu. fi. in prin. & in contrahendo matrimonio: vt instit. de nup. in princ. quandoque in. xvij. vt hic. quandoque in. xviij. vt in alimentis pueris vel puellis relictis: vt infra, de ali. & cib. leg. l. Mela. in prin. in. j. glo. item in venia ætatis in fœmina, sed in masculo in. xx. an. vt. C. de his qui ve. æta. impet. l. ij. sed si potest quis postulare in. xvij. an. ergo & pro se. nam & pro se quis postulat: vt. §. e. §. postulare. sed contra. C. qui le. per. per totum. &. C. de aucto. præs. l. clarum. Sol. non potest pro se: quia periclitari posset. sed pro alio sic: quia non timet periculum: sed sibi imputet qui talem elegit infra, de mino. cum mandato. in fin. vel dic pro se auctoritate curatoris.

Ratio hic glo. secūdo. quæ sem- per allegatur quod in quæstionibus iustitia

g *Ratus.* id est cogitauit. & est mirabilis d ratio. sic instit. qui ex cau. ma. non li. in fi. & talis ratio redditur de omnibus quæ sunt de positiua iusticia: vt de vsuca. & de præscrip. quare tanto tempore & non minori vel maiori sunt inductæ: vt instit. de vsuca. in princip.

h *Respondisse.* id est docuisse vel aduocasse.

i *Propter casum.* quod etiam scilicet non exaudire prætoré, non solum prætori indecorum, sed etiam &c.

Pœna est semp impropriè

k *Pœna.* extraordinaria. s. ex edicto, si quis ius dic. non ob. & sic nomen pœnæ ponitur: vt. j. de verb. sig. l. si qua. si ersf. Vetus.

exponere: a vel alterius desiderio contradicere. b ℣ Initium c autem fecit prætor ab his qui in totum prohibentur postulare: in quo edicto, d aut puericiā, aut casum e excusauit: Puericiam, dum minorem † annis decem & septem, qui eos non in totum compleuit, f prohibet postulare: quia moderatam hanc ætatem [prætor] ratus g est ad procedēdum in publicum: qua ætate, aut paulo maiore fertur Nerua filius & publicè de iure responsitasse. h Propter casum, i surdum, qui prorsus non audit, prohibet apud se postulare. Nec enim erat permittendum ei postulare, qui decretū prætoris exaudire non poterat: quod etiam ipsi erat periculosum futurum. Nā non exaudito decreto prætoris: quasi non obtemperasset, pœna k vt contumax plecteretur. ℣ Ait prætor: *Si non habebunt* l *aduocatum, ego dabo.* Nec solùm his personis m hanc humanitatem prætor solet exhibere: verùm & si quis alius sit, qui certis ex causis, vel ambitione n aduersarij vel metu, patronum non inuenit. ℣ Secundo loco edictum proponitur in eos, qui [prohibētur] pro aliis ne postulent: in quo edicto excepit prætor sexū & casum: itē notauit o personas turpitudine notabiles. Sexum, p dum fœminas prohibet pro aliis postulare. Et ratio quidem prohibendi [est,] ne contra pudiciciam, sexui congruentem, alienis causis se immisceant, ne virilibus officiis q fungātur mulieres. Origo vero introducta est à C. Afrania * improbissima fœmina, quæ inuerecundè postulans, & magistratum inquietans, causam r [huic] dedit edicto. Casum, s dum cæcum vtrisque luminibus orbatum, prætor repellit: videlicet, quòd insignia magistratus videre, & reuereri non possit. Refert etiam Labeo Publilium cæcū Asprenatis Nonij patrē auersa sella à Bruto t destitutū, cum vellet postulare. Quamuis autē cæcus pro alio postulare non possit, tamē & senatorium ordinē retinet, & iudicādi officio fungitur. u Nunquid ergo & magistratus x gerere possit? Sed de hoc deliberabimus. Et extat quidem exemplū eius,

nisi quia sic visum fuit legislatori: & sic sufficit p ratione ne voluntas.

Aduocare pro alio an possit quis compelli.

* *Sic legendum Cod. eo. l. prouidendū.*

dum opinor ex Valerio Max. lib. 8. c. 3. In Pād. Florē. Carfania legitur iunctim

m *Nec solum his personis.* quæ in totū prohibētur postulare. Ac. n *Ambitione.* † quia oēs aduocati ambiunt honorē per illum aduersarium, cum sit amicus principis.

vt solēt omnia, pro C. Arfania. i. Caia Arfania, literarū metatheſi v & f. pro Afrania.

o *Notauit.* id est notabiliter posuit eodem ordine edicti, scilicet secūdo repellendo eas. & quod dicit de turpib⁹, dicas de summa turpitudine. nam si est de

† *Ambitionem hic accipe p affectatione seu cupiditate qua quis fauorem sibi plurimorū demereri cōtendit.*

alia, vt leui: tunc loquitur tertia pars edicti: vt. j. ea. l. §. vt in initio.

p *Sexum.* scilicet excipit prætor.

q *Ne virilibus officiis.* his rationibus, scilicet propter pudiciciā, quæ competit sexui: vt hic, & instit. de suspect. tu. §. consequens. & ne fungantur opera virili, vt hic, repelluntur etiam à procuratione: e vt. C. de procura. l. maritus. & infra, de procura. l. neque fœmina. &. C. de procu. l. alienam. & ab aliis in quibus earum dicitur deterior cōditio quàm masculorum: vt supra, de sta. ho. l. in multis. & eisdem rationibus etiam monachi f & canonici regulares prohibendi sunt: vt in authen. de san. epis. §. deo autem. col. ix. & C. de epi. & cle. l. repetita. nisi pro suo monasterio: vt infra, ea. §. iis igitur. &. j. eo. titu. l. puto. j. respon. &. j. de procu. l. filiussa. §. veterani. versi. milites. Alij autem clerici in foro suo possunt, & nō alibi: vt. C. de episco. & cleric. l. placet.

e *Sciliset in iudiciis: sed ad negocia possunt esse procuratrices. Bal.*

f *Bal. hic dicit istam glo. sing. ad hoc quòd monachus vel canonicus regularis nō potest esse aduocatus in foro seculari: nec etiā in foro ecclesiastico quod est fortius: nisi in causis suis monasteriis: sed alii clerici bene possunt dū tamē in foro suo. aliàs non. Bolog.*

r *Causam.* quid ergo si aliqua bona fœmina inueniatur: poterit ne postulare? videtur quòd sic: quia causa cessante cessat effectus. Arg. C. de epis. & cleri. l. generaliter. ij. Sed dico contra: quia illud obtinet in causa finali. hic autē. s. improbitas Calphurniæ fuit impulsiua. nam alia fuit final. s. ne contra pudiciciam &c. & ne officiis virilibus &c. vt in prin. huius. §. sic & aliàs est causa impulsiua: vt. C. de iure do. l. si mulier dotem. &. j. de neg. gest. l. j.

s *Casum.* scilicet excipit prætor.

t *A Bruto.* Brutus enim cum iudex esset, sellam suam aliquā de causa auerterat: & cum cæcus retro post eum remansisset: nihilominus postulabat à tergo iudicis: & sic habitus est in derisum.

u *Fungitur.* scilicet remanendo iudex: vt hic, & infra, de iudi. l. cæcus. item remanet tutor: vt infra, de aucto. tuto. l. etiam si tutor cæcus. licet se posset excusare: vt infra, de excu. tutor. l. post susceptam.

x *Magistratus.* vt cōsulatū. & sic sunt in maiori dignitate quàm senatores. Vel dic nouiter acceptos: vel dic gerere ipsa re: & non soluitur hic, sed. j. de iudi. secus. media placet.

qui gesſit.[a] Appius denique Claudius cæcus cõſiliis publicis intererat, & in ſenatu ſeueriſsimam dixit ſentẽtiã de Pyrrhi captiuis[non recipiendis.[b]] Sed melius eſt, vt dicamus retinere quidẽ iam cœptum magiſtratum poſſe:aſpirare autem ad nouum penitus prohiberi. idq́ue multis comprobatur exemplis.[c] ℣ Remouet[d] autem à poſtulando pro aliis & eum, qui corpore ſuo muliebria paſſus eſt.[e] Si quis tamen vi prædonum vel hoſtium ſtupratus eſt,non debet[hoc edicto]notari:[f] vt & Pomponius ait. Et qui capitali crimine damnatus eſt, non debet pro alio poſtulare. Item ſenatuſconſulto[g] etiam apud iudices pedaneos poſtulare prohibetur, calumnię,* cauſa publico iudicio dãnatus[h]: & qui operas ſuas, vt cum beſtiis depugnaret, locauerit.[i] Beſtias autem accipere debemus ex † feritate[k] magis, quàm ex animalis genere. Nam quid ſi leo ſit, ſed manſuetus:[l] vel alia dentata manſueta? Ergo qui locauit ſolũ,* notat: ſiue depugnauerit, ſiue non.[m] Quòd ſi depugnauerit, cum non locaſſet operas ſuas, non tenebitur. Non enim qui cum beſtiis depugnauit[n] tenebitur: ſed qui operas ſuas in

a *Qui geſsit.* ſcilicet magiſtratum nouiter acceptum.
b *De Pyrrhi captiuis non recipiendis.* in vrbem:vt ſupra, de origi. iur.l.ij.§. poſt hunc Appius. cum enim Græci Romam obſediſſent: & Pyrrhus Achilleides, filius Achillis, multos ex Romanis cepiſſet:& haberent Romani conſilium an eos redimerent: Appius iſte cæcus iudicauit nõ redimẽdos. quo audito durum Græcis viſum fuit: & receſſerunt. Vel dic, Pyrrhus rex Epirotarum. nam Pyrrhus, filiꝰ Achillis, fuit in obſidione Troiana: quæ fuit ante cõſtructionẽ Romæ per quingentos annos. ſed ille rex Epirotarum filius Achillis non dicitur. vel Pyrrhus Achilleides.
c *Exemplis.* ſcilicet legum, quibus dicitur quòd multa remanent facta quæ fieri prohibentur de nouo: vt diximus ſupra, de his qui ſui vel alie. iur. ſunt. l. patre. in glo. retinere. Vel dic iudicũ:vt conſonet ei quod dictum eſt de Appio.& erit argu.cõtra. Cod.de ſenten.l.nemo iudex.
Flo.calũnię, publici iudicii dã.
d *Remouet.* hoc ſecũdo edicti ordine.
e *Paſſus eſt.* hic eſt infamis ipſo iure: vt Cõ. de adul. l. cum vir. Et not. quòd quidã dicũt, cp iſti & duo ſequentes nec pro ſe poſtulẽt, eo quòd quando ſunt damnati, ſtatim amittunt ciuitatem, & quãdoque libertatẽ: vt infra, de penu. l. ij. &.l. quod ad ſtatũ. &.l.qui vltimo. Sed dic quòd admittuntur ante ſententiam pro ſe, ſcilicet vt hic dicit, cum ſint de ordine ſecũdo. imò dic poſt ſententiam.nã ante, nullam pœnam debent pati.
† *Allegatur iſte tex. ſecundum Bal. quòd potius debet iſpici cõſuetudo quàm ipſa natura. vnde Ariſto.conſuetudo eſt altera natura.*
f *Notari.* vt.C.ad.l.Iul.de adul.l.fœdiſsimam.
g *Item ſenatuſconſulto.* cuius nomen non habemus.
h *Damnatus.* quod eſt cum iudex dicit eum calumniatum.
i *Locauerit.* hic eſt infamis ipſo iure.
k *Ex feritate.* vt cum effectu ferę ſint,non ex aliquo fero genere. & ſic accidens magis quàm natura inſpicitur: vt. j. de vſufru. leg.l.pe.&.ſ.de offi.aſſeſ.l.ſi eadem. Sed arg. contra.C.de his qui ve.æta.imp.l.fi.& inſtit.de rerum diui.§.pauonum. &.j.ad legem Aquil.l.ij.§.fin.ſed hæc magis eſt propria.
Locauit, ſolus not.
l *Sed manſuetus.* tunc quidem non notabitur.
m *Siue non.* punitur ergo affectus,etiam ſi nõ ſequatur effectus: vt.C.de fur.& ſer.cor.ſi quis ſeruo alieno.in glo.extendatur.&.j. de calũ.l.& generaliter.in prin.&.j. de condict. ob tur.cau.l.ſi à ſeruo.&.ſ.quod quiſque iur.l.iij.j.reſpon.in fi.ſecus autẽ eſt in eo qui locauit operas artis ludicrę cauſa:vt.j.tit.j.l.iij.quæ eſt cõtra.
n *Depugnauit.* ſine locatione.
Gratia virtutis aliquid permittitur.
o *Virtutis.* Not.aliquid permitti gratia virtutis, quod aliàs non permittitur: vt infra, de aleato.l.ſolent.§. ſenatus. & infra, ad.l. Aquil.l. qua actione.§.ſi quis in colluctatione. & infra, titu.j.l. athletas.j.reſpon. Item nota quædam fieri gratis, quæ non gratis fieri non poſſunt: vt hic, &.j.de iure fiſci.l.ij.in princ.& infrà,de condict.ob tur.cau.l.fi.in prin.
a Not. ex iſta glo. ſecũdũ Bal. *quòd delinquens* p *Honorari.* a Si habes honorari, dicas corona, vel alio ſimili præmio:vt arg.Co.quæ res pigno.ob.poſ.l.ſpem.&.j.de re iudic. l.commodis. Si vero habes onerari, dic.i.niſi condemnati ſint vt depugnarẽt cũ beſtiis in harena.nec ob.quòd dicit,paſsi ſunt &c.

quaſi ſponte patiantur:quia cum primo maleficium cõmittebant, videntur velle pati ſe poſtea in harenam damnari. ſi autem ſpõte ſit harenarius quis,non eſſet infamis:vt arg.C.de inoffi.teſta.l.in harenam. Item nota ſecundum primam literam quòd ipſo facto quis eſt infamis. ſic.j.tit.j.l.quid ergo. §. quod ait.&.C.de adul.l. eum.&.j. de ritu nup.l. palam.in fi.Accur.

hoc locauit. Denique eos, qui virtutis[o] oſtẽdendæ cauſa hoc faciunt ſine mercede, non teneri aiunt veteres: niſi in harena paſsi ſunt ſe honorari.[p] eos enim puto notam non euadere. Sed ſi quis operas ſuas locauerit, vt feras venetur: vel vt de pugnet feram, quæ regioni nocet, extra harenam:[q] nõ eſt notatus.† His igitur perſonis quæ non virtutis[r] cauſa [cum] beſtiis pugnauerunt, pro ſe prætor permittit allegare: pro alio prohibet.[f] Sed eſt æquiſsimum, ſi † tutelam, vel curam huiuſmodi perſonæ adminiſtrent: poſtulare eis pro his, quorum curam gerunt, concedi.[t] Qui aduerſus ea feciſſe monſtretur, & pro aliis[u] interdicta poſtulatione repellitur, & pro æſtimatione iudicis extra ordinem pecuniaria pœna multabitur. Vt initio huius tituli diximus, tres ordines prætor fecit non poſtulantium: quorum hic tertius eſt,[x] quibus non in totum denegat poſtulandi facultatẽ: ſed ne pro omnibus poſtularent:* quaſi minus deliquerint, quàm hi qui ſuperioribus capitibus[y] notantur. Ait prætor: *qui lege,*[z] *plebiſcito, ſenatuſconſulto, edicto,* * *decreto, principum [placito,] niſi pro certis perſonis, po-*

Non virtutis. ſed locationis ſupple.
f *Prohibet.* his ſunt ſimiles parabolani:vt.C. de epiſ.& cle.l.parabolani.
t *Concedi.* Not.ratione officij quædam permitti,quę aliàs nõ permittuntur: vt.j.de iure fiſci.l.ex quibuſdam,in princ.& ſupra,de in ius voc.l.quæſitum.
u *Pro aliis.* nunc reſpondet.Accurſius.
x *Hic tertius.* ſ. ordo, qui tractat,ſcilicet de illis perſonis de quibus nõ in totum &c. quem ordinem habes.j. pro-ſo xi.§.Accurſius.
y *Capitibꝰ.* i.ſuperiore capite.ſ.ſecũdo.nam primo nullus eſt infamis:vtpote cum in primo capite nõ niſi puer & ſurdus cõtineantur. ſic alibi ponitur plurale pro ſingulari: vt. ſ. de origi. iur.l.ij.§.exactis. & de peti. hæred. diuus.in fin.
z *Ait prætor: qui lege.* * da exẽplum de lege: vt in.l. Iulia. repetũdarũ: vt.j.ad.l. Iul.repe.l.eadem.§.j. De plebiſcito nõ inuenitur exemplũ. ſed dominus R. ponit exemplũ.ſ.de offi.præ. l. plebiſcito. & de offi. procon.ſolẽt.Exẽplum de ſenatuſcon.dic vt damnatus lege Iul.ambitus, qui eſt infamis: vt.j.ad.l. Iul. ambitus.l.j.j. reſpon. & ideo non poteſt poſtulare. vel melius.vt.j.ad.l.Iul. de vi pri.l.j. De edicto dicas, vt.j.tit.j.l. j.De decreto dicas, ſcilicet iudicis: vt facit iudex. C.de poſtu.l. prouidendum.§.ſi quis. &.j.eod.l.ex ea.&.l.puto.§.j.&. C.eo.l.j. De placito principum, vt per conſtitutionem aliquam principis: vt.C.de poſtu.l.fin.&.C.de aduo. diuer.iudicior.l.iubemus.§.ad hæc.&.l.petitiones.§.ad hęc.&.C.de trãſa.ſi quis maior.& ex qui. cau.infa.irro.l.improbum.ſecundum R. Sed quomodo prohibiti prædictis legibus pro aliquo admittuntur: cum in dictis legibus non inueniantur aliquæ perſonæ exceptæ? Reſpon.talia exempla inueniri non poſſent. ſed eoipſo quòd inueniuntur prohibitæ à prædictis legibus, intelligitur eſſe conceſſum pro certis perſonis: quæ perſonæ ſunt.j.ea.l.§.fi.&.l.ſequent. & eſt pro hoc infra,e.l. ex ea.De infamibus autem dicas eſſe verum, niſi ſint infames ipſo iure,vel damnati de publico iudicio, vel de calum. publici iudicij, quando pro ſe tantum admittuntur: vt ſupra, e.l.§. remouet. &.§.item ſenatuſconſulto. pro aliis non,niſi pro pupillis vel adultis ſuis: vt ſupra, e.l.§.his igitur perſonis.vel illa exceptio,ſed æquiſsimum &c.refertur tantum ad locantes operas.Sed cum infamia etiam temporalis & perpetua eſſe poſsit, nunquid etiam perpetua notatus poterit pro certis perſonis poſtulare? Reſpon. ſic. nam omnes qui in edicto,infra,titu.j.continentur,perpetuo ſunt infames:& tamen pro certis perſonis poſtulant: vt infra,proxi.§. Sed argu. contra infra, eod. l. ex eo. nam ibi innuit vt ſi infamia eſt perpetua, pro nullo poſtulent:ſed ibi ſub.niſi pro certis perſonis:vt ibi dices.

a *Prohibentur.* quod est eoipso q̃ prohibẽtur tacite vel expresse.
b *Hoc edicto.* Vlpianus loquitur.
c *Qui edicto.* posito.ff. titu. j.l.j. Sed quare dicit hic & alij omnes, quasi aliquid accedat prædictis qui sunt supra. §. proxi. nam ibi & de istis dicit? Respon. secundum quosdam non est ita. nec enim dixit eos remoueri qui edicto prætoris sunt infames: sed eos qui edicto prætoris postulare prohibẽtur. Vel dic, quòd ibi dicit exponi etiam alij omnes &c. non solum qui in prima parte edicti positi. infra, titu. j.l.j. continentur, sed etiam alij inferiores supra positi. Ité intellige hic de notatis, nõ tamen summa infamia. tunc enim locum habet secundũ edictum: vt. ff. ea.l.§. remouet. &. §. ité senatus.
d *Certis personis.* enumeratis.ff. ea.l. §. deinde. sed certe immo vi-

stulare prohibentur: [a] *hi pro alio, quàm pro quo licebit, iniure apud me ne postulent.* Hoc edicto [b] cõtinentur etiam alij omnes, qui edicto [c] prętoris vt infames non tantur: qui omnes, nisi pro se & certis personis [d], non postulant. Deinde adiecit prætor, *qui ex his omnibus, qui supra scripti sunt, in integrum restitutus non erit* [e]. Eum [f], *qui ex his qui supra scripti sunt,* sic accipe, si fuerit inter eos, qui tertio edicto continentur: & nisi pro certis personis, postulare prohibentur. Cæterum si ex superioribus [g], difficile [h] † in integrum restitutio impetrabitur. De qua autem restitutione prætor loquatur: vtrum de ea, quæ à principe † [est,] vel à senatu, Pomponius quærit. Et putat de ea restitutione sensum, quam princeps vel senatus [i] indulsit. An autem & prętor restituere possit, quæritur. Et mihi videtur talia prætorum decreta [k] non esse seruanda: nisi si cui * ex officio iurisdictionis suæ subuenerunt [l]: vt in ætate obseruatur, si quis [minor] deceptus sit, cæterisque speciebus, quas sub titulo, *de in integrum restitutione,* exsequemur [m]. Pro qua sententia [n] est, quòd si quis famoso iudicio cõdemnatus, per in integrum restitutionem fuerit absolutus [o]: Pomponius putat hunc infamiæ * eximi [p].

Deinde adiecit prætor: *pro alio ne postulent* [q], *præterquam pro parente* [r], *patrono* [f], *patronáve: liberis, parentibúsque patroni, patronæ,* de quibus personis sub titulo, *de in ius vocando,* plenius diximus [t]. Item adiecit: *liberísve* [u] *suis, fratre, sorore* [x], *vxore* [y], *socero* [z], *socru, genero, nuru, vitrico, nouerca* [a], *priuigno* [b], *priuigna, pupillo, pupilla* [c], *furioso, furiosa* [d]:

II. GAIVS libro primo ad Edictum prouinciale.

FAtuo [e], *fatua:* quum [f] istis quoque personis [g] curator detur.

III. VLPIANVS libro sexto ad Edictum.

CVi eorum [h] *à parente, aut de maioris partis tutorum sententia, aut ab eo, cuius de ea re iurisdictio fuerit, ea tutela* [i], *curatióve data erit.* Adfinitates non eas accipere debemus, quę † quondam fuerunt, sed præsentes [k].

Item Pomponius nurus & generi appellatione, & soceri & Pomponium, de quo subiicit, infra statim, male dixisse. Accursius.
p *Eximi.* Immo videtur remanere infamis: quia à pœna restituitur: vt. C. de generali aboli. l. fin. quæ est contra. Solu. aliud est in restitutione; quæ omnino in statum pristinum aliquem reducit: vt hic. & aliud in indulgentia, per quam sola pœna remittitur, & ifamia remanet: vt ibi. pro qua solũ est C. de senten. pass. l. j. & infra, de vsuris. l. videamus. ij. §. in Fauiana. Alij distinguunt an dicat simpliciter, restituo te: vt ibi. an dicat, restituo te in integrum: vt hic. contra quos est prædicta lex. C. de sen. pass. l. j. Accursius.
q *Ne postulẽt.* qui tertio edicti ordine continentur: non qui secũdo vel primo. nam qui primo, pro nullo. qui secũdo, pro se tantum. Sed quidam dicũt hoc porrigi ad quosdã qui secũdo ordine sunt: & nulla sunt aspersi macula: vt ad mulierẽ, & cæcũ. nam cum ad eos infames qui sunt tertio edicti ordine porrigimus, multo magis ad eos: vt arg. infra, de procur. fœminas. sed hoc non placet: quia licet mulier & cęcus nõ sint infames, nõ tamen pro aliis admittuntur, sicut nec puer vel surd⁹, qui sunt de ordine primo: vt supra, ea.l.§. initium. &. §. propter casum. & §.ij. & illa. l. fœminas. non vt aduocatrix, sed vt procuratrix mulier admittitur.
r *Pro parente.* scilicet filius.

* infamia.

† *Iste textus scdm Bal. facit ff. arg. quòd licet quis p vxore fratris viuentis non posset testificari: tamẽ secus si vidua est: quia absoluta affinitas est tunc.*

f *Patrono.* scilicet libertus.
t *Diximus.* scilicet de filiis & parentibus in. l. illa, quique. §. parentes. ff. de in ius voc. de libertis autem & patronis, in. l. adoptiuum. §. patronum. e. ti. de in ius vo.
u *Liberísve suis.* scilicet pater.
x *Sorore.* scilicet frater.
y *Vxore.* scilicet maritus. Accursius.
z *Socero.* scilicet gener. Accursius.
a *Nouerca.* scilicet priuignus, qui loco est filij: vt inst. de nup. §. affinitatis. Accursius.
b *Priuigno.* scilicet vitricus.
c *Pupilla.* scilicet tutor. Accursius.
d *Furiosa.* scilicet curator cuiusuis eorum.
e FAtuo. Id est mente capto.
f Quum. id est, quia.
g *Personis.* non solum tutor pro pupillis, vt prædixi. Accursius.
h CVi eorum. Exponit prædicta. q. d. diximus tutori & curatori, quamuis aliàs prohibiti, tamẽ pro officio postulare permitti. hoc ergo intellige de eo cui est à patre hoc demandatum. & sic est tutor testamentarius, vel curator assignatus testamento, qui debet confirmari: vt instit. de cura. §. dantur. ibi, sed curator testamento &c. vel cum plures dedissent, ipsi inter se vnum in administrando prætulerunt: vt infra, de admi. tu. l. iij. vel iudex dedit tutorem vel curatorẽ: & sic est datiuus. Sed quid in legitimo? hic nihil dicit. sed dicas idem: quia est eadẽ ratio: vt infra, ad. l. Aquil. illud. in glo. æstimari. & quia lex dat tales tutores: vt infra, de legi. tu. l. legitimos. cui est dare permissum sicut iudici: vt hic dicit. vel dic quòd omnem tutelam comprehendit. supra. l. j. in fine. sed specificat hic de eo tutore cui est commissa administratio à testatore, vel iudice, vel à seipso: vt instit. de satisda. tu. §. ij.
i *Tutela.* id est tutelæ administratio.
k *Præsentes.* no. præsentem inspici affinitatẽ. secus cum tractatur

a *Prohibentur.* quod est eoipso q̃ prohibẽtur tacite vel expresse.
b *Hoc edicto.* Vlpianus loquitur.
c *Qui edicto.* posito.ff. titu. j.l.j. Sed quare dicit hic & alij omnes, quasi aliquid accedat prædictis qui sunt supra. §. proxi. nam ibi & de istis dicit? Respon. secundum quosdam non est ita. nec enim dixit eos remoueri qui edicto prætoris sunt infames: sed eos qui edicto prætoris postulare prohibẽtur. Vel dic, quòd ibi dicit exponi etiam alij omnes &c. non solum qui in prima parte edicti positi. infra, titu. j.l.j. continentur, sed etiam alij inferiores supra positi. Ité intellige hic de notatis, nõ tamen summa infamia. tunc enim locum habet secundũ edictum: vt. ff. ea.l.§. remouet. &. §. ité senatus.
d *Certis personis.* enumeratis.ff. ea.l. §. deinde. sed certe immo vi-

Etratio, dentur generaliter in- *quia officium* fames posse postulare: *procuratoris est nisi* vt insti. de except. §. fi. quæ est contra. Solu. [a] *similis verbis* ibi in procuratore: hic *agitur de vi* in aduocato. Si instes, *officio, q̃* quare diuersum est in *tima dignitas* vno q̃ in altero? Re- *tas non cuspon.* esse aduocatum, *ratur. Bal.* honor est: vt. C. de ad- *Difficile.* uo. diuer. iudicior. l. lau *nis est im-* dabile. j. respon. ideo *petrare re-* que eis multa dãtur pri *stitutionem* uilegia: vt. C. de aduo. *rme illis* diuer. iudicio. sancim⁹. *ui sunt* cõ sed esse procuratorem, *minati de* onus est. honore ergo *blice:* propter delictũ est pri *l. Facilis* uandus, non onere re- *scisus a-* leuandus: vt infra, de *rmis: Sed* interdi. & releg. l. rele- *euocare* gatorum. §. fi. &. l. seq.

radis supe- e *Non erit.* apud me non postulet, nisi pro certis personis.
riusque ena- f *Eum.* loquitur Vlpianus.
re ad au- g *Ex superioribus.* id est ex superiori. f. secundo. nã ex primo nul
us: Hic la- lus est infamis: & sic ponitur plurale pro singulari: vt. ff. ea.l.§. vt
or, hoc o- in initio. Et sic not. hic quòd generalis clausula in fine edicti po-
us. sita ibi, qui ex his &c. non comprehendit omnia præcedentia. Sed
Vide In- arg. contra. j. de leg. j. talis scriptura. in fine. *ADDITIO.* Solu-
o. in ca. cũ tionem huius contrarij vide per Bar. in. l. cõtraria, qui latè illam
. rabello. materiam ibidem examinat.
a. l. colum. h *Difficile.* si tamen contingat in integrum restitui in secundo
e fide in- vel tertio capite, pro omnibus admittam ad postulandum. & not.
tu. vbi po- quòd ab illo versu, cum qui &c. sunt verba iurisconsulti Vlpiani.
it quis posi i *Vel senatus.* scilicet totus cœtus qui erat ex centum: vt sumi-
e restituere tur. C. de pe. hær. l. fin. in prin. non tantum vnus. Et not. hic quòd
ama. senatus parificatur principi in dando restitutionem: vt hic. Item
scubi. Fl. in vetando aquam duci ex flumine publi. vt. ff. de flumi. l. quò mi-
enatus in nus. Item quia à nullo appellatur: vt infra, à qui. ap. non licet. l. j. §.
ubsistam sciendum. Item & in componenda lege: vt supra, de leg. & sena-
rincipi pa tusconsul. l. non ambigitur.
tificatur. k *Decreta.* quæ concedunt prohibitis postulare, dando restitutionem. vel dic simpliciter: vt hic dicit.
l *Subuenerit.* ff. prætor. aliàs subuenitur. ff. à prætore.
m *Exequitur.* scilicet prætor: vt de dolo & metu, & similibus. nam tunc dat restitutionem lite contestata, & causa cognita: non aliàs: vt infra, de minoribus. l. j. §. pe. &. l. in causæ. §. causa autẽ. sed hanc restitutionem infamiæ dare non potest: vt hic dicit. Accur.
n *Pro qua sententia.* id est huic sententiæ applicatur. & sic ad proximum: vt supra, de iurisdi. om. iud. l. si idem cum eodem. in fin. l. Vel dic pro qua, scilicet quòd à principe vel senatu restitutus posit postulare. & sic non ad proximum, sed ad superius refertur. Accursius.
o *Absolutus.* scilicet à principe. Alij dicunt, à prætore. & dicunt

BIU Cujas

de nuptiis impediendis ratione affinitatis: vt infrà. de nup. §. affinitatis. Item secus in seruo, qui etiam in præteritum dominũ non debet interrogari: vt. C. de quæst. l. seruos. & infra, de quæstio. l. vnius. §. penult. Item in meretrice quondam præteritus status inspicitur. sic infra, de rit. nup. l. palam. §. non solum.

a *Quibus.* id est quorum appellatiuis nominibus designantibus affinitatem pro præpositio &c. & no. quòd secundum Ioan. non debet hic esse pro. nã idé dicit si ab, vel ad[a], apponit. Alij habẽt pro, & supplẽt idem esse in similibus verbis. Item no. hic quòd non omnes personæ quæ sunt hic, enumerantur. infra, de procu. l. sed & hæ. in princ. sed ibi & hæ intelliguntur, argu. harum legum.

b *In curatoribus.* scilicet dãdis, id est cum de tutoribus dixit.

c *Debuisse.* immo forte nõ debuit: quia prodigo, de quo hic subiicit, vel simili nemo dat: sed lex: vt. C. de episc. audi. l. de creationibus. Sed dic q & de his hic subiicit quib[9] à lege nõ dantur. & ideo merito reprehẽdit. Ac.

d *Eum.* scilicet prætorem.

e *Vti.* hoc modo, Vti, pro vt cui eorum, cæterorum quoque &c.

f *Solent.* scilicet curatores.

g *Et qui.* subaudi, ꝑ eis qui & cætera.

h *Non possunt.* subau. eos pro se & pro certis personis postulare non prohibebo. & sic separatim legitur. Vel dicit in princip. l. & is qui &c. & continuatur cum superioribus.

socrus, & vlteriores, quibus[a] *pro*, præpositio solet accedere, contineri ait. In curatoribus[b] [item] debuisse[c] eũ[d] adiicere: Vti[e]* cęterorum quoque quibus dari solent[f]: id est, [muto,] surdo, prodigo, & adulescenti:

IIII. PAVLVS libro quinto ad Edictum.

ITem quibus propter infirmitatem curatorẽ prætor dare solet:

V. VLPIANVS libro nono ad Edictum.

ET qui[g] negociis suis, aliquo perpetuo morbo, superesse non possunt[h].

VI. IDEM libro sexto ad Edictum.

PVto autem omnes[i], qui nõ sponte, sed necessario officio funguntur[k], posse sine offensa edicti[l] postulare, etiam si hi sint, qui non nisi pro se postulare possunt[m]. Si quis aduocationẽ præstare fuerit prohibitus†: si quidẽ apud se[n], vt solét facere tempore magistratus sui: puto eum postea apud successorem eius adesse posse.

VII. GAIVS libro tertio ad Edictum prouinciale.

QVos prohibet prætor[o] apud se postulare, omnimodo prohibet, etiam si aduersarius eos patiatur[p]† postulare.

Prohibitum ad tempus, post tempus videtur esse permissum. Bartolus.

VIII. PAPINIANVS libro secundo Quæstionum.

IMperator Titus Antoninus rescripsit, eum, cui aduocationibus in quinquennio* interdictum esset, post quinquẽnium pro omnibus postulare non prohiberi. Diuus quoque Hadrianus rescripserat, de exilio[q] reuersum postulare posse. nec adhibetur distinctio[r], quo crimine silẽtium[s] vel exilium[t] sit irrogatum: ne scilicet pœna tẽpore determinata, contra sententiæ fidem * vlterius porrigatur.

Sententia iudicis, quæ deminutionem status non continet, extra territorium iudicis suum effectum non porrigit. Barto.

IX. IDEM libro primo Responsorum.

EX ea causa[u] prohibitus ꝑ alio postulare, quæ infamiam non irrogat[x], ideóque[y] ius pro omnibus postulandi non aufert: in ea tantum prouincia pro aliis non recte postulat, in qua præses fuit, qui sententiam[z] dixit. In alia vero quædam esse quæ consensu partium etiam relaxari non possunt: vt hic, & in milite procuratore: vt. j. de procu. filiusfa. §. veterani. & in iuramento calumniæ remittendo: vt. C. de iura. calum. l. fi. §. sed quia veremur. idem in quolibet pacto quod fiat contra publicam vtilitatem: vt infrà, de reg. iur. l. neque pignus. §. priuatorum. Econtra quædam possunt partium cõsensu relaxantur: vt. §. de fer. l. j. in prin. & quando agitur inter partes vt non appellent: vt. C. de tẽp. & re. ap. l. fin. quæ sunt ficta. arg. contra.

* *Muti. Fl. & No. quòd istæ præpositiones æquiparantur. Bar.*

†*Ex quibus causis aduocationibus interdicendũ Socrates apud Aristotelem lib. 7. Hecatonomiarum.*

P *Vto autem.*] CASVS. In. §. si quis, talis est. Potestas Bonoñ. prohibuit me coram se postulare: Dicitur hic quòd potero coram successore suo postulare. Viuianus.

i *Omnes.* vt breuius dicam quæ supra, generaliter dicta sunt.

k *Funguntur.* vt tutores & curatores.

l *Edicti.* scilicet secundi, vel tertij, secundum quosdam: & bene hic. vel dic tertij tãtum: vt diximus supra. l. j. §. pe. quod est verum quando non ex officio, scilicet iudicis. Accursius.

m *Postulare possunt.* vt. §. eo. l. j. §. his igitur.

n *Apud se.* scilicet prohibitus est. & sic videtur ei permissum apud alium: vt. j. de iudi. cum prætor. in princip. &. C. ex qui. cau. infa. irro. & si seuerior. si autem in perpetuum, secus est: vt. C. eo. l. j. si autem simpliciter, præsumam quòd in perpetuum: vt infrà, de verb. oblig. & ideo. aliàs est ibi l. si Stichum. §. stipulatio huiusmodi. Si autem quæras an posit in perpetuum prohibere: dicas quòd sic sententiando, & de causa cognoscendo, & contestando causam propter quam prohibitus est, prohibetur: & tunc in perpetuum. si autem extra ordinem, quia forte nimis improbe postulabat: tunc non extenditur vltra suam administrationem: vt infrà, de pœ. l. fin.

Q *Vos.*] CASVS. Multæ sunt personæ enumeratæ supra quæ postulare non possunt. sed pone quòd aduersarius eum postulare prohibitum postulare patiatur. nunquid ad postulandum admittetur: quæritur. Et respon. quòd non: quia consensus partis non facit quòd admittatur. Viuianus.

o *Prohibet prætor.* viuus vel mortuus.

p *Patiatur.* quia causa decoris prætoris sit prohibitio: vt supra, eod. l. j. in prin. & propter improbitatem aduocatorum fit: vt hic, & infrà, de pœ. l. moris. ideoque non ob. supra, de pac. l. pactum. &. C. de pac. si quis in conscribendo. quæ sunt cõtrariæ. Item no.

E *X ea.*] CASVS. Quidam puta Titius prohibitus fuit ne postularet: vt quia nimis verbosus erat: & sic infamis non efficitur. poterit quidem iste Titius vbique postulare pro hominibus de altero territorio præterquam in ea prouincia in qua est qui prohibuit.

u *Ex ea causa.* vt quia nimis verbosus, vel ex crimine stellionatus, quod infamiam non infert, quando ex causa non famosa damnatur: vt. j. de cri. stel. l. ij. &. iij.

x *Non irrogat.* alioquin in nulla prouincia postularet, quasi infamia semper ipsum concomitetur, sicut lepra leprosum. sic enim dicimus in sentẽtia excõmunicationis: vt in decre. xj. q. iij. si quis à proprio. nisi pro certis personis: vt. §. eo. l. j. §. ait prætor.

y *Ideoque.* maxime. nam infamis postulat pro certis personis: vt §. eo. l. j. §. ait prætor. vel dic, pro omnibus: quia non pro illis qui de alia terra sunt. Accursius.

z *Sententiam dixit.* Argu. quòd consuetudo ciuitatis etiam in castris sub ea ciuitate positis tenet. & forte seruat episcopus: licet maior[b] sit quàm potestas qui decretum inducit. & facit supra, eod. puto. §. j.

BIU Cujas

Hi qui.] CASVS. Aduocatus fiſci poteſt eſſe aduocatus contra fiſcum, etiam in eadem cauſa, in cauſis pupilli ſui vel in aliis quæ hic ponuntur. Item decurio licet fiſco debeat deſeruire, non poteſt eſſe aduocatus contra fiſcum in cauſis pupillorum, vel in aliis quæ hic ponuntur.

a *Agunt.* vt procurator fiſci, & aduocatus generalis. Accur.

† *De prouin cia eiuſdem nomini* b *Non prohibẽtur.* etiã in ea cauſa in qua iu- *de Alcia.* uerunt fiſcũ: vt. j. l. pro- *Lib. Pareg.* xi. & eſt ſpeciale ꝙ hu- *& cap. 20.* iuſmodi perſonis & ſi- *† Bal. dicit* militibus, vt etiam dura- *ipſi tex. ſim-* te officio hoc poſsint, *ga. quod ſi-* non ſolum poſtea. ſed *ſcus, reſpon-* regulariter contra: vt *dica, &* C. de aduo. diuer. iudi. *alia patria* l. ij. quæ eſt contra. & *aquipara-* C. de aduo. fi. l. j. &. ij. *tur* quo ad quæ ſunt contra. qui- *veruetiam* bus dicitur ꝙ durante *eis exhibẽ-* officio generalis aduo- *dam. Bale.* catus fiſci pro nullo cõ tra eum aduocat. Item in cauſa in qua fuit pro fiſco, etiam finito officio non erit contra eũ: ſed hic eſt ſpeciale, vt dixi. ſi autẽ in vna cauſa tantum eſt pro fiſco, in alia contra eum eſſe poteſt ꝙ quolibet. Itẽ finito officio generalis aduocati in qualibet erit cõtra fiſcum, niſi in quibus fuit pro fiſco.

c *Præter ſuperiores.* id eſt præterquam ad prædictarum perſonarum cauſas: parentum, filiorum, & pupillorum.

non prohibetur, licet eiuſdem nominis ſit. †

x. PAVLVS libro ſingulari Regularum.

HI qui fiſci † cauſas agunt a, ſuam, vel filiorum, & parentum ſuorum, vel pupillorũ, quorum tutelas gerũt, cauſam & aduerſus fiſcum agere non prohibẽtur b. Decuriones quoque contra patriam ſuam cauſas agere prohibentur, præter ſuperiores c perſonas.

xi. TRYPHONINVS libro quinto Diſputationum.

A Principe noſtro reſcriptũ eſt, nõ prohiberi tutorem adeſſe pupillo in negocio, in quo aduocatus contra patrem eius fuiſſet d. Sed & illud ab eo e permiſſum eſt, agere tutorem pupilli cauſam aduerſus fiſcum, in qua aduerſus patrem pupilli antea aduocatus fiſci fuiſſet. Qui autem inter infames ſunt, ſequẽti titulo explanabitur.

Principe.] CASVS. Titius fuit aduocatus contra Seium, pro fiſco vel pro alio: & Seio decedẽte Titius factus eſt, vel fuit, tutor filiorum Seij. poterit quidem Titius pro iſtis pupillis aduocare contra fiſcum: & in eadem cauſa. Viuianus.

d *Fuiſſet.* Sed nonne hoc edictum erat in prin. l? Reſpon. ſ. in genere: nunc in ſpecie, de qua dubitabatur. vel dic. ſ. dixit adeſſe poſſe, nũc cauſam eius agere poſſe: quod plus eſt. Et nota hic eſſe ſpecialia quædam. nam aliàs quilibet ſecundum ſuum pactum ſuo clientulo præſtat patrocinium: vt. C. de poſtula. l. quiſquis. §. ante omnia. Ex his ergo patet quòd licet tuæ cauſæ ſecreta mihi mandueris: nihilominus tamen contra te aduocationis munere fungi potero etiam in eadem cauſa: alioquin iam nulli homini cõſilium eſſet dandum. & ſic de facto fuit iudicatum. & facit ad hoc. xciij. diſ. c. legimus. & ca. diaconi. Quid ergo ſi fidẽ tibi dedi quòd pro te eſſem aduocatus in cauſa: & fui: & ſententia lata fuit: an in cauſa appellationis contra te eſſe potero? Reſpon. ſic. nam ſufficit ſi cui &c. vt. C. de nego. geſtis. l. tutori. Item & aduocatus quondã fiſci in alia cauſa in qua non præſtitit fiſco patrociniũ, poteſt eſſe contra fiſcum: vt. C. de aduo. fiſc. l. ij. at cauſa appellationis non eſt eadem cum prima, vt diximus in ſabbatina quæſtione. & hoc maxime ſi mihi non offers dignum ſalarium in cauſa appellationis. in cauſa vero principali, quæ nondum eſt finita in aliqua parte ſui, contra te non ero. alioquin crimine præuaricationis inuoluor: vt infra, titu. j. l. athletas. §. præuaricator. & infra. de præua. l. iij. §. ꝙ ſi aduocatus. & C. de aduo. di. iud. l. j. excipitur in caſu pupillorũ, eorum fauore: vt hic dicit.

e *Ab eo.* ſcilicet principe.

DE HIS QVI NOTANTVR INFAMIA.

Quia à poſtulando remouentur infames: ideo de eis dicit.

Prætoris.] CASVS. Breuiter ſcias quòd omnes iſti qui enumerantur in iſta. l. ſunt infames, vel ipſo iure per ſententiam, vel ipſo facto. Ecce enim miles qui ignominioſe de militia remittitur, infamis eſt. Item qui facit ludibrium ſui corporis, infamis eſt. & leno eſt infamis. Item qui damnatus eſt de publi. iudicio, eſt infamis. Item qui cõdemnatus eſt de præuaricatione, eſt infamis. Item qui cõtrahit furtum, vel vi bo. rap. & inde condemnatus eſt, vel pactus, eſt infamis. vel de infamia, vel de dolo eſt cõdemnatus, eſt infamis. Item ſi pactus eſt. Item qui condẽ-

natus eſt in iudicio tutelæ, eſt infamis: vel pro ſocio: vel mandati: vel depoſiti: & ſuo nomine: infamis erit. hoc verũ eſt in his quatuor caſibus ſi ex dolo fuerint condemnati: non propter culpam. [*QVI EAM.*] Scire debes quòd mulier non debet nubere intra annum poſt mortem viri ſui: & ſi nubat intra annum, efficitur ipſa infamis: & ſic ille infamatur qui eam duxit: & parẽtes etiam iſtorum infamãtur qui cõſenſerint tali matrimonio. Item qui bina ſponſalia contraxit, ſua voluntate. ſ. infamatur.

DE HIS, QVI NOTANTUR infamia.

TITVLVS II.

Diuiditur in tres partes. primo ponit quoſdam caſus in quibus infamatur quis ipſo facto. ſecundo ponit alios in quibus infamatur qnis per ſententiam. tertio redit ad eos in quibus infamatur ipſo facto. ſecũda ibi, qui in iudicio. tertia ibi, qui eam. Bart.

I. IVLIANVS * libro primo ad Edictum.

PRætoris verba dicunt: *Infamia notatur* f, *qui ab exercitu ignominiæ cauſa, ab imperatore, eóve cui de ea re ſtatuendi poteſtas fuerit, dimiſſus erit. Qui artis ludicræ* g, *pronũciandíve cauſa in ſcenam prodierit. Qui lenocinium* h *fecerit. Qui in iudicio publico* i, *calũniæ, præuaricationíſve cauſa quid feciſſe, iudicatus erit. Qui furti* k, *vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo & fraude* l, *ſuo nomine dãnatus, pactúſve erit. Qui pro ſocio* m, *tutelæ, mãdati, depoſiti* †, *ſuo nomine, nõ cõtrario iudicio damnatus erit. Qui eam quæ in poteſtate* n *eius eſſet, genero mortuo, cum eum*

f *Notatur.* a ſ. infamia quę eſt iuris. nam de ea tantum hic tractat. eſt autem & alia quę dicitur facti: & contingit plurib⁹ modis: vel quia *famis dicitur cui⁹ ſtacrepauit filios vel aliquem: vt. C. eo. interlocutio. &. l. verbum. reprobatus: cuius effect⁹ eſt duplex. primus, vt à querela nõ excludatur frater exhęredatus, qui aliàs exclu deretur ab hæreditate, ge. §. præ & à querela: vt. C. de inof. teſt. l. fratres. Item repellitur à dignitate. C. de dig. l. neque. lib. xij. Et nota quòd verba huius. l. exponũtur infra, eo. ti. l. proxi. vſque ad. §. ait prætor.

g *Qui artis ludicræ.* ludibrium ſui facturus, & pronũciaturus (vt ſubiicit) Comœdiam vel Satyrã. & hæc pars exponitur infra. l. proxi. §. ait prætor. & l. qui autem. & l. athletas. vſque ad. §. ait prætor.

h *Qui lenocinium.* hoc exponitur. j. eod. l. athletas. §. ait prætor. vſque ad. §. calumniator. Accurſius.

i *Qui in iudicio publico.* facias quòd ſint tres caſus. Primus, quãdo de iudicio publico iudicatus, vel condẽnatus erit. Secundus, quãdo de calumnia commiſſa in iudicio publico, vel priuato, cum ex ea cauſa deſcendit crimen priuatum, cuius eſt actio ciuilis, & infamiam irrogat: vt. j. de publi. iud. l. infamem. Tertius eſt de præuaricatore. Sed quidam notant tantum duos caſus, ſcilicet calumniæ, & præuaricationis dãnatum: ſequentes Vlpi. qui hæc duo exponit. j. eo. athletas. §. calumniator. &. §. item præuaricator. item quod dicit de præuaricatione damnatum eſſe infamem, idem de tergiuerſatore: vt. C. vt intra certum tempus. l. prima & ſecunda.

k *Qui furti.* ſcilicet actione: vt patet: quia dicit, vi bonorum raptorum, ſecundum Io. & ſic tranſigens in condictione furtiua, nõ infamatur: vt in fi. §. vbi parificat damnatum & pactum.

A consensit, vel passus est quod filius duas acciperet: similiter & hoc casu infamis erit. Nec refert an hoc fiat vno & eodem tempore, siue diuersis: dummodo in id tempus hoc concurrat. nam vtrobique infamatur pater. Item si quis acceperit sponsam alterius per verba de præsenti, tenetur ex sententia edicti. Sed pone quòd Titius passus est quòd filia nubat vni suo consanguineo, & etiā alij extraneo: nunquid Titius infamatur? Et respon. quòd sic: & etiam ille qui ducit, infamatur. [*EX COMPROMISSO.*] Ego & tu compromisimus in arbitrum in actione mandati, vel depositi: vel etiam in certo, vel famoso, dum tamen ciuiliter operatur. iste arbiter condemnauit. an erit infamis? Et respon. quòd non: quia sententia arbitri nō infamat. [*QVANTVM.*] Facit iste. §. differentiam vtrum aliquis condemnetur per sententiam † difinitiuam: quo casu efficitur infamis. an iudex interloquatur: quo casu non sit infamis. [*POENAM.*] Iudex credebat me in partem bonorum condemnare: relegauit me. dicitur hic quòd videtur remittere mihi infamiā: & ideo non ero infamis. & hoc dicit iste. §. vsque ad ver. quamuis &c. [*QVAMVIS*] Sed pone quòd cum iudex condemnare me debebat in duplū, condemnauit me in quadruplum: nunquid releuor ab infamia? Et rñ. quòd non: imò ero infamis: quia pœna corporalis pro pecuniaria inflicta releuat imò remittit infamiā: pecuniaria vero nō. [*CRIMEN.*] Si conueni te crimine stellionatus, & conuictus es, eris infamis: puta si descendat ex actione famosa: vtpote doli, vel consimili: quia condemnatus inciuiliter infamatur.

† *Bal. colligit quod vbicūque tēpus est de substantia pœnæ vel delicti, alio tēpore facti vel ratihabitiō nō punitur. cōcor. quod no. C. de peti. hæredi. l. si post mortē. & infra, de nego. gest. eū actum.*

Qvando lex punit factum, non curatur de iuris effectu.

B ¶ Cùm autem factum notetur, etiam si cum ea [t] quis nuptias, vel sponsalia constituat, quam vxorē ducere vel nō potest [u], vel fas non est [x]: erit notatus.

C ¶ Ex compromisso arbiter infamiam non facit [y] quia non

p *Retulit.* Hic no. initium spectandum. quod dic vt dixi. ff. de orig. iur. l. j. Item no. quòd ratihabitio non trahitur retro. sic infra, de adqui. hæ. si quis mihi bona. §. iussum. &. ff. de offi. proconsu. l. obseruare. §. fi. & infra, rem ra. habe. bonorum. §. fin. sed regulariter contra: vt. C. ad Macedo. l. finali.

q *Bina sponsalia.* spondendo duobus de vna quòd sit vtriusque vxor. Accursius.

D r *Constituisse.* No. qui patitur quod potest prohibere, ipse facere videtur: vt infra, de noxa. l. tertia. & supra, eo. liberorum. in fi. & C. de sac. san. ec. l. iubemus. §. œconomus. &. j. de iure pa. adigere. in prin. &. j. eo. non alia. in fi.

s *Accipiendum est.* scilicet tantum.

t *Cum ea.* in ea namque re non iuris effectus, sed animi destinatio cogitatur: vt. C. de adul. l. eum qui. &. C. de excu. tu. l. amplissimi. Et sic not. sufficere aliquid factum ad pœnam, vt sic de iure non teneat: vt infra, de bo. lib. filius patroni. & infra, de euic. si per imprudentiam. §. pen. & ad Turpil. l. destitisse. & de iure pa. adigere. & ad Trebel. sed & si ante. &. C. de lo. & cōduc. l. fi. Sed arg. contra. C. si man. ita fu. ali. l. ea quidem. Accursius.

u *Non potest.* de iure ciuili.

x *Fas non est* scilicet de iure naturali.

y *Non facit.* nam & ipse infamis esse potest: vt. j. de arbi. l. non distinguemus. §. Iulian. in gl. famosa. Et sic no. quòd de famosa etiā causa potest cōpromitti si ciuiliter agatur, nō si de delicto famoso. s. criminaliter: vt. j. de arbi. l. non distinguemus. §. Iulianus. Sed an [a] si quis fuit coram arbitro confessus se fecisse furtum: fit infamis? Respon. non: cum nec sententia infamet.

a *Bald. hic dicit istam gl. esse sing. ad hoc quod confessio facta ab aliquo coram arbitro, non infamat etiā in causa famosa: quia cōfessio facta coram eo non infamat, cuius sententia non infamat. Ec.*

Sententia.

BIU Cujas

a *Sententia.* nam ex ea non datur actio: vt. C. de arb. l. j. nec excep-
tio: vt infra, de arb. l. ij. nec committitur euictionis stipulatio: vt
infra, de euic. l. si dictum. §. si compromisero. Accursius.

b *Pronunciatum sit.* scilicet per definitiuam sententiam.

c *Sint elocuta.* scilicet interloquendo: vt quia dixit vt ad frugem
melioris vitæ rediret:

per omnia sententia est[a].

Quantùm ad infamiam pertinet, multum interest in causa quæ agebatur, causa cognita aliquid pronunciatum sit[b]: an quædam extrinsecus sint elocuta[c]. nam ex his infamia non irrogatur. ℣ Pœna[d] grauior vltra legem imposita, existimationem conseruat: vt & constitutum est, & responsum: vtputa si eum, qui parte bonorũ multari debuit[e], prę̃ses relegauerit: dicendum erit duriori sententia cum eo transactum de existimatione[f] eius: idcircóq; non esse infamẽ. Sed si in causa furti nec manifesti in quadruplum iudex condemnauerit: onerauit* quidẽ reum pœna aucta.

vt. C. eo. l. interlocutio. Vel dixit: malus homo es: vel simlia: vt. j. eo. l. ob hæc. &. C. eo. l. verbum. Et idem est si pater aliqua ignominiosa verba filio dixit: vt. C. eo. l. j. &. l. ea quæ pater. & hæc est infamia facti. Idem si interdicto, vnde vi: vel, cõdictione furtiua: quis etiam definitiue damnetur: quia tantum de facto, non de iure, infamatur: vt infra, de ac. & oblig. l. cessat. & de vi & vi arma. l. neque vnde vi. Et huius infamiæ duo sunt effectus. Primus, quia à dignitate repellit: vt. C. de dig. l. ij. li. xij. nisi propter inopiam: vt infra, de decu. l. generaliter. §. spurios. item à querela: vt. C. de inoffi. testa. l. fratres. Item no. hic quòd quæ deliberatè fiunt, magnum sortiuntur effectum: aliàs non: vt hic, & supra, de transact. l. cum hi. §. si prætor. & infra, de rebus eo. magis. §. non passim. &. C. de repu. l. dubium non est &. C. de sent. ex breuicu. re. l. finali. Accursius.

* *oneratum Flo.*

d *Pœna.* regulam ponit quam postea restringit.

e *Debuit.* pone exemplum in eo qui seruum tradidit castrãdum: qui in dimidia parte bonorum punitur: vt infra, ad legem Cornc. de sic. l. is qui seruum. Item in eo qui exercuit causam criminalem intra duos annos, & non compleuit: quia in quarta parte bonorum punitur: vt. C. vt intra cer. tem. cri. quæst. ter. l. j. & ij. & hæc vera sunt quando hoc fuit expressum quòd pro pecuniaria pœna imponat corporalem alioquin vtraque imponeretur si tale esset crimen ex quo vtroque modo posset agi: vt in exemplo. C. de epi. audi. l. nemo. ij. Item in pœna stupri: vt instit. de pub. iudi. §. item lex. in fin. §. & ita est mirabile quòd hic in alio damnatur quàm actum est.

f *De existimatione.* scilicet conseruanda. & dic transact. vt sicut transactione facta liberatur quis à debito: ita ab infamia duriori eximitur sententia. non tamen speciem transactionis per omnia tenet. nam per transactionem notatur: vt supra eo. athletas. §. fin. cum hic euadat. Sed hic non super delicto, sed super fama videtur transactum. vel dic transactum videtur cum prætore: & ideo non notatur: vt. s. eod. l. si furti. §. qui iussu.

g *Non conseruasse.* imò videtur quòd sic: vt. C. eo. l. furti. quæ est contra. Solu. hic deliquerat: ibi non, sed tantum res furti penes eum deprehensa fuit: vnde furti concepti ibi fuit damnatus durius quàm debuit: & sic fama eius seruatur. sed Irne. & Pla. hanc reprobant: quia hæc actio furti concepti hodie sublata est: vt instit. de obli. quæ ex delict. nasc. §. conceptum. versic. sed hæc. alij dicunt, vt M. damnatum furti ita demum infamem esse, si iustè sit damnatus: aliàs licet quo ad causam de qua agitur, sibi prę̃iudicet: non tamen quo ad famam: vt ibi: & argu. infra, de publi. iud. l. generi. sed certe illud speciale est in patre. secus in aliis: vt hic, &. j. de fur. non potest. Tu dic quòd in. l. contraria fuit proposita rei vin. vel actio ad exhi. in qua delato sacramento in litem fuit multo plus iuratum quàm veritas esset. sic enim lata sententia secundum iuramentum non infamat.

h *Eum.* quem actori in pecunia debuit condemnare. sed in primo casu fisco.

Iudex an possit pœnã augere vel minuere.

i *Onerasset.* Sed quomodo potest pœnam iudex deminuere vel augere, cum ex legis hoc pendeat potestate: vt infra, ad Turpil. l. j. §. finautem. & ad muni. ordine. circa prin? Respon. hoc verum est post sententiam. sed in ipsa sententia potest vel minuere ratione forte iuuentutis vel senectutis, vel quia sine dolo deliquerat: vt infra, de pœ. si quis aliquid. ij. §. instrumẽta. &. l. absentem. §. fi. &. l. respiciendum. §. delinquunt. & infra, de mino. auxilium. §. j. & infra, ad leg. Cor. de Fal. l. j. §. fin. & infra, ad leg. Cor. de sic. l. iiij. §. j. Vel augere: vt cum multis grassantibus opus est exemplo: vt infra, de pœ. l. aut facta. §. fi. Item qualiter in extraordinariis potest augeri vel minui, cum nulla sit per legem statuta certa? Respon. referas te ad id quod fieri solet ex consuetudine de tali crimine: quod cum excesseris, dicaris augere vel minuere: vt arg. infra, de dam. infec. si finita. §. j. Et vt hoc plene habeas, dic quòd pœna pecuniaria aucta vel minuta infamia non aboletur: multo magis non minuitur si pro corporali infligatur pecuniaria. sed si pro pecuniaria imponatur corporalis, sine distinctione remittitur infamia: vt hic, & infra, de pœnis. in seruorum. §. fi. sed si pro corporali imponitur corporalis: aut maior, & tũc remittitur infamia: vt infra. de decu. l. ad tempus. & ad munici. l. † ordine. in prin. aut minor: & tunc si causa cognita, remittitur infamia: vt. C. eo. l. & si seuerior. &. l. si Possidonium. si sine causæ cognitione, non remittitur: vt supra, ea. l. §. quantum. Si quæras an interim dum patitur maiorem pœnam vel minorem, tamen causa cognita, sit infamis? Dico quòd sic: si pœna ad certum tempus imponatur: vt prædicta. l. & si seuerior. ibi, ex transacto tempore &c. si vero damnatus statim subeat pœnam: puta pro pecuniaria fustigetur: nec interim est infamis: vt in argu. contra infra, de pœ. l. in seruorum. §. sed si. Sed si quæratur an relegatus vel ab ordine motus veterem recuperet honorem, vel ad nouum aspiret? Distinguo, quia aut ex damnatione perpetua perpetuam subit infamiam: quod ex prædictis colligi potest: aut temporalem. si perpetuam, ad nullum aspirabit honorem: licet contradicere videatur, infra, de decu. l. generaliter. ij. &. iij. respon. sed dic quod ibi loquitur vbi causa cognita minuta fuit pœna: & sic infamia. & sic respondebis ei quod est infra, ad. l. Cor. de fal. l. falsi. §. ordine. nam ibi ex eo crimine damnatus fuit quod perpetuam irrogare potest infamiam. Si temporalem, interim dum est infamis non aspirat: sed tempore transacto ad nouum non aspirabit: nisi tantum temporis expectauerit quantum caruit dignitate propter pœnam: vt infra, ad munici. ordine. & de decu. l. ad tempus. &. C. de his qui in exi. dam. l. ij. lib. x. Sed si veterem velit recuperare: aut vacat, aut non. si non, veterem nõ recuperat. & sunt hæc vera in relegato, & ab ordine moto. si autem vacat: aut fuit hic relegatus, aut simpliciter ab ordine motus. primo casu noua electione admittitur. secundo scilicet si remotus ab ordine suo, iure recuperat: vt. j. de decu. l. ij.

k *Publicum.* imò est priuatum: vt hic, & infra, de cri. stel. l. j. sed videtur quòd non infamet: vt infra, de cri. stel. l. ij. quę est contra. Solu. ibi dicit ipso iure non infamare. hic dicit infamare per sententiam secundum M. & Bul. Sed tu dic secundum Io. distinguendum an cri. stel. descendat ex causa ex qua quis ciuiliter damnatus infamatur, vt ex dolo: vt infra, de cri. stel. l. iij. vt patet per multa exempla infra, de dolo. quo casu infamat, vt hic. an non infamaretur ciuiliter condemnatus: & tunc nec de hoc crimine damnatus infamatur, vt in locum contrariæ pigneraticiæ actionis: vt infra, de pig. act. tutor. §. contrariam. & tunc hoc non infamat: vt in. l. contraria. & probatur hæc solut. infra, de public. iudi. l. infamem. Accursius.

A

B

C

D

† *Aut de. Flo.*

Licet quis damnetur suo nomine, & ex suo facto ex instantia cœptâ cum alio, non erit infamis.

XIIII. PAVLVS libro quinto ad Edictum.

SEruus, † cuius nomine noxale iudicium dominus accepit, deinde eundem liberum & hæredem instituerit: ex eodem iudicio damnatus, non est famosus: quia non suo[l] nam ex furto non manifesto in duplum conueniri debuit. verum hanc rem existimationem ei non conseruasse: g quãuis si in pœna non pecuniaria eum h onerasset[i], transactum cum eo videretur. ℣ Crimen stellionatus infamiam irrogat damnato, quamuis publicum[k] non est iudicium.

Seruus.] CASVS. Nomine serui mei Stichi me noxaliter conuenisti: & lite contestata mecum, decessi: & illum seruum mihi hæredem instituit. & cum esset hæres meus, prosecutus fuit causam, & condemnatus etiam. an efficiatur infamis, quæritur. Et respon. quòd non infamatur. Viuianus.

l *Non suo.* sed defuncti. & est bona ratio: vt. s. eo. l. furti. §. si quis alieno. contra enim videbatur: quia propter suum factum fuit damnatus: vt infra man. l. Papinianus. sed & cum illa erat accessoria, & sua erat principalis, videtur domini obligatio extingui: vt infra, de fideiuss. l. generaliter. Respon. quidam. hic vtraque est principalis. vnde nulla tollitur: vt. j. de duo. re. si duo. Sed tu dic quod hic principalis erat naturalis tantum. vnde non tollitur:

BIU Cujas

tollitur: vt infra, de fideiuſ. hæres. §. quod ſi hic ſeruus. Sed nonne & hic ex ſua perſona poterit cõueniri, & erit infamis? Dic quòd ſic: vt inſtit. de noxa. §. omnis autem. ſiue non fuit aliquid inchoatum contra dominum: ſiue fuit, & velit dimittere. ſed vtraq; non poteſt, cui dentur ad idem.

Notatur.] CASVS.

NBerta ex viro ſuo mortuo ſe prægnãtem dicebat, & bene ſciebat quod prægnãs non erat. ſi quidem conueniatur act. in factum ab his quorum intereſt, & condemnetur, & ipſam calumniæ cauſa in poſſeſſ. miſſam iudex pronunciet, erit infamis: quia calumnioſè miſſa fuit in poſſeſſ. Hæc vera ſunt ſi fuit ſui iuris. Sed pone quod credebat ſe eſſe prægnãtem cũ non eſſet: hoc enim caſu non erit infamis. Idem in patre ſi pater patiatur filiam mitti in poſſeſſ. nomine ventris & calumnioſe: erit pater infamis ſi condemnetur.

a *Prægnantem.* ſciens ſe non eſſe prægnantẽ: vt infra, ſi mul. ven. no. ſi poſſ. l. j. §. per calũniã.

b *Debuit enim coercerí.* nõ vi, ſed actione in factũ quanti interfuit eius qui experitur. ſed ſi filiafa. ſit, dabitur in quantum ad patrem peruenerit: vt infra, ſi mu. ven. no. in poſſ. l. j. §. j. vſque in fi. l. & l. ſeq. in fin. Et not. hic non impune prætorem decipi: vt hic, & infra, de interroga. actio. de ætate. §. qui tacuit. in fine. §. Accur.

c *Fecit.* ſi enim in poteſtate fuit, tunc dic vt j. l. non alia.

d *Non alia. Pronunciatum.* non enim ſufficit calumniatum, niſi & ſit pronunciatum: vt hic, & ſupra, eo. l. athletas. §. calumniator.

e *Paſſus eſt.* No. patientiam haberi pro præcepto. vnde dicit canon, negligere cum poſsis perturbare peruerſos &c. & ad hoc ff. eo. l. liberorum. §. fi.

f *Nomine.* ſed ipſa videtur excuſari cum pater iubet: non tamen cum patitur: ar. ff. eo. l. liberorum. in fi. Accurſius.

Obhæc.] CASVS. Si tua inſtigatione accuſem aliquem, quia tu dixiſti mihi, quare non accuſas talem? ſi quidem accuſare incœpi, & tu condemnaris de inſtigatione tua, non eris infamis: ſed tua opinio quoquo modo grauatur. Viuianus.

g *Sententia.* vel definitiuę, vel etiã interlocutorię: vt in fi. l. nota.

h *Irrogari.* imò damnatus ex inſtigatione eſt infamis ſicut ipſe accuſator: vt. j. ad Turpil. l. j. §. incidit. quæ eſt contra. Sol. hic interlocutoriè fuit damnatus, & ſine cauſæ cognitione: ibi definitiuè, & cum cauſę cognitione: ar. ff. eo. quid ergo. §. quantum. & C. e. l. verbũ. & l. interlocutio. Alij dicunt, non notatur inſtigator, ſ. ex verbis ſenatuſcõ. Turpil. vt hic: ſed ex ſentẽtia ſiue mente ſic: vt ibi dicit. Vel dic, mãdator indiſtincte tenetur, ſed inſtigator ita demum ſi dat probationes, & inſtituat libellum accuſatoris, & promoueat accuſationem: non aliàs: vt hic ſubiicit, & in. l. contraria. Accurſius.

i *Exhortatur.* No. qui exhortatur, non mandat: vt hic. qui monomine condemnatur: quippe cum initio lis in eum conteſtata non ſit.

Ea quæ non eſt prægnans, ſi vt prægnãs per calumniam in poſſeſſionem mittatur: per ſententiam infamatur. Bartolus.

XV. VLPIANVS libro octauo ad Edictum.

NOtatur, quę per calumniã ventris nomine in poſſeſſionem miſſa eſt, dum ſe adſeuerat prægnantem,[a]

XVI. PAVLVS libro octauo ad Edictum.

CVm non prægnans eſſet, vel ex alio concepiſſet:

XVII. VLPIANVS libro octauo ad Edictum.

DEbuit enim coërceri,[b] quę prætorem decepit. Sed ea notatur, quæ cum ſuæ poteſtatis eſſet, hoc fecit.[c]

Pœna infamiæ imponitur ratione calũniæ, nõ ratione erroris: quod tene mẽti. Bal.

XVIII. GAIVS libro tertio ad Edictum prouinciale.

EA quæ falſa exiſtimatione decepta eſt: non poteſt videri per calumniam in poſſeſſione fuiſſe.

XIX. VLPIANVS libro octauo ad Edictum.

NOn alia autem notatur, quàm ea, de qua pronunciatum[d] eſt calũniæ cauſa eam fuiſſe in poſſeſſionem miſſam. Idque & in patre erit ſeruandum, qui calumniæ cauſa paſſus eſt[e] filiam, quam in poteſtate habebat, in poſſeſſionem ventris nomine[f] mitti.

Verba iudicis vituperioſa, cauſa cognita, non prolata infamiam non irrogant.

XX. PAPINIANVS libro primo Reſponſorum.

OB hæc verba ſententiæ g præſidis prouinciæ, *Callido commento videris accuſationis inſtigator fuiſſe*: pudor potius oneratur, quàm ignominia videtur irrogari[h]. Non enim qui exhortatur[i], mandatoris opera fungitur.[k]

Duæ lectu. habet ſecundum primam. h. d. Si fides atteſtationibus non eſt habita, non quia teſtes falſum dixerunt, teſtes non infamantur. h. d. Sed ſecundum aliam lectuB ram ſumma ſic: Sententia lata cum producente falſos teſtes, non poteſt teſtibus infamiam irrogare. Bartolus.

XXI. PAVLVS libro ſecundo Reſponſorum.

LVcius Titius crimen[l] intendit Gaio Seio, quaſi iniuriam paſſus: atq; in eam rem teſtationẽ[m] apud præfectum prætorio recitauit. præfectus fide non habita teſtationi, nullam iniuriam Lucium Titium paſſum eſſe à Gaio Seio pronũciauit. Quæro, an teſtes, quorum teſtimonium reprobatum eſt[n], quaſi ex falſo teſtimonio inter infames habeãtur? Paulus reſpõdit, nihil proponi cur hi, de quibus quæritur, infamium loco haberi debeant[o]; † cũ non oporteat ex ſentẽtia, ſiue iuſta ſiue iniuſta, pro alio habita, alium prægrauari.[p]

Breuiter. h. d. ſecundũ primam lect. Executio pœnæ corporalis ex cauſa famoſa, infamiam irrogat: licet ſententia non præceſſerit. h. d. ſecundũ aliã lectionẽ hoc intẽdit: Si in executione ĩponitur pœna corporalis ꝙ pecuniaria, infamia nõ remittitur. B.

XXII. MARCELLVS libro ſecundo Publicorum.

ICtus fuſtium[q] infamiam nõ importat: ſed cauſa, propter

A net, non mandat: vt. j. man. idemq;. §. ſi quis. Item qui cõmendat, non mandat: vt infra, eodem titu. ſi vero nõ remunerandi. §. cum quidam. qui perſuadet, non mandat: vt infra, depoſi. l. j. §. idem Pompo. qui conſulit vel permittit, non mandat: vt infra, de leg. ij. cum pater. §. mando filiæ. qui demonſtrat, vt proxeneta, non mãdat: vt infra, de proxene. l. ij. Accurſius. *Mandare nõ videtur qui exhortatur & monet.*

k *Fũgitur.* Not. aliud exhortari: aliud mandare: vt hic, & infra, man. l. ij. §. vlti. & de tut. ſi filiusfami. in fin. Sed argu. contra, infra, de ſer. cor. l. j. §. perſuadere.

Lvcius.] CASVS. Accuſaui te de iniuria, & induxi duos teſtes: & apportaui ſcripturam in qua ſcripti erant illi teſtes ad probandum. ſi quidem illi ſcripturæ, vel illis teſtibus non credatur, & repellantur: an efficiãtur infames: quæritur. Et reſpon. quòd non. Vi.

l *Crimen.* id eſt criminalem accuſationẽ iniuriarum.

m *Teſtationem.* id eſt ſcripturam comprehẽdentem dicta teſtium. *Flo. teſtationis.

n *Reprobatum eſt.* expreſſe: vt quia dixit, nõ adhibeo eis fidem: quia falſi ſunt. Vel tacite vt quia eorum dicta non ſecutus eſt.

o *Debeant.* ſed quare non, cum ſiue expreſſe ſiue tacite ſint reprobati, habeãtur pro falſis: vt. C. de fid. inſtru. l. fi. §. fi. & infra, de procu. l. Pomponius. §. ſed & is. in fine. §. & C. de or. cog. l. ſi de hæreditate. quę ſunt argu. cõtra? Reſpon. potuit eſſe quòd non adhibuit fidem: non quia eſſent falſi: ſed quia non dixerunt plane factum. † *Cocor. gl. vnica i priꝰ. in ca. ſuper eo. de electio.*

Vel dic[a] ꝙ licet quis periur[9] ſit expreſſe vel tacite habitus, non ſequitur tamen quòd ſit infamis: vt hic. Sed cõtra: vt. C. de tranſact. l. ſi quis maior. vbi dicit periurum infamem. Sed diſtingue cum quis iurat: ſi quidem de præſenti vel de præterito, puta rem ſuam eſſe vel fuiſſe: & tunc non notatur: vt colligitur ex duabus legibus: vt. j. de cri. ſtel. l. ij. in fine. Sed argu. contra, in authen. vt lice. ma. & auiæ. §. quia vero. verſic. quod autem à nobis. colla. octaua. & argu. in authen. vt lit. iu. §. ſi quis autem litigantium. collat. nona. ſed in authen. non dicitur quòd ſit infamis: ſed tamen punitur. aliàs pro periurio hic non punitur quo ad infamiam. & in hoc eſt contra. Si autem de futuro quidem iurat, non fit infamis, niſi & contra ſacramentum & contra pactionem veniat: puta iurauit quid ſe daturum vel facturum: vt in l. contraria, ſi quis maior. alioquin ſi iurat quòd hodie comedet carnes: non ita. Sed ſi quæras an omnis periurus repellatur[b] à teſtimonio? Dico quòd ſic: quia præſumitur & aliàs facile peierare: vt infra, de accuſa. ſi cui. §. iiſdem. & de ſena. l. Caſsius. & in Lombarda, in tit. de teſti. & adde quod not. C. de nup. imperialis. §. prę ſenti. in glo. omni macula. *Bal. hic reputat iſtã gloſ. melior em de iure ad hoc an & quando periurus ſit infamis: & quãdo non. de quo tu vide gl. no. in. c. quicũque. & i. c. infantes. 6. q. 1. Bart. & oẽs in. l. ſi quis maior. C. de tranſa. Bo. b Cõcor. c. teſtimoniũ. extra de teſti.*

p *Prægrauari.* ad plenum præiudicium: fit tamen qualequale præiudicium: argu. infra, de ap. l. ſententia. quæ eſt contra.

q *Ictus fuſtiũ.* Pone caſum in fure ducto ad prętorẽ, qui fuit iuſſus verberari ſine cauſæ cognitione: & ſine ſentẽtię definitiuę prolatione:

BIU Cujas

prolatione: quia deprehensus erat in facinore ab officialibus: vel erat notorium: vel ipse extra iudicium confitebatur. talis quidem ictus non facit eum infamem: sed causa propter quam passus est ictum, simul cum ictu: si tamen sit talis ex qua dánatus vel pactus fieret infamis: vt sit in furto: vt hic, & . C.e. fustibus. &. ſ. e. athletas. §. fi. extra iudicium ideo dixi, quia si in iudicio confiteretur ordine iudiciario conuentus vel accusatus, ipsa cófessiõe esset infamis: vt. ſ. eo. quoniã. & argu. infra, de interro. actio. l. j. in fi. nõ tamen pro condemnato habetur: immo danda est sententia: vt infra, de custo. reo. si confessus. Ité potest poni in cri. stel. quòd quandoque ex actione famosa descendit: vt ex dolo: vt infra, de dolo. si legatarius. & infra, de cri. stel. l. iij. in prí. hoc ergo casu verberat[g] ex ea causa erit infamis, non ex ictu, sed ex causa vnà cum ictu. Sed videtur quòd huiusmodi ictus non infamet: vt. C. eo. l. nullam. quæ est contra. Solu. ibi nõ suberat causa: immo fiebat ibi quæstio vt veritas erueretur: vt in. l. j. C. eodem tit. hic in pœnæ impositione ob delictum aliquod. Et ita est hic casus vbi ex genere pœnæ quis infamatur. Et sic not. ꝙ quandoque infamatur quis per sentétiã: quãdoque ipso iure: vt supra. l. j. quandoque ex genere pœnæ: vt hic. si autem de publico iudicio quis dánatur, infamis est: vt. ĩ. de pub. iudi. l. infamẽ. nisi in casu: vt infra, de pub. iud. l. fi. Item potest intelligi hæc lex in damnato actione furti, & postea verberato: quia verbera non faciunt infamem, sed sententia prius lata. Item est contra. huic. l. supra, tit. j. imperator. in eo quòd hic dicit inspici causam propter quam ictus imponitur. Sol. ibi grauior est pœna imposita quàm debet: & ideo eo reuerso non habetur distinctio pro quo crimine sit exilium irrogatum: sed vbi non grauior, habetur distinctio secundum quosdam: vt hic. Item contra, infra, de var. cog. l. pen. Solu. vt ibi. Accursius.

Infamatur quis quandoque p sententiã, quãdoque ipso iure.

quam id pati meruit, si ea fuit, quæ infamiam damnato irrogaret. In cæteris quoque generibus pœnarum[a] eadem forma statuta est.

XXIII. VLPIANVS libro octauo ad Edictum.

PArentes & liberi vtriusque sexus, necnon & cæteri adgnati vel cognati, secundum pietatis rationem, & animi sui patientiam, prout quisque voluerit[b], lugendi sunt. Qui autem eos non eluxit, non notatur infamia.

Infamia contracta in seruitute, abolebitur per libertatem. Bal.

XXIIII. IDEM libro sexto ad Edictum.

IMperator Seuerus rescripsit, non obfuisse mulieris famæ eius quęstũ in seruitute factũ[c].

XXV. PAPINIANVS libro secundo Quæstionum.

EXhęredatum quoque filiũ luctum habere patris memoriæ, placuit[d]. Idemque & in matre iuris est, cuius hæreditas ad filium non pertinet.

Si quis in bello ceciderit[e], & si corpus eius non compareat, lugebitur[f].

DE PROCVRATORIbus & defensoribus.

TITVLVS III.

Primo ponit quid sit procurator. secundo, ad quæ potest constitui procurator. tertio, ad quid est vtilis. quarto, qualiter constituitur procurator. quinto, per quem constituatur. sexto, quis constituatur procurator. septimo, ponit de effectu constitutionis procuratoris. secunda ibi, procurator autẽ. tertia ibi, vsus autem. quarta ibi, dari autem. quinta, in. l. filiusfa. §. 1. sexta, in. §. ipse quoque. septima, in. §. procuratorem. & de illa vlti. tractatur. vsque ad finẽ titu.

I. VLPIANVS libro nono ad Edictum.

B PRocurator[g] est, ꝙ aliena[h] negocia mandatu domini administrat. Procurator autem vel omniũ[i] rerum, vel vni⁹ rei esse potest, cõstitutus vel coram, vel per nũcium[k], vel per epistolam: quãuis quidam (vt Pomponius libro vicesimoquarto scripsit) non putent vnius rei mandatũ suscipientem procuratoré esse: sicuti neis quidem qui rem perferendam, vel epistolã, vel nuncium perferendum suscepit, propriè procurator appellatur. Sed verius[l] est, eũ quoque procuratorem esse, qui ad vnam rem datus sit. Vsus autem procuratoris perquã necessarius est: vt qui rebus suis[m] ipsi supersesse vel nolunt[n], vel non possunt: [saltem] per alios

PRocurator.] CASVS. Quid sit ꝓcurator, primo dicit: & est planũ. secundo dicit ꝙ vnius rei poterit cõstitui ꝓcu. tertio dicit ꝙ ꝓcu. potest fieri inter absentes & præsentes: quãuis hoc refertur ad hoc ꝙ dicit vnius rei non potest esse procura. si aliquis esset vnius rei, & vnius nũciationis. & sic illi iurisc õsulti malè dixerunt. [VSVS.] Quę sit vtilitas, & quæ causa fuerit cõstituẽdi procuratores, dicit. §. hic, & plene ꝓsequitur. Viuianus.

g *Procurator.* procurator dicitur ex parte actoris: defẽsor ex parte rei.

h *Aliena.* Sed nõne qñque dicitur in rem suã: vt. ĩ. eo. si quis in ré suã? Rñ. improprie. dicitur, ac si diceretur homo mortuus. vel dic dicitur in ré suã, id est, in vtilitatem vel dãnũ suum: vt. ĩ. quãdo ap. sit. l. j. §. in propria. & pro. curator. ſ. alieni iuris. nã in iurib⁹ fit, quę nõ possunt separari à cedentibus: vt. ĩ. de pec. l. quis ergo. in fi. l. & sic dicitur caute dicitur in ré suã procurator. Item ꝙ dicit negocia, scilicet plura vel vnũ: vt. ĩ. e. l. §. j.

i *Vel omnium.* & facit ad hoc vt vnius rei & plurium posit fieri procurator: vt infra, man. l. si vero non remunerandi. §. contrario. &. C. eo. ti. l. si procurator. & infra, de solu. l. vero.

k *Vel per nuncium.* id est per nunciationem.

l *Sed verius.* vtrũq; corrigit. nã vnius rei esse potest: ité vnius nũciatiõis: vt hic, &. ĩ. deposi. l. j. §. si te rogauero. Sed differũt in officio exequẽdo. nã ꝓcurator vni⁹ rei in sua pſona cõcipit cõtractũ: vt. ĩ. de const. pec. l. eũ. §. Iul. sed nũcius eius in persona dñi: vt vendis illi dño: vt. ĩ. de consti. pec. l. qui aũt. §. fi. &. l. & licet. Ac.

m *Rebus suis.* id est, causis suis.

n *Vel nolunt.* Not. regulam vt quòd ipse agere potest, per procuratorem

Item mandato ideo dicit, quia si sine mandato, habet locum. ĩ. ti. ij. Item ideo domini, vt remoueat tutores vel curatores, & prælatos. Ecclesiæ, & administratores ciuitatis, & similes, qui alios non possunt facere procuratores nisi lite conteſt: vt. ĩ. e. l. nec ciuitatis. &. C. eo. l. neque. &. l. procuratoribus. fallit in procuratore in rem suã, qui etiam ante lit. cõtest. facit alium procuratoré: vt C. de dona. illã. Sed an possum facere procuratoré, vt posit aliũ facere procuratorem? Arg. quòd sic. ĩ. de serui. rusti. prædio. cũ essent. §. j. &. ĩ. quod cuius. vniuer. l. item eorũ. §. si decuriones. ꝙ potest esse verũ, si dixi quòd faceret certũ: vt. ĩ. l. ij. Sed nõne etiam seruus facit procuratoré: & tamé non est dominus: vt. ĩ. e. seruum quoq; ? Rñ. illud ad negocia: sed hic loquitur ad iudicia. nã procurator, tutor, & similes possunt facere procuratores ad negocia: vt. ĩ. mã. si procuratoré. §. si quis. Item nõne hic corrigitur ꝙ de prælato dixi? nã causa monasterij videtur agi posse ꝓ procuratoré: vt in auth. de sanc. epis. §. si quãdo. col. ix. sed dico procuratoré pro syndico poni. Quòd aũt subiicit, administrat: dic vel administranda suscepit: vt. ĩ. man. l. si remunerãdi. §. j. & subaudias gratis, nam mercede interueniente erit locatio: vt infrà, man. l. j. vel illicitum commercium: vt suprà, de pac. sumptus.

a *Generibus pœnarum.* quod dixi in pœna ictus, idé in similib⁹.

b *Parentes. Voluerit.* est ergo talis luctus voluntatis, & non necessitatis. Azo. vt hic, &. ſ. e. l. liberorum. j. respon.

IMperator.] CASVS. Si aliqua mulier fuit meretrix in seruitute: si facta libera castè viuat, non nocet ei meretricium factum in seruitute.

c *Factum.* non omne punitur illicitum. Ioan. Item supra, eo. Athletas. §. Pomponius. contra. Sol. vt ibi.

EXhæredatum.] CASVS. Filius si exhæredetur à patre, vel ad eum hæreditas paterna non peruenit: casu vtroque filius lugebit patrem & matrem: sed secundum sui animi motum: non enim cogitur. [SI QVIS.] Si maritus alicuius mulieris moriatur in bello: lugendus erit ab vxore.

d *Placuit.* pro motu animi sui: vt supra, eo. l. parentes.

e *Si quis in bello ceciderit.* qui per gloriam viuere intelligitur: vt insti. de excusatione tut. in prin. Accursius.

f *Lugebitur.* ab vxore.

DE PROCVRATORIBVS ET defensoribus.

Quia procuratores similes postulatoribus sunt: ponit de procuratoribus post titulum de postulando. Sed quid differt hic titu. ab illo manda-

ti infra? Respon. in duobus: quia hic de procuratore ad iudicia loquitur: nisi in quibusdam legibus: vt infra, eo. l. ꝓcurator qui &. l. seq. sed ibi loquitur ad negocia. Iterũ hic de officio procuratoris: ibi de actione mandati principaliter: licet & hic de actione, & ibi de officio secundario quandoque mentionem faciat.

curatorem hoc facere possit: vt hic, & infrà, de iniur. sed si vnus idem Iulianus. & inst. per quas perso. agere pos. §. pe. quod fallit in illustribus & superillustrib. vt. C. e. l. pe. item in causis publicis: vt. j. de pub. iudi. l. pe. §. ad crimen. item in actione populari: vt infrà, eo. licet. item seruus qui prouocat in libertatem: vt. C. de asser. tol. l. j. ité & circa negocia est istud quãdoque. nã dominus per se nouum emphyteutã debet mittere in possessionem, non per procuratorem: vt. C. de iure emphy. l. fi. §. pen.

*Flo. intel legetur.

DVmmodo.] CASVS. Dicit. ſ. e. l. j. §. constitutus. quòd procurator fieri potest inter absentes: & idem dicit hic, scilicet quòd fieri potest inter absentes, dummodo ille absens qui procurator cõstituitur, certus sit, & ratũ habeat: vt ſ prin. l. seq. quæ continuatur isti. §. & omnes alię leges vsq; ad l. fili⁹. [FVRIOSVS.] Dicitur hic, quòd furiosus loco absentis est: quia nõ habet discretionẽ. Item potest dari procurator ad litem futuram, & ad diem, & in diem, & in perpetuũ: vt in. l. seq. quæ continuantur cum ista. Viuianus.

a *Dummodo certi⁹.* Not. duo esse necessaria vt absens constituat procurator: & cp sit certus, & quòd ratum habeat. quorum vnum deficit in furioso: quia nõ habet animum, id est discretionem: vt instit. qui. non est permiss. facere test. §. ij. & ideo nõ potest habere ratum: nec habetur vt absens: vt scilicet constituatur procurator vt absens. aliàs autem loco absentis habetur: vt infrà, de iure codi. l. ij. §. furiosus. &. j. de reg. iur. vbi non. §. furiosus. quæ sunt arg. cõtra.

b *Possit.* quidam libri habent non: & tunc plana: & refert se ad proximum dictum. Alij sine non: & tunc refertur ad primum, scilicet non est habendus loco absentis, scilicet vt ratum habere possit. & sic non ob. j. de iure codicil. l. ij. §. ij.

c *Item & ad litem futuram.* sed contra: quia ad præsentem tãtum videtur debere constitui: vt. j. ti. j. l. item. §. sed si ita. Sed aliud in actore vel syndico quàm in hoc procuratore. Vel dic, aliter fuit ibi electus quàm mandatum fuisset eligentibus, cũ pro præsenti fuisset mandatum: & ipsi etiam ad futura elegerunt.

d *In diem.* id est, ex die, propter id quòd subiicit hic, vsque ad diem & cætera, vt infra, de actio, & oblig. l. obligationum fere. §. ij. Accursius.

e *Et in perpetuum.* id est, dum viuit: vt. j. pro soc. l. j.

PRæsens.] CASVS. Dixit supra, eo. l. j. §. vsus. &. §. fi. quòd absens fieri potest procurator. vnde vult hic exponere quis præsens dicatur. nam si videmus quis sit præsens, per consequens intelligimus quis absens sit: quia cõtrariorum est eadem disciplina: vt suprà, de his qui sui vel alie. iur sunt. l. j. & insti. de tutelis. in princ. arg. contra. est. j. l. qui proprio. §. antepenul. & quis sit præsens, dicit hic vsque ad. l. filius. Viuianus.

f *Præsens habetur.* scilicet procurator si attendas ad superiora. vel verius dic, dominus: vt. j. eo. l. & ideo. quæ est. l. fi. & secundũ hoc procurator si est actoris, non satisdabit de rato: vt. j. eo. l. mutus. §. is qui. si rei, non satisdat de iudicato soluendo, sed ipse dominus. secus si absens: vt infra, iudi. sol. si ad defendẽdum. & insti. de satisda. §. sinautem. versi. si vero aliquis. Item non compellitur

possint vel agere, vel cõueniri.

Dari autem procurator & absens potest:

II. PAVLVS libro octauo ad Edictum.

DVmmodo certus [a] sit, qui datus intellegitur: * & is si ratum habuerit. Furiosus nõ est habẽdus absentis loco: quia in eo animus deest, vt ratũ habere non possit [b].

III. VLPIANVS libro nono ad Edictum.

ITem & ad litem futuram [c], & in diem [d], & sub cõditione, & vsq; ad diem dari potest:

IIII. PAVLVS libro octauo ad Edictum.

ET in perpetuum [e].

V. VLPIANVS libro septimo ad Edictum.

PRæsens habetur [f] & qui in hortis est:

VI. PAVLVS libro sexto ad Edictum.

ET qui in foro [g], & qui in vrbe, & [qui] in continentibus ædificiis:

VII. VLPIANVS libro septimo ad Edictum.

ET ideo procurator eius, præsentis * esse videtur.

Filiusfamilias potest constituere procuratorem ad omnia quæ ipse sine patre gerere potest. Bartolus.

VIII. IDEM libro octauo ad Edictum.

FIliusfamilias [h] † & ad agendum dare procuratorẽ po-

B

C

D

præcise accipere iudicium: vt infra, eo. l. vel hæreditas. Et nota quòd multis modis dicitur quis absens secundum diuersos tractatus. vno vt hic, & infra, de verbo. signifi. l. absentem. secundo qui à iudicio abest: vt infra, de fideicom. lib. l. non tantum. §. fe- natuscon. versi. abesse. &. j. de dam. infec. l. iiij. §. abesse. & in auth. de test. §. pen. colla. vij.

Absens dicitur quis multis modis.

teſt, si qua[ei] sit * actio, qua ipse experiri potest: non solum si castrense [i] peculium habeat.

Sed & quiuis filiusfamilias, vt puta iniuriam passus [procuratorem] dabit [k] ad iniuriarum actionem, si forte neque pater præsens sit, nec patris procurator velit experiri: & erit iure ab ipso filiofamilias procurator datus. Hoc amplius Iulianus scribit, & si filiofamilias patri, per filium [l] eius, in eadem potestate manentem, fiat iniuria, neq; auus præsens sit [m]: posse patrem procuratorẽ dare [n] ad vlciscendam iniuriam, quã nepos absentis passus est.

Ad defendendum quoque poterit filiusfamilias procuratorem dare. Sed & filiafamilias poterit dare procuratorẽ ad iniuriarum actionem. Nam quod ad dotis exactionẽ [pertinet:] cum patre dare procuratorem, superuacuũ esse Valerius Seuerus scribit: cum sufficiat patrem dare ex filiæ voluntate [o]. Sed puto, si forte pater absens sit, vel suspectæ vitæ (quo casu solet [p] filię cõpetere de dote actio) posse eã ꝓcuratorẽ dare. Ipse quoque [q] filius ꝓcurator dari poterit † & ad agendũ, & ad defendendũ.

FInuitus [r] procurator nõ solet

Flo. Si quæsit.

Item tertio qui in alia est prouincia: vt. C. de præscript. lõg. temp. l. fi. Item quarto qui vocem alterius nõ potest exaudire: vt. j. de verb. obliga. l. j. in prin. Ac.

ET qui in foro. scilicet rerum venãlium: vel dic vbi redditur ius.

FIliusfa.] CASVS. Dicitur hic quòd filiusfami. potest ordinare procuratorẽ qui filij nomine agat siue in castrensi vel quasi, vel actione iniuriarũ: vel si pater est absens, & ꝓcurator patris defendit filium. [HOC AMPLIVS.] Filiũ habebã: & isti filio meo facta est iniuria. auo eius absente id est, patre meo, nunquid possum constituere procuratorem, & agere nomine filij mei? Et rñ. quòd sic: quia auus eius. i. pater meus absens erat. [AD DEFENDENDVM.] Dixit in principio huius legis quòd filiusfamilias potest dare procuratorem ad agendum: hic dicit cp potest dare etiã ad defendẽdũ. [SED ET FILIAFA.] Dixit de filiofami. hic dicit de filia: quæ filia potest procuratorem dare in act. iniuriarum absente patre: sed ſ act. de dote pater solus dabit procuratorẽ: nec est opus cp filia cõsentiat expresse. hęc vera sunt nisi pater sit malę vitę, vel nisi sit pater absens: quib⁹ duobus casib⁹ cũ filia dotẽ repetere possit: vt. j. sol. ma. si cũ suo. poterit & ꝓcuratorẽ dare. [IPSE.] Dixit. ſ. cp filiusfa. potest dare procuratorẽ: hic aũt dicit cp ipse filiusfa. dari potest ꝓcurator. [PROCVRATOREM.] Iste. §. loquit in procuratore rei, qui procurator, suscipere cogitur iudiciũ: nisi in quibusdã casibus quos enumerauit ab illo versi. verũ. vsque ad. l. sed etiã. in illa sed etiam, ponit casum vnũ: immo licet procu. hanc exceptionẽ opponat, nihilominus cogit suscipere iudiciũ, vt lis statim cõtestetur. & hæc omnia debent fieri cum causæ cognitione: vt in. l. sed hæc. Viuia.

† *Dic etiã inuito patre. concor. & bene facit ad hoc text. in. l. quæsitũ. ſ. de in ius vocan. tex. in ca. qui generaliter. §. nedũ. de ꝓcura. in. 6. adde Archid. in ca. Cyprianus. 21. q. 3. & Bal. hic. Taciturnitas consensui non cõparatur.*

h *Filiusfamilias.* paganus.

i *Castrense.* vel quasi. vt. j. de colla. bo. l. ij. §. nec castrẽse. in quibus tanquam patresfami. habentur: vt infra, ad Macedo. l. ij.

k *Dabit.* ſ. procuratorem ad iniuriarum actionem: quia est propria filij: sicut & aliæ quinque: vt. j. de iudi. ſ longius. §. j. in fi.

l *Per filium.* id est, nepoté sui patris, & suus est filius.

m *Præsens sit.* sed si redeat, consentit procuratori: quia & filio: vt. C. de bo. quæ libe. l. fi. §. j.

n *Dare.* scilicet expresse, cum sufficiat tacitus cõsensus, scilicet à lege præsumptus: vt hic subiicit, & infra, solu. ma. l. ij. §. volũtate.

o *Voluntate.* ſ. tacita, vt modo dixi: nisi expresse cõtradicat: vt. j. de iur. do. post nup. & causam cõtradicẽdi habeat: vt. j. sol. ma. l. dotẽ.

p *Solet.* vt. j. solu. matri. ſ cum dotem. §. eo autem tempore. idem dicam & in casibus aliis vbi ipse agere potest: vt. C. de coll. auth. quod locum. vt ibidem dare possit procuratorem: vt hic.

q *Ipse quoque.* nam & actor fieri potest: vt. j. tit. j. item. §. fi.

r *Inuitus* per hoc apparet cp est officium priuatum auctoritate & vtilitate.

BIU Cujas

& vtilitate. aliàs cogeretur: vt. j. de mu. & hono. l. si quis magistratus. & insti. de satisda. tuto. §. penul.

a *Dari.* vt hic, & C. eo. inuitus. & j. de regu. iu. l. inuitus. in prin. Sed datur quandoque inuito: vt. j. de lib. cau. l. iij. quæ est contra. & infra, de appel. non tantum.

b *Non probatur.* No.

Taciturnitas consensui non cõparatur.

taciturnitatem cõsentiri non comparari. sic & in seruitute imponenda: vt. j. de ser. vrb. prædi. l. inuitum. idem in soluendo matrimonio: vt. j. de rit. nup. in eo iure. §. deinde. Item in furto: vt. j. de furt. qui vas. §. vetarc. Item in eo qui impedire non potest: & in eo qui erubescit loqui: vt infra, de fur. l. pen. Item in eo qui scit ius suũ durare: vt infra, quib. mo. pig. vel hypo. solu. l. sicut. §. non videtur. Arg. contra, infra, solu. ma. l. ij. §. voluntate. &. C. de epis. &. cle. authen. si seruus. & infra, de regu. iur. qui tacet. Solu. vbi tractatur de aliquo obligando: habent locum prima arg. vbi vero de aliquo præiudicio tractatur, vel exceptione, habent locum sequentia. excipe à primo, infra, ad munici. l. ij. &. C. de filiiffami. & quemadmo. pater. l. j. lib. x. & infra, de sponsalib. l. in sponsalibus. vel hoc generale, qui tacet, cõsentit: sed eius contraria sunt specialia. Vel dic, vt not. infra, de fur. qui vas. §. vetare. in glo. ignorat.

dari [a]. Inuitum accipere debemus, non eum tantum, qui contradicit: verùm eum quoq; qui consensisse non probatur [b].

Veteranus potest esse procurator: miles non, nisi in duobus casibus: tamen tenet iudicium si non fuit repulsus ab initio. Bart.

VEteranι [c], procuratores fieri possunt. Milites autem, nec si velit aduersarius, procuratores dari possunt: nisi hoc tempore litis contestatæ quocunque casu prætermissum [d] est: excepto eo, qui in rẽ suam procurator datus est, vel qui communem causam omnis sui numeri persequitur [e], vel suscipit: quibus talis procuratio concessa est.

Pro quo scienter dominus satisdedit, cogitur præcise iudicium suscipere nisi ex causa legitima excusetur. Bartolus.

Procuratorem ad litem suscipiendam [f] datum, pro quo consentiẽte dominus iudicatũ solui exposuit: prætor ait, *Iudicium accipere cogam [g].* Verùm ex causa non debebit compelli: vt puta [si] inimicicię capitales interuenerint inter ipsum procuratorem & dominũ: scribit Iulianus debere in procuratorem denegari actionem. Itẽ si dignitas † accesserit procuratori, vel reipublicæ causa abfuturus sit:

IX. GAIVS libro tertio ad Edictum prouinciale.

† *Istũ textũ alleg. Ro. in suis sing. fol. 4. singu. c. in cui⁹ decisione cõ cor. & facit tex. in l. licet. in fi. ff. de arbi. Bolog.*

c *Veterani.* Isti sunt consecuti causariã vel honestam missionem: vt supra, de infa. l. ij. §. ignominiæ. & dicuntur pagani iam, non milites: vt infra, de castren. pecu. l. hæreditate. §. j. Vel dic quòd miles est ille qui est in actu militiæ: vt C. loca. l. fin. Veteranus est miles qui est sine actu. & miles debet multa habere in se: vt infra, qui. ex cau. ma. l. pen. & talis non potest esse procurator: vt hic, &. C. eo qui stipendia. &. l. militem. etiam vtroque consentiente: vt subiicit. vnde est ar. hic quod non potest consensus partium de iure aliquid relaxare. sic. ś. de postu. l. quos. & in iuramento calumniæ: vt. C. de iura. calum. l. ij. §. sed quia. & in comparatione faciẽda ex priuata scriptura aliter quàm lex velit: vt. C. de fide instrum. l. comparationes. & in testificatione patris & filij: vt. C. de testi. l. parentes. & ad idem. C. de inoffi. testa. si quando. arg. contra, supra, de feriis. l. j. &. C. de pac. l. pen. sed dic hoc generale. superiora vero specialia sunt. Accursius.

Tacite quædã fieri possunt, quæ non licet facere expresse.

d *Prætermissum est.* Not. quędam posse fieri tacite quæ non possunt fieri expresse. sic supra, de pac. si vnus. §. illud. & infra, de reg. iur. l. actus. &. l. expressa. Sed nonne iudex ex officio debet hoc facere? Videtur quòd non: vt supra, de offic. præsid. illicitas. §. veritas. Sed dic contra: quia in litem hoc euenit: vt. C. de tempo. & & re. app. l. ij. §. fi. & de ap. l. ampliorem. §. ij. sed si ponas quòd tam ab eo quàm à partibus sit prætermissum, obtinet quod hic dicitur: vt. C. eo. ita demum. maxime quia exceptio est dilatoria: vnde ante litem contestatam debet proponi: vt infra, eo. qui procuratorem. §. si quis. &. C. de proba. exceptionem. & omnia quæ hic dixi in milite seculari, intellige in milite cœlesti, vt procurator esse non posit: vt in authen. de san. epis. §. deo autem. ibi, aut procuratorem litis. & in glo. causis. coll. ix.

Exceptio dilatoria ante lit. cõtesta. proponi debet.

e *Persequitur.* idem in clericis: vt. C. de episco. & cleri. l. placet. idem & in alio casu: vt. j. de libe. cau. l. iij. §. militi. quia tunc propria causa videtur esse: vt infra, quando ap. sit. l. ij. §. pe. idem potest dici in alio: vt infra, de ap. non tantum. & cũ admittitur, puto in satisdatione & in aliis vt alium procuratorem se habere.

f *Suscipiendam.* & sic est procurator rei.

g *Cogam.* ſ. precise eum: vt hic, &. j. eo. si defunctus. j. respon. nisi afferat causam. vt hic, &. j. de arbi. licet. sed videtur non præcise cogi: sed sufficit cõmitti stipulationem: vt. j. eo. non cogendũ. §. Sabinus. in prin. legis, quæ est cõtra. Sed hic consentiente procuratore dominus se grauauit. vnde fallit fidem duobus: domino, & actori: ibi ipsemet procurator satisdedit. vel si dns, nõ tamen eo cõsentiente: vnde & tunc sufficeret committi stipulationẽ. vt. j. eo. si defunctus. ij. respon. Item alia ratione videtur nõ præcise cogi: quia in factis condemnatio fit ad interesse, non vero cogitur præcisè quis facere: vt j. de re iudi. l. si quis ab alio. §. fin. &. j. de ope. no. nun. l. stipulatio. §. si autem. quæ sunt cõtra. sed dic illud in gestis extra iudicia: hoc in iudiciis, vbi strictius agitur: vt arg. j. de ver. ob. inter stipulantem. §. j.

AVt si valetudinem, aut si necessariam peregrinationem [h] alleget:

X. VLPIANVS libro octauo ad Edictum.

VEl hęreditas superueniens eum occupet, vel ex alia iusta causa: hoc amplius, & si habeat præsentem [i] dominũ, non debere compelli procuratorẽ:

XI. PAVLVS libro octauo ad Edictum.

SI tamen dominus cogi possit.

XII. GAIVS libro tertio ad Edictum prouinciale.

SEd etiam ex his causis [k] dicitur aliquando cogẽdum [l] procuratorem iudicium accipere, veluti si dominus prędens non sit, & actor adfirmet tractu tẽporis futurum vt res pereat [m].

XIII. VLPIANVS libro octauo ad Edictum.

SEd hæc [n] neque passim admittenda sunt, neq; districtè deneganda: sed à prætore causa cognita [o] temperanda.

XIIII. PAVLVS libro octauo ad Edictum.

SI post [p] † datum procuratorẽ capitales inimicicię [q] interceſſerint, non cogendũ accipere iudiciũ: nec stipulationẽ ob rem non defensam cõmitti, quoniam noua causa sit.

h A *Vt. Necessariã peregrinationẽ.* quia deportatus est: vt. C. de hære. insti. l. j. idem in voluntaria: vt quia iuit ad sanctum Iacobum: vt. j. e. aut religionis.

i *VEl hæreditas. Præsentem.* qui cœperat abesse dato procuratore. Vel dic quod dominus erat paratus defendere: vt. j. eo. ante litem. Nec tamen auditur, nisi talis erat vt cogi posit: vt infra, ea. l. proxi. sunt enim quidam qui cogi non possunt: vt supra, de in ius vocan. l. ij. &. C. eo. l. quicunque.

k *Sed etiam ex his causis.* scilicet supradictis.

l *Cogendum.* id est, non subleuandum: siue nec subueniendum. ei. tale est infra, de dolo. nõ debet. in fi. Et not. hic quòd per procuratorem fit contesta. litis: vt. j. eo. per procuratorem. licet de calumnia non iuret: vt. C. de iura. calum. l. ij. §. sinautem.

m *Res pereat.* No. quod fieri non debet: tamen fit, si timetur fieri non posse temporis cursu: vt. j. eo. mutus. §. fi. &. j. de arbi. l. idem Pomponius. §. fi. &. j. de iudi. sed & si restituatur. §. ædium. &. j. de peti. hære. si bonæ fidei. &. ś. de feriis. l. j. &. l. ij. in fi.

n *Sed hæc.* quę excusant vel cogunt procuratorẽ. Et nota quòd de duobus contrariis fit optimum temperamẽtum: vt hic, & ś. de offi. proconſ. ſolent. §. fi. &. j. eo. mutus. §. fi. ibi, Labeo &c. & dixi. ś. si quis cau. l. ij. §. si non propter. versi. si quis tamen. in gl. fi.

o *Causa cognita.* nam poterit esse quod parua erit hæreditas, vel parum ægrotet, & idem in similibus. Accursius.

p *SI post.* Quid differt hæc. l. ab illo. §. procuratorem. ś. eo. filius? Respon. hic procurator satisdedit: ibi dominus pro eo. Vel dic quòd idem est casus: sed hic addit de stipulatione non committenda. Vel dic hic loqui in procuratore actoris. vel ibi fuit indistincte locutus: hic autem quando interuenerunt postea.

q *Inimicicię.* vt. j. eo. l. nõ cogendũ. §. Sabinus. in prin. legis. Ac.

SI defunctus.] *CASVS.* Tu me conuenire volebas: ego constitui procuratorem qui me defenderet aduersus te: & pro eo procuratore satisdedi. Distinguitur. aut satisdedi procuratore sciẽte: quo casu compellitur procurator suscipere iudicium, quàuis decesserim

cesserim ante litem cõtestatam. aut ipso ignorante: quo casu non cogitur iudicium accipere procurator. sufficit tamen si clausula de defendendo committatur. [QVI AD.] Rem aliquam tecum communem habebam: constitui procuratorem vt illam rem diuidi peteret. Dicitur hic quòd iste videtur esse procurator actoris & rei, id est, videtur datus ad agendũ & defendendum. & talis procurator satisdabit de rato, & de iudi. sol. Viui.

a *Contestatam.* cũ procuratore suo.

b *Compellendus.* præcise. Sed contra. j. eo. l. non cogendum. §. Sabinꝰ. Sol. vt dixi supra, eo. filius. §. fi. Item cum res sit integra, quia nõ est lis contestata, vt in prin. huius legis: quare non finitur mandatum tale morte mandantis: vt insti. de manda. §. recte. versi. item si adhuc. & supra, de iurisd. om. iudi. l. & quia. quæ sunt contra? Respon. immò nõ est res integra: quia promiserat hic procurator. iudi. sol. & dominus fideiusit pro eo: vt hic dicitur. quas obligationes nõ potuit mors domini extinguere. Sed nonne eadem ratio est quando ipse procurator tãtum promisit: & tamen dicit lex extingui mãdatum: vt infra, manda. l. si precedente. in princi. Sed dic secũdum M. ibi pro absente domino satisdedit: hic dñs presens erat, & satisdedit ipsemet pro procuratore suo.

c *Fecit.* i. satisdedit.

d *Actum est.* quia dominus absente procuratore satisdedit.

e *Teneri.* id est præcise defendere.

f *Clausula.* i. contra fideiussores illos quos dñs dedit, q̃ nil tangit hunc procuratorem. Et quod dicit, clausula: not. quòd stipulatio iudi. sol quam præstat procurator rei, tres habet clausulas. prima, quod verbum sonat. secũda, quia sine dolo. tertia, quòd defendet vsque in finem illum quem defendere incipit: vt. j. iudi. sol. l. iudicatum solui. j. & hæc tertia clausula committitur hic.

Ea obligatio, quæ inter dominum & procuratorem consistere solet, mandati actionem parit h. Aliquando tamen non contrahitur obligatio mandati i: sicut euenit, cum in rẽ suam procuratorem præstamus, eoque nomine k iudicatum solui promittimus. nam si ex ea promissione aliquid præstiterim', non mandati, sed ex vendito l, si hæreditatem vẽdidimus, vel ex pristina † causa mandati agere debemus: vt fit cum fideiussor reũ procuratorẽ dedit m.

Qui habet vtiles, potest facere procuratorem eum qui habet directas. Bar.

¶ Is cui hereditas ex Trebelliano senatusconsulto restituta est, hæredem iure dabit procuratorem n.

Qui habet ius in re, potest dominum illius rei facere procuratorem. Bartolus.

¶ Sed & dominum pignoris creditor rectè dabit procuratorem ad Seruianam o.

Vnus ex correis potest alium procuratorem constituere actiuè & passiue. h.d.

¶ Porrò si vni ex reis credendi constitutum sit: isque alium [procuratorem] in constitutam p pecuniam det: non negabimus posse dare q. Sed & ex duobus reis promittendi alter alterum ad defendendum procuratorem dabit r.

In iudiciis diuisoriis plures vnum procuratorem dare non possunt. h.d. Vel aliter: Vnus non potest esse procurator condemnati, & eius cui fit condemnatio. Bartolus.

¶ Si plures hæredes sint, & familiæ erciscundæ, aut communi diuidundo agatur s: pluribus eũdem procuratorem non est permittendum dare: quoniam res expediri nõ potest citra adiudicationes & condemnationes t. Plane dare permittendum [est,] si vni cohæredi plures hæredes existant u.

Si vnus vellet defendere reum, non cõmittitur stipulatio ex clausula de defendẽdo. Bartolus.

¶ Reo latitante post litẽ cõtestatã, ita demũ fideiussores x eũ

Populares actio quæ dicatur.

a *Licet in popularibus.* est autẽ popularis quæ ius populi tuetur: vt infra, de popula. act. l.j. & da exempla: vt infra, de iurisd. om. iudic. & infra, de his qui deie. vel ef. l. si vero. §. hæc autẽ actio. & infra, ad Syll. l. antepe. §. fi.

† *Bal. hic dicit istũ tex. supra, de iurisd. om. iudic. quòd si duo cõtractu celebrẽ dent ea quæ veniunt in secũdo: nulla actio oritur ex secũdo cõtractu, etiam si sint diuersi tituli ipsorum. Bolog. a Bal. hic dicit istam gl. esse sing. ad hoc quòd procurator qui habet causam cõem cũ alio: non potest exercere procuratorio nõe alterius æque principalis. & gl. est clara. Bolog.*

b *Non possit.* scilicet ad agendũ, sed ad defendendum sic: vt hic, & infra, de popu. ac. l. qui populari. & est ratio, quia non sua, sed populi. Item quia ita procuratoris dicitur causa, vt sua.

c *Agit.* scilicet interdicto illo, ne quid in loco publico: vt infra ne quid in loco publi.l.ei qui. cuius loco hodie est actio in factum: vt instit. de interdi. §. fi.

d *Prohibitione.* quia aliquid facis ibi vnde omnes læduntur: & ego maxime, cum ibi plerumque habeam vti. Accursius.

e *Multo magis.* ideo magis, quia magis videtur priuata actio sepulch. viol. quàm prædicta in factum: cum illa detur ei primo cuius interest, & deinde aliis: vt infra, de sepul. vio. l. iij. in prin.

f *Ex lege Cornelia.* quæ in tribus casibus loquitur: vt instit. de iniur. §. sed & lex Cornelia.

g *Publica.* in duobus habet naturam publici iudicij: & quia publicè interest maleficia puniri: vt. j. ad legem Aquil. ita vulneratus. & quia principaliter ad vindictam. secus in actione Aquil. vbi principaliter agitur ad damnum. infra, de iniur. l. l. prætor. §. j. in aliis duobus sequitur naturam priuati iudicij: quia datur tantum illi qui passus est iniuriã. Item quia commodum pecuniarium reportat: vt instit. de iniur. §. pe. & ratione horum duorum datur procurator: vt hic dicitur. & hoc si agitur ciuiliter. si enim criminaliter: licet sit priuatum delictum, non posset dari procurator: vt. C. de iniur. l. iniuriarum. ij. & l. fi. §. licere. & §. ita tamen. Accursius.

h *Parit.* No. quòd parit obligatio actionem: vt instit. de verbo. obli. in princ. Et no. quòd hic. §. vnam ponit regulam, quam facit fallere in duobus casibus. Primus, si tibi hæreditatem vendidi, & cum à creditoribus hæreditariis conuenireris, sponte respondisti: nec enim compelleris: vt. C. de pactis. l. secunda. fideiusi pro te de iudi. soluen. & mandato tuo solui: agam ex vendito, & non mandati. Secundus, pro te fideiusi in. x. & cum conuenirer, feci te procuratorem: & fideiusi iterum pro te tuo mandato. & satisfedi iudi. solu. & solui. agam ex primo mandato, non secundo: & sic mandatum non parit actionem mandati & cætera.

i *Mandati.* id est ex mandato.

k *Eóque nomine.* id est eo conuento à creditoribus, & eo mandãte.

l *Ex vendito.* quia hæreditate vendita omne commodum & omne incommodum spectat ad emptorem: vt. C. de hære. ven. l. ij. & infrà, de hære. ven. l. ij. §. non solum. versi. secuti. quare si quid solui, per actionẽ ex vendito peto: quia mandati actionem absorbet: vt hic. nec enim est verisimile nos velle ex eo mãdato nasci actionem, cũ satis nobis cautum sit ex veteri contractu.

m *Dedit.* supple & pro eo mandante iterũ iudicatum sol. promisit, & soluit. sed hoc casu videtur agi debere ex nouo mandato, non pristino: vt infra, mãda. si mandato meo. §. fin. quæ est contra. Solu. ibi intercessit secũdum mãdatum animo nouandi primum: hic non. Vel dic, ibi fuit gestum negocium inter creditorem & fideiussorem: hic inter fideiussorem & reum.

n *Procuratorem.* ad agendum contra hæreditarios debitores.

o *Ad Seruianam.* id est quasi Seruianã, quæ hypothecaria dicitur: quam intentat. vt instit. de actioni. §. item Seruiana. Contra videbatur his duobus casibus, quasi dominus in sua re non posit esse procurator: vt infra, de reg. iur. neque pignus. & infra, manda. l. ij. in prin. ibi quod si tua.

p *In constitutam.* id est ad agendum actione de consti. pecunia.

q *Non negabimus posse dare.* quia iam iste cui constitutum est, pro eo est ac sibi solutum esset: vt ipso iure vel per exceptionem ab altero sit liberatus debitor: vt infra, de cõsti. pecu. l. idem est. sed quando non est constitutum, an vnus alterum dare possit? forte non: vt arg. §. e. l. in prin.

r *Dabit.* quia duæ sunt obligationes licet vna res debeatur: vt. j. de duo. re. l. iij. in fi. & l. eandem. §. fi.

s *Agatur.* erat ergo lis contesta. quando procuratorem constituebant.

t *Adiudicationes & condemnationes.* Collige ergo ar. contra M. quia procurator etiam post lit. contesta. interueniens debet condemnari: vt hic, &. §. eo. si quis cum procuratorio nomine. &. j. eo. qui proprio. &. C. eo. l. nihil. & plene dic vt infrà, tit. ij. l. liberto. §. fin. Item quare secus in tutore duorum pupillorum: quia vterque erit actor, licet inter se agant: vt infrà, de auct. tu. l. accipientis. quæ est contra? Respon. ibi loquitur qñ vnus agebat cõtra extraneũ: & idem extraneus conueniebat alium pupillum: nó autem pupilli adinuicem agebant.

u *Existant.* quia omnes loco vnius sunt.

x *Fideiussores.* accepti de iudicat. sol.

Videbuntur.

BIU Cujas

defendere† videbuntur[a], si vel vnus ex his eũ pro solido defendat[b]: vel omnes, vel quidam* ex his vnum [procuratorem] dederint, in quem iudicium transferetur.

Quilibet potest procuratorem constituere qui non reperitur prohibitus. b. d. Vel aliter: in genere permissorum omnia intelliguntur permissa, quæ specialiter non reperiuntur prohibita. Bar.

XLIII. IDEM libro nono ad Edictum.

MVtus & surdus per eum modum qui procedere[c] potest, procuratorem dare nõ prohibẽtur. forsitan[d] & ipsi dantur, non quidem ad agendum, sed ad administrandum.

¶ Cum quæritur†, an alicui procuratorẽ habere liceat, inspiciendum erit an non prohibeatur procuratorem dare: quia hoc edictum[e] prohibitorium est. ¶ In popularibus actionibus, vbi quis quasi vnus ex populo agit, defensionem[f], vt procurator præstare cogendus non est[g].

Minor ad petendum curatorem potest facere procuratorem: & si dubitatur de mandato, admittitur cũ cautione de rato. Bartolus.

¶ Is, qui† curatorem alicui[h] præsenti petit: non aliter audietur, nisi adulto cõsentiẽte[i]. Quòd si absenti[k], ratam rem eum[l] habiturum necesse habebit satisdare[m]. * ¶ Pœna non defendẽtis[n] procuratoris[o] hęc est, vt denegetur[p] ei actio.

a *Videbuntur.* non tamen tenentur propter fideiussionem defendere: vt infrà, iudi. sol. l. iam tamẽ. §. in hac. & §. si tamẽ plures.

b *Defendat.* hic puncta. & quod subiicit, vel omnes &c. sit sensus, quia siue omnes simul dent vnum procuratorem, siue quidam ex his dent vnum procuratorem, satis sit. non autem est sensus, quia siue omnes, scilicet defendãt: quia hoc nõ permittitur, eum grauaretur: necesse esset actori cum tot litigare: vt. j. iudi. sol. tam tamen. §. si tamen plures. & suprà. e. non tenetur etiã p tamen. quę sunt cõtra. vel dic, quòd etiam omnes defendent, scilicet ut infra. prima verior est.

† *Bald. hic no. istum tex. ad fideiuss. sol. vers. et. Bolog.* * *Fin. qui*

MVTVS.] CASVS. Hac lege dicitur quòd mutus & surdus procu. constituere possunt, & ipsi procuratores esse possunt ad negocia: nõ ad iudicia. [CVM QVAERITVR.] Cõtra Seium te procu. constituit in causa quã aduersus Seium habebam: ipse Seius allegabat me non procu. constituere nõ posse. Dicitur quòd inspiciendum est an procu. constituere prohibear: quia si non prohibeor, mihi videtur permissum. [IN POPVLARIBVS.] Contra te egi act. quadam populari: quia dicebam quod album prætoris corruperas: vel quia in via publi. aliquid habebas appensum. volebas quòd cauerem de defendendo quẽlibet de populo. Dicitur hic quòd non debeo. [IS QVI.] Si ego amicus adulti adulto præsenti petã curatorem dari pro lite quam adultus cum aliquo habet, adultus consentire debet: si absenti petam, de rato cauere debeo. [POENA.] In lite quæ vertebatur inter me & Seium: Titium institui procura. procurator iste vocauit Seium ad ius. Seius volebat quòd procura. caueret de defendẽdo. procurator cauere non vult. Dicitur quòd deneganda est ei actio propter hoc quòd non cauet de defendẽdo. q. d. procu. me non admittitur ad agendũ ex quo non cauet de defendendo. [SI PROCVRATOR.] in. §. isto ponitur quoddam consilium. Dicitur enim quòd si procu. meus ad negocia vel ad iudicia velit aliquid ab aduersario stipulari, & seruus meus fuerit præsens: in persona mea & serui mei concipienda erit stipulatio: & fiet permissio serui mei absentis. [QVI NON COGITVR.] Isto. §. habet plura dicta. Primum est quòd procura. rei antequam satisfecerit iudi. sol. non compellitur defendere: sed satisdatione præstita compellitur defendere. Secundum, quòd procu. actoris ante cautionem defendere non cogitur, sed post sic. Tertium refertur tam in procu. actoris quàm rei, scilicet quòd non semper erit verum quòd procu. post satisda. defendere compellatur. attamen in illis casibus in quibus non compelluntur solum ad hoc vt iudicium inchoẽtur per lit. contest. Quarto, assignat rationẽ quasi post satisda. non compellantur defendere: puta secretæ sunt inimiciciæ: vel bona illius procu. qui satisfecerat, ab alio fuerunt occupata. aliàs necesse habet inchoata negocia finire: nisi aliis iustis causis fuit impeditus. Viuianus.

Quãdo extra iudicia procurator compellitur quæ in iudicium non.

a *Procedere.* vt nutu vel scribẽdo, si sit literat[a]: quia solo cõsensu cõtrahitur obligatio talis: vt. j. mãda. l. j. &. §. de pac. l. iurisgẽtiũ.

d *Forsitan.* philosophicum temperamentum. sic & infrà, de arbit. si duo. sic & ibi, forsitan si non venissem, peccatum non haberent. nam pro certo potest dari procurator: vt hic subiicit. Sed tutor esse non potest: vt infrà, de tute. l. j. §. mutus. &. §. surd[a]. Et not. hic quòd quædam permittuntur extra iudicia quæ in iudiciis non: vt hic, & infrà, manda. si procuratorem. §. si quis. & suprà, eo. seruum quoque. inpri. &. §. de postu. l. j. §. propter casum. & infrà, de adquir. hære. l. mutum.

e *Hoc edictum.* duobus modis expone. primo edictum quo dicitur ne quis prohibeatur dare procuratorem, est prohibitorium: sicut illud, ne ei vis fiat &c. nam sicut illi, sic isti prohibetur fieri vis quò minus det procu. quilibet enim qui suo nomine habet actionem, dare procuratorem potest: vt infrà, de iniur. sed si vnius. §. idem ait. & si quis dicat non licere lege vel constitutione, probet: vt infrà, de proba. l. ab ea parte. &. l. in exceptionibus. sed hoc edictum non habemus. Vel secundo sic, secundum Py. hoc edictum quo quis à procuratione cõstituẽda remouetur, est prohibitorium, supple scilicet, certarum personarum. vnde aliis concessisse videtur: vt infrà, de iudi. cũ ptor. & nisi sic suppleres, magis esset ratio in cõtrarium ad id quod intendit. Et quæ sunt personæ quæ remouẽtur, dic per exempla: vt. §. eo. non solum. §. fi. & l. Pomponius. & l. licet. j. respon. &. j. de publi. iudi. l. pe. §. j. Itẽ tutor vel curator ante lit. cõtest. vt. C. eo. neque tutores. & l. procuratoribus. & etiam hoc edictum nõ habemus quo ad verba.

f *Defensionem.* vt defendat singulos de populo.

g *Non est.* duabus rationibus. Prima est vt euitetur infinitas: vt ar. C. de sacrosan. eccl. l. fi. Secunda, quia suo nomine nõ alterius agit, nisi pro priuato dãno agatur: & tunc dari potest procurator: vt supra, eo. l. licet in popularibus. in prĩ. & tũc satisdat etiã de defendendo eum cuius nomine agit.

† *Ange. hic dicit istum tex. valde no. & mẽti tenendũ ad limitationẽ oĩm iurium de mũdo, di cẽtiũ procuratorẽ debe re admitti ad cautionem rati si de eius mãdato dubitetur nõ habere verum quãdo dominus est p̃sens. quod dictũ licet sit in se verũ, tamẽ iste tex. hic nõ probat vt poteris vi dere hic in interpreta. Bolog.* * *habet da re. Flo.*

h *Alicui præsenti.* scilicet adulto: vt subiicit.

i *Consentiente.* i. vocato vt consentiat. compellitur enim velle si agat: quia aliter non potest agere. Item si conueniatur, compellitur similiter habere curatorem: vt insti. de cura. §. item inuiti. & infrà, de tutelis. l. qui habet. §. si pupillus.

k *Quod si absenti.* scilicet curatorem petat.

l *Eum.* scilicet adultum. Accursius.

m *Satisdare.* Io. dicit non animaduerti quo casu hæc stipulatio committatur curatori vel aduersario. nam aut petebatur curator ad negocia: aut ad litẽ. si ad negocia: si quidem ratum habeat, nõ committitur. si autem ratum non habeat, nec tunc committitur. nam cum debeat committi ad id quod interest illum ratum habere: hic autem nil interesset, immo noceret: quia tenetur administrare: ideo non committitur stipulatio: quia prodest quòd non ratum habet. si ad litem: hic nunquam committetur curatori vel aduersario: quia cogetur semper habere ratum, siue agat, siue conueniatur: vt instit. de curato. §. item inuiti. pro eodem igitur habetur ac si ratum habuerit: vt infra, de negociis gest. Pomponius. §. j. Respon. quod dicitur quòd inuitus accipit curatorem ad litem agendam, sic intelligitur vt non aliter audiatur vel admittatur si velit agere, nisi habeat curatorẽ. Quid ergo si adultus cõueniatur? hæc videtur multo durior oppositio: quia potest cogi & debet vt habeat curatorem: vt infrà, de tute. qui habet. §. idem Cassius. Responderi tamen optime potest, quia licet cogi debet vt habeat curatorem, non tamen cogitur vt hunc vel illũ habeat curatorem. sic. &. C. de iudi. apertissimi. hic ergo si velit adultus ratam habere defensionem, non committitur: alioquin committitur ei qui volebat conuenire minorem, vel conueniebatur nomine minoris: & ideo accepit satisdationem rem rata habe. si enim adultus habeat ratam defensionem in primo casu quãdo fuit cõuentus minor (in quo casu erat reus) fieret executio contra minorem. in secundo. §. quando alius cõueniebatur à minore, præiudicaretur minori per procuratorẽ: vt. j. de re iudi. si se. §. tutor. cum vero petitur curator ad negocia: ille tantum accipit satisdationẽ qui petitur, & nõ alius. & hic cõmitti stipulatio possit. vt si hic curator tanquam curator vendidit rem minoris: & de quadrupla cauit ex consuetudine loci. interest enim curatoris quòd ratũ habeat minor: quia si ratum habet, non vindicabit rem quam vẽdidit curator: alioquin contra. & ita curator de quadrupla teneretur. & sic apparet ex prædictis satisdari. scilicet aduersario adulti quando ad litem, vel curatori quando ad negocia.

n *Pœna non defendẽtis.* id est, non cauẽtis de defensione. vel proprie pone, vt suprà, eo. seruum. §. ait prætor.

o *Procuratoris.* scilicet actoris.

p *Denegetur.* & sic remouetur ab administratione: vt hic, & C. e. l. actionem. &. l. iij. & idem in omni administratore. & hoc quo ad aduersarium: sed quo ad dominũ tenetur actiõe mandati ad in-

BIU Cujas

ad interesse: quia & hoc sibi mandatum videtur vt defendat: vt infra, eod.l.ad rem.&.l.ad legatū.& supra, de iurisdiction.iudi.l.ij.

a *Si procurator agat.* in iudicio, & aliquid petat: & tunc cauebitur iudicatum sol. vel iudicio sisti. Vel petebat stipulationem aliquam legati vel damni infecti: & tunc cauendum est seruo: quia melius videtur directam quæri quàm vtilem tantum: vt hic, & infra, titu.j.l.fin.& infra, rem pupil.sal.fo.l.ij.& infra, de adminis. tu.l. quotiens.in prin. Item quia melius videtur ordinarium auxilium, id est directam actionem quàm extraordinarium, id est vtilem quæri: vt infra, de mino.in causæ.in prin. & suprà, de eden.quædam.in prin.

† *Bal. hic istū tex reputat singu. cum sua gl. ad hoc qđ actio directa est melior quam vtilis.*

Melius est habere actiones directas, quã vtiles. Bartolus.

℣ Si procurator[a] † agat, & præsens sit absentis[b] seruus: Atilicinus ait, seruo cauendum, nõ procuratori.

Procurator qui satisdat de defendendo, cogitur defendere, si actio est tempore peritura. Item ex causa potest libere non defendere. sed si actio non est peritura, & sine causa non defendit, non cogitur: sed stipulatio committitur. h.d. cum.l.seq.

℣ Qui non cogitur[c] defendere absentem[d]: tamen si iudicatum solui satisdedit, defendendi absentis gratia: cogendum procuratorem iudicium accipere, ne decipiatur is, qui satis accepit. Nam & eos qui non coguntur reum * defendere, post satisdationem[e] cogi[f] Labeo[g] [ait,] causa cognita temperandum [esse:] & si captio actoris sit propter temporis tractum[h], iudicium eum accipere cogendum[i]. Quòd si aut adfinitas dirempta sit, aut inimiciciæ interceserint, aut bona absentis[k] possideri cœperint,

* *Flo. rem*

XLIIII. VLPIANVS libro octauo Disputationum.

VEl si longinquo sit abfuturus, vel alia iusta causa interuenerit[l],

XLV. PAVLVS libro nono ad Edictum.

NOn cogendum[m]. ℣ Sabinus[n] aũt ait, nullas partes prætoris esse ad compellendũ defendere[o]: sed ex stipulatu ob rem nõ defensam agi posse. At si iustas causas[p] habeat cur iudicium accipere nolit, fideiussores[q] non teneri: quia vir bonus[r] arbitraturus non fuerit, vt qui iustam excusationem afferret, defendere cogeretur. Sed & si satis non dedit[s], sed repromittenti ei creditum est: idem statuendum est. ℣ Qui ita[t] de publico agunt, vt & priuatum commodum defendant[u]: causa cognita permittuntur procuratorem dare, & postea alius agẽs[x] exceptione[y] repelletur.

Cautio quæ non potest committi, non debet interponi. hoc dicit. Vel sic: Cui commissa sunt antecedentia, cõmissa videntur sequentia. & ideo quasi sit de mãdato certũ, nõ cauet de rato, cũ committi nõ possit. Bar.

℣ Si procuratori[z] opus nouũ nunciatum sit[a]: isque interpellatur defensio, non committitur stipulatio nec quantum ad procuratorem, nec quantum ad fideiussores. [QVI ITA.] Contra te egi act.populari, quia album prætoris corruperas, vel quia aliquid habebas appensum in via publi. propter priuatum damnum meum: vt puta appensum in via publica: vnde popularis oriebatur quæstio: propiquus eras domui meæ: an in ista act. procura. constituere possim: quæritur. Et respon.quòd sic possum. [SI PROCVRATORI.] Procuratorem instituit ad negocia. iste procur. incepit in meo ædificare. Mæuius nunciauit ei nouum opus. procucauit de demoliẽdo o. pere si appareat iniuste ædificatum: vnde Mæuius nunciationem remisit. postea ei ædificanti nunciauit vicinus nouum opus: procurator iuit ad iudicũ interdicti vti pos. q̃ continet tale ius, quòd ex quo ille qui ædificare vult satisdederit de opere demoliendo, si appareat fore ædificatum iniuste, quòd non debet prohiberi ædificare. aduersarius vult vt caueat procura. de rato, agens isto interdicto. dicit quòd cauere non tenetur: & si cauerit, non committitur stipulatio ista. Vim *Non cogendũ.* præcise: nec stipulatio cõmittitur: vt.j.proxi. at si iustas causas &c.

n *Sabinus.* hic non debet esse.§.sed grossa litera: & quod dicit Sabinus, dicunt quidam quòd corrigit omnia prædicta. Sed tu dic q̃ nõ corrigit aliquid de dicto Labeonis: sed dictũ priorũ sic. si enim res sit peritura, omnino cogitur secũdum Labeonẽ, & bene: vt.ſ.eod.l.sed etiam ex.in fi. si vero iusta causa interuenerit, nõ cogitur, vt ait Labeo: & bene: vt.ſ.eo.sed & hæ.§.pter. nec stipulatio cõmittitur: vt hic subiicit, at si iustas causas. sed si iusta causa nõ interueniat, nec res sit peritura, non cogitur: sed stipulatio cõmittitur: & hoc adiicit Sabin. dicto Labeonis: & corrigit per hoc dictũ priorũ. collige ergo, quia in primo cogitur, in secundo nõ: nec stipulatio cõmittitur. in tertio non cogitur: sed stipulatio cõmittitur: & hoc in procuratore rei: nã ꝓcurator actoris præcise cogitur: vt.ſ.eo.sed & hæ.§.pręter. Ité ad dictũ Sab. q̃ est hic, est contra.ſ.eo. si defunctus.j.rũ. Sed dic quòd hic eo ignorante vel contradicente dominus satisdedit, vel ipsemet procurator satisdedit: ibi eo sciente & non contradicente dominus satisdedit: vt & ibi dixi.

o *Defendere.* scilicet præcise.

p *Iustas causas.* aliquam de prædictis.

q *Fideiussores.* dati ab ipso ꝓcuratore vel domino eo ignoráte.

r *Qui g vir bonus.* ad cuius arbitrium debet defendi: vt infra, eodem.l.Plautius.j.respon.

s *Sed & si satis non dedit.* scilicet cum fideiussoribus.

t *Qui ita.* pone casum.supra, eo.licet.in principio.

u *Defendant.* ecce quòd actor dicitur defendere, & reus agere: vt supra, eodem.non solum.§.si status.

x *Et postea alius agens.* eadem causa.

y *Exceptione.* scilicet rei iudicatæ: vt infrà, de popu. act.l.iij.& hoc si non per collusionem sit actum: vt.j.de iureiur.l.eũ qui.§. in popularibus. Contra enim videbatur: quia cum sit priuatum damnum, videbatur alius non repelli.

z *Si procuratori.* ædificãti nomine domini.

a *Nunciatum sit.* & ipse cauit de opere demoliendo. aliàs non haberet locum hoc interdictum quod subiicit: vt infra, de opere.nun.l.de pupillo.§.penultimo.

Citatur ad hoc, Ex duobus contrariis fit optimũ tẽperamẽtũ.

b *Absentis.* id est domini, qui est actor.

c *Qui nõ cogitur.* hoc primum responsum loquitur de procuratore rei. quod patet propter qualitatem satisdationis, & quia dicit defendendi: vt insti. de satisdatio.§.sinautem. &.§.si vero aliquis. & de ope.noui nun. de pupillo.§.qui remisionẽ. & quod subiicit ꝓbando in alio respon. nam & eos & cætera. dicit de procuratore actoris. nam licet nec primus defendere, ne secũdus agere pro alio, & sic nec eum defendere compellatur: tamen post satisdationem cõpelluntur: vt. C.eo.l. inuitus. Vel intellige primum responsum in procuratore facto in rem suam ex parte actoris ex causa non lucratiua: quo casu nõ tenetur defendere nisi satisdet: vt hic, & supra, eod.si quis in ré. Vel tertio dic, quòd procurator actoris non tenebatur defendere: quia iustam causam habebat: vt supra, eodem.sed & hæ.§. præter. quo casu si satisdedit, sibi præiudicat: vt supra, qui satisdare cogan.l.si fideiussor.§.si necessaria. Vel quarto dic, quòd dominus pro eo ignorante satisdedit. vnde non tenebatur defendere nisi & ipse satisdedisset: vt supra, eodem.si defunctus.ij. respon. & secundum hunc casum loquitur versic. nam & cætera. in procuratore rei, vt superior, qui non cogitur &c. Vel quinto dic quòd loquitur in tutore vel curatore qui nõ coguntur cauere de defendendo: si tamen cauerint, tenentur: vt. C. de administ.tu.l.fin.§.defensionem.prima verior est.

d *Absentem.* scilicet reum non cogitur agere vel defendere.

e *Satisdationem.* de defendendo.

f *Cogi.* scilicet præcisè, prout hoc responsum intelligitur de procuratore actoris, secundum quod modo exposuimus: vt suprà.e.sed & hæ.§.præter.

g *Labeo ait.* licet dixerit procuratorẽ rei post satisdationem cogi indistincte: tamẽ distinguẽdũ est ꝓpter tres casus quos ponit.

h *Tractum.* qui est breuis.

i *Cogendum.* scilicet præcisè. & optime in hoc dicit Labeo: vt supra, eod. sed etiam ex. & sequens litera non loquitur quando res est peritura.

k *Absentis.* scilicet huius qui satisdedit, qui absens est à reo: & reus ab ipso. & sic non est contra infrà, eo.l.Titius. Vel aliter sol. vt ibi. & hoc modo vt hic dicitur absens.j.eo.si procuratorem.

l *VEl si longinquo. Interuenerit.* quę enumerantur.ſ.eo. post litem.cum seq.ll.&.l.filiusfa.ſ.fi.cum sequentibus.

NOn cogendum.] CASVS. In hac lege ponitur ratio Sabini, quæ dicebat prætorem vel iudicem non debere compellere aliquem ad defendendum: sed sufficiebat committi stipula. quod est quando iusta excusatio non interceserit: nec tamen res est peritura. Item dicit Sabinus, quòd si ex iusta causa omittatur

BIU Cujas

a *Interdicto vtatur.* scilicet vti possidetis: vt dicũt quidam: quia qui ædificare prohibentur,& possidere prohibentur: vt infra,de vi & vi arma.l. vim facit. & infra, vti possi.si duo. Vel dic, hoc interdicto quod subiicit,ne ei vis & cætera. vt sint verba cuiusdam interdicti: vt infra,de ope.no.nun.l.de pupillo.§.penult.

dicto vtatur[a], *ne ei vis fiat ædificanti*: defensoris[b] partes † eum sustinere,nec compelli cauere, ratam rem dominum habiturum, Iulianus ait. & si satisderit[c], non animaduerto[d], inquit Iulianus,quo casu stipulatio committatur[e].

Post litem contestatam reus potest facere procuratorem,& pro eo cauere. Bartolus.

XLVI. GAIVS libro tertio ad Edictum prouinciale.

QVi proprio nomine iudiciũ accepit,[f] si velit* procuratorem dare,in quẽ actor transferat iudicium, audiri debet: solennitérque pro [eo]iudicatum solui satisdatione cauere.g

Qui sponte defendit, potest vnam causam tantum defendere. Bartolus.

¶ Ei,qui defendit[h] eum cuius nomine ipse non agit, liberum est vel[i] in vnam rẽ defendere.

Nemo est idoneus defensor alterius sine satisdatione. Bartolus.

¶ Qui alium defendit,satisdare[k] cogitur. Nemo enim alienæ litis idoneus defensor sine satisdatione intelligitur.

Qui defendit in antecedenti,cogitur defendere in consequenti. hoc dicit. vel aliter: Qui defendit in præparatorio, cogitur defendere in procuratorio.

¶ Item quæritur[l], † si iudicium acceperit defensor, & actor in integrum restitutus sit: an cogendus sit restitutorium iudicium accipere? & magis placet cogendum[procuratorem.]

Procurator etiam ad lites tenetur reddere rationem,& restituere reliqua: hoc est quicquid eius occasione ad eum peruenit: & repetere expensas. Bartolus.

¶ Procurator,vt in cęteris quo-

b *Defensoris.* quãtum ad euitandam satisdationem de rato. & est † *Dicer. tex.* ratio: quia non posset committi stipulatio: vt *in l. de pupillo.§. qui* subiicit: vere tamẽ est *verisimile.* actor, cum agat inter- *ff. de no. o-* dicto: vt infra,de ope. *pe. nu. tex.* no.nũ. l. de pupillo. §. *in fi. pupil* pen.quæ est contra. *lud. defen* c *Satisfecerit.* scilicet *dere. de pri* sponte. *uil. credi.* d *Nõ animaduerto.* nã *infra.* aut ratũ habet,& sic habet quod promisit.aut non: & tũc potest etiã hodie prohibere.& sic *Flo. accepisse si vel-* potius interest non habere ratum, quàm habere.sed nonne ego animaduerto? pone ꝙ procurator iniuste victus est interdicto qđ proponit: si dominus ratum habet, interest mea. nam si ratum habeat, potero prohibere. si non habeat: non nocebit domino sententia: ideoque dominum prohibere non potero: & sic potest committi stipulatio: vt infra,rem ra.habe.si sine.§. quòd si procurator. nec placet vt dicatur, non committi propter iniuriam: *Iniuria procuratoris facta, nocet domino.* vt infra,rem ra.hab.si sine.§.cum autem. quia iniuria procuratori facta,mihi nocet: vt hic:non si alteri fiat: vt ibi. An ergo cauebitur eo attento quod non iure fieri potest? Respon.non,vt hic,& infra,de pecu.eo tempore.j.respon. vel dic,non committitur:quia totum sibi mandasse videtur: vt infra. e.l.ad rem. &.l. ad legatum. vnde non est expectandum vt ratum habeat: vt infra,de condict.indebi.si procurator. secundum Azo.cum necesse habeat habere ratum. Vel dic, non committitur etiam si dominus non habeat ratum: quia eo non habẽte ratum qui egit interdicto, per consequens non videtur habere ratum primam satisdationem quam fecit de opere restituendo. vnde tenet nunciatio. & sic destrueretur opus factum post. potius ergo interest vt non habeat ratum, quàm habeat. sic ergo superflua est, cum non possit committi.

e *Committatur.* non ergo præstatur, cum sit superflua.sic infra, vt le.no.ca.hæc stipulatio.§.primo.

QVi proprio.] CASVS. Ego contra te, & litem sum contest. postea vis procura.constituere. bene potes, dummodo caueat procur. iudi.solu. vel tu pro eo, si præsens es. [*EI QVI.*] Pluribus actionibus te conueni.postea inceperas abesse. quidam obtulit se defensioni tuæ.volebam vt in omnibus te defenderet.dicitur quòd non compellitur,sed in vnica defensione admitti debet defensio eius qui se obtulit. [*QVI ALIVM.*] Dicitur hic quòd quicunque alium vult defendere,satisdare cogitur.nemo & cætera. [*ITEM QVAERITVR.*] Casus huius.§.multis modis ponitur:sicut in apparatu videre liquet.sed ad euidentiam huius.§. ponas vno modo sic:Minor aliquis facilitate sua fundum mihi vendidit:vnde postea voluit in integrum restitui: & cum peteret restitutionem aduersus me ex illa causa restitutus est.ego in causa restitutionis cõstitui te procura.meũ. succubuisti, quia minor restitutus fuit ad petitionem illius fundi:vnde incipit fundum vindicare.nunquid in causa resti.in integr.procura.compellitur defendere? Et respõ.quòd sic. [*PROCVRATOR.*] Dicit.§. iste quòd procurator debet reddere rationes eorũ quæ gessit in iudicio.vnde si quid de lite consecutus est,illud domino reddere debet. Item si aliud indebitè exegit.Item econtra si ipse procura.in aliqua causa condẽnatus prẽstiterit, illa contrario mandati iudicio à domino recuperare poterit. veruntamen si ob culpam suam vel contumaciam aliquam pœnam præstiterit,illam à domino nõ recuperabit:cum litis impendia restitui debeant ei qui bona fide impẽdit.siue fuerit procurator actoris,siue rei,litis impendia recuperat procurator. [*SIDVOBVS.*] Quidam puta Titius debebat mihi decem.contigit me abesse.vnde duos constitui procur. Titium qui erat debitor meus,& Seium.quæritur an Seius qui non est debitor, poterit exigere à Titio, qui Titius procura. & debitor est? & dicitur quòd sic poterit. Viuianus.

f *Accepit.* scilicet per contestationẽm.

g *Cauere.* scilicet dominus,si præsens est.aliàs ipse procurator satisdat.instit. de satisda. §. sinautem. versicu. si vero aliquis. &.j.iudi. sol. si ad defendẽdum. Itẽ ex eo quod in principio dixit dominũ iudicium accepisse,scilicet litem contestatam, cõtra se,& hic satisdat pro procuratore quem postea dat, colligitur quòd etiam post litem cõtestatam,factus pro- †*Ludo. Ro.* curator debet condẽnari.& pro hoc est su- *in suis sing.* pra, eodem.l.licet.§.si 638.*reputat* plures. si enim domi- *fo. 23. sing.* nus dãnaretur, non sa- *istum text.* tisdaretur: cũ per hoc *sing. sed cũ* fiat procuratoris con- *reuerentia* ditio grauior: vt supra *ipsius text.* eodem.sed & hæ.§.de- *non probat* fendere.Sed arg.cõtra. *id ad quod* eodem.l.licet.§.si 638.*reputat* plures. si enim dominus dãnaretur, non satisdaretur: cũ per hoc fiat procuratoris conditio grauior: vt supra eodem.sed & hæ.§.defendere.Sed arg.cõtra. *voluit eum* est ad prędicta.insti.de *alleg. vt vi-* satisdatio.§.sinautẽ. in *dere potes* fin.versic.alia.Accur. *hic in inter* *preta. Bol.*

h *Ei qui defendit.* in spontaneo gestore cum mandato vel sine, intellige: nam sufficit si cui & cætera.vt.C.de nego.gest.tutori. secus in tutore vel curatore: vt ibidem dicitur. item secus si agat nomine alterius:quia tunc cogitur in omnibus defendere: vt supra,eodem.l.omnium.&.l.non solum.

i *Vel.* pro saltem.

k *Satisdare.* scilicet iudi.solu.vt institu.de satisda.§.sinautẽ.hoc tamen fallit in duobus casibus secundum quosdam: vt supra,eodem.non solum.§.si status.&.§.fina.sed etiã sine satisdatione conuenitur iudicati quandoque: vt infra,eo. Plautius. Item nota hic defensorem sine satisdatione non admitti: vt hic,& infra,eod.minor.§.is qui.& infra,de iudi.l.recte.Accursius.

l *Item quæritur.* pone casum quòd datus fuit defensor aduersus eum qui in integrum restitui volebat: eo quòd cum minor esset, prædium suum lapsus iuuentute vendiderat cum decreto:restitutus est vt vindicet. in vindicatione ergo cogitur defensor iudicium suscipere rei vindicationis, secundum Ioan. & eodem modo restitutus ad actionem personalem quam acceptilane deceptus dimiserat, cogitur defensor hoc iudicium personale restitutorium suscipere. Si autem quæras, cum quasi dominus restitutionem imploravit: cur non est ei restituta magis res quàm actio? Respon. Io.quia non cõstabat eum fuisse dominum:sed restitutus est,vt id quod ei obstabat in vindicando,scilicet vẽditio, nõ obstet.alioquin si constaret eum dominum fuisse:res nõ actio restitueretur. & eodem modo dicas in personali quòd non erat purum debitũ:alioquin ipsa pecunia non obligatio restitueretur. & probantur hæc omnia infra,de mino.l.finali.& de condic. cauda.si quis accepto tulerit.&.l. si mulier. & de his quæ in fraudem cre.l.ait prætor.§.partum.versicu.si conditionalis. Sed hæc positio non placet Azo. nam & si non constet ipsum esse dominum, officio iudicis etiam contra extraneum fit restitutio rei, cum habeat ab eo causam: vt infra, de minori.l.in causæ, prima.§.interdum. Dic ergo quòd hic loquitur cum ipse minor non tradidit: sed ipse emptor possidebat rem quam emit. & ideo emit ab eo: quia sciebat eum dominum esse.& est pro eo,infra, de administr. tuto.l. si sine hærede. §. interposito. Vel planius pone quod dicit restitutorium iudicium, hoc est iudicium quo emptor repetit à minore precium quod in vtilitatem suam cõuersum est:quod potest facere: vt infra,de mino.quòd si minor.§.restitutio. Vel pone casum in eo maiore,cuius res dũ vsucaperetur, cœpit abesse causa reipublicæ.& interim completur vsucapio: qui reuersus impetrat restitutionẽ. Ego sic pono casum quòd minor petiit rem rei vindica. vel alia quacunque actione: & fuit contra eum pro defensore cuiusdam sententia lata. petit restitui contra sententiam: idem defendet reum.& secundum hoc dic restitutus, id est restituendus. Sed cõtra omnes prędictas positiones est. C. eo. l. inuitus.

vbi

BIU Cujas

vbi dicit procuratorem causam appellationis prosequi non compelli. Sol. aliud est in appellatione, quæ est alia causa: alia in hac restitutione in integrum, quæ quasi est de appendiciis primæ: arg. infra, de mino. l. præfecti. Sed argu. contra, in eo. ti. l. præses. Item est argu. quòd aduocatus in causa appellationis patrocinari tenetur. sic & infra, an per alium causa appell. l. finali. Sed contra est, cũ sit alia causa: vt. C. eo. l. inuitus. *ADDITIO.* Tu dic quòd nõ tenetur prosequi causam appellationis: quia dicitur alia causa: sed iudicium restitutoriũ sic: vt hic secundum Bartolum.

Aduocatus, an in causa appellationis patrocinari teneatur.

a *Gerendis.* sc extra iudicium vel sine mãdato: vt infra, de negotiis gestis. l. ij. vel cum mãdato: vt. j. mandati. l. idémque. §. primo. &. l. ex mandato.

b *Nomine.* puta ipsam rem. extrinsecus autem vt fructus vel aliquod ex stipulatione ꝓpter rem non defensam. & accipe hoc si tanquam ꝓcurator percepit. nã si tanquã quilibet, non cogeret restituere: vt arg. infra, sol. matrimo. si vero. §. ité quicquid. & infra, ad Trebellianum. debitor. §. finali. & sic fuit definita causa quã habuerunt cõsules Mediolanenses missi ad imperatorẽ Constantinopolitanũ. Accursius.

c *Debeat.* sic infra, titulo secũdo. l. si autem. §. item si fundum. Sed certe imò videtur quòd non. quia possessor hæreditatis hoc indebitum non reddit: vt infra, de petitione hæreditatis. l. si possessor. §. ait senatus. versic. bonæ fidei. quæ est contra. Solu. hic præcessit contractus, scilicet mandati: ibi nullus inter possessorem & hæredem. vel hic vt procurator habuit: & sic nomine domini: ibi nomine suo. Item contra. infra, de doli mali exceptione. si procurator rei. quia ibi procurator ex collusione pecuniã accepit: quã dicit eum retinere. sed ibi retinet aduersus dantem, non aduersus dominum cuius procurator est.

d *Non debet.* Not. sic & infra, de noxalibus actionibus. l. si communis familia. & supra, quod quisque iur. l. tertia. §. quòd si is. in fi. §. & infra, de tutelæ & rationibus detrahendis. l. prima. §. nunc tractemus. &. §. plane. Item not. ex hoc & superiori respon. non esse eandem rationem contrariorum: sic & infra, titulo secundo. l. si quis negotia. Sed argu. contra, instit. de tute. in principio. & infra, de vsur. Gaius. in fine. *ADDITIO.* Dic secundum Pau. de Cast. hic quòd hoc operatur culpa vel delictũ procuratoris: cum non sit eadem ratio contrariorum: vt infra, pro soc. l. de illo. in fin. regulariter secus: vt. l. & si. infra, de vulg. & pupil. &. l. fina. infra, de leg. iij.

Contrariorum non est eadẽ ratio.

e *Suadet.* Vt. ꝫ. de pac. l. sumptus. &. j. man. l. idémque. §. idem Labeo ait. & infra, titu. j. sicut. §. j. & hoc in procuratore qui habet mandatum omnino: siue perdat, siue vincat: vt. C. manda. l. etiam. in eo autem qui sine mandato defendit: distingue an vincat, & tunc repetit: an perdat, & tunc non: vt infra, iudi. solu. l. iam tamen. §. in hac stipulatione.

f *Et vtique recte.* imò non recte: nisi nominatim mandatum sit: vt infra. l proxi. quæ est contra. Sol. hæc secundum illam. & sic habet speciale mandatum secundum Io. Alij distinguunt vtrum sit procurator in exigendis debitis tantum: vt hic. an omnium factorum domini: vt ibi: & erit ibi ratio, quia primo casu cum mandatum sit vt in iudicio exigat, hoc à se nõ potest. vnde est quòd hic alij intelligatur mandatum. in secundo nõn, nisi habeat speciale mandatum: vt. j. e. l. itaque. Vel dic quòd in hoc. §. fuit commissa

que negotiis gerendis[a], ita & in litibus ex bona fide rationẽ reddere debet. Itaque quod ex lite consecutus erit, siue principaliter ipsius rei nomine[b], siue extrinsecus ob eam rem: debet mandati iudicio restituere: vsqueadeo, vt etsi per errorem, aut iniuriam iudicis non debitum consecutus fuerit: id quoque reddere debeat[c]. Ité contra, quod ob rem iudicatã procurator soluerit: contrario mãdati iudicio recuperare debet. Pœnam autem, quã ex suo delicto præstitit, recuperare non debet[d]. ℣ Litis impendia bona fide facta, vel ab actoris procuratore, vel à rei, debere ei restitui, æquitas suadet.[e]

Vnus procurator non potest ãgere cõtra alium nisi expresse sit ei mandatum. Bart.

℣ Si duobus mandata sit administratio negotiorum, quorum alter debitor sit mandatoris: an alter cum eo recte acturus sit? & vtique recte[f]. Non enim ob id minus procurator intelligitur, quòd is quoque cum quo agitur, procurator sit.

XLVII. IVLIANVS libro quarto ad Vrseium Ferocem.

A administratio Italicorum: vni alij prouincialium negotiorum. vnde sicut si esset vnus in totum procurator, contra alium in omnibus ageret quasi sit alter à toto prohibitus: sic & hic quasi à parte prohibitus poterit alium pro sua parte administrationis conuenire. nam quod facit in toto quo ad totũ denegata administratio, hoc in parte quo ad partem: vt infra, de admi. tut. si duo. &. l. inter tutores. in sequenti vero lege cuilibet ĩ totum administratio cõmissa erat. Vel distingue de quo debito agatur: si de eo quod erat ante mandatum, bene posset agi à procuratore contra alium procuratorem. si autem de eo quod post contigisset, non posset: licet actiones competant. sed ex causa intrinseca cœpit deberi. Si autem ex ipsa administratione, non ante est actio quàm finita sit ipsa administratio: vt & diximus in tutela: vt infra, de tute. & ratio. detr. si tutor. in fi. &. l. seq.

Qui duos.] CASVS. Hæc lex cum superiori continuatur: & est casus talis: Cõstitui duos procuratores, puta Titium & Sciũ: an Titius possit exigere ab illo? Dicitur quòd nõ, nisi speciale habeat mandatũ: & si exigat, & alius excipiat quòd sit procur. sicut & ipse: & qꝫ ipse bene posset exigere si non esset procur. sicut & ipse: dicit quòd habens mandatum replicabit de speciali mandato dicens, tu bene excipieres nisi haberem speciale mandatum. Viuianus.

Qui duos procuratores omnium rerum suarum reliquit, nisi nominatim præcepit, vt alter ab altero pecuniam petat: non videtur s mandatum vtrilibet eorum dedisse.

XLVIII. GAIVS libro tertio ad Edictum prouinciale.

ITaque si hoc specialiter mãdatum est: tunc excipiente B eo, cum quo agitur, *Si nõ mihi*[h] *mandatum sit, vt à debitoribus peterem*: actorem ita debere replicare [placet]: *Aut si nõ mihi mãdatum*[i] *est vt à te peterem.*

Procurator non potest facere conditionem domini deteriorem, sed meliorem sic. ff. d. cum. l. seq. Bartolus.

XLIX. PAVLVS libro quinquagesimo quarto ad Edictum.

IGnorantis domini conditio deterior per procuratorẽ fieri non debet[k].

L. GAIVS libro vicesimo secundo ad Edictum prouinciale.

QVacunque ratione[l] procurator[m] tuus à me[n] liberatus est: id tibi prodesse debet. C

Qui potest in integrum restitui, non est idoneus defensor: & restitutio principalis prodest fideiussori. Bartolus.

Vacumque.] CASVS. Quocunque modo tuum procura. libero, hoc tibi proderit: hoc est videor te liberasse. Viuian.

g *Non videtur.* sed contra. supra. l. proxi.

h ITaque. *Si non mihi.* verba sunt exceptionis.

i IMandatum sit. scilicet specialiter. & sic no. speciale hoc casu desiderari mandatum: vt dixi plene supra, eo. Pompo. in prin. Item no. quòd aliàs est, non in litera: aliàs non est, non. & sunt verba hæc replicationis.

k IGnorantis. *Non debet.* nisi in tribus casibus: quando scilicet est in rem suam: & quando speciale habet mandatum: & quando generale, sed habet liberam administrationem: vt infra, de iureiu. l. iusiurandum. ij. §. fi. &. l. seq. & supra, de pact. l. rescriptum. §. fin. &. l. seq. quæ sunt contra. Sed certe nec tunc quando generalem habet administrationem & liberam, potest donare: vt supra, de pactis. l. contra iuris. §. si filius. sed licet deteriorem facere non possit, tamen meliorem sic: vt infra. l. proxi. D

l *Quacunque ratione.* siue ipso iure, quod fit multis modis: siue per exceptionem pacti vel aliam. aliud si non ratione, sed contra rationem, vt per dolum vel metum vel similes modos: quia non videtur hoc ei commissum: sed vt bona fide faciat sic, vt infra, de condict. inde. l. si procurator. in prin. &. §. Celsus in fin. sed videtur quòd pactum non valet: quia tunc demum valet cum principaliter ei prodest cui fit: vt supra, de pac. l. fideiussoris. ibi, neque enim &c. quæ est contra. Sol. & hic interest procuratoris: quia mandati tenetur si non quæsiuit quod potuit: vt. arg. C. ar. tu. l. quicquid.

m *Procurator.* ergo procuratorio nomine. *ADDITIO.* Bal. in. l. j. in fin. C. de sen. & interlo. om. iudi. dicit istam glo. non esse alibi ad istud propositum quòd quando in sententia dicitur, condemno Titium procuratorem: perinde est ac si diceret procuratorio nomine. Bolog.

n *Ame.* scilicet creditore tuo.

BIU Cujas

Minor.] CASVS. Dicit lex ista quòd si minor vigintiquinque annis velit aliquem defendere, quòd non potest procurare esse nec defensor: cum & ipse minor & eius fideiuss. restitui possit. [QVONIAM.] Certum est quòd maritus in id quod facere potest, condemnatur: vt infra, so.ma.maritum. vnde pone: vir cõstituit procu. ad suam defensionẽ cũ actione de dote conueniretur sol. mat. nunquid procur. condemnabitur in id quod facere potest vir? Et respon. quòd sic. [ISQVE.] Cuiuscũque dignitatis sit is qui defendit, satisdare debet iud. sol. aliàs defendere nõ videtur: vt in duab. ll. seq. quæ cõtinuantur cũ ista. Viuianus.

LI. VLPIANVS libro sexagesimo ad Edictum.

MInor vigintiquinque annis, si defensor existat[a], ex quibus causis in integrũ restitui possit, [b] defensor idoneus non est: [c] quia & ipsi & fideiussoribus eius per in integrum restitutionẽ succurritur[d]. Quoniã tamen defendere, est eandẽ vicem, quã reus, subire[e]: defensor mariti in amplius, q̃ maritus facere possit[f], non est cõdemnandus. Is qui suscepit defensionẽ, & si locupletissimus[g] sit,

LII. PAVLVS libro quinquagesimoseptimo ad Edictum.

ET si consularis sit,

LIII. VLPIANVS libro sexagesimo ad Edictum.

tuto datur in alium regressus: & tunc sibi & fideiussori succurritur: vt fuit hic. nam minore restituto remanet actio creditori cõtra debitorem suum quem defendere volebat minor. sic & in minore qui hæreditatem adiuit, & creditoribus hæreditariis fideiussorem dedit. nam si restituitur & repudiet, reseruatur actio in eũ qui hæres erit: & ideo fideiussori succurritur: vt infra, de admi. tut. l. ij. & de adquiren. hær. si pupillus. in fin. aut in aliũ actio creditori nõ seruatur, & tunc distinguitur an dolo aduersarij inducitur minor: & tunc etiã fideiussori succurratur non vt minori, sed vt sua restitutio sibi prosit: vt. C. de fideiuss. mi. l. ij. ibi, verum &c. & infra, de excep. l. exceptiones. ij. §. rei autem. imò & si minor non curaret restitui, fideiussor tamen iuuaretur: vt infra, de cõtra tabu. si post mortẽ. §. fi. aut non fecit dolũ aduersarius: & tunc fideiussor nõ iuuatur: vt in cõtrariis legibus. Itẽ quid si ad agẽdum minor constituitur procurator? Respon. idẽ: vt argu. C. qui le. per. l. ij. vel dic contra, quòd tunc nõ posit restitui: & sibi imputet qui eum constituit: vt infra, de mino. cum mandato. prima verior.

NOn videt defendere, nisi satisdare[h] fuerit paratus.

LIIII. PAVLVS libro quinquagesimo ad Edictum.

NEque fœmina, [i] neq; miles[k], neque qui reipublicæ causa abfuturus est, aut morbo perpetuo tenetur, aut magistratum initurus est, aut inuitus iudicium pati non potest[l], idoneus defensor intelligitur.

¶ Tutores qui in aliquo loco administrauerunt, eodem loco & defendi debent[m].

Vtilis præfertur directæ. Bartolus.

LV. VLPIANVS libro sexagesimoquinto ad Edictum.

PRocuratore in rem suã dato præferendus non est dominus procuratori* in litẽ mo-

Flo. procuratoris

a *Minor existat.* i. existere velit: quod est cũ interest eius, vt quia sit obligat⁹. sed certe imò hoc ipso quòd implicatur: vt infra, de mino. l. minoribus.

b *Possit.* quando est hoc quòd potest restitui, & quando nõ? Respon. potest quando sine mandato, vt patet hic: quia dicit, defensor non potest quando habet mandatum: imò qui mandauit, sibi imputet: vt. ĩ. de mino. l. cum mandato. hoc nõ placet: quia lex illa in negotiis loquitur: & hic non habet legitimam personam: vt. C. qui legi. per. l. j. &. ij. & ĩ. de leg. tut. l. fi. sed die quòd quandoq; [a] etiã sine mandato defendens non restituitur, vt si pro patre vel matre vel similibus interueniat defensor in subsidium: vt. ff. eod. l. fœminas. &. ĩ. de tu. & ratiocinat. l. j. §. sed nonnullos. & de admin. tu. cum plures. §. cum tutor. ibi, in primis. & de li. ho. exh. l. iij. §. sed si mulier. his enim casibus iure communi est vsus: vnde non restituitur: vt infra, de iureiurã. nam postea. §. si minor. &. C. de in integ. rest. mi. l. non videtur. &. C. eo. exigendi. in fi. Item quid si fideiussor animo donãdi pro eo interueniat: an erit tunc idoneus? Respon. non: vt. C. qui le. per. l. j. &. ij.

c *Non est.* Hic habes ergo quòd minor. xxv. an. non potest esse procurator: vt. C. eodem. l. exigendi. in medio. l. Sed contra, insti. qui ma. non poss. §. eadem lege. & infra, de manu. vin. l. fi. collactaneus. Sol. in illis. ll. ad negotia erat: hic ad iudicia prohibetur. nam & seruus ad negotia potest esse, sed ad iudicia non: vt. ff. eo. seruum. Item contra. C. e. l. exigendi. in fin. Sol. ibi damnandus erat absens: quia lis erat in eum contestata. hic non, secundum Irn. vt arg. supra eo. non solum. §. fi. Sed quomodo ibi fuit admissus? aut enim quasi procurator patrem defendere volebat. & tunc nõ debet admitti, quia personam non habet legitimam: vt. C. si aduer. rem iu. l. cum & minores. &. C. qui legit. perso. lege secunda. Item quia & ipsi & fideiussoribus succurritur: vt hic dicitur: maxime secundum nostram sententiam: qui dicimus procuratorem quandocunque interuenientem debere damnari: vt. ff. e. l. qui proprio. in princ. diximus. aut allegando causas absentiæ: & tunc quilibet debet admitti: vt. ff. e. seruum. §. publicè. dic ergo quòd speciale fuit ibi vt pro parte admitteretur: quia in hoc casu iure communi est vsus: vt hac lege modo notaui: & sic non restituitur ibi, maxime ne lex videatur homines decipere quæ facit eum admitti: vt ar. C. de his qui ve. æta. impe. l. j. Alij dicunt quòd ibi restituitur: vt hic, quod est falsum.

d *Succurritur.* imò videtur quòd licet sibi succurratur, fideiussores tamen teneantur: vt infra, de arbi. l. si pupillus. quæ est contra. Sol. ibi loquitur quãdo fideiusit in rem minoris: hic non. vel verius ibi non restituitur pupillus: quia nec tenebatur nisi naturaliter: & ideo fideiussoribus nõ succurritur: aliàs iuuaretur. Item contra. C. de fideiuss. mi. l. j. &. ij. j. respõ. &. ĩ. de mino. l. in causæ. j. in prin. Sol. P. dixit quòd hic fuit minor dolo inductus: quod nihil est: quia cum nec fuerit hic admissus, non potest dici etiam de facto quòd fuit dolo inductus: vel ibi sciebat se pro minori fideiubere: hic autem credebat eum esse maiorem. sed hoc non valet: quia hoc casu non deberet fideiussori subueniri in necem creditoris: vt. d. l. in causæ. Alij dicunt hoc in iudiciis: sed leges contrariæ in contractibus. & hoc non valet: quia idẽ debet esse vtrobique: vt. C. si tut. vel cu. inter. l. ij. Tu ergo dic: aut minore restitu-

a Vide gl. sing. secunda Bald. & Ang. hic.

Minor. 25. annis, an possit esse procurator.

ratum: nihil operatur ratihabitio: quia non tenetur nisi de peculio, id est quatenus locuples pater est vel dominus per peculiū filij vel serui. si vero nihil sit in peculio, quia tantum debet dominus vel patri: dicit quòd tenebitur pater vel dominus quatenꝰ peculium est locupletatū id est, quatenus factus est pater vel dominus locupletior ex parte serui vel filij interueniēte gestione mea. [*SED ET SI HOMINIS.*] Omnia hęc plana sunt vsque ad. §. item quæritur. vbi dicit casum: quia liberū hominē possidebas aliquem qui bona duplicis generis habebat. nā habebat bona quæ ad eum pertinebant, & etiā quę ad te. gesi bona quæ pertinebant ad te. contra te habeo act. Si vero quæ ad eū: cōtra eum habeo act. & hoc qñ eum esse seruū credebam. eadem distinctio seruat si credebā eū liberū hominē. [*ITEM QVAERITVR.*] Gerens negotia tua petij à non debitore tuo, & exegi: quoniam credebā aliquid debere: nihil tamē debebat: postea ratum habuisti. an detur tibi neg. gest. act. contra me? Videtur quòd non: quia negotiū tuum non erat: quia nihil tibi debebatur: rati tamē habitione negotium fit tuum: & ei qui soluit, datur repetitio aduersus te qui ratum habuisti: vnde æquum esse videtur dari act. contra me nego. gest. [*IDEM AIT.*] Titius decessit qui habebat vnum debitorem: & putabam te esse hæredem Titij, cum Seius esset verus hæres. gesi negotia tua, & ab eo debitum exegi: tamen postea sciuisti, & ratum habuisti. Dicitur quòd ego tibi, & tu mihi eris obligatus actio. neg. gest. nec ob. quia est aliàs negotium Seij: quia ratihabitio facit esse tuum negotium: veruntamen verus hæres. s. Seius aget contra te peti. hære. vt restituas debitum quod habuisti per tuam gestionem. Sed quid? Pone quòd fulsi insulam, credens te hæredem, cum alius esset hæres: nunquid si ratum habueris, me obligaueris neg. gest. act. quęritur. Et dicitur quòd nō: nec ego te: quia istud negotium tuum fieri nō potest: quia alterius est ipso gestu: sed hoc casu verus hæres obligatur migi gestori. [*VIDEAMVS.*] Si ad negotia mea gerenda accessisti: & quædā gessisti, & quædam neglexisti: act. neg. gest. mihi teneberis: & hoc est quia alius esset gesturus nisi tu gessisses. Item si mihi. x. debebas, nec à te exegi: si debitum non fuit vsurarium, incipit esse vsurarium. veruntamen si tales essent debitores a quibus exigere nō potuisti, cum mandatum non suscepisti: ratione illius debiti quod debebas, current de cætero vsuræ: nisi fuerint remissæ: cum tantum operetur mora cum officio iudicis in bonæ fi. iudi. quantum stipulatio in stricti iuris iudiciis. Si vero de coniunctis fuisti, vnde sine mandato experiri potuisti: nisi à debitoribus etiam extraneis exegeris, teneberis: quia de teipso non est quæstio quin teipsum debeas conuenire. vnde si actio qua tenebaris, erat tempore peritura: ideo veniet ad actio. neg. gest. & sic fit perpetua. Item si actio qua tenebaris, erat non transitura: efficietur transitura, & sic tres pœnas patieris: quia teneris ad vsuras. Item quia actio tempo ralis perpetuatur. Item quia efficitur transitura quæ non erat. Ité gesi negotia alicuius priuati vel alicuius ciuitatis petendo fundum, vel ancillam. consecutus sum fructus maiores quàm debebā tur. totum ciuitati vel domino nego. gesto. act. restituere debeo. [*SI QVOCVNQVE.*] Gessisti negotia mea, & male. vnde tenebaris mihi in decē. ex alio latere impedisti. x. in negotio meo. egi directa act. ad. x. tu voluisti cōpēsare. iudex cōpensationē non admisit id est cognitioni supersedit: & ita de ea nō cognouit: sed de principali .i. de neg. gest. act cognouit, & te mihi condēnauit: nunquid poteris postea contrarium instituere? Dicitur quòd sic. si vero de cōpensatione opponenda cognouit, & definiendo pronunciauit compensationi locum non esse: an potes contraria agere? Dicitur quòd non. Hoc dicit vsque ad. l. si ex duobus. Vi.

VI. IVLIANVS libro tertio Digestorum scribit.

SI pupilli tui negotia gesseris non mandatu tuo, [a] sed ne tutelæ iudicio tenearis: negotiorū gestorum te habebo obligatum: [b] sed & pupillum, si modo [c] locupletior [d] fuerit factus.

Ex mutuo contractu cum procuratore contemplatione domini dominus tantum obligatur. Item obligatio procuratoris non impedit actionem oriri contra dominum. hoc dicit.

¶ Item si procuratori [e] tuo mutuam pecuniam dedero tui cōtemplatione, [f] vt creditorem tuum, vel pignus tuū liberet: [g] aduersus te negotiorum gestorum habebo actionem: aduersus eum, cum quo contraxi, nullam. [h] Quid tamen, si à procuratore tuo stipulat⁹ sum [i]? potest dici superesse mihi aduersus te negotiorum gestorum actionē: quia ex abundanti [k] hanc stipulationē interposui.

Mandatum factum ab alio mei causa mihi actionem negotiorum gestorum non tollit. Bartolus.

¶ Si quis pecuniam vel aliam quandam rem ad me perferendam acceperit: quia meum negotium gessit, negotiorum gestorum mihi actio aduersus eū competit. [l]

Qui gerit negotia animo deprædandi,

a *Non mandatu tuo.* si enim mandasses, mandati actio locum haberet: vt. Cod. eo. l. si mandatum.

b *Obligatum.* scilicet insolidum: quia tuum est negotium cura & solicitudine: & idem est si eras curator: idem & si procurator; cum in his sit eadem ratio: vt infra, eo. l. mandasti. & arg. infrà, ad. l. Aquil. illud.

c *Modo.* id est ita demum.

d *Locupletior.* & sic patet quòd si quid de gestis perit etiam fortuito casu, quòd sit periculo gerentis, [a] sicut & in aliis casibus quos dicemus infrà, eo. si negotia. siue feci nomine tutoris tantum, vt hic. siue nomine pupilli, & contemplatione eius: vt. Cod. eo. l. ij. Et plenè dic: quia aut impendit hic gestor in rem necessariam pupilli: & tunc tenetur insolidum pupillus quemcunque exitū res habuerit, dummodo vtiliter sit cœptum: vt. j. eod. sed an vltro. §. j. & j. de sol. in pupillo. §. plane & j. de mino. l. verū. §. sciendum. versi. itē nō restituitur. an vtiliter: & tunc obtinet q̄ hic dicit, & inspicitur tēpus litis cōtest. vt. j. e. litis. in prin. & j. de solu. l. in pupillo. in prin. si autem voluptariæ, permittitur auferre: vt infrà, man. l. idemque. §. idem Labeo ait. non autem agit: vt infrà, eo. l. ex duobus. quæ autem sint necessariæ vel vtiles vel aliæ, habes. j. de verborum signific. l. impensæ.

a *Facit gl. in cap. si cui pridem. sup verbo, effe- clus. in fin. extrade requia nunciatione.*

e *Item si procuratori.* & ita habebat mandatum: vt suprà, de procu. l. j. j. respn.

f *Contemplatione.* sed si sui, ipse certi condictione tenetur: vt. C. si cer. peta. l. eum qui.

g *Liberet.* proprie quo ad pignus: improprie quo ad creditorē. sic &. s. de offi. proconsul. l. ij.

h *Nullam.* quia nolui eum mihi obligari: vt arg. j. si cer peta. l. non omnis. & arg. infra, communi diui. l. in hoc iudicium.

i *Stipulatus sum.* post numerationem.

k *Quia ex abundanti.* in vicium sonat, vt non teneatur secundum quosdam: vt arg. suprà, de pact. l. iurisgentium. §. sed si fraudandi. sed tu dic contra secundum quosdam: vt arg. infrà, de instit. act. l. in eum. in fi. j. respon. nam hic abundantia ponitur pro cautela: vt infrà, de hære. instituto. l. j. §. qui neque. & . C. de test. l. testamentum. in fi. Et vt plenè scias, dicas quòd qui accepit in vtilitatem alterius: aut habet mandatum à domino, aut non habet. si habet: aut ad certum hominem, aut non. & si ad certum, aut vt nuncius, & tunc dominus tenetur ex eo contractu ac si ipse contraxisset: vt infrà, quod iussu. l. fin. & infrà, quod cum eo. l. fi. & infrà, de consti. pecu. l. qui autem. §. fi. & Co. q̄ cum eo. l. si ex contractu. aut vt procurator: vt vade ad illum, & accipe decem nomine meo. & tunc tenetur procurator ex contractu, & dominus contraria mandati: vt. C. manda. l. si literas. si non ad certum hominem: tunc aut qui mutuauit, hoc fecit contemplatione domini tantum: & tunc ipse solus tenetur actione neg. gest. aut procuratoris & domini: & tunc vterque tenetur: vt hic, & in principio. §. & in fin. Item tenetur dominus vtili institoria: vt. C. de instit. act. l. si mutuam. aut contemplatione procuratoris tantum: & tunc ipse solus: vt. C. si cer. peta. l. eum qui. si vero non erat procurator, sed neg. gestor, aut qui dedit fecit contemplatione domini negotiorum, & tunc tenetur dominus si vtiliter cœptum fuit: quia pecunia erat necessaria, licet fuerit amissa: vt. j. eo. siue hæreditaria. &. l. sed an vltro. §. j. & etiam sic est in actione de in rem verso: quæ huic comparatur: vt infrà, de in rem ver. l. iij. §. j. &. §. vnde. si contemplatione accipientis: tūc tenetur ipse tantum, non dominus: nisi ratum habeat, vel in rem suam vertat: vel cum in eo, id est in eam rem in quam accepit, procuratorem constituat: vt. C. quòd cum eo. l. ei qui. in fi. & infrà, si cer. pet. l. eum. &. C. si tu. vel cu. inter. l. pe. & de institu. l. si mutuam. si autem contemplatione vtriusque, tenetur vterque: vt dixi in eo qui habet mandatum: vt hic, & infrà, eo. liberto. j. rñ. in casu tamē & si expressum nō intercueniat mandatum, datur institoria vtilis: vt infrà, quod cum eo. l. fi. in rectore ciuitatis vel prælato Ecclesiæ vel tutore dic eos teneri tantū, nisi pecunia fuerit in vtilitatē ciuitatis vel Ecclesiæ vel minoris versa: vt. j. si cer. pe. ciuitas. &. C. de sacrosan. Eccle. authen. hoc ius. & C. quando ex fa. tu. vel cura. l. si in rem.

l *Competit.* hoc concedunt quidam si mei contemplatione fecit, id est rem

BIU Cujas

i.rem perferendam accepit. Sed potest dici quod semper mei cõ- templatione fecisse videatur,cum causa commodi mei fecit:vt.j. proxi.§.si tamen id faciat sciens . alioquin contradicimus secundum Io.vt in bona fide & mala fide ædificante datur etiam mihi actio furti : & furtiua condictio competeret si esset à me missus: vt.j.de fur. l. eum qui.

§.si epistola . & illi qui misit,datur mandati:vt infra,manda.si vero. §. si mihi . ver. dedi.& etiam furti:vt.C.de fur. si is cui.

a *Non mei contemplatione*.i.cõmodo. vt statim dicit secundũ Io.

b *Suum eum potius*. id est ad suam vtilitatem, secundum Ioan.

c *Actionem*. collige hic secundum M.quod malæ fidei possessor etiam si suo nomine expensas fecit,habeat nõ solum retentionem: vt j.de pe.hære. plane. in fi.sed etiam actionem: vt hic, quia nemo debet locupletari &c. vt j. de condict. inde. l. nam hoc natura. Ioan. cõtra. & B.& dicit interesse an nomine domini impendit:vt tunc repetat, vt hic : an suo nomine,vt tunc nõ: vt j.de condict.inde.si in area.in fin.&. j. de do. ma.excep. Paulus. &.j. ad.l.Aquil.si seruus. ij. §.si oliuam. & ar.est ad hanc distinctionem. j. communi diui.l.in hoc iudicium. §. diuersum. &.j.mãda. creditor. & expone literam hic,secundum Ioan . vt hic scripsi . & hoc quando in faciendo expedit nomine suo. si autẽ in reficiendo, iudicis officium imploratur etiam si est malæ fidei pro necessariis tantũ:pro vtilibus permittitur auferre:vt.C.de rei vin.l.domum.Accur.

* *Fl. quod*

d *Quasi meum*.s.sciens: vt congruat sequens exemplum secundum Io.tu contra,vt ibi dices.Accursius.

e *Ex vtroque*.i.ex nullo latere nascitur aliqua.nam in nullo casu nascitur actio ex vtroque latere.

f *Tenebitur*.act.neg.gest.& ego ei.

g *Sciens*.ergo si ignorans:nec tu sibi,nec ipse tibi tenetur,secũdum Io.vt. dixi. s. eo. l.iij. in fi. sed secundum nos idem si ignorans.& hic subaudi,maxime.

h *Negotiorum gestorum*.vt hic,&.j.eo.liberto. §. inter. sed certe imò actio videtur esse in factum inter mandantem & te,etsi hoc deficiat:vt.j.manda.si mandauero.ij.§.si curator.quæ est contra. Sol.hic in rem ipsam quæ erat absentis impendit.ibi nõ.Item hic erat negotiũ domini reipsa:ibi ratihabitione.Alij tamen diuinãt qp ibi contẽplatione tantũ mandantis gessit:hic etiam gratia dñii. & hoc videt colligi ex.l.cõtraria.Ar.tamẽ cõtra.C.e. si mãdatũ.

i *Actio*. vt hic,&.j.eo.at qui natura.§.si libero.&.l.si liber homo.& hoc casu de leui culpa non tenetur,vt puto:arg. contra.j. de adqui.re.domi.l.homo liber.§.j.

k *Sed si ego filii tui*.magis tamen possunt dici patris vel domini: vt.j.de mino.l.denique.§.sed vtrum.ibi,nec eo mouetur.&c.

l *Tu mihi tenearis*.insolidum , & ego tibi.

m *Amicicia*.scilicet tam adepta quàm etiam adquirenda,vt subiicit:vel eorum contempla.&c.sed tali casu videtur quod nõ repetatur quod impenditur : vt infra, eod. is qui amicicia. quæ est contra.Sed ibi est amicicia charitatiua,vt patris ad filium:vbi nõ repetit. hic autem vt amici qui non vult negotia alterius deperire:vt.s.eo.l.j.& facit ad hunc.§.j. de in rem ver.l.seruus. §. cum Sticho.&.j.ad Vell.si fideiussores.

actione neg.gest.tenetur : ipse tamen agere non potest nisi quatenus dominus locupletior factus est.Bartolus.

¶ Sed &si quis negotia mea gesſit non mei contemplatione, [a] sed sui lucri causa: Labeo scripsit suum eum potius, [b] quàm meum negotium gesisse. Qui enim deprædandi causa accedit:suo lucro,nõ meo commodo studet.sed nihilominus,immò magis & is tenebitur negotiorum gestorum actione. Ipse tamen,si circa res meas aliquid impenderit:non in id, quod ei abest, quia improbè ad negotia mea accesit,sed in quo * ego locupletior factus sum, habet contra me actionem [c].

Quatenus negotium spectat ad gerentem,actio ista non oritur:sed inquantum spectat ad alium,oritur.

¶ Si quis ita simpliciter versat' est, vt suum negotium in suis bonis,quasi meum [d], gesserit: nulla ex vtroque [e] latere nascitur actio : quia nec fides bona hoc patiatur. Quòd si & suum [negotium] & meum, quasi meum gesserit : in meum tenebitur [f]. Nam & si cui mandauero, vt meum negotium gerat,quod mihi tecum erat commune:dicẽdum esse Labeo ait, si & tuum gesit sciens [g], ne-

A n *Duntaxat*.quomodo est hoc negotium patris vel domini? Respon.reipsa.cur ergo non insolidum tenetur:vt supra,eo. item si. §.fi.in fi?& potest dici secundũ Io.quod hic non loquitur de negotio peculiari quod reipsa domino quæritur,sed extrinsecus:puta emit res à seruo.Alij dicunt quod.s.in.l.item.loquitur quando nullo modo spectat ad eum cuius contemplatione geruntur.sed hic aliquo modo spectant ad filium vel seruum. Tu dic apertius:vbi aliquo modo possum habere obligatũ eũ cuius nomine gero: eũ cuius res est, suo nomine nõ [a] conuenio : vt dixi . s. ea.l.§.si Titij.sed filium vel seruum insolidum naturaliter mihi obligo:& ead.obligatione patrem de peculio nomine filij , non suo: & idem est in domino & seruo.sed vbi nullo modo possum obligare eũ cui [o] nomine gero,quia nullo modo spectat ad eum:dominum rei cõuenio: vt in.d.l.supra, eodem.item si.§.fin.

o *Idemq*;. s. vt detur act.neg. gest. de peculio si eorum cõtemplatione gesi.

P *Nã & si*. Bene dixi dñm de peculio tãtum teneri: quia nõ tenetur nisi de peculio etiã vbi ratũ habuerit.Azo.vel secundum Ir. cõtinua. peculiare negotiũ non vtique sic patris est vt insolidũ teneatur. nam nec ita vt ratum habere possit:vt infra,de in rem ver. si res . in fine. &.l.seq. Item proba similitudinem per aliam l.eiusdem tit. l. quòd si seruus.§.in rem. ibi, &

B *Si negotium potest pertinere ad eũ cuius contemplatione geritur quoquo modo:reipsa contra eum cuius vere est, non agitur, etiam si ratum habeat:& non potest habere ratum quod suo nomine non est gestum.h.d.*

¶ Sed si ego filij tui [k] negotia gessero,vel serui:videamus, an tecum negotiorum gestorum habeam actionem. & mihi videtur verum (quod Labeo distinguit, & Pomponius libro vicesimo sexto probat) vt si quidem cõtemplatione tui negotia gesi peculiaria, tu mihi tenearis [l]. Quòd si amicicia [m] filij tui,vel serui,vel eorum cõtemplatione: aduersus patrem vel dominum de peculio duntaxat [n] dandam actionẽ.Idemque [o] est, & si sui iuris esse eos putaui. nam & si [p] seruum non necessarium emero filio tuo [q], & tu ratum habueris:nihil agitur [r] ratihabitione . Eodem loco Pomponi' [s] scribit: hoc adiecto,quòd putat, & si nihil sit in peculio,quoniam plus patri

C

gotiorum gestorum [h] eum tibi teneri .

Error in persona gestoris non impedit nasci actionem negotiorum gestorum. Bar.

¶ Si quis quasi seruus meus negotium meum gesserit, cũ esset vel libert', vel ingenuus: dabitur negotiorum gestorum actio [i].

generaliter &c.& quod subiicit hic, non necessarium : subaudi, maxime, secundum Azo.vt infra, de in rem ver . quod seruus in hoc. Vel ideo dicit, non necessarium: quia si necessarium , insolidum dominus teneretur quasi de in rem ver. siue instar institoriæ:vt. C. quod cum eo.l. ei qui. Vel tertio ideo dicit , non necessarium:quia si necessarium,cum vtiliter esset gestum, cogeretur habere ratum etiam non suo nomine gestum : vt infra, eod. Pomponius.& sic insolidum teneretur.

D

q *Filio tuo*.contemplatione eius.

r *Nihil agi*.vt insolidum tenearis.& sic no.quòd ratihabitio nõ reconciliat alieno nomine gestum:vt hic,&.j.de calum.l.ij.in fi. &.j.de præca.si seruus.nisi in casibus:vt.j.e.l.fi. &. C.de his qui à non do.l.j.Sed videtur quod propter ratihabitionem insolidum condemnandus est vel actione quod iussu , vel de in rem ver.vt j.quod iussu.l.j.§.si ratum.&.j.de in rem ver.si res.§. penul. quæ sunt contra.Sol.illud locum habet cum dominus contractum serui ratum habet:secus vero cum contractũ alterius pro seruo contrahentis ratum habet:vt hic [b].Item no.quod sicut negotium nõ meo nomine gestum ratum habere non possum vt ob hoc conueniar insolidum,vt dictũ est:ita nec habeo ratum vt agere possim.Quid ergo si rem meam tuo nomine vẽdidisti: & ego ratum habeam vt te conueniam neg.gest?rem meam amittro:vt.C.de rei vin.l.mater.Item prẽcium exigere non possum. quid ergo faciã? R.ñ.si quidem ratum habeam quod vendideris nomine meo, & vendidisti nomine tuo:nõ nocet mihi contra possidentem.si autem ratum habeam quod vendidisti tuo nomine, non habiturus ratum si scirem me precium petere non posse : tunc doli replicatione iuuabor contra possidentem:arg.s.de pact.si cum te.

b *Non tenetur*

s *Pomponius scribit*. approbando quod dictum est : & adiiciendo quod sequitur.sed cui fiet hęc adiectio quę sequitur:an ei qui habuit

habuit ratum: an semper? Respon. quando habuit ratum.

a *Factus sit.* Est ergo hic casus vbi in actione de peculio nō deducitur quod dño debetur. sic. ĭ. de pecul. l. j. §. si cū impubere. & ĭ. de alea. l. fi. aliàs generaliter detrahitur de peculio: vt. ĭ. de pecu. sed si damnum. Vel dic quod dñs non de peculio, sed directa suo nomine in quantū fact⁹ est locupletior, tenetur: quasi reipsa gestum negotiū suum sit, non peculiare, quia nullum erat peculium: cū plus patri vel domino debeatur: & sic non ob. quod alieno nomine, quia res ipsa erat patris vel domini.

b *Sequi debent.* ex re vel ex opera: sed ex hac distinctione nulla videtur colligi differentia: sed Io. dicit hāc esse differentiam: quia vbi putaui seruū, nomine rerū quæ possessorem sequuntur, ago directa actione non de peculio, inquantum. s. locupletior est: vt supra, p. xi. §. sed vbi sciui liberum, non nisi de peculio. vnde possessoris debitum deduceretur: q̄ non placet: nisi vt est distinctum supra, ea. l. §. sed si ego. Azo. & facit pro hoc hæc litera: sed &. nam non aduersatur.

c *Actionem.* directā, vel de peculio: vt est distinctum supra. §. sed si ego.

d *Non tecum.* Etiā de peculio: quia non ex re vel ex opera, etiam si nomine domini gessi.

e *Sed cum ipso.* Hæc omnia vera sunt in hoc casu tantū vbi non cōtemplatione possessoris gestum sit negotiū. hic contradicit superiori proxi. glo.

dominóve debetur: & in patrem dandam actionē, inquantum locupletior ex mea administratione factus sit[a].

Contra eum ad quem spectat verè negotium, competit hæc actio, non inspecta falsa opinione gerentis. Bartolus.

℣ Sed si hominis liberi, qui tibi bona fide seruiebat, negotia gessero: si quidem putans tuum esse seruum gessi, Pomponius scribit, earū rerum peculiariū causa, quę te sequi debent[b], tecum mihi fore negotiorum gestorum actionē[c]: earum verò rerum, quæ ipsum sequuntur: non tecum[d], sed cum ipso[e]. Sed si liberum sciui: earū quidē rerum, quæ eum cō sequuntur, habebo aduersus eum actionem: earum vero rerum quæ te sequuntur[f], aduersus te.

Expensa facta ne res pereat, repetitur ab eo ad quem res spectat, non inspecta falsa opinione gerentis. Bartolus.

℣ Si Titij seruum putans, qui erat Sempronij, dedero pecuniam, ne occideretur[g]: vt Pomponius ait, habebo negotiorum gestorum aduersus Sempronium[h] actionem.

Si negotium geritur nomine eius ad quē non spectat, ex eius ratihabitione negotium dicitur pertinere ad eum: & hac actione tenetur si sibi aliquid ex ratihabitione quæri. ur. aliàs secus. hoc dicit vsque ad. §. videamus.

℣ Item quæritur apud Pedium libro septimo, si Titium quasi

A sed illud cum prædicta determinatione intelligitur. bene dixi ex lucratiua. aliàs ad precium nullo modo teneor: vt instit. de le. §. si res aliena. si alterius: si quidem domini ad quem pertinebat, agitur si ratum habet: aliàs non: nisi vtiliter esset gestum. tunc enim pro rato debet haberi: vt. ĭ. eo. Pomponius, si vero nomine alterius qui non erat dominus, gesserit: si non habet ratum, agi non potest. si habet: si quidem ex sua ratihabitione nihil potest ei quæri, non tenetur: vt hic, & infra, ea. l. §. quid ergo ĭ quit. si vero ei quęri potest, tenetur: vt. ĭ. §. proxi. item quæritur. & infra, eo. fideiussor. §. fi. &. s̄. e. l. §. si quis pecuniam. si autem quoquo modo habeo obligatum eum cuius nomine gero, vt filiū vel seruum: tunc dominus & pater etiā ratum habens tenetur de peculio tantum: vt. s̄. ea. l. §. sed si ego.

debitorem tuū extra iudiciū[i] admonuero, & is mihi soluerit, cum debitor [tuus] non esset[k]: tuq́; postea cognoueris, & ratum habueris: an negotiorū gestorū actione me possis conuenire? Et ait dubitari posse: quia nullum negotiū tuum gestum est, cum debitor tuus non fuerit. Sed ratihabitio[l] (inquit) fecit tuum negotiū. Et sicut ei, à quo exactū est, aduersus eū[m] datur repetitio[n], qui ratum habuit: ita & ipsi debebit post ratihabitionē aduersus me competere actio. [&] sic ratihabitio constituet tuum negotiū, quod ab initio tuum nō erat, sed tui* contemplatione[o] gestum.

Idem ait, si Titij debitorem, cui[p] te hæredē putabam, cum esset Seius hæres, conuenero[q], similiter & exegero: mox tu[r] ratum habueris: esse mihi aduersus te, & tibi mutuam negotiorum gestorum[f] actionem. Atquin[t] alienum negotiū gestum est: sed ratihabitio[u] hoc conciliat: quæ res efficit, vt tuū negotium gestum esse videatur: & à te hæreditas[x] peti possit. Quid ergo, inquit Pedius, si cum te hęredem putarem, insulam fulsero hæreditariam, tuq́; ratum habueris: an sit mihi aduersus te actio? Sed non fore ait: cum hoc facto meo alter

i *Extra iudicium.* Hoc ideo dixit, vt locum haberent sequētia de condic. inde. nam aliter qui ratum habet, non tenetur condic. inde. vt. ĭ. man. si fideiussor. j. §. in omnibus. Item ideo, quia non potest agere in iudicio: vt infra, ea. l. §. videamus. * Flo. tua

k *Debitor tuus non esset.* hoc faciebat dubitationem.

l *Sed ratihabitio.* nunc respondet.

m *Eum.* id est te. & mutat personas.

n *Repetitio.* id est cōdictio indebiti: vt hic, & infra, de fur. si vendidero. §. si Titius. Ac.

o *Sed tui contemplatione.* ergo si non esset tuo nomine gestū, non posses facere tuum ratihabitione: vt hic, & supra, ead. l. §. sed si ego.

f *Te sequuntur.* ex re tua, vel opera eius: vt. ĭ. de adquiren. re. domi. l. adquiritur. §. de his.

g *Occideretur.* siue iuste siue iniuste occidebatur: quia potuit & iure occidi. sic. ĭ. quod me. cau. l. isti quidem.

h *Sempronium.* plus ergo facit veritas, quàm opinio. sic &. ĭ. eod. sed an vltro. §. fin. sed nonne ab eo cui dedi, repetam quia turpiter accepit: vt infra, de condic. ob tur. cau. l. ij? Respon. non: quia meo nomine non dedi. alius enim videtur dedisse cuius nomine dedi: nisi non habeat ratum: vt. C. si cer. pe. l. si absentis. Azo. Item qualiter dicetur hoc negotium Sempronij? Respon. ratihabitione. sed si hoc est, qualiter ergo ratum habere potest: cum non sit suo nomine gestum? Respon. immò & suo nomine geri potuit: licet Titius putaretur dñs: vt in bonæ fidei pos. hæreditatis dicitur ĭ. eo. l. quæ vtiliter. §. Titius. vel non habet ratum. sed cum sit gestum ad suam vtilitatem, perinde habetur ac si ratum haberetur. & hoc est quod dicit Scæuo. pro rato debet haberi: vt. ĭ. e. l. Pomponius. Hæc bona. solu. est. Vel dic in subsidium, ne res mihi pereat, tenetur Sempronius: quia Titius ratum non habet: secundū Azo. Et ad euidentiam huius. §. & seq. distingue sic, cū quis gerit negotium quod possibile est esse alterius ratihabitione: licet non fuerit. s. re vera. aut gestor gerit nomine suo, aut alterius. si suo, non potest agi: cum ratum haberi non possit negotium non suo nomine gestum: vt. s̄. ea. l. §. sed si ego. nisi in subsidium re perempta vel prescripta: vt si rem tuam meo nomine ex lucratiua causa mihi quæsitam vendam: vt. ĭ. e. l. fi. &. C. de re. ali. non ali. l. j. &. ĭ. si cer. pet. si & me. sed M. dicebat quòd licet esset ad rem regressus, tamen agi posset hac actione pro precio: vt. C. de rei vin. l. mater.

p *Cui.* scilicet Titio.

q *Conuenero.* extra ius.

r *Mox.* i. postquam sciuisti, quodam spatio nec minimo nec maximo interueniente: vt. ĭ. rem. ra. habe. l. quo enim. in. §. j. & de sol. l. ratum. &. l. dispensatorem. in fin.

s *Negotiorum gestorum.* immò mandati: cum ratihabitio mandato comparetur: vt infra, de regu. iur. l. semper qui non prohibet. quę est contra. Solu. hic ratum habet negotium gestum ab absente, ibi à præsenti. & ideo nego. gest. agitur in primo casu: in secundo non, sed mandati, secundum Io. vel ibi mādaueras mihi vt gererem, quod non suscepi, ideoque indignabaris, & tunc gessi, & tu ratum habuisti. & ideo propter primum mandatū agitur mandati: secundum B. Alij dicunt ibi speciale in fideiussione quæ fit in iudicio sisti: sicut & alia multa in iudiciis sunt specialia: vt. s̄. si quis cautio. & si post tres. Item vnde nascitur hæc actio neg gest? Respon. ex ratihabitione, non pristina exactione: secus in actione pro socio, & tutelæ: quæ ex veteri contractu oriūtur vel quasi demum finita tutela vel societate: sicut ex contractu do vt des demum secuta traditione oritur actio: vt. C. de rerum permu. l. ex placito. *Negotiorū gestorum actio vnde oritur.*

t *Atquin.* oppositio. Azo.

u *Sed ratihabitio.* responsio oppositionis. Accursius.

x *Hæreditas.* i. hæc pecunia petitione hæreditatis, si modo contendas te hæredem, vel pro possessore possideas: vt hic, & infra, de peti. hære. l. quòd si in diem. §. j. &. ĭ. si pars hære. peta. l. fina. in fin. & agit Seius verus hæres petitione hæreditatis.

Veritas plus operatur quam opinio.

Reipsa.

BIU Cujas

a *Reipsa.* id est in veritate, quæ non viciatur erroribus gestorum: vt. ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. veritas. sed superiori casu quasi mihi exacta est pecunia: neque ita videtur factum creditoris cui debebatur.

b *Ipso gestu.* id est ipsa gestione. & hoc est q̃ supra, dixit reipsa. Et not. hic q̃ quatuor modis dicitur negotiũ alienum: cura & sollicitudine: ité reipsa: ité ratihabitióe: item ipso gestu. Cura & sollicitudine, vt si illud negotium gesseris quod ad me pertinet, quia sum tutor vel curator vel procurator: & hoc casu teneor si mei contẽplatione fecisti: sed verus dominus indistincte: vt. ff. e. l. iij. §. hac actione. & l. si pupilli. in prin. Item reipsa: vt cũ in rem meã aliquid impenderis, vel necessario vel vtiliter aliquid facis: & hic teneor siue gessisti nomine meo: siue alterius ad quẽ nullo modo pertinet: vt. ff. eo. item si cum. §. fi. & l. si pupilli. §. si quis ita. si autem aliquo modo ad eum cuius nomine gessisti pertinet, etiã naturaliter tantum, vt quia filius vel seruus meus est: tunc de peculio teneor: vt. ff. e. l. §. sed si ego. si autem nomine suo gesit: vt quia in rem meam quam suam credidit, necessario vel vtiliter impendit: si in faciendo, datur exceptio non actio nisi mala fide: quo casu nec exceptio nec actio: vt insti. de rerum di. §. ex diuerso. & infra, communi di. l. in hoc iudicium. & infrà, de condic. inde. si in area. in fi. & de excep. do. l. Paulus. & de act. emp. l. idemq́ue. sed si in reficiendo: tunc si bona fide, offi. iudi. expensæ repetũtur necessario vel vtiliter factæ: si mala fide, tunc idem quod in necessariis: vtiles autem abraduntur: vt. C. de rei vin. domum. sed M. dixit semper possessori dari neg. gest. actionem, etiam si suo nomine impendit: ar infrà, de condic. inde. nam hoc natura. & suprà. e. l. §. sed & si quis negotia. sed illum. §. expone vt ibi. & hoc no. infrà, de rei vin. l. in fundo. Rati autem habitione si meo nomine gessisti, & ego ratum habeo, vel fingit ius me habere: vt suprà, eo. §. item quæritur. & infrà, eo. si ego. & l. Pomponius. & de hac specie diximus. ff. e. l. §. fi Titij. Ipso gestu: quod sic diximº causa doctrinæ. [a] nam hoc nomen non habemus pro hoc genere negotij: sed quando reipsa: vt hoc. §. tunc autem dico ipso gestu meum, vt si meo creditori soluas: vt infrà. eo. l. soluendo. & hoc siue soluas nomine meo, siue alterius quem debitorem putabas. nam semper oportet me approbare quod tam vtiliter pro me gestum est: vt j. e. l. cum pecuniam. & l. que vtiliter. §. fi. si autem tuo nomine: tunc idem vt hæc actio habeat locum secundum Bul. & Io. & H. scilicet, postquã statueris in animo vt solutio cedat pro meo debito: vt infrà, de peti. hæ. si quid. & j. e. l. fi. in fi. sed Azo dicit eos male dicere: quod sic probat: quia cum hic soluit, nata est ei condictio inde. vt infra, de condic. inde. si pœnæ causa. §. j. ergo eadem solutio non parit liberationẽ veri debitoris, cum pariat repetitionem: vt infrà, de cõdic. inde. l. cum is. §. j. nec ob. infrà, eo. l. si. quia ibi non soluit nomine suo: sed hæreditario, vel alterius qui non hæres erat. Ité nec illa, si quid. quia ibi nõ de suo sed de hæreditate soluit: suo tñ nomine: vnde & soluta reputat hæredi dicens se eorum nomine non damnandum: cum nec habeat: nec culpa nec dolo desiit habere, sed quòd habet condic. inde. quæ datur ei consumpta à creditore pecunia: & sic reconciliatio indebito cedit. Item cauet de defendendo hæredem contra creditorem: si tamen possessor fuit malæ fi. Item & verus hæres ex sua persona habet exceptionem: quia sua pecunia soluta est ei: licet non à se vel suo nomine. nam bona fides & cætera. vt infrà, de re. iur. l. bona fides. at in nostro casu pecunia fuit soluentis, & suo nomine soluitur: sed hoc casu cum de sua & nomine suo soluit, si non potest condicere: vel quia causa pietatis soluerit bonæ fidei possessor hæreditatis qui non tenetur nisi in quo locupletior est: vel non est soluendo qui recepit: ex æquitate datur actio contra me debitorem vel exceptio. si conueniam eum peti. hære. & ipse est bonæ fidei poss. vt infrà, de reli. at si quis §. siquis dum. & infrà, de peti. hære. quod si possessor. Accursius.

Negotium alienũ quatuor modis dicitur.

Gestor tenetur de neglectis si alius erat gesturus: item si à se non exigit: secus si nõ exigit ab alio: nisi esset de illis personis quæ possunt agere sine mandato. ff. cum. l. seq. & principio se. vsque ad. §. item si fundum. Bartolus.

[a] *Bal. not. ex hac glo. q̃ possumº per nosipsos inuenire vocabula ratione doctrinæ quæ non reperiũtur.*

Videamus in persona eius, qui negotia administrat: si q̃dam gessit, quædam non: contemplatione tamẽ eius, alius ad hæc non accessit: & si vir diligens (quod ab eo exigimus[c]) etiam ea gesturus fuit: an dici debeat, negotiorum gestorum eum teneri & [d] propter ea quæ non gessit: quod puto verius[e]. B

Certe si quid à se exigere debuit, procul dubio hoc ei imputabitur[f]. Quanquam enim hoc ei imputari non possit, cur alios debitores non conuenerit, quoniam conueniendi eos [in] iudicio facultatem non habuit[g], qui nullam actionem intendere potuit, tamen à semetipso cur nõ exegerit, ei imputabit. Et si forte non fuerit vsurariũ[h] debitum, incipit esse vsurariũ[i]: vt diuus Pius Flauio Lõgino rescripsit: nisi forte[k], iquit, vsuras ei remiserat[l]. C

VII. PAVLVS libro nono ad Edictum.

QVia tantumdem[m] in bonę fidei iudiciis officiũ iudicis continet, quantum stipulationis: non debet esse ei damnosum: vt infrà, quemad. test. ape. sed si quis ex signatoribus. Item ar. pro hoc, infra, man. si remunerandi. §. apud Iulianum. D

c *Exigimus.* scilicet quòd sit diligens. Azo.

d *Et.* ponitur pro etiam.

e *Verius.* vt teneatur. Not. ergo eum teneri de gerendis. Sed contra. C. eo. l. tutori. vbi dicit quòd sufficit si cui vel in paucis & cætera. Sol. hic alius erat gesturus: ibi non: arg. C. eo. l. ij. de gest. vel hic accessit quasi tenaturus: ibi nõ, omnia gesturus. Item ar. infra, eo. l. Pomponius. lib. xxvi. in nego. ges. in fi, & l. seq. Ité secus est in procuratore q̃ accessit quasi omnia gesturus, cũ crederet se teneri de omnibus: qui de non gestis non tenetur: nisi alius erat gesturus: vt. j. de eo qui pro tuto. l. j. §. fi.

f *Imputabitur.* b vt hic, & infrà, man. si negotia, sed si vnũ tãtum negotium gerere cœpit, nũquid à se exigere tenetur? Respon. non. durum enim esset quòd is qui huius rei gratia tantum accessit, ad alia teneatur. Ioan. infrà. e. sed & cum aliquis. Item officiũ suum

g *Non habuit.* tria no. Primo an extra iudicium tentare debuit? arg. quòd sic. infrà, de admini. tut. l. tutor qui repertorium. §. pe. & infrà, de pe. hæ. sed & si lege. §. quod ait. Alij vero vt Bul. dicunt quòd debet petere curatorem bonis: vt ar. infrà, de mu. & ho. l. j. §. fi. hoc non placet. Tu dic quòd nec tentare tenetur nisi esset dubium de mandato. nec enim bonam fidem prohibetur agnoscere: vt infrà, de admini. tu. l. quoties. §. sicut. Secundo no. quòd non debemus adstringere quem ad id q̃ nõ potest: vt hic, & C. de anna. exce. l. j. in. fi. & infrà, de vsur. cum quidam. §. si pupillo. in fin. Ar. contra. suprà, si quis cau. l. ij. §. pe. sed ibi se arctauerat. Item ar. contra infrà, commo. l. in rebus. & infrà, eo. siue. sed ibi culpa præcesserat casum. Tertio no. hic quòd nemo sine actione experitur: vt hic, & infrà, de admini. tu. quotiens. §. item si temporali. & l. tutores qui. in princip. & infrà, de pe. hæ. si quid. §. sicut. versi. illud. Sed arg. contra, in eo. ti. sed & si lege. §. quod autem ait. sed ibi erat de cognatis: vt infra. l. proxi. & suprà, de procu. l. sed & hæ. vel ibi mandatum habebat à vero hærede. Vel dic quòd adhuc erat hæres, licet sciret inofficiosum testamentum, vel aliàs rumpendum testamentum: vt quia mortem defuncti non vindicat: vt. C. de his qui. vt indig. l. j. In casu tamen etiã sine actióe quis experitur: vt. C. si per vim vel alio modo. l. j.

h *Vsurarium.* vt quia erat ex mutuo.

i *Vsurarium.* ab eo die quo soluere sibi debuit: vt infra, eo. l. qui sine. & l. diuortio. & hæc vera sunt si dominus solitus est fœnerare: non aliàs: vt ar. infrà, de vsur. qui semisses. §. fi. vel verius quòd omnino teneatur quasi pecuniam domini verterit in vtilitatem suam: vt infrà, de pigne. actio. quamuis. §. fi. Vel dic vsurarium petẽdum modo per act. neg. gest. in quam cõuertitur prima actio. & sic in sequentibus.

k *Forte.* abundat forte: vt. j. de arbi. l. si duo. in prin.

l *Remiserat.* huic gestori antequam gereret. quæ vsuræ primò per stipulationem debitę fuerunt. ex qua remissione colligitur vt etiam futuri temporis vel iure actionis vel offi. iu. non voluerit dominus negotiorum currere vsuras. Sed ar. contra. ff. de transac. l. qui cum tutoribus. Vel dic quod non erant debitæ per stipulationem, & remisit. sed quomodo quod nondum est debitum, remittitur? Respon. improprie dicitur pro pacto facto vt non currant, & ipso iure impeditur cursus futurarũ: vt. j. de ver. ob. cũ stipulatus sim mihi à Proculo. quia dixit dominus: si cõtigerit te gerere negotia mea, nolo q̃ tenearis ad vsuras, licet à te nõ exegeris.

m *Quia tantumdem.* Bene dico vsuras deberi quasi ex mora: quia tantumdem &c. vt hic, & j. depositi. l. Lucius Titius Sempronio. & j. lo. & cõduc. l. quero. circa prin. & insti. de ob. ex cõsensu. in fi. Est enim hęc actio bonæ fidei: vt insti. de act. §. actionũ. quandoq; tamẽ non simili modo tales iudicatur vsuræ, cum per officium debitæ petitio tollatur si non petãtur: vt C. depositi.

BIU Cujas

C.depos.l.iiij.sed non sic si per stipula.debeantur: vt infra,de eo quod cer.lo.l.centum.

a *Valet.* scilicet circa vsuras propter moram.

b *In stipulatione.* & in contractibus stricti iuris.

c *Eius.* scilicet vsuræ.

d *Si autem. Non exigebatur.* quia erat de coniunctis: vt.ff.de procu.sed & hæ. & l. Pomponius.in fin.&.j. de pac.do.l.ob res.§.fi. & diximus.ff. e.l. si pupilli.in fin.& no. quòd sicut huic imputat, sic illi cui fit mandatum, si postea non vult cauere de defendendo: quia tenetur mandati: vt ar. ff. de procu.l. ad rem. & l.ad legatum.

e *Facile.* alioquin ei imputari non posset:vt arg.infra,de bo.lib.qui cum maior.§.sed si minor.paupertas enim potest excusare: vt infra, mãd. si procuratorem. §.si ignorantes.

f *Indubitatũ est.* id est certum est,quod ei imputari debet quod à se non exegit.Azo.

g *Erit obligatus.* ante enim cœpit teneri hac actione, quàm finiretur prima: quandoque tamen hoc fallit:vt infra, eo.l.diuortio.§.sed nec redhibitoriæ.

h *Idem erit dicendum.* vt perpetuet actio contra hæredes.

i *Tenetur.* puta pœnali:vt in maleficiis:vt insti.de perpe.& temp. ac.§.non autem.

k *Item si fundum.* per obreptionem,forte dicens me habere mãdatum,cum non habere.

l *Oportuit.* errore,vel iudicis iniuria.Azo.

m *Non potuerim.* quia non habebam mandatum:vt ff.in eo.ti.si pupilli.in fi. & etiam quia pro parte indebitè petebam.Et sic no.gestorem omnia debere reddere quæ, scilicet vt gestor habuit.secus si aliàs:vt in procuratore dicimus: vt diximus supra de procu.qui proprio.§.procurator vt in cæteris.

n *Iudice.* vel quia noluit:vel quia non fuit petitum.

o *Reprobatæ.* per definitiuam sententiam: alioquin contra:quia non omnis vox iudicis, iudicati continet auctoritatem &c. vt.C. de sen.& inter.l.ex stipulatione.

p *Quasi.* expressiuum est veritatis.

q *Non posse.* scilicet efficaciter.

r *Opponenda est.* agenti contrario iudicio.Et not.quòd huius.§. distinctio approbatur : vt infra, de compen. l. quod in diem.§.si rationem.&.j.de contraria & vti. acti.tut.l.j.§.quid ergo. &.j.de doli except.l.apud.§.item quæritur. & ar.j.de ar.l. quid tamen.in prin.& insti.de inuti.sti.§.quotiens.Sed videtur reprobari:vt.C. si aduer.rem iu.l.j.quæ est contra.vbi dicit quòd nõ remanet petitio nisi iure ætatis, & tamen non fuit prohibita. sed dic immo fuit prohibita : in parte enim condemnauit : in alia absoluit.aliàs non valeret sententia:vt.j.de rec.arbi.dicere.

Si ex duobus.] CASVS. Duo habebant rem communem: volente me gerere negotia ipsorum, alter mihi prohibuit : an si iure illa communi administrauero , prohibentis facto non prohibens liberetur? Videtur quòd sic:quia eo exacto alter eo quòd socius est adstringitur.sed soluit in contrarium: quia si vno prohibente

dicis valet[a], quantum in stipulatione[b] nominatim eius[c] rei facta interrogatio.

VIII. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

SI autem is fuit, qui negotia administrauit, à quo mandatum non exigebatur[d] posse ei imputari, cur oblata de rato cautione eum non conuenit, si modo facile[e] ei fuerit satisdare. Certè in sua persona indubitatum est[f]. Et ideo si ex[ea] causa fuit obligatus, quæ certo tempore finiebatur, & tempore liberatus est:nihilominus negotiorum gestorum actione erit obligatus[g]. Idem erit dicendum[h] & in ea causa, ex qua hæres non tenetur[i]:vt Marcellus scribit.

Gestor tenetur totum reddere quod ad se peruenit.

¶ Item si fundum[k] tuum vel ciuitatis per obreptionem petiero, negotium tuum vel ciuitatis gerens, & ampliores quàm oportuit[l],fructus fuero consecutus: debebo hoc ipsum tibi vel reipublicæ præstare, licet petere non potuerim[m].

Sententia lata super exceptione inducit exceptionem rei iudicatæ si illud postea per modum actionis proponitur. Bartolus.

¶ Si quocũque modo ratio cõpẽsationis habita nõ est à iudice[n], potest contrario iudicio agi. Quòd si post examinationẽ reprobatæ[o] fuerint cõpensationes, verius est,quasi[p] re iudicata,amplius agi cõtrario iudicio nõ posse[q]: quia exceptio rei iudicatæ opponenda est.[r]

Prohibitio impedit hanc actionem oriri contra prohibentem socium : non contra alium non prohibentem.hoc dicit.

¶ Iulianuslibro tertio tractat,si ex duob[s] sociis[t] alter me prohibuerit administrare,alter nõ: an aduersus eum, qui non prohibuit, habeam negotiorũ gestorum actionẽ. mouetur[t] eo, ꝙ si data fuerit aduersus eum[u] actio : necesse erit, & eum perstringi[*xx] ꝙ vetuit. Sed & illud esse iniquum,eũ, qui non prohibuit, alieno facto[y] liberari: cum[&] si[z] mutuam pecuniam alteri ex sociis prohibente socio dedissem,vtique eum obligarem[a]. Et puto secũdum Iulianum debere dici, superesse contra eũ, qui non prohibuit, negotiorũ gestorum actionẽ: ita tamen, vt is, qui prohibuit, ex nulla parte[b] neque per socium,neque per [se] ipsum aliquid damni sentiat.

Difficilis lex est ista.& hoc dicit secundum glo.& communiter omnes. Vbi negotium gestoris ratũ habui, actio tollitur præterquam ratione doli,secundum Pomp.sed secundũ Scæuolam & Vlpianum durat ratione doli culpæ & reliquorum. h. d. cum principio legis sequentis. diuisionem & casum ponit glo. quæ legit istã legem per saltus.Ponuntur hic tria dicta Pomp.ſ. dictũ, exceptio, & ratio dicti. primum in prin.l. vsque ad ver.videndum secũdum in versi. sed superius. vsque ad versi. Scæuola.tertiũ in versi.sed eo dicto. vsque ad versi. quemadmodum. Cætera sunt dicta Scæuolæ & Vlp.reprehendentis Pompo.vt in glo. legas igitur primo omnia dicta Pomp.postea dicta aliorum secundum glo.Bart.

alteri mutuum detur,nihilominus accipiens tenetur:ita & hic: & ita in non prohibentem danda erit actio : & sic tenetur qui non prohibuit,quòd in nullo priuatur qui prohibuit.

f *Si ex duobus sociis.* alicuius negotiationis: qui societatem consensu fecerunt : vel dic quòd inciderunt in eam, quod quandoque euenit: vt inst. de obl. quæ ex quasi contractu.§. item si inter. in text. & glo.j.nam in sociis omnium bonorum nõ videtur habere locum hæc lex.

t *Mouetur.* scilicet Iulian[s] de seipso loquẽs. sic infra, so. ma. si vero.sic in euãgelio beati Ioan.

u *Eum.* scilicet qui non prohibuerit.

x *Perstringi.* scilicet iure societatis.

y *Alieno facto.* scilicet prohibentis. & dic *Alieno facto quãdo facto*, scilicet tali.nam *que quis lisæpe alieno facto quis beratur.* liberatur:vt infra,eod. * *pertingi* soluendo. & infra, de *Flo.* solu. l. si debitor tuus. & l.solutionem. & infra, de constituta pecu.l. vtrum . & hoc cũ scit me administrare. quòd si ignoraret, prohibitio socij vnius alium liberaret,secundum quosdam.

z *Cũ & si.* probat per simile.

a *Obligarem.* ergo & hic obligetur.

b *Ex nulla pte.* quia nullo modo conuenitur pro parte vna dimidia indiuisa, quã habet in re administrata, nec à gestore,nec à socio. sed si socius conueniatur pro sua dimidia, & satisfaciat gestori:nonne à socio repetere poterit dimidiã huius dimidię,cum hic vtiq; pariter profecerit: nam nec prohibuit nec prohibere potuit nisi pro parte vna dimidia? Respon.non,vt hic dicit. Item quia qui directo non tenetur, nec per obliquum debet teneri : vt.C.de vsur.rei iu.l.fi.Item quia prohibitio habetur pro eo ac si pro sua parte soluisset:vt.C.eo.l.fi.& infra,man.l. si pro te.sed tunc in nullo posset conueniri,nec ergo nunc. Item *Negligẽtia* iam vnius alteri negligentia noceret:quod esse non debet: vt.C. *vnius alte-* depositi.l.fin. Item facit huic.l.infra, de hære.instit.l.pater.& in- *ri nocere nõ* fra,de exerci. si tamen.§.planè.& infra, ad Mace. sed Iul.§.j.Sed *debet.* arg.contra.C.de duo.re.l.fi. ADDITIO. Tu dic quòd aliud est in ista prohibitione quæ habet vim particularis solutionis, & aliud in pacto,secundum Bartolum hic.

POMPONIUS.] CASVS in hac lege cum sequen.talis est: domũ meam fulsisti : seruum meum curasti : & ita negotium meum gessisti:& male sine mandato:ego autem cum sciui, habui ratum: quæritur an detur mihi neg.gest.act? Dicit Põpo.quòd neg.gest. act.tollitur.q.d.non potes agere neg.gest.act. secundum Pompo. per approbationem neg.gest.propter ratihabitionem.& est istud primum dictum. Secundum est quod excipit à primo dicto.dicit enim Pomp.hoc verũ est nisi dolus gestoris interuenit. Tertium dictum est quòd allegat rationẽ primi dicti. ſ. quòd ex quo factũ gestoris semel ratũ habuero:non potero venire cõtra:& sic sunt tria dicta Pompo.quæ colligas sic: Negotiũ meũ gessisti,& male:si ego ratum habuero, decætero non cõueniã te act.neg.gest. Et hoc est verum si dolum non commiseris.reprobare enim non

possum quod semel approbaui. Sed Scæuola dicit act. non tolli. quia pone nos esse in illo instanti quo negotium erat gestum: nō tamen adhuc fuit ratum habitum: quæro an nata fuit illa actio, an non? Si non de hoc loquimur hic, constat quòd nata fuit. si ergo nata fuit, qualiter nuda voluntate tollitur? non ergo tollitur, sed remanet post ratihabitioné actio: multo fortius debet hic remanere actio. Ité esto quòd nō remanet actio post ratihabitionem: qualiter à gestore recuperabo quod de meo ad eū peruenit: & qualiter recuperabit quod de suo in meo impendit? videtur q̄ non vllo modo. Cōcludit ergo Scæuola quinto loco q̄ remaneat actio neg. gest.

IX. SCAEVOLA libro primo Quæstionum.

POmponius scribit[a]: si negotium à te, quamuis male, gestū probauero[b]: negotiorū tamen gestorū te mihi nō teneri. Videdum ergo, ne in dubio hoc, an ratū habeam: actio negotiorum gestorum pendeat.[c] Nam quo modo cū semel cœperit, nuda volūtate[d] tolletur? Sed superius[e] ita verū se putare[f], si dolus malus à te absit[g]. Scæuola. immò puto, & si comprobem, adhuc negotiorum gestorum actionem esse[h]. Sed eo dicto[i] * te mihi non teneri, quòd reprobare nō possim semel probatū[k] †. Et quemadmodum[l], quod vtiliter gestū est, tam directa quam contraria. nam directa domino datur: contraria gestori post ratihabitionem, nisi specialiter sit actum vt neuter contra alium actionem haberet: vt in princip. l. seq. quæ continuatur cum ista. [IS AVTEM.] Ponit regulam quandam, & exceptionem ad regulam, quæ talis est: Ad hoc q̄ aliquis habeat neg. gest. act. & ea teneatur, sufficit quòd vtiliter incepit gerere, etiam si ad effectū non perduxerit. vnde si domum ædificauit vel fulsit, vel seruum curauit: licet postea perierit, & sic non habuerit effectum: hoc est ad vtilitatem domini: vel dic non habuit effectum, hoc est cum vtiliter sit cœptum, & vtiliter gestum, non tamen fuit consummatum, & hoc sine culpa gerentis: nihilominus tenetur neg. gest. act. Aliqui autem dicebant hæc fallere in casu puta domum incipiebas mihi ædificare: & sic vtiliter impendisti: si incepisti domum, & tam amplam fecisti, quòd si omnia quæ habere distraherem, sumptus quos fecisti, tibi refundere nō possem: in isto casu fallit regula: quia vtiliter fuit cœptū: inutiliter eōpletum. & tunc nō habet locū neg. gest. act. Sed oppositio illa falsa est: quia non fuit hic vtiliter inchoatū: vnde mirandum non est si actio non detur. vnde si incepi domum ædificare quæ non expediebat domino: tunc non habeo actionem. Viuianus.

a *Pomponius scribit.* Tria dixit Pompo. s. positioné, & exceptionem, & positionis rationem. Item. v. Scæuo. primo an sit in pendenti. secundo vbi aperte reprobat dictum primum Pomp. tertio reprobat per simile. quarto, per ratiocinationé indirectam. quinto concludit contradictioné oppositam primo dicto Pomp. Dic ergo quòd quidam gesit mea negotia sine mandato, quæ erant mea reipsa: vt seruum curauit, vel similia. postea ego sciens male gestum, habui tamen ratū vel intra me, vel cum amicis meis: quæritur, an tollatur actio neg. gest. dicit Pompo. quòd tollitur, nisi dolose gesserit. Et hoc ideo, quia non possum reprobare semel probatum. Scæuo. contradicit: aut actio nata erat antequam haberem ratum: aut non. si non erat nata: ergo nascetur si non habuero ratum. sed si ratum habuero, non nascetur. sic ergo probatur quòd ex voluntate nasceretur: quod esset incōueniens: & hoc capitulum non prosequitur hic. si vero erat nata, igitur non tollitur nuda voluntate. nam quomodo &c. remanet ergo si comprobem: præterea si compellor coram iudice habere ratum quod vtiliter gestum est: & tamen remanet actio: ita & cum sponte habeo ratum, debet remanere. Item si non remaneret, quomodo repetam à gestore cuius factū approbaui quod à debitore meo exegit? Item si vendit rem meā, & econtra ipse qua actione aget contra me? Concludo ergo quòd hæc habeat locum & mihi domino contra gerentē, & econtra gerendi cōtra me pro sumptibus: quā potest intētare & antequā cōueniatur directa: vt. j. l. pxi. in prin.

Quod approbo, non reprobo.

l *Potuisset*. scilicet domino negotiorum, etiam debita naturalia à se exigendo. Azo.

m *Non exegerit*. scilicet nũc cum liber est, & in eodem actu perseuerat.Azo.

n *In peculio*. scilicet quondam, quod nunc peculij nomen amisit. Io.vt.C.de inoffi.testa.l.fi.ibi, neque nomen.

o *Seruari potest*. nunc cum liber est. licet enim occasio sit id quod ipse fecit in seruitute, vnde teneri dicitur:nõ tamen propterea conuenitur:sed ex eo quod in libertate secutũ est. Sed si ita dixeris, non videtur bonum sequẽs simile de eo qui temporali actione tenetur. nã ille propter id quod intra sex menses non fecit, conuenitur.Respon. imò est, quia & ille conuenitur ideo, quia post sex menses in eodem actu perseuerauit: & ita qꝫ olim debuerat, & naturaliter remansit debitum, nomine domini non soluit. nec dico tamen omnino simile: quia isti temporali debitori etiam antequam finiatur actio, potest obiici culpa si habuerit vnde à se exigeret: vt infra, eod.l. diuortio. vel si non habuit, si tamen habet nunc vnde à se exigat, etiam finita prima actione tenetur hac actione: vt infra, eo.l.qui sine.Accursius.

p *AT qui natura*. ponitur pro sed certe. nam & cætera.nec aduersatur superiori dicto: sed continuat & addit. dixerat enim eum teneri tantum si aliquid habuerit in peculio factus liber, cuius & cætera. sed idem est & si nihil in peculio habeat factus liber: sed aliquid aliunde ex prospera fortuna,cuius retentionem & cætera.Et not.quòd quidam libri habent atquin, vt modo legimus: alij,atqui.& sunt duæ partes.

q *Habuit*.scilicet cum erat seruus & administraret.Azo.

r *Si postea habuerit*. ex prospera fortuna: vel qualitercumque cum iam esset liber factus, propter generalia verba huius.l. & superioris, quæ dicit bonam fidem eum debere præstare: sed hic forte idem est si fuerit continuata in libertate gestio. licet enim gestor naturale debitum non posit deducere:vt infra,de peti.hære.si quid possessor.§.sed & si ipsi.tamẽ debet soluere:vt hic. Sed alij contra:vt infra.§.proxi.

s *Perseuerans*. id est in eadem administratione.& intellige quãdo ex ipsa administratione in qua debitum naturale cœpit: aliàs non.vnde vis est in eo quod dicit, perseuerans. si enim naturale debitum semper à gestore esset soluendum: ergo idem esset & si non esset cõnexa gestio: qꝫ lex non voluit.vt supra, eo.l.eũ. Idẽ etiã diceretur & si præscrip.xxx.anno. essem liberatus, & postea gererẽ negotia:qꝫ esset iniquũ. sed secus vbi liberat gestor in gestiõe,sicut hic subiicit.nã hic naturale debitũ à se exigere debet.

t *Cogitur*.quamuis ab actione liberatus sit.

u *Scæuola*.quidam dicunt(vt M.& R.) qꝫ hic.§.corrigit qꝫ dictũ est.ẽa.l.&.ẽ.l.proxi.& illa dicũt fuisse dicta Sabini.Sed nos cõtra:quia hæc verba exponũt quę obscurè erãt dicta.ẽ.eo.l.eũ. §.plane.& licet hic faciat mentionem Sabin.& ibi non, dicas qꝫ Sabinus fuit illius sententiæ,quę in dicta.l.eum.continetur.Ac.

x *Appareat*.per subtilitatem iudicis.verbi gratia:quæretur quãdo cœpit gerere:item quando fuit manumissus:& postea quæretur quid gestum fuerit à principio gestionis vsque in diem libertatis:vt de reliquis teneatur, id est vt ipsi de peculio deducatur. Illud tamen quæri potest,si.c.alicui fabro promiserit seruus pro toto opere: & nondum finito opere sit manumissus:an tota videantur in seruitute expensa: quod videtur, vtpote cum semel dies pecuniæ cedit.secus si per varia tempora erant constitutę

BIU Cujas

mercedes.tunc enim prout vnoquoque tempore cedit dies pecuniæ, ita & adquiri videtur : vt infra,de vsufruct.sed & si quis. aliàs.l.adhuc.§.si operas.& infra , quando di.leg.ce.l.nec semel.§. nouissime.Azo.Sed contra dici potest,vt argu.infra, soluto matrimonio.l.diuortio.

a *Liberabitur.* sententia Proculi & Pegasi reprobata secundum M. & R.Sed tu dic si conueniatur quia consumpsit,debet absolui . sed si ideo quia fact⁹ liber non retinuit quod naturaliter debuit,contra est , scilicet si habet in peculio vel aliunde vnde soluere possit , non aliàs: vt suprà diximus. & quod dicit liberabitur, dic id est absoluetur à iudice ab act.neg. gest.non ita si cõueniatur furti eo quòd rem ex administratione retinet , cum noxa caput sequatur. & sic intelligitur,infra, depositi.l. j.§.si apud.quæ est contra.Iteꝫ concordat huic respon.supra,eo.l.cum. in prin . cum suis concordantiis.

b *Non fore* . imò videtur quòd sic : vt infra,commo.si is qui. §. fi.quæ est contra.Solu. vt ibi.

c *Non libera.*cũ ignoraret se liberum:& pro hoc induci poterat . j. de adquirẽ. re. do.l.liber homo . in fi.& infra , de bo . auct. iudi. possi.l.j.§.finali.

d *Vsucepisti.*quod facere potes:vt infra,pro empt.l.ij.§.procuratorem.

e *Et mihi rem* . scilicet seruet.

f *Committat.* ad quòd est necessaria sentẽtia: vt hic, & infra , de rei vin.l.vtique . sed contra videtur nõ esse necessaria sentẽtia:vt infra , de act.emp.l.emptorem.ij.respon. quæ est contra. Sol.ibi emptori & iudici erat manifestum:non tamen iudex tulerat sententiam adhuc . Vel erat manifestum per publicam famam[a] iudici & emptori rem esse euincentis , hic soli emptori.Vel melius hic non dicit esse necessariam sententiam vnde petita re & restituta committitur stipulatio, vt ibi dicit.secus si ignorauit, vt infra , de rei vin.vtique.quod per sacramentum calumniæ emptoris agentis de euict.ostendi potest.Item quomodo iurabit de calumnia emptor? Respon.bene:quia non facit animo calumniandi secundum Io. & pro eo est infra,de iniur.si quis de libertate.Puto tamen non sic concipi ipsiuran.calumniæ:vt perpenditur. C. de iura. calum.l. ij. & ideo dicas eum confiteri sine iuramento : & potest postea dari sententia: vt infra , de confes.l. Iuli.& infra, de custo.reo.si confessus.nec ob.infra , ad.l. Aquil. proinde.vbi in confessum innuit nõ dandam sententiã esse:quia aliter intelligitur scilicet non esse partes iudicis in cognoscẽdo. Item opponitur:quia ex tali sententia lata non videtur stipulatio committi. nam iste gestor negotiorum potest illi subiecto agenti obiicere quòd non habet mandatum:quod cum non fecerit, videtur quòd non agat de euictione:vt infra,de eui.si rem quam.§. si duplæ.&.l.si dictum.§.si compromisero.versi.si cum posset.quę sunt contra . Sol.dicunt quidam quòd hic debet subiicere vnum de his qui sine mandato agere possint:vt supra , de procur.l . sed

uitute admissam in obligationem reuocet . Itaque si inueniatur , vel malo more pecunia in seruitute erogata , liberabitur.[a]

Necessitas vera vel putatiua impedit actionem mandati: non autem negotiorum gestorum. Bartolus.

¶ Si libero homini,qui bona fide mihi seruiebat,mandem, vt aliquid agat:non fore[b] cum eo mandati actionem, Labeo ait: quia nõ libera[c] volũtate exsequitur rem sibi mandatam: sed quasi ex necessitate seruili. Erit igitur negotiorum actio : quia & gerendi negotij mei habuerit affectionem:& is fuit, quem obligare possem.

Gestor negotiorum potest ignoranter rem domini vsucapere, & si ante vsucapionem completam scientia superuenerit , debet facere à se eunci , ne hac actione teneatur. Bartolus.

¶ Cũ me absente negotia mea gereres,imprudens rem meam emisti, & ignorãs vsucepisti[d]: mihi negotiorum gestorum vt restituas, obligatus non es. Sed si antequam vsucapias,cognoscas rem meam esse : subiicere debes aliquẽ , q̃ à te petat meo nomine:vt & mihi rem, [e] & tibi stipulationem euictionis cõmittat[f]. nec videris dolũ malum facere in hac subiectione. ideo enim hoc facere debes,ne actione negotiorum gestorum tenearis.

In actione negotiorum gestorum directa & contraria habetur ratio vsurarũ. Bar.

¶ Non tantum sortem, verumetiam vsuras ex pecunia aliena perceptas,negotiorum gestorum iudicio[g] præstabimus: vel etiam, quas percipere potuimus[h]. Contra quoque vsuras, quas prẽstauimus[i], vel quas ex nostra pecunia percipere potuimus , quam in aliena negotia impendimus : seruabimus[k] negotiorum gestorũ iudicio.

Gerenti negotia captiui competit actio contra eum si reuertatur: vel cõtra hæredes eius. Bartolus.

¶ Dum apud hostes esset Titi⁹, negotia ei⁹ administraui.postea reuersus est.negotiorum gestorum mihi actio[l] competit: etiamsi[m] eo tempore quo gerebãtur,dominũ nõ habuerũt.

XX. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

SInautem apud hostes constitutus, decesit: & successori,& aduersus successorem eius negotiorum gestorum [actio] directa & cõtraria competit.[n]

Quod vnus pro alio redimendo cogitur soluere, recuperat hac actione. Barto.

XXI. PAVLVS libro nono ad Edictum.

NAm & Seruius[o] † respondit(vt est relatũ apud Alfenũ libro trigesimonono Digestorum) cũ à Lusitanis[p] tres capti essent, & vnus ea conditione missus,vti pecuniam pro tribus adferret,& nisi rediisset, vt duo pro eo quoque pecuniam darent,isque reuerti noluisset, & ob hanc causam illi pro tertio quoque pecuniã soluissent: Seruius respondit* æquũ esse prætorem in eum reddere iudicium[q].

a *Bar.in.l. pe. ff.de cõdi. institu. & Ang.in l.Titius. ff. quibus modis pignus vel hypo.tacit. cõtrahi. & vbique scribẽtes reputant istã gl.singu.ad hoc q̃ vi factis de anti quo ꝓbatur ꝓ famã: & maxime de minium rerum nostrarum.Bolo.*

a & hæ.in princip.&.l . Pomponius.in fi . Tu respondeas quatuor modis. Primo quòd ideo facit vt act.neg.gest.non teneatur:& ita culpam potest committere vt fraudem repellat : vt infra,de lega. ij.cum pater.§. Titio.& infra , ad Trebel.l.recusare.l. vj.§.pen. Secundo quia omisi exceptionem declinatoriam iudicis,non solutionis.& sic non nocet: vt infra,man.si fideiussor conuentus.§. quædam. Tertio quia ex quo lex hoc permittit fieri, per consequẽs & hoc permittit quòd alieno nomine & sine mandato agat. Quarto etiam quia fecit gratia sui iuris conseruandi: vt infra, de iniur.si quis de libertate.

g *Iudicio.* scilicet directo : & quantęcunque sint:vt infrà, de in rem ver.si res domino.

h *Potuimus.* si dominus negotiorum consueuit fœnerari , non aliter:vt infrà , de vsu. qui semisses.§.fi.sed hodie non puto hunc tali casu teneri:cum sit peculiũ fœnerari : vt infrà,man.l. Quintus. & in auth.vt hi qui ob.§. quoniam.col.vj.

i *Præstauimus* . si plus commodi quàm vsurę colligunt attulimus:vt infrà,de vsur. & in cõtraria.& ad hoc respõ. facit,infra, pro socio.l. si vnus.§ . pe . & infra, man. si vero non re.§.

o *Nam & Seruius.*bene dixit, si aliquis gesit negotia capti, quid iuris sit:nunc si vnus captiuorum gesit,dicit.

p *A Lusitanis.*qui hostes erant Romani imperij , & facit infra, de do.inter virum & vxo.si id quod donatum.§.j.Sed quid si hostes non essent? Respõ.idem mmlto magis, quia liberi promittũt. Sed quid si nondum promiserant:detentator vero sic dicebat q̃ non aliter eos dimitteret quàm si darent.x . postea vnus dimissus est ob aliquam necessitatem, præstito sacramento quòd rediret: alter postea soluit.x. nunquid agetur contra alium nego . gest? Respõ.non. nam neque re neque ipso gestu vel cura, vel sollicitudine erat eius negotium,nisi ratihabitione:ipse vero ratum nõ habet,neque debet haberi pro rato quod nõ vtiliter gestum est. Azo.at in casu huius.l.erant isti tres naturaliter obligati & retenti,non ciuiliter,cum pro seruis haberentur . vnde factum est negotium ipso gestu alienum, secũdum H.Vel dic quòd hic in casu huius.l.agitur mandati,vt statim dices.

q *Iudicium.*scilicet mandati.mandauit enim retentis vt pro eo soluerent.alioquin nõ daretur mandati,nec neg.gest. illo nõ habente ratum.Vel dic quòd compellitur habere ratũ:quia ipso gestu fuit suum negotium:vt infra, eo.soluendo. Sed nonne habet exceptionem perpetuam : vt infra , quod me.cau.l. pe.ergo imputatur eis si non se opposuerunt : vt infrà , man.si fideiussor?

Sed re-

BIU Cujas

Sed respondetur quòd non potest opponi: quia coguntur non opponere. Sed oppono: ergo fit eis iniuria. & sic adhuc eis imputatur: vt infra, de euic. si per imprudentiam. Sed respon. hanc iniuriam propter illius factum habent.

a *Ex obligat.* cum vicem personæ sustineat: vt instit. de stipu. seruo. in prin. & infra, de adqui. re. do. hæreditas. Et no. quod patet hic quòd hæc actio du

In negotiis hæreditariis non inspicitur persona hæredis: sed oritur obligatio tãquã cuiuslibet esset negotium. Bartolus.

¶ Bal repu tat ipsi ius. qui post ad hoc petit quo ad qd alius se tem. & idem dicitur in mei aliquis vtili actione neg. gest. tuitiua ha quæ contra furioli cu ratorem datur. idem rudicati nõ que & in curatore im matur puberis. sed secus in a positea ob ctione tutelæ: vt infrà, conditionẽ de tute. & ra. detra. si hæredis. & iste tex. hoc tutor. in fin. & l seq. In bene probat curatore adulti dic q̃ cũ gl. Bal. non pro tota administratione: vt. C. de administratione tutorũ. l. secũda & l. rationes. sed p aliqua specie sic, vt furti: vt infrà, de admi. tu. l. cum curatore. C. de admi. tu. l. rationes. in hoc tamẽ pa rificatur curator tutori: quia neutrius stipulatio, scilicet rem pupil. sal. fo. vel adolescẽtis, cõmittitur, nisi negotia geri incipiant: vt infra, rem pu. sal. fo. l. non quasi. §. illud. &. §. si quis. Azo.

¶ Qui negotia hereditaria gerit, quodammodo sibi hæreditatem, seque ei obligat[a]: ideoque nihil refert, an etiam pupillus hęres existat[b]: quia id æs alienum cum cæteris hæreditariis oneribus ad eum transit.

Mors domini est iusta causa noua negotia non inchoandi: non autem ab inceptis desistendi. hoc dicit.

¶ Si viuo Titio negotia eius administrare cœpi[c], intermittere[d] mortuo eo non debeo: noua tamen inchoare necesse mihi non est, vetera explicare, ac cõsummare necessarium est: vt accidit, cum alter ex sociis mortuus est. Nam quæcunque prioris negotij explicandi causa gerentur[e], nihilũ refert, quo tempore consummẽtur[f]: sed quo tẽpore inchoarentur.

Qui negotia aliena gerit per alium, hac actione tenetur ac si ipse gessisset. Bar.

¶ Mandatu tuo[g] negotia mea Lucius Titius gesit. quòd is non rectè gesit: tu mihi actione negotiorum gestorum teneris: non in hoc tantum, vt actiones tuas præstes[h]: sed etiã (quòd imprudenter eũ elegeris[i]) vt quidquid detrimẽti ne-

b *Existat.* nec enim ex persona hæredis cõditio stipu. immutatur: vt infrà, de verb. obli. l. ij. §. j. & infra, de iu. fisc. si fiscus. & infra, de insti. l. si quis man. §. si impubes. versi. eius. &. C. de hære. ac. sub prętextu. & C. de his quibus vt indig. lege Polla.

c *Capi.* quasi omnia gesturus, scilicet quæ inuenit, nõ quæ postea emerserunt.

d *Intermittere.* id est inchoata dimittere.

e *Ceruntur.* scilicet ab hærede mortui.

f *Consummentur.* scilicet ante mortem vel post mortem: quia semper consummanda sunt ex quo inchoata sunt: sed interest in quo tempore inchoentur: quia hæres socij non tenetur noua inchoare: licet vetera perficere debeat: vt infra, pro socio. l. hæres socij. & ad hoc infra, de damno infect. l. damni. infra. §. si is. & C. de hære. tu. l. j.

g *Mandato tuo.* quia mei contemplatione mandasti.

h *Præstes.* quia non ideo teneris quòd actionem habeas. nam tunc delegatio esset pro iusta præstatione: vt infra, de pec. l. q̃ debetur. Sed in casu etiam si non ideo tenearis quòd actionem habes, tamen cedendo liberaris: vt infra, depo. l. si is apud. quæ est contra. Sol. ideo ibi, quia solus dolus in illa actione venit qui non fuit ibi: licet apud alium depositarius deponat.

i *Elegeris.* punitur qui male eligit: vt hic, & infra, loca. & cõ. cum in plures. §. seruum. in fi. §. & infra, si mensor fal. mo. di. l. j. §. hæc actio. & infra, de fur. si quis vxori. §. apud Labeonem. vel melior ratio, quia mandator gessisse videtur: vt infra, de vi & vi ar. l. j. §. deieciſſe. & infra, de admi. tu. ita autem. §. gessisse. Accursius.

Siue hæreditaria.] CASVS. Quodcunque negotium gesse ro: siue hæreditarium, siue aliud quodcunque, sufficit si vtiliter gerere inchoaui, licet ad effectum non perduxerim: quia semper habeo nego. gest. act. & recuperabo precium, quamquã id quod emi perierit sine culpa mea. nam si frumentum ad opus familiæ comparaui. & id postea perierit, & culpa mei gestoris, dicitur quòd act. non haberem, nec recuperarem precium cum

A debeam condemnari propter culpãm: non meum conseruare.

k *Alicuius.* etiam pupilli: vel cuiuslibet minoris, vt infra, de sol. l. in pupillo. §. plane. & infra, de mino. verum. §. sciendum. versi. item non restituitur.

l *Consequi.* totum quantumcunque sit: vt infra, de in rem ver. l. si res. nec imputabitur gestori leuis culpa quòd plus dederit: vt supra, eo. l. iij. §. interdum. secũdum Ioan. & H. Quod reprobo secundum Azo. in vtroque casu: quia non vbicũque datur actio de in rem ver. & ista: sed econtrario verum est: vt infra, de in rem ver. l. iij. §. in rem. versic. siue cum seruus. item hic non erat desertum negotium: & ideo leuis culpa venit. non ergo repetet totũ si plus dederit culpa etiam leui: vt infra, eo. si quis negotia.

B

In negotio gesto necessario quicũque casus superueniens non nocet gestori, nisi culpa præcedat casum. hoc dicit. Vel aliter: Ex eo ex quo quis debet puniri, non debet præmium cõsequi. Bartolus.

XXII. GAIVS libro tertio ad Edictum prouinciale.

SIue hæreditaria negotia, siue ea, quæ alicuius[k] essent, gerens aliquis, necessariò rem emerit: licet ea interierit, poterit quod impẽderit, iudicio negotiorum gestorum cõsequi[l]: veluti si frumentum aut vinum familiæ parauerit, idque casu quodam interierit, fortè incẽdio, [vel] ruina. Sed ita scilicet hoc dici potest, si ipsa ruina vel incendium sine vicio † eius acciderit. nam cum propter ipsam ruinam, aut incendiũ dãnandus sit, [m] absurdum est, eũ istarũ rerũ nomine, quæ ita cõsũptæ sint, quidquã cõsequi[n].

Negotiorum gestor tenetur domino restituere quod eius nomine exegit, ietiam si sit indebitum. sed si indebitũ soluit, à domino non recuperat. Paulus.

C

XXIII. PAVLVS libro vicesimo ad Edictum.

SI quis negotia aliena gerẽs, indebitũ exegerit: restituere cogitur[o]. De eo autẽ quod indebitum soluit[p], magis est, vt sibi imputare[q] debeat.

m *Damnandus sit.* cũ ea ipsius vicio euenit. & dic damnãdus in a- † *Iste tex.* liis damnis, non frumẽ- *est no. secũ-* ti vel vini. *dũ Bal. ad*

n *Consequi.* id est, nõ repetit expensas. Sed an in frumentum damnetur? Respon. non, sic enim bis puniretur. Itẽ quid si pro vino dedit decem: & tunc quando periit, valet. v. an alia. v. repetet? Hæc lex innuit quòd non: ibi, nam cum & cætera. sed forte secundũ hanc distinctionem intelligitur. No. ergo quòd expensas non repetit, sed contra suprà. e. l. debitor. vbi fuit in culpa, & tamẽ repetit. sed ibi in alia re commisit culpã, scilicet in deponendo: in alia fecit expensas. hic autem circa idem. Item no. hic argu. quòd eodem ex facto non debet quis pœnam & præmium reportare: vt infra, ex quibus cau. ma. si cui. in prin. & in glo. cum crimen. & infra, de arbi. ita demũ. & de inter. & rele. relegatorũ. §. fin. & l. seq. in gloss. & infra, de le. j. si domus. & infra, de mino. auxilium. in fi. & infra, sol. ma. si ab hostibus. §. j. in glo. j. in fine. & infra, de hære. insti. si quis solidum. & infra, de noxali. si communis familia. &. C. de hæreti. & Mani. & ibi glo. fi. l. curiales. &. C. de decu. ne quis. in

hoc qđ cul- pa dicitur esse vicium: & sic non solũ dolus est vicium: sed & ipsa culpa. hoc addito qđ male facere est culpa. l. fina. & ibi. Bal. ad quẽ me remitto. C. mã. Bol.

a *Illud po- tiꝰ occasione qua ratiõe cotigit: nec est ibi p mo dũ pramii: sed quasi p modum pos sibilitatis se cũdũ Bal.*

D

¶ Si quis.] CASVS. Si gestor negotiorum indebitè exegerit, id domino reddere debet. & si indebitum soluerit ille gestor, à domino non consequetur: ab eo tamen cui soluit, sic.

o *Cogitur.* aliter in peti. hære: vt infra, de peti. hæred. si possessor. j. §. ait senatus. versic. bonæ fidei. & est ratio: quia ibi suo nomine exegit: hic domini. Accursius.

p *Soluit.* alicui quem credebat creditorem dñi, cum non esset.

q *Imputare.* No. non esse eandem rationem contrariorũ: vt hic, &. s. de pcu. l. qui pprio. §. procurator vt in cæteris. sed certè hęc non sunt cõtraria: quia quãdo soluitur gestori, duo interueniũt. s. quòd soluitur, & q̃ dominus habeat ratum: at quando soluit gestor. tm vnũ. s. quod soluitur: non aũt dns ratum habet. si autẽ ratum haberet, essent contraria, & esset eadẽ ratio. Quare ergo hæc lex fecit differentiã? Rñ. respexit quod plurimum solet euenire. s. quòd dominus habeat ratum quod soluitur gestori, quàm econtra: ar. supra, de leg. & senatusc. on. l. nã ad ea, si autem ratũ habeat, ipsi soluenti repetitio datur contra dominum ratum habentẽ per

Cõtrariorũ non est eadem ratio.

actionem

actionem neg. gest. at modo. id est in casu huius. l. contra ipsum cui solutum est: vt supra, eo. si pupilli. §. item quæritur. Alij dicunt quod quãdo soluitur gestori, quòd dominus ratum habere compellitur: sed non quando ipse gestor soluit: vt ar. supra, eo. Pomponius. & in hoc faciunt huius legis differentiam.

Si ego.] CASVS. Hæc lex de gestore sine mãdato loquit, non de procuratore. dic ergo: Debeo tibi x. gestori negotiorum tuorum ill. x. solui. nõ statim proprietas illius pecuniæ tibi adquiritur: sed ita demum si ratum habueris quod gestori tuo solui: & liberabor, postquam habueris ratum.

Per solutionem factam gestori non liberatur soluẽs, nec dominium adquiretur creditori, nisi ratihabitione secuta. Bartolus.

XXIIII. IDEM libro vicesimo quarto ad Edictum.

SI ego hac mente pecuniam procuratori [a] dem, vt eaipsa creditoris fieret: proprietas quidem per procuratorem nõ adquiritur [b]: potest tamen creditor, etiam inuito me ratum habendo, pecuniã suam facere [c]: quia procurator in accipiendo creditoris duntaxat negotium gessit: & ideo creditoris ratihabitione liberor [d].

XXV. IDEM libro vicesimo septimo ad Edictum.

SI quis negotia aliena gerẽs, plusquam oportet impenderit: recuperaturum eum id, quod præstari debuerit [e].

Officiales publici licet respectu reipub. alter pro altero teneatur, non tamen respectu priuati ad quem negotium in veritate spectat. Bartolus.

XXVI. MODESTINVS libro primo Responsorum.

CVm alicui ciuitati [f] per fideicommissum restitui iussa esset hæreditas: magistratus actores horum bonorum Titium & Seium & Gaium idoneos creauerunt. postmodum hi actores inter se diuisérũt administrationem bonorum: idq; egerunt [g] sine auctoritate & sine consensu magistratuum. post aliquod tempus, testamentum per quod restitui ciuitati hæreditas fideicommissa esset, irritum probatum est pro tribunali [h]: atq; ita ab intestato Sempronius legitim⁹ hæres defuncti extitit. sed ex his actoribus vnus non soluendo [i] decessit: & nemo hęres eius extitit. quęro, si Sempronius conueniat actores horum bonorum, periculũ inopis defuncti, ad quos pertinet? Herennius Modestinus respondit: quod ab vno ex actoribus, ob ea, quę solus gessit [k], negotiorum gestorum actione seruari non potest: ad damnum eius, cui legitima hęreditas quæsita est, pertinere [l].

Gestor expensas voluptarias non repetit. Bartolus.

XXVII. IDEM libro secundo Responsorum.

EX duobus fratribus, vno quidem suæ ętatis, alio verò minore annis, cum haberent communia prædia rustica, maior frater in saltu communi, habente [m] habitationes paternas [n], ampla ędificia ędificauerat: cumq; eundẽ saltũ cũ fratre diuideret, sumpt⁹ sibi quasi re meliore ab eo facta desiderabat, fratre minore iam legitimæ [o] ętatis cõstituto. Herẽnius hæredi illius: & dicebat id testamentum nullius momẽti in quo fuerat hæreditas ciuitati restituta. vnde bona hæreditaria petiit & obtinuit: & incepit exigere istorum administrationes. demum alter ex administratoribus [p] factus est nõ soluendo, puta Titius: & decessit nullo hærede relicto. quæritur an alij duo administratores sint conueniendi in eo in quo iste qui factus fuit non soluendo tenebatur? Et dicitur quòd nõ, sed damnum hæreditatis ad legitimum spectat hęredem: non ad alios administratores. tantum recuperat ab aliis administratoribus.

a *Bal. dicit istã glo. fore singu. ad quã aduerte vt hic in interpreta. Bolog.* *Procuratori.* scilicet debitoris, vt dicunt: vt arg. infra, de do. inter virum & vxo. si sponsus. in prin. Alij dicunt creditoris. Tu dic secũdum Azo. quòd hic erat gestor negotiorũ creditoris. & sic impropriè procurator dicitur: vt supra, de procu. l. Plautius. non autem erat procurator negotiorum debitoris. accipiebat enim hic gestor pecuniam vt potius exequeretur officiũ quod gratis & sine mandato gerendum acceperat: quàm vt debitoris vellet suscipere mandatũ: alioquin debitor mandatum suum re integra reuocaret: quod hic negatur: vt insti. de man. §. recte. integra dico, vel quia non tradidisset, vel quia de tradendo se non obligasset [a]: vt infra, man. l. Quintus. & infra, de consti. pecu. l. vtrũ præsente. §. vnde falsam. præterea quomodo creditor ratum haberet si non est suo nomine gestum: vt supra, eo. si pupilli. §. sed si ego.

b *Non adquiritur.* immò videtur quod sic adquiratur: vt infra, de adqui. re. do. si procurator. quæ est contra. Sol. hic non erat procurator, sed gest. & sic ratihabitio expectatur: sed in procuratore non, secundũ Azo. vt ar. ff. de condic. inde. l. indebitam. & ff. de adqui. pos. cõmunis seruus. §. j. Alij dicũt quòd ibi erat specialiter ad hoc constitutus: hic erat generalis, vel ad alia cõstitutus à creditore: vt primo casu etiã sine ratihabitione quæratur dominiũ, secũdo non. & secundũ hãc proprie ponitur hic procurator.

c *Suam facere.* sed an eoipso quòd ratum habeat, statim quæritur sibi dominium vel possessio, vel vsucapiendi condictio? Respon. ita, vt hic aperte dicit: & quia ratihabitio retrotrahitur: vt C. ad Maced. l. fin. & quia talia per procuratorem quæruntur: vt C. per quas perso. no. adquir. l. j. & infra, de adquir. pos. l. j. §. per procuratorem. & l. possessio quoque. §. & si possessio. & de reg. iur. hoc iure. §. deiecit. Item cuius interim est? Respon. debitoris forte: vt ar. infra, de vi & vi ar. l. cum fundum. & infra, de fur. l. falsus. §. j. Sed quomodo ergo postea transit ad creditorem? Respon. ratihabitione, quæ retrotrahitur ac si à principio fuisset adquisita. argu. tamen contra, infra, rem ra. ha. l. pe. Cui respon. quia ibi videtur possessionem bonorum repudiasse: quia tacuit per totum tempus quo potuit peti. vnde non trahitur ille casus retro. Vel forte nullius est interim.

d *Liberor.* vt hic, & infra, de sol. qui hominem. §. si gener.

Si quis.] CASVS. Gessisti negotia mea: & plusquam deberes impendisti: puta debebas. x. impendere: & tu. xx. impendisti. Dicitur hic quòd tu recuperabis id quod tu debebas impendere: non vltra. id est, consequeris. x. tantum, & non vltra. Viuianus.

e *Debuerit.* & non vltra vt hic, & supra, de procu. l. qui proprio §. procurator vt in cæteris. & infra, man. diligenter. & l. idemq; §. idem Labeo. & infra, eo. l. quæ vtiliter. in prin. & infra, ad Maced. l. sed Iul. §. proinde. versi. quod dicitur.

Cum alicui.] CASVS. Patersfami. decessit, me instituto hærede: & rogauit me vt hæreditatem ciuitati alicui restituerem. hæreditatem restitui. ciuitas tres administratores creauit qui bona hęreditaria administrarunt: scilicet Gaium, Seium, & Titium. isti administrationem diuisérũt: & quilibet pro portione sua gessit: postea apparuit quidam qui dicebat se hæredi

f *Cum alicui ciuitati.* quę sit sub imperio populi Romani: vt ff. ad Treb. l. omnibus. Azo.

g *Egerunt.* aduersus debitores hereditarios.

h *Pro tribunali.* scilicet iudice cognoscente. & hoc quia testator fuit capite minutus forte: vt insti. qui. mo. test. infir. §. alio.

i *Non soluendo.* scilicet factus post depositam administrationẽ, secundum H. vt statim dices.

k *Solus gessit.* siqua enim negligẽtia communi perierunt, æqualiter ad omnes spectat periculum: vt infra, de admi. tu. l. tutores qui. §. in eum. & l. tres tutores.

l *Pertinere.* immò ad magistratũ: vt ff. de admi. tu. l. Lucius. §. Sempronij, quę est contra. Sol. hic fact⁹ est non soluẽdo postquã legitimus hęres obtinuit: ibi ante, secundum Azo. & H. Vel aliter, ibi possidebat respu. occasione debiti: hic autẽ pro suo. vnde cũ tanquam in re propria constituit curatores: non est ita imputandum magistratibus sicut ibi: arg. ff. sol. ma. l. etiam. §. j. Vel illud fauore pupillorum. vel hic subito lapsus fuit: ibi non: ar. ff. eo. tit. l. si rem. Sed quare etiam alij duo non tenentur pro eo qui non est soluendo: nam sic ciuitati tenebantur in solidum? Respon. non, secundum Ir. quia ciuitati quidem ex officio tenebantur etiam antequam gererent: hæredi autem ex sola gestione teneri cœperunt.

Ex duobus.] CASVS. Duo fratres Titi⁹ & Seius habebãt prędiũ cõmune: Titius erat maior. xxv. Seius minor. Titius magnas ędes & amplas in area hęreditaria fecit: postea cũ istud prędiũ & alias res paternas deberent diuidere: petebat iste frater qui ędificauit, sumpt⁹ quos fecerat in ędificãdo: an posit, quęritur. Et rñ. q̃p si fuerũt necessarij, illos repetit: si voluptarij, non repetit: sicut hic. [TITIVM.] Si filiam sororis meę aliqua pietate ductus nutriui: hoc nomine non habeo act. vt repetam sumptus.

m *Habente.* id est, continente.

n *Paternas.* id est à patre factas.

o *Legitimæ.* scilicet. xxv. an. vt. C. de his qui ve. æta. impe. l. fin.

p *Administratoribus.* alias

aliàs ad diuisionem prouocare non posset: licet posset prouocari: vt hic, & infra, de re. eorum. si pupillorum.

Expensa a voluptuarias non repetuntur negotiorum gestorum.

a *Non habere.* quia scilicet voluptarij fuerunt: vt hic, & infra, de pig. ac. l. si seruos. sed abra sio conceditur: vt no. supra, eo. l. si pupillis. in prin. item hoc si non fuerit promercalis, id est, venalis res quæ facilè corrumpitur.

Modestinus respõdit, ob sumptus nulla re vrgente, sed voluptatis causa factos: eũ, de quo quæritur, actionẽ nõ habere[a].

Expensæ factæ causa pietatis non repetuntur. Bartolus.

VTitium, si pietatis[b] respectu, sororis aluit filiã: actionẽ hoc nomine contra eam non habere[c], respondi.

Pro eo pro quo quis obligatus est, agit hac actione antequam soluat. Bartolus.

B

XXVIII. IABOLENVS libro octauo ex Cassio.

SI quis mandatu Titij negotia Seij gesit, Titio mandati[d] tenetur: lisque æstimari debet, quanto Seij & Titij interest. Titij autẽ interest, quãtum is[e] Seio prẽstare debet, cui vel mandati, vel negotiorum gestorũ[f] nomine obligatus est. Titio autem actio cõpetit cum eo, cui mandauit aliena negotia gerenda, & antequam ipse quicquã domino præstet: quia id ei abesse videtur[g], in quo obligatus est.

Cestum nomine ventris deuoluitur in actione tutelæ posthumo nato: vel in actione negotiorum gestorum. hoc dicit. Rationem huius legis in primo casu videre est facile: in secundo est ratio: quia posthumus habetur pro nato, dum tractatur de statu & commodo suo: vt supra, de sta. ho. l. qui in vtero. Bartolus.

C

XXIX. CALLISTRATVS libro tertio Edicti monitorij.

CVm pater testamẽto posthumo tutorem dederit[h]: isque tutelam interim administrauerit[i]: nec posthumus natus fuerit[k]: cum eo non tutelę, sed negotiorum gestorum erit agendum[l]. Quòd si natus fuerit posthumus[m], tutelæ erit actio: & in eam vtrumq; tempus veniet: & quo, antequam nascereturinfans, gesit[n]: & quo postea, quàm natus sit.

Sicut inter collegas coæqualis potestatis est actio negotiorum gestorum: ita si sunt potestatis inæqualis. Bartolus.

XXX. IVLIANVS libro tertio Digestorum.

EX facto[o] † quærebatur: quendam ad siliginem emendam curatorem decreto[p] ordinis cõstitutũ: eidẽ [que[q]] alium subcuratorem constitutum, siliginem miscendo corrupisse[r]: atque ita pretium siliginis, quę in publicum empta erat, curatori adflictum[s] esse: quaque actione[t] curator cum subcuratore experiri posset, & D

† *Bal. hic reputat istũ tex. esse val de nota. ad hoc quòd si sunt duo efficiales in vna & eadem administratione, quorũ vnus est maior 25. an. & alius est minor: negligẽtia minoris nocet maiori: & minor tenetur ex facto maioris. Aduerte, quia iste tex. si bene & subtiliter intueatur, hoc no probat: vt hic in secundis interpreta. Bolog.*

Proceden-dum est de similib⁹ ad similia.

a *Bal. hic c. mãdat. ipsã sũ. vt. C. de nup. patrẽ. & ibi no. ad hoc quòd ex personarũ qualitate & sumptibus factis præsumitur pietas: vt plene dices, infra, de do. inter vi. & vxo. vtrum. Acc. tutius vel non præsumitur pietas: quod est Seij: & gesi. & malè teneor Titio mandati, qui mandauit vt gerederem negotiũ eius. & rem, in id quod Titius debet, quòd est obligatus Seio: & id à me gestore exigere poterit Titius: quia liber bonis. ff. de ob. ex. q. 2. ca. si quis libe.*

b *Pietatis.* vel amicicię: vt. ï. eo. is qui.

c *Habere.* a nisi in casu: vt. C. de nup. patrẽ.

d *Mandauit.* si Titio mandasset: vt. ï. manda. si procuratorem. §. si tutores in fi. §. & C. eo. si mandatum.

e *Is.* scilicet Titius.

f *Negotiorum gestorũ.* cum non fuerit mandatum.

g *Videtur.* Not. illud abesse in quo quis est obligatus: vt hic, & infra, ad. l. Fal. quod de bonis. §. ex donationibus. & insti. de ob. ex quasi contra. §. tutores. etiam si sub condi. debetur: vt infra, de leg. j. l. plane. j. §. quòd si rem. in fi. Sed argu. contra, infra. fol. ma. l. facere.

b *Solue secundũ Bar. quòd erat obligatus sub conditione, sed pure.*

h *Dederit.* quod potest facere: vt insti. de tu. §. cum autem.

i *Administrauerit.* scilicet de facto.

k *Fuerit.* vel natus, sed non viuus: vt infra, de verbo. signifi. l. qui mortui.

l *Agendum.* scilicet vtili: vt infra, de tu. & ra. detra. l. posthumo. & infra, de testa. tute. si nemo. ij. §. fi. & supra, eo. l. iij. §. hac actione. Et aget ille qui successit in locum posthumi, forte substitutus, vel alius legitimus hæres: vt infra, de testa. tu. l. si nemo tutorum §. testamento.

m *Quòd si natus fuerit posthumus.* & viuus.

n *Gesit.* quia iam pro nato habetur: vt supra, de sta. homi. l. qui in vtero. Patet ergo quòd ex postfacto declaratur hãc actionem non competiisse, & tutelæ actionem dari: vel econtra hanc competiisse. sic infra, de reb. dub. l. quædam. interim ergo potest dici dubium: quia contingens est de futuro. est tamen certum præsenti veritate inspecta, scilicet quòd detur actio negotiorum gestorũ: vt infra, de testa. tute. l. si nemo. ij. §. testamento. sicut dicimus in captis ab hostibus: vt insti. qui. mo. ius patriæ pot. sol. §. si ab hostib⁹. Accursius.

Ex facto.] CASVS. Potestas Boñ. ordinauit aliqué qui prę-esset frumento communitatis: & ei dederat subcuratorem: qui subcurator immiscuit arenam vel lolium: & surripuit tantum frumenti: propter quod curator malè vendidit frumentum: & damnificata est ciuitas: quod dãnum compellitur curator resarcire: sed habebit regressum aduersus subcuratorem per act. negotiorum gestorum. & hoc ad similitudinẽ tutoris pro contutore soluentis. nã recuperat à contutore pro quo soluit. q. d. subcurator tenetur negotiorum gestorum. soluenti. Idem dicit in duobus magistratibus si alter pro altero soluere cogatur. habebit ergo alter aduersus alium act. nisi vterque consentiens fuerit.

o *Ex facto ferebatur.* scilicet tali quod dicebatur, quendam &c. Accursius.

p *Decreto.* Decurionum.

q *Eidemque.* sup. quendam eidem &c.

r *Corrupisse.* scilicet subcuratorem: qui ideo subcurator dicebatur, quia minorem habebat potestatem quàm alius: & ei obedire necesse habebat: non autem vt sit eius curator: & qui est in cura, alterius curator esse non potest: vt. C. de leg. tu. l. fi. quæ est cõtra.

s *Adflictum.* id est, damnum pretij quod totũ consequi non potuit. Azo. fuit enim conuentus curator ab ordine: cui restituit iste curator de sua bursa iustum pretium corruptæ siliginis.

t *Qua actione.* ecce quod quærebatur. respon. altius exorditur quàm incepit: quia quærit de subcuratore: & respondet de tutore & magistratu, & de subcuratore. Dic ergo in pluribus tutoribus si vnus soluit pupillo id in quo alter deliquit (quia & ipse tenetur, vt infra, de tute. & ra. detra. l. j. §. nunc tractemus) repetit per actionem vtilem neg. gest. vt hic, & C. de in lit. dan. tu. l. ad litem. & C. de contrario iu. tu. l. ij. in magistratu dicas quòd si vnus soluit reip. damnum quod collega intulit, repetit per vtilem actionem neg. gest. cum & ipse conueniri pro hoc possit: vt hic subiicit, & infra, de admi. re. ad ci. perti. l. ij. §. ius reipublicæ. vtroque enim istorum casuum facit alterius negotium ipso gestu: vt. j. eo. soluendo. idem ergo fit in subcuratore: vt subiicit. Et sic not. quòd procedendum est de similibus ad similia: vt supra, de legi. & senatusconsl. nam vt ait. &. l. non possunt. Sed si ita est in prædictis tribus casibus: cur non eodem modo fideiussori contra fideiussorem datur actio: vt infra, de fideiusso. l. vt fideiussor? Respon. quia ex proprio arbitrio & mera voluntate obligatur: sed tutor ex necessitate, & magistratus. Item fideiussor liberat confideiussorem non officio gestionis, sed natura obligationis. Item fideiussor habet actionem contra eum pro quo interceesit: vt infra, man. l. ex mandato. ADDITIO. Istam secundam rationem glo. approbat Pau. hic, quòd fideiussor soluẽdo liberat alterum non officio gestionis:

BIU Cujas

gestionis: quia non soluit contemplatione alterius fideiussoris, nec vt illum liberet: sed contemplatione principalis debitoris vt illum liberet, & etiam se liberet. ergo liberato principali sequitur etiam liberatio alterius fideiussoris: quia non potest accessoria remanere sine principali sublata principali: & hoc non est de officio gestionis quod habet producere hanc actionem: sed est ratione cuiusdã consequentiæ: vt patet, infra, de dolo. l. si fideiussor. in fi. vbi est bonus tex.

Cõscius fraudis nõ agit.

a *Conscius fraudis.* non agit conscius fraudis: vt hic, & infra, de dolo. si duo. & infra, de inst. ac. sed & si pupillus. §. de quo. in fi. versi. sed si ipse. & de tute. & ra. detrà. l. j. §. nunc tractemus. & supra, de eo per quem fac. est. l. fi. §. j. & C. de li. cau. l. si filium.

Liberto.] CASVS. Titius mãdauit mihi quòd mutuam pecuniam acciperem, nõ tamen à quo: & à quodam pecuniã mutuam accepi, puta à Seio: & ostendi forte ei literas quas mihi Titius misérat de pecunia mutua accipienda. Dixit Seius quòd contemplatione Titij mutuaret: & pecuniam numerauit, fideiussoribus acceptis: qui contẽplatione Titij intercesserunt similiter: & eã in vsus proprios conuerti. tam creditor quàm fideiussor habebit act. neg. gest. aduersus Titium. [*INTER NEGOTIA.*] Fuisti curator vel procurator Titij: accessi ad negotia tua gerenda. dum ea gererem: gessi & Titij propria negotia adulti tui. teneor tibi ac. neg. gest. non solum nomine propriorum negotiorũ tuorum, sed adulti. vnde cauere debes de præstando me indemnem si forte adultus me conueniat. idem est si eras tutor Titij, & gessi tua & sua negotia propria. [*LITEM.*] Conueni Titium in iudicio: & litem sum contest. Titius se fraudatorie absentauit. vnde cum pluries fuisset citatus, nec comparuisset: voluit eum iudex condemnare. quidam eius amicus pro eo verba faciebat: & petiit vt non condemnaretur, sed expectaretur. iudex eum tandem condemnauit, nec amicus pro eo appellauit. dictus Titius reuersus vult eum conuenire act. neg. gest. Dicitur quòd non potest: quia ille amicus appellare non tenebatur pro eo. sed pone quòd amicus iste plenam subiit defensionem: & fuit condemnatus. dicitur quòd appellare debuit.

†Vide omnino quæ not. Inno. extra de fideiuss. c. qꝫ quibusdam. & quod idẽ Inno. in. ca. causã quæ. ad fi. extra qui fi. sint legi.

b *Mandauit.* scilicet aliquis per literas.

c *Mutuam.* scilicet à quocunque.

d *Cuius literas.* scilicet mandãtis. q.d. contemplatione eius scilicet qui misit literas liberto vel amico, mutuauit creditor. sed si creditori essent missæ, tunc mãdati cõtraria: vt. C. man. l. si literas.

e *Eius.* scilicet mandantis.

f *In eum.* scilicet mandantem.

g *Fideiussori.* si soluerit.

h *Ad exemplum institoriæ.* institoria enim proprie locũ non habet: quia non negotiationi, scilicet pecuniis dandis & accipiendis: sed tantum vni pecuniæ. & tantum ad accipiendum fuit iste præpositus: vt infra, de insti. l. cuicunque. §. j. & l. in eum. & ideo dicit, ad exemplum. Vel dic ideo quia non fuit præpositus cum ea solennitate qua olim: vnde ad exemplum antiquæ solennitatis. & secundum hoc vera institoria datur. vel refertur ad fideiussorem tantum vt agat hac actione ad exemplum institoriæ: cum illa fideiussio sit sequela: vt infra, de insti. l. cuicunque. §. si ei quem. in fi. §. principalis vero creditor vera institoria. Et vt plene videas, dic vt diximus, supra, eo. si pupilli. §. item si procuratori.

i *Inter negotia.* Casus iste secundum antiquos ponitur in eo qui negotia mea cum mandato gerebat: & alia alterius cum eis coniuncta mei contemplatione gessit. de vtrisque mihi, & ego sibi consequi, id vt ei salutum esset, quod causa eius damnum cepisset. Valerius Seuerus respondit, aduersus contutorem negotiorum gestorum actionem tutori dandam. Idem respondit, vt magistratui aduersus magistratum eadẽ actio detur: ita tamen, si non sit conscius fraudis a. secundum quæ etiam in subcuratore idem dicendũ est.

Ex facto procuratoris datur vtilis institoria contra dominum. Bart.

XXXI. PAPINIANVS libro secundo Responsorum.

LIbero † vel amico mandauit b, pecuniã accipere mutuam c. cuius literas d creditor secutus contraxit, & fideiussor interuenit. etiam si pecunia nõ sit in rem eius e versa: tamen dabitur in eum f negotiorum gestorum actio creditori vel fideiussori g, scilicet ad exẽplum institoriæ h actionis.

Actio competens contra eum ad quem negotium spectat cura & solicitudine: non impedit actionem oriri contra eum ad quẽ

negotium in veritate spectat: licet eius contemplatione non sit gestum. Bartolus.

VInter negotia i Sempronij, quæ gerebat k, ignorans Titij negotiũ gessit l. ob eam quoq; speciẽ Sẽpronio tenebitur m. Sed ei n cautionem indemnitatis officio iudicis prẽberi o necesse est aduersus Titium, cui datur actio p. idem in tutore q iuris est.

Qui allegat causas absentiæ: non condemnatur, nec appellare tenetur: secus in eo qui venit ad plenam defensionem: licet post litem contest. hoc dicit. quem. §. no. Bart.

VLitem in iudicium † deductam r, & à reo desertam, frustratoris s amicus vltro egit t, causas absentiæ eius allegans iudici u. culpã contraxisse non videbitur quòd [à] sententia x cõtra absentem dicta ipse non prouocauit. Vlpianus notat: hoc verũ est: quia frustrator y condemnatus est. Cæterùm z si amicus, cum absentem defenderet, condemnatus negotiorum gestorum aget a: potetenemur mandati actione. sed contra, supra, eo. item. §. j. Sed ibi loquitur de act. neg. gest. hic de actione mandati. Item ibi omnia negotia erant alterius, hic non, sed mandantis cuius contemplatione gerebat: & erant sua propter coniunctionem. & sic non est contra. Item contra, supra, eo. si pupilli. §. si quis ita simpliciter. in fin. §. in eo quòd ibi dicit, sciens: hic, ignorãs. & tamẽ hic subiicit Titio dari ac. neg. gest. sed subaudi, maxime. & qꝫ hic subiicit, idem in tuto. & cura. subaudi, qui gerendo negotia pupilli, & alterius negotia cum illis iuncta gessit. Tu aliter pone casum primũ in procuratore vel curatore, hoc modo: quia aliquis gessit negotia Sẽpronij, qui scilicet Sempronius erat curator vel procurator Titij: & interea etiam Titij. & quod sequitur, idem in tu. &c. eodẽ modo dicas: quia † gerendo negotia tutoris, gessit etiam pupilli. & secundum hanc positionem expone literã.

D

n *Sed ei.* scilicet Sempronio, secundum Io. sed tu dic verius. id est, gestori quem dictum est teneri Sempronio, secundum Azo.

o *Præberi.* à Sempronio, secundum secundam casus positionem.

p *Actio.* scilicet neg. gest. secundum primũ casum. Sed est contra, infra, man. l. si mandauero. ij. §. si curator. in fi. §. vbi dicit dari in factum, & denegari actionem istam. Sol. quidam dicunt intelligi de actione ad exhi. & l. Aquil. & de aliis similibus, non neg. gest. Sed tu dic quòd hic in rem ipsam cuius negotia sunt, est impensum: ibi autem erat suum ratihabitione. & hoc plene dixi. s. e. si pupilli. §. si quis ita simpliciter. Alij dixerunt, quòd licet hic nesciret cuius essent, sciebat tamen quòd non erant Sempronij. vnde hic error in persõnam non tollit hanc actionem. secus si crederet esse tantum Sempronij: vt in contraria. l. sed media solu. verior est.

q *Idem in tutore.* scilicet quod diximus quando est curator: vt si hic Sempronius fuit tutor Titij. Accursius.

r *Litem in iudicium deductam.* id est, contestatam.

s *Frustratoris.* i. eius qui per frustrationem aberat. Accursius.

t *Egit.* primus est casus in eo qui tantum absentię causam dicit: quod potest quilibet: vt supra, de procura. seruum. §. publicè. & l. absens. & hic secundus quando plene defendere vult: quo casu ipse condemnatur, vt hic dicit, nomine scilicet domini. dic ergo, litẽ &c. quo secũdo casu si nõ appellauit gestor, sibi imputat. Ac.

t *Egit.* large ponitur pro eo qui defendit: vt supra, de eden. l. j. in princi.

u *Iudici.* non autem volebat plene defendere.

x *Sententia.* id est, à sententia. & sic supple. Accursius.

y *Frustrator.* non autem amicus: quia solum absentiam frustratoris excusabat. Ioan.

z *Cæterum.* hunc casum secundum ponit M. quando à prin. cum hoc defensore fuit lis contest. aliàs non deberet damnari: vt. C. de sen. & inter. om. iudi. l. j. Sed tu dic secũdum Io. retento eodem casu, quando scilicet interuenit lite deducta in iudiciũ. i. lite contestata: & tamen condemnatur, vt statim dices: & non solum excusabat, sed etiam principaliter defendebat.

a *Aget.* ad condemnationem, & ad sumptus: & hoc cum habuit mandatum. aliàs ad sumptus non agit: sed ad id quod condemnatus fuit,

BIU Cujas

tus fuit, si soluit: vt infra, iudi. sol. iam tamen. §. in hac. & C. man. l. etiam. & sic no. ex hac. l. quòd etiam is qui defendit sine mandato, licet post lit. contesta. interueniat, tamen debet condemnari, non is quem defendit: quòd in vero procuratore (licet quidam dicant contra) omnino admitto. fit enim contra dominum executio sed in defensore, siue à principio, siue post lit. cõtest. interueniat. nam vtrobique inuitũ sic liberat etiam nolẽte creditore actore: si tamen iudi. sol. promittat: quia & ipsum iurare de calum. dico secũdum Azo. & fit quædam nouatio: vt dixi C. de iur. prop. calum. dan. l. ij. §. finautem. dico enim cum damnan-

† *Bal.* hic dum, vt plerẽque leges dicit ipsum velle videntur: vt. ff. de *nex. sing. ad hoc quod* procu. l. minor. §. quoniam &. j. de re iudi. si *executor vl* cum procuratore. &. j. *prima volũta* de iudi. l. de qua re. §. j. *in excedens* &. j. de sol. l. solutionẽ. *nes man-* & insti. de satisf. §. si ve- *dati: & sic* ro reus. si autem certũ *plus expen-* esset actori competere *dens quam* actionem, non tollitur *debet: non* ipso inuito per alium *potest repe-* stipulãtem: vt. j. de no- *tere ab he-* ua. si Stichum. §. fi. ad. l. *rede: & sic* autem. C. de sen. l. j. re- *ipsa exac-* spõdeas iudicio, id est, *tio mandati* sententiæ.

Habet fines a *Posset.* & deberet: vt *sine formã* quia bonam causam ha- *taxationis.* bebat: vt. j. de admi. tut. l. quotiẽs. §. sicut. Et not. hic quem debere *pro quo cõ-* appellare. sic &. j. man. si procuratorem. §. si ignorantes. &. C. de *cur. text. &* procu. l. inuitus. Sed ar. contra. j. ad Syllania. l. ,,ppter veneni. §. fi. *bene facit* *Qui aliena.*] *CASVS.* Gessisti negotia mea: & ex negotiis pe- *in. l. sed &* cuniam redegisti. si illam in vsus tuos conuerteris: nec in mora *si quis. §. sed* fueris: vel alij eam fœneraris. vel si pecuniam fœnerare solitus *si quid. ff.* fuit: superexistẽtis pecunię vsuras prẽstare teneberis, deductis ne- *de relig. &* cessariis impensis quas tibi compensabit. [*LIBERTOS.*] *sum. fa. &* Decessi, & præcepi hæredibus meis vt liberto meo centum da- *in. §. & est* rent, vt mihi faceret monumentum: ipse libertus impendit centũ *quæsitum. si* &. l. Dicitur hic, quòd non consequitur iste libertus ab hæredi- *aut minus* bus meis nisi centum. [*TVTORIS.*] Tutor meus gessit tute- *expedit. te-* lam meam: & decedens filio suo impubere hærede instituto sibi *netur ves-* filio tutorem dedit: tutor ille immiscuit se negotiis meis geren- *dum vesti-* dis. non agam tutelę, sed neg. gest. contra tutorem. filius enim im- *mere here-* pubes tutoris mei non tenebitur pro administratione quam fecit *di. Bolog.* iste tutor post mortem patris sui: sed tenebitur pro eo quod pater eius malè administrauit. [*QVAMQVAM.*] Paterfamilias reliquit vxorem, & filiam ex ea, & decessit: & istum filium matri commendauit: postea perpendit mater quòd filius multas habuit actiones alias: vnde actores quosdam ad act. illas voluit ordinare ista mater. Dicitur quòd non potest: quia ipsa agere non potest. Item res filij alienare non potest: nec debitores filij matri soluendo liberantur. [*VNO.*] Habebam prædium cui dicebam seruitutem aquæ ducendæ à prædio quod erat tibi & Titio commune, deberi: vnde proposui confessoriam: Titius negauit seruitutem deberi, opponendo negatoriam. quęritur an Titius qui communem causam defendit, habeat act. aduersus te nomine expensarum in causa factarum? Dicitur quòd habet act. neg. gest. Vel pone quòd Titius egit aduersus aliquem confessoria. dicens seruitutem prædio communi deberi à prædio Mæuij. ille actor quòd in litem expendit, repetet à te per act. neg. gest.

b *Pargatis.* per compensationem. nam vsque ad concurrentes quantitates cessat vsura: vt infra, de cõpen. l. cum alter. &. l. idem. Item quod dicit vsuras superexistentis pecuniæ præstari, intelligę si dominus cõsueuit fœnerare, non aliàs: vt infra. de vsu. l. qui semisses. §. j. vel vertit in vsus suos: vel alij eam fœnerauerit: vel fuit in mora. ff. eo. at qui natura. §. nõ tantũ. &. C. de vsu. l. si mater.

c *Necessariis.* & vtilibus: vt. ff. eo. sed an. §. is autem qui. &. j. eo. l. fi. §. fi. secus in voluptariis: vt supra, eo. ex duobus. j. respon.

d *Superest.* apud gestorem. Accursius.

Titius pecuniam † creditoribus hæreditariis soluit, existimans sororem suam defuncto hæredem testamento extitisse. Quamuis animo gerendi sororis negotia id fecisset: [in] veritate tamen, filiorum defuncti, qui sui hæredes patri sublato testamento erant, gessisset: quia æquum est in damno eum non versari, [n] actione negotiorum gestorum id eum petere placuit.

Qui contemplatione procuratoris gerit negotium quod spectat ad dominum, solum vigore mandati contra dominum actionem non habet. secus si contemplatione domini gesserit. Bartolus.

XLVI. AFRICANVS libro septimo Quæstionum.

Mandasti filio meo, vt tibi fundum emeret: quod cum cognouissem, ipse eum tibi emi. puto referre, qua mēte nego. gesto. repetere posim? Dicitur quod sic. [QVI PVRE.] Seruus meus negotia mea me viuente administrauit: decessi: & libertatem ei pure in testamento reliqui. Dicitur hic quod non tenetur reddere rationem administrationis quam gessit me viuente, siue liber factus sit, siue non. [TITIVS.] Titius fecit testamentum, * & sororem suam instituit hæredem. ego credens eam hæredem solui creditoribus hæreditariis. postea testamento rupto per querelam inofficiosi, venerunt filij defuncti ad successionem paternā ab intestato. an quod solui, repetere posim à filiis testatoris per actio. nego. gesto. quæritur. Et dicitur quòd sic, licet animo gerendi negotia sororis gessi † si sine solui: cum veritate inspecta fuerint ne gotia filiorum defuncti. Viuianus.

i *Sumptus.* factus honestè.

k *Ad honores.* id est propter honores.

l *Obtingētes.* id est obueniētes per gradus sigue gradatim: repetitur: vt hic dicit. honores enim per gradus deseruntur: veluti de minoribus ad maiores [a]: vt infra, de mu. & honor. vt gradatim. &. l. honor municipalis. §. gerendorum. Alioquin casum videtur appetere qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quę rit ascensum: vt in decre. distin. xlviij. c. sicut Neophytus. Sed quomodo honeste fiunt tales sumptus? Respon. olim emebantur honores secundum quosdam: sed hodie est contra: vt infra, ad. l. Iul. ambi. l. j. Vel dic quòd palam etiam hodie possunt peti: vt infra, de polli. l. j. §. j. Aliæ autem expensæ secundum consuetudinem fiunt, de quibus indubitabiliter hic potest intelligi: vt in authen. vt iudi. sine quoquo suffra. §. hæc autem omnia. colla. ij. & authen. scriptum est exemplar. colla. ij. & de san. episco. §. si quis autem episcoporū. versi. pro consuetudinibus. colla. ix. & infra, de peti. hær. l. fin. & infra, pro soc. l. si societatem vniuersarum. §. fin. &. C. de proxi. sa. scrin. l. vnicuique. lib. xij. Sed quid si simoniace dedi pro aliquo, & habet ratum: vel eius mandato dedi: an habeam actionem? Respon. non: vt infra, man. l. si remunerandi. §. si passus. versi. rei. &. l. si vero non re. §. si adolescens. Sed argu. contra infra, de in rem verso. l. iij. §. necnon.

m *Qui pure.* secus si sub conditione reddendarum rationum legetur libertas: vt infra, de condi. & demon. l. si cui libertas. &. l. cum seruus. sed videtur quòd si non apponatur hæc conditio, tamen rationem reddere teneatur: vt. C. de peti. hære. l. fin. §. pe. quæ est contra. Sol. ibi speciale est contra seruum: quia pro eo aliud eadem lege inducitur, scilicet vt ex falso testamento sit liber. Vel hic directam: ibi fideicommissariam accepit libertatem. Vel hæc per illam corrigitur. sed prima verior est.

n *Non versari.* aliàs non morari. & supple, cum melius alia actio competere non posset. alioquin mala est ratio: quia secundum eam pro omni damno competeret hæc actio: & ita concurreret cum actione. l. Aquil. quod est falsum. Azo. similis lectura, supra eo. l. fideiussor. in fin. Item no. hic quod indebitum solutum quo ad soluentem, sed illi debitum cui soluitur, non repetitur ab eo cui est solutum: vt hic, & infra, de condic. inde. l. repetitio. & supra, eod. cum pecuniam. & infra, de iudi. l. de qua re. §. fin. &

Simoniacè dans pro aliquo, non repetit.

infra,ad Vell. quanquam . in fin. & infra, de pig. act. solutum.§. solutam.versi. vnde.Sed contra.ĵ. de condict.inde.si pœnæ cau-

a *Hãc sol. sequitur Barto.* sa.§.j.Sol.[a] hic soluit nomine hęreditario,ibi nomine proprio.& ideo repetit indebitum . licęt enim hic contemplatione eius qui non erat hęres,soluit:nomine tamen hęreditario soluit.sic & bo. si.pos.licet sui contemplatione semper soluat, tamen quandoq; suo, quandoq; hæreditario soluit nomine:vt. ĵ. de pe.hęre. quod si possessor.&. l. si quid possessor.sed &si hic soluisset nomine sororis,& hæres ratum haberet:non ipso iure,sed per exceptionẽ liberatur: vt. ĵ. de peti. hære.cp si possessor.&. l. si quid possessor . & hoc secũdum Azo.sed Bul.& Io.aliter legem istam intelligunt.nam dicunt eã habere locum cuiuscunq; nomine sit solutum: vt plene dixi.s̈.eo.si pupilli. §. quid ergo inquit. vel dic, aut suo nomine:& tunc cõtraria.aut hæreditario:vt.ĵ. l. fin. aut nomine tertij . & tunc est idẽ quod hic.

* *Quæ tibi necessaria. Flo.*

Mandasti.] CASVS. Filio meo mandasti vt fundũ vel rem aliquam tibi emeret.ego hęc sciens emi. dicitur quòd refert an emerim contẽplatione tui : quia forte sciui illum fundum tibi fore necessarium:& erit locus act.neg.gest.& tu teneberis mihi,&ego tibi insolidũ.Si vero emi ne filius qui mandatũ suscepit de emendo,mandati teneretur ex persona sua,habeo act. mãdati cõtra te: & tu aduersus me habebis de peculio.si vero alicui extraneo vt emeret mandasti,& contẽplatione sui emi, ne iudicio mandati teneretur:habes aduersus illum extraneum neg.gest.act. & ipse aduersus te mandati:& econtra.hæc sunt vera si filio meo mandasti vt pro te fideiuberet. nã distingue vt.s̈.cuius contẽplatione gessi.

a *Aut Titio.* cuidam extraneo.Accursius.

b *Mandati.* per filium mihi quæsita.

c *Actionem.* mandati.

d *De peculio.* i.mandati de peculio. imò insolidum debet teneri pater:vt & tunc quando tutelam filij quia erat tutor agnouit : vt ĵ.de tute.l.si filius.quæ est contra.Sol.pater de peculio ex filij persona tenetur:vt hic. & nihilominus ex sua tenetur insolidum , vt fideiussor:quia ratũ videbitur habuisse:vt ibi, & infra, quod iussu.l.j.§.si ratum.&.j.ad munici.l.ij.vel speciale est ibi fauore pupillorum:vt videatur agnoscere tutelam datiuam. non autem sic in testamentaria:vt.ĵ.de admi.tu.l.Lucius Titius . Vel hic protestatus est contra. id est, quod nollet habere ratum mandatum in præiudicium sui.vel si non esset protestatus:si tamen ob hoc principaliter gerebat,vt sibi obliget filium, non vt habeat ratum, tenetur de peculio tantum, vt hic. sed ibi non filium obligari sibi, sed factum filij ratum haberi volebat.Vel verius dic,hic gessit pater:vt nec ipse per filium,vel filius qui mandatum susceperat, teneretur.ibi econtra vt teneretur.Vel hic vt extraneus gessit quod filius erat facturus, ad instar domini fideiubentis pro seruo : qui nõ tenetur ob hoc,quod iussu:cum aliud sit iubere &c.vt.ĵ.quod iussu.l.j.§.sed & si.versi.quid ergo. Sed ad quid pater de peculio conuenitur? Respon.si interfit domini negotiorum potius emi à filio, quam à patre:quia cautius emisset.idem si dicatur filius cõmisisse culpam , vel ego pater . nam si quid culpabiliter pro filio gessi filio ratum habẽte(quod potest, quia suum est negotiũ cura & sollicitudine)& suo nomine gessi:ipse videtur culpam commisisse quã ego commisi:& ideo ex eius persona de peculio teneor: vt hic dicit.si vero ratũ non habeat male gestum à me, tunc nec ipse tenetur si non fuit in culpa,ex eo quod non gessit : nec ego: sed si dolo feci ego pater,insolidum teneor:vt.ĵ.commo.l.iij.§. si filio.secundum Azo. bene gestum autem à me ratum habere cõ-

A pellitur filius:vt.s̈.eo. l. Pomponius . cum eius sit negotium cura & sollicitudine:vt dixi.sic.s̈.eo.l.si pupilli.in prin.

e *Quia & si Titius.* scilicet extraneus.Azo.

f *Et ego pro te fideiusserim.* nam distinguitur vt.s̈.cuius contemplatione fideiussi:& sic etiam intelligitur infra, man. si vero non re.§. si filio . prædicta autem probat ad instar extranei:quia si proponatur &c.

g *Meq;.* scilicet proponatur.

h *Impediretur.* scilicet culpa sua:vel voluntaria causa . nam si casu, non tenetur mandati: nec dicet per me fideiussorem liberari. Azo.

i *Fideiuberet.* cum suscepisset Titius mandatum fideiubendi : aliàs non teneretur Titius, Azo.

k *Actio.* aduersus Titium tantum, secũdum quosdam . Alij dicunt quod contra vtrunq; : sed malè dicũt omnes: quia hoc est recipiendum cum distinctione quã.s̈.proxi.fecit,scilicet cuius cõtemplatione fideiussi.

Actio.] CASVS. Regulariter datur act. nego. gesto. ei cuius interest: non refert agat quis directa vel vtili.formulę enim sublatæ sunt hodie. Itẽ eundem effectum habet vtilis vt directa. q. d.inter solẽnem & non solennem non est differentia:quia eundẽ habent effectũ.Vel aliter dic hunc casum:quia non est differentia inter directã & vtilem : quia tantũ per vnam quantum per aliam cõsequitur:quia directa datur sponte geréti:& vtilis datur geréti ex necessitate.& sic duobus modis ponitur casus huius.l.Viuia.

l *Actio.* duobus modis pone casum.Primo,quia inter directam, id est,solennem & vtilem. i. quæ sine solennitate datur, non est hodie differentia:vt supra, de origine iur.l.ij. §. omnium. &. C. de formu. l. j. &. ij.nam omnes hodie extra ordinem iuris,id est extra antiquam solennitatẽ proponuntur:vt hic dicit, & insti.de interdict. §. fi. Secundo dicas quòd non est differentia inter directam.id est eam quæ venit ex verbis legis & mente : & vtilem, id est, eam quæ venit tantum ex mente:& datur ex verbis & mẽte spontaneo gestori: vt supra, eod. l.j. & insti.de oblig. quæ ex quasi contra.in prin . ex mente tantum , vt illi qui ex necessitate gerit, vel ex necessitatis suspicione:vt supra.eo. l.iij.§.hac actione. &. C . eod. l. curatoris . Sed certe imò inter talem vtilem & directam refert : quia qui putat se tutorem vel curatorem, etiam de gerendis tenetur: vt infra, de admini. tuto.l. tutores. §. curator. versi. qui se.&.§.tutor. secus in gestore: vt. C. eo. l. tutori. & supra,eod. l. iij. §. interdum. Item hæres curatoris non tenetur nisi de dolo & lata culpa defuncti, nisi lite contestata: vt. C. de hære.tu.l.j.secus in hærede gestoris:vt.s̈.e.l.iij.§ . hoc autem. Responderi potest quod tantum consequitur quis per vnã quantum per aliam quando competit : non tamen dico quod totiens vna quotiens alia detur.Sed prima positio verior est.

m *Directa.* id est solenni.

n *Vtili.* id est non solenni.

o *Superuacua.* per tit. de formulis.C.secundũ primam positionẽ.

p *Maxime.* hæc dictio,maxime, secundum vtrãque positionem abundat. sic. C.de ma. test. l. fi. §. ij.aliàs enim innueret quòd aliquando vtraque non haberet eundem effectum,quod esset falsum. Vel dic quod non abundat : vt dicas, superuacua est maxime &c.id est illa maxima &potissima ratione.quia vtraque actio &c.& sic aduerbium,maxime,conuertitur in nomen.

Ignorante.] CASVS. Soror mea contraxit matrimonium cum Titio:& dotem dedit:& stipulatus sum dotem sororis meæ mihi reddi. si soror mea velit vt sibi actio cedatur vt maritus liberetur:poterit hoc consequi per neg.gest.actionem.Viuianus.

Ignorante.

is aliqua de causa impediret[h], quo minus fideiuberet[i], liberandæ fidei eius causa fideiussisse:negotiorũ gestorum mihi competit actio[k].

Inter actionem propositam cum solennitate vel sine, non est differentia.hoc dicit secundum vnam lectu. & nullum contrarium habet.Secundo legitur vt dicas, inter actionem directam & vtilem non est differentia in effectu. hoc dicit.

B XLVII. PAVLVS libro primo Sententiarum.

ACtio[l] negotiorum gestorum illi datur, cuius interest hoc iudicio experiri. Nec refert,directa[m] quis, an vtili[n] actione agat,vel conueniatur. quia in extraordinariis iudiciis, vbi conceptio formularũ non obseruatur, hæc subtilitas superuacua[o] est, maxime[p] cũ vtraq; actio eiusdem potestatis sit,eundemq; habeat effectum.

Quia habet actionem pro alio ad eius petitionẽ debitorem cogitur liberare. Bart.

C XLVIII. PAPINIANVS libro tertio Quæstionum.

BIU Cujas

a *Ignorante.* non tantum sciente. Azo.
b *Stipulatus.* scilicet nomine sororis.
c *Vt virum liberet.* quia remittere ei vult. idem si velit sibi cedi actionem: vt infra, man. l. idemque. §. si cui. & idem si alio quocunque modo mutaret obligationem: vt infra, de iure do. l. mulier. §. fin.

Item.] CASVS. Vendidi tibi seruum meum, qui seruus secum portauit rem meam. rem illam alij vendidisti: postea res illa periit: agam aduersus te negesto. act. ad pretium quod ex re mea percepisti. Sed pone, credebam me hæredem in testamento: tu eras institutus: vnde legata in testamento relicta de meo solui: habeo contra te act. neg. gest. quia per solutionem es liberatus. & sic ponit duos casus secundum Io. Sed Azo dicit quod hæc. l. ponebat tres casus. Primus est quando res periit. Secundus est quãdo res est vsucapta. Tertius quando alius soluit legata. Sed secũdum positionem Azo. qui dicit rem furtiuam vsucapi, ob. infra, de vsuca. l. sequitur. §. quod autem. sed secundum positionem Io. in ver. ait. vbi dicit quòd res furtiua non potest vsucapi: sed ipse dicit quòd nõ erat furtiua, sed aliter apud ipsum emptorem erat vel fuit. Viuianus.

* Fla. lege tus soluisses quandoque de ea solutione liberaret † De hac materia vide Archi. q. 1. a. fr.

IGnorante[a] quoque sorore, si frater negotium eius gerẽs, dotem à viro stipulatus[b] sit: iudicio negotiorum gestorum vt virum liberet[c], iure conueniet̃ur.

Negotium non meo nomine gestum in subsidium rẽ peremptã vel præscripta possum habere ratum vt mihi hæc actio concedatur. Bartolus.

XLIX. AFRICANVS libro octauo Quæstionum.

SIrem, quam seruus vendit[e] subripuisset à me venditore, emptor vendiderit[d]: eaque in rerum natura esse desierit: de pretio[e] negotiorum gestorum actio mihi[f] danda est: vt dari deberet, si negotiũ quod tuum esse existimares, cũ esset meũ[g], gessisses: sicut ex contrario[h], in me tibi daretur, si cum hereditatem, quæ ad me pertinet, tuã putares, res tuas proprias* legatariis soluisses[i]: quandoquidem[k] ea solutione liberer[l].

DE CALVMNIATORIBVS †.

d *Vendiderit.* suo nomine, & putãs eam esse peculiarem: & ideo suam, quia seruus fuerat venditus sibi cum peculio. Azo. Et pone casum duobus modis. Primo vt sint tantummodo duo responsa in lege ista. Secundo quod sint tria: vt statim dices exponendo literam.

e *De pretio.* rei à seruo surreptæ: & ab emptore venditæ.
f *Mihi.* ratum habenti in subsidium re perempta, non aliter secundum Bul. vt diximus. ff. eo. l. si pupilli. §. sed si ego. Est & alia ratio necessaria, quæ adest: quia iste emptor habet pretium eius rei venditæ ex causa lucratiua: vt infra, si cer. pet. si eum seruum. & quod sequitur, vt dari &c. incipit secundum casum.
g *Cum esset meum.* credebas ergo tuum quod erat meum ipso gestu: vt quia creditori meo soluebas: vt statim ponit exemplum: sicut econtrario &c. secundum Io. Aliter enim si esset meum negotium vel ratihabitione, vel ipsa re, vel cura & sollicitudine: & tu fecisti tuo nomine: non datur actio: vt diximus secũdum Bul. vt ff. eo. l. si pupilli. §. quid ergo inquit Pedius. dabitur ergo hoc casu contraria: sed & dari potest directa propter non exactã cautionem à legatariis: vt infra, ad. l. Fal. dolo. Sed tu dicas secundum Azo. quòd sunt tres casus. Primus si vendidisti rem meam, & ea desinit esse in rerum natura, vsque illuc, vt dari &c. Secũdus quãdo est præscripta vel vsucapta: quod pro eodem est, ac si naturaliter desisset, vsque illuc, sicut econtrario &c. & C. de rebus alie. non alie. l. j. & vtroque prædictorum casuum est meum negotium ratihabitione, & dabitur mihi domino actio. Tertius, quando est meum ipso gestu, & datur contra me. Accursius.
h *Sicut econtrario.* exemplificatiue secundum Io. sed similitudinariè secundum Azo.
i *Soluisses.* scilicet nomine hæreditario. secus si suo. & sic non ob. infra, communi diui. l. in hoc iudicium. & de hoc plene diximus supra, eo. si pupilli. §. item quæritur. in distinctione quæ dicit de quatuor modis quibus est alienum negotium.
k *Quandoquidem.* pro quia. Accursius.
l *Liberer.* cum tamen hoc statueris in animo secundum Ir. B. & Io. Tu dic per exceptionem, & statim cum hæreditario nomine soluerit: vt dixi. & eodem modo intelligitur: supra, eo. l. quæ vtiliter. §. fin. Vel ibi nomine tertij, hic nomine veri debitoris.

DE CALVMNIATORIBVS.

ff. Vetus.

A *Dictum est supra de negotiis gestis nostris ab aliis bona fide. Nunc quando in iudicijs & nostram læsionem & per calumniam audi. Et nota quòd in duobus casibus tantum loquitur hic titulus, scilicet quando accepit pecuniam vt faceret quis negotium per calumniam: & quando vt non faceret: vt infra, eo. l. 1. in princi.*

TITVLVS VI.

Primo ponit mentem edicti. secundo incipit exponere. Secunda ibi, hoc autem. Bartolus.

I. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

IN eum[m], qui vt calumnię causa negotiũ faceret, vel non faceret[n], pecuniam accepisse dicetur: intra annum, in quadruplum[o] eius pecuniæ, quam accepisse dicetur, post annum[p] simpli, in factum actio competit[q].

B

Hic exponit verbum, negotium. Et breuiter hoc dicit. Negotium intelligitur siue in causa ciuili, siue in criminali, siue priuata, siue publica. Bartolus.

¶ Hoc autem iudicium non solum in pecuniariis causis, sed & ad publica crimina[r] pertinere Pomponius scribit: maxime cum & lege [Iulia] repetundarum teneatur, qui ob negotiũ[f] faciendum aut non faciendum per calumniam, pecuniam accepit. ¶ Qui autẽ accepit pecuniã accepta transegerit, non erit locus huic edicto. nam hoc casu non tenetur dans nec accipiens: & valet transactio. & hoc intelligunt quidam quando aduersarius cum procuratore aduersarij transegit: puta quando calumniose dominus incepit agere vel accusare: procurator vero eius bona fide prosequitur. [PECVNIAM.] Qualiter quis videatur pecuniam accepisse, dicitur hic & in. ll. sequen. vsque ad. §. illud. [ILLVD.] Dedi Titio pecuniam vt Seio faceret negotium, id est vt Seium per calumniam accusaret. dicitur hic quòd ego non repetam: Seius autem qui accusari debebat, repetere poterit. Si vero Titio pecuniam dedisti vt me per calumniam accusaret, & ego aliam pecuniam dedero Titio prædicto vt me non accusaret: duas habeo actiones in factum in quadruplum: vnam ex donatione mea: aliam ex donatione tua. hoc dicit vsque ad. l. hæc actio. Viuianus.

C

m *In eum.* nisi sit parens, vel patronus, vel similis: vt infra, de obsequiis. l. parẽs. puto tamen eos hoc casu teneri actione in factum generali: quæ datur in subsidium: quæ in multis articulis admittitur: vt infra, de præscrip. ver. quotiens. & C. de sac. san. eccl. sancimus: ne lucrentur huiusmodi personæ iniquæ: vt. j. de dolo. l. non debet. in fi. & l. sequen. & C. de dolo. si superstite. & C. de iur. do. l. j. sed an in hoc casu hæc subsidiaria datur in quadruplum? potest dici quòd sic: vt. j. de fur. l. si quis vxori. §. j. licet marito in vxorem pœnalis non detur: vt. C. rerum amo. l. ij.

D

n *Non faceret.* cum facere vellet. Sed an[a] qui dedit vt faceret, teneatur simili pœna? Respon. tenetur: vt argu. C. de episco. & cle. l. si quenquam. in fin. & C. de pœna iudi. authen. nouo iure. & infra, ea. l. §. sed & constitutio.

o *In quadruplum.* an totum sit pœna vel non, dic vt infra, eo. l. in hæredem. §. fin.

p *Annum.* vtilem: vt infra, eo. l. annus.

q *Competit.* ei qui dedit vt non fieret: & ei ob cuius malum vel bonum fuit datum. vt infra, eo. l. & generaliter. §. illud. &. l. si quis ab alio. Sed an hæc actio infamet? Quidam quod sic: vt diximus supra, de infa. l. j. Accursius.

r *Crimina.* si quis accipiat ob ea instituenda vel non instituẽda.

s *Ob negotium.* criminale, vel forsan pecuniarium: vt infra, ad. l. Iul. repetũ. l. antepe. circa prin. ibi, iudiciúmve capitis, pecuniæue &c. sed B. contra. Et not. quod hic tenetur quinque modis. Primo hoc edicto. Secundo. l. Iul. repe. vt hic: quæ imponit pœnam extraordi.

a *No. glo. secundum Bal. quod pœnæ statutæ contra aliquid accipiẽtes per barataria videtur etiã habere locũ cõtra diuites. concor. & facit. l. 1. de cupressis. li. 10. C. Calũnio. sus quinque modis punitur.*

extraordi. vt. j. ad. l. Iul. repetun. l. lex Iulia. §. hodie. Tertio tenetur crimine falsi: quod pœnam deportationis vel vltimi supplicij continet: vt infra, ad. l. Corne. de fal. l. j. j. respon. &. §. fin. Quarto tenetur de crimine concussionis: vt. j. de concus. l. fin. & his quatuor modis tenetur qui pecuniam vel simile accepit: vt. j. eod. & generaliter. sed in alio differunt: quia lex Cor. & Iul. repet. non distinguunt, faciebas per calumniam vel non faciebas: sed satis est q̃ accepisti. At hoc edicto & crimine concussionis ita demum teneris si ita accepisti quòd negotium calumnioſe instituas vel non instituas. Quinto tenetur lege Remia. sed hęc ob aliam causam punit, scilicet quòd crimen inchoatum nõ prosequitur & punitur ad similitudinem supplicij vel extraordinarię: vt. j. ad Turpil. l. j. in princi. & C. de accu. l. fi. in prin. Sed an vna via per aliam tollatur? Respon. hoc edictũ per alia nõ: vt. C. quando ci. ac. cri. præ. l. j. repetund. vero & de falsis inuicem tollũtur: vt infra, de accu. senatus. lex Remia per aliam nõ tollitur: quia ex alio facto datur: vt infra, de accu. libellorum. §. sed & si aliud. Item hoc edictum pœnã venire facit ad bursam actoris: alia ad fisci. Accursius.

acceptum Flo.

a *Tenetur.* facit. ff. de pac. l. iurisgentium. §. sed si fraudandi. &. j. de pecu. l. summa. §. penu.

b *Nostri.* scilicet Antonini: quæ est. C. de pœna iudi. qui male iudi. l. j.

niam, siue ante iudicium, siue post iudicium acceptum, tenetur[a].

Qui corrumpit iudicem vel aduersariũ, litem perdere debet. secus si bona fide transigit. Bartolus.

¶ Sed & constitutio imperatoris nostri[b] quæ scripta est ad Cassium Sabinum, prohibuit iudici vel aduersario[c] in publicis, vel priuatis vel fiscalibus causis pecuniã dare[d]: & ex hac causa litem perire[e] iussit. Nam tractari potest, si aduersarius[g] non per calumniam, transigẽdi animo accepit, an constitutio cesset? & puto cessare: sicut hoc quoque iudicium. neque enim transactionibus est interdictum: sed sordidis concussionibus.

Pecuniam accipere dicitur quocumque modo bursale commodũ consequatur. Bart.

¶ Pecuniã autem accepisse dicemus, etiam si aliquid pro pecunia[h] accepisset.*

II. PAVLVS libro decimo ad Edictum.

QVinetiam si quis obligatione liberatus[i] sit: potest videri cepisse. Idemque [est] si gratuita pecunia vtenda data[k] sit: aut minoris locata vẽditáve res sit. Nec refert, ipse pecuniam accepe-

Aduocatus & procurator aduersarii dicuntur.

c *Aduersario.* non principali, sed eius procuratori vel aduocato, qui & aduersarij dici possunt: & tenentur domino causæ hoc edicto cuius sunt procuratores: quia pecuniam acceperunt vt eis facerent negotium per calumniam, id est vt paterentur se vinci. Et hic qui dedit punitur: vt subiicit.

a Bal. hic dicit istam gl. fin. quod si quis phibetur dare: ita phibetur accipere. de quo in secũdis interpretat. hic. Bo.

d *Dare.* & per consequens eis accipere[a]. Accursius.

e *Litem perire.* nisi ille qui dedit, confessus fuit. tunc enim in eo uentum litis meretur veniam. in auth. vt liti. iu. §. ij. col. ix. & continua sequentia his: nam &c. q. d. sine dubio lis perit vbi per calumniam facta est contentio litis, id est recessum est à lite per corruptelam: vt. ff. proxi. §. nam & si non per calumniam sit facta, ad huc dubium est. & hoc est, nam &c. & dic casum: sic dominus lit. calum. instituit: & postea procuratorem ordinauit, qui procurator transegit habens liberam administrationem: vt supra, de procu. l. procurator cui generaliter. vel speciale mandatum: vt supra, de pac. l. rescriptum. §. fi. aliàs enim non posset transigere. valet quidem hæc transactio potius inspecta bona fide procuratoris quàm mala domini: vt infra, de contrahen. emp. in huiusmodi. & de ædil. edic. l. cum mancipium. & sic aduersarius exponetur: vt supra, scilicet procurator aduersarij. Sed quid si ipse dominus litis transegerit? Dic quod valet semper transactio nisi in casu, quando scilicet actor calumnioſe agit. quo casu non valet. & potest dici hoc edictum habere tunc locum: vt infra, de condic. indebi. l. in summa. §. j. secus si nulla dicatur ideo quia de tali crimine non licet transigi: vt. C. de contrahen. & commit. stip. l. si quidem. in fin. tunc enim non cadit in hoc edictum. Et vt plene scias quando locum habeat hoc edictum vt pereat lis: distingue, an dedi procuratori, vel tutori, vel aduocato aduersarij: an ipsi aduersario. primo casu litem perdo: vt hic, & infra, de iur. fisc. l. in fisci. &. l. eius qui. j. respon. idem si dedi iudici vt pro me iudicet.

Idem dico & si simpliciter dedi vt pronuntiet. licet M. contradixerit: vt infra de condic. ob tur. cau. l. ij. §. fin. Sed & actio de dolo ad damna & ad expensas contra me datur domino si procurator non est soluendo: vt infra, de dolo. l. & eleganter. §. pen. in duobus tamen casibus litem non perdo. primus si sponte sui confessus: vt. C. de pœna iudi. in authen. nouo. alius quando domini voluntate transegisem. in secundo casu quãdo ipsi aduersario, semper valet trãsactio: vt per totum titu. de transact. in. C. & ff. nisi in casu: vt infra, de cõdic. inde. in summa. in prin. & hoc si causa erat pecuniaria. si vero criminalis, & potest transigi: vt quia ingerit pœnam sanguinis, valet transactio quantum ad accusatum: vt infra, de bo. eorum. l. j. sed accusator incidit in Turpil. & maxime si innocens erat accusatus, nec probatum est crimen in eo. si vero nocés, non tenetur hoc edicto: quia peccata non mentium &c. vt infra, de iniur. eum qui. in prin. incidit tamen in Turpil. vt. C. de adul. l. serui. Item non incidit in Turpil. si innocens erat. si tamen crimen fuit probatum: vt infra, ad Turpil. l. j. §. incidit. si vero transigi non poterat: vt quia crimen erat capitale: nec ingerit, scilicet sanguinis pœnam: vt. C. de transact. l. transigere. accusatus habetur pro confesso: vt infra, de præuari. l. fi. & cessat hoc edictum.

Punitur affectus, licet non sequatur effectus: quando lex solum affectum sine effectu considerat. Bartolus.

¶ Si igitur† accepit, vt negotium faceret: siue fecit, [l]siue nõ fecit[m], [tenetur[n].] Et qui accepit ne faceret: & si fecerit, tenetur. ¶ Hoc edicto tenetur etiam is, qui depectus[o] est. Depectus autem dicitur, turpiter factus.

Si turpitudo versatur etiã ex parte dantis: ei non competit repetitio, sed solum ei in cuius præiudicium datum est. Bartolus.

¶ Illud erit notandum, quòd qui dedit pecuniã vt negotium quis pateretur, non habebit ipse repetitionem. turpiter enim fecit[p]. Sed ei dabitur repetitio* propter quem datum est, vt calumnia ei fiat. Quare si quis & à te pecuniam acceperit, vt mihi negotium faceret: & à me, ne mihi faceret: duobus[q] iudiciis mihi tenebitur.

Duobus modis legitur in glo. primo quòd

III. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

ET generaliter idem erit, si quid omnino compendij sensit propter hoc, siue ab aduersario, siue ab alio quocũq;.

Punitur affectus, licet non sequatur effectus: quando lex solum affectum sine effectu considerat. Bartolus.

¶ Si igitur† accepit, vt negotium faceret: siue fecit, [l]siue nõ fecit[m], [tenetur[n].] Et qui accepit ne faceret: & si fecerit, tenetur. ¶ Hoc edicto tenetur etiam is, qui depectus[o] est. Depectus autem dicitur, turpiter factus.

Si turpitudo versatur etiã ex parte dantis: ei non competit repetitio, sed solum ei in cuius præiudicium datum est. Bartolus.

¶ Illud erit notandum, quòd qui dedit pecuniã vt negotium quis pateretur, non habebit ipse repetitionem. turpiter enim fecit[p]. Sed ei dabitur repetitio* propter quem datum est, vt calumnia ei fiat. Quare si quis & à te pecuniam acceperit, vt mihi negotium faceret: & à me, ne mihi faceret: duobus[q] iudiciis mihi tenebitur.

Duobus modis legitur in glo. primo quòd

f *Aduersarius.* id est procurator aduersarij.

g *Pro pecunia.* large enim dicitur pecunia: vt infra, de verb. sig. l. iiij. &. C. de consti. pecu. l. ij. in fin. Accursius.

h *Quinetiam. Liberatus sit.* vt infra, de regulis iur. l. si quis obligatione. & dic per acceptilationem: vt differat à sequẽti. l. §. hoc edicto. Accursius.

i *Vtenda data.* nam interusurium remisisse videtur. & sic est argu. contra magistros. ad quod facit infra, de leg. j. si seruus le. §. fi.

k *ET generaliter. Sine fecit.* scilicet calumnioſe.

m *Sive non fecit.* Et sic punitur propositum, licet non sequatur effectus: vt supra, de postu. l. j. §. item senatusconsulto. in glo. siue non. & supra, quod quisque iur. l. iij. in prin. sed argu. contra. ff. de his qui no. infa. l. qui autem.

n *Tenetur.* & sic no. quòd qui accepit, semper tenetur siue per condict. ob tur. cau. siue ob causam: siue per hoc edictum, sed non semper agit qui dedit: vt infra, eo. §. fina. Accur.

o *Depectus.* Sed qualiter hic in quadruplum tenetur? Respon. bene: vt infra, eod. si quis ab alio. in fin. j. respon. nam recepisse videtur: vt infra, de his quæ in frau. cre. l. j. in fine.

p *Turpiter enim fecit.* & ita in pari causa potior est. &. c. vt infra, l. in hæredem. §. fin. Sed quid si dedero quid sub hac disiunctione vt sibi non fieret, aut illi fieret negotium per calumniam: aut sub hac coniunctione vt sibi non fiat, & vt alij fiat? Respon. vt diximus in simili. infra, de condic. ob tur. cau. l. vbi autem.

q *Duobus iudiciis.* i. duabus actionibus in factum.

HAec actio.] CASVS. Dedi tibi pecuniam ne me per calumniam accusares. me defuncto hæres meus non agit hac actio. neque ad quadruplum neque ad simplum secundum quosdam: sed tamen poterit agere condictione ob turpem causam, vel potest intelligi vt hæres non agat hac ac. scilicet in factum

ex hoc

BIU Cujas

ex hoc edicto ad quadruplum: sed ad simplum agat tantum. & sic duobus modis ponitur hic casus. Item datur contra hæredem in simplum, scilicet in id quod ad eũ peruenit: vt in.l.seq. Viuianus.

a *Hæc actio.* Duobus modis potest legi hæc lex. Primo vt hæc actio in factum non detur hæredi etiam in simplum. & quod dicit repetere potest, scilicet per cõdictionem ob turpem causam. & qđ dicit, quia &c. melior ratio videtur, quia ad vindictam tãtũ dari videtur: vt in actione iniuriarũ. similis ratio est quòd ideo vna nó detur: quia alia datur: vt infra, vi bo. rapt. l.ij.§.vlt. in fin. Secundo dicas (quod est verius) quòd hæc regula quę est in principio, restringitur per subsequens: vt & alias. infra, de adqui. pos. si is qui. & quod dicit in fine, repetere potest: scilicet actione in factũ ex hoc edicto. Et secundũ hoc quærit si turpitudo versetur ex parte dãtis? Respon. non datur dantí nec eius hæredi condictio ob turpem causam: vt infra, proxi. §. fin. nec ex hoc edicto: vt supra. l. proxi. §. fina. sed an dabitur hæredi eius ob cuius malũ datio facta fuit? Respon. cõdictio ob turpẽ causam non: quia vt condictio talis vel similis detur: oportet aliquid geri ab eo cui datur: vt infra, de condict. inde. si in area. in princip. quod hic non fuit. dic ergo actionem in factũ dari ex hoc edicto hæredi etiam in quadruplum intra annum: nec dicas quòd sit ad vindictam. cum enim ideo detur quod ad eum peruenit, non potest dici ad solam vindictam dari.

hæc actio competit ad simplum quando cõpetit condictio ob turpem causam. ista lec. non est vera: vt infra. l. proxi. §. fi. secũdum aliam. h. d. Hæc actio non datur hæredi nisi ad simplum. Bartolus.

IIII. GAIVS libro quarto ad Edictum prouinciale.

HAec actio [a] hæredi [b] quidem non competit: quia sufficere ei debet, quòd eã pecuniã, quam defunctus dedit, repetere potest [c]:

Hæc actio datur contra hæredem quatenus ad eum peruenit. Bartolus.

V. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

IN hæredem autem competit in id, quod ad eum peruenit. Nam est cõstitutum, turpia lucra hæredibus quoque extorqueri, licet crimina extinguantur [d]: † vtputa ob falsum [testimonium,] vel iudici ob gratiosam sententiam datum, & hæredi extorquebitur [e], & si quid aliud scelere quæsitum [est.]

Hæc actio quantum ad simplum cõcurrit cum condictione ob turpem causam & vna per aliam tollitur. Bartolus.

¶ Sed etiam præter hanc actionem [f] condictio [g] competit, si sola turpitudo accipiẽtis [h] versetur. Nam si & dantis [i]: melior causa erit possidentis. Quare,* si fuerit condictũ [k], vtrum tollatur [l] hæc actio: an verò in triplum danda sit? an exemplo furis & in quadruplum actionem damus, & condictionem? Sed puto sufficere alterutram actionem. Vbi autem condictio competit [m], ibi nõ est necesse post annum [n] dare in factum actionem.

Annus in hac actione computatur à tẽpore scientiæ. Bartolus.

VI. GAIVS libro quarto ad Edictum prouinciale.

ANnus autem in personam quidem eius, qui dedit pecuniam ne secum ageretur [o], ex eo tempore cedit, ex quo dedit: si modo potestas ei fieret experiundi. In illius verò personã, cum quo vt agatur, alius pecuniam dedit: dubitari potest, vtrum ex die datæ pecunię numerari debeat: an potius ex quo cognouit [p] datã esse: quia qui nescit †, is videtur experiũdi potestatem non habere. Et verius est ex eo annum numerari, ex quo cognouit.

Hæc actio competit danti non turpiter, & ei etiam ob cuius negotium datum est, licet ipse non dederit. Bartolus.

† *Cõtra tex. in l. Cum ff. ad senatusc. Syllei.*

‡ *Haloan. Quæritur*

b *Hæredi.* dantis vt non fiat calumnia. Accursius.

c *Potest.* scilicet actione in factum ex hoc edicto.

IN hæredem.] CASVS. Ista actio datur in hæredem inquantum ad eum peruenit: quia in persona hæredis crimen extinctum est. [SED ETIAM.] Volebas me per calumniam accusare, dedi tibi pecuniam ne hoc faceres: vel alius dedit vt me accusares. habeo act. in factum ex hoc edicto. Item condic. ob tur. cau. Si vero vna actione actum fuerit, an alia tollatur? dicitur quòd vna vel altera sufficit agi: tamen hoc intelligas vt circa literam notatum est. Viuianus.

d *Extinguantur.* morte scilicet: vt. C. si reus vel ac. mor. fuerit. l. j. ij. &. iij.

e *Extorquebitur.* vt hic, & infra, quod metus causa. l. quod autem. &. l. quod diximus. §. fin. vnde Cato: Nemo diu gaudet sub iniquo iudice vincens. Sed cui dabitur? Quidam fisco: vt infra, de iure fis. Lucius. puto tamen magis alteri parti: subaudi, si non versetur turpitudo ex parte dantis. M. vt supra. l. & generaliter. §. illud: & arg. contra. infra, de litigi. l. fin.

f *Præter hanc actionem.* scilicet in factum ex hoc edicto.

g *Condictio.* scilicet ob tur. causam.

h *Accipientis.* vt si dedi ne mihi faceres negotium per calumniam: vt infra, de condic. ob tur. cau. l. j.

i *Dantis.* veluti si fuerit datum iudici vt male iudicet, vel aduersarij procuratori: vt supra, eo. l. j. §. penul.

k *Condictum.* id est repetitum per condictionẽ ob turpẽ causam.

l *Vtrum tollatur.* caute nota tres quæstiones, an in totum quadruplum tollatur. vel ratione simpli, vel in nihilum hæc actio in factum per condictionem ob turpem causam. ad quas confusè respondet dicens sufficere alterutram. quod expone, id est alteram. & hoc scilicet quantum ad rei persecutionem: sed in pœna durat

ff. Vetus.

A actio: vt arg. infra, de fur. si pignore. §. cum furti. & sic est responsum ei quod innuit in secunda, & non in tertia quæstione: nec ei quod innuit in prima. Azo. Alij dicunt vnam prorsus per aliam tolli [a]. licet enim vna ad rem, altera ad pœnam detur, tamen est vna ordinaria, altera extraordinaria: & ideo tolli videtur: vt infra, nau. cau. sta. l. iij. §. nouissime. & infra, quod me. cau. l. metum. iij. §. licet. & sic respõ. ei quod innuit in prima: non ad id quod innuit in secunda & tertia. Sed prima verior est. Item nunquid totum quadruplũ est pœna: an ineat rei persecutio, vt in actione quod me. causa? Quidam dicunt totum esse pœnã, vt in actione furti: vt infra, eod. si quis ab alio. in fi. j. respon. &. §. item si filius. in fi. §. cui opinioni illud solũ obstat, quia post annum datur in simplũ: quod videtur esse rei persecutio, quòd quadruplo insit intra annũ: vt infra, quod me. cau. si cũ. §. j. in princip. Sed dices tũc quòd illud simplum sit pœna tempore minorata. Alij dicunt (quod est verius) quòd non est totũ quadruplũ pœna. & quod dicitur in. d. l. infra, si quis ab alio. verum est quòd vnus in quadruplum agit: alter in simplũ. qui tamẽ prius exegerit, claudit alij viam agendi ratione simpli: vt argu. C. de condict. fur. l. j. Secundam approbo. vel distingue an agat vna persona: vt hic, an diuersæ: vt infra, si quis ab alio. arg. infra, de condic. inde. l. Iulianus. in fi.

a *Tu dic secundũ Bar. quòd tollatur in totũ: vt l. i. §. in tu. & ra. detra.*

† *Iste text. facit ad sta tutũ de donatione vt insinuetur intra certũ tempus. & ad statutum de syndicis vt maleficia intra certũ termi num denũtiẽt. de quo p Bal. hic.*

m *Vbi autem condictio competit.* vt quãdo dedi ne mihi fieret negotium per calumniam. Accursius.

n *Post annum.* sed intra annũ forte datur in triplũ secundũ. Az.

ANnus.] CASVS. dedi tibi decem ne mihi negotium facias per calumniam. vnde habeo act. in factum vsque ad annum. nunc quæritur ex quo tempore currat annus. Et dicit quòd à tempore dationis currit annus iste. hoc est verum quando ego dedi ne mihi negotium facias per calumniam. Si autem aliquis dedit tibi pecuniam ne mihi negotium facias, currit annus à tempore scientiæ. Viuianus.

o *Ageretur.* scilicet calumnioſe: aliàs valeret transactio: vt dixi supra, eod. l. j. §. sed & constitutio.

p *Cognouit.* erit ergo hic annus à principio sui vtilis, ad sui progressum continuus: sicut & in biduo vel triduo dato olim ad appel. vt infra, quando appel. sit. l. j. §. dies. sed in ædil. actio. contradico: quia lex dicit simpliciter vtile tempus esse: vt infra, de ædil. edict. sciendum. j. §. fin. &. l. cum sex. vnde dico semper vtile, licet quidam contradicant.

SI quis.] CASVS. Titius dedit tibi pecuniam ne mihi negotium facias, id est ne me per calum. accuses. si Titius fuit meus procurator vel meo mandato facit: mihi dabitur repetitio. si nullum horum interuenit, Titius repetit quod dedit, & ego agam in quadruplum. [SI VT.] Dedi tibi. x. vt Titium filiumfam. accusares. dicitur hic quòd patri Titij datur act. in factum in te. Itẽ dicit quòd si Titius filiusfami. accipiat pecuniam vt alij negotium faciat: ipse filiusfam. tenetur: Item si dedit alius filiofam. ne mihi faciat negotium: ille qui dedit repetet quod dedit: & ego agam in quadruplum. [CVM PVBLICANVS.] Titius erat publicanus, quia tributa vel pedagia colligebat. quidam rusticus soluit tributa, Titius accepta mancipia in causam pignoris detinebat. si Titius accipiat aliquid vt rustico reddat mancipia, tenetur iste Titius hoc edicto.

BIU Cujas

a *Faciat.* scilicet calumnioſe.
b *Meo.* scilicet ſpeciali: vt differat à ſequenti caſu.
c *Ratum habui.* neque potui: quia non eſt meo nomine geſtum.
d *Repetere.* quod dedit, vel cõdicti. ob turpem cauſam: vel certi condic. vel act. in factum: vel etiam ex hoc edicto: arg. ſ. eo. &

Datũ cauſa pietatis, quandoque repetitur.

generaliter. in fi. Et ſic not. mirabile quòd repetitur datũ cauſa pietatis: vt hic, &. C. de nup. l. patrem. hoc autẽ ideo, quia verſatur delictum accipientis. Vel

a Vtraque ſolutio vera eſt & bona, ſecundum Bal. hic.

dic [a] miſericordia fuit quo ad me pro cuius vtilitate dabat: non quo ad eum cui dabatur.

e *Et me.* ob cuius bonũ datio facta eſt. Acc.
f *In quadruplum.* ſcilicet intra annum: nam poſt annum nullo modo agã, cum totũ quadruplum ſit pœna: licet quidam contra: vt dixi. ſ. eo. l. in hęredem. §. fin. Vel dic vt ibi no. Sed hęc pœna an ſit hodie correcta per auth. C. de pœna. iudi. auth. nouo iure. vbi alia pœna imponitur? Reſpon. nõ: quia illa pœna præſtatur fiſco: hæc autem priuato: nec eſt cautũ illa lege vt hæc actio tollatur: vt. j. de obligationi. & act. l. quoties. &. C. de ſepul. vio. l. iij. & infra, de incen. rui. nau. quo naufragiũ. §. fi. ſecundum Ir. Poteſt etiã dici vt ibi loquatur cum ibi datum eſt iudici tantum: hic cum priuato tantum. quod non placet: quia hic titulus generaliter dicit, cuicumque detur: vnde prima verior eſt. Itẽ eſt contra. inſti. de act. §. omnes. Sed hic nulli datur vltra quadruplum actio.
g *Etiã patri.* quo ad exercitium. eſt tamen actio filij quo ad dominium etiam iure veteri: vt infra, de act. & obli. l. in factum. Accurſius.
h *Vel non faceret.* calumnioſe, ſemper intelligas. Accurſius.
i *Et ſi alius non mandatu meo.* aliàs nomine meo, aliàs non mandato meo. Accurſius.
k *Ne fiat.* ſupple: & ego non habui ratum, aliàs ego ſolus agerem: vt ſupra, in princip. huius. l. prout habes nomine meo. ſecundum aliam idem quo ad quadruplum: vt ſupra, quia nec ratum habere potui.
l *Poſſe.* hic eſt arg. quòd totum quadruplum ſit pœna.
m *Cum publicanus.* Publicanus eſt qui publico fruitur: vt infra, de pu. l. j. §. j.
n *Mancipia.* ſcilicet alicuius qui bene ſoluerat tributum.

b Iſta glo. eſt not. ad doct. dãtem pecuniam ſcholaribus vt eum audiant: quæ tamen glo. hoc nõ vult: ſed potius cõtrariũ: vt

o *Pecunia eſt.* [b] ſcilicet ob mancipia reſtituenda. calũniari enim videtur iniquè retinendo, ſecundum Ir. & videtur ſpeciale in publicano vt hoc edicto tali caſu teneatur. nõ ita forte in ſimilibus, ſed habet locum condic. ob tur. cau. vt. C. de condic. ob tur. cau. l. fi. &. j. de condic. ob tur. cau. l. fi. & hoc quando ſponte fuit data. ſi autem per vim, habet locum edictum de publi. in duplum. & hoc nihilominus: vt infra, de pub. l. j. §. j. Alij dicunt hic ex hac parte edicti, ſcilicet de publi. ſed tunc non faceret ad titulum iſtum.
p *Edicti.* poſiti ſupra, eod. l. j. Accurſius.
q *Si ab eo qui innocens.* ſed ſi nocens, non punitur pœna de qua dicitur in fin. huius. l. quia peccata nocentium &c. vt infra,

VII. PAVLVS libro decimo ad Edictum.

SI quis ab alio acceperit pecuniam, ne mihi negotiũ faciat [a]: ſi quidem mãdatu meo [b] [ei] datum eſt, vel à procuratore meo omnium rerum, vel ab eo, qui negotium meum gerere volebat, & ratum habui: ego dediſſe intelligor. Si autem nõ mandatu meo alius ei (licet miſericordiæ cauſa) dederit, ne fiat, neque ratum habui [c]: tunc & ipſum repetere [d], & me [e] in quadruplum [f] agere poſſe. Si vt filiofamilias negotiũ fieret, acceptũ eſt: & patri [g] actio danda eſt. Itẽ ſi filiusfamiliãs pecuniã acceperit, vt faceret negotium, vel non faceret [h], in ipſum iudicium dabitur. & ſi alius non meo mandatu [i] ei dederit, ne fiat [k]: tũc etiam ipſum repetere, & me in quadruplũ agere poſſe [l]. Cùm publicanus [m] mancipia [n] retineret: datáque ei pecunia [o] eſſet, quæ non deberetur: & ipſe ex hac parte edicti [p] in factum actione tenetur.

Qui accipit pecuniã vt deſiſtat ab accuſatione calumnioſa, crimine non probato hac actione tenetur. Bartolus.

VIII. VLPIANVS libro quarto Opinionum.

SI ab eo qui innocens [q] fuit, ſub ſpecie criminis alicuius quod in eo probatum [r] nõ eſt, pecuniam acceptam is [ſ] cuius de ea re notio eſt, edoctus fuerit: id quod illicitè extortum

A de iniur. l. eum qui. in princip. ſed in Turpil. incidit: vt infra, ad bicim. Turpil. l. j. §. j. Accurſius.
r *Probatum.* nam & ſi probatum eſt, ſi innocens eſt, non punitur: vt. j. ad Turpil. l. j. §. incidit. & ſic duobus caſibus nõ punitur.
ſ *Is.* ſcilicet iudex.

pre. Bal. cit. nõ re. vio tamen quod Bal. memine. de iſta q. ad hoc.

eſt, ſecundum edicti [t] formam, quod de his eſt, qui pecuniam, vt negotium facerent, aut non facerent, accepiſſe dicentur, reſtitui iubeat: & ei, qui id commiſit, pro modo delicti pœnã irroget [u].

Separatorũ ſeparata debet eſſe ratio. Bar.

IX. PAPINIANVS libro ſecundo de Adulteriis.

B DE ſeruo [x] qui accuſatur, ſi poſtuletur, quæſtio habetur: quo abſoluto, in duplum [y] pretij * accuſator domino dãnatur [z]. Sed & citra [a] pretij æſtimationem quæritur de calumnia eius. ſeparatum [b] eſt etenim calũniæ [c] crimẽ à damno, quod in ſeruo propter quæſtionem domino datum eſt.

t *Edicti.* poſiti. ſupra, eod. l. j.
u *Irroget.* extra ordinem, ſcilicet de crimine concuſſionis, vt infra, de cõcuſſ. fi. vel repetund. vel etiam ordinariã: vt dixi. ſ. e. l. j. §. j.

de iſta q. ad hoc.

DE ſeruo.] CASVS. Accuſabam te de aliquo crimine, & petebam ſeruum torqueri: qui tortus fuit & deterioratus: poſtea fuit abſolutus. ages tu dominus ſerui contra me, quia teneor ac. ad duplum nomine ſerui. Itẽ * nihilominus ꝓpter calumniã ero puniendus.

Flyn.

x *De ſeruo.* ſcilicet eius qui &c. & ſic dicũt dominum accuſatũ. & ſecundum hoc aliud in adulterio: quia tũc ſimplum tãtum præſtatur: vt. j. de adulte. ſi poſtulauerit. in princ. &. §. ſi reus. Tu dic nil ſubaudiri, & aut ſeruus accuſatur, aut extraneus, aut dominus. Primo caſu emendatur in duplũ ab eo qui petiit torqueri calumnioſe: vt hic, & infra, de adul. ſi poſtulauerit. §. fin. &. C. eo. dominis. ſecundo caſu fit æſtimatio, & media pars emendatur ab accuſatore, & alia ab accuſato: vt infra, eo. ti. de adul. ſi poſtulauerit. in princip. tertio caſu, quãdo eſt accuſati vel patris, debet publicari poſt torturam tantum: & domino in ſimplum emẽdari. & poteſt hoc dici in omni crimine verum: vt. d. l. ſi poſtulauerit. §. iubet. &. §. idem. &. §. ſi reus. &. C. de adul. l. iij. in fin. Accurſius.
y *In duplum.* ſcilicet deterioratio nis.
z *Damnatur.* cõdictione ex lege: vt. j. de adul. quod ex his. & ſic
D facit per quandã ſimilitudiné ad hũc tit. vel dic actione in factũ.
a *Sed & citra.* id eſt præter: vt. j. de pigne. act. l. j. in fi.
b *Separatum.* No. ſic. C. de dona. inter vi. & vxo. l. ſi maritus. j.
c *Calumniæ.* quod eſt extraordinarium vel ordinarium ad ſimilitudinem ſupplicij. C. de accu. l. fi.

Digeſtorũ
ſeu Pandectarum liber quartus.

DE IN INTEGRVM reſtitutionibus.

TITVLVS I.

C Iſta lex non indiget ſummario, potes tamen dicere breuiter quòd læſis qualitercũque ſubueniatur, manifeſtè pertinet ad publicam vtilitatem. Bartolus.

I. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

VTilitas huius tituli [d] non eget commendatione: ipſe enim ſe oſtẽdit [e]. Nã ſub hoc titulo [f] plurifariam [g] prætor hominibus vel lapſis [h], vel

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONIBVS.

Dictum eſt ſupra, de nego. geſt. ab aliis qualiter rata habere cogamur: nunc qualiter à nobiſipſis etiam geſta rata habere non cogantur: ſed reſcindere petimus. Accurſius.

d *Vtilitas huius tituli.* id eſt huius edicti: quod non habemus quo ad verba.
e *Oſtendit.* vnde ab alio oſtendi neceſſe non eſt: vt. C. quando & qui. quarta pars. l. ij. in medio. l.
f *Sub hoc titulo.* ſ. gñali. vt enim gallina cõgregat pullos ſuos ſub alis: ſic hic ti. cõphendit ſequentes vſq; ad ti. de arb. Alij dicũt, ſub hoc. i. poſt hũc. ſic. j. ſi cer. pe. l. j. &. j. de interd. l. ij. §. recuperãdę. nõ eſt vis: quia in idẽ recidit. Ac
g *Plurifariam.* i. pluribus modis. nã quandoq; iure ac. vt. j. tit. j. &. j. tit. ij. quandoq; iudicis officio: vt. j. de mino. l. q ſi mino. §. fi.
h *Lapſis.* ſui facilitate.

Circumſcriptu.

BIU Cujas

circumscriptis [a] † subuenit: siue metu [b], siue calliditate [c], siue ętate [d], siue absentia [e] inciderunt in captionem,

II. PAVLVS libro primo Sententiarum.

SIue per status [f] mutationẽ, aut iustum errorem [g].

Restitutio conceditur cognito quòd causa ex qua petitur, sit iusta & vera. Bart.

III. MODESTINVS libro octauo Pandectarum.

OMnes in integrum restitutiones causa cognita [h] à prætore [i] permittũtur*: scilicet vt iustitiam earũ causarũ examinet, an verę sint [k], quarũ nomine singulis subuenit.

In his quæ contra ius commune conceduntur, de minimis non curatur. Item minimum dicitur secundum magnitudinem rei. Bartolus.

IIII. CALLISTRATVS libro primo Edicti monitorij.

SCio illud à quibusdam obseruatũ, ne propter satis minimam rẽ [l], vel summam [m], si [n] maiori rei [o] vel summæ preiudicetur, audiatur is, qui in integrum restitui postulat.

Non videtur rem perdidisse qui ad eam potest restitui.

V. PAVLVS libro septimo ad Edictum.

NEmo videtur re excluſus, quem prætor in integrum se restituturum polliceatur [p].

Beneficium restitutionis transit ad hæredes & cæteros successores vniuersales. Bar.

VI. VLPIANVS libro decimotertio ad Edictum.

NOn solũ [q] minoris, verùm eorum quoque, qui reipublicæ causa abfuerunt, itẽ omnium, qui ipsi potuerunt restitui in integrũ, successores in integrũ restitui possunt. & ita sæpissime est constitutum. Siue igitur hæres sit [r], siue is, cui hæreditas restituta est [s], siue filiifamiliàs militis [t] successor, in integrum restitui poterit. Proinde & si minor in seruitutem redigatur, [u] vel ancilla fiat [x], dominis eorum dabitur, non vltra tempus statutum [y], in integrum restitutio. Sed & si forte hic minor [z] erat captus in hæreditate, quam adierit: Iulianus libro septimodecimo Digestorum scribit, abstinendi facultatem dominum posse habere [a], non solum ætatis beneficio, verum & si ætas [b] non patrocinetur: quia non [c] apiscendæ hæreditatis gratia legũ

Adquirere non dicitur cui cito auferri potest.

NOn solum.] CASVS. Hæc. l. ponit regulã quæ talis est, quòd omnes qui sunt in tali causa vbi restitui possunt, possunt & eorum heredes. vnde si minor alicui successit ex testaméto, vel ab intestato: & sit in ea causa vt restitui debeat, & decedat qui ei successit, erit restituendus. Idem est si ei sit hæreditas restituta per Trebel. idem si fuerit filiifamil. vel militis successor. nam & in istis casibus restituitur hæres. Idem in aliis casib [g] quos enumerat in litera in fi. vbi dicit quòd quando restituitur dominus vel pater ex generali clausula, vel ex sua persona: & non ex filij vel serui cui successit: quia si habui libertũ minorem qui fuit lęsus in aliquo contractu: si postea redigam eum in seruitutem, ego potero restitui: & si iste libertus minor vel seruus adiuit hæreditaté, ego domin [g] potero restitui vt illá hereditaté dimittã ego nó solum propter ætaté, sed beneficio legis q propter ingratitudinem libertum redigit in seruitutem.

a *Circumscriptis.* aduersarij dolo. Accursius.
b *Metu.* de quo habes. j. tit. j.
c *Calliditate.* de qua habes. j. ti. ij.
d *Ætate.* & de hoc est. j. de mino.
e *Absentia.* de qua est. j. ex qui. cau. ma. Et nota quòd absentia mea vel aduersarij dat mihi restitutionẽ, sed dolus tantum aduersarij non meus dat mihi in integrum restitutionem. Accursius.
f *Siue per status.* in libertate: aduersus quam vel pro qua quis restituatur, non habet hic ti. locũ: quia cũ res mutat statũ, nulli restitutioni locus est: vt. j. de mino. si ex causa. §. Papinianus. &. §. aduersus: qui est. §. fi. quare dicũt quidá poni exẽplũ in minore arrogato: vt j. de min. l. iij. §. si quis. secundum Azo. & H. Alij dicũt: vt. j. de capi. de. l. legatũ. &. l. eas. Sed certe ibi non perit actio: & ideo nó est necessaria restitutio. Tu dicas, quòd hoc ponitur hic propter ti. illum qui est. j. de cap. de. vbi est loc [g] restitutioni: vel contra eundem quãdo est minima cap. demi. vel cõtra aliũ ad quem bona capite minuti puenerũt: vt. j. de cap. de l. ij. j. respó. &. §. j. &. l. tutelas. §. si libertate.
g *Errorẽ.* de quo dic: vt. j. de insti. l. habebat. in fi. j. respon. &. j. quãdo act. de pecu. est anna. l. j. §. quæsitum.
h *Omnes. Cognita.* in qua exigitur præsentia vtriusque partis: & alia quæ habes. j. de mino. in causæ. j. §. causa.
i *A prætore.* hodie etiam à delegato: vt. C. vbi & apud quẽ. l. fi.
k *Veræ sint.* sed nunquid potest esse vera, & tamẽ non iusta: vt si facto velit restitui: vt. j. de mino. l. verum. §. sciendũ. versi. itẽ non restituetur. &. l. quòd si. §. non semper. &. j. de iureiu. nã postea. §. si minor. quare dic secundum Io. veræ. i. iustæ. sic institu. qui manu. non pos. §. semel. & infra, de lega. j. si fideiussor. §. meminisse.
l *Rem.* id est speciem.
m *Summam.* id est quantitatem. Et sic no. propter paruam rem non debere aliquid mutari: vt hic, &. j. de contrahen. emp. l. res. &. j. ti. j. l. v. &. j. de dolo. si oleum. in fi. Argu. contra. j. de dam. infec. si proprietarius. in fi. j. respon. ADDITIO. Pro solu. huius contrarij dic secundum Bart. hic, quòd in his quæ conceduntur secundum ius commune, curatur de minimis: secus in his quæ cõtra ius commune ex speciali priuilegio permittuntur: vt hic.
n *Si maiori.* vt si vendidi minori plura & certo pretio, & ipse in minima quantitate pretij vel minima specie dicit se deceptum, & in ea parte restitui petit. ego enim econtra possum petere vt à toto contractu recedatur, cum minori pretio totaliter non dedissem, vel vnam rem sine alia non vendidissem: vt ar. j. de in diem addic. quòd si vno. & de ædil. edic. cum eiusdem. &. j. de minori. tutor. §. j. &. C. si aduer. trãsac. l. j. &. ij. ne ergo maiori rei fiat prẽiudicium, non potest restitui. secus autem dicam si separati essent contractus: vt. j. de mino. l. etiam. j. §. j.
o *Maiori rei.* subaudi, maximæ.

NEmo.] CASVS. Minor læsus est in contractu quem fecit: quia vendidit rem aliquam forte, & tradidit eam emptori. quia potest restitui: non videtur eam vendidisse & tradidisse.

p *Pollicetur.* dando sibi actionem, vel quòd tantum valeat: vt. j. de regulis iur. l. qui actioné. & infra, tit. j. metũ. iij. §. volenti. Ecõtra nõ dicitur ille adquirere cui cito auferri potest: vt. j. de adqui. pos. l. non videtur. Et no. quòd ratione huius ficti dominij dicitur quis contra tale fictum dominiũ præscribere: vt. C. quod me. cau. l. si vi vel metu.
q *Non solum.* regulam ponit quam probat per quinque exempla lex ista: & probatur etiam hæc regula. j. de mino. l. minor. §. fin. & l. seq. &. l. iij. §. penu. &. C. de tempo. in integ. resti. l. ij. &. iij. &. iiij. &. l. ea quæ. §. si quando. & propter hoc dicit hæc litera, & ita est sæpiss. &c. In casu tamen fallit hæc regula, quando defunctus qui poterat restitui, decessit vltimo momẽto quo ius suum expirauit. & hoc est quod Io. dixit, oppono de puncto. Item & vbi non poterat defunctus restitui ratione personę: vt contra patrem vel patronum: nec hæres poterit: vt. C. qui & aduer. quos. l. fin.
r *Hæres sit.* ex testamento, vel ab intestato.
s *Restituta est.* qui est loco hæredis. restituam dico per Trebel. vt insti. de fideicom. hær. §. restituta.
t *Siue filiifami. militis.* facto testamento: aliàs successorem non habet: vt infra, de castré. pec. l. ij. putarem tamen & tunc patrem posse restitui: vt arg. j. proxi. respon. &. j. de mino. l. iij. §. Pomponius. nam in castrensi etiam sine patris voluntate poterat contrahere, & decipi: vt infra, ad Macedo. l. ij. secus si voluntate patris vel domini contrahat seruus vel filius accipiẽdo mutuum, & decipiatur: vt infra, de mino. l. iij. §. fi. &. l. seq.
u *Redigatur.* ex causa ingratitudinis: qui tamen erat in libertate quando fuit deceptus.
x *Fiat.* de nouo: quia vendat se ad pretium participandum: vt infra, de mino. si ex causa. §. Papi. Accursius.
y *Tempus statutum.* olim vtilis annus: vt infra, de mino. l. minor. xxv. an. §. fi. hodie quadriennium: vt. C. de tempo. in integrũ rest. l. superuacuam. &. C. de repudi. hære. l. fi.
z *Hic minor.* in seruitutem redactus. Accursius.
a *Habere.* ex generali clausula, si qua alia iusta mihi &c. vt. j. ex quibus causis ma. l. j. in fi. sed hæc & alia fuit iusta causa.
b *Si ætas.* sua, vel redacti: vt infra, de separatio. l. penul. §. fin.
c *Quia non.* tacitæ obiectioni respondet: quasi videretur agnouisse hæreditatem reuocando in seruitutem, nunc respondet non esse verum: quia &c.

BIU Cujas

a *Beneficio.* id est reuocatur in seruitutem per ingratitudinem.
b *Vindictæ.* scilicet principaliter.

Iuus. IC. ASV S. Quidam citatus erat coram iudice non cõparuit. iudex eum condemnauit. sedente tamen adhuc iudice pro tribunali venit, & dicit se paratum respondere. an sit audiendus, quæritur. Et respon. quòd sic. fingit enim. l. quòd ideo in iudicio nõ comparuit, quia præconem nõ audiuit: & si audisset, venisset. & plures sunt causæ in quibus potest quis restitui quàm supradictæ. l. j. &. ij. & qã aliquo casu danda erit actio de dolo: vnde æquũ est vt restitui possit potius quàm ad act. de dolo descendatur.

c *Rem.* id est causam. dãnauerat enim eũ prætor vt contumacem.
d *Etsi.* i. quamuis.
e *Ex solẽnibus.* id est ex sententia soleniter lata. Et no. regulam vt hic, & infra, de regu. iur. l. & si nihil. &. C. de sum. Tri. l. iij. in princi. nisi vbi æquitas &c. vt subiicit hic, & infra, de insti. habebat. in fi. j. respon. & infra, quando act. de pe. est an. in. l. quæsitum. & infra, quę sen. sine appel. l. j. j. respon. &. §. j.
f *Respondit.* id est non venit. sic infra, de mino. Papinianus. ibi, nec dixit. secundum vltimum sensum.
g *More.* id est solenniter, in scriptis scilicet, vt. C. de senten. ex breuicu. re. l. fi.

beneficio [a] vsi sunt, sed vindictæ [b] gratia.

Hæc lex est singularis, in cuius lec. nostri glossato. variant: ideo primo ponam casum secundum Io. postea ponam secũdum Azo. secundum Io. hoc dicit. Verus cõtumax veniens iudice sedente pro tribunali restituitur ad appellandum. Idem si abfuerit dolo aduersarii: vel absque sui culpa. hoc dicit secundum Io. quæ quidem lectu. non videtur mihi vera. Transeamus igitur ad lec. Azo. quàm puto veram, secundũ quam breuiter hoc intendit: Contumax fictus veniens iudice sedente pro tribunali restituitur ad totam causam. idem si dolo aduersarii, vel absque sui culpa abfuerit. Bart.

VII. MARCELLVS libro tertio Digestorum.

DIuus Antoninus Martio Auito prætori de succurrendo ei, qui absens rem [c] amiserat, in hanc sententiam rescripsit: Et si [d] nihil facile mutandum est ex solennibus [e]: tamen vbi æquitas euidẽs possit, subueniendum est. Itaque si citatus non respondit [f], & ob hoc more [g] pronuntiatum est, confestim [h] autem pro tribunali te sedente adiit: existimari [i] potest, non sua culpa, sed parũ [k] exaudita voce præconis defuisse: ideoq; restitui potest. Nec [l] intra has [m] solùm species consistet huius generis auxilium.

h *Confestim.* si autem non ita cito rediret, ita demum restituatur si probet dolum aduersarij: vt infra, de iudi. si prætor. nisi necessaria & probabili causa fuit absens: vt dices infra, l. fi. &. d. l. si prætor. in fi.
i *Existimari.* id est præsumi, & sic est præsumptio contra præsumptionẽ primam qua præsumitur contumax propter edictorũ citationem: vt infra, de re iudi. l. contumacia. §. contumax. secunda ideo, quia cito venit. quid ergo si constet quòd bene audiuit vocem præconis, & dixit forte quòd ad iudicium non veniret? Respon. nõ est locus præsumptioni: quia in incertis & cætera, vt infra, de verbo. obli. continuus. §. cum ita. in fi. s. in glo. nullus. secundum Azo. sic ergo in ficto contumace hic dicit. [a] Quidam tamen (vt Io.) adhuc eum admittunt per. l. istam, quasi non reciatur probatio in contrarium ex quo cito venit. quod facit, quia videtur tempore congruo venisse: cũ ea quæ incontinenti &c. vt infra, si cer. pe. l. lecta. §. dicebam. in gl. j. nec prima stare potest: quia communi iure appellatur fictè contumax, scilicet, qui non fuit inuentus: siue fuit, & nihil dixit: vt infrà, de iudi. & post. §. fi. sed ad quid restituetur? Respon. ad totã causam: quod plus est.

a Improprie loquitur: quia loquitur impersonaliter citato qui nihil dixit: vt ifra, l. proxi. nã iste est in cõtumacia vera, sed tacita: tamẽ vel atur ista cõtumacia p cõparitionẽ incõtinenti factã: & ita loquitur lex nostra secundum Bar. hic. Fictus cõtumax appellare potest.

k *Parum.* id est non.
l *Nec.* in genere loquitur vsque ad finem: non tamen in casu præmisso.
m *Intra has.* respondet tacitæ obiectioni, quasi non videantur plures species restitutionis nisi quæ continentur. ff. co. l. j. &. ij.
n *Oportebit.* quandoque: non semper vel in omni causa, vel cõtractu, vel qualibet re. Accursius.
o *Soleat.* scilicet per fraudem.
p *Restituere.* Sed ad quid fiet restitutio? Ioan. dicit ad appellandum. & in vero contumace intelligit hãc legem. Sed Azo ad totam causam. Et intelligit hoc etiam in ficto. nam appellare etiam iure communi potest, cum lex ista fingat eum non contumacem. Contra Ioan. est quia sit iniquum ad appellandum tantum restitui si cõtingat quod forte dolo aduersarij abfuit. nam potest hoc

A euenire: vt hic dicit. Contra Azo. est, quia ille de quo magis videtur, vt absens probabili & necessaria causa: non tamen restituitur nisi ad appellandum: vt. j. l. fin. sed ibi fuit defensus. Quare tu distinguas an dolo aduersarij abfuit, & tunc ad totam causam. an non, & tunc ad appellandum tantum vere contumax, sed ficte ad totam causam. Sed nũquid hoc casu cum dico eum restitui ad appellandũ, erit petenda restitutio, & danda intra decem dies: vt intra eosdem posit appellare? videtur quòd sic: vt. j. rem ra. ha. l. bonorũ. dic tamen contra. nam statim intra. x. dies debet petere: & licet vsque ad quadriennii fere duret antequã sibi detur, non nocet. vltra enim durare non potest: vt. C. de tempo. in integ. rest. l. fin. & ea data poterit appellari: quia in petẽdo nõ fuit negligẽs: vt. j. de mino. l. intra. &. C. de tempo. in integ. rest. l. petẽdæ.

etenim deceptis sine culpa sua maxime si fraus ab aduersario interuenerit, succurri oportebit [n]: cum etiam de dolo malo actio competere soleat [o]. Et boni prætoris est potius restituere [p] litem, vt & ratio & æquitas postulabit: quàm actionem famosam [q †] constituere: ad quam [r] tunc demũ descendendum est, cum remedio [f] locus esse non potest.

Minores etiam legitime defensi restituũtur ad totam causam. Absentes vero ex necessaria & probabili causa legitime defensi restituuntur ad appellandum. Bar.

VIII. MACER libro secundo de Appellationibus.

INter minores vigintiquinq; annis, & eos qui reipublice causa absunt, hoc ĩterest, quòd minores annis, etiam qui per tutores curatoresve suos defẽsi sunt [t], nihilominus in integrũ contra rẽpu. [u] restituuntur, cognita [x] scilicet causa. Ei verò qui reipublicę causa absit, cæteris quoque, qui in eadẽ causa habentur, si per procuratores suos defensi [y] sunt, hactenus in integrum restitutione subueniri solet, vt appellare [z] his permittatur.

q *Famosam.* de dolo.
r *Ad quã.* s. talẽ de dolo. nã alię famosæ bene competũt cũ aliis. Ac.
f *Remedio.* scilicet alio: vt. j. de dolo. l. j. in fin. &. l. ij. in prin.
t *Inter minores. Defensi sunt.* aliàs nullum esset in iudicium: vt. C. si aduer. rem iudi. l. cũ & minores. &. j. de re iudi. l. acta. §. fi.
u *Contra rempu.* & sic multo magis inter priuatos: vt. j. de pet. hęre. item veniũt. §. ait senatus. versi. in priuatorũ.
x *Cognita.* nam cõtra sententiam latam pro libertate non restituitur. C. si aduer. li. l. fi. Item contra patrem [b] vel patronum: vt. C. qui & aduer. quos. l. fi. & nihilominus tutores vel curatores possunt conueniri: vt. C. si tu. vel cu. inter. l. etiam. ij. Accursius.
y *Defensi.* indefensi autem in integrum restituuntur ad totam causam: vt. C. ex qui. cau. ma. l. j. &. C. de procu. l. quia absente.
z *Appellare.* si incipiant causam restitutionis intra decem dies ex quo cognouerunt cõputandos: vt. C. quomodo & quando iudex. l. ab eo. & finiatur intra quadriẽnium: vt no. ff. l. proxi. Et quia diuersis modis subuenitur ratione diuersarum absentiarum: ideo dic. v. esse genera absentiæ. prima probabilis & necessaria: vt militiæ. secunda probabilis tantũ, vt studiorum. tertia necessaria tm. vt in relegato. quarta volũtaria sine contumacia: vt mercator, vel alius non contumax. quinta vt per contumaciã. In prima ergo si fuit legitimè defensus, restituitur ad appellandũ: vt hic. si nõ legitime defensus, vel nullo modo defensus, restituitur ad eremodiciũ, id est ad totam causam: vt. C. de procu. l. quia absente. &. j. de iudi. si prætor. in fi. &. j. ex quibus cau. ma. l. ab hostibus. j. respon. &. C. quibus ex causis ma. l. j. &. C. quomodo & quando iud. l. pe. Sed contra. j. de re iudi. contra pupillum. Sol. vt ibi. In secunda, scilicet vbi probabili tantum, legitime defensus ad nihilum: vt. j. qui ex cau. ma. l. necnon. &. j. quando app. sit. l. j. §. fi. non legitime defensus, vel nullo modo defensus, ad appellandum auditur suo iure, non per restitutionem: vt. C. quomodo & quando iud. l. ab eo. vbi nullum potuit relinquere procuratorem: vel reliquit, & est defunctus, & tunc in totum restituitur vt colligitur in dicta. l. necnon. In tertia vero, vbi scilicet necessaria tantum, causa etiam cognita subuenitur: vt si procuratorem non potuit relinquere, vel reliquit sed mortuus est: vt infra, quibus ex causis ma. sed & si per. §. j. in fin. l. &. infra, de mino. Papinianus. & sic videtur idem in his duobus. Vel dic quòd differunt: vt no. in. l. necnon. & in. l. sed & si per prætorem. §. aduersus. qui est. j. §. In quarta, vbi non contumaciter, sed voluntarie abest, nec

dicitur

dicitur restitui: quia nec lædi per sententiam potest: vt infra, de re iud. l. de vnoquoque. In quinta, scilicet vbi cótumaciter, si est ficte contumax, auditur appellans: vt infra, de iudi. & post. in fin. si vere contumax, non auditur appellans: vt in authen. de iudi. §. audient. col. vj. nisi veniat sedente iudice pro tribunali: vt supra. l. proxi. Verum contumacem dico qui aperte dicit se non venturum: ad quem sufficit vna nútiatio: vt infra, qui. ex cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. fi. fictũ vero illum qui inuenitur & dixit se venturum: vel dixit nihil, non tamen venit: ad quẽ debet nuntiari: vt infra, de re iudi. cótumacia. §. cotumax. nec ob. ĵ. de app. ex consensu. §. eum. vt ibi not. Si autem non inuenitur, dicunt quidam non posse fieri contumacem etiam ficte. vt infra quę sen. sine ap. l. j. §. item. Tu contra dicas. sufficit enim si denuntietur ad domum: vt arg. C. de an. excep. l. penul. in fine. & infra, de dam. infect. l. iiij. §. abesse. *ADDITIO.* Pro solu. dic vt ibi per Dy. & adde q̃ no. in regula præsumitur. in Mercu. vbi de ista citatione ad domum diffuse tractatur, & ibi ponitur veritas secundum Baldum.

[DE EO] QVOD METVS causa gestum erit.

TITVLVS II.

Quod metus causa gestum est, non habetur ratum. & ponit definitionem metus, & definitionem violentiæ. hoc dicit vsque ad l. fi. Bartolus.

I. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

AIt prætor: *Quod metus causa*[a] *gestum erit, ratum non habebo*[b]. Olim[c] ita edicebatur: *Quod vi metúsve causa.* Vis enim fiebat mentio propter necessitatem impositam contrariæ † volũtati[d]. Metus est instantis periculi vel futuri[e] causa mẽtis trepidatio.* Sed postea[f] detracta est vis mẽtio, ideo, quia quodcunque vi atrocis[g] fit, id metu quoq; fieri videat.

II. PAVLVS libro primo Sententiarum.

VIs aũt est maioris rei impet', qui repelli nõ potest.[h]

III. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

COntinet igitur hæc clausula[i] & vim, & metum. Et si quis vi compulsus aliquid fecit, per hoc edictũ restituitur.

Breuiter in hac. l. intelligitur de vi iniuste illata. Bartolus.

FSed vim accipimus atrocẽ[k], & eã, quæ aduersus bonos mores fiat: non eam, quam magistratus rectè intulit, scilicet iure licito[l], & iure honoris: quẽ sustinet.[m] Cæterum si per iniuste alicui fecit, punietur per hoc edictum. Leges sequen. claræ. sunt.

i *Hæc clausula.* scilicet, quod metus causa.

k *Atrocem.* in qua inest dolus: vt ĩtra, de vi & vi ar. l. j. §. atrocẽ.

l *Iure licito.* nam iuris executio non habet iniuriam: vt infra, de iniur. l. iniuriarũ. §. j. & facit. ĵ. ad. l. Aquil. quẽ admodũ. §. magistrat⁹. & . ĵ. de aqua plu. ar. l. quod principis.

m *Sustinet.* no. honorẽ on⁹ habere. sic inst. de iur. na. §. sed quod prĩ.

n *Locum habere.* conuenitur tamẽ finito officio, nõ prius: cũ sit de illis qui nõ possunt vocari in ius: vt. ĵ. de in iur. l. nec magistratib⁹. & . s̃. de in ius vocan. l. ij. Ac.

iniuriam quid fecit populi Romani magistratus, vel prouinciæ præses: Pomponius scribit hoc edictum locum habere[n]: si fortè, inquit, mortis aut verberum terrore pecuniam alicui extorserit.

IIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

EGo puto etiam seruitutis[o] timorem, similiumq́; admittendum. †

Metus intelligitur qui cadit in constantem virum, vt mortis, vel cruciatus corporis, vel seruitutis, vel pudicitiæ: secus si alterius leuis vexationis vel infamiæ. Bart.

V. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

IMetum accipiendum Labeo dicit nõ quemlibet timorem, sed maioris[p] mali.*

VI. GAIVS libro quarto ad Edictum prouinciale.

2METum autẽ nõ vani hominis, sed qui merito & in hominem constantissimũ[q]* cadat: ad hoc edictum pertinere dicemus.

VII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

NEc timorẽ infamiæ[r] hoc edicto contineri, Pedius dicit libro septimo, neque alicuius vexationis[s] timorem per hoc edictum restitui. [t] Proinde[u] si quis meticulosus rem vlã * frustra timuerit, per hoc edictum non restituitur: quoniã neque vi, neque metus cau-

o *Ego puto. Seruitutis.* vt si ego inclusus timeã ne seruer in perpetuis vinculis: vel ne seruiã in perpetuũ vt sclauus. vel dic vt. ĵ. eo. isti quidem. §. fi is.

† *In hac & sequẽtia resp̃ōsa Aristot. lib. 3. Ethic. cap. 6. 7. & 8. vbi copiosè differit, quã rũ rerũ metus admittẽdus, vel nõ.*

p *Metum. Sed maioris.* id est magni, vt verberum vel cruciatus corporis: vt C. de transact. interpositas. nõ vilis: vt supra, titu. j. l. scio.

* *Flo. Metus litatis*

q *Metum. Constantissimum.* ad q̃ facit. ĵ. ex quibus causis ma. l. ij. §. fi. & infra, de re. iur. l. vani timoris. & infra, de re iudi. si quis ab.

* *Flo. homine constantissimo*

Nec timorẽ.]CASVS. Dicebas q̃ malam cantionẽ de me cantares nisi de meo tibi darẽ. dedi vel promisi. non est locus huic edicto. idem est si frustra timueris. [PROINDE.] In furto vel in adulterio es deprehensus, & ne interficereris, promisisti. locus est huic edicto: quia non habebitur ratum. iustus enim fuit metus: potuisti enim interfici siue iuste siue iniustè. si vero timuisti ne te pro. x. proderet. i. ne te manifestaret iudici, loc⁹ erit huic edicto si dedisti aliquid. Lex sequens dicit q̃ illi supradicti qui aliquid accipiunt pro cóperto stupro, incidũt in l. Iul. de adul. & non consideratur, potuisset accusari vel interfici dans vel promittens nécne, quia timore cõpulsus dedit. [SIIS.] Mouebã Sticho quæstionem, petendo eũ in seruitutem, cum esset in poss. seruitutis: & quidã, puta Titius habebat instrumenta stat⁹ istius Stichi: si Stichus iste dedit aliquid Titio ne instrumenta interuertat, iustus est metus. Item dicit q̃ si aliquis dedit ne patiatur stuprũ, iustus est metus: & locus est huic edicto. hęc vera sunt siue quis dedit pro se ne stuprum patiatur, siue pro liberis suis.

* *nullam Flo.*

a *Quia metus causa.* gaudent breuitate moderni: vt etiam syllabam vnam non necessariam non apponant. sic. &. C. de ap. l. ampliorem. §. in refutatoriis. &. C. de dona. l. fina. Accursius.

b *Non habebo.* aliquo tempore: vt infra, eo. si mulier. §. q̃ metus.

c *Olim.* verba Vlpiani.

d *Voluntati.* scilicet spontaneæ. nam quædam voluntas inest in metu: vt infra, eo. si mulier. §. si metu. & sic idem est volens & nolens secundum leges.

e *Vel futuri.* periculi. tamen pręsenti metu instante: vt infra, eo. metum. iij. in prin. quæ est contra. Accursius.

f *Sed postea.* in nouo edicto. Accursius.

g *Vi atroci.* scilicet compulsiua, vel etiam inquietatiua quandoque: vt infra, eo. metum. iij. §. idem. secus in expulsiua vel ablatiua vel turbatiua.

h *Vis autem. Non potest.* Aduersus quam parum proficit custodia: vt infra, de act. emp. si ea res. ad prin. & no. quòd non definitur hic vis prout hoc ti. accipitur, vt pro compulsiua: quia resisti potest, licet cũ periculo: vt. C. de hær. insti. l. cũ proponas. vel subaudi, commode.

i *Continet.*]CASVS. Dicit prætor in edicto suo quòd nõ habebit ratum quod vi vel metu gestũ erit. & hoc exponit de qua vi intelligatur. vnde si iudex vel magistratus vim intulit alicui subdito, & licite: huic edicto locus non erit. cæterum si in-

k *No. q̃ argumentes ex tex. & glo. quod verba edicti de aliquo operante intelligantur de illo in cuius verbum debet habere locum. ff. ad muni. & ff. si quis ius dicenti. de lega. & similib.*

u *Proinde.* dixit. s̃. quando directò timebatur metus: nunc quando per quoddam medium: puta per adulterium.

BIU Cujas

a *Recte scribit.* imò videtur non recte: quia non debet dari repetitio: vt.j.de condic.ob tur.cau. idem & si.quæ est contra. Sed hoc intellige per act.quod met.cau.& sic accipe sequentia. non autem per cõdic.ob tur.cau.vt ibi.Sed quare diuersum? Rñ. quia prætor tantum præsentem causam inspicit.i.metum: vt.j.ẽ.isti.ius ciuile etiã præteritũ.i. stuprum & sic denegat repetitionẽ.Et hęc ratio est: quia ibi debet esse plus mũdus qui alij obiicit turpitudinẽ: hic nõ sic à pte obiicit turpitudinẽ.Et sic non opponitur exceptio rei iud. agẽti hac actione, licet pdiderit in conditione: vt.j. de excep. rei iudi.l.de eadẽ. &.l. cum quæritur.Accur.

Marito non licet omnẽ adulterum occidere.

b *Vel.*pro id est.

c *Adulterum.* non licet omnem adulterum marito occidere:sed vilem hominem tantum: patri vero omnem : vt infra,de adul.l.marito. &.l.nec in ea.ibi, ideo autem.& in gl.omnem. &.l.quod ait.Item nec omnẽ furẽ nisi se telo defendat,vt subiicit.& infra,ad.l.Aquil.itaq;. & .l. sed & si.& .j. ad l.Corn. de sica.l. furẽ.

* *Flo. incidunt, quòd*

d *Non iure.*sufficit ergo vel de facto vel de iure timere. sic infra, qꝑ vi aut clam.prohibere.§.fi.Sed arg.cõtra.C.eo.l.accusationis.&.j.de pec.l.eo tẽpore.

e *Sed & si ne prodatur.*id est ostendatur.

f *Quæ diximus.* vel non iure. & sic no.argu.quòd non refert an aliquid fiat:an id per quod perueniatur ad id:vt infra, de mino.si filius.& infrà, ed Treb.facta.§.fin.& infra, de tut.& curat.da.ab his.l.scire oportet.ar. contra. supra,de pact.si vnus.§.illud.& negotio.gesto.l.atqui.in prin.&.§.j.&.l.eum actum.

g *Isti quidem & in legem Iuliam.* scilicet de adult.vt infra,de mino.l.auxilium.§.j.&.C.ad.l.Iu.de adul.serui.

h *Restituant.*scilicet accepta, & hoc per actionem quod met. causa,non per condictionem:vt diximus.ŝ.l.proxi.

i *Malo more.* secus in pecunia per patronum à liberta accepta: vt infra, eo. si mulier.j.respon.quæ est contra : quia iste qui pretium pro comperto stupro accepit, deliquit.nam incidit in.l.Iul. vnde etiam ab eo pecunia reuocatur. at ibi patronus de iure accepit.nam & eam poterat reuocare in seruitutem. Accrusius.

Seruitus est similis morti.

k *Metu.* seruitus enim est similis morti : vt infra, de condi.& demon.l.intercidit.in fi.Sed quid in alio instrumento pretiosarum rerum ? Forte dic non idem : quia nec mors, nec quasi, vel cruciatus corporis interuenit: quod est necesse:vt.C.de transact. interpositas.*ADDITIO.*Moderni dicũt qꝑ si instrumẽtũ cõtinet quãtitatẽ omnium bonorũ vel maioris partis, qꝑ idẽ est sicut qñ ĩfertur timor mortis vel pœne capitalis:vt inst. de excu.tu.§. itẽ ꝓpter.& in.l.fi.C.de reuo.dona.cum simi.secundum Baldum.

l *Si iam in seruitutem.*hic duo dixit Pla.primo quòd ita demum habeat locum hic.§.si incontinenti reuocetur in seruitutem : vt hic,&.j.l.ꝓxi.in prin.Secũdo quod alias ꝓbatiões nõ habeat:vt hic subiicit, & arg.infra, de fur.l.qui tabulas.§. Apocha.ibi, sed nihil & cætera.Io.contra in vtroque. & in primo hic subaudit, maxime.& est pro eo.supra,eo.l.j.in.§.fina.ibi, metus est instantis vel futuri & cætera.in secundo exponit non possum, id est possibile non est posse.nam sufficit periculum posse euenire : vt ŝ.l.proxi.in fin. Item facit infra, ad legem Aquil.l.in lege.Et not. quòd quidã intelligunt hunc.§.quando est in pos.seruitutis.secus si in poss.libertatis : quia tunc probationis onus aduersario incũbit.idem tamen puto vtrobique propter generalitatem istius.§.

m *Seu mulier.* hoc intelligit in nouo edicto Pla.quando præcedentia ad venerem parata sunt : vt lectus & cooperta.& hoc ꝓpter hoc quod est infra.l. proxi.in principio,ad quod facit.C.de adul.l. quæ adulterium. idem puto secundum Io . etiam si sit futurum periculum : vt supra, e.l.j.§.fi. Sed quid si compulsus iuraui dare decem, & timore periurij dedi ? videtur habere locum hæc actio . nam vt hic datur propter timorem infamiæ, quæ iuris habet effectum, & repetitur : ita ibi. Sed contra dic. vt. C. eod. l. ij. &.xv.q.vj.ca.auctoritatem. retractatur enim à lege iuramentum:vt.C.de leg. & con.l. non dubium.in fine. hic autem præsens erat metus.

gestum est malo more[i]:& prętor non respicit, an adulter sit, qui dedit:sed hoc solùm,quòd hic accepit metu mortis illato.

Si is accipiat pecuniam, qui instrumenta status mei interuersurus est, nisi dem,non dubitatur quin maximo metu[k] cõpellar:vtique si iã in seruitutẽ[l] petor,& illis instrumẽtis perditis,liber pronũtiari nõ possum.

Quòd si dederit, ne stuprum patiatur vir seu mulier[m], hoc edictum locum habet:cùm viris bonis iste metus maior, quã mortis esse debeat. Hæc,quæ diximus ad edictum pertinere, nihil interest,in se quis veritus sit,an in lib eris suis: cum pro affectu parentes magis[n] in liberis terreantur.

In hac adiectione debet probari metus periculi instantis, non suspicati in futuro. Bartolus.

IX. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

n *Magis.*quã in se scilicet, vel etiam magis quàm ipsi filij: facit institu. de noxa.§.sed veteres. versi. quis enim patiatur. Et not.quòd pater plꝰ diligit filiũ ꝙ seipsum.Illud cõstat qꝰ plus pater filiũ,quã filꝰ patrẽ diligit:vt.j.vnde libe. scripto. in fi. &.j. de ioffi.testa.nam & si. in principio, & est ratio : quia esse sine perseuerentia plus in patre per filium, quàm in filio per patrem inuenitur.& hoc est naturale qꝰ res plus perseueraturas quis plꝰ diligit.

Pater plus diligit filiũ ꝙ seipsum. Filius patrẽ ꝙ se.

METUM.] CASVS. Ad hoc vt sit locus huic edicto, oportet quòd in veritate metus sit illatus, & in præsenti : illatus dico interuenien te actu alterius extrinseco: quia suspicio metus inferendi non induc it hoc edictum : non vt teneatur vt in futurum. vnde pone:Dum eram in vinea mea, videbam homines armatos transeuntes per viam : & fugi. non habet locum hoc edictum, nec interdictum vnde vi. non enim videor vi deiectus. sed si in vineam meam intrauerint, & me quærebant, & per aliam partem fugi : locum habet hoc edictũ. [*IDEM AIT.*] Si vi in solo meo ædificasti, quia me inuito te permisi ædificare, cum multos homines tecum armatos haberes, hoc edicto & interdicto vnde vi potero experiri contra te. Item si per metum possessionem rei meæ tradidero, locus erit huic edicto . [*ANIMADVERTENDVM.*] Si singularis homo mihi infert metum : habeo contra eum actionem ex hoc edicto. nam & si corpus vel collegium mihi metum intulisset, locus erit huic edicto .[*SED LICET.*] Si aliquid accipiam vt euadas vel liberem te de vi vel potestate hostium : non poteris repetere quod mihi dedisti: quia edicto nõ teneor.hęc vera sunt,nisi faciã vt detinearis.Sed pone quòd compulisti me per metum vt seruum manumitterem, vel ædificium destruerem.his casibus agam contra te inferentem metum ac. quod me.cau. Sed quod prætor dixerat se non habiturum ratum quod per metum gestum est : qualiter illud sit intelligendum quæritur. & distinguitur : aut res imperfecta est, quia per metum facta fuit promissio, sed non erat subsecuta traditio: aut fuit perfecta subsecuta traditione. in isto casu dabitur ac.& excep.in primo casu sola exceptio : sed male. vnde Vlpia. dicit quòd audiuit istam de facto agitari coram imperatore inter Cãpanos, & dicit : erat quidam cui vim iutulerunt, & promissionem quandam extorserunt : vnde dixit imperator metum passum habere hanc actio.& excep. vnde siue sit res tradita,id est siue sit perfecta siue non, habet hanc acti. & except . [*VOLENTI.*] Si rem corporalem puta librum mihi abstulisti per metum, dabitur mihi contra te actio in rem.vel si compulisti me per metũ vt te per acceptilationem liberarem : dabitur mihi personalis actio, vt quia metus causa actum est, acceptilatione non ob. qui ergo metum intulit, rem restituere, & de dolo repromittere debet, & ita metum passus habet in rem acti. si tamen agit actio. quod met. causa, & consecutus est quadruplum: non aget postea act. in rem vel contra . [*EX HOC.*] Si me compulisti rem per metum tibi tradere:erit mihi restituenda, & de dolo repromittes, scilicet quòd res metu ablata, non sit deteriorata. Item si per metum te per accep.liberaui ab obligatione in diem vel conditionali, debes te in pristinam obligationem reponere, aliàs ipsum debitum soluere. si hoc non feceris, vel non soluas : in quadruplum condemnaberis. Item si per metum compulisti

BIU Cujas

pulisti me vt tibi aliquid promitterē: debes me per acceptilatio- A
nem liberare. Item si vsusfructus vel seruitus per metum est amis-
sa metum passo erit restituenda. *CVM AVTEM.*] Hæc actio
in rem scripta est, & tamen est personalis id est, coërcet illum
ad quem emolumentum peruenit ex metu illato. si ergo accepi-
sti mutuam pecuniam
à creditore: & pro te si
deiussi, & ego per me-
tum compuli te vt te,
imò me (quia me libe-
rato tu es liberatus) li-
berares, non dabitur
secundū Iul. actio ad-
uersus te vt te reponas
in obligationē pristi-
nā, sed contra fideiuſ. si
tamē fideiussor nō re-
ponat principalē cau-
sam pristinam, dicebat
dari act. in eum in qua-
druplū. uerī⁹ tamē est,
vt dicit Marcell⁹, obli
gationē restitutam in
principalē causam in si
deiuſ. idem est ecōtra si
debitor pricipalis me-
tum intulit, vt vterque
liberetur: quia in vtrū-
que datur restitutio, &
hoc dixit proxi. l. [*SI METV.*] Idem dicit
ille. §. quod dicit in prī.
huius. l. & nihil addit
nisi quòd quādo debi-
tor per metū qué intu-
lit creditori liberat⁹ est
deberet reponere pi-
gnora in priorē obliga
tionem, & eti si fide-
iuſ. vt. s. in prī. huius. l.

3 METum autem præsentē[a] accipere debemus, non
suspicionem[b] inferendi ius. & ita Pomponi⁹ libro vicesimo-
octauo scribit. Ait enim metū illatum accipiendum: id est, si
illatus est timor† ab aliquo.

Denique[c] tractat, si fundum meū dereliquero audito quòd quis cum armis[d] veniret, an huic edicto locus sit. & refert Labeonem existimare, edicto locum nō esse: & *vnde vi* interdictum cessare: quoniam non videor[e] vi deiectus, qui deiici non expectaui, sed profugi[f]. Aliter atq; si postea, quā armati ingressi sunt,[g] tūc discessi[h]. huic enim edicto locū fore.*

Hæc actio concurrit cum interdicto qđ vi aut clam. Bartolus.

Idem ait, & si forte adhibita manu, in meo solo per vim[l] ædifices: & interdictum, *quod vi aut clam*, & hoc edictum[k] locū habere: scilicet, quoniam metu patior id te facere. Sed & si per vim[l] tibi possessionem tradidero: dicit Pomponius huic edicto locum esse.[m]

Contra vniuersitatem metum inferentem habet locum hoc edictum. hoc dicit. vel sic: Siue violentia inferatur à priuato. siue ab vniuersitate vel collegio: habet locum hæc actio. Bartolus.

Animaduertendum autem est, quòd prętor hoc edicto generaliter[n] & in rem[o] loquitur: nec adiicit à quo[p] gestum [sit:] & ideo siue singularis sit ꝑsona ea, quę metū ītulit, vel popul⁹, vel curia,[q] vel collegiū,[r] † vel corpus, huic edicto locus erit.

Licet mihi accipere pecuniam vt te à violentia illata per alium liberem. Bar.

Sed licet vim factam à quocūnque prætor complectatur, eleganter tamē Pomponi⁹ ait, B
si quo magis te de vi hostium, vel latronum, vel populi tuerer vel liberarem, aliquid à te accepero, vel te obligauero: non debere me hoc edicto teneri: [f] nisi ipse[t] hanc tibi vim summisi.[u] Cęterum si ali⁹ vim summisit, [x] teneri * me nō debere. Ego enim operæ potius meę[y] mercedem accepisse videor. Idem Pōponius scribit quosdam bene putare, etiā seruī manumissionē[z], vel ædificij depositionem, quam quis coactus fecit, ad restitutionem huius edicti porrigendam esse.

Ex hoc edicto in rebus seu negotiis perfectis oritur actio & exceptio. Bartolus. C

Sed quod prętor ait, *ratum nō habebo*,* quatenus[a] accipiendū est, videamus. Et quidē aut imꝑfecta res est, licet met⁹ interuenerit: vt puta stipulationē[b] numeratio non est secuta: aut perfecta, si post stipulationē & D

---

a *Præsentem.* etiā pro futuro periculo: vt. ſ. e. l. j. §. fin. quæ est cōtra.

b *Suspicionem.* No. suspicionem nil operari: vt hic, & C. eo. l. metū. Sed ar. contra. j. de adqui. pos. si id ꝙ. §. fi. & j. de dona. l. j. & j. loc. & con. l. habitatores.

c *Denique.* de præsenti metu & non præsenti dicitur per exempla.

d *Cum armis veniret.* qui aliò tendebat.

e *Non videor.* imò videor: vt infra, de vsuca. non solum. §. si dñs. quæ est cōtra. So. hic aliò tendebant: ibi ad locū veniebant. Vel dic quòd videtur vi deiici quātū ad amittendā possessionē, quia amittit, vt ibi: nō quantū ad hoc edictū vt habeat locum, & sic vtrobique aliò tēdebant. porro si vere illò tēdebāt, non tamen intrauerūt, habet locū interdictū vnde vi: vt. j. de vi & vi arma. l. j. §. idē Labeo. si autē aliò, nō: vt hic, &. j. de vi & vi ar. l. iij. §. si quis aūt visis. & hoc si nō habuerunt animū deiiciendi illū, vt ibi dicitur: nisi postmodū mutato proposito intrauerint: vt ibidē subiicit. Et his casibus nō est res vitiosa quantū ad vsuca. nisi in vltimo. quādo. ſ. mutato proposito intrauerūt. nā & possessio amittitur, & interdictū vnde vi locum habet: & est res vitiosa. At hoc edictū habet locū tūc cum armatis ingressis per vim cōpulsiuam patior eos possidere, & quasi sola vita contentus alia eis dimitto: [a] vt. j. proxi. §. idem ait & c. quæ patientia quodammodo pro traditione est: vt insti. de re. di. §. venditæ. versi. nihil. Et no. quòd hoc edictū non concurrit cum interdicto vnde vi: sed cum interdicto quod vi aut clam sic: vt. j. proxi. §. idem ait. & sic no. quòd quandoque amittitur possessio, nec locum habet interdictum, nec res est vitiosa: quādoque amittitur possessio, & datur interdictum, nec est res vitiosa: quandoque illa tria concurrunt: quandoque datur hoc edictum.

f *Profugi.* id est ante fugi.

g *Ingressi sunt.* scilicet mutato proposito: vel à principio hoc animo venerunt.

h *Discessi.* scilicet volens timore. aliàs si nolens deiicior: locum habet interdictum vnde vi.

i *Per vim.* compulsiuam.

k *Edictum.* quia patiendo coactus tradere videor coactè: vt modo dixi.

l *Per vim.* compulsiuam.

m *Edicto locum esse.* vt hic, & infra, eod. si mulier. §. qui possessionem.

n *Generaliter.* quantum ad res corporales & incorporales.

o *Et in rem.* quantū ad conuentos & possidētes rem illam in qua metus est admissus. † *Vide Innocen. extra de simo. c. dilectus. 2.*

p *A quo.* hoc quantum ad delinquentes. nec enim dicit: si quis metu & cætera, sed ꝙ gestum erit & cætera, & ideo &c. vt subiicit.

q *Curia.* decurionū.

r *Vel collegium.* monachorum, & expone hæc vocabula vt dixi, supra, quod cuiusque vniuer. l. j. sed si potest aliqua vniuersitas cōmittere metum, vt hic: ergo & dolum: vt infra, eo. si cum except. §. eū. Sed contra. infra, de do. sed si ex dolo. in pri. Sol. hic seruus vniuersitatis fecit: vt. j. de adq. pos. l. j. ī fin. & l. sequē. vel dic non tota, sed pars, scilicet maior: ꝙ perinde erit ac si tota: vt infra, de regu. iu. l. aliud. §. refertur. Vel dic quòd illi committunt qui regunt vniuersitatem, quibus & talia videntur mandata: vt infra, de vi & vi ar. l. si me. & infra, ad munici. l. Lucius. §. imperatores. Vel dic (quòd verius puto) quòd vniuersitas dolum & metum committit: vt hic dicit. & quod contraria lex dicit, quid enim & cætera. supple, facile.

* *alienus sum à vi, teneri &c. Flo.*

* *se nō habiturū, Fl.*

s *Edicto teneri.* nisi & ipse & cætera. vt subiicit: & C. eodem. l. non interest. quæ est contra. sed hoc nisi, tollit contrarium.

t *Ipse.* subaudi, ego.

u *Summisi.* id est te capi fecero.

x *Summisit.* id est te cepit.

y *Operæ potius meæ.* æquum est enim vt si habes bonum propter me, vt & ego habeam propter te, vt hic, & infra, de condic. ob tur. cau. l. idem. §. fi. & infra, ad. l. Rho. de iac. l. ij. §. æquissimum. & infra, de dona. si pater. §. si quis. Sed cum quilibet teneatur actione ista, ad quem peruenit commodum ex metu: vt infra, eo. si cum. §. aliquando. quare hic non tenetur? Respon. hoc quia huic dationi proxima causa est beneficium siue seruitium quod fecit ob hoc quod dedit: aliàs autem proxima causa traditioni factæ meticuloso est metus.

z *Serui manumissionem.* nota tres casus: quia aut fui ego dñs ab extraneo cōpulsus manumittere, & tūc obtinet ꝙ hic dicit: aut à populo, aut ab ipso seruo. & his duob⁹ casibus nō valet libertas, & ideo nō est locus restitutioni: vt. j. qui & à qui. ma. li. non. fi. l. ille seruus. & l. si priuatus. secus si seruū per metū mihi auferas, & manumittas: quia nō valet libertas: sed vindico vtili in rem: vt. j. qui. ad li. procla. nō li. l. ij. Sed in nostro casu contra quem restituitur dominus? quidam contra seruum, vt in seruitutem redigatur: quasi hæc sit magna causa: vt infra, de mino. si ex causa. §. fi. & l. seq tu dic secundum Io. contra inferentem metum, & ad interesse. nam libertatem reuocare non potest: vt infra, de dolo. & eleganter. in principio. & dicta. l. si ex causa. §. aduersus.

a *Quatenus.* id est qualiter.

b *Stipulationem.* per metum extortam.

Facta

† *Nō quod metū debeas esse atrox & talis qui cadat in constātē virū. cōcor. tex. & l. enterpos. tac. C. de rā. sta. ex. m. l. nē quid. ff. quemā. ff. de viur. Cy. in. l. t. de re. sind. vi. C. concurrēx. in calabria extra eo. & c. de lectu. sta. q. fu. Inno. in. c. cum nobis. de elect.*

Et sic cedo & recedo: sed vbi nō cedo pos sessionē, sed sola recedo, expulsus: habet locū vnde vi. quia ea mē tio est mēdax quæ fecum. Bal.

Flo. hoc

facere Fl.

BIU Cujas

numeratio facta est: [a] aut per metum accepto debitor liberatus est: vel quid simile contigerit, quod negotium perficeret: & Pomponius scribit [b], in negotiis quidem perfectis, & exceptionem interdũ, & actionem cõpetere: † in imperfectis autem solam exceptionẽ. Sed ex facto scio [c], cum Campani metu cuidã illato extorsissent cautionem pollicitationis [d], rescriptum esse ab imperatore nostro, posse eum à prætore in integrum [e] restitutionem postulare, & prætorem me assidente interlocutũ esse, † vt siue actione vellet aduersus Campanos experiri, esse propositam: siue exceptione [f], aduersus petẽtes, non deesse exceptionẽ. Ex qua constitutione [g] colligitur, [h] vt siue perfecta, siue imperfecta [i] res sit: & actio & exceptio det.

Difficilis est: & legitur tribus modis secundum veram lec. hoc intendit: Metum passo datur vtilis ex hoc edicto ipso iure: & per actionem ex hoc edicto restituitur directa. Bartolus.

¶ Volenti autem datur, & in rem actio, [k] & in personam, rescissa acceptilatione, vel alia liberatione. [l]

Metum inferens tenetur restituere, & de dolo cauere. hoc dicit. Vel sic: Qui restituit rem, per hanc actionem cogitur cauere de dolo. Bartolus.

¶ Iulianus libro tertio Digestorum putat eum, cui res metus causa tradita est, non solum reddere, verũ & de dolo [m] repromittere debere.

Persecutoria tollitur per pœnalẽ quando inest rei persecutio. hoc dicit. Vel sic: Actio in rem tollitur per pœnalem, & econuerso: quia in pœnali continetur rei persecutio.

¶ Licet tamen in rem [n] actionem dãdam existimemus, quia res in bonis est eius [o], qui vim passus est: verum non sine ratione dicetur, si in quadruplum quis egerit, finiri [p] in rem actionem: vel contra.

Per hanc actionem debet res in pristinum statũ restitui: aliàs contumax in quadruplum condemnabitur. h.d. Vel sic: Per hanc actionem fit restitutio in pristinum statum: & ad restituendum inferens metum compellitur.

¶ Ex hoc edicto restitutio talis facienda est id est, in integrum officio iudicis [q], vt si per vim res tradita est, retradatur: & de dolo (sicut dictum est [r]) repromittatur: ne forte deterior res sit facta. Et si acceptilatione liberatio interuenit, restituenda erit in pristinum statum obligatio: vsque adeo vt Iulianus scribat libro quarto Digestorum, si pecunia debita fuit quæ accepta per vim facta est: nisi vel soluatur, [s] vel restituta obligatione iudicium accipiatur [t], [in]quadruplo eum cõdẽnandũ. [u] Sed & si per vim stipulãti

† *Not. quòd ille qui habet exceptionem, nihilominus potest agere. conuenit. text. in simili in l. si quis rem. ff. de li. leg. & in l. Aurelius. §. i. e. ti. & in l. si cõtendat. ff. de fideiuss.*

† *Vide Inno. in. c. ex causis. extra de re iudica.*

a *Facta est.* similiter per metum: ne sit contra. C. e. l. ij. sed potest dici quòd est damnum passus in eo quòd est obligatus.

b *Scribit.* & male secundum Io. etiam in primo casu ex eo quòd posuit, interdum. nam vtrumque locum habet. & facit pro Io. infra, vbi dicit ex qua cõstitutione &c. Vel dic secundum Azo. bene in hoc primo dicto.

duo enim dixit. vnum de negotiis perfectis, & hoc bene. Aliud in imperfectis, & ibi male. Azo. Et secundum hoc hæc dictio, interdum, notabit facti varietatẽ, non iuris diuersitatem, & refertur tantũ ad exceptionem. q. d. si habile est vt habeat locum exceptio, aliàs nõ. nam si omnia perfecta sunt, & nihil dicit inferens metum passo, qualiter excipieret? At quod dicit in imperfectis solã exceptionem: pessime dixit, & ideo corrigitur in fin. §. Sed vnde fuit motus Pompo. in secundo dicto? Respõ. forte ex eo quòd hæc actio nõ datur, nisi habeat quis damnum: vt infra, eo. sed & partus. §. queri. hic autem non videbatur dãnum passus, cum res sit imperfecta. Sed potest dici quòd est damnum passus in eo quòd est obligatus. Accursius.

c *Scio.* loquitur. Vlpianus.

d *Pollicitationis.* id est promissionis: & sic res erat imperfecta. Accursius.

e *In integrum.* per actionẽ quod metus causa, vt per acceptilationem liberetur, non iudicis officio tantum.

f *Siue exceptione.* scilicet vellet experiri.

g *Ex qua constitutione.* id est rescripto principis.

h *Colligitur.* Quomodo colligitur ius generale ex interlocutoria quæ est in rescripto principis: vt. C. de le. & con. l. ij. quæ est contra? Respon. illud obtinet quando princeps interloquendo nouum ius constituit. hic autem non constituit, sed magis quod erat expositum. Vel ibi statuit imperator interloquendo in aliqua causa quæ fit coram eo. sed hic faciendo ius interloquendo. Item hoc est in corpore iuris. Sed hæc non valet: quia erat in corpore iuris ante hanc legem.

i *Siue perfecta siue imperfecta res sit.* si perfecta, datur actio, item exceptio si forte res redeat ad eum, quam repetit qui metum intulit: vel petit sibi caueri de euictione. si autem imperfecta, datur exceptio & etiam actio vt liberetur per acceptilationem: vt infra, eod. l. si cum excep. §. sed & si quis per vim. sed quando res est perfecta, videtur quòd nec actio nec exceptio detur, cum perficiendo videatur approbare primo factum: vt. C. eo. l. ij. quæ est contra. Sed dic quòd hic primum & secundum fuit factum per metum, ibi primum tantum. Accursius.

k *Et in rem actio.* quidam sic intelligunt, vt actio in rem vtilis habeat locum non quod met. cau. quando corporalia dedit per metum. secundum istos actio in personam quod met. cau. quando incorporalia, vt actionem: vt subiicit. sed Io. dicit, in rem vtilis quæ primo antequam per metum alij traderetur dominium, erat directa, nũc datur, & in personam, scilicet quod met. cau. quæ est in personam: vt institu. de act. §. præterea. dabitur & in eodem casu: vt infra, ea. l. §. licet. & etiam in alio casu: vt scilicet remisi actionem per acceptilationem, vel per pactum in illis casibus vbi tollitur actio ipso iure: vt supra, de pact. si tibi. §. quædam. aliàs enim agerem prima: & si excipiet de pacto, replicarem de metu. Item quod datur in rem priori domino, verum est si prius erat dominus: vel talis cui Publiciana vel similis daretur ratione directi vel vtilis dominij: aliàs non haberet locum hæc actio: licet interdictum vnde vi de hoc non curet: vt infra, de vi & vi arma. l. j. §. qui à me vi. nec actio personalis quæ met. cau. vt infra, eo. si mulier. §. qui possessionem. sed quare non datur actio in personam vtilis quæ primo dabatur directa, sicut rei vi? Respon. secundum Io. quia actio in rem videtur remansisse in rebus humanis, cum dominium semper fuerit saltem penes inferentem metum directum: at actio personalis fuit prorsus extincta: vnde in perpetuũ &c. vt infra, de solu. qui res. §. aream. Contra hoc est infra, de lega. iij. fideicõmissa. §. si rem. ideo dic secundum Azo. & etiam prima personalis datur vtilis. & sic potest intelligi quod hic dicitur. nam & aliàs actio resuscitatur: vt infra, e. si mulier. §. fin. & supra, si ex noxa. cau. aga. l. ij. in fin. & infra, de ca. de. l. tutelas. §. si libertate. & C. si aduer. transac. l. ij. & C. de accep. l. fi. & quod in. d. l. de solut. dicitur, fallit sicut & aliæ regulę. vel puncta ibi, in perpetuũ extincta certe resusci. & cætera.

l *Liberatione.* quæ facta fuerat per pactum simplex.

m *Etiam de dolo.* vt infra, e. l. §. ex hoc. & infra, de pigne. act. creditor. & de rei vin. si

n *In rem.* scilicet vtilem, vt diximus modo in. §. volenti.

o *In bonis eius est.* scilicet fictione iuris: quia nemo videtur &c. vt supra, titu. j. l. nemo. & dic vt ibi dixi.

p *Finiri.* si primo agatur in quadruplum, tollitur in rem: quia nata erat. sed si agatur in rem prius, vt dicit hic, vel contra, quomodo tollitur in quadruplum, cum non sit nata nisi tunc demum quando erit in contumacia quia nollet rem restituere: vt infra, eo. si cum exceptione. §. in hac. & instit. de act. §. item actio? Respon. Dic verbum, finiri, propriè & impropriè poni, vt aliàs infra, si cer. pet. l. certi condictio. in prin. Vel dic natam etiam à principio licet ex clementia tardetur eius cursus: vt innuit, infra, eo. si cum exceptione. §. si quis. versic. satis. Item quare vna per alteram tollitur, cum vna sit pœnalis, altera rei persecutoria? Respon. quia sub quadruplo inest res: vt infra, eo. si cũ exceptione. §. quatenus. versic. quòd si homo. aliàs contra esset: vt infra, de fur. si pignore. §. cum furti. Accursius.

q *Officio iudicis.* quod late patet, cum sit arbitraria tam quod metus causa, quàm vtilis in rem: vt institu. de act. §. præterea.

r *Dictum est.* scilicet supra, eo. §. Iulianus. & intellige sine fideiussore: vt infra, de præto. stipula. l. j. §. pe. & C. de verborũ signi. sancimus. & not. quòd primus casus est in re corporali: sequentes in incorporalibus. Accursius.

s *Soluatur.* siue pura sit, siue non.

t *Accipiatur.* cum non est pura, & dic accipiatur cum dies vel conditio aduenerit.

u *Condemnandum.* hoc quod dicit de actione restituenda, intellige si erat obligatio in die, vel sub conditione: aliàs in ipsam pecuniam post acceptum. & l. si homo.

BIU Cujas

cuniam condemnaretur: non vt reponeret se in obligationem: vt infra, de condic. cau. data. si quis acceptò tulerit. sed acceptilatio non tenet nisi extiterit conditio: ergo interim non est damnandus, & sic non agitur. Sed certe imò est damnandus propter spē. Sed quid quadruplabitur si adhuc non debeat? Respon. quod erat simplandum: vt infra, eod. si cum. §. j. sed differtur exactio in diem principalis obligationis: vt infra, ad l. Aquil. in lege. & infra, e. sed & §. fin. Alij dicunt æstimari quid valeat talis obligatio, vt illud quadrupletur: vt arg. pro eis infra, de condic. furtiua. si seruꝰ. Sed ar. contra. infra, de tab. exhi. locum. §. fi. in versicu. etiam si sub condi. &c. Sed ibi speciale: vt ibi not. Item quid si accepto tuli obligationē furti vel iniuriarū? hic non debet resuscitari. nōn enim &c. vt supra, de pactis. l. si vnus. §. pactus. ver. idem dicemus? Respon. ponet se in obligationem tantæ quantitatis per stipulationem secundum H. imò fiet ipsa exactio: cum non possit teneri nisi pure: vt infra, de condic. cau. da. lege si quis accepto tulerit. [a] Ité quid si reus & multi fideiussores pro eo tenerentur, an contra omnes fiat quadruplatio nisi se reponant in obligationem? Respō. non, sed reus tantum: & si in aliquo non esset soluendo, in residuum fiet quadruplatio contra fideiussores. & hoc potest intelligi, infra. §. cum autem. & infra. l. proxi.

promisero, stipulatio acceptò facienda erit. Sed & si vsusfructꝰ, vel seruitutes amissæ [a] sunt, restituendæ erunt.

Hæc actio est in rem scripta: ideo datur contra omnes ad quos commodum peruenit ex metu. Item est restitutoria: & ideo omnia in pristinum statum reponit. hoc dicit cum. l. seq. Bartolus.

¶ Cùm autem hæc actio [b] in rē sit scripta, [c] nec personam vim facientis [d] coërceat, sed aduersus omnes [e] restitui velit, quod metus causa factū est: non immerito Iulianus à Marcello notatus est scribens, [f] Si fideiussor vim intulit, vt accepto liberaretur, [g] in reum non esse restituendam actionem: [h] sed fideiussorē, nisi aduersus reū quoque actionem restituat, debere in quadruplum condemnari. Sed est verius, quod Marcellus notat, etiam aduersus reum competere hanc actionē, cùm in rem sit scripta.

Per contumaciā. quia tunc pro præsentibus habentur: vt in auth. de

Prædicto. iud. §. appellationes.

Ibi. §. quæ col. vj. si autē sunt ab-

Anno. sentes, & non contu-

Non c. cū ex mēses: tribus mensibus

Interea. ex- expectantur: vt in au-

Pura de rest. thenti. vt spon. largi. §.

In integrū. ad hæc. colla. ix.

g *Emisti.* nō cum decreto sicut opus fuit.

h *Potest.* scilicet minor.

i *Rem suam.* scilicet cum soluendo non esses.

k *Careat.* cum non habeas quod minor tibi vendiderit. Ioan. & interest sua ipsam rem habere: vt supra, eo. si ex causa. in princi.

l *Prætoria.* quatuor modis expone. Primo vt cognitio prætoria sine officio iudicis habeat locum, quando minor non fuit dominus. aliàs restituitur ad vindicationem: vt subiicit. Secundo dic quòd si habeat causam possidendi à minore prior emptor: tunc ad rei vindicationem restituatur: si autem non, licet ab eo emerit, quia prius habebat eam, tunc cognitione prætoria. Tertio dicas quòd tam officium quàm vtilis rei vindicatio simul dē-

D tur. Hoc Io. non placet: vt infra, eo. in causæ. §. Pōponius. Quarto dic (quod puto verius) quòd primo petatur restitutio in integrum per officium iudicis: vt. j. eo. ꝙ si minor. §. fi. per quam rescinditur alienatio: vt pro non facta habeatur. & sic rei vindicatione vtili agit: vt subiicit. & pones, vel pro &.

m *Pomponius.* aliàs est lex.

n *Vendidit.* cum decreto: vt hoc superiori casu.

o *Faciendam.* nisi interest habere rem: vt dixi.

p *Si vero non esset soluendo.* prior emptor.

q *Ignorantem.* secundum emptorem.

r *Planè. In eum.* scilicet posteriorē emptorē, nisi interest sua potius rē habere: vt. ff. e. si ex causa. in princip. &. ff. l. pxi. in fi.

s *Ed vbi restitutio datur.* contra posteriorem emptorem.

t *Poterit.* vt. j. de euic. l. minor. in princi. & facit infra, de solu. l. qui res. §. huic. Accursius.

u *Idem iuris erit.* vt quilibet ad auctorem suum redeat: vt infra, de euic. si pro re. §. fin. &. l. sequen. Minor tamē restituet id in quo locupletior est, suo emptori: vt infra, eo. ꝙ si minor. §. pe. Vel dic etiam illi quem conuenit ad rem: vt infra de leg. ij. qui solidū. §. j.

¶ In summa[a] perpēdēdū[b] erit prætori, cui potius subueniat: vtrum creditori, an fideiussori. Nam minor captus neutri tenebitur. Facilius in mandatore dicendum erit, non debere ei subueniri.* Hic enim velut adfirmator fuit & suasor, vt cum minore contraheretur. Vnde tractari potest[c] vtrum minor in integrum restitutionem aduersus creditorem, an & aduersus fideiussorem implorare debeat. & puto tutius aduersus vtrumque.

In his quæ fiunt causa cognita, requiritur quòd pars sit præsens: vel per contumaciam absens. Bartolus.

¶ Causa autem[d] *cognita, & præsentibus[e] aduersariis, vel si per cōtumaciam[f] desint: in integrum restitutiones perpendendæ sunt.

In integrum restitutio est scripta in rem: & ideo datur in subsidium contra eum ad quem res peruenit: licet cum minore nō cōtraxit. h. d. cum. l. seq. Bartolus.

¶ Interdum[t] autem restitutio in rem datur minori, id est aduersus rei eius possessorem: licet cum eo non sit cōtractum. vt puta rem à minore emisti[g], & alij vendidisti: potest[h] desiderare interdum aduersus possessorem restitui: ne rem[i] suam perdat, vel re sua careat[k]: &

A & ar. j. de rei vin. l. emptor. Item not. ꝙ ambulat emptio: vt hic. Item vltima voluntas: vt infra, de do. inter vi. & vxo. l. cum hic. §. oratio. Item legis potestas: vt. j. de fun. dota. l. erit.

IN causa.] CASVS in hac. l. (quæ continuatur vsque ad. l. Papinianus) est talis: Ita demum in integ. rest. datur, si aliud non supersit auxilium: vel quia iure actionis: vt in primo casu. vel ipso iure: vt secundo, scilicet si sit tutius. nam si habet aliam act. nō habebit in integrum restitu. secundum Ioan. licet M. dixit quòd competit in integ. resti. cū alio auxilio iure actionis competentis: quia ex quo communi iure tutus est absque litemo uenda vel recipienda. non erit restituendus. [POMPONIVS.] * *Flo. esset* Paterfamiliàs decessit Titio hærede instituto: & cum rogauit: vt nepti suæ huius testatoris res quasdam præstaret sub tali cōditione, vt si illa sine liberis decederet, eos hæredi restitueret à testatore rogata sub præmissa cō ditione. decessit institutus hęres præstitis illis rebus, quas rogatus fuit præstare. neptis autem cauit se illas restituturam hæredi hæredis: quod facere non tenebatur: quia hęredi & nō hæredis hæredi præstare tenebatur: & sic quia conditionale fuit secūdū fideicom. non transmittetur ad hæredes, cum prius decedat fideicōmissarius, quàm existat conditio. Dixerunt autem quidam ad cautionem indebiti interpositam restituendā eam, & si non competat condictio sine causa: sed dicit Pōponius ꝙ reuocatur cautio per condic. sine causa: aliud est quando ipso iure contractus non valet. [IDEM] Vendidi tibi librū: & te decepi, vel tu me decepisti. nihilominus valet vēditio: & tenebit cō tractus, licet alter nostrū decipiatur. [NVNC.] Hic quęritur qui sint iudices qui possunt dare rest. contra suam sententiam, vel cō tra sentētiā iudicis minoris quàm ipsi sint. vnde dicit ꝙ prefectus potest dare restitutionē cōtra suā sentētiam: licet à prefecto nō possit appellari. sed quę sit ratio diuersitatis, dicitur plene in litera. Dixi maiorē iudicē posse restituere cōtra sentētiā minoris: sed minor nō potest restituere cōtra sentētiā maioris. Sed vtrū contra sententiā principis possit dari in integ. rest. quęritur. Et respō. aut minor ostēdit manifestam suam læsionē: quia dicit se proditū ab aduocato: & tūc etiam contra sentētiam principis restituetur: & dabitur restitutio ab ipso principe. aut non ostendit manifestam læsionem, & hoc casu non restituetur. In fine dicit quòd princeps solus restituit contra suam sententiam: & etiam contra sententiam delegati sui. [NON SOLVM.] Notat hic cum. l. sequen. tria tempora. Primum si decesserit minor qui poterat restitui: & ei extitit maior hæres: poterit quidem iste maior restitui intra annum ex persona defuncti. Secundum tempus quando isti minori læso succedit alius minor: nunquid iste minor succedens poterit restitui? Et dicitur quòd sic, toto tempore suæ ætatis succedentis: & habebit etiam vtilem annum ex persona defuncti. Tertium tempus est quando minor maiori succedit: quia si isti maiori restat aliquid ex vtili anno cum decesset, succurretur isti minori succedenti: quia habebit totum tempus suę ætatis: & postquam fuerit factus iste hæres maior, habebit illud quod restabat defuncto de vtili anno.

B

C

D

BIU Cujas

a *Etiam hoc.* non solum ea quæ dicta sunt supra, eo.l. verum. §. sciẽdũ. vsque huc. Ité & aliud quod est supra, de in integ.rest.l.iij.

b *Competere.* & certe competit actio alia cum isto beneficio, secundum M. vt infra, eo.§. Pomponius. Item proprie hic ponitur alia: nam hic in integ.resti. iure actionis petitur: vt argumen. supra, eo.in causæ. §. interdum. secũdum eum. nam hoc officiũ actionem esse dixit. Sed contra dic in vtroque casu. nam cum alia nõ detur specialiter: vt p eũ dem.§. Pomponius. dicõ. & hic expone an alia detur, scilicet vt sic hæc non detur. Item nec iure actionis: sed officio iudicis hæc restitutio datur: vt infra, eo quòd si minor.§. fi. sed data restitutione antiqua actio vtilis intẽditur: vt supra, eo.l.in causæ.§. interdum. alibi autem extraordinariũ cum ordinario bene concurrit: vt patet. j.de rei vind.l.j.§.per hanc. improprie ergo ponit hæc dictio, alia: vt supra, de procu.l.nõ solum. §. quæritur. & quod dicit, actio, id est auxilium per quod dicat ipso iure nullum: vt subiicit. Contra eundẽ ergo non datur actio specialis, & in integ.resti. sed contra diuersos sic: vt. C. si tut. vel cura. interue.l. etiã. j. nisi in casu: vt infra, eo.cũ mandato.§. si autem. &

[2] IN causæ cognitione etiã[a] hoc versabitur, num fortè alia actio possit competere[b], citra in integrũ restitutionẽ[c]. Nam si[d] communi auxilio, & mero iure munitus sit: non debet ei tribui extraordinarium auxilium: vt puta [si] cum pupillo contractum est sine tutoris auctoritate, nec locupletior[e] factus est.

Item relatum est apud Labeonem: si minor circumscriptus societatem coierit[f] vel etiam donationis[g] causa: nullã esse societatẽ, nec inter maiores quidẽ:[h] & ideo cessare partes prętoris. Idem & Ofilius respondit. satis enim ipso iure[i] munitus est.

Condictio indebiti vel sine causa restitutionem non impedit. h.d. secundum vnam lecturam: vel eam impedit secundum aliã. Bartolus.

℣ Pomponius quoque refert libro vicesimooctauo, cum quidã hæres rogatus esset fratris[k] filiæ complures res dare ea cõditione[l], vt si sine liberis decesisset[m], restitueret[n] eas[o] hæredi: & hæc defuncto hærede, hæredi eius[p] cauisset se restituturam, Aristonem putasse[q], in integrum restituendam. Sed & illud Põponius adiecit[r], quòd potuit incerti[s] condici hęc cautio etiam à maiore. Nõ enim[t] ipso iure, sed per cõdictionem munita* est. Et generaliter[u] p̃bandum est, vbi contractus nõ valet: pro certo prætorẽ se nõ debere interponere.

Iste.§. continuatur ad superiora: ideo nõ indiget summario: intellige dummodo absit dolus, & non sit deceptio vltra dimidiã iusti pretii. Bartolus.

℣ Idem Pomponius ait, in prętio emptionis & vẽditionis naturaliter licere[x] contrahẽtibus se circumuenire[y].

Qui habent merum & mixtum imperium, possunt in integrum restituere etiam contra suam sententiam: & minor iudex non potest restituere contra sententiam maiorum. Bartolus.

℣ Nunc videndum [est,] qui in integrum restituere possint. Et tam præfectus vrbis, quàm alij magistratus[y] p̃ iurisdictione[z] dente conditione: vt. C. de cadu.tol.l. vna. §. sin autem aliquid. merito autem hæc cautio condicitur, cum sine causa sit exposita: vt hic subiicit. & infra, de condic. sine causa. l.j. & facit infra, ad Treb. l. hæres.

a *Bar. hic & Ioan. de Imo. in l. di us. de re iu.* est ratio in procuratore: vt ibi dixit. Sed quid[a] si exceptionem non actionem de iure communi habeat: an dabitur restitutio? Respon. Io. vtique: vt quia deceptus vltra dimidiam iusti pretij. Item da exemplum: vt infra, eod.si minor.§. minores. in j. & *Alex. in l. in puĩciali de noni ope. nunti. in addit. ad Bar. reputãt istam glo. sing. ad hoc quòd cui cũ petit exceptio, nõ cõ petit remediũ extraordinarium. Bolog.*

b *Competere.* bene dico versari, quia dubium. nam quod sequitur, non est dubium secundum Io. supple, vt scilicet restitutio non detur. nam &c. & sic est ar. à simili.

c *Restitutionem.* bene dico versari, quia dubium. nam quod sequitur, non est dubium secundum Io. supple, vt scilicet restitutio non detur. nam &c. & sic est ar. à simili.

d *Nam si communi.* not. quòd vbi habet locum commune auxilium, non debet extraordinarium peti: vt infra, de Carbo. edic. l. cum sine. in princip. & infra, ad muni. l.j. in fi. in gl. fi. ibi, superuacuum est &c. & ṡ. de eden. l. quædam. in prin.

e *Nec locupletior.* vnde ipso iure non tenet in eius præiudicium: vt insti. de auct. tu. §. j.

f *Coierit.* scilicet dolo inductus ad sociandum.

g *Donationis.* nã minor donauit quicquid in societate ponebat.

h *Nec inter maiores quidẽ.* vt infra, pro socio. l.iij. in fin. & l. v. §. fina. Sed quid si deceptus velit agere pro socio? Respon. potest: quia eius fauore tenet, & in odium alterius nullius est momenti: vt argu. j. de iure do. si res æstimata. §. j. in prin. nec dico vt ita teneat ex parte decepti si velit deceptus: quia sic penderet, quod est absurdum: vt supra, de neg. gest. l. Pomponius. immo statim ex sua parte tenet, & non alterius. nam alter dolum suum allegare non potest: vt. C. de ser. pig. da. ma. si creditoribus. Item quæro si deceptus agat, nunquid decipiens econtra aget? Videtur quòd sic: vt. C. de tempo. in integrum restitu. l. petẽdæ. Sed tamẽ dic cõtra. sed excipit: vt. j. de cõtrahẽ. emp. l. si in emptione. §. ité si emptor.

i *Ipso iure.* idem si venditio fiat causa donationis: vt infra, de dona. inter virum & vxo. cum hic status. §. si inter virum. Accursius.

k *Fratris.* scilicet testatoris.

l *Conditione.* apposita in reddendo: non autem in dando.

m *Decessisset.* scilicet illa filia.

n *Restitueret.* scilicet illa filia.

o *Eas.* scilicet res.

p *Hæredi eius.* scilicet hæredi hæredis, cui non tenebatur. cum enim conditionale hic erat fideicommissum hæredi dandum, nõ transmisit hæres qui vicem tenet legatarij, ad suum hæredem pẽ-

q *Putasse.* & bene, secundum M. sed male secundum Ioan.

r *Adiecit.* propric. & non corrigit secũdum M. sed secũdum Io. scilicet corrigendo dictũ Aristonis.

s *Incerti.* id est condictione sine causa.

t *Non enim.* bene dico restitutionem dandam. non enim &c. sic secundum M. in integrum restitutio datur, vbi aliud. auxilium ẽ speciale: vt & arg. C. [illegible] aduer. fisc. l.j. & infra, eo. Æmilius sed secũdum Io. non, & dic bene dico habere locum condictionem. non enim &c. & est argu. ṡ. in princi. huius. l. & infra, eo. cum mandato. Sed contra Io. est valde. C. de fideiuss. mi. l. si ea. nã ibi dolus dederat causam contractui. & dicitur consulendum fideiussori minoris. ibi ergo dabatur cõdictio sine causa, & restituitur. Sed dicas, ibi alio modo quàm per restitutionem succurritur. vbi ergo restituitur? Nam vbi fuit dolus incidens, nõ restituitur: quia quilibet maior ageret actione ex eo cõtractu. Sed forte fideiussor nõ: quia tantũ ex cõtractu stricti iuris tenebatur. Ité si nullus dolus fuit, nõ datur restitutio fideiussori: vt. ṡ. in causę. ij. respõ. quia ibi dolus dederat causam contractui & traditio facta erat: & fideiussor de euictione tenebatur: nec habet fideiussor cõdictionẽ sine causa, sed restituitur ipse & minor. Nã actio de dolo minori denegatur: quia restitui potest: vt. ṡ. tit. j. l. ij. §. idẽ. & l. quidã. sed nonne habet exceptionẽ? Respõ. nõ tollit restitutionem: vt in principio huius. l. notatur. Nec etiam ob. d. l. C. si aduer. fisc. l.j. quia ibi re ipsa & infra dimidiam fuit deceptus: non ex proposito. vnde restituitur actione communi: vt infra, proxi. §. Item non ob. alia infra, eod. l. Æmilius. quia ibi fuit prorogatum tempus in certum diem: illęque dies lapsus fuit. vnde venditor ad legem commissoriam redire potest: vt infra, de verbo. obligatio. l. cum stipulatus. Sed hæres emptoris quasi cum eo videatur contractum, hoc ipso quòd prorogatio facta est ei, in integrum restitui potest: & actionem ex empto quam recuperauerat per prorogationem, vt infra, de lege commiss. l. antepenul. §. fin. & l. sequen. amittit per cursum sequentis temporis.

u *Generaliter.* bene dico per condictionem, non ipso iure: quia tunc cessaret restitutio: quia non est opus, licet hoc casu cesset: quia est aliud auxilium commune.

x *Naturaliter licere.* id est de iure gentium: vt infra, loca. l. item ij. §. quemadmodum. tenet enim contractus nihilominus: sed deceptus, si quidem re ipsa, minor restituitur pro leui damno etiam, non pro minimo: vt supra, de in integ. resti. scio. maior non, nisi vltra dimidiam iusti pretij sit deceptus: vt. C. de rescin. ven. l. ij. & l. si voluntate. si autem ex proposito, incidenter tamen, agitur ex eo contractu: vt infra, de act. emp. l. Iulianus. §. si venditor. & diximus supra, ti. j. l. & eleganter. in prin. *ADDITIO.* Quærit hic Bal. an istud sit verum de iure diuino. Dic quòd non: nec de iure canonico, & hoc tenet hic Cy. in additione: quod intellige si dolus versetur: secus si bona fide contrahatur. & quod not. per Inno. in. c. j. in contracti. de vsur. & de emp. & ven. l. cum causam. & not. Arch. x. q. ij. cap. ea enim. §. hoc ius.

y *Magistratus.* maxime qui habẽt merum imperium & mixtum.

z *Pro iurisdictione.* id est inter eos qui sunt de sua iurisdictione, & infra

BIU Cujas

& infra quantitatem quæ sua iurisdictione continetur: vt.C.vbi & apud quem.l.ij.&.ſ.de iurisdi.om.iudi.l.fi.vel propter iurisdictionem quam habent. Magistratus autem municipales vel ciuitatum defensores non possunt in integrum restituere: vt.j.ad muni.l.ea quæ.& in auth.de defen.ci.§.iusiurandum.versi.nulla.in fi. col.iij. Sed videtur q̃ hodie possunt: cũ istud posit delegatus: vt.C. vbi & apud quem.l.fi. in fi. Nam ea tãtum delegantur quæ iure magistratus competũt: vt ſ.de offi.eius cui man. est iurisdic.l.j.in prin. Vel dic aliud in delegato: quia fungitur vice delegantis: vnde ille restituere videtur: vt d. l.C.vbi & apud quem. l.fi.&.ſ.de offi.eius cui man.est iurisdic.l.& si prætor.

a *Sententiam suam.* no. contra sententiam suã eundẽ dare restitutionem. Sed cõtra. C.sen. rescin.nõ posſ.l.j.&.C. de pœ.l. pœnam. &.j. de re iud.l.quod iussit. in fi.&.l.iudex. &.j.de quæstio.l.j.i fi.Sol. hic speciale in hac in integ.rest.arg.j.l.proxi.

b *Præfecti. Non possit.* vt.ſ.de offi.præfec.præto.l.j.in fi.

c *Querelã.* scilicet cõtinet.

d *Erroris.* scilicet iudic.ſ: vt hic,&.j.de ap. l.j.in prin.

e *Cõtinet.* propter quę duo datur restitutio: vt ſ.eod.l.j.in prin.

f *Minor autem. Non restituet.* nec etiam de appellatione cognoscit: vt.j. de appel.l.j. §. si quis. Sed contra sententiam paris restituit, cum contra suam restituat: vt.ſ. l.proxima.in fi.nõ autem de appellationibus cognoscit par: vt in authen.de ap.& intraquę tẽpo. §. fi. col.iiij. Sed videtur q̃ etiam contra sententiam maioris restituat: vt.C.ſi aduer. rem iudi.l.iij. Sed ibi nomen præsidis pro maiore accipitur quàm proconsulis, cum sit generale: vt.ſ.de offi.presi.l.ij.

g *Dixit.* contra minorem.

h *Et induci.* permittitur hoc casu.& ideo dicit, perraro.

i *Dicat.* supple,& restituit: dum &c.

k *Allegat.* id est non allegat ea quæ sunt dicta.i.dicenda pro causa. Vel non allegat coram principe in causa appellationis quæ sunt dicta pro causa prima. vel non allegat, id est non probat ea dicta, subſtantiuè dico, quæ sunt pro causa. Vel non allegat, id est non probat ea quæ dicta sunt pro causa, secundum Io. Sed nonne ipso iure sententia non tenuit in casu sequenti de aduocato: vt.C.de aduo.diuer.iud.l.j.quæ est contra. ergo restitutio non datur: vt.ſ.l. in causæ. in prin. Sol: ibi non est mero iure nulla, sed per restitutionem, vt hic. Vel hic non fuit præuaricator, scilicet cum aduersario, sed ad causam non venerat in odium istius falso dicens q̃ clientulus non satisfeciſſet. Vel distingue an pecunia fuit aduocatus corruptus, vt tunc sententia non teneat, vt ibi. an gratia, vt tunc teneat: vt.j.ad Trebel.l.seruo inuito.§.eum prętor. sed datur restitutio: vt hic.

l *Incolorate.* id est non allegando aliquam causam, secundum Ir.

ff. Vetus.

sua restituere in integrum posſunt, tam in aliis causis, quàm contra sententiam suam[a].

XVII. HERMOGENIANVS libro primo iuris Epitomarum.

PRæfecti etiam prætorio ex sua sententia in integrum possunt restituere, quamuis appellari ab his non posſit[b]. Hęc idcirco tam variè, quia appellatio quidem iniquitatis sententiæ querelam[c]: in integrum vero restitutio, erroris[d] proprij veniæ petitionem, vel aduersarij circumuentionis allegationem continet[e].

XVIII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

MInor autem magistratus, contra sententiam maiorum non restituet[f].

Aduersus sententiam principis non admittitur quis ad petendam restitutionem in integrum: nisi ex causa omissæ allegationis vel præuaricationis aduocati. Item solus princeps restituit aduersus suam sententiã, & sui delegati. Bar.

FSin autem princeps sententiã dixit[g], perrarò solet permittere restitutionem, & induci[h] in auditoriũ suum eum, qui per infirmitatem ætatis captum se dicat[i]: dum ea, quæ pro causa sunt dicta, non allegat[k], vel ab aduocatis proditum queratur. Denique Glabrionem Acilium diuus Seuerus & imperator Antoninus non audiuerunt, incoloratè[l] restitui desiderãtem aduersus fratrem post speciem[m] in auditorio eorum finitam. Sed & pro Sennio* [n] Seuero, contra res bis iudicatas[o] in integrum restitui[desideranti,] diuus Seuerus & imperator Antoninus permiserũt, in auditorio suo examinari[p].

Idẽ imperator Licinnio Frõtoni rescripsit: insolitum esse, post sententiam vice sua[q] ex appellatione[r] dictam, alium in integrum restitutionem tribuere, nisi solum[s] principem. Sed & si ab imperatore iudex datus cognoscat, restitutio ab alio, nisi à principe qui iudicem destinauit, non fiet[t].

Restitutio transit ad hæredem. & si quidem est hæres minor: non currit tempus restitutionis nisi finita minori ætate. Bar.

FNon solùm autẽ minoribus, verum successoribus quoque minorũ datur in integrũ restitutio[u], & si sint ipsi[x] maiores.

Summata est proximo. §. Bar.

XIX. IDEM libro quarto ad Edictum.

INterdum tamen successori[y] plus, quàm annũ[z] dabimus, vt est edicto[a] expressum: si fortè ætas ipsius[b] subueniat. nam post annũ vicesimumquintũ[c] habebit legitimum tempus[d]. hoc[e] enim ipso deceptus videtur[f], quòd cum posset restitui intra tempus statutum ex persona defuncti, hoc non fecit.

Plane si defunctus ad in integrum restitutionem modicum tempus ex anno vtili habuit[g]: huic hæredi minori post annũ vicesimumquintum[h] completum, nõ totũ statutum tẽpus dabimus ad in integrũ restitutionẽ, sed id dũtaxat tẽpus[i] quod habuitis, cui hæres extitit.

Absens ex causa necessaria tantum non

m *Speciem.* id est causam. Accursius.

n *Sed & pro Sennio.* pro præpositio. & Sennio Seuero est proprium nomen.

o *Iudicatas.* & forte secundo à principe in causa appellationis iudicatum fuit: vt conueniat prædictis.

p *Examinari.* an deberet restitui. Quid ergo fuit statutum? Respon. danda fuit restitutio ex noua causa: vt C.ſi sępius in integ.resti.l.j.&.ij.

q *Sententiam vice sua.* id est sui delegati: vt infra, proxi.ibi, sed & si ab imperatore &c.

r *Ex appellatione.* vt si à sententia alterius iudicis ad principẽ fuit appellatum. idem tamẽ in causa principali puto, vel sui delegati: vt j.subiicit.

s *Solum.* cum nullus sit maior eo: vt infra, ad legem Rho.de iac.l. de precatio. Accursius.

t *Non fiet.* vt. C.si aduer.rem iud.l.aduersus. item ipsemet: vt supra, in causæ.ij.in fi.

u *Restitutio.* intra annum vtilem.

x *Et si sint ipsi.* vt. ſ. de in integ.resti.l.non solum. & hoc tamen in tra annum vtilem: vt innuit.j.l.proxi.

y *INterdum. Successori.* scilicet minoris.

z *Plus quàm annum.* vtilem, hodie quadriẽnium: vt. C. de tempo. in integ.resti.l.fi.

a *Edicto.* quod non habemus.

b *Ipsius.* succedentis.

c *Vicesimumquintum.* suæ ætatis.

d *Legitimum tempus.* ſ.annum ex persona defuncti.

e *Hoc.* argumẽtatur, decipitur ex pſona sua: ergo restituitur ex persona defuncti, plenius quàm ſi ex persona defuncti tantum decipere retur.

f *Videtur.* id est videretur ſi diceremus currere tempus: & sic restitueretur, sed dicimus quòd non currit nunc ipso iure.

g *Ex anno vtili habuit.* ergo maior erat. Et sic no. quòd quandoque succedit maior minori*: vt.§. non solum. quandoque minor minori: vt hic in prin. huius.l. quandoque minor maiori: vt hic, &.C. de temp.in integ.resti.l.ea quæ.§.j. &.ij. & fi. quandoque maior maiori, & hoc est indubitabile: quia habet tẽpus quod restabat defuncto. Item no. q̃ hic annus vel quadriennium datur, vbi decipitur minor in contractu vel quasi. Si autem in tempore: quandoque currit, & non restituitur: quandoque nõ currit ipso iure: vt dices.j.eo.l.etiã. Quandoque currit, & restituitur. & tunc ſi lædit quadriennio, vel maiori tempore: datur quadriennium. ſi minori, datur id solum: vt infra, quando act. de pecu. est an.l.cum post.j.respon. & in fi. Hæc eadem distinctio in maioribus habetur: vt infra. ex qui.cau.ma.l.necnon. §. si quis sæpius.

* *ista glo. non conuenit cũ scriptis exemplaribus. Aeg. Per.*

h *Vicesimumquintum.* suæ ætatis.

i *Sed id dumtaxat tempus.* quod currit statim cum extiterit hæres, secundum Pla.& M. adeo vt si id modicum tempus labatur, nõ detur hæredi huic restitutio ex persona defuncti: quia omnino iure defuncti debet vti & vice vt dicitur in his quæ sunt apud

defunctum inchoata: vt ar. ff. de fun. do. l. si fundum quem Titius. nisi petat restitui ad modicum tempus ex persona sua: vt restituatur ex persona defuncti. Bul. autem post. xxv. an. tantum currere modicum tépus dicit: quod ex repetitione in litera facienda aperte innuitur. Sic enim dicit, huic hæredi minori post annum xxv. non totum tempus dabimus ad in integ. restitu. sed id dumtaxat tempus, repete, dabim? post vigesimum quintum annum quod habuit &c. Item similitudo superioris casus hoc probat, hoc est vbi minor minori succedit. Tunc enim secundum omnes vtilis annus qui cursurus erat defuncto, non currit hæredi minori nisi post vicesimũ quintum an. licet ex toto tẽpore suæ minoris ætatis posit restitui: sicut & defunctus in sua minori ætate tota restitui poterat. Si vero oppo- nas de litera quæ dicit, hoc enim ipso &c. vnde videtur q̃ annus vtilis currat ei statim, & quia decipitur si non petat restitui ex persona defuncti: & sic restituetur ex sua persona vt restituatur. Si enim ex persona tantum defuncti peteret restitutionem post vicesimum quintum an. quare proponeret etiam deceptionem minoris? Respon. geminus quidem fauor concurrere videtur, id est & suæ ætatis, & defuncti: vnus tamen tantum fauor velut originalis causa, quem habet ex persona defuncti, dat restitutionem ad rem ipsam: non secundus, quasi superuacuus. ar. duo hoc probant. ff. de procu. licet. §. ea. & infra, de tute. l. qui habet. §. quod autem. maxime ad tollendum circuitum: vt. ff. de condic. inde. l. dominus testamento. qui maximus fieret si peteretur restitutio restitutionis, & sic in infinitum: si ponas per diuersa tempora pluribus minoribus minores succesisse. Et si instes litera dicit, decipitur ex sua persona, ergo debet restitui ex sua persona: respon. verum est ipsum decipi, non ideo tamen restitui: quia in minimo damno hoc fallit, in quo decipitur, non tamen restituitur: vt. ff. de in integ. rest. l. scio. & infra. eod. l. quod si. §. non semper. & quod ibi facit paruitas damni: facit hic præcedens fauor. Item fallit vbicunque ex persona patris contractus descendit: vt. ff. eod. Aemilius. ibi, non me mouet &c. Vel expone decipitur. i. deciperetur si tunc curreret statim, sed non currit. Quòd autem vtile tempus vel totum, vel pars eius in vtroque casu, vt ait Bul. currat post. xxv. an. probatur aperte: vt. C. si ma. fac. ali. ra. ha. l. vl. in fi. & maxime iure nouo, vt. C. in quib. cau. in integ. rest. non est necesl. sancimus. nisi in casu: vt. C. de tempo. in integ. rest. authen. si minor. vbi secundum omnes multa sunt specialia: nec negare possunt: siue dicas nuptiarum contrahendarum, siue contractarum. Plus etiam, quia si finito. xxv. an. incipit reipu. causa abesse: nec tunc hoc tempus statim currit, sed demum eo reuerso: vt. C. de tempo. in integ. resti. l. j. ij. &. iij.

restituitur si potuit procuratorem dimittere. Barto.

Vide ad hæc no. per Inno. in. c. querelã. extra. de procu. & in. c. cum inter priorem de excep.

P *Apinianus.*] *CASVS.* Lex ista obscura & difficilis reputatur. Sed ita pone hunc casum vt habeas intellectum. minor contraxit cum aliquo, & læsus est: vnde potest restitui, & etiam debuit: vnde contigit quòd aliquod delictum commisit propter quod fuit relegatus: & in relegatione permansit per aliquod tẽpus: in quo, scilicet debuit petere rest. hoc est per biennium: pone in quadriennio vel. vij. an forte: postea autem reuersus est. vnde petit quòd id tempus quod in relegatione fluxit, ei restituatur. & dicit Pomponius eum non esse restituendum, id est quia ei non datur restitutio. sed Papi. quia vtilis annus ei currit, & duas sui dicti assignat rationes. Et est prima ratio. Nam iste minor procura. potuit dereliquisse: qui petiisset in integ. resti. quod cum nó fecit, sibi imputet. Alia ratio est quòd si relegatio ei infligatur tanquam pœna, non debet inde præmium expectare, vnde sperabat pœnam. & dicit quòd ista vltima ratio reprobatur. Nam delictum non habet aliquid commune cum venia ætatis, id est non concurrit cum errore veniæ petitio qui inciderat in contractu, & delictum quod ex malitia & dolo contingit. & h. d. Vnde in istius casus positione non fuit reprehensus in eo. s. q̃ fecit mẽtionem de prætore: quia siue adiit prætorem per procu. siue præsidem, tantumdem significat, & hoc dicit. [*SI QVIS.*] Minor deceptus fuit post. xxv. an. intra quadriennium: & petiit restitui inde, & super resti. litem fuit contest. & postea destitit. i. in ea causa vlterius non processit. nunquid fiet restitutio vt etiam post tẽpus quadrien. posit restitui? & dicit quòd non. Postea dicit quòd ille videtur desistere qui causam dimittit: non qui differt: vt in l. seq. quæ continuatur cum ista.

Litis contestatio non prodest postea desistenti. Barto.

¶ Si quis tamen maior viginti- quinque annis[l] intra tempus restitutionis statutũ, [litem] cõtestatus, postea destiterit, nihil ei proficit[m] ad in integrũ restitutionem contestatio: vt est sæpissime rescriptum.

XXI. IDEM libro decimo ad Edictũ.

B DEstitisse autem is videtur, non qui distulit, sed qui liti renuntiauit[n] in totum.

Quãdo minor est restitutus aduersus additionem: gesta per eum non rescinduntur. Itẽ eo restituto aduersus repudiatorẽ, gesta per procuratorem non irritantur. Bar.

C

D

a *Exuli.* id est relegato. Hic minor erat cum exulare cœpit, maior factus in quadriennio rediit. iure cõmuni maiorũ, quia procuratorem habere potuit, nõ restituitur, nec prorogatur. sed iure singulari minorũ sic: quia lapsus videtur, cũ potuit adhuc minor existens dare procuratorem curatore auctore, & nõ dedit. Vel dic q̃ maior erat. s. in quadriennio cum exulare cœpit, qui procuratorem dare potuit. Vnde hic restituitur in eo q̃ captus est cum minor esset: non autem prorogatur sibi tempus. petebat enim sibi prorogari tempus, vt computaretur tãtum ex die reuersionis illud quod supererat de quadriennio quãdo cœpit abesse, sed non auditur: immo distinguitur an potuit relinquere procuratorem, & tunc non prorogetur: vt hic. aut nõ potuit: vel reliquit, sed est mortuus, & sic non potuit etiam adire per procuratorem, & tunc prorogatur: vt. j. ex qui. cau. ma. sed & si per prætorem. §. j. & l. necnon. & l. si qua. §. j. & l. ab hostibus. j. respon. & C. de tẽp. in integ. resti. l. ij. & iij. Item quod dicit exuli, improprie ponitur. id est, relegato: vt. ff. de pu. iudi. l. ij. Si enim esset exul. i. deportatus: nihil omnino iuris haberet, & sibi vel cõtra eum nulla restitutio daretur: vt infra, titu. j. l. ij.

b *Statutum.* scilicet vtilis anni, vel hodie quadriennij. & in hoc bene dicit Papinianus.

c *Quia abfuit.* si habes adfuit per d, dic q̃ est ratio Papinia. quare non debeat prorogari, quia adfuit. i. pro præsente est habẽdus, cũ potuerit &c. Si habes per b, tũc est ratio remotiua. q. d. nó est hæc ratio sufficiẽs: quia abfuit: quòd ideo debeat prorogari, cum potuerit, & sic si non potuit adire, prorogatur: vt modo dixi.

d *Per procuratorem.* à principio dimissum: vel post in absentia constitutum. Accursius.

e *Nec dixit.* scilicet Papinianus.

f *Vbi erat.* ipse relegatus. s. vt in hoc notetur gemina reprehẽsio: tum quia nil dixit Papinianus de præside adeũdo per procuratorẽ, sic defectus reprehẽditur: vt infra ad legẽ Rho. de iac. l. fin. §. j. & fin. Et quia aliã prætermisit rationẽ. s. ideo quia potuit relegatus per seipsum adire præsidẽ cũ veniisset ad locũ tutũ illi relegato. Vel dic, vbi erat ipse preses, quẽ per procuratorẽ debuit adire, Vel dic, dixit, id est fecit. & sic non reprehenditur in aliquo. sic. ff. de in integ. rest. diuus. ibi, citatus non respondit. Acc.

g *Idem dicit.* Papinianus assignãdo rationẽ quare nõ debuit restitui: & sic reprehẽditur nõ in dicto, sed in causa siue ratione sui dicti, & iuste: quia non est indignus propter irrogatam pœnã, sed quia tempus præteriit. & hoc est, quid enim. &c.

h *Indignum.* eum restitui.

i *Delictum.* pro quo exulauit. Accursius.

k *Cum venia ætatis.* id est cũ negotio ex quo datur venia: vt. C. de do. inter vi. & vxo. l. si maritus. Et sic nõ ob. quia pro delicto datur venia quandoq;: vt. ff. e. si ex causa. §. nunc. & j. eo. auxilium, quia tunc commune habet.

l *Maior. xxv. annis.* factus. Accursius.

m *Proficit.* cũ liti expresse renuntiauerit: vt hic, & ff. l. proxi. sed & si non expresse renuntiasset, non perpetuatur hic restitutio per lit. contest. vt. C. de temp. in integ. rest. l. petendæ.

n *DEstitisse. Renuntiauit.* vt hic, & infra, de iud. destitisse. sic & infra, de inoffi. testa. Papinianus. §. si quis post. & C. de pact. l. post quam. & j. ad Turpil. senatusco. l. destitisse.

IN integrum.] *CASVS.* Minor institutus fuit: hæreditate adiuit, & legata à se relicta soluit de hereditate, & de hereditatis bursa: postea restituitur vt abstineat vel dimittat hær. nũquid tenetur minor reddere de suo proprio quod præstitit de bonis hæreditis? & dicitur q̃ nó. Idé ecõtra pone. minor institutus hære. repudiauit, restituitur vt adeat. nunquid habebuntur rata quæ gesta sunt medio tempore per procuratorem. & respon. quòd sic.

Expensum

BIU Cujas

a *Expensum est.* de bursa hæreditaria. Accursius.
b *Vel pretia eorum.* vt quia rogatus fuit vt quosdam emeret, & manumitteret: vt insti. ad l. Fal. §. fi.
c *Peruenerunt.* scilicet expensa sunt. Accursius.
d *Non sunt.* sed an ab alio? Respon. libertas non: vt infra, eod. si mulier. Nec contract⁹ rescinduntur: vt. j. de adqui. hære. quotiens: & de bo. auct. iud. pos. l. si non expedierit. §. j. legata vero repetuntur à legatariis condictione indebiti: vt infra, de condic. inde. l. ij. &. iij.

XXII. IDEM libro vndecimo ad Edictum.

IN integrum verò restitutione postulata aduersus aditionem à minore factam: si quid legatis expensum est[a], vel pretia eorum[b], qui ad libertatem aditione eius peruenerunt[c], à minore refundenda nõ sunt[d]: quemadmodũ per cõtrarium, cum minor restituitur ad adeundam hæreditatem[e]: quę antea gesta erant per procuratorem bonorum decreto prætoris ad distrahenda bona secundum iuris formam constitutũ, rata esse habenda Calpurnio Flacco Seuerus & Antoninus rescripserunt[f].

In his quæ minor facit vt procurator: non restituitur ad commodum domini. Itẽ vbi alia actio competit contra alium, denegatur restitutio, nisi ille alius existeret non soluendo. Bartolus.

XXIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

CVm mãdatu† patris filiusfamiliàs res administrat: non habet beneficium[g] restitutionis: nam & si alius ei mandasset, non succurreretur: cum eo modo maiori potius consuleretur, cuius damno res[h] sit cessura. Sed si euentu damnum minor passurus sit, quia quod præstiterit seruare ab eo[i], cuius negotia gessit, non potest, quia is non erit soluendo, sine dubio prætor interueniet[k]. Si autem ipse dominus minor sit, procurator[l] verò maioris ætatis: non potest facilè dominus audiri[m], nisi si mandatu eius gestum sit, nec à procuratore seruari res possit[n]. Ergo[o] & si ꝓcuratorio nomine minor circumscriptus[p] sit, imputari[q] debet hoc domino, qui tali commisit sua negotia. Idq; & Marcello placet.

Si minor aliena negotia gesserit absque mandato, potest restitui: alias sibi actio denegatur: nisi in integrum restitutionem cedere sit paratus. Bartolus.

XXIIII. PAVLVS libro primo Sententiarum.

QVod si minor sua sponte negotiis maioris interuenerit, restituendus erit: ne maiori damnum[r] accidat. Quòd si hoc facere recusauerit: tunc si conuentus fuerit negotiorum gestorum, aduersus hanc actionem non restituitur: sed compellendus est, quia *Mitius agitur cũ tutore, quàm cũ ꝓcuratore.* pro bono: quia ꝓcuratore pri⁹ minor excutere necesse habet, vt hic: sed non tutorẽ vel curatorem: quia potest alium eligere: arg. pro hac ratione. j. depositi. l. j. §. merito. &. §. hoc autẽ.

Fecit ad vt. c. ex vnedere-spali.

e *Hæreditatem.* quam primo repudiauerat.
f *Rescripserunt.* vt hic. & infra, de hære. insti. si quis ita institutus. §. fi. & si de suo soluit, retinet: vt. j. de bo. au. iudi. possi. l. si non expedierit. & facit. j. ad Trebel. l. cum hæreditas ex fideicommissi causa.

Vm mãdato.] CASVS. Filiusfamil. mandato patris cõtraxit: vel minor mandato alterius cuiuscũq; contraxit: puta vẽdidit, vel locauit, vel alio modo contraxit, & in contractu læsus fuit. dicitur quòd non restituitur neque pater, neque filius. & sic non ob. ff. l. iij. §. sed vtrum. Item dicit q̃ si aliquis extraneus mandasset isti minori, non restitueretur neque iste minor, neque extraneꝰ: quia &c. quia sic maior restitueretur: & hoc in prima. Postea dicit quod si minor contraxit mandato alterius, & aliqua expendit de suo, illa tamen non potest consequi ab eo qui mandauit: quia forte factus est non soluẽdo: dicit hic quod restituetur. Tertio dicit. Pone: minor mãdauit maiori vt contraheret in rebus minoris. ex illo contractu est læsus. Dicitur quòd ita demũ restituetur, si ille cui mandauit, factus est non soluendo. Sed pone casum conuersum: Maior mandauit minori vt contraheret, & contraxit: & deceptus est: non restituetur: quia sibi imputet qui tali mandauit.

g *Non habet beneficium.* immò, vt. ff. eo. denique. §. sed vtrum. ibi, proinde si iussu &c. Sol. ibi iussit: hic mandauit: quod aliud est: vt insti. de Atti. tu. §. pe. Vel hic in re paterna: ibi in peculiari. Vel secundum Io. hic non habet beneficium, scilicet pater. filius autem sic: vt ibi. Quidam etiam dixerunt vt si totum contractum velit rescindi filius, non possit: vt hic: sed vt sua persona tantum eximatur, potest: vt ibi. quod nihil est: quia hoc petere non potest vt totus rescindatur: vt ibi dixi. Vel verius secundum Azo. hic mandauit vt rem pro decem venderet, quæ valet viginti: non restituitur nisi pro expensis si mandator pater vel extraneus non est soluendo: & hoc subiicit, sed si ex euentu & cætera. Sed quid si simpliciter mandauit vt fundum venderet: & is vendidit pro decem, cum valeret viginti? Respon. dici potest minorem restitui etiam mandatore existente soluendo.

h *Res sit cessura.* cuius mandato gerebat: secus si sine mandato: vt infra. l. proxi. in princi.
i *Ab eo.* extraneo vel patre cum esset emancipatus.
k *Prætor interueniet.* sed quomodo? Respon. vt licet pro decem dederit mandato domini rem quæ valebat. xx. & ideo quo ad dominum nil possit ei imputari: tamen tunc supplebitur pretium iustum: vt tali medela sibi consulatur per retentionem: vt supra, de procu. l. quæ omnia. in fi.
l *Procurator vero.* i. procurans. nam statim distinguit.
m *Audiri.* si velit restitui contra eum qui contraxit cũ procuratore suo. Sed contra. C. si tu. vel cu. inter. l. antepe. &. l. fi. Sol. aliud in tutore vel curatore: vt ibi. aliud in procuratore: vt hic. Sed quæ est ratio? forte ea; quia tutor gerit ex necessitate: ꝓcurator ex voluntate. Vnde mitius est cũ tutore agendum. mitius autem cũ eo agi probo: quia ꝓcuratore
n *Possit.* quia non est soluendo: & forte hoc casu intelligitur cũ mã dauit simpliciter vt vẽderet. si autẽ vt pro viginti venderet q̃ valebat plus: cum fecerit secundum mandatũ, non videtur teneri minori actione mandati. & sic poterit minor restitui vt pro eodem debeat haberi cum destituitur actione mandati, etiam cũ est ille nõ soluẽdo.
o *Ergo.* quia restituitur minor tãtum: ergo non maior. & est idem supra. ij. respon.
p *Circumscriptus.* cum esset ꝓcurator ĩ primo & secundo casu legis.
q *Imputari.* vt. ff. l. iij. §. fi. & l. seq. &. j. de insti. sed & si. §. fi. Accur.

Qvod si minor.] CASVS. Ista lex cõtinuatur cum præcedenti. Dic ergo quòd in rebus alterius contraxit minor sine mandato: in hoc casu restituetur, ne alius per eum damnificetur. Sed quid si noluit restitui? Dicit quòd conuenietur act. neg. gest. & per illam conuentus compelletur cedere in integrum resti. &c. [*NON SEMPER.*] Ex prædictis apparet minoribus in factis suis subueniri, sed illud non erit semper vt in omnibus factis suis subueniatur & restituatur: Nam sic priuarentur communione hominum, cum nullus cõtrahere vellet cum eis, & sic magnum damnũ sustinerent: hoc tamen ad bonum & æquum erit reducendũ. & hoc dicit. [*SCAEVOLA.*] Minor institutus est: vel aliàs est ei delata hære. repudiauit illam, & sic illa hære. peruenit ad substitutum. si iste minor velit rehabere, audiendus est: si sunt omnia integra: aliàs non restituetur ipse minor. Item & multo minus restituetur hæres istius minoris. [*SI SERVVS.*] Seruus meus decepit minorem re ipsa in aliquo contractu: non animo decipiendi. teneor de eo quod ad me peruenit: quia minor poterit in id quod ad me peruenit restitui, & nisi ad me peruenit teneor de peculio petita similiter in integ. rest. & si non habeo peculiũ serui, nec peruenit aliquid ad me: tũc si seruus vel filius dolo induxit minorẽ ad contrahendum: seruus verberabitur ꝓpter dolum suum, vel noxæ dedetur: filius autem fami. conuenietur & dãnabitur propter dolũ suum conuẽtus act. ex eo cõtractu. [*RESTITVTIO.*] Minor vult restitui ad rem quã vendidit mihi. ego restituar ad pretiũ: quia minor debet restituere pretium mihi, postquam petit rem restitui. hæc vera sunt nisi perdidit iste minor pretiũ, & hoc probet: quia tũc iste minor non tenetur mihi reddere pretiũ, & est simile: quia & si quis mutuat minori sedẽti in ludo perditionis, non redditur q̃ mutuatur si fuerit perditũ. sed facilius datur actio emptori pro pretio, quàm ad mutuũ: quia fauorabilis est: sed vtrobiq; tamen idem est: quia si habet saluã pecuniã, restituetur & repetetur: aliàs si amissa est, non restituetur, & hic minor qui petit restitui, petit misericordiã à iudice, & iudicis officium implorat, nõ autem iure act. petit restitui: sed officio iudicis implorat antiquæ actionis restitutionẽ.
r *Restituẽd⁹ erit.* aduersus secum contrahentẽ in rebus domini.
s *Damnum accidat.* sed in quo si ratum non habet? Respon. vt

BIU Cujas

quia rem emit de pecunia domini: nec eam rem ipse reddere vult: vel non potest: vnde ad pecuniam restituitur.

a *Procuratorem eum.* cuius negotia gesta sunt: & sic poterit cedi hoc ius. sed eôtra. j. de admi. tu. l. ex pluribus. So. ibi est adeo personale, vt nec ad hæredem trâseat: hic sic, &. ē. eo. l. minor. ij. §. fin.

Item hic aliud fieri nō poterat: ibi erat actio quæ poterat cedi. Item contra. C. de qui. mu. vel præsta. ne. li. se excu. l. j. li. x. sed ibi non erat cessio: sed quędam factorum cōmissio quę per alium facere volebat. & facit. j. de admi. tu. l. si minoris. ibi vide.

* auxilio

sic ei cedere auxilium* in integrum restitutionis, vt procuratorem[a] eum in rem suam faciat, vt possit per hunc modum damnum, sibi propter minorē contingens resarcire:

Cessa cum minoribus rescinduntur si aquitas suadet: quod est quando sui facilitate minor decipitur. Bartolus.

¶ Non semper autem ea, quæ cum minoribus geruntur, rescindēda sunt: sed ad bonum[b] & æquum redigenda sunt[c]: ne magno incommodo huius ætatis homines adficiâtur nemine cum his contrahēte: & quodammodo commercio eis interdicetur[d].* Itaque nisi aut manifesta circunscriptio[e] sit, aut tam neglegēter[f] in ea causa[g] versati sint: prętor interponere se non debet. ¶ Scæuola noster aiebat: Si quis iuuenili leuitate ductus, omiserit vel repudiauerit hæreditatē, vel bonorum possessionem: si quidē omnia in integro sint, omnimodo audiendus est †. Si verò iam distracta hęreditate, & negotiis finitis, ad paratam pecuniam laboribus substituti veniat: repellēdus est[h]. multóque parcius ex hac causa hæredem minoris restituendum esse.

ali. inter dicetur.

†Sic qui vocatus ad electionē repudiauit, scilicet exspōdit se nol presse. Vel hic loquitur le interesse electioni: si ibi cum nō habuit. vel veniat ante electionē & ea fuit hæreditas: ibi quædam res. scrutinium, admitti debet: quia sunt integra. de hoc per glo. in. c. ecclesia vestra super verbo, adiicere. ante finē. in verſi. si autē ante electionem extra de elect.

In integrum restitutio datur contra patrem vel dominum cum adiectione de peculio, vel de in rem verso. Item ex dolo datur noxalis. Bartolus.

¶ Si seruus vel filiusfamiliàs minorem circumscripserit: pater dominúsve, quod ad eum peruenerit, restituere iubēd[j] est[k]: quod non peruenerit, ex peculio[l] eorum prędstare. Si ex neutro satisfiet, & dolus[m] serui interuenerit[n]: aut verberib[o] castigandus, aut noxæ[o], dedendus erit. Sed & si filiusfamiliàs hoc fecit: ob dolum suum condemnabitur[p].

Per restitutionem omnia reponuntur in pristinum statum prater ea de quibus minor laderetur. Bartolus.

¶ Restitutio autem ita facienda est, vt vnusquisq; integrum* ius suum recipiat. Itaque si in vendendo fundo circumscriptus restituetur: iubeat prætor emptorem fundum cum fructibus reddere, & pretium recipere[q]: nisi si tunc dederit, cū eum perditurum non ignoraret[r]: sicuti facit in ea pecunia, quæ ei consumpturo creditur[s]. Sed parcius in venditione[t]: quia ęs alienum ei[u] soluitur: quod facere necesse est: credere autem, non est necesse[x]. Nam & si[y] origo contractus ita constitit vt infirmanda sit: si tamen necesse fuit pretium solui, non omnimodo[z] emptor damno adficiendus est.

Hac restitutio petitur per officium iudicis, non iure actionis. Bartolus.

¶ Ex hoc edicto nulla ꝓpria[a] actio vel cautio proficiscitur. totum enim hoc pendet ex prętoris cognitione[b].

a *Procuratorem eum.* cuius negotia gesta sunt: & sic poterit cedi hoc ius. sed eôtra. j. de admi. tu. l. ex pluribus. So. ibi est adeo personale, vt nec ad hæredem trâseat: hic sic, &. ē. eo. l. minor. ij. §. fin.

b *Ad bonum.* id est ad vtilitatem & æquitatē.

c *Sunt.* denegādo restitutionē quandoque.

d *Interdiceretur.* vt hic. &. j. ad Vell. si mulier tanquam. & dixi. ē. eo. & si fine. §. idem faciūt.

e *Circunscriptio.* ſ. dolo aduersarij.

f *Neglegenter.* sui facilitate.

g *Causa.* vt sint digni restitutione.

h *Repellendus est.* immo admittendus videtur per restitutionem: vt. C. de repu. hære. l. fin. in fi. quæ est cōtra. Solu. hic loquitur de extraneo hærede: ibi de suo. hoc non valet: quia dicit hic, omisit vel repudiauit. Nisi dicatus ad eas omisit tacendo, repudiauit, scilicet exspōdit se nolle. Vel hic loquitur cum habuit substitutū: si ibi cum nō habuit. vel hic vendita fuit hæreditas: ibi quædam res. Vel hoc ius vetus. Vel hic in maiori ætate fuerunt vendita, ibi in minori. Vel hic à substituto: ibi à creditoribus. Vel hic laborat ad peculiā parādam: ibi nō. Circunscripserit. emēbo ab eo: & sic re ipsa.

k *Iubendus est.* scilicet petita restitutione forte. & sic in sequēti.

l *Ex peculio.* sic. j. de act. & oblig. l. ex contractibus.

m *Et dolus.* hic mutat casum quando dolo.

n *Interuenerit.* extra contractum: vt supra, de dolo. l. si oleum. §. penul. vel etiam in contractu, quia dedit causam contractui: vnde maior de dolo vt ibi minor restituitur, vt hic.

o *Aut noxæ.* not. datur pro noxa, vel ad verberandum, & tamen de peculio agitur: vt infra, de actio. & obligatio. l. ex contractibus. sic & in qualibet noxali ad aliud agitur, & aliud consequitur: vt infra, de re iudi. l. miles. §. decem. Sed electio cuius erit de verbere, vel de noxa? Respon. domini, non minoris: vt infra, de iniur. l. sed si vnius. §. cum seruus. Item not. quòd vbi pecunia deest, in corpore suppletur: vt supra, de iurisdic. om. iudi. si quis id. §. in seruos. & de in ius vocan. l. fin. & infra, de pœnis. l. j. §. generaliter. &. C. de ser. fugi. l. quicumque. §. quod si. & dic vt ibi no. secundum H.

Pecunia deficiente suppletur in corpore.

p *Condemnabitur.* sed quomodo, cum nihil habeat? Respon. fiet executio cum aliquid habebit.

q *Et pretium recipere.* ſ. præcipiendo isti ꝙ reddat.

r *Non ignoraret.* vel ignorare non debuisset: vt arg. j. quod vi aut clam. l. Seruius. & subaudi hic, & perdidit. aliàs non: vt supra, eod. l. ait prætor. §. pe. secundum Ioan.

ſ *Creditur.* quia nec hic repetitur si consumpserit. Io.

t *In venditione.* ſ. denegatur pretium restitui emptori.

t *In venditione.* non ita prompte denegatur actio in emptorem: quia fauorabilior est persona soluentis quàm credentis, quo ad probationes & præsumptiones propter necessitatem quæ imponitur soluenti, non mutuanti: vt subiicit, & argu. C. de calum. l. mater. & infra, depo. l. j. §. merito. Idem tamen dicitur vtrobique: vt infra, eod. patri. §. si pecuniam. ar. supra, eo. §. non semper. vers. Scæuola. & vbicunque ponitur in aduerbiū, maxime.

u *Et.* minori vēdēti.

x *Non est necesse.* nisi quis promiserit credere: quod raro fit.

y *Nec & si.* i. quamuis.

z *Non omnimodo.* sed salua pecunia ei restituitur semper: siue soluit, siue credidit qui minori: vt infra. eod. patri. §. j. & supra, eo. ait prætor. §. pe. licet promptior ratio sit in solutione debiti quàm in mutuo. si autem non est salua, nunquam repetitur: vt infra, de admini. tut. l. si sine hærede. §. interposito. & hoc secundum Io. sed Placen. aliud in solutione quàm in mutuo dicit. Nā in solutione si soluit minori consumpturo, & sedenti in ludo perditionis, restituit si habet: aliàs non. vbi vero soluit non sedenti in perditionis ludo: siue habet, siue non: reddit. Hoc male: quod reprobatur in. d. l. infra, de admi. tut. si sine hærede. §. interposito. vbi vero dedi mutuum sedēti in perditionis ludo, etiā si habet, nō restituit. hoc male. Si vero nō sedēti dedi, reddit, si habet: aliàs non. Cui vtrique male dicto valde obstat. d. l. infra, eod. patri. §. si pecuniam. Nam aut loquitur lex illa patri, quando non sedebat in ludo perditionis, & tunc deberet secundum Plac. restituere solutam pecuniam: siue habet, siue non, quod ibi negatur in vltimo respon. aut vero quando sedebat, & tunc non debet restituere mutuam pecuniam, etiam si haberet. quod ibi negatur in primo respon. vt & infra, eo. si minor. ij. Si autem mutuetur maiori: siue consumitur, siue non: siue habeat eam, siue non: semper dabitur repetitio, licet sit argu. contra. infra, man. si vero non re. §. si adolescens. & infra, pro emp. si quis cum. & infra, qua. re. ac. non da. l. ij. Sed hæc vltima loquitur cum collusores contraxerunt inter se: secus si extraneus cum lusore. Vel id in actione de euictione: aliud in principali. Item no. infra, eod. si minor. ij.

a *Propria actio.* hoc est contra M. qui dicit quòd iure actionis petebatur restitutio ista: vt dixi. supra, e. in causæ. ij. in princi. nec ob. supra, eod. in causæ. j. §. interdum. &. C. ex quibus caus. mal. fi. quæ sunt contra: quia primo per officium petitur restitutio: vt hic: qua data datur prima actio vtilis: vt in contrariis.

b *Cognitione.* id est iudicis officio.

[*Illud.*] CASVS. Minor. xxv. ann. indebitum soluit ex aliqua causa ex qua non competebat restitutio: puta ex. l. Aquil. debitum tamen ab aliquo. dicit ꝙ id solum vtili actio. repetet: prius tamen restitutus. Nam maioribus repetere licet quandoque: puta vltra Falcidiam soluentibus per errorem facti, & hoc dicit. [SI TALIS.] Superius dictū est quòd minor in factis suis restituetur quandoque. si quis petat restitutionem: certe ipse minor

petere

petere potest per se restitutionem. Item potest restitui per procuratorem, si de hoc habuerit speciale mandatum. vel si non: dicit quòd cauere debet procurator de rato, id est quòd minor habeat ratũ: vt in l. sequen. & etiam defensor illius contra quem petitur restitutio, si ipse aduersarius minoris absit, cauet iudicatum solui.

a *Non est.* vt ex causa quæ per inficiationem crescit: vt. C. de cõdic. indeb. l. ea quæ. Itẽ quãdo tãtum naturale debitum est ex ignorãtia iuris solutum: vt infra, de condict. indeb. l. interdum. & C. si aduer. solu. l. indebito.

b *Actio.* i. condictio indebiti petita prius restitutione.

c *Cũ & maioribus.* per errorem facti soluẽtibus vltra Fal. vt. C. ad. l. Falc. l. error.

d *Ipso postulãte.* sed an petet cũ auctoritate tutoris vel curatoris? Respon. sic, vt. C. de auct. præstan. l. iiij. Item in constituendo procuratorem an exiget auctoritatem tuto. vel cura? Respon. sic, vt. C. de procu. l. neque.

e *Nõ debet.* nisi & speciale de hoc habeat mãdatũ. Et sic no. specialẽ casum vbi speciale desideratur mãdatum: vt hic, & C. etiã per procu. cau. rest. in integ. agi posse. l. j. & j. de reli. l. vel quæ. ibi, ex hæredatis &c. & dixi. ŝ. de procu. Pompo. in gl. & pater valetudine. Regulariter contra: vt infra, pro socio. l. actione §. renuntiare. & infra, de sol. vero. & infra, de iniu. l. sed & si vni[9].

f *Quod si. Iudicatum solui.* & nihilominus de rato: vt. ŝ. de procur. non solum. §. est & alius casus. Accursius.

Pari.] CASVS. Filius dedit alicui damnum: & ita. l. Aquitenebatur. dicitur quòd pater poterit petere eius nomine restitui, etiam filio inuito. Et est ratio: quia nondum pater tenetur de peculio, sed demũ lata sententia iudicati tenebitur. Nam filio in illa act. condẽnato tenebitur pater de peculio. Alij tamen cõsanguinei non audirẽtur volẽtes eius nomine restitui eo inuito, nisi forte ei bonis sit interdictum, & sic in ipsorum curam ceciderit. [*SI PECVNIAM.*] Minor pecuniam mutuam accepit: eam consumpsit vel amisit. dicitur hic quòd non tenetur iste minor. Sed pone retento eodem casu primo. quia scilicet, pecuniam mutuam acceperat à me, illam alij Titio, scilicet, qui non est soluendo, mutuauit. Dicitur quòd in amplius non tenebitur iste minor, nisi vt creditori suo, scilicet mihi credat ac. scilicet, contra illum Titium cui ipse mutuauit. Quid si ex ista pecunia quam mutuam accepit à me, emit prædium, plus dedit pro pretio quam valeat, vnde etiam hoc casu deceptus fuit? Dicit quòd restituendus erit minor vt pretium recipiat cum vsuris perceptis & percipiendis, & prædium cum fructibus recipiat. Idem etiam si sua propria pecunia emit: quia & tunc restituetur minor: vt supra, secundo casu dicit. Sed pone: minor prædium vendidit, & in eo fuit deceptus. dicitur quod minor in hoc casu prædium recuperabit cum fructibus, & pretium in quantum fuerit factus locupletior, restituet: & hoc dicit. [*SI MINOR.*] Si minor liberauit debitorem suũ per acceptilationẽ, & sine causa: restituetur minor cõtra debitorẽ vt reponat se in obligationẽ, & pignora & fideiuss. Item si duos reos habeat minor, & vnũ liberauit per accep. restituetur contra vtrũque. Vnde quocũque modo nouauerit obligationẽ suam, & deceptus sit, restituetur: vtputa si accipiat debitorẽ inopẽ pro diff. Vetus.

Si minor soluit indebitum: persona interdum facit locum repetitioni. Bart.

XXV. GAIVS libro quarto ad Edictum prouinciale.

ILlud nullã habet dubitationem, quin minor si nõ debitũ soluerit ex ea causa, ex qua iure ciuili repetitio non est[a]: dãda sit ei * vtilis actio[b] ad repetendum: cum & maioribus[c] vigintiquinque annis iustis ex causis dari soleat repetitio.

Restitutionem debet quis petere per se, vel per alium procuratorem habentem speciale mandatum: de quo si dubitetur, cum cautione de rato admittitur. h. d. cum princ. l. sequen. vsque ad §. quòd si is. Bart.

Si talis interueniat iuuenis, cui prẽstanda sit restitutio: ipso postulante[d] præstari debet, aut procuratore eius, cui idipsum nominatim mãdatum sit. Qui verò generale mãdatum de vniuersis negotiis gerendis alleget: non debet[e] audiri.

XXVI. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

QVod si de speciali mãdatu dubitetur, cũ restitutio postuletur: interposita stipulatione, *ratam rem dominum habiturum*, rei potest mederi.

Procurator eius contra quem petitur restitutio, sustinet partes rei: ideo debet cauere iudicatum solui. Bartolus.

Quòd si is, qui circumscripsisse dicetur, absit: defensor eius satis iudicatum[f] solui dare debebit.

In casibus in quibus requiritur speciale mandatum, coniuncta persona admittitur si prætendit propriũ interesse: aliàs secus. h. d. quam legem not. quia istud principium non est forte alibi. Bartolus.

XXVII. GAIVS libro quarto ad Edictum prouinciale.

PAtri pro filio[g] omnimodo prẽstanda[h] restitutio est, licet filius restitui nolit[i], quia patris periculum agitur, qui de peculio tenetur[k]. Ex quo[l] appareret, cæteros adgnatos * vel adfines alterius esse cõditionis: nec aliter audiri oportere, quàm si ex voluntate[m] aduleſcentis postulent: aut eius vitę sit iste aduleſcens, vt merito etiam bonis ei debeat interdici. [n] †

Minor aduersus creditorẽ qui mutuauit restituitur si pecuniam dissipauit, vel ex ea debitorem non idoneum adquisiuit, vel prædiũ emerit pretio cariori: quo casu restituet minori, quatenus est locupletior. Bart.

Si pecuniam, quam mutuam minor accepit, dissipauit: denegare debet[o] procõsul creditori aduersus eum actionem. Quòd si egẽti minor [eã] crediderit[p]: vlterius procedendũ non est, q̃ vt iubeatur iuuenis actionibus suis, quas habet aduersus eum, cui ipse credidisset, cedere[q] cre

A uite, restituetur quidem hoc casu minor in debitorẽ primum. s. liberatũ. [*ADVERSVS.*] Quidam minores decepti veluti viles vel plebeij vel cæteri similes possunt restitui contra homines in dignitate positos eo q̃ cõtra ipsos denegatur de dolo actio. & hoc est regulare: nisi forte poneres quòd de dolo agere non permittãtur: quia libertus vel filiusfa. sit, quia nec isti restitui possunt.

g *Patri pro filio.* s. conuento secundum Io.

h *Præstanda restitutio est.* imò videtur deneganda: vt. ŝ. e. l. iij. §. sed vtrum. ibi, an hoc auxilium &c. quæ est contra. Sol. secundum Io. hic loquitur quando filius dedit damnum alicui per culpã: vnde cõueniebatur filius actione legis Aquiliæ: qua cõuentus restituitur pater pro filio. i. nomine filij etiam eo inuito. Et q̃d dicit, tenetur, dic. i.

* *Vulg. cõteneri potest data sententia contra filiũ, non prius: vt. j. de pec. l. iij. §. idem scribit. &. j. de noxa. l. quotiens. &. l. seq. Item ideo per culpam dixi: quia tunc in totũ restituitur: vt pro non delinquẽte habeatur: vt. C. si aduer. delict. l. j. secus si per dolũ: vt. ŝ. e. si ex causa. §. nunc vidẽdum. & in. l. cõtraria loquitur quãdo iam pater de peculio tenebatur. sic enim loquitur secũdum vnũ sensum. ŝ. eo. l. cũ mandato. j. respon. quæ est similiter contraria. Nã ibi subaudi. s. pater secũdum Io. cum iam de peculio tenebatur. Alij dicunt quòd hic pater vt legitimus administrator vel defensor pro filio conuenitur: vnde restituitur pro filio. & hæc restitutio etiam patri prodest si de peculio cõuenitur: licet fideiussori restitutio minoris non prosit, sed sua quandoque. Si autem pater nomine suo conuenitur, nunquam est restituẽdus: licet fideiussor restituatur quandoque si cõueniatur. Alij dicunt q̃ hic loquitur mortuo filio, & quod dicit tenetur. s. post mortem vsque ad annum. Alij dicunt quòd hic petit pater totum contractum rescindi idcirco, quia sibi prodest ne de peculio teneatur. prima & secunda verior est. Accursius.*

† *Ludo. Rõ. in suis sing. fo. 8. singu. 224. extollit valde istum tex. de quo ibi per eũ, & vide interpret. hic. Bolog.*

i *Nolit.* no. quòd filio inuito pater in iure filij nomine agit petendo restitutionem. sic. j. so. ma. l. si cum. §. eo autem. versi. quòd si is. & infra, de iniur. sed si vnius. §. filio. Arg. contra, infra, de inoffi. testa. l. Papinianus. in principio. Sed ibi fuit tantum filij iniuria: vt ibi dicit.

Pater inuito filio filiũ noĩe agit.

k *Tenetur.* i. teneri potest data sententia, & eo condemnato.

l *Ex quo.* quia quod in vno conceditur, in aliis prohiberi videtur: vt. j. de iudi. cum prætor. &. C. de procu. l. maritus. Accur.

m *Ex voluntate.* s. expressa: vt. ŝ. e. l. illud. §. si talis. licet aliàs isti admittantur sine mandato: vt. ŝ. de procu. sed & hæc. Accur.

n *Interdici.* quo casu sunt in curatione adgnatorum: vt infra, de cura. furi. l. j. in prin. & institu. de cura. §. item. vnde tanquam curatores petent restitutionem de his quæ fecerat prius.

o *Debet.* non ipso iure: sed data restitutione: vt. C. si aduer. credi. l. j. &. ij. Accursius.

p *Minor credidit.* scilicet quam mutuam accepit.

q *Cedere.* no. quòd cedendo actionem liberatur etiam quando non propter actionẽ, sed propter rem tenebatur. sic infra, si quapau. fe. di. l. j. §. si post. &. j. commo. l. si vt certo. §. nunc videndum. versic. idem Labeo. &. j. de rei vin. l. si hominem. quæ est. l. pe. §. fi. Si autem ob hoc quis tenetur, quòd habeat actionem, indubitabiliter liberatur cedendo: vt infra, de pœ. l. quod debetur. in fine.

a *Pecunia.* quam mutuo minor accepit. Accursius.
b *Emerit.* scilicet minor.
c *Reddito pretio.* scilicet minori.
d *Alterius.* scilicet venditoris. nam rehabebit fundum.
e *Oporteat.* nã hic sicut superiori casu vẽditio rescinditur si fuit minor decept⁹ hoc ipso vt cõtraheret. secus si minori pretio tantũ: quia tũc ad iustum reducẽdum est: vt infra, de iure do. si res. j. §. j. Eodẽ modo intelligo j. proxi. §. itẽ ex diuerso &c. Vel dic, hic & ibi per restitutionem etiã si minori pretio fuit tãtum deceptio.

*reciperare. Flo.

f *Hoc & superiori.* i. quãdo ex sua, & quãdo ex mutua pecunia prædium emit.
g *Qui pretiũ reddidit.* aliàs prædium vẽdidit.
h *Recipiat.* s. vẽditor.
i *Vendiderit.* decreto interposito.
k *Cum fructibus.* [a] etiã quos percipere potuit: quia sic est in vsuris. ff. proxi. respon.

a *Lud. Ro. in suis sing. fo. 19. sing. 528. & Franciscus Cremonẽ. in suis singu. singulari 134. reputãt istam glos. sing. & est gl. valde cordi. vide p eos.*

l *Locupletior.* non autem debetur à minore vsura, licet petat fructus: quia hic nõ ex alterius persona, sed sua conuenitur. alioquin contra. j. e. l. minor. §. prædia. Et no. hic contra sententiam Pla. quã reprobauim⁹. ff. e. quòd si minor. §. pe. Sed ipse exponit legem istã tantum in vsuris. nam sortem totam reddit secũdum eum. Accursius.
m *Restitui.* sic. ff. qđ me. cau. illud. nã ex acceptilatione rei etiam fideiussor liberatur: vt infra, de accep. & per iusiurandum. §. & si fideiussori. Accursius.
n *Alteri accepto tulerit.* & sic in alterum liberatio peruenit: vt infra, de iureiur. duobus §. ex duobus.
o *Debitorem restitui.* & eũ in quem trãslata est obligatio, liberari: vt C. de repu. l. j. Accur.
p *Non permittitur.* quia multæ sunt: vt. ff. de dolo. non debet.
q *Lege.* vt pater & patronus: vt. C. qui & aduer. quos. l. finali.

ditori suo. Prædium quoque si ex ea pecunia [a] pluris, quàm oporteret emerit [b]: ita temperanda res erit, vt iubeatur venditor reddito pretio [c] recuperare * prædium: ita, vt sine alterius [d] damno etiã creditor à iuuene suũ consequatur. Ex quo scilicet simul intelligem⁹ quid obseruari oporteat [e], si sua pecunia pluris quàm oportet emerit: vt tamen hoc & superiore [f] casu venditor, qui pretium reddidit [g] etiam vsuras, quas ex ea pecunia percepit, aut percipere potuit reddat: & fructus, quib⁹ locupletior factus est iuuenis, recipiat [h]. Itẽ ex diuerso, si minore pretio, q̃ oporteret vendiderit [i] aduleſcens: emptor quidẽ iuberi debebit, prędia cum fructibus [k] restituere: iuuenis autem eatenus ex pretio reddere, quatenus ex ea pecunia locupletior [l] est.

Minori restituitur actio cõtra ipsum creditorem & fideiussorem & correos, si aliquem liberauit acceptilatione. Bartolus.

¶ Si minor annis vigintiquinque sine causa debitori acceptum tulerit, nõ solũ in ipsum, sed & in fideiussores, & in pignora actio restitui [m] debet. Et si ex duobus reis alteri acceptũ tulerit [n], in vtrumque restituẽda est actio. Ex hoc intelligemus, si damnosam sibi nouationem fecerit, fortè si ab idoneo debitore ad inopẽ nouandi causa transtulerit obligationem, oportere eum in priorem debitorem restitui [o].

Restitutio etiam datur aduersus eos qui de dolo conueniuntur: excepto patre & patrono. Bartolus.

A fuit condemnatus: cum conuentus esse iste tutor finita tutela. vult autem ista pupilla restitui in eo in quo fuit tutor absolutus. Dicit absolutus tutor eam non esse restituendam in vno: nisi etiam restituatur in omnibus. Lex ista dicit distinguendum an gestiones fuerunt mixtæ & continentes, & tunc in totum restituatur. an separatæ, & tũc ad vnum tantũ: & etiam hoc casu quando sunt separatæ, restituetur pupilla, & tutor aduersarius nõ restituetur. sed hũc casum dic aliter, & melius: Titius gessit tutelam Seij: puta in multis speciebus: & male. Decessit Titius tutor, & successit ei pupilla quædam. Seius egit tutelæ actione cõtra pupillam: & ipsa fuit condemnata tantum in vna re, & in aliis absoluta. nunc vult puella restitui aduersus sententiam contra se latam, tutor dicit se restitui debere contra eã in eo in quo fuit absoluta, ita vt tota restituretur lis. an sit audiendus, quæritur. Et distinguitur, an mixta est vel non. si non est mixta, non est audiendus: & ista est vera positio. [*SI HAEREDITATE.*] Certum est quòd in integrum restitutio dari debet præsente eo contra quem petitur. ff. eo. in causæ. j. §. causa. Vnde pone: Adiui hereditatem patris mei: postea restitutus fui vt abstinerem: * & hæc restitutio concessa fuit absentib⁹ credi. hære. paternis. dicitur hic quòd restitutio nõ valet: vnde præiudicare creditoribus nõ potuit.

¶ Aduersus eos quoque restitutio præstanda est, quorum dolo agere non permittitur [p]: nisi quædã personæ speciali lege [q] exceptæ sint: [vt pater & patronus.]

Restituta actione tutelæ, non restituitur contraria. Bartolus.

XXVIII. CELSVS libro secundo Digestorum.

B CVm minor quàm quinque & viginti annis aduersus eum, cum quo tutelæ egit, restituitur, non ideo tutori contrarium tutelæ iudicium restituendum est [r].

Etiam vbi interuenit patris auctoritas, minor restituitur. Bartolus.

XXIX. MODESTINVS libro secundo Responsorum.

ETiam si patre, eodémque tutore [s] auctore [t] pupillus capt⁹ probari posit: [u] curatorem postea ei datum, nomine ipsius in integrum restitutionẽ postulare, non prohiberi.

Si per restitutionem vnum capitulũ sententiæ rescinditur, cætera firma remanent, si illi non sunt connexa. alias secus. hoc dicit. quod no. Bartolus.

C ¶ Ex causa curationis [x] condẽnata pupilla, aduersus vnum caput sententiæ restitui volebat: & quia videbatur * in cæteris litis speciebus releuata fuisse: actor [y] maior ætate qui adquieuit tunc temporis sententię, dicebat totam debere litẽ restaurare. Herennius Modestinus respondit, si species, in qua pupilla in integrum restitui desiderat, cæteris speciebus nõ cohæret: nihil proponi, cur à tota sentẽtia recedi actor postulãs, audiendus [z] sit.

Restitutio concessa non citatis his quo-

D

r *Restituendum est.* imò videtur restituendum: vt. C. si aduer. transact. l. j. & ij. quæ sunt contra. Sol. aliud in transactione: vt ibi: aliud in sententia: vt hic: quasi sibi imputetur quòd non appellauit. Vel hic tutor ex alia causa suam actionem remisit scilicet pacto, quàm à minore se liberauit, scilicet sentẽtia. Vel verius distingue an sit coniuncta: & tunc restituatur: aliàs non: argu. infra. l. proxi. §. primo.

Etiam.] CASVS. Non refert decipiatur minor, scilicet auctoritate patris tutoris: quia. ff. contraxit patre tutore auctore, & deceptus fuit: aut non: quia semper restituetur ex causa. Pone: Administrauit tutor: puta in sale & oleo & vino: & etiã in multis aliis. in vno tantum fuit absolutus tutor: puta in hordeo. in aliis

s *Ex causa curationis.* id est tutelæ: finita tutela iam aliquo modo. aliàs enim agi non potest: vt infra, de tut. & ratio. det. l. nisi. Vel etiam contra curatorem. nam & pupillus habet curatorem quandoque. Vel dic ex causa cuiusdam curæ quam pater suus fecit cuiusdam adulti, cui pupilla successit.

y *Actor.* scilicet tutor vel curator qui egerat contrario iudicio tutelæ, vel negotiorum gestorum. Vel dic directa negotiorũ gestorum secundum alium casum.

z *Audiendus.* & sic sententia pro parte valebit, pro parte non. Sed contra. j. famil. erciscund. l. in hoc iudicio. Sol. ibi in coniunctis, arg. j. de ædil. edict. cum eiusdem. & j. e. tutor. §. j. &. C. de appel. l. ampliorem. §. j. & de tempo. appel. l. per hanc. secus in disiunctis: vt hic. Sic ergo tot sunt sentẽtiæ, quot sunt capitula: sicut tot sunt legata, quot sunt anni: vt. j. de dona. cau. mor. senatus. in fi. Similiter in stipulatione: vt. j. de verbo. oblig. l. scire. in prin. & facit. C. de transac. l. si ex falsis. Possunt autem esse disiunctæ: vt si ex administratione salis sit condemnata, sed ab administratione vini fuit absoluta. Coniunctæ autem esse possunt: vt si de eodem negotio

partim

partim condẽnata sit,& partim absoluta: vt si tutor fundum qué partim ex sua,partim ex minoris pecunia emisse dicebatur, iussus sit tradere,condemnata pupilla vltra modũ in pecunia danda restituitur pupilla:per consequens & tutor petit restitui. Vel sic,dicebatur quòd tutor quendam fundum pro centũ nomine pupillę emisset,& pupilla fundum petebat,& nó valebat nisi quinquaginta.Iudex autem pupillę fundum, tutori pretiũ totũ restitui iussit. Minor vult restitui cótra hoc quòd totum pretiũ reddere iussa est, & fundum retinere vult. certe nó potest: quia illud capitulum de restitutione prædij, cohæret alij capitulo de restitutione pretij.Acc.

a *Si hæreditate*. quam adiuit.

b *Ad agendum*. i. ad contradicendum restitutioni: quod fieri debet:vt in auth. vt spóf. larg.§.ad hæc. coll. ix. & dixi.ff.eo.l.in causæ. j.§.causa.

c *Euocato*.ſ.creditore.

Si filius.] CASVS. Paterfamiliasfilium emancipauit, qui erat minor.xxv. ann. & extraneo hærede instituto eidẽ filio aliquid legauit:eum tamen prætcontr.c. *Pratis de iuſcript.in clemen.* teriit in testamento.minor iste bonorum possess.cótra tabulas non petiit intra annũ: & ita exclusus est per lapsum anni expressim , quia eam repudiauit expressim. Vnde cum in hoc sentit se grauatũ, petiit se restitui post. xxv.an. tamen infra quadriennĩ etiã pendente causa in integ. resti. petiit legatum.Dicitur quòd excluditur à beneficio bo. poss. quia videtur liti renuntiasse.Sed pone.j.an. agnouit legatum eo facto maiore:dicitur quod & tunc à poss.bo.excluditur.

d *Non accepta*. id est repudiata:vel tempore amissa,scilicet anni:cum sit de suis: aliàs dantur centum dies ad petendum bonorũ possess.vt institu.de bonorum poss.§.cum igitur.versi.liberis.

e *Quæstionem*. iam factus maior:vt subiicit.

f *Renuntiare*. tacito pacto: vt. C. de inoffi.test.l.parentibus.& infra, de condi.& demon.l.duos.& infra,de bo.lib.l.nam absurdum.& infra, de inoffi. testa.si pars.§.fi.&.l.nihil.& infra,de reg. iur.ex qua persona.argu.contra.j.de excep.l.nemo.

g *Largiretur*. i.non esset finitum, adhuc tamen esset iste maior.

h *Iudicio*. scilicet legatum accipiendo.

i *Prætoris*. qui prætor dat annum volentibus petere bo. poss.& facit.C.de fur.l.j. Hodie hæc lex tribus modis non valet. Primo quia potest dicere nullum hodie,& etiam contra tabulas habere: siue suus,siue emancipatus:vt.C.de lib.præte.l.fi.Vel melius emãcipatus non potest dicere nullũ etiam hodie:vt ibi not.Secundo quia ex quo ei reliquit legatum,debet agi ad supplemẽtum: vt in auth. de trien. & semis.§.j.coll.iij. licet & illa in hoc corrigatur: quia iure institutionis debet relinqui: vt in authen.vt cum de ap. cog.§.aliud.col.viij.Vel illud in querela:secus in cótra tab.Tertio:quia hæc præscriptio annalis non currit minori ipso iure : vt C.in qui.cau.in integ. resti.non est necesſ.l.j.

Si mulier.] CASVS. Paterfamiliàs plures habuit credi.mulierem quandam instituit hæredem, cuidam seruo suo libertatẽ reliquit: mulier tamen hæreditatem adiuit,& seruos manumisit:

rum interest, in eorum præiudicium nil valet. Bartolus.

¶ Si hæreditate[a] patris, ætatis beneficio in integrum restitutus[minor]abstinuit se,nemine de creditoribus paternis præsente,vel ad agendũ[b] à præside euocato[c]:an ea restitutio rectè facta videatur,quæritur?Herẽnius Modestinus respondit, cũ nõ euocatis creditoribus in integrũ restitutionis decretũ interpositũ proponatur, minime id creditoribus præiudicasse. B

Per vnum actum contrarium quis videtur renuntiare in integrũ restitutioni. Item ille actus qui tolleret illud ad quod petitur restitutio:tollit restitutionem. Bartolus.

XXX. PAPINIANVS libro tertio Quæstionum.

SI filius emancipatus,nõ accepta[d] contra tabulas [bonorum] possessione, post inchoatam restitutionis quæstionem[e], legatum ex testamento patris maior viginti quinq; annis petisset, liti renuntiare[f] videtur:† cum & si bonorum possessionis tempus largiretur[g], electo iudicio[h] defuncti, repudiatum beneficium prætoris[i] existimaretur. C

Minore restituto aduersus additionẽ hæreditatis,libertates datæ, & solutiones creditoribus factæ non rescindũtur. Bartolus.

XXXI. IDEM libro nono Responsorum.

SI mulier postquã hæres extitit, propter ætatem abstinendi causa in integrum restituta fuerit: seruos hæreditarios ex fideicommisso ab ea rectè manumissos retinere libertatẽ respondi.[k] Nec erunt cogendi viginti aureos[l] pro libertate retinenda dependere, quam iure optimo[m] consecuti videntur. Nam & si quidam ex creditoribus pecuniam suam ante restitutionem ab ea recuperassent*: cæterorum querela contra eos, qui acceperunt, vt pecunia communicetur, non admittetur.[n] D

Ætas ex aspectu iudicis probatur: & pronuntiatio ex aspectu non prodest eis qui sciebant cõtrarium:sed ignorantes & pronuntiationi adquiescentes excusat. Barto.

XXXII. PAVLVS libro primo Quæstionum.

MInor viginti quinque annis adito prẽside,ex aspectu corporis falso ꝓbauit perfectam[o] ętatem. curatores cum intellexissent esse minorẽ, perseueraueruntin administratione. medio tempore post probatam ætatem, ante impletum vicesimum quintum annum solutæ sunt adolescenti pecuniæ debitę:eásq; malè consumpsit. quæro cuius[p] sit periculum?Et quid si curatores quoq;in eodẽ errore perseuerassent, vt putarẽt maiorẽ esse, & abstinuissent se ab administratione, curationem[q] etiã restituissent: an periculũ temporis, quod post probatam ætatẽ cessit,* ad eos pertineat? Respondi. Hi, qui debita exsoluerunt, liberati[r] iure postea autem mulier ista petiit restitui, vt ab hæreditate abstineret.nũquid serui ab ea manumissi liberi manebunt:& si liberi manent, an aliquid pro libertate præstare debent? & dicit quòd liberi manebunt:nec aliquid pro libertate præstabũt.sed pone:Ista mulier antequam restitueretur, quibusdam creditoribus satisfecit.nunquid illi quibus non est satisfactum,habebunt regressum contra eos quibus satisfactũ est:vt id quod perceperũt, cõmunicent? Et dicit quòd non : sic quod solutum est creditori, non reuocatur.

k *Respondi*. ego scilicet Papinianus.

l *Viginti aureos*.quod videbat: vt.j.de inoffi. testa. Papinianus. in fi. **reciperassent.Flo.*

m *Optimo*. est ius bonum quãdo libertas cõpetit ab adita hereditate:sed reuocaſ vel fingitur non data perlata querela.j. quinquéniũ. Est ius melius quando nũquam reuocatur,sed dantur viginti aurei à quolibet: vt.j.de inoff. test.Papinianus.in fi.& l.seq. Est optimum : vt quando sunt liberi, & nil dant:vt hic. Sed cuius erũt liberti?Respõ. orcini.ſ.defuncti: vt.j. de fideicom.liber.cum quasi.§. idem dicendũ. *Ius triplex in comparatione.*

n *Non admittetur*. vt fiat reuocatio cũ debitum receperunt:vt.j.de condict.inde.l. repetitio.&.C.depo.l.fi.&.j. quæ in frau.cre.l.pupillus.& infra,de bo.auct. iudi.poss.l.si non expedierit.§.j.nam recte factum non debet reuocari: vt hic, &.ff.eod.l. in integrum. &. C. de administra. tuto.sancimus.j.ibi, nõ enim debet.&.C.de confir. tuto.l.iij.Accur. **vul.interceſsit.*

Minor.] CASVS. Minor. xxv. an. volebat agere aduersus quendam suum debitorem: & eum ad iudicium vocauit:& cum ad iudiciũ illum vocasset,dixit ille: Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Dicit minor se maiorem esse.vt maior appareret,permisit barbam crescere: & capillos magnos deferebat. Vnde admissus fuit à iudice ad agendum:& ita debitor ei soluit. minor iste pecuniam perceptam statim consumpsit.modo quæritur cuius sit periculũ istius pecuniæ, vtrũ.ſ.debitoris,an minoris,an curatoris? Et dicit indistincte debitorem liberari:& sic liberatus est debitor.per auctoritatẽ enim iudicis soluit.sed in curatore distinguitur.sciuerit,an ignorauerit. si sciuerit,ad ipsum curatorem pertinet periculũ:& curator tenetur:& hoc quãdo perseuerauit.si ignorauit,ad ipsum minorem:& sic curator nõ tenetur hoc casu:quia nõ perseuerauit,nec sciuit.

o *Perfectam*.i.se maiorem:cum tanquã maior vellet agere contra debitorem suum.Et nõ.arg.quod secundum conscientiam iudex iudicat:vt supra,de feriis.l.eadẽ.in fi. in gl.fi. Sed certe & hic & ibi:vt iudex habet conscientiam: secus si vt priuatus : vt supra, de offi.præſi.l.illicitas.§.veritas.Hæc tamen probatio per aspectũ reprobatur hodie:vt insti.quibus modis testa.infir.in prin.secundum quosdam. Sed certe ibi quo ad aliud.i.alius aspectus reprobatur:vt dicam infra,eodem tit.l.de ætate. *Iudex quãdoque secũdũ cõscientiã iudicat.*

p *Quæro cuius*. vtrum soluentis,vel minoris:vel curatorum.

q *Curationem*. id est rationem curationis.

r *Liberati*. ipso iure, si hoc exaudias in his cótra quos probauit se maiorẽ:certũ est ꝓpter auctoritatẽ iudicis:vt.ff.e.ait prætor.§. permittitur.

BIU Cujas

permittitur.in aliis idem videtur: vt infra.e.l.de ætate. sed tutius est exceptione eos liberatos.

a *Conueniri*.Sed nonne similiter in dolo fuit maior:ergo nō debet posse agere:vt supra,de dolo.l.si duo.&.C.si mi.se ma.di.l.ij. &.iij.quæ sunt contra?Respon.adulescentes falsum probauerunt: sed non scienter: vel si scienter,nō animo decipiendi tutores vel curatores:imò forte vt sibi consulerēt:quia curatores male gerebant. Nec videntur inde curatores decepti: vt infra,de act.emp.l.j.

b *Decreto*.id est p decretum crediderūt eū, scilicet esse maiorē:ar. contra.infra, eo.tutor. j.respon.Vel dic decreto quòd sit datiui cas⁹. Sed quomodo potuerunt credere: vt.C.eo. de in integ.resti.min.l. de tutela.quæ est contra? Respon.imò possunt:quia ibi duo contra tutorem faciebant: vt quia tutor erat: & quia cognatus:hic alterum tantum, quia curatores. Vel dic,hic & ibi prædicta interuenerunt. sed iustissima causa interuenit hic.s. iudicis sentētia:& probatio ętatis:vt infra,de regu.iu.l. qui auctore. Item distinctionem huius legis,scilicet scientiæ & ignorantiæ & in creditoribus adhibeo.

Si minor.]*CASVS.* Paterfami.mihi minori.x.reliquit nomine legati:& rogauit me vt manumittam seruū meum:qui forte. xx. valebat: accepi legatum de decem:possum quidem restitui vt non cogar seruum manumittere:& quòd reddam illa decem quæ accepi:quia si maior essem,nō cogerer manumittere si vellem habere legatum. Viuianus.

c *Paratus sit*.hoc fauore minoris ætatis:vt .j.de lib.le.l.tutor.in fin.si autem esset maior,seruum suum quantumcunque valet, tenetur manumittere.secus in legato alij dando:quia non vltra &c. vt.j.de leg.ij.l.imperator.& instit.de sin.re.per fidei.re.in princ. Item in seruo alieno non compellitur plus dare quàm acceperit: vt infra,de fideicō.lib.l.generaliter.§.si quis.

d *Sic huic*.scilicet minori.Accursius.

e *Remittatur*.quid si libertatem præstitit iam? Respon. aduersus eam non restituitur: vt supra, eo.l.verum.§.quod si.& infra.e.l. antepenul.§.j. & supra,de dolo.& elegāter.circa prin.&.C.si aduer.li.per totum.sed forte iustum pretium petet ab hærede quasi re mortua:vt infra,de iu.do.si res.j.§.si mulier.Accursius.

Si minor.]*CASVS.* Minor vigintiquinque an.credidit filiofamilias minori.si iste filiusfa. consumpsit, non tenetur: quia melior est causa consumentis:nisi fuerit inde locupletior tempore litis contestatæ.Secundo dicit quòd si duo minores compromittunt in aliquem, si vnus vult restitui,bene potest.Viuia.

f *Ex hoc*.scilicet credito,vel nisi iussu patris acceptoris dederit:vt.s.e.l.iij.§.sed vtrum.versi.si igitur filius.Accursius.

g *Litis contestatæ*.vel rei iudicatæ:vt quia prius fuit amissa,& postea recuperata:vt infra,de peti.hæredi.si à domino vel à patre.§. quo tempore.Sed nunquid pater tenetur de peculio?Respon.vtique:nec obstat quod dicitur.C.ad Macedo.l.penult.hic enim cessat Macedo.senatusco.propter ętatem:vt supra,eo.l.verum.§.si. Item quid si acceperit decē mutuo,& omnia amisit in ludo præter vnum denarium,& deinde cum illo solo nummo omnia recuperauit?Respondeo, non tenetur nisi ad vnum: quia verum est consumpturo & consumenti esse creditum: vt supra.e.quod si.§. penulti.nec habet quod recuperauit ex prima causa,scilicet mutui.sed magis ex adquisitione facta in ludo:vt ar.j.ad legem. Fal. l.iij.& infra,de hære.ven.venditor.Si vero inhæreas huic literæ, nisi locupletior &c.& tamen prius dixerat de cōsumēte.respon. bene potest fieri consumptio in bonos vsus: vt si biberit vinum: vel si ministrauerit personis sibi necessariis, & tunc cum inuenitur tempore litis contesta. locupletior, nec sit ei causa mutata, tenetur.hic autē est causa mutata. Accursius.

h *Stipulati sunt*. scilicet pœnam hincinde, sed sine tutore non valet ipso iure:vt infra, de arbi.si pupillus.

i *Iure desiderat*. apparet læsio quòd ab eo appellari nō potest:vt C.de arbit.l.j. & de euictio. non agitur: vt infra, de euic. si dictū. §.j.& quia inimic⁹ est integer arbiter tempore compromissi. secus si post: quia tunc iure communi habet exceptionem: vt infra, de arbit.non distinguem⁹.§. cū quidam.imò & ibi dico habere locum in integ. resti.vt dixi supra, eo. in causæ.ij.in prin.Ac.

Si in emptionē.]*CASVS.* Pone:minor gerit rem sub pacto addictionis in diē, hoc est si alius meliorem conditionem non attulerit vsque ad talē diem minor eam habebit emptam.oblata fuit tandem melior conditio:quia alius plus obtulit, & rem obtinuit: læsus est minor in hoc quòd tantum non dedit: vult restitui. dicit quòd bene potest minor iste,dum det illud plus quod alius dedit.

k *Si in emptionem*.minor emit sub pacto addictionis in diem.

l *Audietur*. quia læsus est in hoc quòd potuit tantum offerre, quantum alius dare vult:quod facere recusauit:vt infra,de in diem addic.l.necesse.Accursius.

m *Maiorum eius*.Not.interesse mirabile:vt.C.de admi.tu.l.lex quæ &.j.si quid in frau.pa.l.j.§.sed si rem. & de bo.lib.l.libertus qui soluen.in glo.pe.& ratione vicinitatis:vt.j.de leg.ij.si cui.& facit infra,manda.cum seruus.Quandoque talia non admittūtur: vt infra,ad.l.Fal.pretia.&.j.ad legem Aquiliā.si seruū meum.

Minor.]*CASVS.* Dum minor in iudicio fuit conuentus,læsus fuit in hoc quòd legē quandam quæ faciebat ad causam suam,non allegauit. Dicitur ꝙ restituetur minor iste.potest & pluribus aliis modis intelligi:quod dic vt in apparatu.Accur.

n *Allegationem*. id est exceptionem dilatoriam:vt.C. de probat.l.executionem.vel peremptoriam:vt.C.sent.rescin.nō possl.peremptorias etiam in criminali: vt infra,ad.l.Iul.de adul.l.si maritus.§.lex Iulia.versicu.præscriptiones. Vel dic quòd probationem omisit ante aperturam testium:quòd maior non posset:vt in authen.de testi.§.quia vero multi.coll.vij.Vel pone proprie allegationes,id est probationes legum ad causam pertinentium:vt.s. eodem.l.minor autem.§.si autem princeps.Accursius.

Auxilium.]*CASVS.* In ista.l.quandam regulam præmittit, & eam duabus rationibus probat: vt videbis per exempla. Primum est.Pone:minor.xxv.ann.act.iniuriarum per lapsum anni,vel expressim,id est per pactum remisit.deīde petit restitui ad hoc vt ei liceat eius iniuriæ nomine agere:dicit quòd nec audietur neque restituetur.& est istud primum dictum.Secundum autem est quòd vxor minoris adulterata est.vnde minor infra.lx. dies potuit eā sine metu calumniæ accusare,eā tamen nō accusauit,postea petiit restitui vt accusare possit iure mariti,non obstāte hoc quòd.lx.dies fuerint præteriti. dicit ꝙ non audietur. Istis enim

---

ipso, non debent iterum conuenire[a]. Plane curatores, qui scientes eum minorē esse, perseuerauerūt in eodem officio: non debuerunt eum pati accipere pecunias debitas,& debebunt hoc nomine conueniri. Quod si & ipsi decreto[b] præsidis crediderunt,& administrare cessauerunt,vel etiam rationem reddiderunt: similes sunt cæteris debitoribus: ideoque non conueniuntur.

Minori per restitutionem remittitur onus manumissionis. si est paratus restituere legatum quod accepit. Bartolus.

XXXIII. ABVRNIVS Valens libro sexto fideicommissorum.

SI minor vigintiquinq; annis seruum suum, qui pluris est quàm in testamento ei legatum sit, manumittere rogatus fuerit,& legatum acceperit:nō cogendum libertatē præstare, si legatum reddere paratus[c] sit, Iulianus respōdit:vt quemadmodum maioribus liberū sit, non accipere[legatum,]si nolint manumittere:sic huic[d] reddenti legatum, necessitas manumittendi remittatur.[e]

Inter duos minores melior est conditio conuenti si vterque certat. secus de damno vitando. si alter certat de lucro. Bar.

XXXIIII. PAVLVS libro primo Sententiarum.

SI minor vigintiquinq; annis filiofamilias minori pecuniam credidit,melior est causa consumentis: nisi locupletior ex hoc[f] inueniatur litis contestatæ[g] tempore is qui accepit.

Eoipso quòd minor compromittit,videtur læsus.b.d.quod no.multum. Bartolus.

Minores, si in iudicem compromiserunt.& tutore auctore stipulati sunt[h]: in integrum* restitutionem aduersus talem obligationem iure desiderāt[i].

Propter interesse affectionis minor restituitur. Bartolus.

XXXV. HERMOGENIANVS libro primo iuris Epitomarum.

SI in emptionem[k] penes se collatam, minor adiectione ab alio superetur:implorans in integrum restitutionem audietur[l], si eius interesse,emptā ab eo rem fuisse,adprobetur: veluti quòd maiorum eius[m] fuisset: ita tamen,vt id qđ ex licitatiōe accesit,ipse offerat vēditori.

Minor restituitur vt omissam allegationem seu probationem iterum inducat.b.d. & est notabilis lex. Bartolus.

XXXVI. PAVLVS libro quinto Sententiarum.

MInor vigintiquīq; annis omissam allegationem[n],

BIU Cujas

enim casibus non potest subueniri, nisi vt aliis noceat, hoc est vt alij in delictis puniantur. vnde quòd non erit restituendus, hoc est quia nihil abest, sed vindictam quærit. [*IN DELICTIS.*] Dictum est statim. s. quando contra eum delinquitur: nunc quãdo ipse minor delinquit. vnde pone: Minor delinquit: petit restitui vt habeatur pro nõ delinquente: an sit audiendus? Et certe non, si crimen sit atrociꝰ vel atrocissimum: vnde nõ potest restitui. sed si delictum est priuatum & atrox, vt quia furtũ cõmisit, in hoc quidé releuabitur vt habeatur pro transacto si potuit transegisse: vt. s. eo. ex causa. §. imperator. Si vero atrocius, vt in termino moto, mitigabit iudex pœnam. Si vero publicũ est: vt quia ec ce minor deliquit, qa cõmisit adulteriũ, vel incidit in aliquod capitulum. l. Iul. de adulte. quæ plura sunt (quæ bene & melius in. l. ista quam in aliqua alia exprimuntur) non meretur restitui. Viuianus.

a *In exsecutionibus.* id est prosecutionibus faciendis contra alios.

b *Pœnarum.* quia in necem alteriꝰ postulatur: vt. s. eo. in causæ. j. respon. & ad vindictã tantum: vt. j. de sepul. vio. sepulchri violati. in fi. alioquin habet locũ: puta si iusta de causa non executioné, sed pœnæ relaxationé petit: vt. j. ad legem Iul. ambi. l. j. &. j. ad senatusconsul. Turpi. l. j. §. accusationé. in fin. quæ sunt contra. Item aliud potest dici in pœna cõuentionali: quia remisit sortẽ sibi promissam. nã restituitur: vt supra, eo. l. ait prætor. in prin. & in. §. hodie.

c *Iudicium.* ciuile vel criminale.

d *Omissum.* pacto vel dissimulatione: vel forte etiam anni cursu: vt. C. de iniur. si nõ cõuitij. Quid in actiõe furti? quidã idẽ. alij nõ idẽ: cũ nõ ad vindictã agat: sicut fitĩ vtroq; istorũ casuum hic. Ac.

e *Sine calumnia.* i. sine metu calumniæ, si de accusatione cõfidit: vt. C. de adul. l. iure. secus si nõ confidit: vt. j. ad. l. Iuli. de adult. l. is cuius ope. §. fina. quæ est cõtra. Dic q̃ ibi erat euidens calumnia: hic non. arg. C. qui accusa. non posꝰ. l. ij.

f *In integrum restitutio.* secus in milite: vt. j. ti. ij. l. siqua.

g *Id est calumniæ.* quasi dicat, vt liceat ei sine metu pœnæ calũ. accusare. Sed certe imò & aliud. s. vt præferatur aliis accusantibꝰ. nam in his duobꝰ priuilegiũ habet: vt. C. de adul. quãuis. ij. Nunquid ergo pro eo restituetur? respon. non, propter rationem superiorem: quia exequi vult crimen. Accursius.

h *In delictis* scilicet aliis à se commissis.

i *Cessabit.* qualiter cessat, cũ ipso iure minoribus præscriptiones non currant? Rñ. tria sunt genera præscriptionum. quædam enim currunt: sed restituitur minor: vt non nu. pecu. ex persona defuncti: vt. C. de nõ nu. pecu. si intra. Itẽ. xxx. vel. xl. ann. vt. C. in quib. cau. in integ. rest. non est necesse. l. fi. in fi. Item appellationis faciendæ: & iudicij terminandi: & inuẽtarij ª faciendi: vt. C. de iudi. ꝑperandum. §. fi. & in authen. de hẽr. & Fal. §. pupillis. col. j. Quædã currunt, & non restituuntur: vt. xl. dierum: vt hic. Item præscriptio quinquẽnij quæ obiicitur minori ad tuendum statũ defuncti: vt. C. ne de sta. defuncto. l. si mater tua. &. j. ne de sta. defun. l. non esse. Item non numeratæ dotis: vt vltra tempora statuta ibi non restituatur: vt in authen. de temp. non so. pe. §. ij. colla. vij. aliæ autem omnes ipso iure non currunt: vt. C. in quibus cau. in integ. rest. non est necesse. l. finali.

ª Dal dicit ꝑ hãc glo. ad hoc q̃ ꝑ. ad cõs. ꝑ. ad exẽdũ inter. ptio currit minoribus. Dal. dicit ꝑ hãc glo. q̃ non restituitur.

k *In delictis.* supra locutus est in delictis ab alio commissis: hic de commissis à minore.

l *Atrocioribus.* i. in his quæ ꝑueniunt ex animo, siue sit priuatũ, siue publicũ: vt. C. si aduer. delic. l. j. sed & ĩ illis subdiuiditur: quia quædã sunt atrocia, & priuata: vt furtũ: & in illis dic: vt. s. eo. si ex causa. §. nũc. q̃dã atrociora: vt hic. q̃dã atrocissima, vt adulterium: in quo nullo modo subuenitur: vt hic subiicit.

m *Miseratio.* hoc etiã in sene faceret: vt ĩfra, deter. mo. l. ij.

n *Deprecatio.* i. venia parcendi.

o *Minor annis.* s. vigĩtiquinque. maior tamẽ annis. xiiij. vt infra, de adul. l. si minor.

p *Fateatur.* imò contra. vt. j. de quæst. l. j. §. diuꝰ. sed ibi nõ perseuerauit in cõfessiõe quã fecit territus ꝑpter tormenta: hic sic: vt. j. e. ti. de quæstio. l. j. §. si quis vltro.

† *Cõcor. in* q *Nec si quid.* præter crimẽ incestus: vt. j. de adul. l. si adulteriũ. §. fratres. nec puto q̃ sit ibi beneficium speciale.

r *Duxerit.* vel reduxerit: vt. C. de adul. l. de crimine. &. l. crimẽ. & l. castitati. &. l. sine metu. Accursius.

ca. bonæ memoriæ. lo. r. cũ gl. super verbo, exceptiõe. extra de elect. & est sumpta ista auctoritas ex ista lege.

s *Nõ dimiserit.* hoc hodie corrigit: vt in auth. vt nul. iud. §. si vero hi. &. §. adulterã. col. ix. videt eñ gñaliter loqui in omni adultera & dãnata etiã vbi maritus prętẽdere ignorãtiã nõ potest. si aũt potest, etiã iure veteri excusatur: vt. j. de adul. l. mariti. §. quæstum.

t *Cõmittit.* Not. q̃ quis amittit beneficiũ ꝑpter suum delictũ: vt C. de iur. deli. l. fi. §. si vero postq̃. &. j. si fa. fur. fe. di. l. j. §. hoc aũt. &. j. de rit. nup. l. senatoris filia. &. l. seq. §. si ignominiosam. &. s. negoti. gestor. siue. &. j. solu. ma. l. viro. &. C. de repu. l. consensu.

Beneficiũ amittit quis ꝑ suum delictum.

Emilius.] *CASVS.* Aemilius quidam à vicino suo Quinio nomine, fundum quẽdam emit sub pacto. l. cõmissoriæ: puta fundũ pro. xxx. & statim. x. dedit: & cõuenit q̃ intra mensem alia. x. solueret: quod si nõ faceret vel nõ solueret, fundus esset ineptus. & ita de alio mense sequente. decesit iste Aemiliꝰ. & puellã reliquit hæredem. illiꝰ tutores nec primo nec secũdo mẽse aliquid soluerũt, & ita elapsum est tẽpꝰ quo soluere debuerũt. vẽditor tñ elapso tpe nihilominꝰ denũtiauit puellæ vt solueret. & sic tacitè à. l. cõmissoria recesit. tandẽ quia illa soluere noluit: vẽditor ille fundũ alij vẽdidit: q̃ cũ ꝑpẽdit puella, petiit restitui corã vno iudice, qui ꝑnũtiauit eã non esse restituẽdã: vnde illa appellauit ad imperatorẽ, & ita corã imperatore venerũt aduocati vtriusque partis. & allegabãt. & ita fuit cõtra illam allegatũ. Dicebat enim Paulꝰ aduocatus aduersę partis q̃ ista puella nõ erat restituẽda, quia pater suus contraxit: non illa. Imperator vidit puellam formosam, & ideo valde fuit motus, & partem suam fouebat. vnde tres rationes assignat quare ista puella sit restituenda. Prima ratio talis est: quia tempus illud in quo puella fuit læsa, cucurrit tempore minoris ætatis. Secunda ratio est: quia lex commissoria est odiosa: vnde non debet huic puellæ obstare. Tertia ratio est: quia isti tutores sunt suspecti, eo quòd ita se malè circa factum istud habuerunt. vnde præsumitur hoc facto eorum eos fraudem commisisse. vnde istis rationibus motus est imperator vt eam restituat. plus tamen dicit Paulus: quia potissimam rationem imperator tradidit obliuioni. Nam ex quo venditor post tempus lapsum prætiũ petiit, videtur legi commissorię renũtiasse, & sic quatuor ratiões sunt quæ faciebãt ꝑ illa, & q̃dã quę nõ est in litera: forte

per in integrum restitutionis auxilium repetere potest.

In actiõibus competentibus ad vindictã cessat in integrum restitutio. Item aduersus dolum peæsumptum in futurum minor non restituitur. Item nec aduersus verum dolũ præteritum nisi pœna minuatur. Bar.

XXXVII. TRYPHONINVS libro tertio Disputationum.

AVxilium in integrum restitutiõis exsecutionibꝰ ª pœnarum ᵇ paratum nõ est. Ideóque iniuriarum iudicium ᶜ semel omissum ᵈ, repeti non potest. Sed & in sexaginta diebus præteritis, in quibus iure mariti sine calumnia ᵉ vir accusare mulierẽ adulterij potest: denegatur ei in integrum restitutio ᶠ. Quod ius omissum si nunc repetere vult: quid aliud quàm delicti veniam, id est calumniæ ᵍ deprecatur? Et cum neque in delictis ʰ, neque in calumniationibus prętorem succurrere oportere, certi iuris sit, cessabit ⁱ in integrũ restitutio.

In delictis ᵏ autẽ minor annis vigintiquinque non meretur in integrum restitutionem, vtique atrocioribus ˡ: nisi quatenus interdum miseratio ᵐ ætatis ad mediocrem pœnam iudicem perduxerit. * Sed vt ad legis Iuliæ, de adulteriis coërcendis præcepta veniamus: vtique nulla deprecatio ⁿ adulterij pœnæ est, si se minor annis ᵒ adulterũ fateatur ᵖ. Dixi, nec si quid ᑫ eorum commiserit, quæ pro adulterio eadẽ lex punit: veluti si adulterij damnatam sciẽs vxorem duxerit ʳ: aut in adulterio deprehensam vxorem non dimiserit ˢ: quæstúmve de adulterio vxoris fecerit: pretiúmve pro comperto stupro acceperit: aut domũ præbuerit ad stuprum adulteriúmve in eam committẽdum: & non sit ætatis excusatio aduersus præcepta legum ei, qui dum leges inuocat, † contra eas committit ᵗ.

Si præscriptio conuentionalis incipiat cũ defuncto maiore, & finiat cum minore, currit sine spe restitutionis: nisi cum minore aliquid gestum fuerit, vel aliquid interueniat ex quo etiam maior restitueretur. h. d. Et diuiditur in quinque partes. primo ponit thema, & quæstionem. secundo ponit opinionem Pauli quam habebat ante sentẽtiam. tertio ponit sentẽtiam imperatoris, & vnam eius rationem. quarto ponit opiniones Pauli post sententiam. quinto ponuntur quædam aliæ rationes quæ mouerũt principem. secunda ibi, putabam. tertia ibi, imperator. quarta ibi, dicebam. quãta ibi, quia tamen. Bartolus.

XXXVIII. PAVLVS libro primo Decretorum.

forte qā pulchra erat.& hoc dicit.[*ID QVOD DICITVR.*] Filiusfa.omisit aliquid facere ex quo pertinebat ad patrē emolumentū.emancipatus petit restitui.dicit quòd nō auditur:quia institutus fuit contemplatione patris.Viuianus.

a *Data parte.* vēditio fuit pro.xxx.sed.x.nunc soluuntur,&.x.alio tempore,&.x. alio soluentur:vt subiicit.

b *Ab emptione.* computandos.

c *Tutoribus.* vt pretiū soluant.& no.quòd nō aperit ante diem finitā vel post, fuerit facta denūtiatio. Sed dices post diem.

d *Restitui.* vt post tēpus liceat sibi auferre: quod iure cōmuni facere non potest:vt p̄bari potest .j. de arbi. Celsus in prin.Sed cōtra videtur.ſ.quòd non petatur restitutio,cū iure cōmuni possit offerri:vt.j.de le.có.l.de lege.&.l.post dié.Sed illud efficaciter debet ītelligi.ſ.si petiit & habuit: quod non placet: vt.j.l.proxi. Vel dic q̄ hic denūtiauit ꝓroḡando in aliquod certū tēpus: quod & postea finitū est:vt ar.j.de verbo.obli. cū stipulatus. vel si non certū:tamen quoddā intelligitur[a]: quod magis intellectu percipi,quàm dici potest : vt.j.de sol.l.ratū. sicut & in cōmissione pœnæ dicimus:vt.j.de arbi.si cū dies.§.fi. quo transacto potest exercere.l.cōmissoriam. vt prius : datur tū & post beneficiū restitutionis quasi ex eo q̄ est gestum à minore in prorogatione facta ipsi minori:non quod à defuncto:aliàs si non est lapsum tempus prorogatū, cū iure cōmuni sit tuta actione ex eo cōtractu,nō habet restitutionē : vt.ſ.eo. in causæ.ij.Vel secundū M.nil impedit & legi renuntiatū, & sic ex eo contractu agi:& in integrum restitui:quod falsum est:vt.ſ. eo.in causę.ij.§.Pomponius.in prin.Vel dic[b] quòd ideo restituitur,quia plus cōsequitur per restitutionem quàm per actionē ex eo contractu:quia fructus & similia etiam à bonæ fidei possessore consumptos:vt.ſ.l.patri.§.item.&.j.ti.ij.necnon.§.fi.Vel verius[c] dic quòd petebat restitui contra possessorem contra quem non habet actionem ex eo contractu:vt.ſ.e.in causæ.j.§.interdū.

a Bal.dicit istam glos. sing. cū suo text.ad hoc quòd interpellatio facta debitori, nō cōstituit eū statī in mora: sed cum aliquo modico intervallo cōmoditatis tē poris vt possit prouidere solutioni. Bolog.

b Hæc vera secundū Iac. Butri. & Bal.hic.

c Hanc approbāt Pet. de Bel.perti. & Cy. secundum Bal.hic.

e *Apud præfectum.* quia denegatur, nisi nouæ causæ &c.vt.C.si sæpius in integ.resti.l.fi.appellare tamen potuit:vt hic subiicitur.

f *Prouocauerat.* ad imperatorem.

g *Putabam.* ego Paulus.

h *Quod.* id est,quia.sed quomodo currit præscriptio huius temporis:vt.C.in qui.cau.in integ.resti.non est ne.l.fi.quæ est contra?Sol.hic ex patris contractu:ibi ex suo:vt arg.j.eo.l.etiam. Vel illa in tempore à lege inducto:hæc à contrahente.

i *Motus est* pro pupilla.

k *Posse magis.* quàm quòd dies committendi incidisset in tempus pupillæ:& sic consentit Pau.quòd bene fuit restituta hoc casu : quod non esset si denuntiatio non fuisset.

l *Displicebat.* quia est odiosa,& in fraudem vsurarum inducta:& ideo etiam in pignoribus reprobatur:vt.C.de pac.pig.l.fi.

m *Erant.* dic quòd imperator bene iudicauit hoc casu secundū omnes quando fuit renuntiatum legi commiſ. Sed si hoc nō fuit, an sit restituenda?secundum Pau.non: & est pro eo.j.qui. ex cau. in pos.ea.l.apud.j.respon.&.j.de iur.fiſ.fiscus.&.j.solu. ma.si maritus.&.j.de reg.iur.l.in omnibus.§.j.&.j.de iudi.hæres.j. respō. &.C.si aduer.ven.pig.l.ij.sic in commissione pœnarum: vt.j. de nau.fœ.l.fi. & recisione transactionum : vt.C. de his quibus ut

A Emilius Larianus ab Obinio fundum Rutilianū lege cōmissoria emerat,data parte[a] pecuniæ ita,vt si intra duos menses ab emptione, [b] reliqui pretij partem dimidiā non soluisset,inemptus esset.item si intra alios duos menses reliquum pretium non numerasset, similiter esset inemptus.Intra priores duos menses Lariano defūcto,Rutiliana pupillaris ætatis succesſerat,cuius tutores in solutione cessauerunt. venditor denūtiationib⁹, tutorib⁹[c] sæpe datis:post annum eandem possessionem Claudio Telemacho vendiderat.pupilla in integrum restitui[d] desiderabat. victa tam apud prætorem,quàm apud præfectum[e] vrbi,prouocauerat[f].Putabam[g] bene iudicatum:quòd[h] pater eius, non ipsa cōtraxerat.Imperator autem [Antoninus] motus est[i], quod dies committendi, in tēpus pupillæ incidisset,eáque effeciſſet ne pareretur legi venditionis. Dicebam posse magis[k] ea ratiōe restitui cā, quòd venditor denuntiādo post diē, quo placuerat esse cōmissum, & pretium petendo,recesſisse à lege sua videretur.Nō me mouueri, quòd dies postea transisset,nō magis, quàm si creditor pignus distraxisset post mortem debitoris,die solutionis finita. Quia tamen lex commissoria displicebat[l] ei, pronūtiauit in integrum restituendam. Mouit etiam illud imperatorē quòd priores tutores, qui non restitui desideraſſent, suspecti pronūtiati erant[m].

Etiam post emancipationem non succurritur filiis in id q̄d patri adquirūt. Bar.

Quod dicitur,non solere filiisfamilias post emācipationē adhuc minorib⁹ succurri in iis, quæ omisisſent[n] manentes in potestate:tunc rectè dicitur,cū patri adquirere possunt.

Ab interlocutoria quæ quasi totam causam dirimit,& in aliis præiudiciū parat, potest appellari : & pendente appellatione ab interlocutoria iudicis officium conquiescit super principali : & tempus in ea non currit. Item si appellans ab interlocutoria succumbat,causa redit ad primum iudicē. hoc dicit.quam.l.no.Bartolus.

XXXIX. SCAEVOLA libro secundo Digestorum.

INtra vtile [o] tempus restitutionis apud præsidem petierunt in integrum restitutionem minores:& de ætate sua probauerūt.dicta pro ætate sentētia, indig.l.Polla.& in distrac.pig.vt hic dicit.econtra pro imperatore:quia tutores remoti sunt vt suspecti.Vnde præsumi potest eorum fraude & machinatione rem esse amissam. Item quia lex cōmissoria est odiosa:vt infra,de verb.obli.cum filius.Sed his auditis credo Pau.melius dixisse de iure:& ideo eius sentētia sequēda est tanquam Iustiniani : vt.C.de ve.iur. enuclean.l.j.§. his itaque.in fi.§.ſ. quādo nō est renuntiatum legi.

b *Mihi.* idem quo ad hoc quòd dicit hic, & nisi &c. si ciuitas & libertas salua sunt: dum tamen familia mutata sit: vt institu. de adquisi. per arro. in fi. ti.
c *Mitti.* sed si nō sufficiūt bona: nūquid p noxa dabit? Rñ. nō. qa nō p debito sed p maleficio fit noxa: vt inst. de noxa. in prin.
d *Nulla.* sed cur secus est vbi dedi me in adrogationem: nā & hic bona mea in aliū deuoluūt? Rñ. ideo qa hic remanet talis qui obligari nō potest: filiꝰ vero adrogatꝰ potest: secūdū Io. Sed nōne qui solā ciuitatē amisit, obligari potest? Rñ. vtique, cū sit liber. Dicendū est ergo aliud esse in adrogato: quia adrogatꝰ fere omnia retinet: vt insti. de adqui. per adro. nō autē in deportato. Ac.
e *Exulat.* sed tenetur ille ad quem bona peruenerunt: vt dixi supra,

BIU Cujas

supra, eod.l.ij.Accursius.

As. CASVS.Hæc lex & duæ sequētes loquuntur quando actiones competunt capite minuto.& dicit, si aliqua actio capi.minuto competit: distinguitur vtrum descendit ex naturali obligatione: & tunc minor capi.de.non tollitur.aut descendit ex ciuili:& tollitur. & assignat in litera rationēquia ciuilis ratio naturalia quidem &c. & ponit exemplū in act. de dote:vt cum illa cade.non tollitur. idem est si alimenta vel habitatio fuerit relicta.illa enim capitis deminutione non pereunt. & hoc dicit hæc lex cū sequenti.Viuianus:

Obligationes quæ causam naturalem respiciunt, capitis deminutione non pereunt. & loquitur ista lex de obligationibus actionē competentibus his qui capite minuuntur.Bartolus.

VIII. GAIVS libro quarto ad Edictum prouinciale.

EAs obligatiões [a], † quę naturalē præstationem habere intellegūtur, palā est capitis deminutione [b] non perire,quia ciuilis ratio naturalia [c] iura corrūpere nō potest. Itaq; de dote [d] actio, (quia in bonum & æquū concepta est,) nihilomin⁹ durat,etiam post capitis deminutionem:

IX. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

VT quandoque emancipata [e] agat.

Summata est cum præcedenti. Bartolus.

X. MODESTINVS libro octauo Differentiarum.

LEgatū in ānos singulos vel menses singulos relictū [f], vel si habitatio legetur, morte quidē legatarij legatū intercidit:capitis deminutione tamen interueniente perseuerat,videlicet quia tale legatū in facto † potius quàm in iure [g] consistit.

Iurisconsultus ponit hic tria genera capitis deminutionis:quæ not.Bartolus.

XI. PAVLVS libro secundo ad Sabinum.

CApitis deminutionis tria genera sunt:maxima, media,minima. Tria enim sunt, quæ habem⁹ [h]:libertatē,ciuitatē,[&] familiam [i]. Igitur cum omnia hęc amittim⁹:hoc est,libertatē,ciuitatem,& familiam: maximam esse capitis deminutionem:cum verò amittim⁹ ciuitatē, [&] libertatē retinem⁹, mediā esse capitis deminutionem:cum & libertas & ciuitas retinetur,familia tantum mutatur [k],minimam esse capitis deminutionem constat.

EX QVIBVS CAVsis maiores vigintiquinque annis in integrum restituantur.

TITVLVS VI.

Primo commendat edictum,& ponit eius summarium.Secundo ponit verba edicti ad literam,secunda ibi,verba.Bartolus.

I. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum.

HVius edicti [l] causam nemo [m] non iustissimā esse confitebitur.Læsum [n] enim ius per id tempus,quo quis reipub.operā dabat, vel aduersō casu laborabat,corrigit [o]:necnō & aduersus eos[qui vel absentes reipub.causa fuerāt, vel apud hostes]succurritur:ne vel obsit,vel prosit,quod euenit [p].

Verba [q] autē edicti talia sunt: *Si cuius quid de bonis [r] [deminutum erit,]cum is metu, aut sine dolo malo reipub.causa abesset, ínve vinculis, seruitute [f], hostiumq; potestate esset: siue cuius [t] actionis eorum cui [u] dies exisse dicetur:item si quis [x] quid vsu suū fecisset [y]: aut quod nō vtēdo amisit [z],cōsecut⁹ [est [a]:]actionéve qua [b] solut⁹ [est,]ob id quòd dies [c] eiꝰ exierat,cū absens nō defenderetur, ínve*

A *Dictum est supra,de restitutionibus quibusdam:nunc de his que dantur ratione absentiæ:vt supra, de in integ.resti.l.i.in fi.*

HVius edicti.]CASVS.Iurisc̄osult.assignat rationē quare istud edictū fuit iuductū:& dicit q̄ per istud edictū subuenitur illis qui sunt læsi p̄ absentiā: & ex causa.iusta enim absentia nulli debet esse dānosa vel lucrosa. [VERBA.] Iste.§.ponit edicti prętoris verba.& habet illud edictū tres partes. Prima est qualiter absens cōtra præsentē restituatur. nā si præsens vsucapiat rē absentis, ille reuersus restituetur contra præsentem:siue vsucepit rē corporalē, siue act.liberatus sit. & hoc vsq; ad.§.illū, ité si quis &c.Secunda clausula edicti est qñ præsens cōtra absentē restituitur: vt ecce si absens præscripsit rē præsentis, restituetur præsens. & durat vsque ad §.item si qua &c.& ibi incipit tertia pars, & durat vsq; ad fin. quia dicitur q̄ quandocūq; esset æquū q̄ restituat, prætor restituet.

B

C

D

l *Huius edicti.* q̄ est infra.ea.l.§.j.

m *Nemo.*hic sunt duæ negationes.s. nemo & nō:& faciūt vnam affirmationē:vt.j.deverbo.sig.l.duobus.

n *Læsum.*i.amissum.

o *Corrigitur.*id est restituitur,vel emēdatur.

p *Quod euenit.*s.absentia:vt neq; absenti noceat,cū detur ei restitutio:nec prosit,cū detur cōtra eū: vt.j.proxi.§.&.ꝑ.si ex noxa.caua.g.l.ij.in fi.&.j.eod.l. videlicet.&.l. ergo. in fin.j.rñ.&.j. de regul. iur.l.absentia.& sic vnū pro absente, & aliud contra eum inducitur:vt.j.de iureiur.l.eū qui.j.respon.

q *Verba.* Nota q̄ tres habet partes hoc edictū. Prima qualiter absens contra præsentē restituitur. & hoc vsque ad illū ver.item si quis.Secūda econtra.& hoc vsque ad ver.ité si qua.vbi interserit quædā de præsente contra præsentem. Tertia est gñalis extra prędictas:vt in fi.huiꝰ.l.dic ergo,si cuius.i.alicuiꝰ:quid.i.aliquid. *Edictū ex qui . cau. maio. tres habet ptes.*

r *De bonis.*vsuca.seu præscrip.in rebus corporalibus. item amiserit seruitutem.nam hæc duo hic comprehendit.

f *Seruitute.* quæ facti est.ad veram enim seruitutem non porrigitur:vt infra,eo.l.rectè.

t *Siue cuius.* dic quòd hæc clausula respicit omnia supradicta: vt quia dies actiōis exiuit:quia metu abfuit,vel reipub.causa,vel simili.& sic duo continet.§. iste. & quando de bonis exiuit, scilicet aliquid corporale vel incorporale : vt seruitus. vel actio amittitur,scilicet personalis.& dices,siue dies cuius id est, alicuius actionis dicetur exisse.Accursius.

u *Cui.*id est,alicui eorum.

x *Item si quis.*scilicet absens:vt colligitur.j.eo.item ait.

y *Fecisset.*rem corporalem.

z *Amisit.*scilicet præsens.aliàs amissum sit.s. seruitutem.

a *Consecutus est.*scilicet absens.

b *Qua.*id est aliqua.

c *Quòd dies.*idem in cæteris in quibus lædi potest:vt infra,eod. l.cum miles.§.fi.secundum quosdam.

*Obligationes.*hęc lex & aliæ duæ leges sequentes loquūtur quādo actiones competūt capite minuto. Accur.

*Deminutione.*minima.Accursius.

Naturalia. vt insti. de leg.ag.tu.§.fi.

*De dote.*Sed nonne actio ex empto similiter habet æquitatē naturalem : id est de iure gen. licet formula sit à iure ciuili inducta : vt supra, de iust. & iur.l. ex hoc? Respon. olim paucæ : quia quinque erant actiones quæ darentur filiisfa.vt infra, de obli.& ac.l. filiusfa. &.l.in factū.inter quas hæc de dote erat : vt.j. sol.ma.l.ij.vnde hodie omnes ex castr.pec.vel quasi,vel ex aduentitia causa non pereunt sibi tali minima capit. deminutione, cum iure proprio sibi competāt actiones in prædictis: vt Cod.de bo.quæ lib. i.fi.Est & alia specialis æquitas in dote: vt infra, solu. ma.l.j. in his enim ius ciuile repugnat naturali. nam secundū ius ciuile tantū patri,secundū ius naturale tātū filio.quod ius ciuile succūbit naturali: & ideo naturale prędualet,& in aliis prędualet ciuile:vt nō detur filio.&sic nō amittut, quia non habet . Sed quare magis in his succumbit ciuile ius naturali? Respon. in quolibet vides rationem æquitatis.

Vt quandoque emancipata. Idem videtur etiam si maximam vel mediam capitis deminutionem sit passa : nisi vna de quinque legibus fuit damnata: vt.j.de bo.damna.l.quinque . Vel dic quòd licet non publicetur dos:alias tamen ipsa nō potest repetere:quia debet remanere apud maritum.Accursius.

*Legatum.Relictum.*ad alimenta.

*Quàm in iure.*quia nō cōsideratur an possit capere ex testamēto,vel nō:sed hoc factū:an possit comedere,vel nō,vel bibere.nā etsi nō sit capax,admittit.etiā si maximā capitis deminutionē passus sit:vt argū.j. de ali.leg.seruos ad custodiā. &.l.is cui.& de his quę pro nō scrip.habēt.l.iij.Et est hoc speciale fauore alimētorū.idem in habitatione:quia nec sine ea viuere quis potest.

*Capitis.Quę habemus.*scilicet præcipua.

*Familiam.*id est ius adgnationis inter adgnatos.

*Mutatur.*mutari large hic accipitur:siue de sua in alienam:siue de aliena in suā:siue de aliena in alienā trāsfertur.Io.sed & omes infames statu vel fama dicūt minui:vt.j.de var.cog.l.cognitionū §.existimatio.Vel dic nō mutari,sed minui.& facit isti.e.§.j.&.ij.

BIU Cujas

vinculis[a] esset, secúm ve agendi potestatem[b] non faceret, aut cum eum inuitum in ius vocari non liceret[c], neque defenderetur: cúm ve magistratus de ea re appellatus esset[d] siue cui per magistratum* sine dolo [malo] ipsius[e] actio exępta esse dicetur: earum rerum actionem intra annum[f], quo primum de ea re experiundi potestas erit, [dabo.] Item si qua alia mihi iusta causa esse videbitur, in integrũ restituam[g], quod eis,*[h] per leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta[i], decreta principum licebit.

Iurisconsultus tractat hic de vltima parte edicti. Bartolus.

II. CALLISTRATVS libro secundo Edicti monitorij.

HOc edictũ[k], quod ad eos pertinet, qui eis *[l] cõtinẽtur, minus[m] in vsu frequentatur[n]. Huiusmodi enim personis[o] extra ordinem[p] ius dicitur ex senatusconsultis & principalibus cõstitutionibus[q]. Hoc autẽ capite[r] adiuuantur in primis hi, qui metus causa abfuissent, scilicet si non superuacuo timore deterriti abfuissent.

III. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum.

METus autem causa abesse videtur, qui iusto[t] timore mortis, vel cruciatu* corporis conterritus, abest. & hoc[t] ex affectu[u] eius intelligitur: sed non sufficit quolibet[x] terrore adductum* timuisse, sed huius rei disquisitio iudicis est.

IIII. CALLISTRATVS libro secundo Edicti monitorij.

ITem hi[y] qui reipublicę causa, sine dolo malo abfuissent. Dolum malũ eò pertinere accepi, vt qui reuerti[z] posset neq; reuerteretur: in eo, quod per id tempus, aduersus eum factum est, non adiuuetur: veluti si alterius grandis commodi captãdi gratia id egerit, vt reipublicę causa abesset[a], reuocatur ab isto priuilegio:

V. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum.

ET qui data opera & sine lucro hoc affectauerit: vel qui maturius[b] profect⁹ est: vel litis[c] gratia cœpit reipublicæ causa abesse. Sed hæc adiectio doli mali, ad reipublicæ causa absentes refertur, non etiam ad eum, qui metus causa [abesset:] quoniam nullus met⁹ est, si dolus[d] intercedit. Sed qui Romæ reipublicę causa operam dant, reipublicæ causa non absunt:

VI. PAVLVS libro duodecimo ad Edictum.

VT sunt magistratus[e].

VII. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum.

MIlites planè, qui Romæ militant[f], pro reipublicę causa, pro absentibus habẽtur.

VIII. PAVLVS libro tertio Breuium.

LEgatis quoq; municipiorum[g] succurritur ex principalibus constitutionibus. vt legatis municipiorum: vt infra, eo. l. legatis. & l. sed & si per prætorem. §. fi. & l. seq.

a *Vinculis.* præsens vel absens: & idem in duabus sequentibus.
b *Potestatem.* vt. j. eo. l. ait prætor. §. deinde.
c *Non liceret.* quia forte erat consul vel prætor: vt infra, eo. sed & si per prætorem. §. ij.
d *Appellatus esset.* hoc verbũ non exponitur ab Vlpiano in toto titu. sed dic, conueniente cum. x. dies tantũ supersessent, & iudex dedit tibi dilationem. xv. dierum: nam hoc tempore actio non perpetuatur: vt. ff. de eo per quem fact. est. l. fi. j. rñ.
* *pro magistratu, Flo.* Sed hoc non placet: quia hoc exemplũ attribuitur inferiori ꝓximæ clausulæ: vt infra eo. sed & si per prætorem. §. ait prætor. versi. hoc quoque. Dic ergo ꝙ hic fuit querela prętorij propositа: nõ aũt alteri parti denuntiatum. & hoc, si non fuit magistratus in dolo vt nõ redderet ius. & pro hoc. j. eo. sed & si per prætorem. j. respõ. tũc enim habet locum sequens clausula. Accur.
* *Flo. eius* e *Ipsius.* qui amisit, & dicitur stare per magistratum, siue magistratus ius non dixit dolo, vel sine dolo: siue non fuit eius copia: vt. j. eo. sed & si per prętorem. §. ait prætor. cũ sequẽtibus. §. §. Accur.
f *Intra annum.* hodie quadriẽnium: vt. C. de tempo. in integ. resti. l. fi. in fi.
g *Restituam.* non vt ante restitutionem, sed per restitutionem habeat actionem rescissoriam: vt diximus in minore: vt. ff. tit. ij. ꝙ si minor. §. fi. Alij cõtra. dicunt enim etiam hanc restitutionem iure actionis dari in integr. restituendis. Accur.
* *Flo. cruciatus*
* *Flo. adductum*
h *Quod eis.* scilicet, licebit quod est infra, & intelligas semper licere nisi prohibeatur aliqua istarum partium iuris: vt infra, eod. necnon. §. quod eis.
i *Edicta.* scilicet prætorum.

HOc edictum.] CASVS. Ista lex tractat de vltima particula edicti prætoris: dicens quòd illa pars in vsu non est: quoniá aliæ speciales clausulæ frequentius locum habent: occurrit tamen quãdoque quòd ei locus est. [*HOC AVTEM CAPITE.*] Nunc incipit Vlpianus exponere verba prætoris: & dicit quòd qui metu abfuerint, adiuuantur: & oportet quòd iustus fuerit metus: & hoc exquiret iudex. Item restituuntur qui abfuerint causa reipub. sine dolo. & qualiter accipiendus sit: vel accipiatur dolus malus, exponit, sed qui operam dedit vt abesset, non restituit. Vi.
k *Hoc edictum.* id est, hæc verba posita in fine, quod eis per leges &c. secundum quosdam. Tu dic id est, hæc vltima pars edicti generalis, item si qua &c, & quod dicit infra, qui eis continentur id est, generalibus verbis. & exponit primo ea verba pauca dicturus, plenius autem dicit. j. eod. sed & si per prætorem. §. fi. Ac.
l *Qui eis.* scilicet, verbis generaliter prolatis, si qua &c. aliàs eo.
m *Minus.* quàm cæteræ superiores speciales causæ. nam cũ semper speciali lege subuenitur, raro generalis clausula est in vsu: vt infra, eo. sed & si. §. ij. &. j. de verbo. oblig. doli clausula. Accur.
n *Frequentatur.* est tamen in vsu: vt hic subiicit, huius enim &c.
o *Personis.* vilibus, quibus per hoc edictum non subuenitur specialiter. Accursius.
p *Extra ordinem.* id est, extra speciales clausulas.
q *Constitutionibus.* vt legatis municipiorum: vt infra, eo. l. legatis. & l. sed & si per prætorem. §. fi. & l. seq.
r *Hoc aũt capite.* i. hoc edicto. & ꝓ ordiné icipit exponere singula.
f *METus. Iusto.* quantum ad se, iniusto tamen quantum ad inferentem. Vel dic iusto. id est sufficienti.
t *Et hoc.* scilicet an fuerit iustus.
u *Ex affectu.* aliàs ex effectu. i. ex eo quod secutum est propter talẽ metum. aliàs affectui. qa affectauit: vt arg. ff. quod met. cau. si mulier. j. respon. vel dic ab afficio afficis. Accur.
x *Quolibet.* vt. ff. qđ me. cau. l. metum aũ. *Metum* pieriđum. j. Et nota hic per argumentum quòd nõ sufficiunt iustũ metum: vt hic, & Co. de transact. interpositas. & supra, quod met. cau. extat. & j. de extraordi. crim. l. pen. §. plerique. quod facit in causis cõmissis à domino papa. & quia talia fiunt: ideo venitur ad locum tutum. *AD. DITIO.* Cum glo. dicit ꝙ minæ faciunt iustum metum, intellige: quando minæ sunt illatæ à persona verisimiliter timenda: vt à quodam tyrãno: vt est casus in. l. Fulcinius. §. quid sit. ibi, potest em. qui. ex cau. in pos. ea. vel ab alio homine pestilentioso: vt. l. j. Cod. si quis impera. male. ita debet intelligi. Co. de iis quæ vi me. ve caul. metũ. secũdũ. Bar. hic.
y *Item hi.* scilicet restituuntur ex hoc edicto. Accursius.
z *Reuerti potest.* vt hic & infra, eo. si cui. §. tãdiu. & l. reipub. & Co. de resti. mili. l. ignorre. Et sic no. quem non consequi priuilegium ex onere quod libenter subiit, imò perdit: vt infra, de re mili. l. non omnes. §. qui captus. & insti. de excu. tut. §. item tria. argum. contra. C. de excu. tut. l. voluntariæ.
a *Abesset.* id est absens staret. Accursius.
b *ET qui data. Maturius.* quàm expediret, vltro offerendo se reipublicæ.
c *Vel litis.* scilicet euitandæ.
d *Dolus.* scilicet eius qui se metum passum dicit.
e *VT sunt magistratus.* Adsessores aũt ꝓuinciæ suæ dicũtur abesse reipub. cau. vt. j. eo. si cui. i prin. & l. abesse q̃ sũt: cõtra.
f *Milites planè, qui Romæ militant.* vt sunt præfecti vigilũ, secũdum quosdam: idem tamen in quolibet alio. Sed quare miles absens esse fingitur, vt hic, & nõ magistratus: vt. ff. l. ꝓ Rũdetur quia officium militiæ remotum, imò cõtrariũ est causis & legibus. vnde superesse nõ possunt milites aliis negotiis: vt. C. loca. l. milites. & l. fi. at magistratus potest, cum ad causas principaliter sit præpositus. Præterea magistratus habet salarium de publico, licet non adsessor: vt. ff. de adsesso. l. fi. & ideo sui commodi causa facere videtur. milites autem aliter, puta de aliquibus prædiis sibi assignatis stipendia habent.
g *Municipiorum.* de municipio ad municipium. secus de municipio ad principem vel ad ciuitatem Ro. vel econtra: quia tũc est absens reipub. causa: vt. C. eo. l. j.

LEgatis.] CASVS. Dicitur quòd isti municipiorum legati non dicuntur abesse causa reipublicæ: sed succurritur eis ex constitutionibus principum. Viuianus.

Constitutione.

BIU Cujas

a *Constitutione.* vt restituatur rebus eorum vsucaptis: vt hic, & infra, eod.l.sed & si.§.fin.& dicitur legatus municipij, id est villæ, vel castri, vel etiam ciuitatis alicuius ad aliam ciuitatem, vel castrum, vel baronem: vt infra, ad muni.l.j. in princip. & facit Cod.de offic.eius qui vi.al.l.j.& infra, vt in flu.pu.na.l.j.§. si fossa in principio.

Succurritur.] CASVS. Expositio Vlpiani duas ptes edicti: nūc vult exponere sententiā:& dicit q succurritur etiā illis qui fuerūt in viculis. Ité differētia est inter vincula & custodiam: quia vinculorum appellatio generalis est: pertinens tā ad priuatos quā ad rēpub. custodiæ vero appellatio specialis ad rēpu. tantū pertinet. Vincula dicūtur, & loca in quibus coercentur. Custodiæ dicūtur loca in quibus custodiuntur. vide Bal. hic.

* *Vincula.* Flo. * *Latumiæ.* Aco. ad finem. *Latumiæ* dicta dicū tur, & loca in quibus coercentur. Syracusanæ. vide Bal. hic.

cipum Marci & Commodi cōstitutione[a].

IX. CALLISTRATVS libro secundo Edicti monitorij.

SVccurritur etiā ei, qui ī vinculis fuisset: quod non solū ad eū pertinet, qui publica custodia coërcetur: sed ad eū quo q; , qui à latronib[b] , aut à p̄donibus, vel à potentiore, vi oppressus, vinculis coërcebatur. Vinculorum autem appellatio latius accipitur. nam etiam inclusos veluti latumiis[c] *† vinctorum numero haberi placet: quia nihil interest parietibus, an compedib[9] [quis] teneatur. Custodiam autem solā publicam accipi Labeo putat[d].

X. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum.

IN eadē causa sunt, & qui à militibus stratoribúsque[e], * vel à municipalibus ministeriis[f] adseruātur: si ꝓbētur[g] rei suæ superesse nō potuisse. In vinculis autē etiā eos accipim[9], qui ita alligati sūt, vt sine dedecore in publico parere nō possit[h].

XI. CALLISTRATVS libro secundo Edicti monitorij.

EI quoque succurritur, qui in seruitute[i] fuerit: siue bona fide[k] seruiat homo liber, siue detentus sit.

XII. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum.

IS autē[l] qui de statu suo litigat: ex quo lis ĩchoata[m] est, hoc edicto non continetur. Tandiu igitur in seruitute esse videtur, quandiu non est eiusmodi lis cœpta[n].

XIII. PAVLVS libro duodecimo ad Edictum.

RECTÈ Labeo ait eum non cōtineri[o], qui liber & hæres institutus est, antequā sit[p] hæres: quia nec bona habeat, & prætor de liberis hominibus[q] loquatur. puto tamen filiumfamilias in castrensi[r] peculio pertinere ad hoc edictum[f].

XIIII. CALLISTRATVS libro secundo Edicti monitorij.

ITē ei succurritur, qui in hostium potestate fuit, id est, ab hostibus captus. Nā trāsfugis[t] nullum credendum est beneficiū tribui, quibus[u] negatum est postliminium. Poterant[x] tamē qui in hostium potestate essent, illa parte edicti contineri, quę* loquitur de his qui in seruitute fuerint.

XV. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum.

AB hostib[9] autē captis, postliminio reuersis succurrit, aut ibi mortuis[y]: quia nec procuratorē habere possunt[z]: cū[a] aliis suprascriptis etiā per procuratorē possit subueniri: præter eos, qui in seruitute[b] detinē tur[c]. Ego autem etiā nomine eius, qui hostiū potit[9] est*, si[d] curator (vt plerumque [fit]) detinēt. hi aūt vere serui sūt: vt ī.e.l. ꝓxi. vel lege plane: & dic, po terāt cōtineri. sinspectis verbis ptoris, sed nō secūdū mentē eius.

A hostibus.] CASVS. Dicitur in.l.ista, q si aliquis captus sit ab hostib[9], & postea reuersus, quia subuenitur eidē. sed pone quod ibi decesisit: sine dubio & tūc ei subuenitur. & si bonis suis datus fuit curator, dicit q nihilomin[9] ei subuenitur, si restitutione indigeat: etsi nō dicit hoc prætor, suppletur tñ ab Vlp. q si aliquis capt[9] fuerit ab hostibus, & fili[9] ibi sit natus, restitui poterit. s. filius, non solum pater. [SI DAMNI.] Planus est. Sed pone, incepi rem alicuius vsucapere p annū. deinde autē cœpit ille abes se p annū & dimidiū. postea reuersus ille distentus fuit & implicitus circa negotia sua: puta circa amicos suos visitandos, aduocatos quærendos, per vnū mensem. postea currit residuum tēpus q supererat ad vsucap. cōplendā: & ita vsucap. cōpleta fuit. dicit q restituetur ei id tempus quod fluxit in absentia. s. annus & dimidius. & quod fluxit in præsentia antequam esset negligens, puta hoc rememensis vnus: & etiā temp[9] absentiæ ei restituitur. sed si fuit negligens in petendo restitu. in hoc ei non subuenitur, sed ratione impedito. & hoc debet ptor cognoscere si fuit negligēs, vel nō. Vi. item paganum. Accursius.

---

a *Nota ex gl. cum suo tex. qualiter absenti succurri potest a curatore dari, quotiens nō habet vel nō potest hic procuratorē habere ratorē: & istud est cūdū Bal. quādo aliquis ab hostib. est nō dimissus procuratore, vt possit agere vel conueniri. Adde glo. in.c.cæterū extra de iura.calum.*

b *Seruitute.* scilicet facti.

c *Detinentur.* sed ad negotia possunt haberi etiam vere serui: vt supra, de procur.l.seruum quoque. in princip.

d *Si.* i. quāuis. vel dic[a] proprie. & no. hic arg. quòd potest cō-

---

A o *Recte. Non contineri.* illis verbis, seruituté ve. Accursius.

p *Antequam sit.* id est antequā moriatur testator. nā eo mortuo statim liber & hæres est: vt insti. de hære. qua. & dif. §. j. vel dic eum fuisse sub conditione institutum. Accursius.

q *Hominibus.* & patribus fa. detentis vt seruis.

r *In castrēsi.* vel quasi. Sed nonne idem in aduētitiis hodie? Respō. non, cum pater habeat administrationem: vt Co. de bo. quæ lib. l. fi. & C. de bo. ma. l. j. nisi forte in actione iniuriarū, & de dote, & in aliis similibus quæ sunt proprię filiorum: vt dixi infra, de iudi. si longius. §. j. imò & in illis pater ius habet.

f *Edictum.* si detineatur in seruitute facti.

t *Item ei. Nam transfugis.* Dicitur trāsfuga qui ad hostes fugit vel tempore belli, vel tempore inducirum: vt infra, de capti. l. postliminium. §. transfuga. quem si capimus iure belli, capimus vt vt noster seru[9] efficiatur: vt infra, de adquir. re. do. l. transfugam. *Transfuga quis dicitur.*

u *Quibus.* id est, quia his: vt. j. l. proxi. §. non minus. & sic no. quòd nō debet ex delicto pœnā & prēmiū mereri: vt j. de reg. iur. l. nō fraudātur. §. j. &. j. eo. si cui. in prī. Sed quid si est in dubio, fuerit transfuga vel nō? Rñ. credi affirmationi sue: hoc si ante fuerat bonus, alias nō: vt. j. de re mili. l. non omnes. §. à barbaris. * *Flo. quæ* * *id est ab hostib. captus, de quo* *vide* *hostib. ca-*

x *Poterant.* hæc litera *ptus, de quo* vsq; in fi. potest interro *plura vide* gatiue legi? & rñ. q nō: *apud Ant.* quia ī superiori verbo *Aug. lib. 4* voluit eos designare q *cap. 10. &* in seruitute (q̄ facti est) *Alci. lib. 1.* *Paverg.* *cap. 35.*

---

a *Nota ex gl. cum suo tex. qualiter absenti succurri potest a curatore dari, quotiens nō habet vel nō potest hic procuratorē habere ratorē: & istud est cūdū Bal. quādo aliquis ab hostib. est nō dimissus procuratore, vt possit agere vel conueniri. Adde glo. in.c.cæterū extra de iura.calum.*

b *Seruitute.* scilicet facti.

c *Detinentur.* sed ad negotia possunt haberi etiam vere serui: vt supra, de procur.l.seruum quoque. in princip.

d *Si.* i. quāuis. vel dic[a] proprie. & no. hic arg. quòd potest cō-

---

e *In eadem Stratoribusq.* i. qui sternunt malè acta. Vel dic ecōtra qui sternunt homines, & capiūt transeuntes per stratam. Ac.

f *Ministeriis.* id est ministrantibus.

g *Si probentur.* imò aduersarius probare debet, cū affirmet, & hic neget: vt. j. de proba. l. ei. Sed dic q ille quod āmodo affirmat dicendo talem causam intercesisse propter quam debeat restitui. sic Cod. de codicil. l. nec codicillos.

h *Non possint.* licet detur facultas abeundi: vel quia nudi, vel qa iurauerant, vel sub fideiussoribus sunt: vt. j. eod. necnon. §. j. Ac.

Et quoque. [CASVS. Nunc exponit aliam partē edicti. nam si liber homo vt seruus detinetur, habet beneficium restitutionis: sed si seruus incipiat litigare de statu suo, non restituetur: cum pro libero extunc habeatur. Sed pone, aliquis seruus institut[9] fuit sub conditio. bona vsucapta fuerunt ante conditionem existentem: non restituetur: sed filiusfami. bene restituetur si detineatur vt seruus, & læsus fuerit tunc. Item qui captus fuerit ab hostibus: transfuga autem non restituetur. Viuianus.

i *Seruitute.* quæ facti est: vt differat à lege. j. eod. l. item ei.

k *Bona fide.* & tunc dicitur possideri, aliàs detineri: vt subiicit, & infra, de adquir. pos. cum hæredes. §. item quæro.

l *Is autem.* scilicet homo liber qui stabat vt seruus.

m *Inchoata.* id est ordinata per libellum & satisdationem, licet non sit lis contestata. nam extunc pro libero habetur quantum ad liberalem causam peragendam vel finiendam, & omnes alias inchoandas: vt. C. de lib. cau. lite. & infra, de lib. cau. l. ordinata.

n *Cœpta.* id est finita non est.

BIU Cujas

stituí curator bonis eius qui est vltra mare. sic. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. j. & infra, de priuil. cre. l. idé priuilegium. qui omnes actiones intentet: vt infra, de cu. bo. dã. l. ij. maxime tempore perituras: vt infra, de bonis auc. iudi. poss. l. creditore. in princ.

a *Existimo.* & ei reuerso, & etiam ipsi curatori bonorum.

b *Non minus.* histerõ proteron. q. d. non minus nato ibi quàm capto. sic supra, de re. diui. l. riparum. & quòd dicitur de nato ibi, sed cõcepto priº: vt hic. si autem & ibi fuit conceptus & natus: si cum vtroque parente redeat, idem. si cum matre tãtum, spurius habetur. si cum patre tantum, non habet postliminiũ secundã quosdam: quasi non possit fingi sine matre, sicut sine patre. Sed Io. dicit quòd habet: quia & sine matre est quandoque filius: vt adrogatus. Et probantur hæc infra, de cap. l. diuus. &. C. de cap. l. j.

fuerit bonis constitutus: auxilium competere existimo [a]. ℣ Non minus [b] autem ab hostibus capto, quam ibi nato, qui postliminium [c] habet, succurrendum * videtur. ℣ Si damni infecti missus * sit [quis] in ædes militis: si quidem præsente eo iussit prætor possideri, non restituitur [d]: sin verò absente eo, dicendum [est,] subueniri [e] ei debere.

** succurſũ, Flo.*

** Haloan. missum sit in ædes*

Breuiter hoc intendit secundũ lect. quã intendo tenere. Quod disponitur de tempore absentiæ, intelligitur de modico tempore quod excurrit postea. si in eo quis non fuit negligens, quod arbitrio iudicis determinabitur. h. d. cũ. l. seq. Diuiditur in quatuor partes. Primo ponit dictum. Secundo illud declarat. Tertio illud probat per rationem. Quarto illud deducit in practicã. secunda ibi, vt si secundum lect. quam teneo. licet secundum lect. glo. secunda incipit ibi, nõ quandocunque. tertia ibi, in. l. nõ enim. quarta ibi, totumq;. Bartolus.

℣ Sed quod simpliciter [f] prætor edixit [g], *posteáve*: ita accipiẽdum est, vt si inchoata sit bonę fidei possessoris detentatio ante absentiam [h], finita [i] autẽ [eo] reuerso: restitutionis [k] auxiliũ locum habeat, non quandoque [l], sed ita demum, si intra modicum tempus, quàm rediit, hoc contingat [m], id est dũ expone q̃ detur restitutio ita demũ si intra modicũ tempus &c. si. ad totũ tẽpus subducendum. nã post, non ad totũ: sed tanto minº vt dixi, quãtũ negligenter fluxit. Ité contra M. in. j. opi. & eiº sequaces est aperte finis huiº. l. nã eũ qui differt &c. nã secundũ eũ intelligiĩ, differt restitutionẽ. s. ad rẽ suã. sed hic quomodo dicitur differre quãdo post modicũ tẽpus fuit completa, cũ & si vellet in hoc restitui, nõ posset: cũ nondũ sua defierit esse intra modicũ tẽpus, sed post desinit. Ité nec post modicũ tẽpus: quia minimũ distulit secundũ eos, quod est iniquũ vt imputetur ei si nõ petiit restitui quãdo nõ potuit: vt. C. de an. excep. l. j. in fi. Sed posset q̃ eis responderi: quia statim post modicũ tẽpus & vsuca. cõpletã incipere debeat causam in integ. rest. sed si dudũ differt, non audiatur.

Ité quo iure petitur hæc restitutio maiorũ? Rñ. officio iudicis à prætore viuo, qui eam dat auctoritate prætoris mortui: vt. C. de rest. mili. l. j. ad instar minoris: vt. j. de excep. l. exceptiones. ij. in fi. &. s. de mino. q̃ si. ĩ fi. qua restitutiõe data aget antiqua actiõe. s. vtili vsuca. vel præscri. rescissa: siue personalis siue realis erat. & ideo dicitur rescissoria, non quòd sit proprium nomen actionis: vt. C. de postli. reuer. l. ab hostibus. & ex quib. cau. ma. l. fi. & inili. de act. §. aliæ. in personali videtur contra quasi remansit directa tempore non sublata: qua tamen potest agi opposita replicatione per in integ. rest. Sed dic, vtilis suscitatur: siue in modum replicationis, siue principaliter petatur in integ. rest. Sed cũ directa prima habeat locum, quomodo extraordinaria? Respõ. quia non est efficax nisi prius habita restitutione. Et quia tãtũ in primum statum restituitur, videtur quòd etiã absente altera parte possit dari: tutius tamen est præsente ea dari: vt. s. de mino. in causæ. j §. causa. & sic minoribus & maioribus iudicis offi. subuenitur. Sed quidam dicunt maioribus iure actionis succurri, asserentes rescissoriam statim eis reuersis dari, sed vires non habere, nisi prætor insufflet in eam spiritum vitæ: quod in idem recidit. Item quare vsucapit iterum post modicum tempus possessor: cum iam sit dominus: vt infra, de vsuca. sequitur. §. lana? Respon. fingitur nec dominus iure prætorio: vt. s. de in integ. rest. l. nemo videtur. & facit. C. quod me. cau. l. si vi. & facit ĩfra, de cap. in bello. §. si quis seruũ. Item quare ad totum tempus restituitur quod fuit absens, cum tantum vltimo die vsucapionis fuit læsus? Respon. immo & omni die vsuc. fuit læsus: vt arg. supra, de mino. l. iij. §. j. in fin. §. & C. de rest. mili. & eorum qui reip. cau. ab. quod tempore. Item si fuit absens primo ãno præscrip. decẽnij, vel. xx. an. vel. xxx. in aliis omnibus præsens, nunquid restituitur sibi ille annus: & tunc quãdo omnes alij cucurrerint? Respon. sic, non prius: cum læsus non erat: vt. s. de mino. in causæ. nec ob. j. de adquir. hær. Pãnoniº. vbi datur restitutio, & tamen iure communi poterat peti bo. possessorũ tab. quia ibi hæres non poterat suo iure petere possessionem nec iure defuncti: licet defunctus potuerit: & ideo restitui habet. & sic datur annus à tempore læsionis, quando in præsentia contingit læsio: si autem in absentia contingit læsio, tunc à tempore reuersionis: vt. C. eo. qđ tẽpore. Item si læsio est minori tẽpore anni: an intra ãnũ dat? Quidã sic, tu q̃ nõ: vt dices. j. eo. sed & si. §. quotiẽs.

Differt.

a *Existimo.* & ei reuerso, & etiam ipsi curatori bonorum.

b *Non minus.* histerõ proteron. q. d. non minus nato ibi quàm capto. sic supra, de re. diui. l. riparum. & quòd dicitur de nato ibi, sed cõcepto priº: vt hic. si autem & ibi fuit conceptus & natus: si cum vtroque parente redeat, idem. si cum matre tãtum, spurius habetur. si cum patre tantum, non habet postliminiũ secundã quosdam: quasi non possit fingi sine matre, sicut sine patre. Sed Io. dicit quòd habet: quia & sine matre est quandoque filius: vt adrogatus. Et probantur hæc infra, de cap. l. diuus. &. C. de cap. l. j.

c *Qui postliminium.* improrie, cũ nõ fuerit captº: vt. C. de cap. l. j.

d *Non restituitur.* Nam præsens pro pagano est: vt. C. de restitu. mili. l. fi. & insti. de mili. testa. §. j.

e *Subueniri.* fuit ergo facta missio ex secundo decreto. aliàs suo iure posset cauere: vt infra, de dam. infect. si finita. §. si forte. &. §. postea. Item no. arg. quòd hic ex secundo decre. dominium transit: vt dixi supra, si ex noxa. cau. aga. l. ij. in fi.

f *Sed quod simpliciter.* cœpi vsucapere rem tuam te præsente: postea absens fuisti, & finiui te reuerso intra modicum tempus: & vsucap. compleui.

g *Prætor edixit.* id est, in edicto quodam posuit, separato à superiori posito in. l. j. cum illud perfectum sit. & hoc vbi sit, nescimº, secundum Io. & Bul. & eius verba erant talia: Si quid vsucaptum fuerit de bonis alicuius cum esset absens, posteá ve: rescindam vsucapionem, subducendo omne tempus vsucapionis ex quo cœpit abesse. non autem fuerunt talia: subducam omne tempus absentiæ: vt tantum restituatur, quantum fuit absens. nam potest abfuisse per. xxv. an. non tamé restituitur totum etiam secundũ eos. nec etiam talia fuerunt: subducam omne tẽpus vsucapionis: quia non illud quo fuit præsens ante absentiam, vt hic caute ponit: vt si inchoata &c. quod ergo dicitur, posteáve: ad quoddã modicũ tempº restringitur, & quod currit post reuersionẽ: quod pro absentia reputatur. & sic sume duo arg. vnum pro testibus qui dicũt, possedit tãto tẽpore, & plº: vt. j. de verb. sig. l. hæc adiectio. & dixi. s. si quis cau. & si post tres. Item aliud, quòd vbi lex non distinguit, nos tamen distinguimus: vt. j. de testi. quæsitum est. Arg. cõtra. s. de offi. præ. l. iij. &. j. de Publ. in rem act. de pretio. Vel dic q̃ hæc verba, posteáve: possunt coniungi cum prædictis. s. eo. l. j. secundum Azo. hoc modo: Si quid de bonis alicuius exisse dicitur, cum is abesset metu, posteáve: in integrum restituã. sic ergo si lædatur etiam in absentia vel quasi, restituitur in totum tempus quo læsus est, ex quo cœpit abesse. Quid autem si post modicum tẽpus? Respon. tunc non in totum: quia tẽpus quod fluxit post modicum tempus, & post vsucapionem completam, recompensatur ei pro tempore absentiæ. Idem dicas si fuit in absentia completa, si reuersus taceat, & negligens sit: si tamen postea euigilet, & lité inchoet: tempus modicum quod currit in petenda restitutione, non nocet, sed aliud sic quod negligenter cucurrit: vt arg. sic. C. de inoffi. test. l. contra. Quare ergo Vlp. facit differentiam inter modicum tempus vel post? Respon. quia vbi post, vix potest esse quin aliquod tempus labatur in negligentia: quod non sic, quando in absentia vel in modico tempore. Item si petit amoueri tempus medium: nunquid debet probare rem fuisse suam? aliàs enim nec præscripta est in sui præiudicium: & si constat suam fuisse rẽ: quare non restituitur ad rem: vt in minore dicitur: vt no. s. de p̃cur. l. qui proprio. §. item quæritur? Rñ. hic non constabat de dominio. Vel dic q̃ nõ habet causã cõuẽtº ab actore. vel dic q̃ sic.

h *Ante absentiam.* Item multomagis si in ipsa absentia inchoata esset, secundum omnes. Accursius.

i *Finita.* scilicet vsucapio.

k *Restitutionis.* Sed ad quid? Rñ. secundum Bul. & Io. vt subducatur tempus vsuca. ex quo cœpit abesse. & hoc scribit, hic Bul. subducitur omne tempus absentiæ, primum sit, mediũ, vltimúmve: vt. C. eo. de rest. mili. & eorũ qui reip. cau. absunt. quod tempore. &. C. quib. non ob. lõ. tẽp. præ. l. pe. sed M. & Pla. & Al. dicunt restitui ad rẽ suam, & sic secundum istos datur in integ. rest. ad rẽ quandocunque, & in absentia, vel cum modico tẽpore fuit postea vsucapio completa. si autem post modicũ tẽpus sit cõpleta, secundũ primos dat restitutio vt subducat tẽpus absẽtię vel quasi, tanto minus quãtũ fluxit post modicum tẽpº, & vsucapionem cõpletã. secũdum istos prorsus denegatur: vt hic subiicit. Sed

l *Quandoque.* aliàs quandocumque.

m *Hoc contingat.* scilicet vsucapionem compleri.

BIU Cujas

c *Differt.* i. expectat secundum Azo. sed secundum Ald. non loquitur de in integ. rest. sed de restitutione rei suæ.

d *Restitutionem.* quia non potest, vtpote vsucapione completa post modicum tempus.

e *Non esse audiendum.* distulit ad omne tempus, nam in id quod post distulit, efficaciter ei computatur, secundum Io. sed M. prorsus denegat.

hospitium quis conducit, sarcinulas componit, quærit aduocatum. Nã eum, qui differt[c] restitutionem[d], non esse audiendum[e] Neratius scribit.

XVI. PAVLVS libro duodecimo ad Edictum.

NOn enim negligentibus[f] subuenitur, sed necessitate rerũ impeditis. Totúmque istud arbitrio prætoris temperabitur, id est, vt ita demum restituat[g], si non negligentia, sed temporis angustia non potuerunt litem contestari.

Miles absens restituitur aduersus possessorem hæreditatis, vel emptore ab eo si udeat. aliàs secus. Bartolus.

XVII. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum.

IVlianus libro quarto scribit, non solum aduersus possessorem hæreditatis succurrendum [esse] militi[h], verum aduersus eos quoque, qui à possessore emerunt, vt vindicari res possint, si miles hæreditatem agnouerit: quòd si non agnouerit, ex postfacto vsucapionẽ processisse[i] manifestatur.

Absens causa reipublicæ restituitur, vt perinde percipiat commoda, ac si præsens esset. h. d. vel sic: Absens restituitur vt capiat legatum, quod amisit propter conditionis defectum. Bartolus.

VEum quoque, cui sic legatum sit, *vel in annos singulos, quibus in Italia esset,* restituendum, vt capiat atque si[k] in Italia fuisset, & Labeo scribit: & Iulianus libro quarto. & Pomponius libro trigesimoprimo probant. Non[l] enim dies actionis exiit, vbi prætoris auxilium necessarium erat, sed conditio in causa est.

Restitutio ex hoc edicto non fit, vbi quis certat de lucro cum alterius iniuria, nec ex fictione postliminii: cum postliminium non porrigatur ad ea quæ sunt facti. & cessat restitutio vbi æquitas cessat. hoc dicit cum duabus. ll. seq. Bartolus.

XVIII. PAVLVS libro duodecimo ad Edictum.

SCiendum est, quòd in his casibus restitutionis auxiliũ maioribus damus, in quibus rei dumtaxat persequendæ gratia quæruntur: non cum & lucrifaciendi [causa] ex alterius pœna vel damno[m] auxilium sibi impartiri desiderant.

Summata est cum præcedenti. Bar.

XIX. PAPINIANVS libro tertio Quæstionum.

DEnique si emptor priusquã per vsum sibi adquire contra venditorem: vt infra, de peti. hæred. sed & si. §. item si. sed forte hic non habebat[a] regressum contra venditorem. Vel possessor fuit malæ fidei: qui tenetur vltra quàm sit locupletior: vt infra, de peti. hære. l. item veniunt. §. eos autem.

i *Processisse.* contra militem.

k *Atque si.* vt infra. eod. l. & siue. & l. si quis Titio. & l. si quis stipulatus. Accursius.

l *Non enim.* bene dixi eum restituẽdum tãtum vt capiat: non vt actio sibi restituatur; quia eam nunquam habuit. tunc enim esset necessarium prætoris auxilium vt actio restitueretur: hic autem non, sed vt legatum consequatur: quia conditio fuit in causa. f. deficiẽs, quare sit amissum. vel econtra secundum M. conditio fuit in causa. i. facit dubitari an detur. nam ante conditionem non videtur læsus: vnde non est restituendus: quod nequaquam admittitur. Sed op. non videtur opus esse restitutione, cum pro impleta cõditio habeatur: cum per eum non remanserit: vt. j. de cõdi. si quis ita. ad princi. ti. & l. illis libertis. circa fin. tit. & de lega. iij. qui concubinam. § vxori. quod forte dici potest. Vel in. ll. allegatis fiebat per aduersarium ne conditio impleretur. quod hic non ita. *ADDITIO.* Aduerte hic secundũ Bar. q hic loquitur in casu, in quo si impediebatur esse in Italia, non debebat habere legatũ: quia alterius fauore erat hoc adiectum: vt. l. Seio. in prin. j. de an. leg. & de condi. & demon. l. illis libertis. & quod no. C. de leg. l. j. propter priuilegium tamen militis restituitur: vt hic.

Sciendum.] *CASVS.* Hæc. l. & sequentes duæ continuantur. Hoc dicit in prima quòd maioribus erit subueniendum in damnis & etiam lucris quæ ipsi persequuntur, sine damno & iniuria aliorum. nam cum damno vel iniuria aliorum non audiuntur: & de hoc taliter pone exemplum: Emi rem aliquam bona fide quam potui vsucapere, & incepi: deinde captus fui ab hostibus, & ibi retentus per tantum tempus per quantum potuissem vsucapere: reuersus sum postea: vnde volo quòd vsucapta habeatur postliminio. nam si in ciuitate fuissem, vsucepissem: quod iure postliminij idem videtur, quod fingit me semper præsentem fuisse: veruntamen dicit me non esse audiendum. vsucapio enim quam per nos acquirimus, sine possessione naturali non procedit. vnde nec vtilem: nec directam habeo actionem. iniquissimum enim esset alij auferre dominium vsucapione: cum in ciuitate non vsucepi: cum ad ea quæ facti sunt, fictio postli. non extenditur. Vel dic casum aliter in hac. l. vt differat à. l. seq. quòd aliquis emit rem: sed antequam possessionem eius apprehenderet, factus est absens reipub. causa, & sic non cœpit vsucapere. non impetrabit ex hoc edicto quòd res empta habeatur pro vsucapta.

m *Pœna vel damno.* No. ex alterius pœna vel damno. aliàs enim quis ad lucrum restituitur: vt supra. l. proxi. in fin. & infra, eo. l. & siue. & l. si quis Titio. & l. si quis stipulatus. quæ sunt contra. Item no. quòd exemplum huius. l. ponitur. j. l. proxi. denique &c. Sed nonne tenuit possessionẽ animo absens: vt. C. de acqui. poss. licet? Respon. potest esse quòd propter absentiam rei emptæ à se possessionem non apprehendit: vel quia amisit propter obliuionem: vt. j. de vsuca. l. furtum. §. j.

c *Differt.* i. expectat secundum Azo. sed secundum Ald. non loquitur de in integ. rest. sed de restitutione rei suæ.

d *Restitutionem.* quia non potest, vtpote vsucapione completa post modicum tempus.

e *Non esse audiendum.* distulit ad omne tempus, nam in id quod post distulit, efficaciter ei computatur, secundum Io. sed M. prorsus denegat.

f *Non enim negligentibus.* Hanc intelligi secundum Io. vel secundum M. prout infra. telligitur superior. §.

g *Restituat.* i. ad totũ tempus, secundum Io. vel aliquo modo, secũdum M. & alios. Et no. hic modicum tẽpus poni arbitrio iudicis: q quandoque ad mẽsem, quãdoque etiam ad annum durare potest, dũmodo in negligẽtia nó sit, sed temporis angustia impeditus, vel alia causa: vt. j. de dam. infec. quòd si forte. &. l. si finita. §. si quis metu. & de iur. fis. edicto. §. item. & ad Trebel. l. facta. §. penul.

Vlianus.] *CASVS.* ad militem hæreditas pertinebat: quia institutus erat sub conditione intra certum tempus complenda: nó paruit conditioni: & sic amisit hære. & sic necessaria est restitutio. Vel dic q aliquis hære. & etiam res hæreditarias possedit, & vsucepit, iuste se credens hæredẽ dum miles absens fuit causa reipub. Dicit quòd contra illum possessorem restituetur. Sed pone, possessor ille res hære. vendidit. dicit quòd tunc contra illum emptorem danda est restitutio: vt liceat militi rem suam vindicare ab emptore. vnde ex postfacto apparebit an tenuerit vsucapio, vel non. sed primo casu datur petitio hæreditatis. [*EVM QVOQVE.*] Legata fuerunt mihi. x. singulis annis dum essem in Italia: incepi abesse causa reip. vel captus fui ab hostibus. dicit me restituendum vt perinde legatum percipiam, ac si non abfuissem: nec debeo restitui vt act. habeam ad legatum petendum. pendente enim conditione eam non habui: vnde prosequens eam non amisi. defectus tamen conditionis fuit in causa q legatum amisi: vnde ad id tantum restituar, vt perinde habear ac si non abfuissem: & ita ad ipsum legatum ero restituendus.

h *Militi.* vt. j. de acquir. hære. cum quidam. j. respon. Sed videtur non restitui: quia nec læsus primo, si non repudiauit, potest perpetuo adire: vt. C. de iur. deli. si curatoris. Sed hic fuit institutus sub conditione, si eam impleret intra certum tempus. Item lex prædicta obtinet, quando ab aliis non sunt vsucaptæ. Hic incipit secundus modus ponendi casum. Secundo posito quòd purè sit institutus, non videtur læsus: quia possessor non potuit vsucapere tempore longo, ti. pro. hære. cum hæres non fuit: vt. j. pro hære. l. pe. nec longissimo, cum tempore harum legum de hac præscriptione mentio non erat: vt insti. de perpe. act. in prin. Item tertio quia habet petitionem hæreditatis contra possessorem hæreditatis, quæ non tollitur aliquo tempore secundum has leges, nec etiam hodie nisi. xxx. an. vt. C. de peti. hære. l. hæreditatis. Sed respon. quòd possessor iuste errauit credendo se hæredem, & sic quasi ti. habet, vnde vsucepit ti. pro hærede: vt arg. j. pro leg. l. iiij. & l. fin. & sic tollitur triennio vel. x. vel. xx. an. peti. hære. cum datur contra tit. possidentem. & sic suos terminos excedit: vnde exceditur à non suis terminis: vt. C. de edict. di. Hadriani tol. l. fin. Vel si sub conditione fuit institutus, similiter contra emptorem videtur non restitui, cum habeat regressum

a *istã glo. sequitur Bar. hic.*

a *Denique. Possessionem.* id est vsucapionem, quæ prouenit ex possessione: vt.j. de vsucapi.l.ij.& hic subiicit. nam cum ab alio possidetur, ipse possidere non potest.

b *Non restituit.* cum enim fuit captus, cœpit ab alio possideri. ergo ipse desiit possidere qui vsucapiebat: vt.j. de acquiren.re.do. homo liber. in fi.& sic fuit interruptio naturalis: vt.j. de vsucap. naturaliter. ad qué nihil facit fictio postliminij: vt hic. Sed contra. infra, eo. ait prætor. §. ité ei. Sol. vt ibi. Item contra.j. eo.l. ait prætor. §. hi.&.j. de vsuca.l. iusto. §. fi. &l. si is qui. §.j. in quibus dicitur q̃ ius postliminij ad vsucapioné porrigitur. Sed dic q̃ illæ loquuntur quando per subiectas personas fit vsucapio, & in rebus peculiaribus: hic autem quando per se vel p̃ subiectos: non tamen ex causa peculiari: vt.j. de cap.l. in bello. §. factæ. sed in hoc casu quãdo per subiectos non in re peculiari, dicit? Respon. q̃ locum habet fictio legis Cor. vt proficiat hę redi si ibi decedat: non autem ius postliminij. Quando autem ex peculiari, ibi cõstat quòd vtraque fictio locũ habet: vt dictum est. Item contra.j. de iti. actúque pri.l.j. §. si quis vel propter. dic vt ibi.

** constitit. Flo.*

**Flo. auferre domino.*

**Flo. ablatum.*

ret, ab hostibus captus sit: placet interruptam possessionẽ [a] postliminio non restitui [b]: quia hæc [c] sine possessione non consistit [d]*. Possessio autem plurimum facti habet [e]: causa vero facti [f] non continetur postliminio.

XX. IDEM libro tertiodecimo. Quæstionum.

NEc vtilem [g] actionem [h] ei tribui oportet: cum sit iniquissimũ, auferri dominium*, quod vsus [i] non abstulit. Neque enim intelligitur amissũ [k] quod oblatum [l]* alteri non est.

Hic incipit iurisconsultus examinare secundum caput edicti. & breuiter hoc intendit: Quod quis acquisiuit propter suam absentiam cum non esset defensus, in integrũ restituitur. Item qui dicit aliquem non defensum, debet probare. h. d. & primo ponit verba materialiter. Bartolus.

XXI. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum.

ITem ait prętor [m]: *Si quis quid vsu suum fecisset [n] aut quod non vtendo sit amissum [o], cõsecutus [est]: actionéve qua solutus ob id, quòd dies eius exierit, cum absens non defenderetur.* Quam clausulam [p], prętor inseruit, vt quemadmodum succurrit suprascriptis personis, ne capiantur: ita & aduersus ipsas succurrat, ne capiant. ¶ Et erit notandum, quòd plus prætor expressit, cum aduersus eos [q] restituit [r], quàm cum ipsis subuenit. Nam hic [s] non certas personas enumerauit, aduersus quas, subuenit, vt supra [t]: sed adiecit clausulam, qua omnes qui absentes [u] non defenduntur, complexus est. ¶ Hæc autem restitutio locum habet, siue per se, siue per subiectas sibi personas vsu adquisierint, qui absentes non defendebãtur: & ita, si nemo eorum erat defensor. Nam si fuit procurator [x]: cũ habuerist, quem conuenias, non debet inquietari [y]. Cæterum si non existebat defensor, æquissimum erat subueniri, eo potius [z], quòd eorum qui non defenduntur, si quidem latitent, prętor ex edicto pollicetur in bona eorum mittere: vt si res exegerit [a], etiã distrahantur. si verò non latitent [b], licet non defendãtur, in bona tãtũ mitti. ¶ Defẽdi autẽ nõ is videtur, cuius se defensor ingerit [c]: sed qui requisit [d] † ab actore, nõ est defensioni defuturus. Plenaq; defensio accipietur, si & iudiciũ nõ detrectetur, & iudicatum solui satisdetur [e].

Possessio multiplex.

Factũ pro infecto haberi non potest.

a *Denique. Possessionem.* id est vsucapionem, quæ prouenit ex possessione: vt.j. de vsucapi.l.ij.& hic subiicit. nam cum ab alio possidetur, ipse possidere non potest.

b *Non restituit.* cum enim fuit captus, cœpit ab alio possideri. ergo ipse desiit possidere qui vsucapiebat: vt.j. de acquiren.re.do. homo liber. in fi.& sic fuit interruptio naturalis: vt.j. de vsucap. naturaliter. ad qué nihil facit fictio postliminij: vt hic. Sed contra. infra, eo. ait prætor. §. ité ei. Sol. vt ibi. Item contra.j. eo.l. ait prætor. §. hi.&.j. de vsuca.l. iusto. §. fi. &l. si is qui. §.j. in quibus dicitur q̃ ius postliminij ad vsucapioné porrigitur. Sed dic q̃ illæ loquuntur quando per subiectas personas fit vsucapio, & in rebus peculiaribus: hic autem quando per se vel p̃ subiectos: non tamen ex causa peculiari: vt.j. de cap.l. in bello. §. factæ. sed in hoc casu quãdo per subiectos non in re peculiari, dicit? Respon. q̃ locum habet fictio legis Cor. vt proficiat hę redi si ibi decedat: non autem ius postliminij. Quando autem ex peculiari, ibi cõstat quòd vtraque fictio locũ habet: vt dictum est. Item contra.j. de iti. actúque pri.l.j. §. si quis vel propter. dic vt ibi.

c *Quia hæc.* scilicet vsucapio.

d *Non consistit.* vt inchoetur: vt hic, &.j. de vsuca. sine possessione. perficit tamé sine pos. vt. j. de vsuca.l. ceptã. &.l. nunquam. §. vacuum. &.l. rerum mixtura. §. Labeo. Vel dic. s. vsucapio quæ petitur restitui, non potest restitui nisi possessio restituatur: sed hoc fieri non potest: vt subiicit. Vel verius dic etiã vt procedat, non est sine possessione vel quasi: quod hic non est.

INter Caſtellianum & Seium controuerſia de finibus [q] orta eſt: & arbiter electus eſt, vt arbitratu eius res terminetur. ipſe ſententiam dixit præſentibus partibus: & terminos poſuit. Quæſitum eſt, an ſi ex parte Caſtelliani arbitro paritum non eſſet, pœna ex compromiſſo cōmiſſa eſt? Reſpondi ſi arbitro paritum non eſſet, autem errore lapſus omiſit Titius quaſdam res in arbitrium deducere: vnde arbiter nihil de eis dixit in ſentētia, poſtea vult eas petere. Dicit, quòd poteſt: nec pœna committitur. Cæterum ſi malitioſe eas omiſit, forte quia credebat cauſam malam in quibuſdā ſpeciebus fouere, & exinde aduerſariū, ſi omitteret, lucrū reportare: bene poterit eas petere, ſed incidit in *pœnam. Viuianus. *ab arbitro ſtat. Flo.*

i *De rebus.* generaliter omnibus, & poſtea in libello etiā omiſit quaſdam. vel verius, ſi primò non fuit proſecutus ſecūdum magnam.

k *Omnibus.* nō expreſſim nominatis, ſed ſub generalitate cōprehēſis. Accurſius.

l *In petitione.* i. proſecutione petitionis, ſecundum ſecundam.

m *Nō ſunt.* forte puta †bat in illis nullū ius ſi- cōpetere. & ſic non videtur cōpromiſiſſe: vt. ſ. eo. ſi cum dies. §. j.

n *Pronuntiauit.* Scilicet expreſſe vel ſpecialiter, ſed tacite vel in genere: puta ſic dixit, hanc rem iubeo tibi reſtitui: in cæteris omnibus aduerſarium tuum abſoluo. aliàs ſi nihil pronūtiaſſet de his, nō poſſet pœna propter illa committi. Hic itaque vnum ſolum fuit compromiſſum, non quaſi plura: vbi non debet ſimul de omnibus iudicari: vt arg. ſupra, eo. quid tamen. Niſi omnes cōtrouerſiæ de quibus fuit cōpromiſſum, expreſſæ fuerunt in compromittēdo: ſicque quaſi plura compromiſſa fuerūt, etiam vbi actū erat vt de omnibus ſimul vna ſententia daretur. ſic & in ſtipulatione: vt infra, de verb. oblig. ſcire. Nec mirum ſi ibi in. l. quid tamē. aliud ſit, vbi quaſi plura compromiſſa fuerunt: ſcilicet vt non teneat ſententia de vna controuerſia lata per ſe, licet de omnibus non ſimul dixerit, cum hoc fuit actum vt teneat: alias non: vt quia vnicum fuit compromiſſum ſecundum quid, non ſimpliciter: ſicut aliàs puta ſi de vna ſumma fuit compromiſſum: & condemnauit vel abſoluit in parte, non tenet: vt infra, de do. excep. apud. §. item quæritur. Et ſic nota, quòd non ſpecificaui, aut ſpecificaui: & tunc ſubdiſtinguitur: aut egi expreſſe, vt de omnibus iudicet: & non valet de vna lata ſententia: vt ibi, aut tacite: vt hic, quia plus expreſſa valet, quàm tacita.

Ad hanc. l. vide pro intellectu, remiſſiones quæ hic traduntur in nouis interpre. Bolog.

o *Peti.* coram iudice.

p *Quod ſi malignè.* [a] cum putaret ſe condemnandum ab arbitro de his ſpeciebus. Accurſius.

a Ang. in §. ſed iſte. iſti. de act. i. 7. colū. ad prin. tex. cū glo. ſignatā reputat ſingu.

INter.] CAESVS. Duo erant qui habebant inter ſe controuerſiam de finibus: & ſic inter ſe agebant finium regundorum: & ſic in arbitrum compromiſerunt: & ſic inter eos arbiter tulit ſententiam: & terminos tantum poſuit: nec in ſententia aliud dari vel fieri iuſsit. nunquid committitur pœna ſi eius ſententiæ non pareatur: quia forte aliquis eorum auellit terminos? Reſponde quòd ſic: ſed certe videtur alia ratio dubitationis quòd non: cum de talibus non ſit conſuetum compromitti.

q *De finibus.* & ſic agitur iudicio finium regundorum.

BIU Cujas

a *Pœnam commissam.* licet de talibus controuersiis non sit solitum iri ad arbitrum: sed ad iudicem, secundum M. vel secundum R. quia non prohibuit Castellianus tolli vel poni terminos, putabat euitare pœnam, licet postea remoueat. Vel verius, ideo dubitabatur, quia aliquid dari vel fieri nō iusserat ab vno alij, quòd facere debet: vt. ſ. eo. l. non ex omnibus. sed ipsemet arbiter terminos posuerat: sed certe sibi hoc permittitur: vt infra, finium regun. l. ij. §. iudici. & l. si irruptione. §. fi. Accursius.

IN cōpromiſsis.] *CASVS.* Si compromisimus in arbitrum, non potest iubere vt ad aliū iudicem eamus: nec recedere possum[e]: ex quo semel elegimus eum: vt hic, & ſ. eo. l. nō distinguemus. §. quæsitum.

b *Non egreditur.* vt supra, eo. diem. §. ſtari. secus si vt in bonum virum fuit compromissum: vt infra, de iur. patro. si iurauero. & infra, pro soc. si societatē. j. & facit. j. de verb. ob. l. si quis arbitratu. & infra, de cōtrahē. emp. hæc venditio.

**Flo. finiſsent*

DE his.] *CASVS.* Duo in Titiū de cōmunibus controuersiis compromiserūt, & sic arbitrio pēdēte aliqua controuersia alicuius rei oritur, quæ non erat inter eos ab initio mota: nūquid de ista arbitrabitur: & de accidētali controuersia poterit agnoscere? non, cum sit de his quę postea superuenerunt.

c *Arbiter potest.* generali cōpromisso facto: arg. contra. C. quæ res pi. ob. poſſ. l. fina.

d *Superuenerunt.* sic & in iudice: vt plene dices. infra, titulo secundo, non potest. Item facit infra, de auro & argen. leg. l. si ita.

SI cōpromiſsum.] *CASVS.* Compromissum est de controuersia in arbitrum. actum fuit in compromisso vt præsentibus nobis, vel hæredibus nostris, pronuntiaretur. decessit vnus relicto hærede pupillo: nunquid coram eo pronuntiabitur? Respon. quòd non: nisi tutor interuenerit. Item si inceperis furere, non pronuntiabit arbiter, sed cum furere cœperis, dandus erit curator: coram quo poterit arbiter pronuntiare. [*SI AB ALTERA.*] Titius & Seius consensserunt in arbitrum de aliqua controuersia, tali modo, vt sententia diceretur præsente vtroque: vel præsente Sempronio, & hærede Titij, si Titius decederet durante compromisso. & sic nulla fuit mentio facta hæredis Sempronij. & sic durante compromisso decessit Sēpronius. nūquid finitur compromissum? Et certe sic. Viuianus.

e *Fuerit.* vt supra, eo. diem. §. penulti. Accursius.

**Interpella ri hic accipe pro impediri*

*SEd interpellatur.** id est denuntiatur ei quo minus dicat sententiam, scilicet nunc: sed postquam habuerit curatorem.

g *Habet.* statim cum cœpit furere, vel etiam postea. Accursius.

h *Vel habuerit.* quia sufficit hoc, licet habeat quandoque dilucida interualla: vt. C. de cura. furio. l. cum aliis.

i *Epistolam.* No. interlocutoriam absente vna parte posse ferri: quod tamen in omnibus non concedimus: vt. C. de dila. procedente. Item no. ar. quòd iudex delegatus potest citare multo magis per nuntium vel epistolam: licet quidam dicant, quòd per se tantum. Arg. pro eis. ſ. ne quis eum qui in ius voca. l. iij. §. fin. si quis &. C. de iudi. sancimus.

In compromiſsis arbitrium personæ insertum, personam non egreditur[b].

Interlocutoria, de citando, potest proferri parte absente. Bartolus.

¶ Arbiter adesse litigatores vel per nuntium, vel epistolam[i], iubere potest.

Compromissum factum simpliciter, non porrigitur ad lites futuras. Bartolus.

XLVI. PAVLVS libro duodecimo ad Sabinum.

DE his rebus & rationibus & controuersiis, iudicare arbiter potest[c], quæ ab initio fuerunt* inter eos qui compromiserunt: non quæ postea superuenerunt[d].

Si compromiſsum transeat in pupillum, vel furioſum, præſentia tutoris vel curatoris requiritur. Bartolus.

XLVII. IVLIANVS libro quarto Digestorum.

SI compromissum ita factū est, vt pręsente vtroque, aut hæredibus eorum, arbiter sententiam dicat: & alter ex litigatoribus decesserit, pupillo hærede relicto: non aliter videtur sententia dicta esse, nisi tutoris auctoritas interposita fuerit.[e]

Item si alter ex cōpromittētibus furere cœperit,

XLVIII. MODESTINVS libro quarto Regularum.

ARbiter ad ferendam sentētiam non compelletur:

XLIX. IVLIANVS libro quarto Digestorum.

SEd & interpellatur[f] quòd minus sententiam dicat: quia nihil coram furioso fieri intelligitur. Quòd si furiosus curatorem habet[g], vel habuerit[h] adhuc litigio pendente: potest [quidē] præsente curatore sententia dici.

Si compromiſsum ab vna parte non eſt transitorium ad hæredes, non transibit ad alia. Bartolus.

¶ Si ab altera[k] dumtaxat parte hæredis mentio comprehensa fuerit, compromissum soluetur morte[l] cuiusuis* ex litigatoribus[l]: sicut solueretur altero mortuo, si neutrius hęredis persona comprehenderetur.

Si arbiter iubet vltra quàm poſsit, impune ſibi non paretur.

L. ALFENVS libro septimo Digestorum.

ARbiter ex compromisso sumptus, cū ante eum diē, qui constitutus compromisso erat, sententiā dicere non posset[m]: diē cōpromisi proferri iusserat. alter ex litigatoribus dicto audiens[n] non fuerat. cō sulebatur, posset ne ab eo pecunia[o] ex cōpromisso peti? respō di, non posse: ideo, quòd non est arbitro[p] in cōpromisso permissum vt id iuberet.*

In re ſua nemo poteſt eſſe arbiter. Bar.

LI. MARCIANVS libro secundo Regularum.

SI de re sua quis arbiter factus sit, sentētiā dicere non potest: quia se facere iuberet[q], *aut petere* prohiberet:* neque autem imperare sibi[r], neque se prohibere quisquam potest.

Qui non ſoluit in termino, incidit in pœnam, licet admittatur moræ purgatio. Bartolus.

LII. IDEM libro quarto Regularum.

k *Si ab altera.* vel dic, quòd egerunt tantum de parte vna. vel dic, quòd vna pars tantum expressit: altera nil sciuit, vel nil dixit.

l *Cuiusuis ex litigatoribus.* vel arbitri: vt supra, eodē. item si vnus. §. item si plures. &. l. in compromissis. &. l. arbiter kalendis. Sed in iudiciis contra: vt infra, de iud. l. mortuo. & l. proponebatur. &. C. de peda. iudi. l. penul. Accursius.

ARbiter.] *CASVS.* Duo insimul com promiserunt in arbitrū pœna hincinde pmissa: & sic diem statuerūt intra quam posset arbiter cognoscere & sententiare: sed non statuerunt vt posset diē proferre. die veniente non dum ei de causa liquebat: & iusit proferre vnus litigatorū diem. nūquid cōmittitur pœna? Non certe, cum nō sit actum vt posit iubere proferre diē. Viuia.

m *Non posset.* quia nō dū liquebat sibi de causa. vt. ſ. eo. idem Pomponius. §. finali.

n *Audiens.* id est obediens.

o *Pecunia.* id est pœna. Accursius.

p *Non eſt arbitro.* aliquin secus: vt. ſ. eo. nō distinguemus. §. dies. & §. fin.

SI de re.] *CASVS.* Petebam decē à Titio, vel ipse à me. x. pete bat. compromisimus in Mæuium & Titiū. non valet compromissum, cum sibiipsi non posit imperare. Viuianus.

q *Iuberet.* si vult officio arbitri vti.

r *Imperare sibi.* ideo, quia verbum in imperatiuo modo, non habet primam personam. Et sic no. neminem sibi esse arbitrum, nec iudicem: vt infra, de iud. l. Iulianus. & supra, de iur. om. iu. qui iurisdictioni. Sed ar. contra. ſ. si quis. cau. l. ij. §. si non. versi. si quis. ibi, ipse se arctauit &c. sed ibi re ipsa, & facto se arctabat, non verbo. Item arg. contra. C. de fideicomm. l. fina. & de summa trini. & fide catho. l. fi. §. huic. sed impropriè ibi dicitur iudex. Item contra. C. manda. l. in re. Solut. hic dicitur compromissarius, ibi dispensator, siue moderator: alibi pro bono viro: vt. j. pro soc. l. si societatem. Item quandoque iudex delegatus: vt supra, qui satisda. cog. l. arbitro. Item pro quasi delegato: vt. C. de iudi. apertissimi. quandoque pro ordinario: vt habetur. C. de postu. quisquis. Item quid si compromisero in aliquem quem offendi, vt iudicet in me secundum quod vult? Respon. valet, sed reducitur ad arbitrium boni viri, si excedat modum. vt infra, de ope. liber. si libertus.

SI quis.] *CASVS.* Cum à te decem peterem, compromisimus in arbitros. te condēnato fecisti moram in soluēdo. si ante litem

BIU Cujas

litem contest. super pœna offeras, purgas moram, & liberaris.

a *Ab arbitro.* sine die.

b *Liberatur.* ante iudicium acceptum de pœna: vel antequam creditoris interſit: vt supra eo. si cum dies. §. fi.

NAVTAE, CAVPONES, STABVLARII, &c.

Merito hic tis. ingitur super iuri: quoniam & hic iste & arbiter ex recepta obligantur. vel forte in alio prætoris hoc ordine erant positi. Item nota differentiam inter hunc tit. & infra, de exerci. quia ex hoc edicto datur actio cum res receptæ sunt: ex illo datur etiam si non sunt receptæ. Item differt ab illo infra, fur. ad nau. cau. quia in isto tit. tractatur principaliter de actione ex contractu, vel quasi: sed ibi principaliter de ea quæ est ex quasi malificio: at hic secundario de illa. Itē hic tit. loquitur, quando eius agnit factum certæ personæ: vt infra, eo. licet. §. fina. ibi, non certæ personæ. Item hic recipit salvum fore: ibi non. Item hic pœna dupli, totum est pœna: ibi alterum simplum rei persecutio.

SI qui iussus est [ab] arbitro [a] ex compromisso soluere pecuniam, moram fecerit: pœnā ex cōpromisso debet: sed postea soluendo, pœna liberatur [b].

NAVTAE, CAVPONES, stabularij, vt recepta restituant.

TITVLVS IX.

Primo ponit verba edicti. secundo ibi, maxima. commendat edictum. Bartolus.

1. VLPIANVS libro decimoquarto ad Edictum.

A Ait prætor: *Nautæ, caupones, stabularii* [c], *quod cuiusque saluū fore receperint, nisi restituent, in eos iudiciū* [d] *dabo.*

Maxima vtilitas est huius edicti: quia necesse est plerūque eorum fidem sequi, & res custodię eorum committere. Nec quisquā putet, grauiter hoc aduersus eos constitutum. Nam est in ipsorum arbitrio [e] ne quę recipiant †. Et nisi hoc esset statutum, materia daretur [f] cū furibus, aduersus eos, quos recipiunt, coëundi: cum ne nunc [g] quidem abstineant huiusmodi fraudibus.

Hic incipit exponere verba edicti. Bar.

¶ Qui sunt igitur qui teneantur, videndum est. Ait prætor, *nautæ.* Nautam accipere debemus eum, qui nauim [h] exercet [i]: quamuis nautę appellētur omnes qui nauis nauigandæ causa in naui sint. sed de exercitore [k] solūmodo prætor sentit [l]. Nec enim debet (inquit Pōponius) per remigem [m] aut mesonautam [n] † obligari: sed per sę, vel per nauis magistros [o] *: quamquam si ipse [p] alicui è nautis cō mitti iussit [q], sine dubio debeat obligari. ¶ Et sunt quidam in nauib⁹ qui custodiæ gratia nauibus præponuntur, vt ναυφύλακες, *† & diætarij [r]. Si quis igitur ex his receperit [s], puto in exercitorem dandam actionē: quia is qui eos huiusmodi officio pręponit, committi eis permittit [t]: quāquam ipse nauicularius [u] vel magister id faciat [x], quod χειρόλαβον * appellāt. Sed etsi hoc non extet [y], tamen de recepto nauiculari⁹ tenebiur [z]. ¶ De exercitoribus ratium, itē lyntrariis [a] nihil cauetur, sed idem constitui oportere Labeo scribit. & hoc iure vtimur. ¶ Caupones autem & stabularios, æquè eos accipiemus qui cauponam vel stabulum exercent, institoréſve eorū [b]. Cæterum si qui opera mediastini [c] fungitur, non cōtinetur: vtputa atriarij [d], & focarij, & his similes. ¶ Ait prætor: *Quod cuiusq; saluū fore receperint.* Hoc est, quā-

B

C

D

delinquendi: vt. C. de La. li. tol. l. fina. §. pe. & supra, in procœmio. §. illud vero satis & cæt.

Delinquendi tolli debet occasio.

g *Ne nūc.* scilicet statuta pœna huiꝰ edicti. Accursius.

h *Qui nauim.* & sic stricte. Accursius.

† *Mesonautas post Hermolaum interpretatur Bud. eos qui ī media naui ad omnium imperia ac nutus præsto sunt.*

i *Exercet.* & sic pro exercitore. Quis autē hic sit, habes infra, de exer. l. j. §. exercitorem.

k *Exercitore.* recipiēte saluum fore.

l *Sentit.* cū dicit nautæ.

m *Per remigem.* i. qui melius scit nauigare.

n *Mesonautam.* id est mediocrem, à meson, quod est medium. Alij dicūt, id est meliorem nautam, qui omnibus aliis in naui præest. sed contra hoc edictū Pōpo. est. ī. e. §. fi. Sol. quidam dicunt, quòd hoc corrigitur. Alij quòd hic loquitur cum extra nauim damnum datum est: arg. ī. e. debet. Tu dic, quòd hic loquitur vbi nauta cui non erat commissum, contraxit & recepit: & non exercitor, vel eius magister. vnde nullo modo tenetur de facto nautarū exercitor. at vbi exercitor cōtraxit tenetur de facto nautarum: vt ibi, & dicta. l. debet.

o *Vel per nauis magistros.* quos ipsemet prępositi Accursius.

* *Flo. magistrum*

* *id est nauium custodes.*

† *vide ī hūc locū Alciatū li. disputatio. 3. c. 21. Nam quòd ille locum hūc ex Pisanis Pandectis restituit, nos scriptum exemplar nostrū hic sequimur.*

* *id est immissionem manus nam iniectio manus, apud Paulum de ser. expor. aliud est.*

p *Si ipse.* scilicet exercitor.

q *Iussit.* expresse.

r *Diætarii.* ministri qui diætam hoc est victū ac cibos seruabāt: à Græco verbo, diataomai, quod est viuo & conuersor quotidie.

s *Ex his receperit.* scilicet aliquid saluum fore de sibi permissis.

t *Permittit.* scilicet hoc exprimendo, secundum H. Vel dic plerunque: quia sic sæpe solet fieri vt expresse concedatur. Idem tamen est si non exprimatur: vt subiicit: sed si non exercet. & secundum Azo. Vel dic, permittit hoc ipso quòd imponit: vt. ī. de instit. l. sed & si pupillus. §. j. in fi. Accursius.

u *Nauicularius.* id est aliquis nauta exercitoris iussu.

x *Id faciat.* id est recipiat, de qua receptione. ¶. locutus est. Vel dic, faciat. i imponat alium custodem qui positus est ad custodiēdum. Item quod postea sequitur: Sed & si hoc non exercet: id est hoc non recipiat iussu exercitoris vel magistri. & ita non est ad hanc receptionem præpositus: tamen nihilominus qui recepit, tenetur ex sua persona, qui nauicularius dicitur: & quia custodiæ nauis præpositus est.

y *Sed & si hoc non extet.* alibi exercet. & tunc expone, vt modo dixi. & alibi est, extet id est, nemo est huic officio præpositus, vel magister eos non præposuit. Io.

z *Tenebitur.* ex sua persona: vel. i. exercitor, secundum Az.

a *Lyntrariis.* id est, qui paruas naues habent & exercent, vt butos & busos, vel scaphas: quæ lucrariæ, aliàs, lyntrariæ dicuntur.

b *Institoréſve eorum.* vt si receperint isti, teneantur qui præposuerunt.

c *Mediastini.* qui faciunt vilia officia, vt subiicit.

d *Atriarii.* qui custodiunt atria: vel qui purgant: vel qui vocāt & trahunt homines vt hospitentur. Accursius.

[It.] CASVS. Nisi nau. stabularius, restituant res quas receperunt: in eos dabitur ac. n factū, ex hoc edicto. [MAXIMA.] Dicit Vlpia. quòd maxima est vtilitas huius edicti: quia nautæ, caupones, stabularij surripiebant olim omnia: & associabāt se furibus, & etiam post hoc edictum huiusmodi flagitiis nō abstinebant: vnde statuit hoc edictum vt tollantur fures, & eorum malitiis obuietur. & vt etiam puniantur: cum sit in ipsorum arbitrio vt eos non recipiant. [QV.] Intendit Vlpianus verba edicti exponere: & intendit dicere qui sunt illi qui isto edicto tenentur: adiiciens quis sit nauta. nauta enim & pro exercitore ponitur, quamuis aliter dicatur nauta largo modo. Item tenetur exercitor de receptis à se: & de receptis etiam ab alio quem ipse præposuit. Sed si alius recipiat, exercitor non obligatur: nec tenetur exercitor: sed tantum recipiens. Vnde dico generaliter, quòd si aliquid recipiat de his qui ab exercitore præpositi sunt, quòd obligatur exercitor nauis: aliàs non Nam si aliquis extra suum officium recipiat, ipse officialis recipiens tenetur: non autem dominus nauis vel magister. & hæc locum habent in magnis nauibus: idem in paruis dicas. [CAVPONES.] Si caupo, vel sta. vel eorum institores aliquid receperunt: obligantur, & tenentur ex hoc edicto illi qui talia exercent sta. vel cau. si autem extraneus aliquis recipiat, nō tenetur dominus: vtputa focarius, & similes. [AIT.] Hic exponit Vlpianus quòd cuiusque quamcunque rem vel mercem receperūt, tenetur qui recepit tales res, & manticam in qua merces portantur, restituere, cum sit accessoria. Item non est vis, suam vel alienam rem quis inferat: quia semper qui recipit tales res, tenetur illi qui dat: licet alterius sit res. & de hoc ponit exemplum quod planum est. [RECEPIT.] Hic dicit, quòd statim quòd res sunt in domo, vel caupona, vel naui receptæ, tenentur.

c *Stabularii* hospitatores hominum equitantium.

d *Iudicium.* id est actionem in factum: vt infra, eod. & ita. §. ait prætor. & §. ex hoc. Item not. ex hac litera, quòd hæc actio videtur arbitraria, sicut actio quod metus causa. vt supra, quod metus causa. l. si cum. §. hæc autem. sed non est ita: quia hic non feruntur quæ sententiæ. Item hæc non connumeratur inter alias

BIU Cujas

a *Accederent.* quia & hæc differunt: vt infra, eo. sed & ipsi. §. fi. & infra, commo. l. si vt certo. §. vsque adeo.

b *Vsum.* vt panem & vinum.

c *Item Pomponius.* aliàs est lex, item Pomponius. & intitulatur Pap. aliàs incipit parui.

d *Nobis magis.* imò magis domino: vt infra, depo. l. bona fides. quæ est contra. & l. qđ seruus. Sol. ibi non habebat ius in re: hic sic: Vel ibi erat prædo, hic non. Vel hic speciale. Vel hoc in hac actiõe: illud in rei vindica.

e *Et ideo.* de toto ad partem.

† *hunc plerique versi. & lege citãt & ipse etiã Accursius.*

f *A me.* aliàs est ante: & tunc dic, ante suscepit scilicet debitor q̃ is qui intulit. & secundum hanc literam, lege si pro quamuis. nam idem est etsi non ante suscepit. sed postea: aliàs est si à me.

g *Assignatæ sunt.* custodiendæ. Accursius.

**Flos. ante ea*

h *Illatæ sunt.* sed an ita demum si sciuerit, an si ignorauerit? Respon. forte etiã si ignorauerit: vt infra, furti aduer. nau. cau. sta. l. j. §. in duplum. & infra, depo. l. j. §. si cista. in fine. Sed melius est contrarium: vt. C. de ser. fugi. quicunque. §. quòd si seruus. & C. de his qui latro. vel al. cri. re occul. l. j. & l. ij. & j. de vsuc. l. sequitur. §. tunc. & infra, de actionib. & obliga. l. quarta. §. primo.

i *Nautarum.* id est magistrorum.

k *Sed & vectorum.* id est qui in naui vehuntur. à vectus, cta. ctum. Vel dic, à vectore, vt ponatur pro cæteris nautis. Et secundum hoc dic nautarum, id est magistrorum. sed contra. supra, eo. l. j. §. qui sunt. versi. nautam. ibi, nec enim debet & cætera. Solu. vt ibi. Accursius.

l *Sicut. Viatorum.* imò contra: vt. j. fur. aduer. nau. cau. sta. §. pe. Solu. ibi nominatim dixit se non recipere in se periculũ eorum. Vel aliter, ibi de illa actione dixit quæ descẽdit ex quasi maleficio: hic autem de ea quæ de suscepto cõpetit. Et eodem modo soluitur quod est. j. eo. licet. §. in factum. vel solue, vt ibi. Accur.

ET ita.] *CASVS.* Nauta recepit à Titio merces non in naui, sed in littore: & ibidem perierunt. quæritur si periculum spectat ad nautam? Et respõdetur quòd sic. [*AIT ENIM.*] Euenie bat aliquando, quòd stabu. & cau. vel nau. non restituebãt res quas accipiebant. vnde factum est edictum: & datur in eos ac. in fact. nisi restituãt. sed ad quid intromisit se prætor: immo videtur, q̃ superfluè detur act. ista in fac. cum aliàs sit cautũ: quia poterit locati vel cõ. vel similibus act. agi: vnde miratur Pompo. quare detur act. in factũ. sed assignat rationes duas quare ista act. in factum detur. Vna est ratio quare detur actio in factũ, quia prætor sollicitum se ostendit vt maleficia hominũ non relinquantur impunita. Secũda ratio est, quia in hac act. in fact. pl⁹ venit quàm in illis. Tertia ratio, quare per istam tenetur omnibus modis rẽ restituere: & in ista venit leuissima culpa: sed per illas quandoque tenetur de dolo, & quandoque de culpa. sed in ista act. in fact. nõ venit casus fortuitus. vnde si exercitor vel cau. vel sta. rẽ fortuito casu amiserint, non tenentur, sed habent exceptionem. [*SI FILIVSFA.*] Casus huius. §. duobus modis ponitur. Primo sic: habebam filiũ vel seruum, qui filius vel seruus, habebant nauem, & eam per se vel per aliã personam exercebant me patiente vel volente. teneor quidem insolidum de rebus receptis à filio vel seruo, vel ab eorum prepositis. Secundo ponitur, quando ego dominus nauis exercebã. & ille filius vel seruus meus aliquid me volẽte recepit: teneor quidẽ insolidũ pro illis rebus à filio vel seruo meo receptis. [*ITEM SI SERVVS.*] Casus in hoc. §. dupliciter notatur. Primo sic: Habebã Stichum seruum ordinariũ, & Pamphilum vicarium sub eo: & ordinarius Stichus exercebat nauem: ille autẽ seruus Pamphilus damnũ dedit in rebus in nauẽ illatis. qualiter teneatur, quæriẽ. Et distingue quia aut ordinarius voluntate mea nauẽ exercet: & tunc teneor in solidum, & nõ liberor, & eũ vicarium dãdo prõ noxa. aut sine voluntate mea, & liberabor. & sic de peculio noxaliter teneor. Secũdo ponitur sic: quia seruus me exercebat, & ipsemet dãnũ dedit: distingue, vt in superiori casu. nã si voluntate mea exercet, teneor insolidum. aliter si non voluntate mea, teneor de peculio. [*HAEC ENIM ACTIO.*] Actio quæ datur in exercitorem, datur ꝓpetuo, & in hæredes: & cõtinet rei prosecutionẽ. [*NOVISSIME.*] Res meas tibi dedi vt eas portares: quæ tibi postea subtractæ sunt. habeo ego duplex auxilium. Primo, habeo ius cõmune cõtra surripientem. i. act. furti. Iterũ habeo act. in fact. ex hoc edicto cõtra te nautam: id est, nauem exercentem: & si ago vna. nõ agam alia: quia vna per aliam tollitur, & repellit exceptio. vel offi. iudi. Viuianus.

m *Idem ait.* ſ. esse respõdendũ. & debet hic esse principium legis.

n *Recepit.* sufficit enim sic recepisse: vt hic, & infra, de peri. & commo. rei ven. l. quòd si neque. §. fin. Sed contra, infra, eo. l. debet. j. respon. Solu. vt ibi.

o *Iudicium.* id est, actionem. Et not. quòd duæ actiones dantur ex hoc edicto: & ambæ dicuntur in factum. vna est in simplum et contractu de recepto: & habet locum quicunque dederit damnum. alia est in duplum, & datur ex delicto non proprie, sed quasi, quando familia exercitoris, quam habet, in naui dat damnum. secus si extraneus. Fingitur enim delictum familiæ exercitoris esse: quia familia mala vtitur. Accursius.

p *Ex hoc edicto.* & ex quolibet alio, nisi nomen actionis sit expressum: vt hic, & insti. de interdic. §. fi.

q *Sed si tota.* quod dixerat coniunctim, nunc diuidit. & quod dicit tota, idem est si pars: vt infra, ad. l. Rho. de iac. l. ij. §. quid enim. versi. plane.

r *Etiam.* nam de his quæ apparent, agit vt sibi restituantur.

s *Agi potuisse.* vel commodati. Accursius.

t *Nisi forte.* scilicet dicatur prætorem ideo fecisse. & est hæc prima ratio. similis est ratio. j. de iniur. l. item apud. §. hoc edictum. & insti. de bo. pos. in prin. §. aliquando.

u *Innotesceret.* id est, daret intelligere.

x *Agere.* scilicet senatum. Accursius.

y *Hoc genus.* id est, huius generis hominum: sic infra, de fun. instru. l. quæsitum. §. idem Celsus.

z *In locato.* secunda ratio.

a *Duntaxat.* & lata culpa: vt infra, depo. l. j. §. si quis seruum. in fi. & l. quod Nerua.

b *Etiam si sine culpa.* scilicet leui. leuissima tamen interuenit. nã si nec leuissima interuenit, ergo fuit casus fortuitus. & sic non tenetur: vt hic subiicit, & j. de admi. re. ad ci. perti. l. ij. §. si eo. & C. de pig. ac. l. quæ fortuitis. Quidã tamen dicunt, q̃ licet non adhibeat leuissimam culpam quis: puta, quia fuit furto subtracta, vbi non

ET ita de facto vectorum etiã Põponius libro trigesimoquarto scribit. Idẽ † ait [m], etiam si nondum sint res in nauẽ receptæ, sed in litore perierint, quas semel recepit [n], periculum ad eum pertinere. ℣ Ait prætor: *Nisi restituent, in eos iudicium [o] dabo.* Ex hoc edicto [p] in factum actio proficiscitur. Sed an sit necessaria, videndũ: quia agi ciuili actione ex hac causa poterit. si quidẽ merces interuenerit: ex locato vel cõducto. Sed si tota [q] nauis locata sit: qui conduxit, ex conducto etiam [r] de rebus, quę desunt, agere potest. Si verò res perferẽdas nauta conduxit: ex locato conuenietur. sed si gratis res susceptæ sint, ait Põponius depositi agi potuisse [s]. Miratur igitur cur honoraria actio sit inducta: cũ sit ciuilis*: nisi fortè [t] (inquit) ideo, vt innotesceret [u] prætor curam agere [x] reprimendæ improbitatis hoc genus [y] hominum: & quia in locato [z] conducto culpa, in deposito dol⁹ dũtaxat [a] præstatur. At hoc edicto omnimodo qui rẽcepit, tenetur, etiam si sine culpa [b] eius res periit, vel damnũ datũ est:

II. GAIVS libro quinto ad Edictum prouinciale.

SIcut & caupo viatorum [l].

III. VLPIANVS libro decimoquarto ad Edictum.

BIU Cujas

nisi si quid damno fatali contigerit.* Inde Labeo scribit: si quid naufragio, aut per vim piratarum perierit, [aut damnum datum est,] non esse iniquũ exceptionem [a] ei dari. Idem erit dicẽdum, & si in stabulo aut in caupona vis maior contigerit. ℣ Eodem modo [b] tenẽtur caupones & stabularij, qui [c*] exercentes negotiũ suum recipiũt. Cęterùm si extra negotiũ [suũ] receperint, non tenebuntur [d]. ℣ Si filiusfamilias aut seruus receperit, & volũtas patris [e] [vel] domini interuenit: insolidum [f] erit conueniendus [g]. Item si seruus [h] exercitoris [i] subripuit, vel damnũ dedit: noxalis actio cessabit: quia ob receptum suo nomine dominus conuenitur. Sin verò sine voluntate exerceãt, de peculio dabitur. ℣ Hęc autem [actio] rei persecutionẽ continet: vt Pomponius ait: & ideo [k], & in hæredem, & perpetuo dabitur.

Quando competunt alicui plures actiones, quarum vna est de iure communi, & alia de iure speciali: vna tollitur per aliam quatenus in ea plus est. Bartolus.

℣ Nouissimè videndum [est,] an de prætoris beneficio cõpetit. vnde si altera quæ de iure cõmuni cõpetit, intentatur: vt furti: beneficium prætoris neglectum æstimatur. vt. ĭ. de separa. l. j. §. illud sciendum. &. ĭ. e. l. licet. §. vlt. Item si beneficium proponatur, cõmunis videtur esse via præclusa: vtpote cũ ad aliud eius auxilium transferre necesse habet: vt. ĭ. e. l. licet. §. & si cũ. Sciẽdum est ergo, ℘ vbi plures cõpetunt actiones pœnales ex diuersis factis, neutra alterã impedit: vt. ĭ. e. l. licet. & de priua. delic. l. nunquã. nisi tales sint quæ sese non patiantur: vt. C. de fur. l. j. si ex diuersis nõ dẽtur: sed ex vno quatenus cõcurrũt. nõ enim in plus inuicẽ se impediũt: vt. ĭ. vi bo. rap. l. j. &. ĭ. de act. & obli. qui seruũ. Si vero sunt ambæ rei persecutoriæ: facta per alterã exactione, altera remittenda est: vt. ĭ. loc. si merces. §. culpæ. Fallit in odium eius qui noluit certificare aduersariũ qualiter possideret: contra quẽ dantur duo interdicta: vt no. ĭ. de tribu. ac. l. quod in hærede. §. eligere. si autẽ sit vna rei persecutoria, altera pœnalis sui natura, & ab initio: neutra per alteram tollitur: vt. ĭ. de fur. l. si pignore. §. cum furti. nisi in hoc casu. ſ. in casu huius. l. ratione Nauta, prędicta. ſ. in prin. glo. caupo, & & in alio forte: vt. ĭ. de stabularij fur. si is cui. si vero ab differunt. initio non est pœnalis, vna per alteram tollitur: vt supra, quod me causa. l. metum. §. licet. &. d. l. qui seruum. in fi. de obli. & actio.

Sed &. [CASVS] cum pręceden. §. continuatur hoc modo: Si tu velis contra furem agere. dabitur tibi nau. act. fur. sed si tu non sis soluendo, vel tu subripuisti: & alius forte subtraxit: tibi nõ dabitur. nam his duobus casibus actio furti mihi datur: aliàs tu habebis act. fur. [*SI NAVTA.*] Si vnus nauta res alterius recipiat: si ex alia naui sint illę res: idem si de eadem, habet locum hoc edictum. [*IVLIANVS DIXIT.*] In nauim tuam res meas immisi, & postea alias res immitto, vtputa tunicam ad me tegendum: vel cibaria ad comedendum pro necessitate: pro quibus ei mercedem non soluo. pro his rebus immissis habet locũ hoc edictum, quãuis non soluam mercedem: quia videtur illis accedere.

IIII. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum.

SEd & ipsi nautę [p] furti actio competit, cuius sit periculo [q] [res:] nisi si ipse subripiat, & postea ab eo subripiatur [r]: aut [s] alio subripiente, ipse nauta soluendo non sit. ℣ Si nauta nautæ [t], stabularius stabularij, caupo cauponis [res] receperit: æquè tenebitur [u]. Viuianus dixit etiam ad eas res hoc edictũ pertinere, quæ post impositas merces in nauem, locatásque, inferentur: etsi earum vectura non debetur [x], vt vestimentorum, penoris [y] cottidiani: quia hæc ipsa cæterarum rerum locationi accedunt [z].

V. GAIVS libro quinto ad Edictum prouinciale.

NAuta, & caupo, & stabularius mercedẽ accipiũt nõ ℘ custodia [a]: sed nauta, vt traiiciat vectores: caupo, vt viatores manere in caupona patiatur: stabularius, vt iumenta sua ibi habere liceat.

---

a *Exceptione*. per integ. rest. vel dic, ℘ de equitate. nam mero iure tenetur qui saluum fore promisit. ergo vt ĕs restitui vel excipere tenetur rem probare fatali damno periisse, vel deterioratam: cũ aliàs in depositi qui dolum dicit, debeat probare illũ: vt. ĭ. de probat. quotiés. §. qui dolo. ad qđ est quod not. supra, de eden. l. si quis ex argentariis. §. fi.

b *Eodem modo*. quo tenẽtur exercitores. scilicet de dolo, lata culpa, & leui & leuissima, non de casu.

c *Qui*. aliàs, quòd, ℘ quia.

d *Non tenebuntur*. hoc edicto, sed ordinariis actionibus.

e *Voluntas patris*. ſ. expressa, vel tacita in corde retenta, ex eo, ℘ filius vel seruus nauem exerceant, vel cauponam, vel stabulum: vt infra, de exerci. l. j. §. si is qui. vel cum pater vel dominus exercet, recipit filius vel seruus voluntate patris vel domini.

f *Insolidum*. hic potes iungere quod est. ĭ. e. l. si vero sine voluntate &c. & postea. Item si seruus exercitoris. ſ. liberi hominis.

g *Conueniendus*. cum ab alio damnum datur. si vero ab ipso, hoc sequitur in proximo. §. secundum secundum casum.

h *Item si seruus*. casus potest poni in seruo exercẽte, & damnum dante: in quo distinguitur an domini voluntate exerceat: & tunc dominus pro seipso tenetur de recepto: aliàs vero de peculio tãtum. & secundũ hoc est contra. ĭ. e. l. fi. §. seruorũ. So. hic loquitur de actione ex cõtractu: ibi de ea quæ est ex quasi maleficio in duplum. & hoc est contra tantũ ad primum respon. huius. §. Item si seruus in eo casu quando cum volũtate exercet. Item potest poni in seruo ordinario exercente, & vicario damnum dãte: vt tunc si voluntate domini, insolidũ teneatur: nec est contra. ĭ. e. l. fi. §. seruorum. quia ibi in ea actione quæ ex quasi delicto est, loquitur: vt dixi. Si vero sine voluntate exerceat, noxalis de peculio datur: quia vicarius est in peculio: vt. ĭ. de noxa. si in re. §. fi. & hoc secũdum illam literã quæ est ibi. Sed ad secundam aliam, quæ est ibi, aut, expone vt ibi. Vel dic, in seruo exercitoris liberi hominis: & quod subiicit, si vero: refertur non ad proxi. sed ad superius.

i *Exercitoris*. i. exercens secundum primum casum glo. magnæ.

k *Et ideo*. hæc ratio sufficiens est, id est, probabilis: sed non necessaria. sic supra, de ali. iudi. l. non solum. §. fi.

l *Honoraria actione*. hæc specialis.

m *Furti*. hæc communis, siue ipse, siue alius subripuit.

n *Officio iudicis*. cum talis est persona cui non potest opponi doli exceptio.

o *Contentus*. vt hic, &. ĭ. e. licet. §. possumus. & facit. ĕ. de calum. l. in hæredẽ. §. fi. sed contra. j. pro socio. l. rei cõmunis. Sol. aliud est in actione ista, ℘ in pro socio. hæc enim non de iure cõmuni, sed ciusdẽ rei nomine, & de recepto honoraria actione [l], & furti [m] agẽdũ sit. & Põpo. dubitat. sed magis est, vt vel officio [n] iudicis, vel doli exceptione alterutra esse contentus [o] debeat.

p *Sed & ipsi nautæ*. si modo ipse eligatur à domino. nã domino datur electio: vt. ĭ. fur. aduer. nau. cau. sta. l. j. §. & in duplum.

q *Cuius sit periculo*. scilicet, quia est soluendo. & tunc nõ agit dominus: aliàs non est eius periculo si non habet aliquid: vt. ĭ. de furtaque. Et ita non aget: vt. ĭ. furti aduer. nau. cau. sta. l. j. §. quod si receperit. quæ est contra. vel subauditur ibi tantum.

r *Subripiatur*. quo casu non agit: quia fur furti agere non potest nisi casualiter reperiatur: vt infra, de fur. qui vas. §. si ego. &. l. qui re sibi. §. si quis. & facit. l. eum qui. §. Iulianus. versic. non habebit. eo. ti. de fur.

s *Aut*. his duobus casibus etiam si ipse eligitur, non tamen agit: altero, propter suum delictum: altero, quia in eius est electione.

t *Nauta nautæ*. scilicet alterius nauis. & videbatur contra, argu. C. de fur. apud antiquos. §. sinautem desinat. versi. qui habet aduersus alios.

u *Tenebitur*. recipiens. Accursius.

x *Non debetur*. scilicet specialiter.

y *Penoris*. penus dicitur id quod esui potuique est destinatum: vt infra, de pe. le. l. iij. j. respon. *Penus, quid sit.*

z *Accedunt*. facit supra. l. j. in fi. ibi, ait prætor &c.

a *Nauta. Non pro custodia*. principaliter. sic & vẽditor recipit pretiũ pro re, non pro custodia: ſ tamẽ tenẽt de custodia: vt inſli.

BIU Cujas

vt insti.de emp.& vendi.§.cum autem.

a *Stabulari*.id est hospitari,& in stabulo manere.

b *Tenentur*.& sic de leui culpa,si agitur locati. at hic de leuissima.sed contra,infra,depositi.l.j.§.si vestimenta.Solu.vt ibi.

c *Quæcunque*.sed nó omnia:quia furti act. exercitor habet:quia sui natura ei datur cuius interest: vt supra, eo.sed & ipsi. & instit. de ob.quę ex deli.na.§. furti.sed.l.Aquil.actio ei non datur: quia hero tantum datur:vt infra,ad.l.Aquil.ité Mela.§.legis.

d *Diximus*.passiue,nó actiue.

e *A furto*. quod fiat ab aliquo de naue. secus est si ab extraneo. idem dico de dãno: vt infra,eo.l.fi.in prin. & infra, loca.l.sed &, de damno,etiam ab extraneo,si potest præcaueri:vt supra, eo.l. & ita.§.j.in fi. Item collige hic, quòd furtum non computatur inter casus fortuitos.nam tunc nó teneretur:vt supra, eod.& ita.§.ait prętor. sic infra, pro soci.l.cũ duobus.§.damna.Ac.

* *Flo.recedere*

L*Icet.*] CASVS.Si pro reb' meis,quas exportas, dedi mercedem,siue gratis portas: habet locum hoc edictum.[SI SERVO.] Habebam seruum qui erat stabu. vel cau. vel nau. præposuisti eum sta.vel naui: & iste dãnũ mihi dedit, vel furtũ fecit:teneberis quidem act.in fac. ex hoc edicto conuentus. ego dum essem in tuo seruitio:& act.l.Aquil.& furti potero conueniri.& hoc in prima.Si vero mihi, & tibi erat cõmunis, mihi teneberis nomine ipsius: & ꝙ pro eo pstiteris, ꝓposita actiõe pro socio, vel cõmuni diuidũdo à me recuperabis. de dãno autẽ, in illo seruo dato,nó teneris.[INFACTVM.] Hoc edictũ diuisum est in duo capita Primũ protenditur à prin. huius tit.vsque ad.§.istum,in factum.Secundum incipit hic,& vsque ad.fi.tit.protenditur.In primo capite ostendit, quòd dominus obligatur act.in factum:quæ datur ex contractu institorum, vel magistrorum nauis,& filiorumfa.In secundo casu ostendit,ꝙ domini institorum & nautarum,& aliorum, qui damnum dederunt,possunt conueniri act.in fac.quæ ex maleficio datur.& datur ista act.in duplum.alia autem act.datur ei in simplũ.vnde si familia nautæ damnum dedit:tenetur nauta in duplum: qui sciens malos homines in naue habebat. Tex.planus est.[POSSVMVS.] Si nauta damnum dedit,pluribus actionibus tenetur:scilicet furti.l.Aquil.& in fac.ex hoc edicto.sed vna contentus debet esse is cui competit.si ergo egit aduersus exercitorem act.in factum:actionẽ furti, vel l.Aquil.exercitori cedere debet: & poterit suo nomine exercitor conuenire nautas ex conducto.Si vero absolutus exercitor fuerit:an postea agere possit ille,cui damnum datum est,act.furti contra nautam? Dicitur quòd obstabit sibi exceptio:quia non est sæpius quærendum de facto vnius hominis.idẽ est si prius fuit actum cõtra nautam act.furti, vel legis Aquil.& eo absoluto velit agere in factũ cõtra exercitorẽ.Vi.

* *Flo.& vulg.simia*

* *quod Flo.*

f *Mecum sit*.i.contra me. aliàs non.f.in isto casu:vt.ĩ.de noxa.l.cũ seruꝰ.nó autẽ hic:quia mihi cõtra me daret ex quasi maleficio.

g *Quia in factum est*.ex quasi maleficio.

h *Si partem*.cum communis erat.

i *Obligatum*.insolidũ,si sciui.aliàs nó:sed in vase locato indistincte teneor insolidũ:vt.ĩ.loca.si quis domũ.§.j.&.sed addes.§.j.& l.cum in plures.§.seruum meum.sed & quando ignorans fui, tetur: stabularius, vt permittat iumenta apud eum stabulari[a]: & tamen custodiæ nomine tenentur[b]. Nam & fullo & sarcinator non pro custodia, sed ꝑ parte mercedem accipiunt:& tamen custodiæ nomine ex locato tenentur. ¶ Quęcumque[c] de furto dixim' [d], eadem & de damno debent intelligi. Non enim dubitari oportet,quin is, qui saluum fore recipit:nó solum à furto[e], sed etiam à damno recipere* videatur.

VI. PAVLVS libro vicesimo secundo ad Edictum.

LIcet gratis nauigaueris,vel in cauponam gratis diuerteris: non tamen in factum actiones tibi denegabuntur, si damnum iniuria passus es. ¶ Si seruo meo in naue,vel cauponа vtaris,& damnum mihi det, vel furtum faciat: quanquam & furti actio, & dãni iniuriæ* mecum sit[f] [noxalis, serui mei nomine,]hæc tamẽ actio, quia in factum[g] est, etiam serui mei nomine aduersus te competit. Idem dicetur, & si communis sit, tu tamen quid* mihi præstiteris eius nomine: vel communi diuidundo,vel pro socio actione:aut si partem[h] eius,vel totum conduxisti,etiam ex cõducto habebis me obligatũ[i]. Sed si damnum in eo[k] datum sit ab alio, qui in eadem naue vel caupona est: cuius factum prætor æstimare[l] solet:nõ putat Põponius eius nomine hãc actionem vtilem futuram.

Iurisc̃onsult⁹ hucusque locutus est principaliter in actione in factum, quæ datur ex quasi contractu de recepto: hic loquitur de actione in factum,quæ datur ex quasi delicto.Bartolus.

¶ In factum[m] actione caupo tenetur pro his, qui habitandi causa in caupona sunt. Hoc autem non pertinet[n] ad eum, qui hospitio repentino recipitur, veluti viator. Possumus autẽ furti vel damni iniuriæ actione vti, cum nautis[o]: vt certi hominis factum arguamus[p]: sed vna cõtenti esse debebimus[q].

Et si cum exercitore egerimus[r], præstare ei debemus actiones nostras[s], quamuis ex cõducto actio aduersus eos cõpetat exercitori[t]. Sed si absolutus sit exercitor[u] hac actiõe, deinde agatur cũ nauta, exceptio[x] dabit:ne sępius de eiusdẽ hominis admisso quærat.& cõtra,si de admisso vnius hominis actũ sit, deide in factum actione agatur, exceptio dabitur[y].

A neor saltem pro noxa relinquere:vt infra,commo.l.pe.item facit infra,de exerc.l.si eum.

k *In eo*.scilicet seruo:vt quia vulneratus est.

l *Æstimare*.quidã libri habent, nõ solet.& tũc sic:quia si nautę inter se dãnum dederint, hoc ad exercitoré non pertinet:& ideo hac actione nõ potest exercitor conueniri:vt infra.e.l.fi.§.hęc actio. Alij habent sine non: & tũc dic,æstimare solet damno dato alicui extraneo in recepto, vel in mercibus eius. nam huic, nec in recepto,nec in rebus ei' est datum: sed inter se. & ideo hic non agitur,vt dicit.nec enim seruꝰ dicitur receptus, vel res recepta.

B

m *In factũ*.quæ est quasi maleficio, & in duplum: vt infra,eo.l.fi.§.hæc actio.

n *Pertinet*. vt per eũ detur in exercitorem, & sic est contra, supra, eo.sicut caupo.Sol.hic de ea,quæ est ex maleficio: ibi ex contractu: vt ibi dixi.Vel dic, hic non fecit moram viator,vt hic inuitibi sic. Vel dic, viatores non tenent hac act. vt hic: sed exercitor sic:vt ibi. prima verior est.

o *Vti cum nautis*. furibus qui nó sunt exercitores, sed aliàs forte ducunt remos. idem in quibuslibet aliis.

p *Arguamus*. id est, argute conuincamus. & si quidem liber est qui fecit furtum, designabo quis fecit.aliàs nó cogor: vt infra, vi bono.rap.l.ij.in princ.

C

&.§.hæc actio,etiam familiæ.vel illud in illa act.Accursius.

q *Debebimus*.vt supra,eo.& ita.§.fi.

r *Egerimus*.ex quasi maleficio.

s *Nostras*.non furti:quia illam habet:vt supra,eo.sed & ipsi.sed actionem leg.Aquil.vel similes, vel furti directam: quia vtilem habet suo nomine:immo directam: quia & eius interest:vt arg. C.de act.& ob.l.j.&.ij.Accursius.

t *Exercitori*.si conduxit operas eorum: vt hic, & infra,ad leg. Rhod.de iac.l.ij.in principio.

u *Exercitor hac actione*.scilicet in factum ex hoc edicto.

x *Exceptio dabitur*. Sed cur datur exceptio rei iudi. cum ex alia causa agatur, & alia actione inter alias personas? Rñ.non propter rem iudicatam, sed propter electionem datur exceptio.sic infra,de instit. habebat. in prin.& est ratio, ne sæpiꝰ &c.vt subiicit, & infra,de sepul.vio.l.sepulchri.j.& infra, de noxa.in delictis.§.fi.& de li.ho.exhi.l.quod & lex.§.penul. & de accu.si cui. §.iisdem.in princi.& infra,de euic.quia dicitur.in fin.& hæc ratio habet locum infra,proxi.respõ.sunt ibi & aliæ duæ.vt ibi dicam.Sed prædictæ rationi obiicitur:nonne ex eodem delicto bis hic agitur,criminaliter,& ciuiliter:vt.C.quando ci.ac.præsu.cri. l.j.Respon.ibi de adulterio duorũ,scilicet maris & fœminæ:hic ciuiliter de vtroque agitur.Item nõne de adulterio bis quæritur, & eodem modo:vt.ĩ.de adul.denuntiasse.§.fi?Respõ.ibi de adulterio quod maris & fœminæ:hic vnius.Item nõne furti,& vi bo. rap.de eadem rapina agitur:vt.ĩ.vi bo.rap.l.j?Respon.ibi, vtraque via est communis:hic vna ordinaria, altera extraordinaria. Vel cõmuniter ad omnia respondeas, quòd hic ex delicto alterius alter cõuenitur.at vbi ex proprio,impeditur pluries agi hac ratione: ne sæpius &c.nisi & alia occurrat.Accursius.

D

y *Exceptio dabitur*.& est triplex causa.Prima,ne sæpius &c.vt.ĩ. ꝓxi.respon.Secunda,quia si exercitor conuenitur, etiã nauta fur absolutus

BIU Cujas

absolutus per mediũ conueniretur, contra quẽ exercitor rediret. quod non debet fieri: vt. C. de vsu. rei iudi. l. fi. Tertia, quia cũ sit fur absolutus, soluisse videtur. nam solutio est similis absolutioni per sententiam: vt. ĭ. de excep. rei iudi. si quis cum totum. §. plane. & hæc ratio ex superiori responso locũ habet. Est & quarta, quia non possum cedere actionem, quod facere debeo: vt. ŝ. ea. l. ibi, & si cũ. Sed an ita est vera hæc ratio, si primo iudicio specialiter fuit dictũ, quòd de hoc delicto agebatur? Quidã ficticum sint personales hæ actiones: vt arg. ĭ. de excep. rei iudi. l. & an eadem. §. actiones. Alij contra, ad instar realis: cum omne ius suũ &c. vt infra, de exce. rei iudi. si mater. §. eidem. nam istæ ad rẽ dantur, & rem persequũtur. prima rationabilior videtur. Ac.

VII. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

DEbet exercitor omnium nautarum suorum, siue liberi [sint,] siue serui, factum [a] præstare [b]. Nec immerito factũ eorum præstat, cũ ipse eos suo periculo adhibuerit. Sed non aliàs prẽstat, quàm si in ipsa nãue damnum datum sit. Cæterũ si extra nauem, licet à nautis: non præstabit [c].

Protestatio cui aduersarius consensit, liberat protestãtem. Bartolus.

¶ Item si prædixerit [d], vt vnusquisque vectorum res suas seruet, neque damnum se præstaturum, & consenserint [e] vectores prędictioni: non conuenietur [f]. Hęc actio [g] in factum in duplum est. Sed si quid nautæ inter se damni dederint: hoc ad exercitorem nõ pertinet. Sed si quis sit nauta, & mercator [h], debebit illi dari [i]. Quod si quis *[ex his] quos vulgo ναυτιβάτας [k] †dicũt: & huic tenebitur. sed huius [l] factum [m] præstat [n], cum sit & nauta. Si seruus nautæ damnum dederit [o], licet seruus nauta non sit [p], æquissimum erit in exercitorem actionem vtilẽ dare. Hac autem actione [q] suo nomine [r] exercitor tenetur, culpæ scilicet suæ [imputatur], qui tales adhibuit: & ideo etsi decesserint [s], non releuabitur. Seruorũ autem suorũ nomine noxali duntaxat [t] tenetur. Nam cum alienos adhibet, explorare eum oportet, cuius fidei, cuius innocentiæ sint. In suis venia dign' est, si quales quales [u] ad instruendam nauem adhibuerit. ¶ Si plures nauem exerceant [x], vnusquisque pro parte, qua nauem exercet, conuenitur.

¶ Hæc iudicia [y] quamuis honoraria sint, tamẽ perpetua sũt. In hæredem autem non dabũtur. Proinde etsi seru' nauem cum domino ageretur hoc casu, vt de leuissima culpa eum teneri nõ dicerem: licet aliàs teneatur: vt supra, eo. & ita. §. ait prætor. si vero postea: etiam cum prædictione non releuatur dominus: vt dixi per. l. C. de act. & obliga. sicut.

† *Id est, rerũ pro nauda. cogan.* — *lo & vectu-ra pretio dã-centes.*

Actor. arg. legẽ Ex quasi ff. de quib. ll. a. nebit. nauis.

DEBET. CASVS. Hucusque locut' fuit de acti. quæ datur contra nautas: núc tractat de actionibus, quę dantur ex quasi maleficio: vt statim dixi. Si ergo deduxi res meas in nauem: & nautæ dederunt mihi damnum: cõueniam exercitorẽ, si damnum factum fuerit in naue: aliàs nõ tenebit exercitor. [*HAEC ACTIO.*] Ista actio, q̃ dat ex quasi maleficio, datur in duplum. Item si nautæ dederint inter se damnũ, non tenebit exercitor. [*SED SI QVIS.*] Dicitur hic, q̃ si aliquis nauta est & mercator, quod potest esse, tenebitur ei exercitor: & ex eius etiam facto tenebitur exercitor, si aliis dãnum dedit. [*SI SERVVS.*] Si habeo nauẽ, & omnis quæst' ad me redit: si seru' meus sit ibi, licet nihil operetur, teneor tñ vtili act. ex hoc edicto eius nomine. *HAC AVTEM ACTIONE.*] Si quis opera malorum hominum vtitur, omnium nautarum factum præstare cogitur. explorare enim debuit cuius fidei & innocentiæ essent: quod quia non fecit, tenetur: & seruum poterit dare pro noxa: quia in suis venia dignus est. [*SI PLVRES.*] Si nauẽ plures per seipsos exerceant: pro partib' tenẽtur. [*HAEC IVDICIA.*] Supradicta iudicia honoraria sunt, & perpetua: sed non dantur in hæredes. vnde mortuo seruo exercente, dominus non tenetur de peculio. si autem voluntate domini seruus exercuit: dominus tenetur. Viuianus.

a *Factum.* id est receptum, cum ad hoc sint præpositi.

b *Præstare.* Sed qua actione? Rũdet Azo ex quasi contractu: in summa. de obl. quæ ex quasi delic. §. nec distinguitur. Sed respon. ex quasi deli. vt. ij. respon. huius l. Accursius.

c *Non præstabit.* immo videtur cõtra: vt. ŝ. e. l. & ita. in prin. Sol. ibi traditæ & adsignatæ erant: licet extra nauem: hic non. Vel hic non receperat custodiam: ibi sic, licet non traditæ: ar. infra, de aleat. l. j. §. item. Accursius.

d *Item si prædixerit.* facias vim in verbo, prædixerit: & in verbo, prædictioni: quod est infra, statim: vt hic, & infra, de ædil. edic. itaque. & de iur. fis. non intelligitur. §. si quis palam. & arg. infra, loca. & condu. l. videamus. §. j. & vlt. secus aũt si post dicat: vt infra, de fideiuss. l. si fideiussor creditori. & de instito. act. sed & si pupillus. §. de quo. &. §. item si plures. versi. sed & si alias. &. C. de act. & obliga. sicut. Sed quid si dederit claues? videtur renuntiare, ac si prædiceret, vt hic, & arg. ĭ. de contrahen. emp. l. clauibus. Ecõtra quòd non, ne detur materia falsum fabricandi: vt. ĭ. quemadmo. test. aper. l. j. & ne detur materia cum furibus coëundi: vt supra. e. l. j. ŝ. j. Sol. distingue an dedit à principio claues, aut postea. primo casu, si quidem dando eas fecerit similiter huiusmodi prædictionem: tunc non tenetur. si vero non fecit: tũc tenetur. & magis præsumo datas, vt possint suas res quãdo volunt accipere, & eis silentio habere, quàm vt se periculo exonerent. mitius tamen

e *Consenserint.* maxime. nam idem si non consenserũt: & sibi imputent cur remanserunt: ar. supra, qui satisdã. cogan. si fideiussor in fi. j. respon. Accur.

f *Conuenietur.* illa ex contractu. secus in illa ex delicto: in qua secũdum M. non distinguitur. Accursius.

g *Hæc actio.* quæ est ex quasi maleficio.

h *Mercator.* & in naue sit, p vtroq; officio.

¶ Item si cum[o] me ex parte dimidia hæredem dicerem, trientem[p] hæreditatis possiderem[q]: deinde residuum sextãtem velim persequi[r]: qualiter agam, videamus. Et Labeo scribit, vtique partẽ dimidiam me petere debere à singulis[f]. sic fieri[t], vt à singulis sextantem cõsequar: & habeã* bessem quod verum puto. Sed [&] ipse[u] tenebor[x] ad restitutionẽ sextantem.

a *Si duo possideant.* s. pro diuiso. secus si pro indiuiso: vt. j. ea. l. §. si ego. & j. eo. sorori. j. respon. secundum Azo. tu dic, etiam si pro indiuiso possident illi qui cõueniuntur, habere locũ hunc. §. quia nó potest magis primus petere à primo, quàm à secundo: & secũdus magis à primo quàm à secũdo: & ideo ambo petent à primo: & ambo à secũdo. Ar. ad hoc. j. de fideiuss. l. generaliter. vbi dicit, quòd si vnus conreorum succedat alteri conreo, quòd neutrius obligatio extinguitur: quia non potest apparere quæ magis. Item nó ob. sequẽs. §. si ego. quia certus est à quo petere possit. s. ab extraneo, & nó cohærede qui nil vltra suam partem possidet. Ité. l. illa, sorori. & pro diuiso & pro indiuiso potest intelligi.

b *Dicant.* & verum sit.

c *Alter.* possessorum.

d *Primi.* scilicet, tantum.

e *Secundi.* scilicet, tantum.

f *Et si possessor.* quilibet in parte possidet, & in parte petit.

g *Hæreditatem.* id est, res hæreditarias, & pro diuiso, puta vnus possidet fundũ Seianum, alius Gabinianum: vt infra, de exceptione rei iudicatæ. l. si inter. in prin.

h *Adserat.* scilicet, competere & petenti scilicet, aduersario nihil. pone ergo, quòd possideo rem quæ continet dimidiam: conuenior à te cohærede meo pro parte dimidia rei, & vnam medietatem huius rei meam esse dico. alteram dico non esse tuam. tu quoque omnino idem mihi respondes, cum postea conuenio te pro dimidia eius quod possides.

i *Consequantur.* s. quilibet dimidiam eius quod possidet aduersarius. nam in parte qualibet, quilibet habet suam dimidiã. sic &. j. quimo. pig. vel hypo. sol. si consenserit. §. fi. &. j. de vsufru. si mihi & tibi. &. j. eo. §. item si cum. & infra, de coniungen. cum eman. li. j. §. filio. Sed contra, infra, pro so. l. si Titius cum quo. in fin. Sol. tibi in pecunia speciale. Item cõtra, infra, de rei vin. l. si ex æquis.* & infra, proxim. §. vbi tantum vnam partem actor prosequitur.

k *Non faciant.* Quia nemo dicit rem quam possidet insolidum, pertinere ad se. Vel verius, quia quilibet alium cohæredem confitetur. Et not. quòd innuit hic. §. (quod est verum: vt. C. fami. ercis. l. in familiæ.) quòd cessat fami. ercis. iudicium. vbi de hæreditate fit quæstio: quia vnus alterũ negat cohæredem. & sic est cõtra, infra, famil. ercisc. l. j. & l. fundus qui dotis nomine. §. si ego. vbi dicit etiam vbi est controuersia, habere locũ rem fami. er. iudiciũ, ex quo ambo possidẽt. Sol. ibi possessor pro eo quod possidebat, intentabat iudiciũ fam. ercisc. quod potest, licet cohęres negetur: hic vero pro eo quod non possidet, nõ posse intentare fam. erciscunde. iudicium innuit. quod verum est. *Flo. debet*

l *Possideat.* pro indiuiso.

m *Sua parte.* tũc enim quia nõ possidet quod sit alterius, conueniri non potest. nec enim medietas mihi pro indiuiso competens est tua: nec tibi competens est mea: puta: vna vocetur, b. alia, a. quæ est mea. s. a. non est tua: neque, b. mea. At opponitur, constituatur aliquod totum ex a, & b. & illud vocetur c, hoc est mihi & tibi cómune: ergo quælibet eius pars, secundum Io. non sequitur: vt. j. de verb. sig. littus. §. prædia. Az. *aliàs, verior* *Flo. habebo*

n *Cæterum ratio.* scilicet prædicta. s. eod. §. proinde. & §. quinimo. sed mala est, quia hic loquitur cum pro indiuiso possidet hic cohæres. ibi cum pro diuiso. Vel verius dic, ratio, scilicet stricti iuris: vt hic, & j. fami. erci. l. item Labeo. in prin. quæ est contra. sed æquitas contradicit: vt hic subiicit, & procedit: vt. j. fami. ercisc. Lucius. &. s. de inoffi. test. l. filio. j. respon. & l. mater. §. præterea. & C. depositi. l. fi. Vel dic, [b] ratio in genere aliud suadet: sed ratio in specie suadet, secundum Pegasum. Accursius. *b No. quòd ratio in specie, vincit rationem in genere. vide quod no. per Dy. in ca. 2. de regul. iur. li. 6.*

o *Item si cum.* Dic casum, quòd duo eramus cohęredes, & æqualibus portionibus: sed quilibet possidet quatuor vncias: & alius quidam extraneus quatuor. agam ad dimidiam eius quod quilibet eorum tenet. & sic à quolibet eorum habeo duas vncias: & sic habeo vltra quàm debeam: ergo reddam duas vncias cohæredi. & ne hic circuitus fiat, dic compensationem fieri.

p *Trientem.* id est, hæreditarias res pro diuiso, quæ faciũt trientem. Io. res enim non dicitur proprie pars hæreditatis: vt. j. si quis omiss. cau. te. l. quanuis non proprie.

q *Possiderem.* & alium cohæres meus, & alium extraneus quidam, & omnes pro diuiso.

r *Persequi.* s. a duobus: quorum vnusquisque trientem possidet, & eorum vnus est mihi cohæres. Azo. Sed nunquid pro indiuiso possident? Respon. non, vt dixi. tunc enim nihil à cohærede meo peterem: vt. s. e. l. §. si ego. Nunquid ergo pro diuiso? Respon. ita. quare ergo sextantem peto à possidente? immo cum pro dimidia sim hæres, dimidiã petere deberem. Respó. sextantem peto totius hæreditatis, qui continet dimidiam illius trientis: quia in dimidiam me hæredẽ dico: vt. s. ea. l. §. j. & illa dimidia sextans dicitur.

s *A singulis.* scilicet sui trientis: quia in dimidiam me hæredem dico: vt. s. e. l. j. §. j.

t *Sic fieri.* quia non condemnatur nisi in dimidiam eius quod possidet. Io.

u *Ipse.* scilicet ego.

x *Tenebor.* cohæredi meo, à quo sextantem petij.

BIU Cujas

a *Compensatio.* sed quomodo fit compẽsatio, cum hincinde corpus non quantitas debeatur: vt. C. de cõpen. l. fi? Respon. fit vtraque parte volẽte expresse, vel etiam tacite: vt quia dicit quilibet, quòd non aliàs restituet nisi & sibi restituam. nam tacite videmur compensare. Vel dic, quia id quod hincinde debetur, est indiuisibile, & quasi in genere debitum, fiat cõpensatio. & pro hoc. ĵ. de lega. ij. l. vnũ ex familia. §. si de Falcidia. & l. imperator. §. si centum.

b *Indulget.* sic est etiã in rei vindi. vt. ĵ. de rei vindi. l. iij. & l. quę de tota. §. j. & ĵ. communi diui. l. & si nó. §. j. Acc.

† *Iste. §. est not. secũdũ Bal. & ade, secundũ eundẽ, quod in. l. quæ de tota. §. 1. & in. l. 1. §. si quis argẽtũ. ĵ. depos.* * *Flo. defuncti*

c *Vtputa.* pone casum, secundum Azo. in successione collateraliũ, puta fratris: in qua olim fiebat diuisio in capita: vt. ĵ. de su. & legi. hære. post consanguineos. §. hæreditas. Item vbi nullus fratrum superest: vt instit. de legi. agna. succes. §. cæterũ. versi. nos vero. in fi. at in successione ascendẽtium etiam olim in stirpes diuidebatur: vt insti. dẽ hære. ab intest. §. cum filius. versi. & quia placuit. hodie vero in collateralibus idem: vt in aut. de hære. ab intest. §. si ergo defunct⁹. colla. ix. Azo. Dic ergo, defuncti fratris, scilicet præmortui. fuerãt enim quatuor fratres: tres prius decesserunt: vnus relicto filio nato: alij duo relictis vxoribus prægnantibus: nũc vltimo decessit alius sine filio: ad cuius hæreditatem filius fratris & ventres vxorum aliorum vocantur. Alij vt Io. ponũt casum, quòd tractatur de hæreditate aui. & secũdum hoc corrigitur per Iusti. vt instit. de hære. quæ ab intesta. defe. §. cum filius. versi. & quia placuit.

d *Hæreditatis.* s. aui, secũdum Io. vel fratris: vt dixi ponendo casum, secundũ Azo. Sed nonne quartam partem hic nepos interim petere debet: si esset vnus venter: vel septimam, quando duo ventres, secundum casum. Io. vt. ĵ. eo. antiqui? Respõ. potest dici aliud in filiis: vt ibi, aliud in nepotibus: vt hic. Vel melius idem est: sed ideo dicitur incerta, quia nescit quã in eodem iudicio consequatur. vel quia euẽtus iudicij est incertus: vt. ĵ. de pecu. l. quod debetur. vel quia forte interim pariet, & sciet veritas: vt. ĵ. e. l. & si pauciores. vel dic, petit quartã cum adiectione incertæ partis. i. vt si quid sibi plus obtigerit, illud habeat: vt arg. ĵ. e. l. & si pauciores.

e *Incertum est.* apud homines: cum vsq; ad. vij. nasci possunt: sed apud deum est certum: vt hic, & ĵ. de sol. si pater. & ĵ. e. l. antiqui. & s. de iudi. l. sed & si. §. si pater.

f *Vindicationem.* i. hæreditatis petitionem. hodie vindicaret dimidiam vel tertiam: quia non in capita, sed in stirpes huiusmodi hæreditas diuidi̇tur: vt in auth. de hær. ab intest. §. si igitur. col. ix.

ADDITIO. Intellige istam glo. in successio. fratris vt pariter succedat alter frater, & plures filij alterius fratris: vt in. d. §. si igitur. sed vltra fratres & fratrum filios fit successio in capita, non in stirpes: quia plures nati ex vno, loco plurium habentur: licet succedant cum vno nato ex alio, secundum Pau. de Cast.

g *Non audenter.* id est non in fronte. Accursius.

SI ex pluribus.] CASVS. Titius te & me hæredes instituit: adiui. tu volebas deliberare: an totam hære. posset petere? Dicitur quòd non: sed meam partem tantum, quæ mihi competeret si

tis ex triente quem possidebã. & ideo officio iudicis inuicem compensatio[a] erit admittenda eius quod possideo, si fortè cohæredes sint à quibus hæreditatem peto.

Propter numerum nascendorum ex vẽtre, admittitur petitio partis incertæ. Bar.

INterdum † prætor incertæ partis hæreditatis petitionẽ indulget,[b] idoneis causis interuenientibus: vt puta[c] est defuncti fratris filius, sunt & vxores defunctorum fratrum prægnãtes. quam partem fratris filius hæreditatis[d] vindicet, incertũ est: quia quot edantur fratrum defunctorum * filij, incertum est[e]. Aequissimũ igitur est, incertæ partis vindicationem[f] ei concedi. Non audẽter[g] itaque dicetur, vbicũque merito quis incertus est quam partem vindicet: debere ei incertæ partis vindicationem concedi.

Qui speratur admitti ad partem, facit partem. Bartolus.

II. GAIVS libro sexto ad Edictum prouinciale.

SI ex pluribus ad quos eadẽ hæreditas pertinet, quidam adierint, quidã adhuc deliberẽt[h]: [placuit] eos qui adierint, si petant hęreditatem, non maiorem partem petere debere, quàm habituri essent cæteris adeuntibus. nec eis proderit si cæteri non adierint. Non adeuntibus[i] autem cæteris, poterunt tunc partes eorũ petere: si modo ad eos[k] pertinerent.

Posthumus nascturus ex ventre, impedit sequentes in gradu: eos autem qui eiusdem gradus sunt, statuitur admitti: vt si tres nascituri essent, auferetur vel cõceditur alteri, secundum quod casus occurrit. Bartolus.

III. PAVLVS libro septimodecimo ad Plautium.

ANtiqui libero ventri ita prospexerũt, vt in tempus nascẽdi omnia ei iura integra reseruarent: sicut apparet in iure hæreditatum: in quibus qui post eum gradum sunt adgnationis, quo est id, quod in vtero est, non admittuntur, dum incertum est an nasci possit[l].

Vbi autem eodem gradu sunt cæteri, quo & venter: tunc quæ portio in suspenso esse debeat, quęsierunt[m]: ideo quia nõ poterant scire quot nasci possent: ideo quòd * multa de huiusmodi re tam varia & incredibilia traduntur: * vt fabulis adnumerentur. Nã[n] traditũ est & quatuor pariter puellas à matrefamiliàs, natas esse. Alioquin tradidere, nõ leues auctores, quinquies quaternos[o] † enixam Peloponensem *[p] [&] multas Aegypti vno vtero septenos[q]. Sed & tergeminos[r] senatores cũctos[s] * vidimus Horatios[t]. Sed & Lælius scribit se vidisse in palatio mulierem[u] liberam

A statim adiuisse: si repudiasses, totum accrescit mihi: vnde totum petere potero. Viuianus.

h *Deliberent.* i. non adierint, scilicet adhuc. Accursius.

i *Nõ adeuntibus.* i. repudiãtibus, vel tẽpore exclusis, vt hic, & C. quando non pe. partes. l. j. & s. de inoffi. testa. l. si proponas. §. fi.

k *Ad eos.* vt quia non erat aliquis substitutus. Et no. hic arg. ad quæstionem qua quæritur, si instituo duos hæredes, vnum purè, alterũ sub conditione: quod purè institutus suã partem tantum habeat interim. & hoc dicit Io. vt hic, & ĵ. de condi. & de. l. hæc scriptura. §. fi. & l. si separatim. & C. de ca. tol. §. vbi autem & ĵ. de sol. l. ex parte. & ĵ. de le. j. l. planè. j. § coniunctim. Pis. dicit contrarium & Azo. sed licet interim insolidũ eum hæredem: vt arg. ĵ. de asig. lib. l. sub conditione. & ĵ. de vsufru. accre. l. idẽ est. §. si mihi. & ĵ. ad Treb. l. j. § sed & quotiés, quę sunt arg. contra. huic. l. Tu autem potes distinguere secũdum H. an dicit testator, Titium hæredem instituo: & si venerit ex Asia nauis, tũc etiam Seium cũ eo instituo: & tũc tenetur sententia Pis. vt arg. ĵ. de adqui. hære. l. si solus. an dicat, Titium in dimidiam instituo: & si nauis ex Asia venerit, Seium instituo in alĩ dimidiam. & tunc procedat sententia Io. vt C. de cad. tollen. §. vbi autem. Accursius.

B

C

D

ANtiqui.] CASVS. lex ista loquitur de quadam prouisione qua antiqui prouiderũt filio, qui adhuc erat in ventre, si & alij agnati vel cognati vlteriores superstites fuerunt: quia omnes expectabant donec ille natus foret. & hoc in prima. Si vero omnes in eodem gradu fuerũt, & nasceretur ille qui erat expectandus, vt videretur quid in vtero esset, quia dubium erat quot nascerentur: & hoc propter diuersas fabulas: quia quidam dicebant, quòd viderant vnã mulierem parere. vij. aliam. v. Vnde antiqui mediocrem viam elegerunt: & considerauerunt quod sæpius contingit, & frequenter contingit tres parere. vnde statuerunt vt hæreditas in. iiij. partes diuideretur: vt superstes quartam habeat partem: aliæ tres reseruarentur ventri: & si pauciores nascerentur, pro rata accrescat iam nato. Viuianus.

l *Possit.* vt infra, de adqui. hære. cum quidam. §. j. & infra, vnde cog. l. j. §. si quis proximior. & infra, de verb. sig. l. quod dicimus. & s. de sta. ho. l. qui in vtero. & infra, de suis & le. l. intestato. principem. versi. vtique. Accursius.

m *Quęsierunt.* no. quòd rationabiliter debet quis dubitare.

n *Nam.* pro, quia.

o *Quaternos.* id est. xx. in. v. vicibus.

p *Peloponensem.* est nomen mulieris. Accursius.

q *Septenos.* repete, tradidere auctores.

r *Tergeminos.* id est tres tantum: vt dicunt: vt infra de rebus du. vtrum ita. Azo. Vel dic, quòd sex erãt, & omnes senatores. & hoc si habes: scilicet cunctos. si habes, cinctos: idem est. q. d. habebant cingulum: id est, dignitatem: & omnes vocabantur Horatij.

s *Cunctos.* aliàs cinctos.

t *Horatios.* aliàs, oratores.

u *Mulierem.* scilicet Serapiam: vt. ĵ. de rebus du. vtrum ita. & ad hoc

quæ ab Alexandria perducta est vt Hadriano ostenderetur, cum quinque liberis: ex quibus quatuor eodem tempore [a] enixa, inquit, dicebatur: quintum post diem quadragesimum [b].

Quid est ergo? prudentissimè iuris auctores medietatē [c] quādam secuti sunt: vt quod fieri nō rarum admodum potest, intuerentur: id est, quia fieri poterat vt tergemini nascerentur, quartam partem superstiti filio adsignauerunt [d]. τὸ γὰρ ἄπαξ ἢ δὶς (vt ait Theophrastus) παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται. † Ideoque & si vnum paritura sit: non ex parte [e] dimidia, sed ex quarta interim hæres erit.

IIII. VLPIANVS libro quintodecimo ad Edictum.

ET si pauciores fuerint nati, residuum ei pro rata adcrescere: si plures quàm tres, decrescere de ea parte ex qua hęres factus est.

Incertitudo nascituorum, non impedit cohæredem adire: licet quæ portio competat sibi, sit incertum. Bartolus.

V. PAVLVS libro septimodecimo ad Plautium.

ILlud sciendum est, si mulier prægnans non sit, existimetur [f] autem prægnans esse: interim filium [g] hæredem esse ex asse [h]: quanquam ignoret se ex asse hæredem esse. Idem est in extraneo, si ex certa portione hæres institutus sit: ex reliqua posthumi [i]. Quòd si fortè ita institutio facta est: *Quotcumque mihi nati erunt, & Lucius Titius, pro virilibus portionibus hæredes mihi sunto*: habebit hæsitationem nunquid adire non possit [k], atque [l] qui in testamento portionem suam nescit. [m] Sed vtilius est, posse eum adire qui nescit [n] portionem, si cætera [o] quæ oportet eum scire non ignoret.

Qui ex post facto apparet esse hæres, à quolibet hærede auocat pro rata, & sumptus pro rata sustinet. Bartolus.

VI. VLPIANVS libro sexto Opinionum.

SOrori [p] quam cohæredem fratribus quatuor in bonis matris esse placuit [q]: quinta portio pro portionibus quæ [r] ad eos petinuit [s], cedet: ita vt singuli in quartam, * quam antehac habere credebantur, non amplius ei quinta * cōferant [t]. ſSumptus qui propter onera totius hæreditatis iusti fiunt [u], ei qui patroni iure portionem

---

hoc supra, de iudi. sed & si. §. fin. & supra, eod. l. j. in fin. & infra, de solut. l. si pater.

a *Eodem tempore.* non eodem impetu, sed successiue: vt. ff. de stat. hom. l. Arethusa. Et sic no. fieri eodem tempore, quod successiue vel statim: vt infra, si cert. petat. l. lecta. §. dicebam. in glo. Quadragesimū. Hic

ar. contra quosdam physicos, qui dicunt, q̄ ex quo mulier concepit, non potest iterum cōcipere antequā pariat. nam hunc post ea natum cōcepit postquam alios cōceperat. & pro hoc infra, de adqui. hære. cum quidam. §. suum hęredem. versi. quòd si vnum.

c *Medietatem.* sic ergo media via eligitur: vt institu. qui manu. non pos. §. eadem. Sed ar. contra. §. de neg. gest. Nesennius. in fin. Item not. quòd subiicit, quòd ea quæ raro fiunt, non curant iurisconsulti: vt hic, & supra, de le. & senatusco. his. & l. nam ad ea. & in auth. vt sine prolem. debi. & cre. §. qui vero. colla. vij.

d *Adsignauerūt.* imò certam: vt supra, eo. l. in fin. quæ est contra. Solut. vt ibi. Item hæc sunt vera ab intestato, & ex testamento: vt infra, de adqui. hær. cum quidam. §. quod dicitur. versic. & non solum ex testaméto aut si posthumus est institutus vel exhæredatus: alioquin si est præteritus, ille qui hæres scriptus est ex testaméto, adire non potest: ideo quia dubitatur de viribus testamenti, id est an valiturum sit irreuocabiliter: vt infra, de adquir. hær. sed etsi de sua. §. cur autem. & l. cum falsum. & l. cum quidam. §. j. & l. ventre. quibus legibus dicitur, quòd qui incertus est de testamento, an valeat, adire non potest. Sed qualiter exhæredato posthumo adit institutus, vt modo dixi, cum & ibi sit dubiū an per querelam expugnetur? Respon. in inofficioso test. aliud est quàm hic. cum hic quando est præteritus posthumus, ab initio vere nullum fuit testamentum: inofficiosum vero testamentum ab initio tenet: licet irritetur, & fingatur non valuisse: vt. ff. de inoffi. test. l. eum qui. & diximus in. l. qui de inofficioso. eo. titu. de inoffi. testa. §. j. sed certe & in posthumo præterito valet: sed postea rumpitur: vt instit. de exhære. li. §. ij. sed ibi sine facto hominis.

e *Non ex parte.* immo videtur, vt ita veritas inspiciatur: vt infra, eo. illud. quæ est contra. Solu. hic vnus erat in vtero: ibi nullus. nec est eadem ratio totius ad partem. vel quo ad scientiam nō strictè est hæres pro quarta, vt hic: sed quo ad veritatem, est prout res est. Et hoc modo etiam soluitur aliud contrarium infra, de adqui. hęre. l. cum quidam. §. suum hæredem. versi. quòd si vnum. vbi dicit, si vnus est in ventre, natum pro dimidia hæredem esse: inspecto quòd sic se res habet, non in scientia nostra: vt ar. supra, de iudi. l. sed & si. §. fin. Vel dic, quòd ibi recitatur opinio Sexti Pomp. quæ reprobatur hic.

f *Illud. Existimetur.* à multis: quia ipsa hoc dicat: vel obstetrices: vt infra, de adquir. hæred. cum quidam. §. quod dicitur si putetur.

g *Filium.* qui suus hæres est: non sic in emancipato vel alio extraneo agnato vel cognato: scilicet quia ipsi adire vel adquirere non possunt, nisi putent non prægnantem: & ita est verum: vt infra, de adqui. hær. l. cum quidam. §. quòd dicitur si putetur. versic. quid ergo. & l. ventre. & hoc intelligo nullo facto testamento, in quo emancipatus & is qui putatur esse in vtero, sit institutus alioquin emancipatus sicut extraneus interim est hæres ex asse: vt hac. l. ij. respon. Suus enim etiam nullo facto testamento interim est hæres: vt hic, & infra, de adquir. hær. cum quidam. §. suum. vnde ad suum transmittit hæredem decedens: vt. C. de cad. tol. l. j. §. in nouissimo. & infra, de adquir. hære. l. ventre. Et not. quòd hæc tria sunt necessaria, vt proximus à posthumo succedat: scilicet quòd communis sit opinio: & quòd sua: & quòd sit verum. Ité quòd sit testatus. quod dic, vt infra. c. l. cum quidam. §. & non solū.

h *Ex asse.* immo in quarta: vt supra, eod. l. antiqui. in fin. Solut. vt ibi.

i *Posthumi.* qui futuri sperantur, sed nō sunt: & hoc cum extraneus est ex certa parte institutus. si autem ex incerta, tūc idem est. & hoc subiicit, quòd si forte &c.

k *Non possit.* Lucius Titius.

l *Atque.* id est, sicut is qui.

m *Nescit.* credēs se institutū in minori portione, quàm sit.

n *Nescit.* ex prædicta causa, quia nescit quot nascituri sint, & nullo nato totum habebit: vt infra, de lega. j. si duobus. §. fin. Sed videtur quòd hic adire nō possit: vt infra, de adquir. hære. l. ex semisse. quæ est contra. Sol. illud de rigore: hoc de æquitate. & ideo hic dicit vtilius &c. Vel verius, cū ibi de certa portione esset scriptus, vix potuit esse quin dubitaret de portione sua. quin etiam de viribus testamenti dubitaret: vnde siue adiit, siue petiit bo. poss. ex minori parte quàm esset institutus, nihil agit: hic autē probabiliter ignorauit. Alij distinguunt inter errantem: vt ibi, & dubitantem: vt hic, vel vt ibi. Accursius.

*Flo. quarta. *Flo. quinta.

o *Cætera.* quæ sunt hæc? Respon. quòd sciat purè vel sub conditione fuerit institutus, & conditionem extitisse sub qua fuit institutus: vt infra, de adquir. hære. si quis extraneus. §. sciendum. & l. hæres institutus. §. j. & hoc si est facti, non iuris: vt infra de cōdi. & demon. l. multum. Item debet scire testatorem defunctum: vt infra, de adqui. hæred. l. hæres institutus. in princ. Item conditionem testatoris, licet non suam: vt. d. l. hęres institutus. in fi. & l. quòd si dubitet. & l. sed & si de sua. & l. si is ad quem. Item quòd testamentum valeat: vt infra, de adqui. hære. l. si is ad quem. in fin. & l. cum falsum. Item quòd mortuus sit testatus, vel intestatus: vt d. l. si is ad quem. §. nam vt quis. ibi, iusto. Accursius.

p *Sorori.*] CASVS. Mulier decessit quatuor relictis hæredibus: & erat prægnans: partus viuus natus est, & erat filia. æqualiter succedere debet cum filiis: & quilibet conferat quintam partem suæ portionis: & sic habet quartam quilibet: & ponas hæreditatem distributam in. xx. vncias, siue in. xl. Viuianus.

q *Placuit.* scilicet sapientibus: vt. d. l. si mater. Cod. de inoffic. testa. Accursius.

r *Quæ.* scilicet quinta portio.

s *Pertinuit.* id est, pertinere credebatur, secundū primum casum. Vel dic, pertinuit, pro vero quando egit querela hęc soror.

t *Conferant.* vel per condictionem ex lege: quia præsumatur institutus per. l. prædictā, si mater. vel per hære. peti. perlata querela.

u *Iusti fiunt.* ab hæredibus institutis à liberto, vt circa funus: vt

infra, de relig. l. funeris impensam. & facit supra, tit. j. l. hæres.

a *Euicerit.* per contra tabulas. olim dimidiam: hodie tertiam: vt instit. de suc. li. §. j. &. §. nostra autem. Accursius.

b *Non possumus. Consequimur.* hoc scilicet vt à cõmunione &c. vt. j. famil. erci. l. j. Sic & econtra, quædam per hære. peti. consequimur, quæ non possumus consequi per iudicium fami. erci. vt j. fami. ercis. l. fundus qui. in fi.

c *Iudicis.* cognoscẽtis in hæreditatis peti.

d *Pro indiuiso.* & sic feret incertam sententiam, cum non possit ferre certam: vt institutio. de actio. §. curare. vnde & si aliqua res negetur hæreditaria, simpliciter pronũtiabit esse restituẽdum quicquid ex hæreditate illa sit penes possessorem. sic & aliàs fert incertam sentẽtiam in causa noxali: vt institu. de offic. iudic. in prin. Item & in alternatiua obligatione. Item & quãdo pronũtiatur legatum deberi deducta Falcidia: vt. j. communi diui. l. & si non. §. j.

*Flo. parte

e *Permittẽdum. Prohibet.* scilicet ius: sed certe imò sic: vt infra, de vsu. l. tutor. §. Lucius. quę est contra. Sol. hic de residuo negabat, ibi in totum cõfitebatur. sic infra, si cer. petatur. lege, quidam. Item hoc quando est res diuisibilis, vt erat hæreditas hic. si indiuisibilis, tunc in totum debet defendere: vt argu. supra, si ex noxa. causa. l. si cum vno.

f *Controuersiam.* Nota, quòd reus facit controuersiã. sic infra, eo. l. fin. in fin.

Cvm multi.] CASVS. Quidam me & alios instituit hæredes: antequam adiui, in Asiam profectus sum: vbi decessi, & procuratorem reliqui domi. procurator credens me viuere, res hæredi. administrauit, & quasdam vendidit. ego institui procuratorem meum cum quodam alio. qualiter pecunia ex rebus hære. redacta procurato. meo & cohæredi eius peti debeat: quæritur. Et respon. quòd si tota apud procura. constituta sit, insolidum conuenitur. sed si dimidia apud cohæredem sit: ille tenetur pro ea parte. Viuianus.

g *Instituti essent.* à Titio pone.

h *Erat.* id est putabatur esse, cum iam decessisset. Azo.

i *Procurator.* quem domi reliquerat.

k *Abstulerat.* id est acceperat. sic. ẽ. ti. j. l. postquam. in fi.

l *Antea decessisse.* vel dic, antequam fieret testamentum. & sic est pro non scripta. vel ante mortem testatoris. & sic quasi caduca. vel antequam agnoscęret, & sic caduca: vt. C. de cad. tol. §. & cum triplici. & hac ratione non transmittit secundum ius nouum. sed olim ad fiscum. Item per procuratorem etiam si viueret, adire non poterat: vt infra, de adqui. hære. l. Paulus. * nisi in casu: vt supra, de offic. procu. Cæ. l. j. secus in bo. poss. vt infra, de bo. poss. l. iij. §. adquirere.

*per procuratorem.

m *Pecunia ex hæreditate.* id est ex parte hæreditatis accepta, id est qua actione alij hæredes possint petere. Dubitatur autem ideo, quia cum procurator prius alieno nomine possedisset, & ideo hæreditatis petitio. non tenebatur: vt supra, titu. j. l. etiam. §. si quis absentis. videbatur quòd non posset causam possessionis mutare: vt. C. de adqui. pos. l. cum nemo. quod remouet hic, & d. l. supra, titu. j. l. etiam. §. si quis absentis. in fin. §. &. l. si & rem. & quod dicit, quòd nemo potest mutare &c. verum est ad sui vtilitatem, & nulla extrinsecus causa accedente. causa autem extrinsecus accedente, non tam mutat, quàm mutatur ei: vt. j. de vsuc. non solum. §. quod vulgo. vt hic, &. j. l. proxi.

euicerit", pro ea cõputentur.

Per hanc actionẽ consequitur quis partem pro indiuiso, quæ per iudiciũ fam. ercisc. diuiditur. Bartolus.

VII. IVLIANVS libro octauo Digestorum.

NOn possumus consequi per hæreditatis petitionẽ id quod familiæ erciscundę iudicio consequimur b, vt à communione discedamus: cum ad officium iudicis c nihil amplius pertineat, quàm vt partem hæreditatis pro indiuiso d restitui mihi iubeat.

Potest quis pro parte cedere, & pro parte contendere. Bartolus.

VIII. IDEM libro quadragesimo octauo Digestorum.

PErmittendum erit possessori hæreditatis partẽ quidẽ hæreditatis defendere, partem* verò cedere. Nec enim prohibet e aliquem totam hæreditatem possidere, & partem scire dimidiam ad se pertinere: de altera parte controuersiam f non facere.

Qui vt procurator alterius administrat, petitione hæreditatis non tenetur: nisi illius hæres extiterit in totum, vel in partem. Bartolus.

IX. PAVLVS libro tertio Epitomarum Alfeni Digestorum.

CVm multi hæredes instituti g essent, ex his vnus in Asia erat h: eius procurator i vẽditionem fecit: & pecuniam pro parte ei⁹ abstulerat k: postea apparuerit, eum qui in Asia erat, antea decessisse l, instituto ex parte dimidia hærede, p curatore suo, & ex parte alio. quæsitum est, quemadmodum pecunia m ex hęreditate petenda esset. Responsum est, ab eo qui procurator eius fuisset, totam hæreditatem n (quia ex hęreditate ea pecunia fuisset quæ ad procuratorem ex venditione peruenisset) petere o eos oportere: & nihilominus partem dimidiam p hæreditatis à cohęredibus eius. ita fore q, siue omnis ea pecunia penes eum qui procurator fuisset, resideret, vt omnem per iudicem ab eodem recuperarent: siue is partem dimidiam cohæredi suo reddidisset, ipsum ex dimidia parte, & ex dimidia cohæredę* eius condemnarent r.

Qui negotia hæreditatis absentis nomine gerit, ab his ad quos negotium in veritate pertinet, poterit conueniri actione negotiorum gestorum, & petitione hæreditatis, si se hæredem contendat. Bartolus.

X. PAPINIANVS libro sexto Quæstionum.

CVm hæredis ex parte instituti filius, qui patrem suum ignorabat f viuo testatore decessisse, partem hæreditatis nomine patris vt absentis administrauerit t, & pecunias distractis rebus acceperit: hæreditas ab eo peti non potest u: quia neque pro hærede, neque pro possessore pretia possidet x, sed vt filius patris cohæredibus. & hoc in prima. Sed quid si illum filium exhæredauit, & alios filios instituit hæredes, aut extraneos: nũquid filij illi habebunt nego. gest. act. contra eum administratorem? dicitur q non: quia nullo modo erat eorum negotiator: cum res non essent paternæ, & patri adquisitæ. Tertio probat per simile: & videtur quòd tenetur neg. gest. act. quia si exigam nomine tuo te. ratum habente, oritur ac. neg. gest. ergo hic: quod verum est si dominus ratum habeat. Quarto pone, quòd illum filium instituit: vnde veniunt cohæredes mei, & eum conueniunt: & ipse dicit pecuniam mihi fuisse adquisitam, asserens me vixisse illo tempore quo conditum fuit test. dubitabatur an hoc dicere posset. videbatur quòd non: quia sic videtur mutasse sibi causam possessionis. sed quia video, quòd aliquis gesit negotia her. male. & sic factus est debitor hære. si quidem postea gerat se pro hærede: poterit hoc facere. & conuenietur pe. hęre. nec videbitur sibi mutare causam possessionis. vnde idem in casu superiori erit dicendum: vt scilicet, pe. hæ. conueniatur: nec videtur causam pos. mutasse.

n *Totam hæreditatem.* id est totam pecuniam hæreditatis peti. si tamen se contendat hæredem, vel pro possessore possideat: vt. j. l. proxi. & potes hic dicere quæ dixisti. ẽ. l. j. §. j. & hoc quãdo nil contulit cohæredi. Si autem contulit. subaudi quid iuris sit.

o *Eos petere.* cohæredes absentis: vt infra. l. proxi.

p *Dimidiã.* in alio casu: vt statim dicit: scilicet cũ procurator suo cohæredi contulit dimidiam pecuniæ.

q *Ita fore.* repete vtrũque casum, & quando tota erat penes procuratorem, & quando partem contulerat cohæredi.

r *Condemnarent.* i. condemnari facerent. sic. j. de admi. tut. l. ij.

Cvm hæredis.] CASVS. Habui filium, & domi reliqui, & profectus sum, & decessit Titius in ciuitate existens, ignorans me defunctũ, instituit me hęredem cum aliis: filius meus tanquam procurator meus, res hære. administrauit distrahẽdo. qua act. cohæredes mei illi partem possint exigere, quæritur. Et respõ. quòd pe. hæ. nisi eo animo filius non hæreditario nomine, sed patris nomine res hær. administrauit: quare neg. gest. ac. tenebitur patris filius

Ignorabat. in quo casu in causam caduci est pars illa. at in. l. supra, proxi. loquitur etiam in pro non scripto: & in hoc differunt hæ duæ leges, secundum quosdam.

t *Administrauerit.* sine mandato. nam si pater mandasset, sciri videretur.

u *Non potest.* per cohæredes patris, quibus accreuit.

x *Possidet.* dum se patris hæredem non contendit: quia forte exhæredatus est. videtur ergo scire de morte patris. Sed respond. forte dixit. vnde dic, quòd ignorat: aliàs pro possessore possidet.

BIU Cujas

negotiorum curauit. Negotiorum autẽ gestorum actio cæteris cohæredibus[a] ad quos portio defuncti pertinet[b], dabitur[c]. Illud enim vtique nõ est metuendum, ne etiam patris (à quo fortè exhæredatus est[d]) teneatur hæredibus, quasi negotia hæreditaria gesserit: cum id quod administrauit, nõ fuerit paternæ hæreditatis. Nam & si[e] negotiorum gestorum actio sit[f]* ei cuius nomine debitum exactum est: hoc tamẽ[g] quod alieno nomine[h] perceptum est, restitui[i] æquum est. Sed in proposito[k] neq; patris[l] negotia fuerũt, qui[m] esse desierat[n]: neque paternæ successionis, quæ fuerunt[o] alterius hereditatis. Quòd si filius iste patri suo hæres extitit, & mouet controuersiã, quòd pater eius postquã hæres extitit, mortẽ obierit: ille tractatus[p] incurrit, an ipse sibi causam possessionis mutare videatur[q]. Quoniam tamen[r] qui negotia hæreditaria gessit, & debitor esse cœpit[f], postea faciens controuersiam hæreditatis, vt iuris possessor conuenitur[t]: idem etiã in hoc filio[u] respondendum erit.

DE POSSESSORIA hæreditatis petitione.

TITVLVS V.

Bonorum possessori de iure prætorio cõpetit hæc actio: in qua tantum venit quantum in petitione hæreditatis ciuilis. Bart.

I. VLPIANVS libro quintodecimo ad Edictum.

ORdinariũ fuit, post ciuiles actiones hęredib⁹ propositas, ratione hãbere pẽtorem, etiam eorum quos ipse velut[x] hæredes facit, hoc est, eorum quibus bonorum possessio data est[y]:

II. GAIVS libro sexto ad Edictum prouinciale.

PEr quam[z] hæreditatis petitionem tantundem consequitur bonorũ possessor, quantũ superioribus ciuilibus actionibus hæres[a] consequi potest.

DE FIDEICOMMISsaria hæreditatis petitione.

TITVLVS VI.

Fideicommissario vniuersali, cui est hæreditas restituta verbo, competit hæc actio: in qua veniunt omnia, quæ in petitione hæreditatis ciuilis. Bartolus.

I. VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum.

EX ordine occurrit actio, quæ proponitur[b] his, quibus restituta est hæreditas[c]. Nam quisquis susceperit restitutã hæreditatẽ ex senatusconsulto[d], ex quo actiones transeunt: fideicommissaria hęreditatis petitione vti poterit[e]:

II. PAVLVS libro vicesimo ad Edictum.

QVæ actio[f] eadem recipit, quæ hęreditatis petitio ciuilis[g].

Hæc actio competit fideicommissario, & eius hæredi, bonorúmve possessori: & non datur contra verum hæredem, sed contra alios, & eorum hæredes. Bartolus.

a *Cohæredibus.* scilicet patris.
b *Pertinet.* scilicet iure accrescendi.
c *Dabitur.* vel quia cohæredum patris ipsa re gestum est negotium: licet patris putauerit: vt supra, de neg. gest. l. item si cum putaui. in fi. & l. si pupilli. §. item quæritur. versic. idem ait. &. §. quid ergo. vel quia hęredita
ria negotia gesta sunt: vt supra, de neg. ges. sine hęreditaria. Sed nõne tempore harum legum hæc quasi caduca ad fiscum pertinebant: vt supra titu. j. item venit. §. cum antequam? quomodo ergo datur actio cohęredibus? Respon. hic de nouo iure fit mentio: quod est. C. de cadu. tol. §. pro secundo. & §. in nouissimo. Vel dic, quòd loquatur de eo caduco quod habebatur ,p
nõ scripto: quod etiam ad fiscũ iure veteri nõ deferebatur: vt. C. de cadu. tol. §. in primo.
d *Exhæredatus est.* idẽ & si sit institutus: vt dicetur. j. proxi. §.
e *Est.* id est, quáuis. Accursius.
f *Actio sit.* id est esse ratihabitione sequente: vt supra, de neg. gest. si pupilli. §. item quæritur. versic. idem ait. & sic suum est negotium ratihabitione.
g *Hoc tamen.* i. hoc casu.
h *Nomine.* id est nomine patris, non cohęredum suorũ: vnde ipsi ratum habere non possunt: vt. d. l. si pupilli. §. sed si ego. Accursius.
i *Restitui.* scilicet cohæredibus patris: cum pater ratũ non habuit, neque per cõsequẽs hęredes eius possunt habere ratum: vt infra, de bo. pos. l. iij. §. adquirere. vel quia non est eorum nomine gestũ: vel quia hæreditas non transmittitur ad hæredes: vt. C. de cad. tol. §. in nouissimo. Vel quia ratum debet haberi intra tempus, quo possit adiri: vt infra, rem ra. habe. l. penult. Azo. Petitione autem hæreditatis tunc tenetur, quando sciret patrem non aditurum: vt & alias. ff. ti. j l. etiam. §. si quis absentis.
k *In proposito.* scilicet casu.
l *Neque patris.* scilicet prima facie.
m *Qui.* scilicet pater.
n *Desierat.* scilicet morte.
o *Quæ fuerunt.* quæ scilicet negotia.
p *Ille tractatus.* id est quæstio. nã tractatus apud dialecticos est illa quæstio, qua quicquid pro vero ponitur, falsum reperitur: vt. j. ad. l. Fal. l. qui quadringenta. apud Isidorum dicitur tractatus multiplex expositio.
q *Videatur.* quod iure prohibitum est: vt. C. de adquir. pos. l. cum nemo. Sed tamen hoc non videtur, triplici ratione. Prima: quia ille dicitur sibi mutare, qui prius possidebat ciuiliter & naturaliter: vel naturaliter tantum. at iste ante nullo modo possidebat. Secunda, quia ille dicitur sibi mutare, qui nulla superueniente iusta causa dicit se possidere ex alia causa: & vult sibi mutare causam possess. at iste iusta de causa, & iusta opinione, postea interueniente dicit se possidere: vt infra, de adqui. pos. qui bona. §. quod scriptum: & l. iij. §. illud, & pro hærede. l. ij. §. quod vulgo.

ff. Vetus.

& de vsucap. non solum. §. quod vulgo. Tertia, quia iste non incipit habere aliquem titulum. nam & titulus dicitur causa possessed incipit habere qualitatem possidendi.
r *Quoniam tamen.* inducit simile, per quod soluit quæstionem præmissam.
s *Cœpit.* ex alia causa, quàm ex pretiis rerum venditarum.
t *Conuenitur.* scilicet petitione hæreditatis: vt diximus supra, titu. j. l. etiam. §. fin. & l. sequen. & l. quòd si in diem. §. non solum.
u *Filio.* qui debet pretia.

DE POSSESSORIA hæreditatis petitione.

Si habes rubricam sic: de possessoria hæreditatis petitione: melius dixisset, de bonorũ possessoria hæreditatis petitione.

x *Ordinariũ. Velut.* nec enim hęredes veri sunt: sed quasi: vt insti. de bo. pos. §. quos autem. & infra, de regulis iur. l. prętor. Sed oppo. quia superiores videntur prætorię, non ciuiles: vt supra, titu. j. l. j. in princip. quæ est cõtra. Sed approbãdo ibi dicit, vt diximus ibidẽ. Item quæ sunt prætoriæ istæ superiores. nã tantum est vna, scilicet peti. hære? Respon. verum est in genere: sed tamen alia est mihi, & alia quæ tibi competit: & sic plures: sicuti certi condictio ex mutuo, vna est in genere: alia est tamen quæ mihi, alia quæ tibi datur.
y *Data est.* à prætore viuo hoc ideo, quia est bo. pos. quæ est edictalis: & alia decretalis, quę datur à prętore viuo: de qua hic dicit. Sed hodie non est decretalis: vt. C. qui admit. ad bo. pos. l. fina. & de cura. fu. l. fin. §. nos autem.
z *Per quam.* scilicet vtilem. peti. hære. prætoriam.
a *Hæres.* vt infra, de bo. posses. l. ij. Hic quæritur, an actiones, quas intendit bo. pos. iure hæreditario, vt puta ex empto & similes, dicantur prætoriæ: an ciuiles. Et nego esse prætorias. magis enim spectanda est origo, id est, ius ciuile à quo fuerunt inductæ, quàm prætorium: quod eas velut palmites, & propagines ad alias quasdam personas deriuauit & traxit: argu. C. de his qui ve. æta. impe. l. fina. & infra, de ver. oblig. l. in illa. argu. contra infra. de noxa. l. electio. §. item si ex. Sed ibi prætoria & ciuilis dici potest: vt infra, eo. tit. de noxa. l. si plurium.

Actiones bo. pos. cõpetẽtes an sint prętoriæ, vel ciuiles.

DE FIDEICOMMISSARIA HAEREditatis petitione.

b *EX ordine. Proponitur.* id est datur.
c *Hæreditas.* verbo, aliàs si re. & postea desinat possidere, rei vindi. habet. quod enim facit hæreditatis aditio, vt tunc demum competat hæreditatis petitio: hoc verbalis restitutio, vt habeat locum fideicommissaria: vt argu. infra, ad Trebellia. l. restituta. j. respon. & l. facta. in prin.
d *Senatusconsulto.* scilicet Trebelliano.
e *Poterit.* contra possessores. Accursius.
f *Quæ actio.* scilicet vtilis.
g *Ciuilis.* sed in restitutione facienda ab hærede fideicommissi,

Restitutio verbalis tãtum facit quantũ hæreditatis aditio.

missi, non veniunt fructus, nisi fuerit in mora: vel nisi specialiter fuerit rogatus restituere fructus: vt infra, ad Trebel. in fideicommissaria. in princip. Sed cum hæc actio ex senatusco. scilicet Trebelliano sit inducta, sicut petitio hæreditatis ab alio senatusco. quare non est hæc ciuilis: vt instit. de perpe. ac. in princip? Respon. hæreditatis restitutio à senatusconsul. Trebel. est inducta, vt fiat ex officio iudicis, sicut & emptio à iure gentium: non tamen fideicommiss. hær. pe. vel redhibitoria est ciuilis. Item hoc non est bonum argu. succedit de iure ciuili: ergo actio ei competens est de iure ciuili. Nam pene omnes cótractus sunt de iure gentium: & tamen actiones sunt ciuiles: vt supra, de origi. iu. l. ij. §. deinde ex his. Accursius.

*Fl. an hæres, cui extitisset.

*Flo. poterim

III. VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum.

NEc interest, mihi quis rogatus fuerit restituere: an ei cui hæres extitissem[a].* Et si bonorũ possessor sim eius, cui fideicommissaria hæreditas relicta est[b], vel alius[c] successor: per hãc actionem experiri potero.* Sciendũ est hanc actionem aduersus eum, qui restituit hæreditatem, non competere[d]. Hæ autẽ actiones[e] mihi dantur, quæ hæredi[f], & in hæredem competunt.

a *Nec interest. Extitissem.* vt. ĩ. de peti. hære. l. iij.

b *Relicta est.* & verbo restituta.

c *Alius.* puta iure nouo: vt supra, titu. iij. l. iij. §. nouo.

d *Non competere.* immo videtur cp sic: vt. j. ad Trebeb. l. ita. §. si ex Trebelliano. quæ est contra. Solut. ibi dicit dari in eum actionem, quæ defuncto in eum competiit, scilicet ex mutuo, vel aliunde. Sed quæ est ratio, quòd peti. hæred. fideicommiss. non datur in restituentem? Respon. quia non datur, nisi contra eum, qui pro hærede, vel pro possessore, possidet: hic autem non pro hærede possidet, vel pro possessore: quia verus est hæres, licet hæreditatem restituerit: vt j. ad Treb. l. si hęres institutus. & instit. de fideicom. hær. §. restituta. secundum quosdã hoc non placet. nam talis titulus pro nõ titulo debet haberi. Sed ea est ratio: quia non possidet pro hærede, qui ad alium trãstulit. Sed quia possidet pro possessore conueniri potest peti. hære. Sed hoc intelligas quando aliquid ex hæreditate possidet, postquam hæreditatem restituit verbo: vel si re, non omnia. nam ante constat, quòd non tenetur peti. hær. sed actione ex testaméto, si iam adiuit: vel si non adiuit, poterit cogi offi. iu. adire, etiam si repudiauit: vt infra, ad Treb. nam quod. §. j. Cæterum post aditionem est actio ex testamento, vt diximus, vt fiat restitutio. post restitutionem pro rebus restitutis cessat hæc actio: quia alia ei datur. s. in rem, & suo nomine: vt in pe. hær. dixi. ĩ. de pe. hære. l. & non tantum. §. j. sed si quæ non sunt restitutæ, hac actione ex testaméto potest agi, quasi non plenè restituerit. Et nota quatuor tempora ex prædictis.

e *Actiones.* hæreditariæ singulares.

f *Hæredi.* directo qui mihi restituit hæreditatem: ad quod est j. ad Trebel. l. j. §. j.

Digestorũ
seu Pandectarum, liber sextus.

DE REI VINDICATIONE.†

TITVLVS I.

Hæc actio est ad rerum singularum petitionem. & cõpetit pro omnibus rebus corporalibus. Bartolus.

†*Rei vindicationis formulã, Cicero explicat in orat. pro Muræna. & Gell. lib. 20. cap. 9.*

DE REI VINDICATIONE.

Scilicet cui detur: & contra quem: & quæ in ea veniunt: & qualis sit. Sciendum est autem, quòd in hoc tit. principaliter de directa tractatur: infra vero si ager vec. vel emphy. tractatur de vtili. Cui detur directa, dicitur infra. e. in rem actio. l. respon. Item cui vtilis, dicitur. C. eo. si vt proponis. Item ei qui præscripsit rem longo tempore, datur vtilis: licet M. det ei directã contra quem detur, dicitur. j. eo officiũ. & C. de ali. iu. l. i. & C. vbi in rẽ actio exerceri debe. l. i. Et hoc vbi datur directo. nã quãdoque datur vtiliter: vt. j. eo. l. si culpa. & l. qui restituere. §. si vero non. & j. de noxa. electio. §. item si ex. Quæri consueuit, an is qui tantum ciuiliter possidet, sicut est is, qui dedit in feudum, possit pro eo iure quod habet cõueniri: quod verum est: non tamẽ fit præiudicium ei, qui naturaliter possidet. Et sic patet ex prædictis quòd directa directo, & directa vtiliter, & vtilis vtiliter, & vtilis directo dabitur. nam directa & vtilis, ad actorem: directo & vtiliter, ad reum refertur. Qualiter alicui dominium quæratur: licet in hoc ti. casus ponãtur: singulos prosequi nõ expedit: quia specialis est titulus infra, de adquir. re. do. & insti. de re di. Quæ veniant in hac actione, dicitur infra. in. l. i. per totum. & infra, eo. nõ solum. & l. quæ de tota. Item fructus: vt infra, eo. fructus. vt ibi plenè dices. Et quia

A *fiunt reputationes in hac actione: ideo plene dices. j. eo. in fundo. Qualis sit: & quidem arbitraria, & stricti iuris: & ideo quatuor remedia dantur: vt dices infra, eo. l. qui restituere. Et potest dici temporalis: quia quãdoque tribus, quandoque. 10. quandoque. 20. quandoque. 30. quandoque. 40. quandoque centum annis durat. Neque autem hæredi, vt hæredi: neque in hæredem, vt hæredem datur: sed quasi contra possessorem: vt infra, ad exhi. de eo. §. finali.*

I. VLPIANVS libro decimosexto ad Edictum.

POst actiones, quas* de vniuersitate[g] proposuit[h] prætor:* subiicitur actio singularum rerũ petitionis. Quæ specialis in rẽ actio locum habet in omnibus rebus mobilibus, tam animalibus[i], quàm his quæ anima carent, & in his quæ solo continentur.

B *Liberæ personæ quæ sunt in potestate nostra, non petuntur rei vindicatione: sed aliis remediis hic expressis, nisi vindicentur adiecta causa de iure ciuili. Bartolus.*

†Per hanc autem actionem liberæ personę quę sunt iuris nostri, vtputa, liberi qui sunt in potestate [nostra,] nõ petunt.[k] Petuntur igitur aut pręiudiciis, aut interdictis, aut cognitione ptoria[l]. & ita Põponius lib. trigesimoseptimo [scribit]. Nisi[m] Quiritum. [PER HANC.] Non solum res singulares, sed C etiam vniuersales, quæ scilicet rectæ sunt, per hanc actionem peti possunt: sicut grex, equitium, armentum, & similia. veruntamen ad hoc vt grex vindicetur, non oportet quòd singula capita condicantur per hanc actionem.

Post actiones. [PROSVS. Ponit iurisconsul. cõtinuationem huius ti. ad superiores: quod dictum est in superioribus quibus modis vniuersitates petitur: nunc qualiter res singulares: & ita de speciali: & habet locum ista actio tam in re mobili quàm in immobili. [PER HANC.] Cum ista actio detur pro omnibus rebus: an pro liberis personis detur, quæritur. Et dicitur quòd non. vt de si volo filium meum petere quę dico in potestate mea: agam prę iudiciali, & interdicti & officio iudicis: veruntamen dicitur quòd possum vindicare filii adiecta causa de iure

g *De vniuersitate.* scilicet querelæ, & pet. hæred. quæ est vniuersalis: vt supra, de pe. hæred. item videndum. §. fin. & l. sequen. Azo. Sed certe per querelam non petitur vniuersitas: sed testamentum rumpi: vt supra, de inoffic. testa. Papinianus. in fin. Dic ergo vel hic plurale pro singulari poni: vt supra, de peti. hæred. diuus. in fin. vel quòd de peti. hæred. directa & vtili dicat: de qua etiam vtili posuit duos titulos. supra, proxim. duobus titulis.

h *Proposuit.* si habes, prætor, vel subaudias: dic approbando: vt supra, si pars hæred. pet. l. j. j. respon. si non habes: dic, iurisconsultus, vel senatus.

i *Animalibus.* quæ per se mouentia dicuntur: vt infra, de verbo. signi. l. mouentium.

k *Non petuntur.* quia rei vind. datur ei qui dominus est de iure gentium vel ciuili: vt infra, eod. in rem actio. in princip. sed istæ liberæ personæ sunt, & non sunt in alicuius dominio. ergo non datur actio in rem, nisi adiecta causa: vt subiicit. Accursius. D

l *Prætoria.* scilicet erunt petendi: & dic, prætoriis, id est prætoriis exceptionibus: veluti si ageret filius contra patrem, & pater obiiceret, agere non potes, quia meus filius es. & sic in modum exceptionis semper opponi debent: secundum Ir. Sed hæc glos. nulla est: quæ hic loquitur cum filius petitur, non cum in modum exceptionis repellitur. Tu ergo dic, prætoriis, id est prætorialibus in rem actionibus: vt institu. de act. §. prætoriales. Et dicuntur ideo prætoriales actiones & exceptiones: quia prius de eis cognoscitur quàm de alia principali quæstione pronuntietur. Sed certe hac ratione quælibet exceptio dicetur prætorialis: quia semper prius cognoscitur de ea quàm de principali quæstione pronuntietur: sed sententia in principali quæstione fertur: vt. C. de or. cog. l. j. ij. &. iij. & l. cum status. Dicuntur ergo prætoriales, quia sic prætoriant vt interim aliæ quæstiones differantur donec de hac iudicetur. differantur dico, quantum ad definitionem, id est cognitionem: non quantum ad litem contestatam. nam & in causa liberali hoc fit: vt. j. de lib. cau. ordinata.

m *Nisi forte.* excipit ab eo, quod dixit non posse vindicari. Azo.

BIU Cujas

fortè, inquit, adiecta [a] causa quis vindicet. Si quis ita petit filium suum [b] vel in potestate [c] ex iure Romano [d]: videtur mihi & Pomponius consentire, rectè eum egisse. Ait enim adiecta causa ex lege Quiritũ vindicare posse [e].

Hac actione vindicatur, etiam vniuersitas rerum in totum, vel in partem: nõ obstante quòd aliqua pars particularis non sit vindicantis. b. d. cum. l. seq. Bartolus.

¶ Per hanc autem actionẽ non solum singulæ res vindicabuntur: sed posse etiam gregem [f] vindicari. Pomponius libro lectionum [variarum] vicesimo quinto scribit. idem & de armento [g], & de equitio [h], cæterisque, quæ gregatim habẽtur, dicendum est [i]. Sed enim gregẽ sufficiet ipsum nostrum esse, licet singula capita nostra non sint [k]. Grex enim, non singula corpora, vindicabuntur.

II. PAVLVS libro vicesimo primo ad Edictum.

SEd si par numerus duorũ [l] interfuerit, neuter solidum gregem, sed nec * partẽ dimidiam totius eius vindicabit [m]. Sed si maiorem [n] numerum alter habeat, vt detracto alieno, nihilominus gregem vindicaturus sit [o]: in restitutionem nõ veniunt aliena capita [p].

III. VLPIANVS libro sexto decimo ad Edictum.

MArcellus [q] libro quarto Digestorum scribit: Qui

a *Adiecta causa.* de iure Romano: vt subiicit. Sed nonne hoc in sequenti vers. si quis ita. repetitur vt superfluum? Respon. non: quia primo sub dubio: postea indubitanter respon. Azo.

b *Petit filium suum.* sibi exhibendum ab aliquo. Azo.

c *Vel in potestate.* sua esse dicat, cum filius contradicat. & sic à semetipso. Azo.

d *Romano.* quo filij sint in nostra potestate vt instit. de pat. po. §. ius autem.

q *Datum esset.* scilicet noxali; in qua cõdemnari debet adhuc.tenetur enĩ noxaliter : quia seruum promisit iudicio sisti : quem tempore litis contestatæ possidebat : vt supra, si ex noxa.causa.l.j. Idem & si non promisisset:licet sine culpa desiit possidere : quia personalis est obligatio : vt infra, de noxa.si plurium seruus.§.fin. hic tamen est in culpa,quia non exegit cautionem : vt arg. infra, ad.l.Fal.dolo.& infra, si cui plus quàm per.l.Fal.hęc aut.§.hęc cautio.secundum Azo. Secus autem est vbi à multis noxaliter conuenitur : quia tunc occupãtis est cõditio melior, & cæteris actio denegatur : vt infra,de noxa . si quis à multis. Accursius.

r *Æstimare.* id est in litis æstimationem cõdemnare: vt supra,eod. si in rem.Accursius.

s *Contigisset.* bona ratio: vt.ṡ.eo.si in rem.secus autem in cõuersione vt.ṡ.diximus. In casu isto tamen nihilominus debet caueri possessori ab eo qui noxali egit : quia saltẽ de facto poterit rei vind. conueniri: vt.ṡ.l.proxi.Accursius.

t *Habitator.* vt fructuarius, vel colonus, vel inquilinus, vel quilibet bo.fi.possessor.

u *Post annum.* Forte post finitum tempus suum habitandi. Vel dic, quòd propter vsucapionem dicit . quia videbatur dominus vsucepisse iure isto: vt insti.de vsucap.in princip.Sed non est ita: quia non possidet fenestras & similia qui domum possidet: vt infra,de vsucap.eum qui.in prin.

x *Ne.* id est.an. Azo.

y *Iuncta.* quo casu ex conducto agit inquilinus: vt tollere possit sine læsione prioris status, de damno infecto promittens : vt infra,loca.& conduc.sed addes.§.si inquilinus.

z *Atque.* id est postquam.

a *Pristinam causam.* nisi pretium à domino fuisset solutum: vt institu. de rerum di.§.cum in suo.versic. appellatione.

b *Qvod infans.* id est,minor.vij.ann. vt.C.de iure delibe.si infanti. secus in proximo pubertati : vt infra, de reg. iur.l. pupillus.

BIU Cujas

pupillus. Azo. Et erit ratio in vtroque: quia infantem tuetur innocentia consilij, furiosum infelicitas fati: vt. j. de fica. l. infans, & infra, de admini. tu. l. fi. in fi. &. j. ad. l. Aquil. sed & si. §. iniuriam.

Minicius. IAVOLENVS. Si nauem meã asseribus tuis refeci, rema net mea. si tuis tabulis naué feci: tua erit, & æstimari debet.

Quod adiicitur rei causa refectionis, ipsi rei cedit: si quid de nouo affigitur, ad dominum iure pertinet. Bartolus.

LXI. IVLIANVS libro sexto ex Minicio.†

MInicius interrogatus, si quis nauem suam aliena materia refecisset, num nihilominus eiusdē [a] nauis maneret? respondit manere: sed si in ædificanda [b] ea idem fecisset, non posse. [c] Iulianus notat [d]. Nam proprietas totius nauis [e], carinæ causam sequitur.

Accessiones ciuiles in hac actione veniunt sicut naturales. Bartolus.

LXII. PAPINIANVS libro sexto Quæstionum.

SI nauis à malæ fidei possessore [f] petatur, & fructus [g] æstimandi sunt: vt in taberna & area quæ locari solent. Quod non est ei contrarium, quòd de pecunia deposita quam hęres [h] nõ attingit, vsuras præstare nõ cogitur. [i] Nam etsi maximè vectura, sicut vsura, non natura peruenit, sed iure [k] percipitur [l]: tamen ideo vectura desiderari potest, quoniam periculum nauis possessor petitori præstare non debet [m]: cum pecunia periculo dantis fœneretur. [n]

Fructus percipiendi intelliguntur, qui à petitore percipi potuerunt. Bartolus.

GEneraliter [o] autem, cum de fructibus [p] æstimandis quæritur: constat animaduerti debere, non an malæ fidei possessor fruitus* sit: sed an petitor frui potuerit [q], si ei possidere licuisset. quam sententiam Iulianus quoque probat.

Ei qui culpa desiit possidere, & propterea litis æstimationem soluit: sunt cedendæ actiones: & competunt vtiles sine cessione contra extraneum: & etiam contra dominum cui litis æstimationem soluit. Bart.

LXIII. IDEM libro duodecimo Quæstionum.

SI culpa, non fraude [r] quis possessionẽ amiserit [f]: quoniam pati debet æstimationem, audiendus erit à iudice, si desideret, vt aduersarius actione sua cedat: cum tamen prætor [ei] auxilium quandoque laturus sit, quolibet alio possidẽte, nulla [t] captiõe adficietur. Ipso quoque, qui litis æstimationẽ [u] perceperit, possidente, debet adiuuari: [x] nec facilè [y]

quia malæ fidei possessor est, sic precisæ audiatur. Sic & contra furem quis auditur: vt. j. de fur. l. ei qui.

a *Iudicati.* id est. condemnati. Accursius.

Cvm in rem.] *CASVS.* Petij rem meam à te, obtinui. non solum venient fructus quos percepisti tu fructuarius, sed etiam quos percipere potuisti: vt flores, fœnum, & similia. q. d. omnis vtilitas veniet. Vi.

b *Non fructui.* id est, in quibus vsus non vsusfru. constitui potest: vt in his quæ solo vsu consumuntur: vt instit. de vsufru. §. constituuntur. & infra, de vsufruct. earum rerum quæ vsu con. l. j. &. ij. Sed hoc non placet: quia in his rebus potest esse & solus vsus, quibus & vsusfructus, & econtra: vt infra, de vsu & ha. l. j. Dic ergo, id est eorum quæ quis haberet hoc ipso, q̃ esset vsuarius, licet vsufructuarius non esset: quæ sunt multa: vt instit. de vsu. & hab. §. j. ij. &. iij. vel dic, de vasis & similib⁹ in quibus vsus non vsusfructus est: vt infra, de vsuris. lege. iij. §. finali &. l. videamus. Accur.

* *posita.* Flo.

c *Fructus.* id est. vtilitatem, quæcunque illa sit.

Emptor.] *CASVS.* Obligaui tibi fundum pro decem, quem vendidisti Titio. si petam fundum à Titio: an repellet me per exceptionem, nisi restituam id pro quo fundus fuit obligatus: id est sortem & vsuras? Et dicitur quòd sic: nisi tantum percepisset ex fructibus. [*ANCILLAM.*] Filiã meã copulaui alicui in matrimonium. dedi ei ãcillam: non vt haberet in dotem, sed in peculium. decessi, nunquid ancilla erit hæreditaria? Dicitur quòd sic. Sed pone, quòd nolui in testamento, quòd filia esset hæres: & sic in cæteris bonis eam exhæredaui. dicitur q̃ ancilla erit filiæ. Accursius.

d *A non domino.* puta, à creditore qui non habuit ius vendendi: vt infra, de le. ij. l. fi. §. quatuor. Vel secundo, quando mala fide emit colludens in pretio: creditore vendente ex pacto vel ex lege, quo etiam casu opponitur exceptio doli mali vel in factũ: vt hic, &. C. si vendi. pig. l. j. in fi. Si autem habuit ius vendendi, & bona fide emit: fieret emptor dominus: & non teneretur actione in rem, de qua hic dicit: vt instit. qui. alie. licet. §. j. Vel dic tertio, quòd à non creditore emit pro decem. Item creditori soluit cui hoc prædium erat obligatum pro. xv. retinet ergo prædium pro his. xv. non autem pro. x. quia illa in vtilitatem domini non venerunt. & sic loquitur lex quæ est contra. C. de rei vin. l. mater. & C. de fur. l. in ciuilem. & facit ad hanc infra, de pigne. actio. l. si creditor. *ADDITIO.* Solue secundum Bartolum. & dic, quòd in legibus in contrarium allegatis pretium non erat conuersum in vtilitatẽ domini: hic sic. & de hoc vide plene per eũdẽ Barto. in. l. ij. de quadrien. præscrip, & infra, de præscrip. xxx. anno. l. j.

e *Medii.* medium est postquam soluit, vsquequo conuenitur.

f *Superfluum.* id est, illud quod excedit fructus perceptos. & hoc si minus &c. vnde & si totidem sunt, in totum fit compensatio. sicut enim fructus aliàs cum impensis compensantur: vt supra, eodem. l. sumptus. in princi. ita merito compensantur hic fructus cũ vsuris. & hoc est quod subiicit, nam eos &c. vt & dicitur. ff. de

dus erit ille, si velit postea pecuniam, quam ex sententia iudicis periculo iudicati [a] recepit, restituere.

Ea quæ sunt in vsu, non habentur in fructibus. Bartolus.

LXIIII. IDEM libro vicesimo Quæstionum.

CVm in rẽ agitur: eorũ quoque nomine, quæ vsui, nõ fructui [b] sunt, restitui fructus [c] certum est.

Possessori debet restitui pretium à domino, quod est in eius vtilitatem versum cum vsuris: habita tamen fructuum compensatione. Bartolus.

LXV. IDEM libro secundo. Responsorum.

EMptor prædium, quod à non domino [d] emit, exceptione doli opposita* non aliter restituere domino cogetur, quam si pecuniam creditori eius solutam, qui pignori datum prædium habuit, vsurarúmque medij [e] temporis superfluum [f] recuperauit, scilicet si minus in fructibus ante litem perceptis fuerit. Nam eos [g] vsuris nouis duntaxat compensari, sumptuum in prędium factorum exemplo, æquum est.

Verba enuntiatiue prolata per modum causæ, dispositionem inducunt iure exceptionis. Bartolus.

VAncillam quæ non in dotem data, sed in peculium filię cõcessa est, peculio, filiæ non legato, mancipium hæreditarium esse conuenit [h]. Si tamen pater dotis, ac peculij contemplatione filiam exhæredauit, & ea ratione reddita [i], nihil ei testamẽto reliquit, aut eo min⁹ [k] legauit: filiam defensio tuebitur voluntatis [l].

Res quæ subiacet restitutioni, potest à domino interim vindicari. Bartolus.

LXVI. PAVLVS libro secundo Quæstionum.

NOn ideo min⁹ rectè quid nostrũ esse vindicam⁹ [m], quòd abire à nobis dominium speratur, si conditio legati, vel libertatis extiterit.

Pecunia in re empta inuenta, si est thesaurus, reddetur emptori: si pecunia, reddetur venditori. Bartolus.

LXVII. SCAEVOLA libro primo Responsorum.

ATutore pupilli domũ mercatus, ad eius refectionem fabrum induxit. is [n] pecuniam inuenit. quæritur, ad quem pertineat? Respondi: Si non thesauri fuerũt [o], sed pecunia fortè perdita, vel per errorem ab eo ad quem pertinebat, non ablata: nihilominus eius eã esse, cuius fuerat.

A condemnato in rei vindicatione potest res auferri manu militari, si res possidetur, vel contra dolosum iurari in litem: aliàs si executio in vera æstimatione, seu aduersarii interesse. & prædicta sunt generaliter vera in omnibus actionibus. h. d.

LXVIII. VLPIANVS libro quinquagesimoprimo ad Edictum.

A minori. l. minor annis. xxv. §. prædia. Vsuras autem nouas vocat quas petit emptor ratione temporis post solutionẽ currentis. non ergo dicit de his quas emptor soluit creditori. Et sic no. q̃ ad vsuram solutam, vel sortem, non fit cõpẽsatio. Dicit ergo nouas, respectu veterũ: quas hic debitor dudum creditori soluit, vel soluere debuit, secũdũ Azo. quæ repetũtur vt sors: non tamen faciunt aliã vsurã: licet sors soluta faciat: vt. j. qui potio. in pig. ha. si prior. §. sciendum. secundũ Azo. & id tẽpus quo hæc currunt, dicitur mediũ tẽpus. Sed quare fructus tantũ ante lit. cõtestat? Rñ. imò & post perceptionem. Sed de primis ideo dicit, quia magis dubitabat. posteriores enim valde ad officiũ iudicis pertinent: vt. j. de ædil. edic. l. ædiles. j. §. ité sciẽdũ. Sed quid si pendente cõditione legati hæres alienet: & postea dudũ extitit cõditio. factę sunt expensæ à bonæ fidei emptore: ideo opponit doli exceptionẽ, & ego cõpenso fructus quos cõditione pendente percepit: an possum? Rñ. deo, non: quia illo tẽpore mei non erãt, nec res, nec eos petere poteram: vt. C. de caducis tollen. §. sinauté. Acc.

g *Eos.* s. fructus. & sic no. hic casum, in quo bo. fid. possess. non lucratur fructus: vt & not. supra, eo. l. sumptus. & regulariter contra: vt infra, finium regun. l. iiij. §. penul.

h *Conuenit.* iure communi.

i *Reddita.* à parte. Accursius.

k *Eo minus.* id est propter id. s. quòd dotem ei legauerat & peculium: noluit eam hęredem esse: & hoc expressit: vt hic, & infra, de hære. instit. l. qui volebat.

l *Voluntatis.* scilicet expressæ. & hoc scilicet per exceptionem: non autem per actionem, secundum H. Nec est contra infra, de leg. ij. l. Titia. § Gaius. quia exceptionem nõ actionem competere intelligendum est. Accursius.

Non ideo.] *CASVS.* Instituto me hærede, & quibusdam seruis libertate relicta sub condi. vel aliqua legata erant eis sub condi. relicta: serui, vel res ab aliquo possidentur: an eosdem vindicare possim, quæritur. Et dicitur quòd sic. Viuianus.

m *Vindicamus.* scilicet nos hæredes, à quibus est relicta libertas seruorum, vel etiam fundus sub conditione: vt infra, de condic. fur. si seruus. & infra. ad Syl. l. j. §. serui. & infra, fa. ercis. l. & post. §. res. vel pone exemplum, vt infra, de noxa. l. si quis seruum. vel vt infra, de regu. iur. l. plerunque. in fin. titu. sed argu. contra. infra, de vsufru. l. si fur.

n *A Tutore. Is.* scilicet faber inuenit pecuniam in hac domo sub terra. Accursius.

o *Fuerunt.* scilicet hi nummi. nam si thesauri fuissent, non crederentur habere dominum: & ideo pro dimidia inuentoris, pro alia dimidia domini soli fiunt: vt. j. de adqui. re. do. l. nunquam. §. thesaurus. & insti. de re. diui. §. thesauros.

Qui restituere.] *CASVS.* Rem quam petebam à te, iussu iudicis nolebas restituere. si post penes te est: debet auferri à te manu militari. & si dolo desiisti possidere, iurabo in litem. si vero non possides, nec dolo desiisti possidere, condemnaris ad interesse. & ista obtinent quacunque actione agatur. Vi.

iussus

BIU Cujas

QVi restituere † iussus [a], iudici non paret, contendens [b] [se] nō posse restituere: si quidem habeat rē [c], manu militari [d] officio iudicis ab eo possessio transfertur [e]: & fructuū dumtaxat [f], omnisque causæ [g] nomine cōdemnatio [h] fit. Si verò nō potest restituere: siquidem dolo fecit, quo minus possit: is, quātum aduersarius in litē sine vlla taxatione [i] in infinitum iurauerit, damnādus est. Si verò nec potest restituere, nec dolo [k] fecit, quò minus possit: non pluris quàm quanti res est [l], id est, quanti aduersarij interfuit, condemnandus est [m]. Hæc sententia [n] generalis est, & ad omnia, siue interdicta, siue actiones in rem, siue in personam sint, ex quib⁹ arbitratu iudicis quid restituitur [o], locum habet.

Ei qui dolo desiit possidere, non cauetur: nec actiones ceduntur, nec Publiciana datur. Item potest petitor omisso iuramento in litem petere veram æstimationem. Bar.

LXIX. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum.

IS qui dolo [p] fecit, quò minus possideret: hoc quoque nomine punitur, quòd actor cauere ei non debet [q], actiones [r] quas eius rei nomine habeat, se ei præstaturum.

LXX. POMPONIVS libro vicesimonono ad Sabinum.

NEc quasi Publicianā [s] quidem actionem ei dandam placuit: ne in potestate cuiusq; sit, per rapinam ab inuito domino rem iniusto [t]* pretio cōparare.

LXXI. PAVLVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

QVod si possessor quidē dolo fecit, actor verò iurare non vult, sed quāti res sit, aduersarium condemnari malit: * mos ei gerendus est [u].

a *Iussus.* per sententiam primam, vt rem petitam restituat. nō tamē dicit, debeat hoc sibi iuberi, vel nō: sed dices ī fine huiꝰ legis.

b *Contendens.* ſ. per mendacium: vt. j. de re iudi. l. debitoribus. in prin. Sed si vere, non tenetur, nisi dolo, vel culpa possidere desiit. sed & si posſideret, & implorat, tempus ad restitutionem debet habere: vt instit. de offic. iud. §. j.

c *Habeat rem.* in prodatulo, vt appareat.

d *Manu militari.* [2] vel adiectium: & est vna harum: vel dic, quòd sunt duæ partes. Accursius.

e *Transfertur.* immo manu, vel executio mittaris debet cessare in negotiis priuatorū: vt. l. C. de offi. mili. iudi. l. j. nec quæ est contra. Sol. illegale generale, hoc speciale. Vel illud locum habet, quando aliud subest: vt. l. tutores rem reddidit: nec vt ar. C. de his qui latro. vel cri. reos occul. Vel quod est verius, b hic de manu militari dicit: hoc est de ipsis executoribus: quod potest fieri: non autem militibus: vt in. l. cō nisi: nisi in subsidiū: nō. de his qui latro. ſ. fi. quo etiā casu potest hic loqui: vt dixi vel quod ibi dicit, hoc sonat, vt magister militum non habeat iurisdictionem inter priuatos: quod est verum. Et eit simile, vt præcisè sit præstandum: vt infra, de lib. cau. duobus, & C. de fideicom. lib. l. fi. & j. ne vis fiat ei, qui in possess. C. mis. est. l. fi. in prin. & ſ. de peti. hære. si possessor. §. penul. ibi, sed & si quidem & c. *ADDITIO.* Dic rationem, secundum Bal. hic, quia vbicūque æquitas dictat, quòd reus præcisè teneatur, tunc compellitur præcisè: sed in reali hoc dictat æquitas: vt. j. eo. l. nec quasi. ergo & c. secundum Pe. in brocard.

f *Dumtaxat.* non alterius rei: non enim excludit rem ipsam. vel dic, quòd excludit solum iuramentum in litem. nam cum res aufertur manu militari, non iuratur in litem nisi petitor eligat illam viam. & hanc dimittat. vel dic, aliud malum a modo non habebit, cum eligatur manus militaris.

g *Causa.* id est, vtilitatis: vt. ſ. e. l. præterea.

h *Condemnatio.* id est, executio condemnationis factæ de fructibus, & causa: vel dic, fructuum post sententiam.

i *Vlla taxatione.* à lege facta. fit tamen à iudice: vt. ſ. de dolo. arbitrio. §. j. & j. de in litem iuran. l. videamus. §. pe. & j. ad exhi. l. iij. §. ij. quæ sunt contra. *ADDITIO.* Solue & dic, quòd taxatio non fit à lege, vt hic: sed à iudice sic: vt in contrario, secūdū Bar.

k *Nec dolo.* sed culpa: vt supra, eo. l. à quo. in fin. & supra, de peti. hære. & non tantū. §. veniunt. versi. immo. Alioquin nō teneretur: vt. j. man. l. si procuratorem. §. fin. & infra, sol. mat. l. Mæuia. Azo. & ſ. eod. sinautem. §. j. Accursius.

l *Quanti res est.* hoc casu, & superiori aliud petitur: & aliud in condēnatione deducitur. quod dic, vt. j. si cer. peta. l. vinum. Ac.

m *Condemnandus est.* in primo ergo casu cum possidet, quatuor sunt mihi prodita auxilia: rei ablatio, in litem iuratio, interesse præstatio, & rei veræ æstimatio. In secundo quando dolo desiit possidere tria vltima, præter primum, locum habent contra eum. Quod est verum, si extat: aliàs non iuratur in litem: vt. ſ. de peti. hære. si possessor. §. fi. & l. seq. Vel dic, ibi in petit. hære. vbi secus. Si vero non dolo desiit possidere, sed culpa: duo tantum vltima. Si nec dolo, nec culpa, nullum: & habent locum hæc auxilia, tunc tantum: & semper tunc, quando quod est meum peto, secundum R. & Ir. & Bul. & sic intelligunt, quod statim sequitur, hæc sententia &c. scilicet quòd prædicta auxilia locum habeant. Sed hoc est falsum, secundum Io. quia etiam in donatione & promissione vbi peto, quod non est, nec fuit meum, locum habent, præter iusiurandum in litem: vt instit. de dona. §. aliæ. Dicit ergo Ioan. hanc. l. loqui cum iudex iusit eum restituere, licet iniuriose quādoque: puta cum reus potest se liberare præstito interesse: sicut in re vendita contingit: c vt infra, de act. emp. l. j. Non ergo dicit quando iubere debeat: sed cum iubeat, licet iniuste. & secundum H. hæc verba quæ sequuntur, hæc sententia & cætera. dic id est, de re manu militari auferenda: nō de iureiuran. in litem. nā aliàs vbicumque ex obligatione quis tenetur dare, ad rem debet dari: vt infra, de ver. obli. vbi autem. §. fi. nō nisi actio sit arbitraria, vel bo. fi. vt infra, de in litem iuran. l. in actio- nibus. A simili si est cō demnatus dare, vel tradere præcise, manu militari cogatur ad hoc: non tamen in litem iuretur. Et secūdum hoc intelligite de interdictis: quòd hæc generalitas quæ subiicitur, ad arbitrarias tantum restringitur. Sed quare poneret de interdictis, cum nulla inueniantur arbitraria? ideoque hoc non placet. Illud autē verum est, quòd quatuor auxilia in arbitrariis tantum locum habent, secundum Azo. & in bonæ fidei.

c *Ipsud dicit Hū gl. dicit Bal. hic vel de no. quòd* *editor libe- rat: ſſtā- do ītereſſe: litem iuran. l. in actio- sentētia de- finitiua ſup traditione vei. nā tunc pdit benefi- ciū ſoluēdi re. qđ not. Flo. iuſto Flo. ma- luit:*

n *Sententia.* quòd prædicta quatuor auxilia locum habeant, secundum Bul. & alios qui dicūt quādo peto meū: vel, id est, quòd manu militari offi. iudi. auferatur, secundum Io. qui in omnibus intelligit: ex quo est iussum. Vel secundum tertios, qui ad arbitrarias restringunt, dic vt prius.

o *Restituitur.* id est, restitui iubetur. Sed quæritur an sententia de re restituenda sit definitiua, vel interlocutoria. & videtur interlocutoria primo, quia in arbitrariis duæ ferūtur sententiæ. at. ambę non possunt esse definitiuæ, sed sola vltima. Item non inuenitur, quòd ab ea appelletur: quod est proprium interlocutoriarū: vt. j. de ap. re. l. ij. Et econtra videtur definitiua. nam per eam deciditur lis tota, & finis controuersiæ principali imponitur: ergo est definitiua: vt. j. de re iudi. l. j. Iteꝰ principalis quæstio est de restituenda re: ergo sententia de ea dicta est definitiua. Item mādatur executioni per manum militarem: ergo est definitiua sententia. Solu. dico quòd est definitiua: & quòd aufertur postea res manu militari, est executio, non sententia. Quod patet ex eo, quia si alicui est delegata causa restitutionis rei, data illa sententia finitur eius officium, & remittitur ad ordinariū executio ista: vt in auth. de exhi. §. si vero. coll. v. Quod autem obiicitur, quòd non reperitur, quòd ab huiusmodi sententia appelletur: respon. nec reperitur, quòd ab ea non appelletur.

IS qui.] *CASVS.* Si rem quam à te petere volebam, dolo desiisti possidere, iurabo in litem si volo: nec tibi debeo cedere acti. sed si iuraui, vel æstimationem sum consecutus: nunquid habeo Publicianam? Et dicitur quòd non. Viuianus.

p *Iis qui dolo.* secus si culpa: vt. ſ. eo. si culpa. Accursius.

q *Non debet.* vt ar. ſ. e. l. ex diuerso *. §. petitor. sed contra. ſ. eo. l. hæc si res. Solu. vt ibi. Item contra. infra, de re iudi. l. in depositi. * & ex diuerso.* Sed ibi in bonæ fidei, hic in stricti iuris. Item ibi habuit causam ab actore: hic non. pro quo est infra, de dona. inter virū & vxorem, si donatæ. Item hic in eo in quo deliquit, debet puniri, scilicet circa possessionē: ibi aūt in possessione deliquit, quam dolo desiit possidere: non tamen debet puniri in actione ex contractu qua agit, vt ei fiat cessio, in qua nō deliquit: imò bona fi. cōtraxit.

r *Actiones.* scilicet in rem. Accursius.

s *NEc quasi Publicianam.* id est, vtilem in rem.

t *Iniusto.* iustum, vel iniustum sit, habetur pro iniusto: vt hic, & j. rerum amota. l. non enim. & l. ideoque. Accursius.

u *QVod si possessor. Mos ei gerendus est.* hæc verba dixit Pla. se non intelligere: sed tu dic; id est consuetudo iudiciorū, ita se habet, vt audiatur: vt. j. de proba. l. circa. in fi. Ac.

SI à Titio.] *CASVS.* Titius vendidit mihi fundū Sempronij, quē dicebat ad se pertinere: decessit Sēpronius Titio hērede institutō:

BIU Cujas

instituto: Titius eundem alij vendidit: quis nostrum potior est? Dicitur quòd ego. si vero fundum à me petat hæres, repellam eũ excep. si vero ad Titium peruenit fundus, potero ab eo petere: & si excipiat quòd à non domino emerim, potero replicare de dolo: cum ab eo emptum habuero. Viuianus.

a *Si à Titio.* non dño.

b *Pretio soluto.* maximè: vt. j. titu. j. l. de pretio. Vel dic speciale: qa contra dominum datur, sicut & quando directam in rem intẽderet: vt. C. eod. l. quotiens. vel ideo, quia loco pignoris &c. vt infra, de act. emp. Iul. §. offerri. vel ideo, quia res venditæ &c. vt. §. venditæ. instit. de re. diui. & sic propter venditorem dicit hic de pretio soluto.

c *Vt tu potior.* scilicet prior emptor.

d *Peteres.* per Publicianam: vt. j. de excep. rei ven. l. pe. &. j. de doli ma. excep. l. apud Celsum. §. si à Titio. & sic no. ex superueniẽte dominio confirmari alienationem: vt hic, &. j. de vsuca. l. cum vir. & in authen. de non eli. secũ. nubẽ. §. hoc quoque prospeximus. col. j. Item pignus: vt infra, qui po. in pig. ha. l. creditor. §. cum ex causa.

Dominium superueniẽs alienationẽ cõfirmat.

e *Replicatione.* scilicet rei vin. & sic poteris eum cogere, vt in te transferat dominium. Non enim dico, quòd etiam si tu possideas, quòd efficiaris statim dominus cũ venditor factus est dominus: nisi iterum tradatur postea pos. arg. j. de ac. emp. l. si quis alienam. licet sit arg. contra. j. si certum pe. proindẽ. &. C. de secun. nup. auth. sed & si quis. Et hoc quòd non transeat dominium, dico maxime ea ratione, quia dominus in hoc non consenserit: neque dominium transferre voluit. Et not. quòd hic est casus, in quo Publiciana datur contra dominum.

Publiciana competit contra dominum, quando possessor & petitor habuerunt causam ab eodem: vel possessor à petitore. Bar.

LXXII. VLPIANVS libro sexto decimo ad Edictum.

SI à Titio [a] fundum emeris Sempronij: & tibi traditus sit pretio soluto [b]: deindẽ Titi' Sempronio hæres extiterit, & eundem alij vendiderit, & tradiderit: æqui' est, vt tu potior [c] sis. Nam & si ipse venditor eã rem à te peteret: exceptione eum summoueres. Sed & si ipse possideret, & tu peteres [d]: aduersus exceptionem dominij, replicatione [e] vtereris.

Conuentus rei vindi. non cogitur respondere sit dominus in totũ, vel pro parte. Bar.

LXXIII. IDEM libro septimo decimo ad Edictum.

IN speciali actione [f] non cogitur possessor dicere, ꝓ qua parte eius [g] sit. Hoc enim petitoris munus [h] est, non possessoris. Quod & in Publiciana obseruatur.

Superficiario cõpetit vtilis actio in rẽ. Bar.

LXXIIII. PAVLVS libro vicesimoprimo ad Edictum.

SVperficiario, * id est, qui in alieno solo superficiẽ ita habet, vt certam pẽsionẽ prẽstet,

LXXV. VLPIANVS libro vicesimosexto ad Edictum.

PRætor causa cognita in rẽ actionem [i] pollicetur.

Quod iuris est de toto quo ad totum, idẽ de parte quo ad partem. Bartolus.

LXXVI. GAIVS libro septimo ad Edictũ prouinciale.

QVæ de tota re vindicanda dicta [k] sunt, eadem & de parte intellegẽda sunt: officioq́ue iudicis continetur, pro modo partis, ea quoq; restitui iubere, quæ simul cum ipsa parte restitui debent.

Admittitur incerta ꝑtis vĩdicatio si ex ꝑte actoris est iusta causa ignorãtiæ. Bar.

INcertæ partis vindicatio datur [l], si iusta causa interueniat. Iusta autem causa esse potest, si fortè legi Falcidiæ locus sit in testamẽto, propter incertã detractionẽ ex legatis: quę vix apud iudicem examinatur [m]. Iustam etenim habet ignorantiã legatarius, cui homo [n] legatus est, [si hæsitet] quotam partem vindicare debeat. itaque talis [o] dabitur actio. Eadem & de cæteris [p] rebus intellegemus.

Si venditor, vel donator, rem conducit ab eo cui dedit: ipsa cõductio transfert possessionem, quã habet, & etiã dominiũ. Bar.

LXXVII. VLPIANVS libro septimodecimo ad Edictum.

QVædam mulier fundum ita non marito [q] donauit per epistolam, & eundem fundum ab eo cõduxit [r]. [Dixi] posse defendi, in rẽ ei [s] competere [actionem,] quasi per ipsam adquisierit possessionem [t], veluti per colonam.

Hæc lex inpãd. Flo. incipit, Id est. & vox Superficiario, finit legẽ superiorem, præceditque epigraphẽ huius legis.

Publiciana quandoque cõtra dominũ datur.

f *In speciali actione.* i. in rei vin. sed in personali secus quandoq;: vt infra, de inter. actio. l. qui interrogatur.

g *Eius sit.* ratione dominij. sed pro qua parte possideat, sic: vt infra, de interro. ac. l. qui seruum. §. in iure.

h *Munus.* id est onus. probare scilicet, dominium &c. vt. C. de edẽ. qui accusare.

i *Prætor. In rem actionem.* scilicet vtilem, si modo pensionẽ soluat: non aliàs quo ad dominium: vt. j. de pig. act. tutor. §. fin. & infra, de ope. no. nun. in prouinciali. §. pe. & infra, si ager vec. vel emphy. l. j. Item & Publicianam, si à non domino habet: vt infra, ti. j. cum sponsus. §. in vectigalibus. Item hoc si non ad modicum temp. conduxit: vt infra, de superficie. l. j. §. quod aũt ait.

QVæ de tota.] CASVS satis planus est. [INCERTAE.] Quotiens quis habet iustam causam petendi, incertus tamen quantum petat, incertam partem petere potest. verbi gratia, aliquis reliquit mihi in testamento, quasi totam hæreditatem exhauriẽs, adeo quòd locus est Fal. cum incertũ sit, quod debeat detrahi de seruo mihi relicto: vnde per cõsequens incertus sum quid petere debeam. Dicitur quòd incertam partem potero vindicare. Viuianus.

k *Dicta sunt.* vt si totus sit fundus petitus, restituantur fructus precepti & percipiendi. idem est si pars petatur. Et sic not. arg. quod iuris est in toto, quo ad totũ: idem est in parte, quo ad partem: vt infra, pro derelic. l. an pars. & plene dixi infra, de vsur. l. qui scit. in principio.

l *Datur.* sic enim dicit in libello: vindico tantam partem huius rei quantam Falc. mihi permittit. non aũt dicam, vindico partẽ incertam. Iudex tamẽ licet prædicto modo petã: vt prius dixi: sua sententia debet facere certum: vt instit. de act. §. curare. vel si non potest, debet iubere totũ solui vt legatarius promittat reddere, quod acceperit plusquam licuit: vt infra, si cui plus quàm per legem Falc. l. j. Azo. vel incerta sententia dabitur, secundũ libellũ: vt instit. de act. §. curare. Aliud autem puto in parte incerta hæreditatis petita, vt iudex non teneatur iubere certum: sed possit pronũtiare incertum, quia iudicium est vniuersale: vt. ff. si pars hæreditatis pe. l. j. in fi. H. Item op. incerta pars vindicatur, vt hic: ergo incerta pars possidetur, cum possessio paritat. ctionem in rem: vt. C. de alie. iu. l. j. Sed hoc falsum est: vt. j. de adqui. poss. l. iij. §. incertæ, quæ est cõtra. Rñ. hic est fallacia, secundum accidens. nam non valet hoc arg. incerta vindicatur: ergo incerta possidetur. Ioan.

m *Examinatur.* vt verùm videatur, vt. j. cõmuni diui. & si non. §. j. & facit. j. ad. l. Falc. q fundũ. §. si cui. Sed certe immo videtur, quòd semper sit certum quantum debet detrahi: quia de singulis quarta. Rñ. verum est cum nihil remansit penes hæredem. nam vbi aliquid remansit, incertum est, quantum debeat detrahi de singulis: quia illud q̃ remansit, debet cõputari in quartã. & sic qñque quinta: qñque decima de singulis detrahitur: vt. j. ad. l. Fal. in ratione. in prin. Item si velit totum soluere, accepta cautione potest: non tamen compellitur, secundum H. quia illud tunc fit, quando est dubium an habeat Falcidia locum in testamento: at hic constabat, quòd aliquid erat defalcãdum: sed dubium est quantum.

n *Cui homo.* ar. cõtra Pla. qui dixit nó in singulis defalcandũ: sed in vna re hęredẽ eligere. & ꝓ hoc. j. ad. l. Fal. l. Plauti⁹. & l. Paul⁹.

o *Talis.* id est taliter, pro incerta scilicet parte.

p *De cæteris.* scilicet rebus, nõ sõlum in homine, sed idem in cęteris causis iustis quibus interuenientibus incertæ partis vindicatio datur: vt. j. communi diui. & si non omnes. §. j hoc idem vbicũque iusta ignorantia intervenit: vt infra, depositi. l. j. §. si quis argẽtum. & arg. j. de fur. l. in actione.

QVædam mulier.] CASVS. Mihi quædam mulier misit epistolam, in qua significauit, quòd dabat mihi fundum: & illum fundum à me conduxit. an per epistolam mihi sit adquisitum dominium, quatenus fundum vindicare possim, quęritur. Et respon. quòd sic.

q *Non marito.* nam marito non posset: vt infra, de do. inter virum & vxorem. l. j.

r *Conduxit.* per eandem epistolam: quod fieri potest: vt instit. de obli. ex consensu. §. j.

s *Ei.* scilicet donatario.

t *Possessionem.* quod enim suo nomine quis possidet, potest & alieno

BIU Cujas

alieno nomine possidere: vt. ĩ. de adquir. pos. quod meo. Nec est prohibitum, sic mutare possessionis causam scilicet, facere de alieno nullam: vt in. d. l. quod meo.

i *Fuisset.* si is qui donationē accepit, erat in possessiõe: cp non ẽt necesse. Alij dicũt, fuisset. s. maritus, vel mulier. Sed prima vor. & hoc ignorante

mulier, secundũ quos. Tu dic, ea nõ ignorante: vt arg. C. de do. nat. l. quisquis.

b *Sufficiebat.* hoc in vẽditiõe nõ sufficit: vt ff. de contrahẽ. empt. cp vẽdidi. Sed sumitur hic ac cp si tu emeris rẽ alienã: & postea in eã pos sessiõe reperiaris, præsumitur te habere possessionem ex causa emptionis: vt. ĩ. pro soc. l. merito. & C. de adqui. poss. l. Accursius.

Proponebatur, cp etiã in eo agro, qui donabatur, fuisset, [a] *cũ epistola ei mitteretur:* * *quę res sufficiebat* [b] *ad traditam possessionem, licet conductio non interueniſſet.*

Fructus efficiuntur bonæ fi. poſſ. eo ipso, quòd à ſolo ſunt ſeparati. Bartolus.

LXXVIII. LABEO libro quarto Pithanõn à Paulo Epitomatorum

SI eius [c] fundi, quem alienũ possideres, fructũ non cõegisti: nihil eius fundi fructuũ nomine te dare oportet [d]. Paulus. Immò quæritur, [si] huius fructus idcirco factus est, cp is eum suo nomine [e] perceperit. Perceptionẽ fructuũ * accipere debemus, non [tantum] si perfectè * collecti [f] [sunt,] sed etiã cœpti ita percipi, vt terra cõtinere [g] se fruct⁹ desierint: veluti si oliuę, vuę lectæ nondũ autẽ vinum, oleum ab aliquo factũ sit: statim enim ipse accepisse fructum existimandus est.

Fructus debentur vſque ad id tempus quo deſierunt poſſe percipi. Bartolus.

LXXIX. IDEM libro sexto Pithanõn à Paulo Epitomatorum

SI hominem à me [h] petieris, & is post litem contestatam mortuus sit: fructus [i], quoad is vixerit, æstimari oportet. Paulus [ait.] ita id verum esse puto, si nõ prius is homo in eam valetudinẽ inciderit, propter quã operæ eius inutiles factæ [k] sunt. nam ne si vixisset quidem in ea valetudine, fructus eius tẽporis nomine æstimari conueniret.

Qui negat ſe poſſidere, non poteſt conueniri actione: ſed ſi conuincitur de mendacio, transfertur poſſeſſio in actorẽ. Bar.

LXXX. FVRIVS Anthianus libro primo ad Edictum.

IN rem actionem pati nõ cõpellimur: quia licet alicui dicere, se non possidere [l]: ita, vt si possit aduersari [9] cõuincere, rẽ ab aduersario possideri: transferat ad se possessionẽ iudicẽ [m]: licet suã esse nõ adprobauerit.

DE PVBLICIANA IN rem actione.

TITVLVS II.

Iuriſconſultus primo ponit edictum: poſtea exponit illud. h. d. loco ſummarii. Bar.

I. VLPIANVS libro sexto decimo ad Edictum.

AIT prætor [n]: *ſi quis id, quod traditur* [o] *ex iuſta cauſa* [p] *non à domino* [q], *& nondum vſucaptum* [r] *petet: iudicium* [s] *dabo.* Merito prętor ait, *nondum vſucaptum*: nam si vsucaptum est, habet ciuilem actionem [t], nec eum possidere, in petitorem transferenda est pos. quamquam nõ probauerit de intentione sua.

l *Non poſſidere.* quando de hoc à iudice interrogatur: vt. ŝ. eo. officium. & l. qui petitorio. Non tamen hoc dicendo perdit possessionem: quia voluntatem amittendi non habuit. Accursius.

m *Per iudicem.* id est, per officiũ iudicis: vel cõdictionem ex. l. ista. Et sic punitur in translatione possessionis ꝓpter mendacium: vt in authen. de trien. & semis. §. illud. colla. iij. sic infra, quod cum eo qui in aliena po. est. sed si ex parte. §. j. Idem in pe. hæreditatis, si probauero ipsum possidere pro hęrede, vel pro possessore, cum ipse negauerit: vel si habeat pretium hæreditatis, mittat in possessionem bonorum eius, secundum Ioan. Sed nonne debet conueniri insolidum: vt. ĩ. de inter. act. de ætate. §. qui tacuit? Azo respon. illud in personali: hic autem quando fuit sciens: ignorans autem non punitur: vt. C. de fur. l. fin. Item no. cp aget nũc, qui prius possidebat: vt in authen. prædicta, de trien. & semis. §. illud. col. iij. Item hoc verum nisi fateatur: ita quòd actor in probando non grauetur: vt. ĩ. de iureiur. l. eum qui. vt delato sacramento petitori. Itẽ quid si incõtinenti dicat, hodie constet &c. forte idem ad instar aliorum possessorum: vt ĩ. de Car. edi. l. iij. §. causæ. cum in se transferat onus. De hoc tamen dic, vt. C. qui pot. in pigno. ha. auth. item possessor.

DE PVBLICIANA IN REM ACTIONE.

n *Ait prætor.* s. Publicius: vt insti. de ac. §. aliæ. in fi. §.

o *Id quod traditur.* i. traditum est. Sic oritur, id est ort⁹ est. sic. C. de epi. & cle. nulli. §. sinautẽ persona. Et hoc, siue corporalis res sit, siue incorporalis: vt. ĩ. eo. si ego. §. si de vsufru.

p *Ex iuſta cauſa.* & vtroque habente animum transferendi dominium: aliàs enim non competeret hæc actio: vt. ĩ. eo. l. quocũque. §. j. Azo. & ĩ. de act. & obli. in omnibus. Accursius.

q *A nõ domino.* quid autẽ si dubito fuerit dñs actor me⁹, vel nõ? Rñ. proponere Publicianã tutius est, vt credã eũ nõ dñm, nisi aliud appareat. nã facilius probabo: cũ sufficiat dicere me emisse à nõ domino. nec enim habeo necesse probare illũ nõ fuisse dñm: vt. C. de proba. l. actor. in fi. & si reus probet venditorẽ fuisse dominũ: & sic actor succũbat: proponat post directã rei vindi. Nec enim obstabit ei rei iudi. excep. vt. ĩ. de euic. l. minor. §. si seruus. Vtrãque autẽ proponere simul nõ possum, quia sunt cõtrariæ: cũ vna domino, alia non domino detur: vt hic, &. C. si seruus extero. l. j. &. ĩ. de regu. iur. l. nemo ex his. §. quotiens. &. ĩ. cõmuni diui. l. cõmuni diuidundo. §. itẽ si duo sunt. in fi. Sed quidã dicũt vẽditorẽ meum præsumi dominũ: & per consequens me: & sic dicũt me debere in dubio eligere rei vind. directam. & pro eis. C. de proba. l. ij. Sed nos contra: vt in eo. ti. l. cum res. & arg. infra, de pigno. l. & quæ nondum sunt. §. quod dicitur. Accursius.

r *Vſucaptum.* vel præscriptum.

s *Iudicium.* s. actionem Publicianam. aliàs autem ex edicto prætoris datur in factum, vbi specificata non fuit: vt ŝ. nau. cau. fta. l. & ita. §. ait prætor. & quod dicit, dabo. s. contra alium, nõ contra dominum: nisi in casibus: vt. ĩ. e. l. pe. dices.

t *Actionem.* s. directã in rem, si erat res mobilis: si immobilis, vtilem secũdum nos: sed secundũ M. in vtroque casu directam. Ac.

Honorariam.

BIU Cujas

desiderat honorariam[a].

Ex quacunque causa iusta transfertur possessio, competit Publiciana. h. d. vsque ad. l. eum qui.

¶ Sed cur traditionis dũtaxat, & vsucapionis fecit mentionem[b]? cum satis multæ sint iuris partes[c] quibus dominium quis nancisceretur?[d] vt puta legatum.[e]

II. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

VEl mortis causa donationes factę[f]? nam amissa possessione[g] cõpetit Publiciana: quia ad exemplum legatorum capiuntur:[h]

III. VLPIANVS libro sexto decimo ad Edictum.

SVnt & aliæ pleræque[i]. Ait prætor[k]: *Ex iusta causa*[l] *petet*. Qui igitur iustam causam traditionis habet, vtitur Publiciana. Et non solũ emptori bonæ fidei competit Publiciana, sed & aliis: vt puta ei, cui dotis nomine tradita res est, necdum vsucapta. Est enim iustissima causa, siue æstimata res in dotẽ data sit,[m] siue non. Itẽ si res ex causa iudicati tradita sit[n]:

IIII. PAVLVS libro decimo nono ad Edictum.

VEl soluendi causa[o]:

V. VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum.

VEl ex causa noxæ deditionis[p]: siue vera causa sit, siue falsa.

VI. PAVLVS libro decimonono ad Edictum.

ITem si seruum ex causa noxali, quia non defendebatur, iussu prętoris duxero[q], & amisero possessionem: cõpetit mihi Publiciana.[r]

VII. VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum.

SEd & si res adiudicata sit[f], Publiciana actio competit. ¶ Si lis[t] fuerit æstimata, similis est venditioni: & ait[u] Iulianus libro vicesimosecũdo Digestorum, si obtulerit reus æstimationem litis, Publicianam competere[x].

Titulus putatiuus inducit vsucapiendi conditionem, & per consequens Publicianam. Bartolus.

a *Honorariam*. id est prætoriã: vt insti. de iure natu. gen. & ciui. §. prætorũ. immo & si vellet, nõ potest eã intendere: vt ex edicto prætoris apparet. nam non domino tantum datur Publiciana.

b *Mentionem*. de vsuc. dixit expresse: de traditione tacite. nam eoipso quòd dixit à non domino traditione facta non transferri dominium, per consequens dedit intelligere, quòd facta à domino trãsferret dominium: vt infra, de adquiren. re. do. l. traditio. Et ad hãc quæstionem non respõdet: sed respondebis tu infra, proxi. l. sunt & aliæ.

c *Partes*. id est causæ in partibus iuris designatæ. Azo.

d *Nancisceretur*. de iure ciuili, & sine possessione: vt statim dices. ĭ. l. proxi. Accursius.

e *Legatum*. vt & infra, quemad. serui. amit. si partem. §. si per fundum. Accursius.

f *Vel mortis causa donationes factæ*? scilicet à domino. si autem non à domino, nõ adquiritur dominium: sed habet locũ Publiciana, traditione facta: & hoc dicit, nã & cætera. Vel etiam dic, nõ tradita possessione dari Publicianã: vt daretur directa vindicatio si esset dominus donator: vt. ĭ. eo. cum sponsus. §. is cui. Vel qđ ibi dicit, habet locũ quando pro illa re testator habebat Publicianam. Accursius.

g *Possessione*. rei mortis causa donatæ.

h *Capiuntur*. id est accipiuntur donationes causa mortis: vt. C. de donat. cau. mor. l. fin. nisi in casibus, quos no. instit. de dona. §. j. Accursius.

Dominiũ in multis casibus sine traditione adquiritur.

i *Vnt & aliæ pleræque*. scilicet causæ quibus adquiritur dominiũ sine possessione: vt hæredis institutionis: vt. ĭ. de adquir. pos. l. cum hæredes. Et bonorũ possessionis: vt. ĭ. de bo. pos. l. j. & per Tre. restitutionis: vt. ĭ. ad Tre. l. facta. Item arrogationis: vt inst. it. de adqui. per ar. §. j. Item causa libertatum cõseruandarum addictionis: vt instit. de eo cui lib. cau. bo. addi. §. j. & aliæ etiam sunt, vt dixi. ŝ. tit. j. si ager. Ideoque in omnibus his casibus dominiũ adquiritur sine traditione & vsucapione: & sic cessat Publiciana, si modo à domino habeat causam: aliàs competit Publiciana, licet traditio non interuenerit: vt. ĭ. e. l. cum sponsus. §. is cui. possunt etiam & aliæ notari causæ, ex quibus transfertur dominium, etiam sine traditione: & sic Publiciana datur, si habeat causam à non domino, etiam sine traditione: vt. ĭ. eo. l. si ego. §. partus. &. §. idem ait ędibus. &. l. si seruus meus. Quare ergo hoc fecit prætor? Respondeti potest quòd ideo fecit, vt poneret exemplũ: non vt aliũd denotaret in his, in quibus est eadem æquitas: vt arg. ŝ. de peti. hære. item veniunt. §. ait senatus. & infra, ad legem Aquil. ita vulneratus. in fi. &. ĭ. de iur. & fac. igno. l. regula. §. & licet. & infra, de dam. infec. l. damni. ij. §. quod dictum. Vel dixit hoc, quia illis modis frequẽtius accidit adquiri dominium: vt. C. de pac. l. traditionibus. Vel dic, quòd verbum, traditionis, omnia complectitur: interuenit enim in his, quod pro traditione habetur, veluti aditio hæreditatis. Vel dic, secundum Ir. satis fuit ponere hoc generale. s. ex iusta causa: quæ omnes ti. quibus res naturaliter transfertur, complectitur.

k *Ait prætor*. scilicet in edicto supra posito.

l *Ex iusta causa*. i. titulo: vt insti. de ac. §. aliæ. Accursius.

m *Data sit*. à non domino.

Publiciana quandoque contra dominum datur.

n *Tradita sit*. hoc casu etiam contra dominũ datur Public. si tamen à domino tradita sit: quoniam non transit dominium, & si sit dominus condemnatus: quia non vt suam, sed vt eius cui restituit reddit: vt. ĭ. de condic. cau. da. l. iij. §. subtilius. Secundum hoc ergo si non erat dominus qui tradidit, non præstitit iustam causam vsucapiendi. nam si sit dominus, vt dictum est, & tamen non trãsfert dominium: ergo nec Publiciana locum habet, si non sit dominus. Secundum hoc ergo in domino cõdemnato intelligitur. Vel dic secundo, quòd habet Publi. licet cõdemnatus non fuerit dominus: nõ tamen vsucapit, sicut haberet si emisset rem pupilli, vel fisci. Nec ob. quod dicitur. ĭ. de adquiren. possess. Pomponius. §. si iussu. & infra, de vsuca. l. non solũ. §. si mihi. in quibus vsucapit: quia in illis non actione in rem, sed personali res petebatur. Vnde in. l. illa. nõ solum. intelligẽdum est, quod dicitur, si mihi Titius à quo petere volebã, personali actione tenebatur: puta ex empto: vnde iure subiungitur de actione ex stipulatu: sed secũdo prima nõ dominus fuit condemnatus. Vel dic, q vsucapit: & Publi. locum habet: licet dominus sit qui tradidit, non tamen transfertur hoc casu dominium: vt dictũ est. Idem de eo, qui emit à pupillo, vel furioso: vt. ĭ. pro empt. l. ij. §. si à pupillo. &. §. si à furioso. Et huic lecturæ est arg. vt prædicta. l. Pomponius refert. Alij dicunt, quod videtur verum, quòd si res erat possessoris qui condẽnatur, & ex causa iudicati restituit, transfert dominiũ: licet non tanquam suam restituat. & facit hoc rei iudi. auctoritas: vt ar. ĭ. de re. eo. l. iij. §. item quæri potest. & secundũ hoc dices hic, quòd à non domino fuit tradita. Et hanc approbo. Alij distinguũt, vtrũ plenarie fuit de causa cognitum: vt tunc transferatur dominiũ, & erat tradens dominus propter auctoritatẽ rei iudicatæ. vel si non dominus, competit Publi. aut summatim: vt tũc tantum præstetur iusta causa vsucapiendi: & præstat arg. ĭ. de re iudi. à diuo. §. sũper. Vel dic, secundum alios, quòd si res ex causa iudicati sit tradita iussu iudicis, & ex secũdo decreto. s. primo captis pignoribus ex causa iudicati: deinde ex secundo decreto addictis: tunc habet locum Publiciana: arg. ĭ. de damno infe. l. damni. §. pe. & secundũ istos duos loquitur in personali hæc lex. vel intellige quando egi personali ad quantitatem, & fui missus in possessionem: vt. C. de exe. rei iudic. l. ordo. & emptore non inuento datur mihi insoluẽ.

o *Vel soluendi causa*. Puta alia re pro debito: vt. ĭ. pro so. l. j.

p *Vel ex causa. Deditionis*. etiam contra dominum: vt infra, de noxa. l. & generaliter.

q *Item si. Duxero*. quod facere possum secundo decreto interueniente: vt supra, si ex noxa. cau. aga. l. ij. §. fin. aliter enim nec dominium, nec possessio quæri videtur: vt infra, de dam. infec. definita. §. Iulianus. &. §. non autem. Vel verius, hic non exigitur secundum decretum. Azo.

r *Publiciana*. sic & in domo tradita ex causa damni infecti: vt infra, de dam. infec. l. damni. §. pe. Accursius.

f *Sed & si res adiudicata sit*. in actione cõmuni diui. vel familiæ erciscun. facta traditione. Alioquin datur actio in factũ, vel condictio ex lege: vt. ĭ. e. l. traditionem &. ĭ. de vsuc. si per errorẽ. &. C. de arbi. l. ne in arbitris. §. sed & si ipse. Hoc enim innuit verbum, adiudicata. scilicet, quòd loquatur de iudicio diuisorio: vt instit. de offi. iudi. §. eadem. versi. quòd si commode. &. §. finit. & per hoc differt ab eo, quod dixi. ŝ. e. l. iij. in fi.

t *Si lis æstimata fuerit*. à iudice: vt. ŝ. ti. j. l. eius. &. ĭ. commo. si vt certo. §. j. &. ĭ. pro empt. litis. & infra, depos. si fideiussor. & infra, re. amo. si propter. & infra, ad Trebel. l. facta. §. j.

u *Et ait*. subaudi, & ideo &c.

x *Competere*. si præsens erat: vel habita possessione. s. postea: & amissa, vt in directa. Accursius.

BIU Cujas

¶ Marcell⁹ libro decimosexto Digestorum scribit, eum qui [a] à furioso, ignorans eum furere, emit: posse vsucapere. ergo [b] & Publicianam habebit.

Titulus lucratiuus inducit Publicianam. Bartolus.

¶ Sed & si quis ex lucratiuis causis rē acceperit [c], habet Publicianam. Quæ etiā aduersus donatorem cōpetit. Est enim iustus possessor [d] & petitor [e], qui liberalitate accepit. Si à minore [f] quis emerit, ignorans [g] eum minorē esse, habet Publicianā. Sed & si ꝓmutatio facta sit: eadē actio cōpetit. ¶ Publiciana [h] actio ad instar proprietatis, nō ad instar [i] possessionis respicit.

Re tradita ex iureiurando, competit Publiciana. Bartolus.

¶ Si petenti mihi rem, iusiurandum detuleris [k]: egóque iurauero rem meā esse: cōpetit [l] Publiciana mihi: sed aduersus te dumtaxat [m]. Ei enim [n] soli nocere debet iusiurādum, qui detulit. Sed si possessori delatum erit iusiurādum, & iurauerit rē petitoris nō esse: aduersus eum solum petentē exceptione vtetur: non vt & habeat actionem.

¶ In Publiciana actione omnia eadem erunt, quæ & in rei vindicatione diximus [o]. Hæc actio & hęredi, [p] & * honorariis successoribus competit. Si ego nō emero, sed seruus meus: habebo Publicianam. Idem est & si procurator meus, vel tutor, vel curator, vel quis alius negotium meum gerens [q], emerit.

Hæc actio competit emptori bo. fi. licet venditor habuerit malam fidem. Item competit hæredi, inspecta fide defuncti. Item domino, inspecta fide serui ementis. Bartolus.

¶ Prætor ait [r]: *Qui bona fide emit.* Nō igitur [s] omnis emptio proderit: sed ea, quæ bonam fidem habet. Proinde hoc sufficit, me bonę fidei emptorē fuisse, quāuis non à domino emerim: licet ille callido consilio vendiderit. Neque enim dolus [t] venditoris mihi nocebit. In hac actione nō oberit mihi, si successor sum [u], & dolo feci, cùm is, in cuius locum succesi, bona fide emisset. Nec proderit [x], si dolo careo, cum emptor cui succesi, dolo fecisset. Sed enim si seru⁹ meus emerit, dolus eius erit spectandus, nō meus: [y] vel contra [z]. Publiciana tempus [a] quibus respondebimus iam. ĭ. in. l. si ego. §. partus. Item no. hic, ꝙ in successore distinguitur: sit vniuersalis, vel singularis. nam vniuersalis non vsucapit, licet bonam fidem habeat: quod defunctus, mala fide obstante, vsucapere impediebatur. porro si defunctus vsucapiebat, hæredis mala fides ad implendam vsuca. non obstat: vt hic, & infra, pro empt. l. ij. §. si defunctus. nisi ipsi de nouo sit tradita possesio, secundo mala fide accipienti: vt infra, de vsuc. l. hæres eius. Singularis autem successor, vel emptor nō prohibetur vsucapere, si & bo. fi. & iustum ti. habeat, quod venditor propter malam fidem vsucapere impediebatur: licet hodie per auth. sit secus: vt modo dixi. Et ecōtra, si emptor habeat à principio malam fidem, non vsucapit, quod venditor bonam fidem habens à principio vsucapiebat: vt infra, pro empt. l. ij. §. si eam rem. Hoc idem & in legatario dico: vt infra, de diuer. & tempo. præscript. an vitium. nam & ipse singularis est successor.

Succesor an posit vsucapere qđ defunctus nō potuit.

Publiciana cessat vbi & vsucap. & econtra.

---

a *Eum qui.* Aliàs. l. & aliàs. §.

b *Ergo.* locus à communiter accidentibus. quæcúque enim res vsucapitur, eadem & Publiciana peti potest: vt hic. Fallit tamen hoc argumentum antecedente destructo. nam quædam sunt, quę non vsucapiuntur, & tamen Publiciana competit: vt. j. eo. l. cum sponsus, §. in vectigalibus. Sed videtur Publicianam actionem non dari: vt. j. pro empt. l. ij. §. si à furioso. quæ est contra. Solu. hic de æquitate: vel hic res, quę furiosi non erat, tradita est, scilicet cuius bonæ fi. pos. fuit. ibi vero res furiosi erat. sed hoc non valet: vt. ĭ. de re. e. l. magis. §. j. Dic ergo, quòd hic dicit dari actionem contra extraneum: ibi dicit non dari contra ipsum furiosum: vt argu. C. de prędiis mino. & si is.

c *Rem acceperit.* à nō domino.

d *Possessor.* id est, si possideat.

e *Petitor.* si non possidet.

f *Si à minore.* etiā pupillo. Accursius.

g *Ignorans.* aliter si interrauit: vt infra de usu. pro empt. l. ij. §. si pupillo. Accur.

h *Publiciana.* etiam si curatorem habeat: & etiam si res sit immobilis: non tamen vsucapi potest, si pupilli est: vt infra. e. cum sponsus. §. si res. quæ est contra. Sol. vt ibi.

i *Non ad instar.* id est non ad instar interdictorum pro possessione retinenda introductorum. vt enim rei vindica. non datur alicui, ideo quia possedit: sed opus est, vt causam probet, vnde ad eum dominium peruenit: ita & in Publiciana. sed P. dixit, quòd sufficit probari aliquando possediśe. sunt etiam quædam interdicta, quæ instar proprietatis obtinent: vt de liberis. in quo probat quis se patrem: & alia quædā quæ sunt numerata. ĭ. de interdi. l. ij. §. quædam.

Cuiuscumque.] CASVS. Habebam vsumfructum in fundo. aliquis me deiecit. pone quòd ego qui fui deiectus, non potui habere vsumfructum. vnde interim perit vsusfruct. an mihi de perceptis fructibus medio tempore antequam finiretur vsusfruct. actio competat? Et respon. quòd sic. [SI FVNDVS.] Testator legauit mihi vsumfructum fundi. hæres cui nuda proprietas remansit, tradit mihi. postea cecidi à poss. & Titius quidam possidet. Dicit quòd intendam confessoriam contra eum. Secundo dicit: pone quòd etiam hæres agat rei vin. contra Titium tenentem: & tunc aut vterque confitetur me fructuarium, & hæres, & ille possessor: & similiter debet mihi restitui, & cauebit possessor de non petendo à me. Aut ambo diffitentur: & tunc differtur restitutio mihi facienda donec probẽ de iure meo: sed possessor cauet mihi de restituendis fructibus medij temporis si obtineo. Viuianus.

g *Cuiuscumque fundi.* vrbani vel rustici.

h *Prohibitus.* id est non admissus cum intrare vellet: vt differat à sequenti.

i *Aut deiectus.* cum esset in possessione.

k *Omnium rerum.* etiam mobilium, occasione immobilium: vt infra, de vi & vi ar. l. j. §. si fundus. &. §. rectissime. Accursius.

l *Agit.* vtili interdicto, vnde vi.

m *Si medio.* antequam recuperarentur interdicto, vnde vi.

n *Interciderit.* si enim interciderit non vtendo, agam contra expulsorem: vt si dominus est, mihi iterum constituat: si non, condemnetur ad interesse. sed si ca. de. vel simili modo, agam pro fructibus tantum, non pro vsufructu: vt infra, de vi & vi ar. l. si plures. &. l. si fundo. & hic. Azo.

o *De perceptis.* & etiá percipiẽdis: vt. C. vnde vi. si de possessione.

p *Antea.* quàm perierat.

¶ Si fundus cuius vsusfructus petitur, non à domino possideatur, actio redditur. [r] Et ideo si de fundi proprietate inter duos quæstio sit, fructuarius nihilominus in possessione esse debet: [s] satísque ei à possessore [t] cauendum est, quòd nõ sit prohibiturus frui eũ, cui vsusfructus relictus est, quamdiu de iure suo [u] probet. Sed si ipsi vsufructuario quæstio moueatur, interim vsusfructus eius differtur. *[x] Sed caueri [debet] dę restituendo eo, quod ex his fructib⁹ percepturus est: vel si satis non detur, ipse frui permittitur.

Onus reale euitatur ab eo qui vult rem dimittere. secus in onere personali. h. d. cũ. l. sequen. Bartolus.

LXI. NERATIVS libro secundo Responsorum.

VSufructuarius nouum riuum [y] parietibus non potest imponere. ¶ Aedificium inchoatũ fructuariũ consummare nõ posse [z] placet, etiam si eo loco aliter vti non possit. [a] Sed nec eius quidem vsumfructũ [b] infra, de adquirenda possess. l. naturaliter.

q *Actio.* in factũ, loco vnde vi.

r *Redditur.* pro vsufructu. & dic ad intelligentiã huius. §. quòd vsusfructus constitutus & traditus petit potest cõfessoria ab omni possidente, siue sit dominus, vel nõ: vt. j. si vsusfructus pe. l. vti frui. §. vtrum. Si ergo nõ dominus possideat, & dominus verus rei vindica. proponat: fructuarius quoq; contra eundem possessorem intẽdat confessoriam: aut possessor & is qui agit rei vindicatione confitetur vsumfructũ deberi: & tunc sine contradictione restituitur vsusfructus, & cauetur à fructuario: vt hic, & argu. j. si ser. vin. l. harum. aut diffitetur vterque, id est qui agit rei vindicatione, & possessor: & tunc differetur restitutio vsusfructus. cauetur tamẽ fructuario de restitutione fructuum forte ex generali clausula: vt supra, de iudi. l. in omnibus. Azo.

s *In possessione esse debet.* scilicet naturali: vt

t *Possessore.* scilicet ciuiliter: qui etiam rei. vin. conuenitur: vt hic habes. Vel dic eum possidere: sed fructuarius debet esse: quia debet ei restitui.

u *De iure suo.* s. conuenti, & eius qui intentat rei vin. nam postquam probabit agens rei vindi. se esse dominum, non est opus tenere stipulationem in persona possidentis, cum ipse velut extraneus censeatur: non autẽ dicit de iure suo, scilicet fructuarij: quia de vsufructu non erat in hoc casu quæstio: sed statim ponitur.

x *Differtur.* donec probet se vsumfructum habere. nõ ergo erat in possessione. tunc enim remaneret in possessione, & frueretur: vt infra, de aqua quoti. & æsti. l. pe.

y *Nouum riuum.* stillicidij scilicet. vel dic proprie pro eo quod deriuat aquam per fundum alterius. Accursius.

z *Non posse.* non ergo inspicitur quod dominus erat facturus. Et sic est argu. contra, infra, de pigne. act. l. si seruos. &. l. vel vniuersorum.

a *Non possit.* imò videtur omnia accedere vsufructui, sine quibus esse non potest: vt ar. contra. ſ. de iurisd. om. iudi. l. ij. & infra, si vsusfruct. pe. l. j. §. j. quæ est contra. Solu. hoc ideo, quia hic mutatur forma rei: vnde non potest: licet aliter vti non possit: vt supra, eodem. l. si cuius. §. item eum. sed ibi non mutatur. Item contra. ĵ. eodem. l. si areæ. Solu. vt ibi.

b *Vsumfructum.* quo ad commodum, cum aliter vti non possit: nihilominus tamen habet ipsum ius: vt supra, eo. l. arboribus. §. de illo. &. l. statuæ. §. licet. &. l. si infantis. Io. quia quandoque inde traheret commodum fortè ad custodiendum oues ibi intus. sed certe nec ipso iure habet vsumfr. hic enim loquitur cum inchoatum ædificium à fructuario consummatum est: alioquin inutilis esset repetitio, cum statim dixerit in imperfecto commodum vtendi non habere fructuarium: ius ipsum tamen habet: sed hic

est

BIU Cujas

est forma mutata, & extinctus vsusfructus: nisi testator cõsummaret: & in cõsummato vsumfructũ cõcesisse, secundũ Azo. a *Licet.* vt habeat vsumfructum, & liceat ei consummare ædificium: & facit ad. §. s. eo. l. vsusfructus. Accursius.

Vsufructuarium.] CASVS. Si habeo vsumfruct. in fundo, possum venari in illo fundo. [*SI IN VIVARIIS.*] Aliquis legauit mihi vsumfruct. viuarij. quæritur vtrum animalia quæ sunt in eo, possim venari & comedere? Et videtur q̃ non: sed pótero cum illis ludere. sed quicquid dictum sit, soluit tamẽ quòd ego vsufruct. possim capere de illis bestiis, & vti: dum tamen eundem numerum restituam in eo viuario domino proprieta. qui fuit eo tẽpore quo cœpi vti.

b *Dicitur.* si fructꝰ talium possessionum in venatione consistat: vt j. de vsur. l. venationẽ.

c *Ciuili.* vsusfructus. s. ratione, quem habet.

d *Gentium.* quo cauetur vt qui cœperit, fiat dominus occupatione: vinstitu. de re. di. §. fera. Accursius.

e *Si in viuariis.* locus muro, vel aqua, vel sepe circundatus, vbi ferę sunt inclusæ: vt in lacu Perusino: vt hic colligitur.

f *Initio.* quia prius ibi non fuerant.

g *Discretionem.* Nec enim possunt dinosci illa, quæ nouiter inciderunt, à veteribus.

h *Difficilem.* sic ergo ratione difficilis discretionis aliquid sit, quod alias non fieret: vt. j. de condic. inde. l. si pœnę. §. primo. & si cer. pet. nã etsi fur. §. fi. & s. eo. ité si fundi. §. sed si insula. Accursius.

i *Numerum.* Debent ergo ea numerari. Ac.

k *Quod nostrũ. Ad aliũ.* vt hoc casu & in creditore: vt. j. de acquir. re. do. non nouum. & argu. j. de adqui. poss. l. interdum. sed regulariter contra: vt. j. de acqui. re. do. l. traditio. & supra, de iurisdi. om. iudi. eum qui. §. fi. & Co. de hære. l. omnes vetitę. & C. de iur. do. l. fin. j. respon. & infra, ad Mace. filium. & supra, de offi. procon. obseruare. §. finali.

l *Vsumfructum.* non formalem, sed causalem.

Vm fructuarius. [CASVS cum. l. sequen. Vsusfru. est mihi relictus in domo: quæ diruitur, sed non culpa mea. an sim soluendus si volo relinquere vsumfructum? Et respõ. quòd sic. Sed si culpa mea diruatur: cum illam reficere debeo, non possum relinquere vsumfruc. [*NON MACIS.*] Vsumfruct. fundi mihi reliquisti vel domus. an hæres cuius est proprietas, cogatur reficere quando testator relinquit corruptam vetustate? Et respon. quòd non: sicut non tenetur hæres reficere, non magis quàm si alteri extraneo foret proprietas relicta. Viuianus.

esse nisi in constituendo, vel legando vsufructu hoc specialiter adiectum sit, vt vtrumque ei liceat[2].

LXII. TRYPHONINVS libro septimo Disputationum.

VSufructuariũ venari in saltibus, vel montibus possessionis, probè dicitur: [b] nec aprum aut ceruum, quem ceperit, proprium domini capit: sed fructus, aut iure ciuili, [c] aut gentium [d] suos facit. ℣ Si [in] viuariis [e] inclusæ ferę, in ea possessione custodiebãtur, quando vsusfructus cœpit: num exercere eas fructuarius possit, occidere non possit? Aliàs si quas initio [f] incluserit operis suis, vel post sibimet ipsę inciderint, delapsęve fuerint: hæ fructuarij iuris sint? commodissime tamen (ne per singula animalia, facultatis fructuarij, propter discretionem [g] difficilẽ [h] ius incertum sit) sufficit eundem numerũ [i] per singula quęque * genera ferarum, finito vsufructu, domino proprietatis adsignare, qui fuit cœpti vsusfructus tempore.

LXIII. PAVLVS libro singulari de Iure singulari.

QVod nostrum non est, [k] transferimus ad alios: [k] veluti is qui fundum habet, quamquam vsumfructum non habeat: tamen vsumfructum [l] cedere potest.

Si vsufructuarius vult cedere vsufructui, non tenetur ad onera propter vsumfructum incumbentia. Baldus.

LXIIII. VLPIANVS libro quinquagesimoprimo ad Edictum.

CVm fructuariꝰ paratus est vsumfructum derelinquere: non est cogendus domũ reficere, in quibus casibus & vsufructuario hoc onus incumbit. Sed & post acceptum cõtra eum iudicium, parato fructuario derelinquere vsumfructum: dicendum est, absolui [m] eum debere à iudice.

LXV. POMPONIVS libro quinto ex Plautio.

SEd cum fructuarius debeat, quod suo suorúmq; [n] facto deterius factum sit, reficere: nõ est absoluendus, licet vsumfructum derelinquere paratus sit. Debet enim omne, quod diligẽs paterfamilias in sua domo facit, & ipse facere. ℣ Non magis hæres reficere debet, quod vetustate iam deterius factũ reliquisset testator: quã si ꝓprietatẽ alicui testator [o] legasset.

LXVI. PAVLVS libro quadragesimoseptimo ad Edictum.

CVm vsufructuario non solum legis Aquilię actio cõpetere potest: sed & serui corrupti, & iniuriarum, si seruum torquendo deteriorẽ fecerit [p].

LXVII. IVLIANVS libro primo ex Minicio.

CVi vsusfructus legatus est, etiam inuito hærede, eum extraneo vendere potest. [q]

LXVIII. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

VEtus fuit † quæstio, an partus ad fructuarium pertineret. Sed Bruti sententia obtinuit, fructuarium in eo [r] locum non habere. Neque enim in fructu hominis homo esse potest. [s] Hac ratiõe, nec vsumfructum in eo fructuarius habebit. Quid tamen si fuerit etiam partus vsusfructus [t] relictus: an habeat in eo vsumfructum? Et cum possit partus legari, poterit & vsusfructꝰ eius. ℣ Fœtus tamen pecorum Sabinus & Cassius opinati sunt ad fructuarium pertinere. Planè si gregis, vel armenti sit vsusfructus legatus: debebit ex adgnatis gregẽ supplere, id est in locum capitum defunctorum,

LXIX. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

VEl inutiliũ [u] alia summittere: vt post substituta [x] fiãt [y] propria fructuarij: ne lucro ea res cedat domino. Et sicut substituta statim domini fiunt, ita priora quoq; ex natura fructus

m *Absolui.* vt enim serui pro noxa dimittuntur, ita & ædificia dimitti possunt: vt hic, & infra, de dam. infect. l. prętor. §. hoc edicto. & supra, de rei vindic. l. pe. & j. de ædil. edict. l. quod si nolit. in princi. & infra, de aqua plu. ar. l. is cum quo. in fi. l. & infra, ne quid in lo. pu. l. secunda. §. hoc interdicto non is tenetur. in fi. §. & s. eo. l. si absente. ij. respon.

n *Sed cum fructuarius. Suorumq;.* vt emptorum: vt infra, de ædil. edict. l. ædiles. in principio.

o *Testator.* nisi hoc pẽ piat: vt. s. eo. l. si extraneo. §. fi. secus in locatore qui debet reficere: vt. j. loca. l. ex conducto. in principio.

p *Cum vsufructuario. Fecit.* hoc habes & s. eo. locum. §. finali. & infra, ad legem Aquil. item Mela. §. finali. & l. seqnẽ & j. de iniur. sed si vnus. §. si seruus. & l. item apud. §. item liberum. & §. si vsumfructũ. & infra, de ser. cor. si quis seruum cõmunem. §. si in seruo. Accursius.

† *In hũc locũ. Cic. libr. 1. de finib. bono. & malo.*

q *Vi vsusfruct. vẽdere potest.* vt institu. de vsu & ha. secus in emphyteuta: vt. C. de iure emphyteu. l. fina. §. j. Accursius.

Vt Etius.] CASVS. Plana est. Dicit enim quòd partus ancillæ non sunt fructuarij: nec habet in eo vsumfructum, nisi testator leget vsumfructũ. Quod subiicit, planũ est. [*FOETVS.*] Sic continua: licet partus ancillæ fructuarij nõ fiant, nec etiam vsumfructum in eo habeat, nisi specialiter ei relictus sit fœtus tamen partus pecorum fiunt ipsius fructuarij. Vi.

r *In eo.* scilicet partu. Accursius.

s *Esse potest.* vt & infra, de vsur. l. in pecudum. & institu. de rerum diuisione. §. in pecudum.

t *Vsusfructus.* Sic ergo expressa prosunt. Sed argu. contra. infra, de condi. & demon. l. nonnúquum. Accursius.

u *Vel inutilium.* vt & supra, eo. agri. Accursius.

x *Substituta.* scilicet capita à fructuario.

y *Fiant.* scilicet illa in quorum locum alia substituta sunt.

a *Quid ergo. Non faciat.* supple id est, nec suppleat &c. Ac.
b *Suppleat.* antequàm conueniatur. Accursi⁹.
c *Teneri.* vel cautione quia boni viri arbitratu se vsurũ promittat: vel actione in factum, si cautio non est interposita: vt infra, de præscri. ver. l. partis.
d *Pendere.* sic. s. e. l. si fur. in fi. Accursius.
e *Nihil fuit.* quia nõdum erant aliqua demortua. Azo.
f *Nunc &.* quia perierunt post aliqua. Azo.
g *Edentur.* post casum. Azo.
h *Edita sunt.* ante casum demortuorum. Accursius.
i *Nocere.* vt vel exprimis, vel posterioribus fiat summissio, secundum R.
† *Qui summittẽdi fœt⁹. Columel. lib. 8. de re rust.*
k *Summittere autẽ facti.* vt & fugere: vt infra, de ædil. edict. bouem. §. j. Accursius.
l *Quandam facere.* vtilium ab inutilibus.
m *Quòd dominium.* id est, quia nam sibi inutilia & ifirma assignat: sed vtilia proprietario assignat, & ei⁹ facit: ex quo patet, quòd diuisio est. Azo.
* *erit periculo.*

Si in area.] CASVS. VSumfructum habebam in area alicuius. alius eam ædificauit. & sic vsusfructus videtur extinct⁹ mutatione rei ante decenniũ. restituitur vsusfruct⁹ mihi. Cętera plana sunt vsq; ad finem rubricæ. Viuia.
n *Perit.* id est perire solet.
o *Responderunt.* quia licet iure ciuili sit amissus, vt. j. qui. mo. vsusfru. amitta. l. repeti. §. fi. de iure tamen prætorio restituitur ipso iure: vt infra, de seruit. ruſ. prædi. l. & Attilicinus. & ideo non videtur amissus: vt supra, de in integ. restit. nemo. & hoc superficie sublata intra tempus quo solet perire vsusfruct. alioquin si vltra tẽpus, agitur vt remoueatur: vt. j. quẽ adm. fer. amit. si locus. & infra, si ser. vin. l. si eo loco. in princip. Accursius.
p *Si dominus. Pertinere.* hoc si relictus est ita, cum desierit ad illum pertinere: vt & infra, quando di. le. ce. l. si dies. Alioquin si sciens alterius esse vsumfructum pure legauerit, adita hæreditate cedit dies vsusfructus, & æstimatio eius legatario præstatur: sicut in re aliena legata: vt institu. de leg. §. quod autem diximus.
q *Si areæ. Ædificare.* vt supra, eo. l. vsufructuarius. §. ædificium. contra. Solu. hæc determinat illam. Accursius.
r *Si Sticho. Pertineat.* sicut & in legato proprietatis: vt infra, de lega. ij. si duobus. in fine. Accursius.

DE VSVFRVCTV ADCRESCENDO.

desinunt eius esse. Nã alioquin quod nascitur, fructuarij est: & cum substituit, desinit eius esse.

LXX. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

QVid ergo si nõ faciat[a] nec suppleat[b]? Teneri[c] eum apprietario Gaius Cassius scribit libro decimo iuris ciuilis. Interim tamẽ quamdiu summittantur† & suppleantur capita quę demortua sunt, cui⁹ sit fœtus, quæritur. Et Iulianus libro trigesimoquinto Digesto tum scribit pendere[d] eorũ dominiũ: vt si summittantur, sint proprietarij. si non summittantur, [vsu] fructuarij. quæ sentẽtia vera est. Secundum quæ, si decesserint fœtus, periculum erit* fructuarij, non proprietarij. & necesse habebit alios fœtus sũmittere. Vnde Gaius Cassius libro octauo scribit, carnẽ fœt⁹ demortui ad fructuarium pertinere. Sed quod dicitur, debere eum summittere, totiẽs verum est, quotiens gregis vel armenti, vel equitij, id est vniuersitatis vsusfructus legat⁹ est. cæterum si singulorum capitũ, nihil supplebit. Item si fortè eo tẽpore quo fœtus editi sunt, nihil fuit[e] quod summitti deberet: nunc & [f] post editionem: vtrùm ex his quę edentur[g], sũmittere debebit, an ex his quæ edita sunt[h], videndum est. Puto autem verius ea quæ pleno grege edita sunt, ad fructuariũ pertinere: sed posteriorem gregis casum nocere[i] debere fructuario. Summittere autẽ facti[k] est. & Iulianus proprie dicit, dispertire, & diuidere, & diuisionẽ quãdam facere[l]: quòd dominium[m] erit summissorũ proprietarij.

LXXI. MARCELLVS libro septimodecimo Digestorum.

A *Votiens.*] CASVS. Testator legauit vsumfructũ fundi mihi & Titio. Titius non vult suam partem: vel postquã habuerit amisit. quęritur an accrescat mihi. Et dicit quòd si sumus coniuncti, sic. si separati, non: sumus autem coniuncti si dixit testator Titio & Mæuio. separatim, si dixit, illi dimidiam, & illi dimidiam. [DENIQVE.] Testator legauit vsumfructũ fundi seruo communi mei & Titij. & dicit hic cõiunctim. quæritur si vnus dominorum repudiauerit, vtrum alteri accrescat? Et respond. quòd accrescit alteri. [IDEM AIT.] Si testator legauit vsumfructum seruo communi Mæuij & Seij, item & Titio in alia dimidia: si Titius perdat, mihi non Titio accrescit: & idem est etiam si mihi & Titio coniũctim, & Seio separatim nã & hic Titio amisso, accrescit mihi, nõne. io. [INTERDVM.] Testator legauit mihi vsumfructum fundi. Item Titio vsumfructum eiusdem fundi: & ita separatim quo ad verba licet quo ad rem coniuncti sumus. quæritur an vno amittente alteri accrescit? Et dicit q sic. Secundo dicit, in proprieta. fundi legata duobus, prædicto modo est. nam vno repudiãte, accrescit alteri. Tertio dicit, quòd plenius accrescit vsusfructus quàm proprietas, quia vsusfruct⁹ siue vnus fructuarius repudiet antequam habeat, siue postquam habeat amittat capi. deminutio. vel alio modo, accrescit: sed proprietas ita demum, si à domino sit tradita res. Viuian⁹.
f *Relictus.* imò in casu videtur etiam si cõiunctus est, quòd non accrescat: vt infra, de conditionibus & demonstrationibus, lege, mulieri. quæ est cõtra, vbi duob⁹ mari & fœminæ fuit relictus: & coniunctim sub conditione si alter eorum: scilicet mulier non nuberet. nam ea nubente & altero repudiãte nõ accrescit mulieri. Solutio. licet defecerit ibi conditio in persona vtriusque, quia nuptiis tamen quo ad mulierem conditio remittitur. vnde collegatarius nihil habet: & etiam si repudiet, nihil repudiare videtur: quia nihil habet. mulieri autem nihil accrescit: quia conditio viduitatis quæ sibi remittitur, non plus dat ei, quàm si collegatarius partem suam non perderet. hic autem simpliciter & pure duobus fuit relictus: & alter repudiauit, vel alter amisit: vnde alteri est ius accrescendi. Et dic de coniuncto re & verbis, vel altero eorum modorum tantum. Accursius.

SI in area cuius vsusfructus alienus esset, quis ædificasset intra tempus quo vsusfructus perit: [n] superficie sublata, restitui vsumfructum veteres responderunt[o].

LXXII. VLPIANVS libro septimo decimo ad Sabinum.

B SI dominus nudæ proprietatis vsumfructum legauerit: verum est quod Mæcianus scripsit libro tertio quæstionũ, de fideicommissis, valere legatum: & si fortè in vita testatoris, vel ante aditam hæreditatem proprietati accesserit, ad legatariũ pertinere[p]. Plus admittit Mæcianus, etiam si post aditam hæreditatem accessisset vsusfructus vtiliter diem cedere, & ad legatarium pertinere.

LXXIII. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

SI areę vsusfructus legat⁹ sit mihi, posse me casam ibi ædificare[q], custodiæ causa earũ rerum quæ in area sunt.

LXXIIII. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale.

C SI Sticho seruo tuo & Pamphilo meo legatus fuerit vsusfructus: tale est legatũ, quale si mihi & tibi legatus esset: & ideo dubium non est quin æqualiter ad nos pertineat.[r]

DE VSVFRVCTV adcrescendo.

TITVLVS II.

Inter coniunctos est locus iuri accrescendi, non inter totaliter disiunctos. h. d. quod not. Bartolus.

I. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

D VOtiẽs vsusfruct⁹ legat⁹ est, ita inter fructuarios est ius adcrescendi, si cõiunctim sit vsusfructus relict⁹.[s] Cæterùm si separatim vnicuique partis rei[t] vsusfructus sit relictus: sine dubio ius adcrescendi cessat.

t *Partis rei.* pro diuiso assignatæ, vel etiam pro indiuiso: vt pro æquis portionibus. vel huic in dimidiam, illi in alteram dimidiã lego

BIU Cujas

lego vsumfructum dummodo non sint verbis coniuncti. Nam nec in proprietate essent coniuncti illi quibus partes diuisæ vel indiuisæ assignantur: vt. j. de leg. ij. & Proculo. ibi, partes videri legatas. & infra, de leg. ij. Mæuio. j. respon. &. j. de hære. institu. l. si ita quis heredes. Et attende quod dixi, quòd non sint etiam verbis coniuncti. nam vt in proprietate accrescit verbis tantum cóiuncto: vt infra, de lega. iij. re coniuncti, ita & in vsufru. multo magis: vt in hac. l. §. interdum. Quidam tamen contra. Argu. pro eis hic, cæterum &c. &. l. inde Neratius. j. rñ. & l. penul. vbi videt tunc tantum cócedere quãdo insolidum fuit acquisitus: sed per partes cócursu scinditur. Vel distingue, an incerta parte pro diuiso assignata cuique cóstituatur vsusfruct. an p indiuiso: vt in primo casu non sit locus iuri accrescendi: in secundo sic. & est ratio, quia in primo casu non sunt re vel verbis, vel re & verbis coniuncti: sicut est in consimilibus. quod nic, vt. j. de lega. ij. si duobus. & l. idem si a-pud. §. j.

Coniunctio realis, inducit ius accrescendi. Bartolus.

¶ Denique apud Iulianum libro trigesimoquinto Digestorũ quæritur: si cómuni seruo vsusfructus sit relictus, & vtriq; domino adquisitus: an altero repudiãte vel amittente vsumfructum, alter totum habeat. & putat ad alterum pertinere: & licet dominis vsusfructus non æquis partibus, sed pro dominicis adquiratur: tamen persona eius, nõ dominorum inspecta, ad alterum ex dominis [a] pertinere, non proprietati [b] accedere.

Coniũctus coniunctione legali, præfertur coniuncto tantum quantum ad ius accrescendi in vsufructu. Baldus.

¶ Idem ait etsi communi seruo, & separatim Titio [c] vsusfruct⁹ legat⁹ sit, amissum ab altero ex sociis [d] vsumfructum non ad Titium, sed ad solum socium pertinere debere, quasi solum coniunctum. quæ sententia vera est [e]. Nam quãdiu vel vnus vtitur, potest dici vsumfructũ in suo statu esse.

Coniunctus re & verbis, præfertur coniuncto re tantum. Baldus.

¶ Idem est [f], † si duobus coniũctim [g], & alteri separatim [h] vsusfructus esset relictus.

Coniunctio realis inducit ius accrescendi in vsufruct. & proprietate. Itẽ durat vsusfruct⁹ etiam post eum acquisitum. Bar.

¶ Interdum tamen etsi non sint coniuncti [i], tamen vsusfructus legatus alteri adcrescit: vt puta si mihi fundi vsusfructus separatim totius, & tibi similiter [k] fuerit relictus. Nam vt & Celsus libro octauodecimo Digestorum, & Iulianus libro trigesimoquinto scribit, concursu [l] partes habemus. Quod & in proprietate contingeret. nã altero repudiante, alter totum fundum haberet. Sed in vsufructu hoc plus est, quia & constitutus, & postea amissus nihilominus ius adcrescendi admittit [m]. Omnes enim auctores apud Plautium de hoc consenserunt. Et, vt Celsus & Iulian⁹ elegãter aiunt, vsusfruct⁹ quotidie constituitur [n], & legatur: non (vt proprietas) eo solo tẽpore quo vindicatur. Cum primum itaque non inueniet alter eum qui sibi [o] cõcurrat, solus vtetur in totũ. Nec refert [p], coniunctim [q], an separatim [r] relinquatur.

Qui vocantur ad vsumfructum ex verbis testatoris, ius adcrescẽdi nõ habent. h. d. quod no. quia est vna de regu. iur. adcrescendi. Bartolus.

distinguunt, cuius contemplatione, serui, vt tũc obtineat, quod hic dicitur. an dominorũ: & tũc quòd ibi in primo contrario glosse, de lega. ij. l. & Proculo. quod non placet.

a *Ex dominis.* quibus pro dominicis partib⁹ quæritur. Azo.

b *Non proprietati.* imò videtur non accrescere, sed ad hæredem siue proprietarium redire: vt infra, de lega. ij. l. & Proculo. quæ est contra. Solu. ibi recitat quorundam opinionẽ: scilicet Proculi. & patris, non assertiuè dicit. ideo seruatur, quod hic dicit assertiue Vlpi. secundum quos & dam. Alij quòd illa, vt posterior corrigat istam. vel illa de rigore, hæc de æquitate. Tu dic, secundum Ioan. quòd ibi in legato proprietatis relicto seruo communi loquitur: hic in legato vsusfruct. quod sicut facilius accrescit, ita facilius ius coniunctionis recipiat: vt argu. infra, ea. l. §. interdum.

c *Titio.* qui re tantum coniunctus est.

d *Ex socio.* qui re & verbis coniunctus est legis auctoritate. quod est notandum. nam videtur vnicuique dominorum insolidum relictus: cum seruus vicem duorum sustineat: vt infra, de stipu. ser. l. prima. §. communis. Idem, & si per testatorem re & verbis coniungantur: vt statim subiicit. Ei ergo quod dicit, hos duos coniunctos, est contra. infra, de leg. ij. l. & Proculo. Sol. vt dixi supra, proxi. §. quia ibi in proprietate, hic in vsufru. Item ei quod dicit hic, & infra, proxi. §. fina. hunc solum coniunctum, non autem Titium, & ideo non accrescere Titio, est contra, infra, de hæred. institu. l. item quod Sabinus. §. vnde idem tractat. vbi duo erant instituti sine partibus, alius ex certa parte: & si vnus de primis repudiat, accrescit etiam illi, qui ex certa parte est institutus. Solu. ibi non erant coniuncti verbis, qui sine parte instituti sunt: quia dixit, Titium instituo, & Seium instituo. aliàs secus: vt hic. Et pro hac solutione est in eo. titulo. l. hæredes sine. vbi videtur fieri hæc distinctio. sed non puto valere: quia tollitur per aliam. l. in eodem titulo. si ita quis hæredes. vbi etiam verbis erant coniuncti: & tamen ita disiuncto, vt coniuncto accrescit. Dic ergo quòd dicta. l. item quod Sabinus, & lex, si ita quis. loquuntur de iure accrescendi, quod circa proprietatem est: hic circa vsumfructum in quo facilius quis coniungitur: vt dixi. ẽ. proxi. §. vel verbum, pro æquis, soluit contrarium, quod est ibi. nam ibi vni tantum re, alteri verbis tantum est coniunctus. Item eidem. i. huic. &. j. proxi. respon. est cõtra. j. de leg. ij. Mæuio. j. respon. vbi duobus primo res fuit legata, & postea vni, & ex primis vnus repudiat nam accrescit etiam illi vni. Solut. ibi erant etiam primi duo re coniuncti, sed verbis disiuncti. sic enim dixerat. illi dimidiam, & illi dimidiam lego. & sic eandem. quare omnes re coniuncti simili modo. Alij tamen

e *Vera est.* nec dicitur vsusfruct. fundi peréptus: quia socio ius vtendi accrescit. & ideo proprietati non consolidatur. & hoc est, ná &c. verũ est tamen respectu personæ amissum vsumfructum. Ac.

f *Idem est.* vt magis cõ iuncto accrescat.

g *Coniunctim.* re & verbis.

h *Separatim.* verbis: re tamen sunt cóiũcti.

i *Coniuncti.* s. verbis.

k *Similiter.* s. toti⁹. Ac.

l *Concursu.* sic & in damno infecto: vt infra, de dam. infect. l. si finita. §. cum autem, & in legato proprietatis: vt insti. de le. §. si eadẽ. & Co. de cadu. tol. §. si vero nõ omnes. & hic subiicit. sic & in institutiõe hæredum: vt. C. de leg. l. cum quæstio.

m *Admittit.* quod in proprietate, legata duobus, cótra est. nã semel quæsita, si postea repudiet ab altero eorũ, alteri nõ accrescit: sed poti⁹ pro derelicto à dño habita occupãti concedit: nisi in casu: vt in authẽ. de her. & Fal. §. si quis autẽ non implés. colla. j. sed illud euenit auctoritate cõstitutionis illius.

n *Quotidie constituitur.* s. per patientiam, quasi multi sint vsusfructus quot patiẽtiæ. & sic semper res integra quo ad futuras patiẽtias: & harũ ratione non videtur traditus. Sed tamẽ est cõtra. Et pro hac expositione est. j. titulo. j. l. j. j. rñ. secundum Azo. Sed quo ad ius accrescendi est verũ. Et sume hic argu. q⁹ ius accrescendi locũ habet, etiã vsufruct. constituto inter viuos duobus, vel pluribus. Itẽ quod subiicit nõ vt proprietas eo tempore quo vindicatur. s. per traditionem, secundum Azo. Sed tu expone, vsusfructus quotidie constituitur & legatur. i. quotidie vni iure accrescendi quæritur à collegatario amissus, ac si vere nuper legatus & constitutus esset. i. amittenti nunquàm acquisitus. non sic in proprietate: quia tantum à principio: id est, antequam acquiratur per traditionem. & sic tempore quo vindicatur, antequã tamen habeatur. sed quare facilius accrescit vsusfruc? Respõd. quia & antequam alterũ eorum acquiratur, facilius accrescit vsusfr. quàm proprietas. quod patet. j. eodem. l. interdum. &. ẽ. titulo. j. l. si Titio. §. fina.

Vsusfructus facili⁹ quã proprietas quæritur.

o *Qui sibi.* quandocunque, siue sit iam agnitus, siue non. Ioan.

p *Nec refert.* quo ad hoc vt portio deficiens accrescat alteri.

q *Coniunctim.* re & verbis. Azo.

r *Separatim.* verbis, sed re coniuncti. Et hac ratione distingue: quia alij sunt coniũcti re & verbis: alij re tantum: alij verbis tantum. re & verbis: vt Titio & Mæuio Stichum lego. vtrique enim legatum est insolidum eadem oratione verborum: sed concursu fiunt partes: vt. j. de lega. tertio. l. re coniuncti. re tantũ coniuncti sunt: vt cum Titio primo lego Stichum: deinde eundẽ lego Mæuio. & isti dicuntur verbis disiuncti vel separati: vt institu. de leg. §. si eadem. & supra, eadem. l. §. idem est. & hic. Et nota quòd semper videtur non habuisse animum adimendi primo, nisi probetur contra: vt infra, de lega. j. si pluribus. verbis autem

Coniuncti multiplicíter dicũtur.

BIU Cujas

autem tantum cõiuncti sunt: vt cum dico, Titio & Mæuio pro æquis portionibus lego: vt infrà, de hæredib. institu. l. si ita quis. Sed quid si testator dicat, Titio fundi dimidiam portionem. Mæuio alteram dimidiam lego? videtur quòd sint coniuncti: vt infra, de legatis secundo. l. Mæuio. Sed tamen puto contra: vt infra, de legatis secundo. l. & Proculo. Lex enim illa, Mæuio. est intelligenda quando eandem dimidiam legauit vtrique. Qui ergo re & verbis coniunctus est, præfertur cæteris: vt infra, de legatis, tertio. l. re coniuncti. & supra, eodem. §. idem ait. &. §. primo. Si vero vnus re, & alter verbis coniunctus est: quidam dixerunt re coniunctũ præferendum. Alij contra, argumen. sumẽtes vtrique ex prædicta. l. de legat. iij. re cõiuncti. ego vtrunque admitto: vt infra, de hæredibus instituendis. si ita quis hęredes. Item an satisdatio locum habeat inter istos? Respon. vt infra, de vsufruc. ea. rerum. si tibi. in fine. Accursius.

Si duobus.]CASVS. Testator legauit Titio nudam proprie. fundi, & vsumfructũ retinuit pro duobus hæredibus quos instituit. an inter hæredes qui fructuarij sunt, habet locum ius accrescẽdi, vt inter fructuarios? Et dicit quòd non: quasi sint separati: nam quilibet per hoc partẽ habet. Tũc enim est locus iuri accrescẽdi, quando ambo insolidum fructuarij sunt, sed concurrentibus eis habent partes. at quando ab initio habẽt partes, non est locus iuri accrescendi. Secundo pone, quòd ego & Titius domini cuiusdam fundi nudam proprie. tradidimus alij. dicit, si ego perdam meum vsumfructum ca. de. vel alio modo: accrescit illi parti proprie. quæ mea fuit, non toti fundo. [*NON SOLVM.*] Testator legauit mihi fundum cum plena proprie. & Titio vsumfructum. concurrimus. si ergo Titius amittat suam partem vsusfructus, an mihi accrescit? Dicit quòd sic, & magis iure accrescendi, quàm iure consolidationis: & ideo vsusfruc. eo proprietario amittente alteri accrescit, sicut fieret in consolidatione. Viuianus.

a *Si duobus.* aliàs lex, si duobus. aliàs. §. idem Iulianus.

b *Proprietas legetur.* quibusdam legatariis. Accursius.

c *Constitutum.* pro portionibus hæreditariis, tacite hoc præsumpto. secus si expressim dixisset: vt infra, eodem. l. si mulieri. & ita est bona ratio.

d *Concursum.* scilicet vtriusque insolidum.

e *Diuisum.* scilicet pro parte. & ad hoc est infra, eodem. l. idem & si apud. §. primo. Et sic not. quòd idem inter viuos: vt infra, eodem, lege, idem Neratius. §. j.

f *Idem Neratius. In duobus.* id est, inter duos.

g *Qui insolidum sibi relictum.* insolidum enim haberi non potest: quia diuidua seruitus est: vt infra, ad legem Falcidiam. l. prima. §. si vsusfructus. idem si verbis tantum essent coniuncti. Et quod de duobus dicit, si legem vsumfructum fundi, idem dic, si vni insolidum, alteri pro parte, si modo coniunctim: vt infra, quibus modis vsusfructus amit. l. tertia. §. idem. & infra, de hæredibus instituendis. l. si ita quis hæredes. secundum Azo.

ꝼIdem Iulianus libro trigesimoquinto Digestorũ scripsit, si duobus[a] hæredibus institutis deducto vsufructu proprietas legetur[b], ius adcrescẽdi hęredes non habere. Nam videri vsumfructum constitutũ[c], nõ per concursum[d] diuisum[e]:

II. AFRICANVS libro quinto Quæstionum.

IDeoque amissa pars vsusfructus, ad legatarium eundémque proprietarium redibit. B

III. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

IDem Neratius putat librõ quinto Responsorum, cessare ius adcrescendi. Cui sententiæ congruit ratio Celsi, dicentis totiens ius adcrescendi esse, quotiens in duobus[f] qui insolidum[g] habuerunt, cõcursu diuisus est. Vnde Celsus libro octauodecimo scribit, si duo domini fundi deducto vsufructu proprietatem tradiderint: vter eorum amiserit, vsumfructum ad proprietatem redire: sed non ad totũ[h]: sed cuiusque vsumfructum ei parti accedere, quam ipse tradiderit. Ad eam enim partẽ redire debet, à qua initio diuisus est.

Inter legatarium plenæ proprietatis & legatarium vsusfructus, non est locus iuri accrescendi. Bartolus.

ꝼNon solum autem si duobus vsusfructus legetur, est ius adcrescendi: verũ etsi alteri vsusfructus alteri fundus[i] legatus est[k]. Nam amittente vsumfructum altero cui erat legatus: magis iure adcrescendi ad alterũ pertinet, quàm redit ad proprietatem. [l] nec nouum. nam etsi duobus vsusfructus legetur, & apud alterum sit consolidatus: ius adcrescendi non perit, nec ei[m] apud quem consolidatus est, neque ab eo[n]: & ipse quibus modis amitteret ante consolidationem, iisdem[o] & nunc amittet. & ita & Neratio & Aristoni videtur, & Pomponius probat.

Inter habentem vsumfructum causalẽ, & vsumfructũ formalẽ, est ius accrescẽdi ratione coniunctionis verbalis. Baldus.

IIII. IVLIANVS libro trigesimoquinto Digestorum.

SI tibi proprietas[p] fundi legata fuerit, mihi autem & Mæuio & tibi eiusdem fundi vsusfructus: habebimus ego & Mæuius trientes in vsufructu, [&] vnus triẽs[q] proprietati miscebitur. Siue autem ego, siue C Mæuius capite minuti fuerim[r]: triens inter te & alterutrum nostrum diuidetur: ita vt semissem[r] in vsufructu habeat is, qui ex nobis capite minutus non fuerat: ad te proprietas cũ parte dimidia vsusfructꝰ pertineat.[ſ]

V. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale.

ET si tradideris[t] alicui proprietatẽ deducto vsufructu testator mihi & Mæuio legauit vsumfructum & Titius emit proprie. an tunc ego perdam partem meam? Et respon. accrescit Mæuio & Titio. & si tibi testator legauit nudam proprie. deducto vsufructu pro hærede. item dimidiam vsusfructus alij legauit: quæritur, an inter hæredem & illum fructuarium sit ius accrescendi? Et dicit quòd non: sed proprie. consolidatur. si D testator legauit vsumfructum mihi & tibi, sed mihi pure: tibi sub conditione, si nauis ex Asia venerit vsque ad annum: quæritur ad quem pertinet vsusfructus? Et dicit, quòd ad me interim totum pertinet. sed si extat tua conditio, ad te pertinet vel totus si capite minutus sim pro parte. Viuianus.

h *Ad totum.* scilicet prædium. id est ad quamlibet eius partem pro indiuiso.

i *Fundus.* non detracto vsufructu, aliàs contra. infra, de vsufructu. lega. l. si alij. nec enim intelligeretur dari fundus si vsusfructus detrahatur: vt infra, de verborum obligatio. l. qui vsumfructũ fundi. & ideo pro parte vsumfructum habebit: vt infra, de vsufructu carum rerũ quæ vsu consumuntur. l. si tibi. Sed contra. infra, familiæ erciscundæ. l. & puto. §. primo. Solutio. vt ibi.

k *Legatus est.* vt infra, eodem. l. si mulieri.

l *Ad proprietatẽ.* per consolidationẽ. Azo. & est ratio: quia si alius haberet proprietatem, iste tamen haberet per ius accrescendi, & nõ proprietarius. Accursius.

m *Nec ei.* quia ei potest accrescere.

n *Ab eo.* quia ab eo ipse amiserit, accrescit alteri. Azo.

o *Iisdem.* scilicet casualem perdit, qui habet in hoc naturam formalis: ne factum alterius alteri noceat. Accursius.

Si tibi.]CASVS. Quatuor dicit. testator legauit mihi proprie. fundi, & Mæuio & tibi & Titio vsumfructum. in tres partes diuiditur vsusfructus, quarum vna est cũ proprie. Secundo, si ego partem meam amitto, accrescit tam Mæuio quàm Seio. Tertio, quilibet tã Mæuius quàm Titius habet dimidiũ vsusfructus. Sed quid si interim cum perdo, Titius iam alienauit proprie? Et respon. adhuc accrescit ei. Quarto, si

p *Si tibi proprietas.* nuda. aliàs. §. Iulianus. Accursius.

q *Et triens.* vnus qui supereſt. Azo.

r *Vt semissem.* id est dimidium eius quod est amissum.

ſ *Pertineat.* Sed quid si Titio fundus, & Titio & Mæuio & tibi sit eiusdem fundi vsusfru. legatus? Respon. Titius vnam dimidiam solus, & alterius dimidiæ habebit tertiam: vt infra, de stipu. ser. l. quarta. sed infra, de pecu. leg. l. dominus seruum. §. primo videtur manifeste contra. Item. C. de leg. l. cum quæstio. Ioan. item an ita in persona eius cui relictus est fundus, ius accrescendi locum habeat, non dicit hic, sed ei accrescere ab alio dicit, sed quòd socio ab eo accrescat, non dicit Azo. nec supra, idem Neratius. in fine. Sed sol. vt infra, eo. l. si mulieri.

t ET *si tradideris.* tu cui proprietas cum tertia parte vsusfructus est legata, vel per venditionem, vel alio modo. Accursius.

BIU Cujas

a *Idem est & si apud. Vsusfructus.* quod enim diximus à principio, idem nunc & ex postfacto.

b *Pars.* sic ergo apud hæredem altera dimidia remansit. & hoc probat. & facit supra, eo. l. j. §. fi. & l. seq. Accursius.

c *Reuertatur.* nam nec verbis sunt coniuncti.

d *Si mihi vsusfructus.* sic & in liberto vni pure, & alteri sub conditione assignato: vt infra, de assig. liber. l. sub conditione. §. fina. Accursius.

e *Totum.* contra, infra, de condit. & demō. l. mulieri. Sol. vt dixi supra. l. j. in principio.

f *Vsumfructum.* veniēte conditione. Accur.

g *Si quis Attio & hæredibus suis.* id est testatoris, cum forte legauit à legatario, vel à cohærede, vel à suis Titij, id est filiis eius. Ioā. nam sui hæredes sunt: vt instit. de hæred. quali. & diff. §. sui. & secundum has expositiones non est contra infra, de leg. j. l. plane. §. si duobus. vbi dicitur hæredi à seipso legari non posse.

h *Tres partes fiēt.* imò dicendum videntur fieri deinde: vt. C. de impu. & aliis subst. l. finali. in fine. Solut. illa corrigit. vel verbum, vna, ibi positum, tollit contra. hoc non valet: vt infra, de hæredib. instit. l. liber homo. §. Titius. Vel melius ibi loquitur de hæredib. vni legatarij. id est Titij. Sed hic alterius, id est testatoris, quibus à cohærede vel legatario legauit. Azo.

i *Nec enim interest.* vt & infra, de vsufructu legato illi. & de lega. j. l. Titiæ. §. nihil. &. l. si quis inquilini. §. si ita. Accursius.

k *Si mulieri.* CASVS. Testator instituit extraneos, & mulieri cum liberis legauit vsumfructum, siue liberi moriantur, accrescit matri suæ: siue mater moriatur, accrescit liberis. Secūdo ponit, quòd testator instituit solos liberos, & voluit eos frui cum matre. tibi reliquerat vsumfructum fundi. & dicit idē, vt si mater moriatur, accrescat liberis, & iterim simul vtātur. Tertio, si testator extraneū & filios hęredes īstituit: & mulieri legauit vsūfructū, & dicit idē esse ęp in primo. Viuian.

l *Si mulieri.* de aliquo fundo.

m *Cum liberis suis.* non institutis hæredibus. idem & si sint institutiv infra subiicit. Azo.

n *Habent.* videbatur enim quòd hæc coniunctio, cum, faceret conditionem: vt quicunque eorum deficeret, vel mater vel filij, perirer totum legatum vsusfructus: vt infra, de condit. & demon. Iulius Paulus, sed non est ita: vt hic dicit. quandoque tamen in vsufructu sicut in proprietate sit pars coniuncto. quod dic vt nota infra, de leg. j. l. huiusmodi. §. si Titio.

o *Intelligendum.* vt ius accrescendi hincinde habeat locum. Ac.

p *Non vt legatarios.* scilicet tantum vel simpliciter: sed vt simul cum matre fruerentur. Sed qualiter est idem si soli liberi sunt hęredes. nec enim eis à seipsis legari potuit: vt infra, de lega. j. l. plane. §. pe. & l. legatū est deli. §. Respon. hic nō legauit liberis, sed mulieri, vt frueretur cū liberis: vt supra posuit. Et ita liberi non sunt legatarij ī vsufructu, sed nudam habent proprietatem, & causalē vsumfructum pro parte. Sed tamen vt dixi supra, eis mortuis mater habet vsumfru. & sic accrescit vsusfructus causalis, & mortua matre, liberi habent vsumfructum causalem, non formalem, quem haberent nisi essent instituti. si autem liberi & extranei sunt hæredes, liberi possunt ītelligi legatarij in vsufructu quem habēt formalē. Sed pro qua parte? Respond. pro dimidia eius partis in qua instituti sunt extranei, aliam habet mater: & habet præterea pro tota parte, p quota sunt instituti filij: quia à seipsis non potuit eis legari: vt dixi. imò filij causalem: vt dixi. Ir. tamen scribit hic, quòd virilem debent habere: vt speciale sit ī vsufructu. Sed Azo contra. Ac.

q *Et extranei hæredes.* repete secūdū quod legauit testator vsufructū mulieri cū liberis.

r *Intelligendos.* vt ius accrescendi hincinde habeat locum. Accur.

s *Et per contrarium.* nam suprà posuit quando frui voluit matrem cum liberis. Azo.

t *Intelligēdam.* & etiā liberos: vt. §. l. pxi. in fi.

u *Euentum.* vt hincinde habeat locum ius accrescendi.

x *Si proprietas fundi.* Sappellatione fundi plena cōtinetur proprietas: vt supra, eo. idē Neratius. §. nō solum.

y *Semissem duo.* scilicet proprietarij habēt: vt hic, &. j. de vsufru. leg. l. Sempronius Attalus. §. fin. sic & in proprietate duobus & vni relicta: vt. j. de hęre. instit. l. Titius. Accur.

z *Interdum. Sed amittenti.* id est ei qui amisit iam.

a *Amiserit vsumfructum.* iniuria iudicis. Azo.

b *Vsumfructum.* amiserit. non vtendo, vel repudiando, vel capitis deminutione.

c *Quā amisit.* secūdū R. & bene pūcta sic. quā amisit, subaudi, quā nō est cōtestat⁹: cō sequitur ille qui est cōtestatus: vt &. §. de vsufru. §. Titio. §. fi. &. j. de excep. rei iudi. l. & an eadē. §. qui cū partem. & quod dicit, duntaxat, quasi diceret, non recuperat illā partem quam ipsemet amisit: vt. j. titu. ij. l. iij. §. idē Pōponius. in fi. §.

d *Obtulit.* cū nō possideret. idē & si cōtra possidētē egisset. Azo.

e *A possessore.* qui scilicet nunc possidet.

f *Non domino.* immo domino: vt supra, de vsufruc. l. dominus fructuario. §. fin. quæ est contra. Sol. vt ibi.

Cum

---

actu, nihilominus putat Iulianus adcrescere: nec videri nouum, tibi adquiri vsumfructum.

VI. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

IDem [est] & si apud vnum ex tribus fructuariis consolidatus sit vsusfructus [a]. Sed si cui proprietas deducto vsufructu legata sit, & mihi pars [b] vsusfructus, videndum erit an inter me & hæredē ius adcrescendi versetur. Et verum est, vt quisquis amiserit, ad proprietatem reuertatur. [c] Si mihi vsusfructus [d] fundi purè, [&] tibi sub conditione legatus sit: potest dici totius fundi vsumfructum ad me pertinere interim: & si capite minutus fuero, totum [e] amittere. Sed si extiterit conditio, totum vsumfructum [f] ad te pertinere, si forte capite deminutus sum. cæterùm cū in meo statu maneo, communicādum vsumfructum.

Tantum habet vnus nominatus, quantum plures innominati coniunctē per nomē collectiuum. Item dictio, cum, per modum copulæ cadens inter personas, operatur idē quod dictio, &. h. d. Baldus.

VII. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

SI quis Attio & hæredibus suis [g] vsumfructum legauerit: dimidiam Attius, dimidiam hæredes [eius] habebūt. Quod si ita scriptum sit, *Attio & Seio cum hæredibus meis*: tres partes [h] fient: vt vnam habeant hæredes: secundam* Attius: tertiam Seius. Nec enim [i] interest, ita legetur, *illi & illi cum Mæuio*: an ita, *illi & illi & Mæuio.*

VIII. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

SI mulieri [k] cum liberis suis [l] vsusfructus legetur, amissis liberis ea vsumfructū habet [m]: sed & matre mortua liberi eius nihilominus vsumfructum habent [n] iure adcrescendi. Nam & Iulianus libro trigesimo Digestorum ait, idem intelligendum [o] in eo qui solos liberos hæredes scripserit, licet non vt legatarios [p] eos nominauerit, sed vt ostenderet magis velle se matrem ita frui vt liberos secum habeat fruentes. Sed & Pomponius quærit, quid si mixti fuerint liberi & extranei [q] hęredes. & ait filios legatarios esse intelligendos [r]. Et per contrarium [f] si voluerit eos liberos simul cum matre frui, debere dici matrem legatariam esse intelligēdā [t]: & per omnia similē esse & in hoc casu iuris euētū [u].

Nota quòd ei cui legatur proprietas, videtur etiā legatus vsusfructus causalis. Bal.

IX. AFRICANVS libro quinto quæstionum.

SI proprietas fundi [x] duob⁹, vsusfructus vni legatus sit: non trientes in vsufructu habent: sed semissem [y] duo: semissem fructuarius. Item contra, si duo fructuarij, & vnus fundi legatarius sit.

X. VLPIANVS libro septimodecimo ad Edictum.

INterdum pars vsusfructus etiam nō habenti partem suā, sed amittenti [z] adcrescit. Nam si vsusfructus duobus fuerit legatus, & alter lite contestata amiserit vsumfructum [a]: mox & collegatarius qui litem contestatus non erat, vsumfructū [b] amisit: partem dimidiam dumtaxat, quam amisit [c] qui litem contestatus est aduersus eum qui se liti obtulit [d], à possessore [e] consequitur. Pars enim col legatarij ipsi adcrescit, non domino [f] proprietatis. Vsusfructus enim personæ adcrescit, etsi fuerit amissus.

BIU Cujas

Cvm singulis.]CASVS. Instituit quis duos hæredes ab vno reliquit mihi vsumfru. fundi, ab alio vsumfruc. eiusdem fundi Titio legauit. dicit, quòd sumus separati ac si ab vno reliquissẽt duobus pro æquis portionibus: quia & hic sumus separati, & ideo non est ius accrescendi. Viuianus.

a *Cum singulis.* scilicet legatariis. Azo.

b *Vsusfructus legatur.* insolidum tam in persona hæredis, quàm legatarij. & ob hoc differt à casu seq. Accursius.

c *Æquis portionibus.* à singulis hæredibus faciendis, & singulis legatariis: puta à Titio, lego Cornelio: & à Sempronio lego Ciceroni, vsumfruc. in fundo Gabiano pro æquis portionibus: vt infra. l. pro xi. subiicit. alioquin essent verbis coniuncti: vt infra, de hære. instit. si ita quis hæredes. Vel melius, licet sint coniuncti verbis, tamẽ nõ habent ius accrescendi propterea, quia à diuersis percipiunt vsumfru. Azo. Sed certè immo videntur habere ius accrescendi: vt infra, de leg. j. si duobus. §. fi. vbi fuit legatum Titio & posthumo pro parte virili: & tamen habet locũ ius accrescẽdi. Sol. hic fuerunt omnimodo disiuncti: ibi autem saltem verbis coniuncti: inter quos est ius accrescendi, secundum Ioan. si non sint alij re, vel re & verbis coniuncti: vt infra, de leg. iij. l. re coniuncti. Vel refert, secundum Azo. ab vno hærede relinquatur: vt ibi, vel à pluribus: vt hic. Et no. in superiori casu, quòd obligari hæredes insolidũ non facit fructuarios coniunctos.

*Flo. si vsusfructus cui per singulos dies legetur, vel singulos annos, an semel cedat.

*Flo. simul

d *Vnde fit.* redit ad primum. Accursius.

Vbi diuersi sunt grauati, & diuersi onerati, non habet locum ius accrescendi. Bal.

XII. PAPINIANVS libro secundo definitionum.

CVm singulis[a] ab hæredibus singulis eiusdem rei [vsus] fructus legatur[b], fructuarij separati videntur: non minus quàm si æquis portionibus[c] duobus eiusdem rei fructus legatus fuisset. vnde fit[d] vt inter eos ius adcrescẽdi nõ sit:

XII. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

CVm alius ab alio hærede vsumfructum vindicat.

QVANDO DIES VSVSfructus legati cedat.

TITVLVS III.

I. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

QVanquam vsusfructus[e] ex fruẽdo cõsistat, id est, facto aliquo[f] ei, qui fruitur & vtitur: tamen semel cedit dies[g], aliter atque[h] si cui in menses vel in dies vel in annos singulos quid[i] legetur. Tunc enim per dies singulos, vel menses, vel annos dies legati cedit. Vnde quæri potest, si vsusfructus cui per dies* singulos legatus[k] sit, an semel cedat. Et puto non semel* cedere: sed per tempora adiecta, vt plura legata sint. & ita libro quarto digestorum Marcellus probat in eo, cui alternis diebus vsusfructus legatus est. Et ideo si is fructus legatus sit, qui quotidie percipi[l] non potest: non erit inutile legatum: sed dies [hi] habebũt[m] legatũ, quibus [vti] frui potest.

Dies vsusfru. legati cedit adita hæreditate: & si est dies apposita, ipso iure non cedit ante diem. facit infra, de vsufruc. leg. Sempronius Attalus. Et si est relictus per nomina multiplicatiua, vt in singulos annos, non censetur legatum vnum: sed plura, propter enumerationem temporum. Baldus.

¶ Dies autem vsusfructus, item vsus non prius cedet, quàm hæreditas[n] adeatur[o]. Tunc enim constituitur vsusfructus, cum quis iam [vti] frui potest. Hac ratione[p] & si seruo hereditario vsusfructus legetur, Iulianus scribit, quamuis cætera legata hæreditati adquirantur: in vsufructu tamen personam domini[q] expectari[r], qui vti & frui possit. ¶ Item si ex die vsusfructus legetur: dies eius nondum cedit, nisi cum dies venit. Posse enim vsumfructum ex die legari, & in diem, constat[s]. ¶ Non solum autem vsusfructus ante aditam hæreditatem dies non cedit: sed nec actio[t] de vsufructu. Idémq; & si ex die[u] fuerit legat[o] vsusfruct[o]. Deniq; Scæuola ait agẽtẽ[x] ante diẽ vsusfruct[o] nihil facere[y]: quãuis aliàs[z] qui ante diem agit, malè agit[a].

QVIBVS MODIS VSVSfructus vel vsus amittitur.

TITVLVS IIII.

I. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

NOn solũ vsũfructũ amitti capitis minutione cõstat: sed & actionẽ[b] de vsufructu. Et parui refert, vtrũ iure[c] sit cõstitut[o] vsusfruct[o], an vero tuitiõe ptoris[d], hęc ibi parificat. sed legare vsumfru. pure non est pro eodem, ac si singulis annis leget vsumfruc. quia primo casu semel cedit, & vnũ est legatũ: vt hic. at quãdo in annos singulos, vel annos plures, pluries cedit: vt hic, &. j. de dona. cau. mor. l. senatus. §. fin. & de an. lega. l. cum in annos. & infra, ad leg. Falci. l. j. §. si in annos.

i *Quid legetur.* puta. x. iure vsusfru. vel proprietatis. & sic bene diximus.

k *Legatus.* prædictis modis, id est, per singulos dies.

l *Percipi non potest.* Propter capitis deminutionem. Accursius.

m *Habebunt.* id est, in his diebus habebit legatum, quibus frui potest, id est, quibus fuit restitutus: vt infra, titu. j. l. j. §. fin. Accursius.

n *Hæreditas.* scilicet legantis.

o *Adeatur.* tũc ergo cedit, vt posit frui: vt subiicit hic. non autem quo ad transmissionẽ, vt. ff. in prin. huius legis dixi. Accursius.

p *Hac ratione.* quia ex facto alicuius pendet: vt in prin. huius legis.

q *Domini.* s. hæredis futuri: & dic, q. alius fuit testator, qui legauit vsũfru. & ali⁹ cuius hæreditas iacet.

r *Expectari.* in omni legato inspicitur persona domini, an habeat testamenti factionem, vel non: vt infra, de lega. ij. debitor. §. fi. Sed in vsufruct. inspicitur etiam & expectatur vt tunc cedat cum hæres, id est, dominus adierit: vt hic, & infra, de stipul. ser. l. vsusfructus sine. & infra, titu. j. si ser. uo. Accursius.

s *Constat.* vt & supra, de vsufruc. l. iiij. & tamen nõ cedit ante diẽ vt hic, & infra, quando di. le. ce. l. ij. & iij.

t *Actio.* scilicet cõstitutoria: vt. j. si ser. vin. l. ij.

u *Ex die.* vsusfru. vt etiam actio non prius cedat.

x *Agentem.* scilicet legatarium.

y *Nihil facere.* quia ipso iure nullam habet actionem.

z *Quamuis aliàs.* id est, in legatis relictis vel promissis ex die.

a *Malè agit.* quia actionem habet, sed exceptione repellitur: vt infra, de eo quod cer. lo. l. ij. §. si quis ita stipuletur. & infra, de ver. oblig. eum qui kalendis. Sed contra supra de pactis. l. iiij. Sol. vt ibi. Item facit, infra, ad lẽ. Iul. de adul. si maritus. §. fi.

QVIBVS MODIS VSVSFRVCTVS vel vsus amittitur.

Non solum.]CASVS. Legauit mihi vsumfruc. si capite minutus fuero, amitto vsumfru. & actio. pro vsufruc. competentem. cætera plana sunt. Viuianus.

b *Actionem.* amittitur etiam actio ipso iure, nisi quando petit non vtendo, quia per exceptionem tunc perit: vt ar. infra, de act. & obli. l. obligationum fere. §. placet.

c *Iure.* scilicet ciuili in testamento etiam directo.

d *Tuitione prætoris.* vt per fideicõmissum: vt. j. si vsusfru. pel. qui vsumfru. & j. eo. l. si legatum. vel in superficiario solo vel vectigali: vt infra, de superficie. l. j. in fin. & hoc subiicit: vel aliis modis vt diximus, infra, vsufr. quemad. ca. si vsusfru. mihi. §. illud.

BIU Cujas

proinde traditus[a] quoque vsus fructus, item in fundo[f] vectigali[b] vel superficiario iure[c]* constitutus, capitis minutione amittitur. sedita demum amittitur capitis deminutione vsusfructus, si iam constitutus est. Cæterum si ante aditam hæreditatem, aut ante diem cedentem quis capite minutus est, constat non amitti[d]. Si tibi fundus ex die legatus est, & vsumfructum mihi rogatus es restituere: videndum erit, si capite minutus fuero intra diē legato tuo insertum, ne[e] fortè saluus sit mihi vsusfruct[g], quasi ante diem cedentem capitis minutio interuenerit*. quod benigne dici poterit[f].

Id quod non est, perire non potest. Bal.

¶ Vsque adeo autem capitis deminutio eum demum vsumfructum perimit, qui iam constitutus est, vt si in singulos annos, vel menses, vel dies legatus sit, is demum amittatur[g], qui iam præcesserit[h].*Et[ita]si fortè in annos singulos legatus est, illius dumtaxat anni vsusfructus amittetur. & si in menses, eius mensis. si in dies, eius diei.

No. in ver. quod si ex duobus. quòd separatio & distinctio temporum habet vim distinctionis re & verbis, & impedit ius accrescendi. Bal.

II. PAPINIANVS libro septimo decimo quæstionum.

SI duobus separatim[i] alternis annis vsusfructus relinquatur, continuis annis proprietas nuda est: cum si legatarium vnum substituas[k], cui alternis annis legatus sit vsusfructus plena sit apud hæredem proprietas eo tempore, quo ius fruendi legatario non est. Quòd si ex duobus illis alter decedat[l]: per vices temporum plena proprietas erit. Neque enim adcrescere alteri quicquā potest, quoniam[per]propria quisque tempora non concurrēte altero fructus integros[m]* habuit. Si non mors[n], sed capitis deminutio intercesserit[o], quia plura legata sunt, illius anni tantum (si modo ius fruendi habuit) fructus amissus erit. Quod & in vno legatario qui fructum in singulos annos accepit, defendēdum est: vt commemoratio temporum[p], repetitionis[q] potestatem habeat.

Cùm singulis fructus alternis annis legatur[r] si consentiant[s] in eundem annum, impediuntur: quòd non id actū[t] videtur, vt concurrerēt[u]. Multum etenim refert, duobus simul alternis annis legetur[x], (quod sanè vltra primum annum[y] procedere non poterit: non magis quàm si vni legatus ita fuisset) an singulis alternis annis. Nam si concurrere volent: aut impedient [se] inuicē propter voluntatem[z]: aut si ea nō refragabitur[a], singulorū annorū[b] fructus vacabit[c].

Vsusfructus capitis deminutione amissus potest resumi ex dispositione repetina. & videtur dispositio repetina eo ipso quòd est facta cōmemoratio tēporis. h. d. hoc principiū. Bal.

III. VLPIANVS libro decimo septimo ad Sabinum.

SIcut in annos singulos vsusfructus legari potest, ita & capitis minutione[d] amissus legari potest, vt adiiciatur, *Quotiens què capite minutus erit, ei[do] lego.* Vel sic: *Quotiens amissus erit.* & tunc si capitis minutione amittatur, repetitus videbitur. Vnde tractatum est, si cui quādiu viuat, vsusfructus legatus sit: an videatur repetitus, quotiens amissus est. quod & Mæcianus tentat. Et puto repetitum videri[e]. Quare si vsque ad tēpus sit legatus, vtputa vsque ad decēnium: idē erit dicendū.

Vsufructuarius vtens, ex repetitione habet ius accrescendi, sicut haberet substitutus sibi non tanquam verbis, sed tanquam re coniunctus. h. d. & est multum no. Bald.

¶ Hæc autem repetitio, quæ fit post amissum capitis minutione vsumfructum, quæritur, an & ius adcrescendi secum saluum[f] habeat: vtputa, Titio & Mæuio[f] vsusfructus legatus est: & si Titius capite minutus esset, eidem vsumfructum legauit. Quæsitum est, si Titius ex repetitione vsumfructum haberet, an inter eos ius adcrescēdi saluum esset: Et Papinianus libro septimodecimo quæstionum scribit, saluum esse perinde, ac si alius esset Titio in vsu fructu substitutus. Hos enim tametsi non verbis, re tamen coniunctos videri.

Quando non est repetita tota pars partis, illa pars repetita habet ius accrescendi, non respectu partis non repetitæ, immo sola consolidatur proprietati: sed respectu partis collegatarii. Baldus.

¶ Idem Papinianus quærit: si Titio & Mæuio vsusfructus legatus esset[g]:* in repetitione [autem] vsusfructus non totū, sed partem Titio relegasset[h], currunt: cum ambo loco vnius habeantur.

a *Traditus.* ex causa vēditionis iter viuos, vel simili: subaudi, amittitur ca. demi. vt subiicit.
b *Vectigali.* hoc iure prætorio.
c *Iure.* s. prætorio.
d *Non amitti.* quod enim non est, amitti nō potest: vt infra, de condit. & demon. Titio vsusfruc. & infra, quemadmo. ser. amit. l. si partem. & infra, qui. ad li. procla. non licet. l. Licinius. & infra, de regu. iur. non potest. in fi. ti. & l. non videtur rem. Azo.
e *Ne.* id est, an.
f *Potest.* vt saluus sit.
g *Demum amittatur.* per capi. deminu.
h *Præcesserit.* immo videtur amitti quod non est, vt in alia seruitute alterno tempore relicta: vt infra, quemadmo. ser. amit. si sic. quæ est contra. So. hic de amissione quæ fit per capidemi. ibi de ea quæ non vtēdo. Accursius.
i *Duobus separatim.* vt vnus vno anno, alius alio vtatur. & ita hoc aduerbium, separatim, non designat tantum separationem in legando factam: sed in vtendo & fruendo faciendam: vt & infra, eo. l. §. fi.
k *Substituas.* id est, ponas.
l *Decedat.* in primo casu legis.
m *Integros.* & sic non habet locū ius accrescēdi: vt &. s. de vsufruc. accre. l. iij. in prin.
n *Si non mors.* mortem enim secuta non videtur repetitus: vt infra, eo. repeti. j. respon. & supra, statim.
o *Intercesserit.* quādo duobus separatim alternis annis, & alter in suo anno capite minuitur.
p *Temporum.* scilicet singulorum: cum dicit, singulorū annorū fructus legis lego. Azo.
q *Repetitionis.* vt videatur repetiisse vsumfruc. ita: quotiens amissus erit vsusfructus, do lego. Azo.
r *Alternis annis legatur.* separatim: vt vnus vno anno, alter alio anno vtatur: vt in principio legis.
s *Consentiant.* hic consensus est dissensus.
t *Actum.* s. à testatore.
u *Concurrerent.* in eundem annum.
x *Legetur.* quo casu cō
y *Primum annū.* apertius dixisset, vltra annū: quia alius erat annus proprietarij. primū autē hic dicit respectu sequētiū, & tertius erit primus & quītus: & sic in aliis alternatis. Ac.
z *Voluntatem.* testatoris. & hoc quando non apparet quis primo fuerit nominatus. aliàs ille habet primū annū: vt. s. de vsufru. l. quotiens duobus. Sed hoc casu quādo est incertū quis primo fuerit nominatus, quare non interuenit prætor: vt. s. de vsufruc. si cuius. §. denique & instit. de satisda. tu. & cu. §. sin autem? Respō. quia hic deficit actio qua intentata. interueniat prætor: quæ est in illa. l. si cuius. scilicet cō muni diuidundo. Item nec est fauor ętatis qui est in illo. §. institu. qui est magn⁹: vt. C. de act. empt. l. curabit. Vel verius dic, quòd etiā hic interuenit: vt. j. de lega. j. huiusmodi. §. fi.
a *Non refragabitur.* quia voluit eos vti simul in eūdem annum.
b *Annorum.* scilicet alternorum.
c *Vacabit.* cum eodē anno simul fruantur. Accursius.
d *Sicut in annos. Capitis deminutione.* scilicet capitis deminutione minima interueniēte. cæterum si maximā, vel mediam passus est fructuarius, denuo sibi legari nō posset: vt instit. de capitis deminu. §. j. ij. & iij. & C. de hæred. institu. l. j. & institu. de hęre. quali. & dif. §. testamēti. hodie autē nō amittitur capitis deminutione minima: & ideo nō posset fieri hęc repetitio: vt institu. de aequi. per arro. j. respō. nisi indulta restitutione à principe post maximam vel mediā: vt. s. de postu. l. j. §. de qua. & ita intelligēdū est ꝙ est. j. de an. leg. l. i singulos. & in. l. ista. & facit infra, de vsufru. leg. l. licet. Accursius.
e *Repetitū videri.* vt & j. de euic. si rē quā. §. fi.
f *Saluū.* si postea mortē soluatur.
g *Legatus est.* scilicet purē. Azo.
h *Relegasset.* sic puta: quotiēs Titius amisefructū legarit, ei do lego ꝑ parte:

† *Iste tex. est not. secūdū Bar. hic ad hoc, quòd quādo copula cadit inter diuersas orationes, facit conditionē vernalem. ad quod cōcor. l. 1. §. his ita & ita intelligēdū ꝙ que. C. de cadu. tol.*

* *Flo. vsu-fructu legarit, ei do lego ꝑ parte: to,*

vt &

BIU Cujas

vt &.ſ.e.l.j.j.rñ. At Mæuio nihil relegauit, vt ſtatim innuit, q̃ ſi Mæuius &c. & q̃ dicit, partem, non dicas dimidiam, ſed totius. tũc enim perinde eſſet ac ſi legat⁹ eſſet totius fundi vſusfructus vni, alteri dimidia. & hoc propter concurſum: vt. C. de lega. l. cũ quæſtio. dicã igitur partẽ dimidiã ei⁹ q̃ amitteret, id eſt, quartã toti⁹.

a *Coniuncti.* poſt amiſſionem vſusfructus, & reſumptionẽ partis eiuſdem. Azo.

b *Socio.* id eſt, totam portionem Titij. Titius tamen ſtatim etiam in momento portionem reſumit quam teſtator ei repetiit. vel dicas, quòd per mortẽ Titius amiſit: quo caſu nihil reſumit: licet fuerit repetitus: vt infra, eo. l. repeti. j. reſpon. q̃ non placet. Azo.

c *Amiſiſſet.* poſtquã ſcilicet Titius amiſit, & partem recuperauit. aliàs ſi nondum Titius amiſiſſet. amitteret autem primo Mæuius, & totum Titio accreſceret. nam antequam Titius amittat, negari non poteſt eum re & verbis eſſe Titio coniunctum. Vel dic ſimul cum Titio, id eſt, eodem tempore vel momento per capitis deminutionẽ. Et ad hoc optimè aptatur ſequẽs ratio, nec enim & cætera. quare autẽ eo momento non poſſet dici accreſcere, patet: quia qua ratione diceretur ab eo accreſcere, eadem & illi ab iſto: & ita nulli accreſceret. & ſecundum hoc dic, eo momento, id eſt eo caſu. Eſt alia ratio, quia cum ius vtriuſque ſit in ea cauſa vt recedat: interim ius aliquod per actionem non vindicat: vt infra, ſi cert. peta. l. pecuniam. Ratio autem ſequens, placet enim &c. poteſt referri ad eũ caſum quando Titius primo, Mæuius ſecundo amiſit. patet duobus modis poni caſum per hanc gloſ. Accurſius.

d *Partem ad eum.* quæro quam? Reſpon. certum eſt, q̃ id quod amiſit irrecuperabiliter, & accreſcit Mæuio: non debet Titio accreſcere, Mæuio capite minuto. ſed de medietate quam Mæui⁹ amiſit ex ſua perſona, pro parte quam reſumpſit Titius, & ſic pro quarta totius accreſcit ei, pro alia proprietario. & ſic eſt quarta. Quidam tamen dicunt totam medietatem quam habuit Mæuius ex ſua perſona, accreſcere Titio. ſed quomodo, cum nõ ſit Mæuio coniunctus re, niſi in eo quod reſumit? & in eis dixiſti non accreſcere. faciebat tamen pro eis ſupra, tit. iij. l. interdum. ſed ibi iniuſtè amiſerat, hic iuſtè. & dicitur prædicta coniunctio durare: vt ſupra, ea. l. §. hæc autem.

e *Neque enim.* bene dico partem non totam: quaſi dicat, ille cui accreſcit in totum pars defecta, talis debet eſſe vt potuerit ei accreſcere omni tempore poſtquam cœperit eſſe fructuarius: vel ſaltem tunc cum eſt pars defecta. huic autem non potuit accreſcere cum amittebat, vel cũ reſumebat, vel etiam in medio, id eſt, antequam reſtituatur. nec enim potuit tunc cum pars eſt defecta. non potuit dico, quod irrecuperabiliter amiſit: nec alius pro eo: quia in eo nullo modo erat alteri coniunctus. ſed in eo quod reſumit, incipit re coniunctus eſſe. Azo.

f *Quo quis.* Titius.

g *Ex reſumit.* ſepara literam faciendo repetitionem. nam eſt impoſsibile q̃ eodem puncto & amittat & reſumat. nam ita demum reſumit, ſi prius amiſerit: arg. contra. j. de noua. ſi Stichũ. §. ſi quis. Sed ibi ponitur tempus pro quodam ſpatio quod plura puncta & horas continet. Et fortè hic idem dici poſſet. nam & momentum ponitur pro die quandoque: vt. C. de fer. l. omnes. Azo.

h *Ex vſufructu.* irrecuperabiliter amiſſo: id eſt, nec ipſe, vt hic: nec alius pro eo, vt ſubiicit.

i *Accreſcere.* ſicut enim Titio vſusfruc. Mæuij in totum accreſcit, quando Titio in repetitione totus eſt legatus: vt ſupra. e. §. hæc autem. ita ſi pars dimidia vſusfruc. in repetitione eſt ei legata: quia immedietate eſt Mæuio re coniunctus tantum: vt ſupra. §. proxi. pro medietate portionis quam amittit Mæuius, quæ eſt quarta totius, ei accreſcit. & hoc eſt quod dicit, neque enim & cætera. & ibi, placet enim nobis &c. ſecundum R.

Repetitio vſusfructus, habet locum in vita: & non poſt mortem legatarii: niſi ſit facta commemoratio hæredis. Bartolus.

V. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Sabinum.

REpeti poteſt legatus vſusfructus amiſſus qualicumque ratione, dũmodo nõ morte⁰: niſi fortè hæredibus[p] [ei⁹ eũ] legauerit. Si quis[q] vſumfructum ſolum ſerui alienauerit, per quem vſusfructus ei adquiſitus eſt: dubiũ non eſt quin vſusfructus per eum adquiſitus retineatur[r]. Rei mutatione interire vſumfructum placet: veluti, vſusfructus mihi ędium legatus eſt. ædes corruerunt, vel exuſtæ ſunt[ſ]. ſine dubio extinguitur [vſusfructus.] an & areæ? certiſsimum eſt exuſtis ædibus, nec areæ, nec cæmentorum vſumfructum deberi. Et ita & Iulianus [ait.] ℣ Si areæ ſit vſusfructus legat⁹, & in ea ædificium ſit poſitũ[t]: rem mutari, & [ita] vſumfructũ extingui cõſtat[u]. Plané ſi proprietarius hoc fecit: ex teſtamẽto, vel de dolo tenebitur[x].

k *Amittit.* irrecuperabiliter. & die, ex eo large. ſic infra, de incẽ. rui. nau. l. j. §. j

l *Perſonæ cohæret.* vt infra, de lib. leg. l. non ſolum. §. tale.

SI legatum. CASSVS. Periit vſusfruct. ex perſona illius cui vſusfru. eſt reſtitutus, non ex perſona illi⁹ qui reſtituit: vt hic, & idem habes infra, de vſufruc. leg. ſi quis. Vlpianus.

m *Prætor.* qui fideicõmiſſa introduxit: vt inſtitu. de fideicomiſ. hæred. §. j. Accurſius.

n *Pereat.* vſusfru. v. & infra, eo. ſi legatum. & infra, de vſufruc. lega. ſi quis vſumfructũ.

REpeti poteſt. CASSVS. Vſusfruc. poteſt repeti quocũq; modo amittatur, dummodo non amittatur morte. [*SI QVIS.*] Habeo vſumfru. in ſeruo per quem mihi quæſitus eſt vſusfru. in fundo. alienaui vſumfructui. certè retineo vſumfru. fundi. [*REI.*] Si legetur mihi vſusfru. ædiũ quæ poſtea corruerunt. extinguitur vſusfru. adeo quòd nec areæ illius domus vſusfru. debetur. [*SI AREAE.*] Teſtator legauit mihi vſumfr. areæ ſuæ, vel alienæ. hæres vel alius dominus in ea poſuit ædificium. extinguitur vſusfr. ſed iſti hæredes ſi fuerint extranei, de dolo tenentur, & interdicto quod vi aut clam, ſi non ſint paſsi conſtituere vſumfru. ædificio ſublato. &. h. d. cũ duabus legib⁹ ſeq. Vi.

o *Morte.* rei vel perſonę. in perſona enim mortui nõ poteſt repeti legatũ: imò pro nõ ſcripto habetur: vt. C. de cadu. tol. §. j. Ac.

p *Hæredibus.* & tunc non eundem vſumfructum habebunt, ſed diuerſum: vt. j. de verb. obliga. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita.

q *Si quis vſumfructum.* ſcilicet fundi.

r *Retineatur.* idem eſt & ſi partẽ ſerui: vt. C. de vſufru. inter antiquam. &. l. fi. idem & ſi totum: vt. j. eo. ſi ſeruo. & ſupra, de vſufru. qui vſumfructum. §. fi.

ſ *Exuſtæ ſunt.* ſcilicet in totum: vt inſti. eo. §. fi. & infra, de ſerui. vr. præ. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. in fi. & ſupra, de vſufruc. ſi cui inſulæ. Sed contra. j. eo. l. fundi. &. l. ſeq. &. l. quid tamen. §. agri. ibi, non tamen &c. Solu. vt ibi in. l. illa, ſed & eo. &. d. §. agri.

t *Poſitum.* à quocunque.

u *Extingui conſtat.* ſecus etiam in proprietate areæ legatæ: quia ſi redit ad aream, valet legatum: vt. j. de lega. iij. ſi chorus. §. areã.

x *Vel de dolo tenebitur.* in nullo caſu videtur verum quod hic de actione de dolo dicitur. aut enim iam cœperat vſusfructus: & tunc ceſſat de dolo. quia tunc locum habet interdictum, quod vi aut clam: vt infra, quod vi aut clam. l. denique. in princ. & argu infra, ad. l. Aquil. item Mela. §. fi. &. l. ſeq. & arg. ſupra, de dolo. l. & eleganter. §. ſi ſeruum. aut nondum cœperat, quia hæreditas nondum erat adita: & tunc ſimiliter datur interdictum quod vi aut clam. Item ex teſtamento: vt ſupra, de dolo. l. & eleganter. §. itẽ ſi ſeruum. & .j. de aur. & ar. leg. ſi imaginem. Item pro nihilo poneret, extingui. nam ex eo videtur, quòd iam cœperat. Ad hoc reſpon. quatuor modis. vt dicas de dolo, id eſt, ex teſtamento nomine doli. Secundo, quia hæc vel illa datur: quia illa ex teſtamento. Tertio dic, quòd competat de dolo, ſiue cœperat vſusfruc. ſiue non. nam & ſi cœperat, ceſſat Aquil. quia ędificio non fit res deterior: vt infra, ad legem Aquil. ſi ſeruus

BIU Cujas

seruus seruum.§. Viuianus.&.§.sed & si.&.§. si salictum.&.§.sed & si puerum.&.§.rupisse. Eadem ratione nec interdictum datur: vt infra, quod vi aut clam.si alius.§.si quis aceruũ. Nec ob. quod de anulo submerso & de similibus dicitur. ibi enim quod meũ ab, contrectatur:& res quæ mea est,mihi abest.hic nihil meũ cõtrectatur.Ité & alia ratione potest cessare interdictũ,si ponas ędificanté nec fuisse phibitũ, nec suspicatũ fuisse se posse phiberi.puta, si bene credebat fructuariũ ignorare vsufr. sibi relictũ: & ideo ea sciente & patiente, ædificabat. Item si non cœperat vsusfru. multo minus dabitur aliqua prædictarum: & tunc pones verbũ, extinguitur, improprie: vt infra, vsufru.quemad.ca.l.iij.§. desinere. & hoc nisi in testatoris area sit relict[a]. Quarto,vt loquatur in duobus casibus, id est,quãdo hæres ædificauit in insula testatoris, cuius vsufruc. relictus erat: & tunc datur actio ex testamento. Item interdictum si prohibitũ fecit, vel si se prohiberi suspicatus est, & cœpit esse postea fructuarij vsusfruc.aliàs actio ex testamento tãtum locum haberet.Ité etiam in alio quando alienæ areæ vsusfruc. legatus est: & ille extraneus dolo malo vt vsusfructus deberi nõ posset,ędificauit: tunc enim hæres nullo modo tenetur: quia in culpa non est. & liberatus est quasi morte rei: quare & contra extraneum vnicum superest actionis de dolo auxilium. Quod autem sequitur, nisi sublato & cetera.non ideo dicitur vt interdictum etiam si vsusfru.tempore non periit, non cõpetat: sed ob hoc vt etiam tunc competere dicatur,nisi vsusfructus restituatur. Ac.

a *Nisi sublato ædifi. Trãsacto.* Alioquin fieret restitutio in so iure: vt infra,quemadmo.ser.amit si locus. Azo. Sed quomodo competere potest vel de dolo, vel interdictum: cum vna biẽnio, altera anno tollatur : vt vsusfruc.x.an.& hic dicit, finito vsufruc.dari interdictum? Respon.loquitur secundum leges istas quando finiebatur vsusfru.anno vel biennio continuo: & annus interdicti erat vtilis.Accursius.

Fundi.]*CASVS.* Ti.legauit vsumfruc.fundi,in quo est villa.si villa decidat,manet vsusfru.areæ in loco vbi fuit villa.& hoc siue villa fuit accessio fundi, siue econtra fundus fuit accessio, vt hortus. tamen hoc est si villæ & fundi relictus fuit vsusfruct.Viuianus.

b *Legato.* & per consequens villæ quę in eo est.Accursius.

c *Si villa.* mala ratio:vt infra.l. quid tamen.in princip. & ideo subaudi,maxime.Accursius.

d *Sed & eo Potero.*supra.e.repeti.§.rei mutatione. contra. Sol.

VI. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

SEd & interdictum, quod vi aut clam,vsufructuario cõpetit:

VII. IVLIANVS libro trigesimoquinto Digestorum.

NIsi sublato ædificio vsumfructum areæ mihi cesserit, tempore scilicet quo vsusfructus perit transacto[a].

Licet mutetur forma in accessorio, non extinguitur in principali. Bal.

VIII. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

FVndi vsufructu legato[b], si villa[c] diruta sit, vsusfructus nõ extinguetur:quia villa fundi accessio est: non magis quã si arbores deciderint.

IX. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

SEd & eo quoq; solo in quo fuit villa, vti frui potero[d].

X. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

QVid tamen si fundus villę fuit[e] accessio? videam[5] ne etiam fundi vsusfruct[5] extinguatur. Et idem dicendũ est, vt non extinguatur. ℣ Non tantum si ædes ad aream redactæ[f] sint, vsusfructus extinguitur: verum etiam si demolitis ædibus testator alias nouas restituerit. Planè si per partes reficiat, licet omnis noua facta sit, aliud[g] erit nobis dicẽdum. ℣ Agri vel loci vsusfructus legatus, si fuerit inundatus[h], vt stagnum iam sit, aut palus: ꝓculdubio[i] extinguetur. Sed & si stagni vsusfructus legetur, & exaruerit, sic vt ager sit factus: mutata re, vsusfructus extinguitur. Non tamen si arui vsusfructus legetur, & ibi vineæ sint positę, vel contra: puto extingui[k]. Certè[l] sylvæ vsufructu legato, si sylua cæsa illic sationes fuerint factæ: sine dubio vsusfructus extinguitur. ℣ Si massæ vsusfructus legetur, & ex ea vasa sint facta, vel contra: Cassius apud Vrseium scribit interire vsumfructum. quã sententiam puto veram. Proinde & ornamentum dissolutum[m] aut transfiguratum, extinguit vsumfructum. ℣ In nauis quoque vsufructu Sabinus scribit, si quidem per partes refecta sit, vsumfructum non interire. Si aũt dissoluta[n] sit, licet iisdem tabulis[o] nulla præterea adiecta restaurata sit, vsumfructum extinctum. quam sententiam puto veriorem. Nam & si domus[diruta fuerit, & eisdem cæmentis tigniſque] fuerit restituta: vsusfructus extinguitur. ℣ Quadrigæ vsufructu legato, si vnus ex equis decesserit, an extinguatur vsusfructus quæritur? Ego puto multum interesse,equorũ, an quadrigæ vsusfructus sit legatus. Nam si equorum, supererit in residuis. Si quadrigæ,non remanebit: quoniam quadriga esse desiit:

XI. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

NIsi alius[p] ante diem legati cedentem substitutus sit.

Mutato ministerio ex quo dependet effectus, intelligitur res mutata. Baldus.

XII. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

SI cui balinei vsusfructus legatus sit,& testator habitationẽ [ex]hoc fecerit:vel si tabernæ, & diætã fecerit: dicendum est, vsumfructũ extinctũ. Proinde & si histriõis[q] reliquerit vsumfructum,& eũ ad aliud hic habet vsumfr.in solo vbi est villa:nõ quia villę,sed quia fundi totius quasi cuiusdam vniuersitatis.nam idem est vbi omnium bonorum est vsusfru.relictus:vt.ŝ.de vsufru.quotiens.§.fi.Accur.

Quid tamen.]*CASVS.* Si domus diruatur cuius vsusfru. legatur,extinguitur vsusfru. Cætera plana sunt vsque ad.§. in nauis. Si legas mihi vsumfruc. nauis,& per partes refecta sit, vsusfruc. non extinguitur: secus econtra est:quia tunc extinguitur vsusfru. quod in domo locum habet. [*QVADRIGAE.*] Si in quadriga tua quæ quatuor equis ducebatur, mihi vsumfru. legaueris. & vnus equus decesserit, quæritur an exting.vsusfru. in residuis tribus equis? Et disting. aut equorum aut quadrigę relinquitur vsusfruc. primo casu remanet in residuis: secundo casu non remanet vsusfru.& continua .l. sequent. cum ista. Viuianus.

e *Accessio fuit.* eodẽ casu repete quo villæ & fundi legauit vsumfru. vt supra, eo.l.fundi. & est fundus accessio: vt si gratia operis quod in villa agebat, habuit fundum. econtra, si gratia fructuum fundi habuit villam:vt infra, de aur.& arg.le. & si non sint.§.peruenimus.

f *Redactæ sint.*& nullæ aliæ sunt refectæ.

g *Aliud.* vt non extinguatur. nam quandiu pars etiam minima supereſt, etiam in destructa habet vsumfru. vt supra, de vsufru. si cui insulæ.

h *Inũdatus.* ante mortem vel post mortem testatoris.

i *Proculdubio.*vt.ĵ.eo.l.si ager.

k *Puto extingui.* hoc ideo fortè, quia etiam vinea durante sationes ibi fiunt : vnde quasi non sit forma mutata, nõ perit vsusfruc.quasi magis in solo sit vsusfructus quęsitus : vt infra, pe ser. rusti. præ-

di.l.certo. in sylua autem non fiunt sationes: vnde si fuit cæsa, & fiant sationes,rei mutatione extinguitur vsusfr.vt hic subiicit.

l *Certè.* vel aduerbium, vel nomen.

m *Dissolutum.*id est,dissolutio ornamenti.Accursius.

n *Dissoluta.* tota simul.Accursius.

o *Licet eisdem tabulis.* mutato consilio.nam si ea mente vt reficiatur dissoluta sit, rursus composita eadem esse incipit: quæ distinctio in domo non admittitur:vt.ĵ.de verb.oblig. inter stipulantem.§.at nauis.quæ est contra.&.ĵ.de solu.qui res.§.aream.

p *Nisi alius.* scilicet equus. sic & in legato proprietatis: ar.ĵ. de leg.ij.peculium.§.quadrigę.Accursius.

Si cui balinei.]*CASVS.* Si status rei cuius vsumfruc. testator legauit,mutatus sit:extinguitur vsusfru.de quo subiicit duo dicta in quibus extinguitur vsusfruc.Viuianus.

q *Histrionis.*& hoc cũ nomẽ artificij in legando expresit:puta, lego

lego seruum meum histrionem. & postea ad aliud artificium trãsierit seruus: vt quia lecticarius fiat: secus si ad aliud transierit officium seu ministerium quod non sit artificiũ: vt si fiat cocus: quia tunc extinguitur: vt infra, de leg. iij. legatis. §. si ex officio. Item secus si proprium nomen esset expressum in leganda proprietate: licet ĩ vsufructu hoc nõ distinguatur: ar. supra de cap. demi. l. tutelas. j. respon. & infra de ali. & cib. le. Mela. Sed ar. contra. j. de vsu & ha. l. cęterum. §. mulieri. Ac.

a *Ministerium*. id est artificium.

b *Extinctum*. id est, non incipit si nondum cœperat: vel si cœperat, extinguitur.

Casum posuit.

c *Si vsufructuarius*. quę rebatur si vsufructuarius fecit messem, id est, secauit segetem, & adhuc nõ est in horreo recondita vel coacta, id est, batuta: cuius sit? & dicit Labeo, q̃ est hæredis fructuarij: & idem in olea & vua collecta, licet nondum coacta, vt inde sint fructus extracti. sed aliud est si adhuc tenetur in terra spica, vel vua in vinea: quia tũc est proprietarij. Item aliud est in ea oliua vel fructu qui per se cecidit: quia est proprietarij. Sed Iulianus corrigens dicit, quòd non sunt fructuarij, vel hęredis eius, nisi in horreis sint recondita. in bonæ fidei autem possessore efficiuntur eius, eoipso quòd à solo sint separati. secũdũ omnes, Labeoné scilicet, & Iulia. Vel dic secundo, quòd facit differétiam inter fructuarium & bonæ fidei possessorem: quia fructuarij fiunt statim q̃ à solo sunt separati, vel à se, vel ab alio nomine suo. sed bo. fi. possessoris à quocũq; separent, & cuiuscũq; nomine.

**Flo. fructuarius.* *†Ludo. Rõ. in suis sing. fo. 20. sing. 549. dicit istã text. probare, quod appellatione fructus venit palea: sed dic, quòd tex. nõ loquitur aliquo pacto de palea: nec, si bene inspiciatur hoc probat Bolog. Adde quòd si tex. noster hoc non probet vt voluit Bolog. in nouis suis interpre. hic tamen pro Ludo. Rõ. ego adduco tex. hoc pro hãc si subtiliter videatur in. l. fi. §. fi. C. de serui. & aqua. quem text. alleg. Baptista de Castellio. in addi. Ludo. Rõ. vbi supra.*

d *Stipulam*. id est, blauam sectam, siue messem.

e *Labeo ait*. & male. Azo.

f *Fructúmque percipi*. dicit Labeo.

g *Sed vt verum est*. id est, sicut est verum, secundum Labeonem: ita & hoc est verum quod subiicit, secundum eundem: corrigitur tamen primum per Iulianũ. Item no. quòd hic est similitudo per contrarium. vel expone secundo, vt sonare videtur, secũdum Io. & Azo. quòd fructuarij fiant statim, vt suo nomine à solo separati sunt: sed in bo. fidei pos. non requiritur suo vel alieno nomine percipiantur. Azo.

h *Scripsit*. Labeo.

i *Deciderit*. hoc enim non est hæredis fructuarij.

k *Perceperit*. non autem si ab alio percipiantur non nomine fructuarij, vel per se ceciderint. & sic prædicta non corrigit, secundum Io. & Azo. vt hic, & infra, de vsur. qui scit. §. in alieno. &. §. præterea. secundum secundum casum. sed secundum primum percepit, & in horreo recondidit.

l *Separati sunt*. à quocunque vel cuiuscunque nomine, secundum secundum casum, vel etiam secundum primum.

m *Excepta. Morte*. quibus duobus modis in totũ tollitur vsusfructus: vt. ff. co. l. iij. §. fina. &. C. de vsufru. corruptionem. in fi.

n *Reliqua causa*. vt non vtendo, & rei mutatione.

ministeriũ[a] trãstulerit: extinctũ[b] esse vsumfructũ dicẽdum erit.

Lex ista legitur duobus modis secundum primam lec. breuiter. h. d. Fructus efficiuntur fructuarii cum ab eo sint in horreo recondit. bo. fi. possessoris, eoipso quòd sunt à solo separati. h. d. secundum primam lec. secundum aliam lec. h. d. Vsufructuarius facit fructus suos si suo nomine à solo separentur: sed bonæ fidei possess. à quocũque a terra separẽtur. h. d secundũ istã lec. Iulianus nõ corrigit Labeonẽ, immo declarat, & istã puto verã: quia immo iurisconsultus approbat dictum Labeonis ibi. sed verũ &c. Bar.

XIII. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

SI vsufructuarius [c]*messem fecit, & decesisit: stipulam [d]† quæ in messe iacet, hęredis eius esse Labeo ait[e]: spicá[autem] quæ terra teneatur, domini fundi esse: fructumque percipi[f] spica, aut fœno cęso, aut vua adẽpta, aut excussa olea, quamuis nondum tritum frumẽtum, aut oleũ factũ, vel vindemia coacta sit. Sed vt verũ[g] est quod de olea excussa scripsit: [h]ita aliter obseruãdũ de ea olea quę per se deciderit[i]. Iulianus ait, fructuarij fructus tũc fieri, cũ eos perceperit[k]: bonæ fidei autẽ possessoris, mox q̃ à solo separati sũt[l].

XIIII. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

EXcepta capitis minutione vel morte[m], reliquæ causæ[n] vel pro parte[o] interitũ vsusfructus recipiunt.

XV. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum.

INterdum [p]proprietarius ad libertatem perducet[q], si fortè vsusfructus fuerit tandiu legatus, quãdiu manumittatur[r]. Nã incipiẽte ꝓprietario manumittere, extinguetur vsusfruct[s].

Ex testamento diuersorum non est locus iuri accrescẽdi. quam. l. no. quia est vna de regulis in materia iuris accrescendi. Bar.

XVI. IDEM libro quinto disputationum.

SI sub cõditione mihi legat[t] sit vsusfruct[s], medioq; tẽpore sit penes hęredẽ: potest hęres vsumfructũ alij legare. quæ res facit, vt si cõditio extiterit mei legati: vsusfructus ab hęrede relictus finiatur[f]. Quòd si ego vsumfructũ amisero[t], non reuertetur ad legatariũ[u], cui ab hærede purè legat[s] fuerat: quia ex diuersis testamẽtis ius coniunctionis non contingit[x].

Consolidatio voluntaria permittit vsumfructum. nec postea remittit. Baldus.

XVII. IVLIANVS libro trigesimo quinto Digestorum.

SI tibi fũdi vsusfructus purè, proprietas autẽ sub cõditione Titio legata fuerit: [&] pẽdẽte cõditione dominiũ ꝓprietatis adquisieris[y]: deinde cõditio extiterit: pleno iure fundũ Titius habebit. Neq; interest[z], q̃ detracto vsufructu proprietas legata sit. [Tu]enim dum proprietatem adquiris, ius omne legati vsusfructus amisisti[a].

XVIII. POMPONIVS libro tertio ad Sabinum.

SI seruo hęreditario ante adĩtã hęreditatẽ legat[s] vsusfruct[s] fuisset: magis placet, adita hęreditate, eũ vsufructũ ad te[b] trãsire, nec interire quasi mutato[c] dominio[d]: quia nec dies ante

o *Pro parte*. vt infra, eo. l. placet. Accursius.

Interdum.] CASVS. Si cui vsusfruc. serui legetur quandiu manumittatur: eo manumisso extinguitur vsusfruc. Viuianus.

p *Interdum*. hodie semper ad libertatẽ proprietarius perducet vt. C. communia de ma. l. j. §. j. sed fructuarius non: vt ibi dicitur.

q *Perducet*. scilicet seruum in quo habet. pro prietatẽ, & alius vsumfructum.

r *Manumittatur*. à proprietario. Accursius.

Si sub cõditione.] CASVS. Reliquisti vsusfru. sub cõditione si nauis ex Asia venerit, vsusfru. interim est apud hęredem: & idem haues alij legare poterit, q̃ si conditio mea extiterit, vsusfruc. illius cui hæres legauit extinguitur, & ad me cõditio redibit: & si ego vsumfruc. amittam, non redibit ad illum cui hæres tuus legauit. Viuianus.

s *Finiatur*. quia ius q̃ habebat, & non videtur legasse: vt. ff. leg. j. si domus. §. pen.

t *Amisero*. postquã habuero. Accursius.

u *Ad legatarium*. sed ad proprietatem. Acc.

x *Non contingit*. vt & argu. infra, de bo. pos. sed cũ patrono. in prin. & infra, de tribu. procuratoris. §. si plures. & §. sed si duas. Sed arg. contra, infra, de remili. si certarũ. §. Iulianus &. §. quòd si alterutra.

Si tibi.] CASVS. Testator vsusfruc. mihi purè legauit: Titio autem proprietatem nudam, sub conditione, si nauis ex Asia veneri. conditione pendente ego fundum emi ab hærede: & sic per consolidationem amisi vsumfructum formalẽ. extitit postea condition. plena proprietas adeũ trãsibit, licet fuerit nuda legata. Viuianus.

y *Acquisieris*. emendo ab hærede.

z *Neque interest*. non est differentia responsionis prædictæ vel in prædicta responsione distinctio: sed contra, supra, de vsufru. dominus fructuario. So. ibi amisit proprietatem ex causa quæ fingit nondum proprietatem quæsiuisse: hic non ita. Azo. Vel solue vt ibi. Accursius.

a *Amisisti*. propter consolidationem si dominium mutaretur. Accursius.

Si seruo.] CASVS. Decesisti relicto hærede: tu tamen habueras seruum. antequam tuus hæres adiret hære. illi tuo seruo relictus fuit vsusfruc. an hæredi tuo acquiratur? Et respon. quòd sic & valebit legatum cum hęres adibit: quia dies non cedit ante ãtam hæreditatem. Viuianus.

b *Ad te*. scilicet hæredem.

c *Mutato*. quod fieret, scilicet interiret si hæreditati, quæ domina esset, quæreretur, & per eã hæredi futuro: vt infra, ad. l. Aquil. huic. ij. respon. & infra, si quis testa. liber esse iusserit. j. §. j. hic autem non cedit nisi hæreditate adita: vt hic, & supra, quando dies vsufruc. le. ce. l. j. §. hac ratione. & infra, quando dies le. ce. l. cum ita. in fi. & infra, de stipu. seruo. l. vsusfructus. vnde non nocet dominij mutatio de hæreditate in hæredem.

d *Dominio*. scilicet serui.

Nequ

BIU Cujas

Neque vsusfructus.] CASVS. Si habeo in fundo tuo vsumfruc. serui: personalem vel realem, eum non perdo, licet tu alienes proprietatem fundi.

a *Neque vsusfructus.* vt & supra, de vsufru. locũ. §. proprietarius.

b *Abusive.* vt. j. de ser. rusti. prædio. l. via. §. si fundus. Accursius.

Is, qui vsumfructum.] CASVS. Si habeo vsumfr. i fundo tuo: & tantum vtor: aut facio sciẽs, aut ignorans. primo casu retineo vsũfr. nec amitto. Secũdo casu amitto vsumfr. Viu.

c *Videtur.* quia ius suũ seruit durare: vt argu. j. qui. mo. pignus. vel hy po. sol. l. sicut. §. non videtur. & infra, quemad mo. ser. amit. l. ij. & l. si stillicidij. §. fi.

d *Vsumfructũ.* sed an habeat vsum? videt̃ q̃ non. nã sic errãdo tẽpore quæreretur: q̃ esse non debet: vt. j. de vsuca. & l. si furẽ. §. j. Quare dicas, durare vsũfr. licet nõ duret quãtum ad cõmodũ vsusfru. vt hic dicit, sed vsus. Item no. hic erroré nocere. sic &. j. de acceptila. & per iusiurãdũ. §. si quis vsumfructũ. &. j. de re. q̃ui habebat. &. j. de acquir. hęred. is qui putat. & de testa. l. qui à latronib⁹. &. j. quẽad. ser. amit. l. si quis alia aqua. & l. fi. Accursius.

Si vsusfructus.] CASVS. Si leget vsusfru. ciuitati, & in eã idu catur aratrũ: an vsusfr. amittatur? Et respon. q̃ sic. Viuianus.

e *Carthago.* & Troia. Idẽ forte si eo ꝓposito ide discedãt homines, ne eò reuertãtur: vt. j. de col. bo. l. pe. j. respõ. nisi communicato cõsilio ex seipsis ciuitatẽ constituant: quia tunc etiam eadem esse videtur ciuitas.

Si mulieri.] CASVS. Mulier cui relictus est alicuius rei vsusfructus, per maritum retinet vsum, si absens fuerit. Item retinet per familiam. idem econtra: quia vir retinet per vxorem: quia magis videtur vir vti per vxorem, quàm vxor per virum. Viuianus.

f *Profecta.* non relicta familia in domo. & per hoc differt à casu seq.

g *Reliquisset.* per quã retinetur seruitus: vt infra, quemadmo. ser. amit. l. vsu retinetur.

h *Eaque.* scilicet mulier.

i *Vxorem.* quæ secum potest vti: vt infra, de vsu & ha. l. cæterum. §. mulieri. Accursius.

Si ager.] CASVS. Habeo vsumfructum in agro. flumen cum impetu inundat agrum. vtrum vsumfruct. amittam? & distinguitur. Nam in prima parte flumen fecit alueum: in secunda non. Idem dicit lex sequens vsque ad. l. placet. infra, eod. Viuianus.

k *Amittitur.* vt instit. de re. di. §. alia sane. contra. Sol. hic mandauit vt alueum sibi faceret: vt & supra, eo. quid tamen. §. agri. & infra, de acquir. re. do. ergo. §. alluuio. possessionem autem constat amitti: vt. j. de acquir. possess. l. qui vniuersas. §. item quod à mari.

l *Si eodem.* id est, simili impetu: & hoc de æquitate. Vel hic mutat casum quando eodem: & sic non fecit alueum: sed supra, non eodem: & ita ibi esset secus. Et dic, reuertitur quatenꝰ de facto exiuit. Et secũdum hoc non est contra, infra, de acquir. re. do. adeo. §. insula. in fi.

m *Discesserit.* mutat ergo casum: quia supra fecit alueum, hic non: & sic non ob. infra, de acquir. re. do. l. adeo. §. insula. ĩ fi. Vel eodem, id est simili impetu. & hoc de æquitate. Accursius.

n *Cum vsumfructum. Restitutum.* quatenus de facto recessit. vere autem non fuit amissus: vt puto hoc primo casu.

o *Id solum.* id est, illa terra.

p *Restitui possit.* De stricto iure: secus de æquitate: vt infra, de acquir. re. do. l. adeo. §. ĩsula: &. §. quòd si post. & infra, quemad. ser. amit. l. si locus.

q *De quibus.* id est, de itinere & actu, quo ad rigorem iuris: sed de æquitate similiter secus: vt infra, de itine. actuque. priua. l. j. §. si quis vel. Accursius.

r *Summa terra.* id est, supereminens.

s *Regesta esset.* id est, alia terra reposita.

t *Placet.* supra, eo. l. excepta. Accursius.

u *Si ager. Restituetur.* Nam & res habent postliminium: vt infra, de capti. & postliminio reuer. l. postliminium. j. respon. Accursius.

Si seruus.] CASVS. Vsusfr. cuiusdam serui meus erat, proprietas autẽ tua. ille seruus mihi damnum dedit, & tu dedisti eum pro noxa. confunditur vsusfructus. & ita tu liberaris, quòd non teneris mihi in alio. Viuianus.

x *Liberabitur.* proprietarius à præstatione vsusfructus.

Si vsusfructus.] CASVS. Titius legauit mihi vsumfru. alternis an. & sic tot sunt legata quot sunt anni illius in vsufr. nõ possum perdere iuris præsumptione non vtendo. Viuianus.

y *Amitti.* vsusfru. tamen vnius cuiusque anni decennio inter præsentes. xx. inter absentes tollitur, ex quo competere cœpit: gg quia

cesserit, quàm tu hęres extiteris.

XIX. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

NEque vsusfructus [a], neq; iter, actúsve [b], dominij mutatione amittitur.

Vsu partis retinetur ius totius à sciente: secus ab ignorante. Bartolus.

XX. PAVLVS libro quintodecimo ad Plautium.

IS, qui vsumfructũ habet, si tãtum vtatur, quia existimet se vsum tantũ habere: an vsumfructũ retineat? Et si quidẽ sciens se vsumfructũ habere, tantum vti velit: nihilominus & frui videtur [c]. Si verò ignoret: puto eum amittere fructum [d]. Non enim ex eo, q̃ habet, vtitur: sed ex eo, quòd putauit se habere.

XXI. MODESTINVS libro tertio Differentiarum.

SI vsusfructus ciuitati legetur, & aratrũ ĩ ea ĩducatur, † ciuitas esse desinit: vt passa est Carthago: [e] ideoq; quasi morte desinit habere vsumfructũ.

Vxor retinet possessionem per maritum: & maritus per vxorem: & idem per reliquam familiam. Bartolus.

XXII. POMPONIVS libro sexto ad Q. Mucium.

SI mulieri vsus domus legatus sit: & illa trans mare profecta [f] sit, & constituto tẽpore ad amittẽdũ vsum, abfuerit: maritus verò domo vsus fuerit: retinetur nihilominus vsus: quẽadmodũ si familiã suã domi* reliquisset, [g] eáque [h] peregrinaretur. Et hoc magis dicendum est, si vxorẽ [i] in domo reliquerit maritus, cũ ipsi marito vsus domus legatus sit.

XXIII. IDEM libro vicesimosexto ad Q. Mucium.

SI ager, cuius vsusfructus noster sit, flumine vel mari inũdatus fuerit, amittitur [k] vsusfructus: cum etiam ipsa proprietas eo casu amittatur. Ac ne piscando quidem retinere poterimus vsumfructũ: sed quem admodum si eodem [l] impetu discesserit [m] aqua, quo venit, restituitur proprietas: ita & vsumfructum restituendum [esse,] dicendum est.

XXIIII. IAVOLENVS libro tertio ex Posterioribus Labeonis.

CVm vsumfructũ horti haberem, flumen hortum occupauit: deinde ab eo recessit. ius quoque vsusfructus [mihi] restitutum [n] esse, Labeoni videtur: quia id solum [o] perpetuo eiusdem iuris mansisset. Ita id verum puto, si flumen inundatione hortum occupauit. Nam si alueo mutato, inde manare cœperit, amitti vsumfructum existimo, cum is locus aluei publicus esse cœperit, neque in pristinum statum restitui possit*. [p] Idem iuris [in] itinere & actu custodiendum esse ait Labeo. De quibus [q] reb⁹ ego idẽ, quod in vsufructu sentio. Labeo [ait:] Nec si summa terra [r] sublata ex fundo meo, & alia re gesta [s] esset, idcirco meũ solũ esse desinit, nõ magis quàm stercorato agro.

XXV. POMPONIVS libro vndecimo ex Variis Lectionibus.

PLacet, [t] vel certæ partis, vel pro indiuiso vsumfructum non vtendo amitti.

XXVI. PAVLVS libro primo ad Neratium.

SI ager ab hostibus occupatus, seruúsve captus, liberatus fuerit: iure postliminij restituetur [u] vsusfructus.

XXVII. IDEM libro primo Manualium.

SI seruus, in quo vsusfructus alienus est, noxæ dedatur à domino proprietatis vsufructuario: liberabitur, [x] confusa seruitute proprietatis comparatione.

XXVIII. IDEM libro tertiodecimo ad Plautium.

SI vsusfructus alternis annis legetur, [constat] non posse non vtendo eum amitti, [y] quia plura sunt legata.

Per colonum, suo nomine possidentem, non retinet fructuarius possessionem, licet vsumfructum locauerit, & annuam receperit pensionem: sed per colonum coloni bene retinet possessionem. Baldus.

BIU Cujas

quia omnis obligatio quæ recipit dationem, per singulos annos potest tolli ex quo competere cœpit: vt. C. de præscrip. xxx. an. l. cum notissimi. §. in his. secundum Ir. & Azo. vt ibi dixi.

Pomponius.] CASVS. Ego fructu. locaui in quinquennium ius percipiendi fructus proprietario: proprietarius vero alij plenã proprietatẽ vendidit. an amittam vsum fruct? Respon. quòd sic. Sed quid: ego locaui proprietario: & ipse locauit: an perdam nõ vtendo? dicit quòd non: imò retineo ius si non vtor. sed si locauit alij suo nomine: quia cõductor nõ fruitur nomine meo: secus est. nam hoc casu amitto vsumfruct. neque retineo. sed si ego vẽdidi ꝓprietario vsũ fruc. vsque in quinquẽnium: & ipse proprie. alij simpliciter vendat: perdo non vtendo vsũ fruc. quia non meo nomine fruitur emptor.

[IDEM POMPONIVS.] Testator legauit mihi vsumfruc. fundi: & rogauit me vt Titio restituam. quãuis cesset Titius petere, non perdit Titius vsumfruc. non vtente me legatario. Viuian⁹.

a *Si fundum.* id est fundi vsumfru. Accursius.
b *A me.* vsufructuario. Accursius.
c *Amitti.* imò contra: vt. C. de præscrip. xxx. an. l. male. quæ est contra. Sol. hic alius pensionem soluit, & alius tenet: & ego fructuarius possidere desij, tradente proprietario emptori: vt infra, de acqui. poss. l. iij. §. quod si seruus. sed repeto per conditionẽ ex lege: vt. C. de acquir. possess. l. fin. Azo.
d *Non esse.* forte quia locaui ad tempus vsum fruc. quo finito reuerti ad me vsusfruc. debebat: alioquin amissionis non videor pati incommodum. Accursius.
e *Locauerit.* etiam suo nomine: vt infra, de acquir. pos. l. qui vniuersas. §. fi. quia frui videor per istũ interpretatiue.
f *Suo nomine.* cum à me non conduxisset.
g *Fruitur.* vere, vel interpretatiuè: vt supra, prox. respon.
h *Vsumfructum.* id est facultatem fructuum percipiendorum.
i *Amitti.* sed quid nocet mihi amissio: cum iam vendideram? Respon. vendideram ad tempus perceptionem fructuum. vel vendideram pro. x. singulis annis: sed forte remanet personalis.
k *Idem.* aliàs. §. idem Pomp. & aliàs. l. si legatum. & facit infra, si vsusfruc. pe. l. qui vsumfructum. & supra, eo. si legatũ. Accursius.
l *Per te.* id est, tuo nomine, vt tu non amittas: an vero per me, & mihi noceam.
m *Actionem.* ex testamento. & dic, id est, efficacem.
n *Habiturum.* nec obest tibi, quòd ego possedi.

XXIX. VLPIANVS libro septimo decimo ad Sabinum.

POmponius quærit: si fundum[a] à me[b] proprietarius conduxerit, eumque fundum vendiderit Seio, non deducto vsufructu, an vsumfructũ per emptorem retineam? & ait, licet proprietarius mihi pensionem soluerit, tamen vsumfructum amitti[c]: quia non meo nomine, sed suo fruitus est emptor. teneri plane mihi ex locato proprietarium, quanti mea interfuit id factum non esse: [d] quanquam si à me conductum vsumfructum quis alij locauerit, [e] retinetur vsusfructus. Sed si proprietarius eũ locasset suo nomine, [f] dicendum amitti. nõ enim meo nomine fruitur[g] colonus. Sed si emptũ à me vsumfructum[h] proprietarius vendidisset: [an] amitterem vsumfructum? quærendum est. Et puto amitti: [i] quoniam & hic non vt à me empto fruitur fundi emptor. Idem Pomponius[k] quærit, si legatum mihi vsumfructum rogatus sim tibi restituere: an per te[l] frui videar, nec amittatur vsusfructus? & ait dubitare se de hac quæstione. sed est verius (quod Marcellus notat) nihil hanc rem fideicommissario nocere. suo enim nomine vtilem actionem[m] eum habiturum.[n]

XXX. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

CAro & corium mortui pecoris in fructu nõ est: quia mortuo eo vsusfructus extinguitur.

XXXI. POMPONIVS libro quarto ad Q. Mucium.

CVm gregis vsusfructus legatus est, & vsque eò numerus peruenit gregis, vt grex non intelligatur: [o] perit[p] vsusfructus.

Caro.] CASVS. Si habeo vsumfructum in boue, & moritur bos: ad me non pertinet caro & corium. Viuianus.

Cum gregis.] CASVS. Si habeo vsumfructum in grege: si perierit grex, ꝙ nõ remaneret nisi. v. oues: periit vsusfructus. Viu.

o *Non intelligatur.* Puta ad pauciores quàm. x. vt infra, de abigeis. l. oues. Accursius.
p *Perit.* aliter si singulorũ esset relictus vsusfructus: vt argu. supra, eodem. quid tamen. §. fin. Item aliter in legato proprietatis: vt infra, de legatis. j. §. si gregem. & institutio. de legat. §. si grex. Ir. nam & si domus sit mihi legata, & ad aream perueneri: nihilominus debetur legatum proprietatis: licet vsusfructus extinguatur: vt argu. supra, de rei vindicatione. l. solum. §. j. & infra, de solutionibus & liberationib. l. qui res. §. a. ream. & supra, eodem. l. repeti. §. rei mutatione. Accursius.

DE VSVFRVCTV EArum rerum, quæ vsu consumuntur vel minuuntur.

TITVLVS V.

Quædam sunt res in quibus non cadit vsusfructus distinctus à proprietate, quia vsu consumuntur: & ideo tunc non interponitur cautio, de vtendo salua rerum substantia: quia est impossibile: sed de æstimatione restituenda: & transfertur dominium. h. d. l. sequens vsque ad. §. si pecuniæ. in. l. hoc senatus. Baldus.

I. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum.

SEnatus[q] censuit, vt omnium rerũ, quas in cuiusque patrimonio esse constaret, vsusfructus legari possit. Quo[r] senatusconsulto inductum videtur, vt earum rerum, quæ vsu tolluntur, vel minuuntur, possit vsusfructus[s] legari.

II. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale.

SEd de pecunia rectè caueri[t] oportet his, à quibus eius pecuniæ vsusfructus legatus erit. Quo senatusconsulto nõ id effectum est, vt pecuniæ vsusfructus proprius* esset:

No. quòd id quod negat lex, natura nõ audet. ad hoc allegatur hæc lex. Bal.

VT (Nec enim naturalis[u] ratio auctoritate[f] Senatus commutari potuit) sed remedio introducto cœpit quasi vsusfructus haberi.

III. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum.

POstquã* omnium rerum vsusfructus legari poterit, [x] an & nominum? [f] Nerua negauit: sed est verius (quod Cassius & Proculus existimãt) posse legari. Idem tamẽ Nerua ipsi quoque debitori posse vsumfructum legari scribit, & remittendas ei vsuras.

IIII. PAVLVS libro primo ad Neratium.

ERgo cautio[y] etiã ab hoc[z] exigenda erit.

q *Senatus.* cuius nomen non habemus. Accursius.
r *Quo.* Auctor loquitur. Accursius.
s *Vsusfructus.* i. quasi vt infra. l. proxi. vere: enim esse non potest naturali vel simili ratione: vt instit. de vsufru. §. constituitur. & facit infra, ad. l. Fal. l. vsusfructu.
t *Sed de pecunia. Caueri.* impropriè potest enim pro satisfatione: vt. C. de verb. sig. l. iij. & Cod. de vsufructu. l. ij. &. j. e. l. tribus.
u *Nec enim naturalis.* vel ciuilis: vt instit. de vsufructu. §. constituitur. & hoc expone, vt ibi. Accursius.

Postquã.] CASVS. Dictũ est. s. e. in. l. j. ꝙ omniũ rerũ potest vsusfr. legari. sed nunquid & nominum? vt ecce Titius habet debitorem: an posit mihi Titius illius nominis vsumfruc. legare? Et re spõ. ꝙ sic. & Nerua dicit, ꝙ non. sed malè dicit. Hoc senatusconsultum.] CASVS. Si legas mihi vsumfructum in aliena pecunia, an valeat tale legatum: quæritur. & respon. quòd sic. [SI PECVNIAE.] Titius legauit mihi vsumfruct. pecuniæ. hæres mihi dedit, oblitus exigere cautionem de restituendo. potest hæres scilicet postea vsufructu durante petere cautionem per conditionem certi. Item finito

x *Potest.* vt & supra, de vsufruc. l. omnium. Accursius.
y *Ergo cautio.* id est, satisdatio. sic Co. de procur. l. j.
z *Ab hoc.* scilicet debitore. Accursius.

BIU Cujas

6 Seruitus personalis ex iure gentium est, quæ à persona seruili personæ liberæ debetur. quod facile colligere est ex definitione Iurisconsulti Florentini quam habes in. l. iiij. §. j. de statu homi. lib. j. Digestorum. Seruitus, inquit, est constitutio Iurisgentium, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur. Porro Seruitus hæc ex bellis ortum habuit, quæ & ipsa iurisgētium sunt: per text. in. l. Ex hoc iure. ff. de iustitia & iure.

7 Seruitus personalis ex iure ciuili tribus modis contingit. Primo cum liber homo maior an. xx. passus est sese venūdari ad pretium participandum. §. serui autem. ij. de iur. perso. institu. libro. j. vbi Accursius diffuse tractat, quot sint necessaria in hac seruitute constituenda. Secundo, cum quis libertus effectus, per ingratitudinem in seruitutem reuocatur. de quo est tex. in. l. ij. iij. &. iiij. C. de libe. & eor. libe. In Authen. vt liber. de cæter. &c. §. illud vero adiicimus. colla. 6. constit. 6. Existimauit tamen Cornelius Tacitus libro histo. 13. eos qui vindicta manumissi essent, nó posse occasione ingratitudinis in seruitutem reuocari, in quo articulo vide Alciat. libro Dispun. 3. cap. decimoquarto. Tertio, Cum quis seruus pœnæ efficitur: quod accidit iis, qui vel in metallum damnantur, vel bestiis subiiciuntur. §. pœnæ seruus. quibus modis ius patr. potest. sol. institu. libro primo. Hodie tamen, inquit Accursius, in. d. §. pœnæ seruus, nemo bene natus efficitur pœnæ seruus: per tex. in authen. de nup. §. quod autem. &. §. si vero. col. iiij. quod verum esse putat Ang. nisi fiat executio mortis, aut saltem præsens capitaliter condemnetur ab habente potestatem. Addunt quidam quartum modum, nempe ex mendicitate per text. in. l. vnica. de mendican. valid. libro vndecimo. C.

8 Seruitus realis, est ius quoddam prædio inhærés, quod dominantis

BIU Cujas

nantis vtilitatem auget, ſeruientis libertatem minuit. & hoc contingit cum res mea rei tuæ, prædium meum prædio tuo ſeruit. Prædictam definitionem magno conſenſu approbant iuris interpretes. in. l. j. ff. de ſeruitut. Hæc etiam p̃dialis ſeruitus dici poteſt, quod ſine p̃diis conſtitui non ſoleat. l. prima. ff. comm. præ. tam vrb. quam ruſt. §. ideo autem. de ſeruitu. inſtitu. lib. ſecundo. Iam cum prædiorum alia vrbana ſint, alia ruſtica: quæ non loco ſed materia diſtinguntur. l. Vrbana prædia. ff. de verbor. ſigni. Seruitutem Realem in Vrbanam & Ruſticam diuiſimus.

9 Vrbana ſeruitus eſt, quæ vrbano prædio debetur. not. Azo in ſumma, titul. de ſerui. libro tertio. C. nec inſpicitur an ſeruitus hęc à prædio vrbano an à ruſtico debeatur: ſed dumtaxat conſideratur id prædium cui ſeruitus debetur. Cepol. in tract. de ſeruit. cap. xj. Sunt autem vrbana prædia, ædificia omnia, quæ habitandi gratia parãtur, ſiue in ciuitate, ſiue in agris. d. l. vrbana prædia. ff. de verbo. ſignifi. §. prædiorum vrbanorum de ſeruitu. Inſtitu. lib. ij. Huius ſeruitutis duæ ſunt ſpecies: nam quædam eſt Affirmatiua, quædam Negatiua.

10 Affirmatiua ſeruitus eſt, quæ verbis affirmatiuis concipitur. huius plures ſunt ſpecies quas hic ſuo ordine deſcribimus.

11 Stillicidium auertendi ſeruitus, eſt ius quo licet alicui ſtillicidium domus ſuę in domum aut areã vicini auertere. Stillicidiũ porro vicini nemo cogitur ſuſcipere, niſi ſeruitute conſtituta: quod colligitur ex. l. Seruitutes. in. §. Si antea. ibi, Stillicidiũ quoquo modo acquiſitũ. ff. de ſeruitu. vrb. præd. Zaſius. in para. ſuis. eodem titulo.

12 Itineris ſeu aditus ſeruitus, eſt ius quo licet mihi ire in domum meam per prædium tuum. neque enim ſeruitus itineris tãtummodo ruſtica eſt, ſed etiam vrbana, cùm vrbano prædio debetur. argu. l. iter. ff. comm. præd. l. Seruitutes. §. ſi domo. de ſerui. vrb. prædiorum. l. Cum tamen quis habet ius eundi in domum ſuam per vicini domũ, interdiu dũtaxat ea ſeruitute vti debet non etiam noctu. d. l. iter. Zaſius in para. ſuis. ti. de ſerui. vrba. præd. idque propter periculum quod vicino poſſet accidere, ſi domũ ſuã cogeretur nocte apertam relinquere.

13 Oneris ferendi ſeruitus, eſt ius quo vicinus tenetur ſuſtinere onera domus meæ ſupra columnam ſuam aut parietem ſuum. l. eũ debere. ff. de ſerui. vrb. pręd. vide Zaſium in. d. titu. de ſerui. vrbano. prædior. l. apud quem etiam videre potes, quid differat hæc ſeruitus à reliquis.

14 Tignum immittendi ſeruitus, eſt ius, quo vicino licet immittere trabes ſuas in parietem vicini. de hac ſeruitute fit mentio in l. j. ff. de ſeruitu. vrbano. præ. & in. l. malum. §. j. ff. de verborum ſignifica. iam cum Tigni appellatio late pateat. l. Tigni. ff. de verb. ſignifica. hic dũtaxat pro trabibus ſumitur. vide Zaſium in. d. titu. de ſer. vrb. præd.

15 Proiiciendi ſeu protegendi ſeruitus, (vna enim

16 & eadẽ eſt, quãuis diuerſum Cepola ac reliqui eiuſdẽ farinæ interpretes ſenſerint) ius eſt, quo vicino licet ædes ſuas protuberãdi ſiue exporrigẽdi mœnianis ſeu podiis penſilib⁹, aut tecta ſua protendendi in ſolum vicini. atque hæc eſt propria ſignificatio verborum proiiciendi & protegendi à iuriſconſultis vſurpata. l. malum. §. j. vbi Alcia. ff. de verb. ſigni. l. j. §. j. ff. de impen. in reb. dot. fac. vide Budæum in anno. in. l. ſi vero. ff. de his qui deiec. vel effu. Zaſium in. d. titu. de ſeruitu. vrb. præd.

17 Seruitus proſpectus, eſt ius, quo vicinus vicino claritatem p̃ſtare tenetur aperta feneſtra vel foramine aliquo. Azo. in ſumma. C. de ſeruit. vbi differentiam ponit inter ſeruitutem Luminũ & ſeruitutem proſpectus: quem ſecutus eſt Cepol. in tract. ſeruit. ca. xxxiij. & xxxiiij.

18 Luminum ſeruitus, eſt ius quo vicinus vicini lumina excipere cogitur. l. luminũ. & ibi pulchre per Barto. ff. de ſerui. vrb. pręd.

19 Altius tollendi ius, non eſſe ſeruitutem ſed libertatem potius, putat Zaſius in. d. titu. de ſerui. vrb. præd. poſt gloſſ. in. l. j. eodem titu. poteſt tamen nonnunquam accidere, vt altius tollendi neceſsitas incumbat vicino iure ſeruitutis: vt ſcilicet is teneatur altius ædes ſuas tollere, ne in domum meam proſpiciatur, cum forte domus mea ſubſidat, ac depreſſa ſit, via autem prætereundi in altum exporrigatur, aut etiam ne vento expoſita ſit. argu. l. Si arborem. §. interdum. ff. eodem titulo.

20 Seruitus vrbana Negatiua eſt, quæ verbis negatiuis concipitur cuiuſmodi eſt Seruitus.

21 Altius non tollendi, per quam prohibetur vicinus domum ſuam inuito vicino altius tollere: de qua in. l. j. ff. eo. titu. in. l. Altius. C. de ſeruit. & aq. gloſſ. in. l. loci corpus. §. pe. in verb. altius. ff. ſi ſer. vind. viridaria tamen habere ſupra eam altitudinem, is qui ſeruitutem debet, non prohibetur. l. ædificia. ff. de ſer. vrbanorum prædiorum.

22 Ne luminibus officiatur ſeruitus, eſt ius, quo vicino non licet quicquam facere, per quod vicini lumina obſcuriora reddantur. l. inter ſeruitutes. ff. eodem.

23 Ne proſpectui officiatur Seruitus, eſt ius quo vicino non licet quicquam facere, quod vicino officiat ad gratiorem & liberum proſpectum. l. inter ſeruitutes. §. eodem.

24 Stillicidium non auertendi ſeruitus, eſt ius, quo vicino non licet facere, quin ſtillicidium ſuum in prædiũ vicini defluat, quo is forte opus habet ad ciſternam ſuam replendam. de hac eſt text. in lege prima. vbi Bartolus. ff. eodem.

25 Ruſtica ſeruitus eſt, quæ prædio ruſtico debetur. Sunt autem Ruſtica prædia, quæ vel percipiendorum vel colligendorũ fructuum gratia fiunt. l. eo iure. §. ſtabula. ff. in quibus cauſis pignus vel hypote. Ferrarius Montanus titulo, de ſeruitutibus ruſticis, libro tertio. Et hæc ſeruitus duplex eſt, nominata & innominata.

26 Nominata ſeruitus ideo dicitur, quod ſpeciale nomẽ à iure impoſitum habet, argumentum. l. iuriſgentium. §. primo. ff. de pactis. Sunt autem ſeruitutes nominatæ quatuor. Iter, Actus, Via, Aquæductus.

27 Iter, eſt ius eundi ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi vel vehiculum. titu. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorũ. inſtitut. libro ſecundo. & cui eſt ius itineris. is & lectica portari, & equo vehi poteſt. l. qui ſella. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum.

28 Actus, eſt ius eundi ambulandi hominis, agendi iumentum vel vehiculum. d. titu. de ſeruitutibus ruſticorum prædio. inſtitutionibus, libro ſecundo.

29 Via, eſt ius eundi agendi, & ambulandi hominis. inſtitutio. eo. ineſt autem huic ſeruituti quiddam amplius: nam qui ius viæ habet, & trabem aut tignum trahere, & rectam haſtam ferre poteſt. modo fructus non lædat dicta. l. qui ſella. ſecundo reſponſo. ff. eodem titulo.

30 Aquæductus eſt ius aquæ ducendæ per fundum alienum. inſtitu. eod. titu. & in. l. prima. ff. eo. quod ius conſtitui poteſt tam in aqua inuenienda, quàm in iam inuenta. l. Labeo. ff. eod. Vide quæ de hac ſeruitute ſcripſit eleganter Zaſius in para. ff. eo. titu.

31 Seruitus ruſtica innominata eſt ea, cui non eſt ſpeciale nomẽ iuris impoſitum, ſed ab ipſo actu denominatur. huiꝰ generis ſunt hæ quinque ſequentes.

32 Ius paſcendi, eſt ius pecoris paſcendi in fundo alieno prædij mei cauſa. de hac ſeruitute eſt text. in. l. prima. §. in præd. ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum. & in. § . inter ruſtic. inſtitutio. eodem tit. atque hæc quidem ſeruitus merito dicitur ruſtica, cum bona pars fructus prædij ruſtici in pecore conſiſtit. l. pecoris. ff. eodem. Vide Zaſium in para. ff. eod. titu.

33 Ius pecoris appulſus, eſt ius quo licet mihi pecora agri mei ad fontem vel riuum agere per prædium vicini. Azo in ſumma. C. de ſerui. de hac ſeruitute fit mentio. in. l. prima. §. in prædiis. ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum. & in. l. prima. §. Trebatius. &. §. ſequenti. ff. de aqua quot. & æſtiua.

34 Aquæ hauſtus, eſt ius hauriendi aquam è fonte vel puteo vicini. Azo in ſumm. C. de ſer. Hanc ſeruitutem qui habet, etiam iter habere intelligitur. l. tertia. §. qui habet. ff. eo. nec cõſtitui poteſt aquæ hauſtꝰ niſi propter vtilitatẽ vicini fundi. l. ergo. ff. eodẽ.

35 Ius calcis coquendæ, eſt ius quo licitum eſt vicino calcẽ coquere in fundo vicini pro vtilitate prædij ſui ruſtici. de hac eſt text. in. l. j. §. in prædiis. & in. l. ergo. ff. eodem.

36 Ius arenæ fodiendæ, eſt ius quo licet vicino arenam è fundo vicini effodere in prædij ſui ruſtici vtilitatem. de qua eſt ter. in dicta. l. j. §. in prædiis. ff. eodem.

Adde etiam ius cretæ fodiendæ & lapidis eximendi. quæ ſeruitutes eatenus conſtitui poſſunt, quatenus ad prædium opus ſit, cuius gratia conſtituuntur. d. l. ergo. in fin. &. l. ſequen. ff. eodem.

37 Supereſt videre de ſeruitutibus mixtis. Eſt autem Seruitus Mixta, quæ à re perſonę debetur: cuiuſmodi ſunt vſusfructus, vſus, & habitatio: nam quæ à perſona rei debetur. de qua in. l. Mæuia. ff. de manu. teſta. & in lege, Titio centum. §. Titio ſecundo. ff. de condit. & demon. non proprie ſeruitus eſt, ſed onus quoddam liberæ perſonæ impoſitum.

38 Diuiditur autem ſeruitus mixta, in diuiduam

39 & indiuiduam & has quidem ſpecies ideo ſeruituti mixtæ tribuimus, quòd ſola ſeruitus vſusfructus eſt diuidua. l. prima. §. ſi vſusfructus. ff. ad legem Falcidiam. reliquæ omnes indiuiduæ ſunt. l. Stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligationibus. differẽtiæ rationem reddit Barto. in dicta. l. Stipulationes. Numero viceſimonono, & viceſimoſeptimo.

40 Vſusfructus, eſt ius alienis rebus vtendi fruendi, ſalua rerũ ſubſtantia. l. prima. ff. de vſufructu. & eſt duplex: formalis & cauſalis. Formalis eſt, qui à proprietate rei ſeparatur, & is proprie ſeruitus eſt, & per confeſſoriam actionem petitur. Cauſalis eſt, qui cum ſua cauſa, id eſt proprietate, coniunctus eſt: & is non eſt ſeruitus, cum res ſua nemini ſeruiat: nec per confeſſoriam petitur. ſed per

BIU Cujas

sed per negatoriam auertitur.l. Si cum testamento argentum.§. pe.& ibi.gl.ff. de exce.rei iud.gloss.in.l. omnium.ff.de vsufruct. In quibus autem rebus constituatur vsusfructus, & ad quid teneatur vsufructuarius, vide Azonem in sum.de vsufruct.Zasium in para.ff.eod.titu.

41 Vsus, est ius alienis rebus vtendi, salua rerum substantia, non etiam fruendi,hæc definitio colligitur ex .l. secūda.ff.de vsu & hab. quam etiam ponit glos. in.l.j.eo.titu.vide Ferrarium Mótanum, Instit.de vsu & habit.

42 Habitatio est ius alienas ædes inhabitādi salua ædium substātia: cui autem hoc ius concessum est,non solum habitare ei licet, sed etiam alteri adcōmodare, aut etiam locare. vnde ab vsu simplici differt.l. cum antiquitas.C. de vsufruc. vbi etiam gloss. notat in quibus ab vsufructu differat habitatio.

43 Postrema diuisio Seruitutum hæc est, q̄ quædam sunt cōtinuæ, quædam discontinuæ.

Digestorū

seu Pandectarum, liber octauus.

DE SERVITVTIBVS.

TITVLVS I.

Seruitutum aliæ personales: aliæ reales. hoc dicit Bartolus.

I. MARCIANVS libro tertio Regularum.

1 SEruitutes [2] aut personarum sunt, vt vsus,& vsusfruct[9]:aut rerum, vt seruitutes rusticorum prædiorū, & vrbanorum.

II. VLPIANVS libro septimodecimo ad Edictum.

VNus ex dominis [b] communium ædium, seruitutem imponere non potest [c].

Seruitutes possunt imponi solo,& superficiei.Vel sic:Seruitutes possunt deminuere soli vtilitatem,& superficiei.Baldus.

III. PAVLVS libro vicesimoprimo ad Edictum.

2 SEruitutes prædiorum, aliæ in solo [d], aliæ in superficie consistunt.

Seruitus non potest extingui tēpore, vel conditione, neque constitui ex tempore ipso iure,sed ope exceptionis.hoc dicit.Ista est difficilis lex,& subtilis:& ista est vna lec. secundum aliam lec.hoc dicit. Seruitus non potest constitui sub conditione: vel in diem: & si apponatur,reiicitur, & remanet constitutio pura.

IIII. PAPINIANVS libro septimo Quæstionum.

3 SEruitutes ipso quidem iure [e] neque ex tempore [f], neque ad tempus, neq; sub cōditione [g], neque ad certam cōditionem, verbi gratia: *quādiu* quitate sic.si vero ante petat,vel post dié,repelletur excep.[*MODVM.*] Concedis mihi seruitutem in fundo eundi, vel agendi hoc modo,vt certæ res inde vehātur in parte:vt certo equo,vno scilicet,vel pluribus,vel tali vehiculo,vel tali: non videtur constituta ad tēpus,vel tempore:& ideo valet seruitus. [*INTER ALLA.*]Seruitus ad tempus constitui non potest:vt dictū est in princi.huius.l.sed cōstituitur seruitus,vt quis vadat certis diebus in hebdomada:puta tribus : vel certis horis in die : an valeat seruitus ita constituta,quæritur.Et respon. quòd sic valet. & hoc dicit iste.§.& proximus.§.l.proxi.Viuianus.

e *Ipso quidem iure.*id est, de subtilitate iuris : aliud autem est de æquitate [f], quæ præualet:vt.j.proxi.ibi:sed tamē &c.&.C.de iud. placuit.Item hoc in realibus seruitutibus.secus in vsufruc.§ vt supra,de vsufru.l.iiij.&.v.

f *Ex tempore.*vt valeant post tempus:vel ad tempus, vt valeant vsque ad aliquod tempus:vt infra,de act.& obli.l. obligationum fere.§.j.& potest poni exemplum [h], vt si concessi tibi seruitutem alternis horis,vel diebus:licet finiatur illud tempus, quo vt vteréris dictum est,non tamen desinet seruitus esse ipso iure : vt sic incipiat alterno iterum veniente tempore : durat enim omni tēpore,ex quo est inchoata:& sic est vna,non plures:vt infra,ea.l. §.fi.&.j.l.proxi.§.fi.& infra, de serui.rusti. prædio.l. vna.licet sit argu.contra quòd videantur plures:vt infra,de aqua plu.arcen.si prius.j.respon.Sed certè diuersis vicibus fuerunt cōstitutæ seruitutes aquæ nocturnæ & diurnæ:sed tamen qui vult ea alternatim constituta vti temporibus exceptis,repellitur exceptione doli: vt hic subiicit.Est tamen arg.quòd ex die posit constitui: vt.j.titu. ij.l.Labeo.sed certè ibi pure constituitur.Accursius.

g *Sub conditione.* Ioan.ponit exemplum [i] vt si pure constitui tibi seruitutem.dico tamen vt ita demū vtaris ea, vel ita demum possis vindicare,si nauis ex Asia venerit.Alij dicunt, quòd sub conditione constituí,si nauis ex Asia venerit:sed ante conditionē tradidi:vel quasi per patientiam transtuli dominium [l]:vt infra,de so.sub cōditione.& infra,de iure do.sed nisi.Si ergo deficiat cōditio,nihilominus durat seruitus in primo casu, secundum Ioan. Idem in secundo:vt.j.de le.j.l.nemo potest.sed tamē exceptione repellitur:vt hic subiicit, &.j.de actio . & oblig.l.obligationum fere.§.placet.Tertij dicunt poni exemplum sub hac conditione, si volam.sub qua etiam alia obligatio esse non potest: vt.j.de act. & obli.sub hac.& pro hoc facit quod de modo hic subiicit, quādiu volam.tu dicas [m], non potest sub conditione constitui.sed extinctiua qua existente extinguatur seruitus : sed sub conditione qua existente incipiat,bene potest: sicut & dominium potest sic transferri & possessio:vt.j. de acqui.possess.qui absenti.§.si quis.

DE SERVITVTIBVS.

Dictum est [a] supra,de seruitutibus personarū:nunc de seruitutib[9] rerū.

Seruitutes. seruitutes personales dicuntur,vsus & vsusfruct.vt hic:& aliæ similes:vt dixi.ff.de vsufru.l.si quis binas.ideo,quia semper cum persona finiuntur:vt infra, de libe.leg.non solum.§. tale.reales autem, siue rerum,dicuntur rusticę & vrbanæ:vt subiicit:quia ad omnem successorem transeunt [b]:licet aliquando obstet exceptio:vt infra, titu.ij.l. pecoris.&.l.via.§.fi fundus.Sunt & aliæ meræ personales:[c] de quibus dicitur supra, de stat.ho.sed vsus & vsusfructus,& similes sunt mixtim personales:quia à re homini debentur.Est & quartū genus: [d] vt infra, de condi.& demon.l.Titio centū.§.Titio.& de manu.test.l.Mæuia.

VNus ex dominis.] CASVS. Tres domini sunt cuiusdam domus:vnus eorum concedit mihi, quòd liceat mihi ex mea domo immittere tignum.dicit quòd non valeat sine aliis.sed qui habet directum dominium domus, imponet seruitutem, vt liceat vicino immittere.Item qui habet superficiem tantum,potest hoc idem facere.

b *Vnus ex dominis.*scilicet qui pro indiuiso sunt domini.

c *Non potest.*nisi alij consentiant,vel tūc,vel etiā postea:vt.j.de ser.ru.præ.per fundum.&.l.vnus. &.j.cōmunia prædio.l.fi.Acc.

d *Seruitutes.In solo.*potest intelligi.id est aliæ rusticæ seruitutes: & aliæ vrbanæ. Vel verius aliæ in solo id est, proprietate soli : & aliæ in superficie : vt infra, de superfic.l.j.§.fina. & dicam,tūc ab ipso superficiario constitui.idem in empyteuta:quia sunt quasi domini:licet quidam dicant, quòd ipse superficiar[9] non constituat:sed verus dominus in solo, cuius superficies est alteri[9]:qua si ipse cum habeat seruitutem,alij cedere nō posit : vt supra, de vsufruct.sed & si quid.§. fin. Sed certè [e] non est seruitus, quā habet superficiarius: sed dominium vtile ipsius superficiei:quod est contrarium seruituti:cum sua res nemini seruiat : vt infra, titu.j.in re communi.

Seruitutes ipso iure.] CASVS. Si aliquis vult mihi constituere seruitutem vrbanam,vel rusticam: pure debet constituere. ex tempore,puta ab anno in annum : vel ad tempus, id est, vsque ad annum:vel sub conditione:non valet de rigore iuris:sed de

h *Istud exemplum est bonū, secūdū Bar. & Ange. qui sequuntur hanc glo.*

i *Displicet Bart. quia hic loquitur de cōstitutione cōditionali.*

k *Reprobatur: quia sic nō esset constitutio conditionalis.Bart.*

l *Istud dictū glo. dicit singulariter notā. Paul. ad hoc, quòd per patientiā tradita.*

m *Istā approbāt Bart. & Flo,hic.*

n *Quia per ipsum non imprimitur character prædio seruienti Bart. & Pau.*

o *Sequitur Bar.*

BIU Cujas

a *Dispicet Bart. & Pau.* Quod autē subiicit, ad certam conditionē: dic[a] si sit tibi seruitus constituta donec nauis veniat: vel dum volam. & sic modus quidam est: & dicitur ad certam conditionem constitui. Sed quare non potest constitui prædictis modis? Respon. secundum M. quia nec dominium sic transfertur. hæc falsa: vt dixi per. l. infra, de acquir. posses. qui absenti. §. si quis. Est & alia ratio[b] quia tempus non est modus tollēdæ, vel inducendæ, obligationis: vt in. d. l. obligationum ferè. §. placet. nec cōditio. di. l. de lega. j. nemo potest. tu potes dicere[c] quòd ideo est, quia cum quadam perpetuitate voluit lex cōstitui eas propter vtilitatem prædiorum. sed hoc de subtilitate iuris: sec[a] de æquitate: vt statim dicit.

b *Approbatur per Bar.*

c *Et malè, Bar. & Pau.*

a *Pacti.* taciti. nam si conuenio vt valeat ad dié, p̄ cōsequēs videor facere ne teneat post diem. & sic in aliis exēplis. sic & insti. de ver. obli. §. at si ita. & infra, de ver. obli. eum qui ita. §. qui ita. Doli autē exceptio locum habet, vbicumque alia locum habet: vt. j. de excep. do. l. ij. §. & gñaliter.

b *Cōtra placita.* s. si post conditionem extinctiuā petat, secundū[d] Aldr. nam licet possit petere, quia perpetuo videtur constituta: tamē exceptione repellitur. vel aliter ante conditionē si petat, quod potest[e]: quia purè constituta videtur: tamen repellitur, nisi aduenięte conditione. Vel secundum Azo. dic, occurretur. i. obuiabitur vindicanti contra placitū. i. pactum: siue vltra temp', siue ante tempus: siue ante conditionem, siue post. posset etiā attentari vt sit sensus huius. l. prorsus alius quā diximus. s. vt cōditiones vel dies, vel modi appositi pro nō appositis habeant̄, sicut habemus in vltima volūtate de cōditione impossibili: vt inst. de hęre insti.. §. impossibilis. Et quod dicit̄, occurretur, dic, id est, succurrēt volenti venire contra pactū. sic ponitur. j. de ver. obli. vbi autē non apparet. §. qui vero ait Titio. Sed hoc non placet[f]: quia nihil est adeo cōueniens quā pacta seruari. & ideo primū intellectū approbo: arg. ff. de pac. l. j. in prin. Ac.

d *Approbatur per Bar. Ang. Pau. & Fl.*

e *Reprobatur per præ dic. scribēn.*

f *Et bene Bar. Ang. Pau. & Flo.*

c *Causam.* vt ad tēpus vel ex tēpore constituta videatur: sed perpetua est & pura, & non desinit. sic. C. de cur. furi. l. cum aliis. & hoc cum semel est constituta. secus si pluribus vicibus: vt infra, de aqua plu. arcen. si prius. quæ est contra.

Via, iter.] CASVS. Si quis vult mihi seruitutem viæ & itineris concedere, vel constituere: eisdem modis potest constituere quibus vsumfru. Viuianus.

g *Istā glo. approbant Bar. Ang. Pau. & Flo. in. l. seruitutes. ff. eo.*

d *Fere.* quia vsusfr. ex certo[g] tempore, & ad certum tempus, cōstitui potest: vt. j. fami. ercis. & puto. §. vsusfructus. C. de vsufru. si pater. & pro parte. sed seruitutes non: vt. j. ad legem Falci. l. j. §. si vsusfructus. & infra, eo. l. viæ.

e *Diximus.* vt. ff. de vsufru. l. iij. & insti. eo. §. fi.

f *Secerni potest.* & dicitur sub modo, non ad tempus, constitui: vt supra. l. proxi. in fi.

Ad certam.] CASVS. Titius volebat incertæ partis fundi sui pro diuiso concedere seruitutem. an possit, quæritur. Et rñ. quòd sic. sed si Titius meo prædio seruitu. debeat: an pro parte ei remittere possum, quæritur. Et respon. quòd sic.

g *Ad certam partem.* pro diuiso. s. vt seruiat ei: vt infra, titu. ij. l. certo. & sic non est contra. j. cōmunia prædio. l. si quis duas. §. j.

h *Remitti.* scilicet constituta.

i *Constitui.* s. ab initio.

k *Vs cloacæ. Seruit⁹ est.* scilicet rusticī prædij: vt. j. de seruit. rusticorum prædio. l. ij.

Vt pomū.] CASVS. Si concedas mihi seruitutē vt liceat mihi in fundo tuo spatiari, & ibidē cœnare &c. quæritur, an valeat talis seruitus? Et rñ. q̄ non. [ſ]t PRÆDIVM. Ifido meo fundus Titij seruitu. debebat. parte Titij fundi qui seruit. meo debebat, emi vel emisti, cui seruit⁹ debebatur: an retineat seruitus? Et respon. q̄ licet ab initio per partes acquiri non pos

l *Non potest.* Et ratio: quia propter necessitatem, nō propter delectationē imponi debet. non enim ius fruendelicatorū votis: vt j. de pig. ac. si seruos. in fi. & j. quæ in frau. pa. j. §. sed si ré. & ff. de oper. ser. l. fi. & j. de cap. l. ij. sed hæc ratio reprobatur: vt. j. de aqua quoti. & æsti. l. hoc iure. in prin. & infra, quod vi aut clam. l. competit. §. j. quæ sunt contra. Dic ergo melius, nō potest imponi seruit⁹ prædiis, sed personalis sicut. ff. devsufr. si quis bina. secūdum G. Tu dic⁹, q̄ nec personalis seruitus est: sed quoddā pactū fieri potest de hoc

m *Si prædium tuū mihi.* i. prædio meo.

n *Cœpero.* s. pro incipiuiso. & sic intelligitur. j. ti. j. si quis ædes. §. j.

o *Non poterat.* vt pars tantum tui fundi meo fundo seruiat: vt dices. j. cōmunia prædio. si quis duas. §. j. & facit. j. de verb. obli. plurib⁹. §. fi. & j. ti. ij. l. vn⁹.

Si cui. CASVS.] Concedo seruitutem itineris per fundū meū. nunquid per quālibet poteris partem ire? Et rñ. q̄ sic de scripto iure: sed locus est de æquitate cōstituēdus: quia debes ire per illam partem quæ minus nocet fundo meo. Sed nunquid si per aliquam partem cœpisti ire: poteris variare? Et respon. quòd non: quare nec amplius poteris variare: nam sic in riuo electo est vt non possis iterum electum riuum mutare.

p *Si cui simplici.* id est, sine certi loci definitione.

q *Cedatur.* inter viuos.

r *Relinquatur.* in vltima voluntate.

ſ *Licebit.* scilicet, illi cui est constituta. & sic datur ei electio. Sed contra. j. de seruit. rusti. prædio. l. si via. Sol. vt ibi.

t *Excipiuntur.* vt infra, si cer. pe. l. cum quid. & infra, de rit. nu. l. quāquam. Ar. contra. infra. tit. j. si seruitus.

u *Detrimento.* nec enim malitiis &c. vt. ff. de rei vin. l. in fundo.

x *Mutādæ.* nō licet ei variare: vt hic, & j. de aqua quoti. & æsti. l. fi. & j. si ser. vi. & si fortè. §. etiā. ver. mod⁹. & ar. j. de trib. q̄ hęre de. §. eligere. nisi hoc expresse fit actū i in cōstituēda seruitute: vt j. quē ad. ser. amit. nā satis. §. cęterū. q̄ est cōtra. Aliud in vsu seruit. vbi potest mutare: vt. ff. de vsu & habi. l. diu⁹. §. licet. q̄ est contra.

Non potest imponi seruitus prædio, quæ non respicit vtilitatē alterius prædii. Bar.

VIII. PAVLVS libro quintodecimo ad Plautium.

VT pomum decerpere liceat, & vt spatiari, & vt cœnare in alieno posimus: seruitus imponi non potest[l].

Pro parte seruitus retinetur, licet ab initio pro parte non constituatur. Bartolus.

¶ Si prædium tuum mihi[m] seruiat: siue ego partis prædij tui dominus esse cœpero[n], siue tu mei: per partes seruitus retinetur: licet ab initio per partes adquiri non poterat[o].

Verba contractus debent ciuiliter intelligi: & qui semel locū eligit, variare nō potest. hoc dicit. Vel sic: Ius seruitutis respicit fundum, & quālibet partem eius. Idem in eius vsu ab initio: sed cum per certum locum cœperit, non poterit postea variare. Bar.

IX. CELSVS libro quinto Digestorum.

SI cui simplici[p] vsu via * per fundum cuiuspiā cedatur[q] vel relinquatur[r], in ſfinito videlicet: per quālibet eius partē ire agere licebit[ſ]: ciuili tamen modo *. Nam quædam in sermone tacite excipiuntur[t]. Nō enim per villam ipsam, nec per medias vineas ire agere [ipse] sinendus est: cum id æquè cōmodè per alteram partem facere posit, [&] minore seruientis fundi detrimento[u]. verum cōstitit, vt qua primū viā direxisset, ea demū ire agere deberet: nec amplius mutādę[x] eius potestatem haberet: sicuti Sabino quoq; videbat̄: qui argumento

BIU Cujas

riui[a] vtebatur, quem [b] primo qualibet[c] ducere licuisset: postea quàm ductus esset, transferre non liceret[d]. quod & in via seruandum esse verum est.

Licet in prædio seruiente ædificare vt cõmode quis possit vti seruitute. Bartolus.

X. IDEM libro octauodecimo Digestorum.

SI iter legatum sit, quà nisi opere facto iri non possit: licere[e] fodiẽdo, substruẽdo iter facere[f], Proculus ait.

Seruitus non potest adquiri pro parte, & actus non perfectus vitiatur si deuenitur ad eum casum à quo non potuit inchoari. Bar.

XI. MODESTINVS libro sexto Differentiarum.

PRo parte[g] dominij seruitutem adquiri non posse, vulgo traditur[h]. Et ideo si quis fũdum habẽs, viam stipuletur, & partem [i] fundi sui postea alienet: corrumpit [k] stipulationem, in eũ casum deducendo, à quo stipulatio incipere non possit[l].

Pro parte quoque[m] neque legari, neq; adimi via potest[n]. & si id factum est: neque legatum, neque ademptio valet.

Fundo ciuitatis potest adquiri seruitus. Bartolus.

a *Riui.* relicti, vel concessi. Accursius.
b *Quem.* scilicet riuum.
c *Qualibet.* parte fundi.
d *Non liceret.* in aliam partem fundi: sed dominus potest ex causa mutare sine incõmodo eius cui debetur seruitus: vt. j. de reli. lij. §. penul.

Iter.] CASVS. Si legas mihi vt eã per fundum tuũ, quo iri nõ potest nisi opere facto: an possum opus facere vt possim ire? Et respõ. quòd sic. Viuianus.

e *Licere.* ei cui seruitus debetur.
f *Iter facere.* sic. j. tit. j. l. seruitutes. §. si domo.

Pro parte.] CASVS. Tria dicit. Primo, quia non potest acquiri seruitus partim prædio: vt puta medietatẽ pro indiuiso: ex hoc autem nascitur secundæ quæstionis solutio, quę talis est: Stipulatus sum à te seruitutem viæ fundo meo: & antequam seruitus cõstitueretur, vendidi medietatẽ fundi dominaturi pro indiuiso: quia primã partem alienaui. sic corrũpitur stipulatio. Tertio dico, quòd testator nõ potuit partem sui fundi efficere seruitute pro indiuiso. & si in totum conficiat, quia potuit: & in dimidiam adimat pro indiuiso: non valet ademptio. Viuia.

g *Pro parte dominii.* prædij dominãtis. Ac.
h *Traditur.* puta vt fundus tuus seruiat medietati mei prædij pro indiuiso: hoc fieri nõ potest: vt hic, &. j. de ser. le. l. si is qui duas. circa princ. &. j. communia prædi. si quis duas. §. j. sed ad certam pro diuiso sic: vt. ſ. e. l. ad certam.
i *Partem.* dimidiam pro indiuiso. secus pro diuiso: quia tunc etiam à principio sic potest constitui: vt. ſ. e. l. ad certam. Acc.
k *Corrumpit.* loquitur hic in eo casu, cum non erat adhuc in possessione seruitutis: sed tantum stipulatus. aliàs esset cõtra supra. e. vt pomum. §. si prædium. nam multa impediunt facienda, quæ non impediunt iam facta: vt hic, & dixi. ſ. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. patre. Accursius.
l *Non possit.* scilicet sic vt in prin. huius legis. & infra, de verbo. obliga. pluribus. §. fi. in prin.
m *Pro parte quoque.* dominij scilicet, fundi seruientis.
n *Via potest.* scilicet expressim: vt infra, de adimen. le. l. legata. §. fi. sed tacite potest: vt supra, eo. l. vt pomum. §. si prædium. & differt hic casus à superiori primo legis: quia hic vetatur constitui in parte fundi seruientis: ibi in parte eius cui seruitur.

NOn dubito. *Per seruum.* scilicet municipij. sic & infra, de acquiren. posses. l. ij.

Viam.] CASVS. Si concedas mihi viam, ita quòd neque vehiculum possit ire, nec equus aliquis, istud dicitur potius iter: non autem est actus nec via. sed si possum ducere iumentum per locum illum: tunc erit etiam actus. Viuianus.

o *Quam via.* nam via plus continet: vt infra, de ser. rusti. prædi. l. j. &. l. via. in princ.
p *Actus adquisitus.* magis quàm via. nam via plus continet: vt infra, de serui. rusti. prædi. l. j. &. l. via. sed in vehiculo paria sunt: vt prædicta. l. via. Accursius.

Seruitutes.] CASVS. An seruitutes vsucapiantur? dicit quòd non, duplici ratione: quia incorporales sunt: & sicuti non possidentur, ita non vsucapiuntur. Item quia non sunt continuæ: & ponit exemplum in itinere. Secundo quæritur, an possim acquirere seruitutem itineris per prędium tuum, ad sepulchrum meum, quòd vltra habeo in meo agro? Dicit quòd sic, & acquisitam remittere: quia mea priuata est, licet sepulchrum sit religiosum. &

A sic in bonis nullius personæ. Item si inter meum & tuum prædium erat locus publicus: an possis tu mihi cõstituere seruitu. quòd liceat portare inde aquam per collum? Et respon. quòd sic. Viuia.

q *Accedunt.* & sine eis esse nõ possunt: vt. j. cõmunia prædio. l. j.
r *Vsu non capiuntur.* bene sequitur. nam si sunt incorporales, vt hic, & inst. de reb. cor. & incor. §. fi. ergo non possidentur: vt. j. de acquir. posses. l. iij. j. rũ. & j. de acquir. re. do. seruus. §. incorporales. ergo non vsucapiuntur: vt infra, de vsuca. l. sine possessione. Sed videtur vsucapi: vt infra, de vsuca. si aliena. §. j. quæ est contra. Sed ibi cum ædificio possunt, per se non[c]: vt hic. Item videntur posideri: & sic quitur Bar. præscribi: vt infra, de quã intelliiti. actúque pri. l. fi. &. ſ. de peti. hære. l. regulariter. & infra, commu- constitutis: nia prædi. l. ij. quæ sunt alias non. contra. Sol. quòd dicitur incorporalia posideri legibus prædictis, subaudi quasi: nam vere nõ: vt infra, titu. j. ſi ędes. §. fi. in fi. & sic subauditur istit. de vsufr. §. cõstituitur. Accursius.

Incorporalia. lia an vsucapiantur.

c *Istã gl. ſequitur Bar.*
Quã intelligi. in seruitutibus iam

t *Ideo.* scilicet non vsucapiuntur.
u *Certam.* si hæc secũda bona est ratio, nullum interdictum possessorium pro seruitute dabitur: vel vti possi. vel de iti. actu priua. cũ possidentibus dentur: vt. j. eo. l. quotiẽs. &. j. si ser. vindi. l. sicuti. §. fi.

Ethic dicit, quòd nemo habet certam earum possessionẽ: sed certè hic plus dicit[d], continuámque. nam potest esse quòd tempore interdicti quasi possidet. vnde rectè sibi competit interdictum: vt infra, de itine. actu. pri. l. j. §. hoc interdictum. Vt tamen plene scias, quæ seruitutes vsucapiantur, vel non: dic, quòd seruitus, aut habet perpetuam causam, aut quasi perpetuam: aut nec perpetuam, nec quasi perpetuam. Si perpetuam, vt aquæductus: tunc præscribi potest: vt. C. eo. l. ij. Item altius tollendi: vt infra, titu. j. sed si iter. in princi. quasi perpetuam, eodem modo: vt stillicidium, vel ductus aquæ ex cœlo cadentis: vt infra, tit. ij. in. l. foramẽ. Et quod dico has præscribi, intellige[e]. x. an. inter præsentes: vel. xx. inter absentes: exemplo rerum immobilium: vt Cod. eo. l. ij. & fortè etiam sine titu. secundum Azo. certè immo sine fortè[f]: vt infra, si ser. vindi. si quis diuturno. quod tempus incipit currere, ex quo cœpit vti iure seruitutis non vi, non clam, non precario: vt infra, quemadmo. ser. amit. l. fi. & infra, de iti. actúque priua. l. j. §. Iulianus. Si autem non habeat perpetuam causam, vel quasi, vt via, & similes: non vsucapiuntur, id est, non præscribuntur: vt hic: nisi tanto tempore, cuius non sit memoria: vt infra, de aqua plu. ar. l. j. §. fi. &. l. ij. §. antepe. & de seruitute tali intelligitur, infra, de aqua quoti. & æsti. l. hoc iure. §. ductus. Vel ducitur[g] ibi ex flumine publico: & ideo exigitur tantum tempus cuius non extet memoria. Sed quomodo post. xxx. an. intenditur negatoria, quæ iam sublata est: vt Cod. de præscrip. xxx. an. l. sicut? Respon. ratione præsentis itionis: vt supra, de iudi. non aliàs. §. j. licet autem dixerim seruitutes, quæ non habent perpetuam causam, vel quasi perpetuam, non præscribi: tamen potest dici, secundum Io. quòd si quis dicat sibi constitutam talem seruitutem ex titulo.: nec id possit probare per testes, vel instrumenta: & in admiricu- longitudine lum suæ intentionis inducat coniecturam quia vsus est seruitute prędij domino sciente, & non contradicente, per. x. vel xx. an. præsumatur seruitus constituta[h] ex causa, quæ præterditur præcessisse: vt infra, de aqua plu. ar. l. j. in fi. & infra, de vsur. l. cum de in rem verso. econtra qualiter præscriptione amittantur, dices infra, quemad. ser. amit. si sic.

d *Approbatur per Bar.*
Seruitutes an & quæ vsucapiantur.
e *Idẽ Bar. Ange. & Flo.*
f *Et bene Pau. post Inno. in ca. si diligenti. de præscrip.*
g *Vterque intellectus placet Pau.*
h *Et sic ex temporis præsumitur tit. & gl. sequitur Bart. Ange. P. & Flo.*

XII. IAVOLENVS libro quarto Epistolarũ.

NOn dubito quin fũdo municipum per seruum[o] rectè seruitus adquiratur.

In seruitutibus realibus, si non valet qđ ago vt ago, valeat vt valere potest. Bart.

XIII. POMPONIVS libro quartodecimo ad Quintum Mucium.

SI tam angusti loci, demonstratione facta, via concessa fuerit, vt neque vehiculum, neque iumentum eà ire * possit: iter magis quàm via[p] aut actus adquisitus[q] videbitur. Sed si iumẽtum eà duci poterit, nõ etiam vehiculum: actus videbitur adquisitus.

Incorporalia quæ non habent causam continuam, nõ vsucapiũtur. h. d. Vel sic: Incorporalia nõ habentia causam continuã, nõ possunt præscribi. h. d. & subtilis est. Bar.

XIIII. PAVLVS libro quintodecimo ad Sabinum.

SEruitutes prædiorum rusticorum etiamsi corporibus accedunt[r], incorporales tamẽ sunt: & ideo vsu non capiuntur[s]: vel ideo [t], quia tales sunt seruitutes, vt non habeant certam [u] continuámq; possessionem. Nemo enim tam perpe-

o *Municipij.* sic & infra, de acquiren. posses. l. ij.
p *Via.* nam via plus continet: vt infra, de serui. rusti. prædi. l. j. &. l. via. sed in vehiculo paria sunt: vt prædicta. l. via. Accursius.
q *Actus adquisitus.* magis quàm via. nam via plus continet: vt infra, de ser. rusti. prædi. l. j. &. l. via. in princ.
r *Accedunt.* & sine eis esse nõ possunt: vt. j. cõmunia prædio. l. j.
s *Vsu non capiuntur.* bene sequitur. nam si sunt incorporales, vt hic, & inst. de reb. cor. & incor. §. fi. ergo non possidentur: vt. j. de acquir. posses. l. iij. j. rũ. & j. de acquir. re. do. seruus. §. incorporales. ergo non vsucapiuntur: vt infra, de vsuca. l. sine possessione. Sed videtur vsucapi: vt infra, de vsuca. si aliena. §. j. quæ est contra. Sed ibi cum ædificio possunt, per se non[c]: vt hic. Item videntur posideri: & sic quitur Bar. præscribi: vt infra, de quã intelliiti. actúque pri. l. fi. &. ſ. de peti. hære. l. regulariter. & infra, commu- constitutis: nia prædi. l. ij. quæ sunt alias non. contra. Sol. quòd dicitur incorporalia posideri legibus prædictis, subaudi quasi: nam vere nõ: vt infra, titu. j. ſi ędes. §. fi. in fi. & sic subauditur istit. de vsufr. §. cõstituitur. Accursius.

Incorporalia. lia an vsucapiantur.

c *Istã gl. ſequitur Bar.*
Quã intelligi. in seruitutibus iam

t *Ideo.* scilicet non vsucapiuntur.
u *Certam.* si hæc secũda bona est ratio, nullum interdictum possessorium pro seruitute dabitur: vel vti possi. vel de iti. actu priua. cũ possidentibus dentur: vt. j. eo. l. quotiẽs. &. j. si ser. vindi. l. sicuti. §. fi.

BIU Cujas

a *Seruientis.* contra videbatur quòd non possunt esse hæ seruitutes nisi inter dominos prædiorum: vt infra, communia prædio. l.j. Sed certè licet sepulchrum sit nullius: tamen ius sepeliendi est priuatum: cuius causa seruitus constituitur: vt.j.si ser.vind.l.j.Ac.

b *Interueniente.* inter prædium seruiturum, & dominaturum.

c *Haustus.* id est, ius aquæ deferendæ super collum, vel super asinum, non traiiciendæ aquæ per terrã: vt subiicit. Idẽ est in aliis seruitutibus[a] quæ nõ nocent publico: vt.j.eo.l. fi.&.j. de aqua plu.arc. si prius.§.licet. Item nõ nocet medius loc⁹ public⁹.i. via ad augmẽtũ insulæ: vt infra, de acquiren.re.do.l. marit⁹.

a Approbatur, secũdũ Pe. & Ange.

d *A principe.* vel à senatu: vt.j.de flumi.l.ij.

e *Incommodo.* maximo: vel dic, magno: vt ar.C. de preci. impera. offe.l. quotiens. Acc.

f *Impedit.* ergo plus quandoque habent religiosa quàm publica: vt ex his duob⁹.§.§. colligii, &.j. de aqua plu. ar.l.si pri⁹.§.sacro. Ac.

g *Quotiens. Hominum.* id est. personales.

h *Nihil agitur.* nõ valet seruitus: quia mea nõ interest imponi: vt & hic, &.j.si ser. vindi. l.sicuti.§.fin. nec aliud pactum tale: vt supra, de pac.l.pe. sed videtur cõtra, infra, eo.l. ei fundo. Sol. ibi in ipsa traditione fuit appositum: vt. C. de pac. iter empt. & ven.l.fi.& supra, de pac.l. traditionibus secundum quosdam. Tu dic, quòd in lege contraria nõ intererat, tũc quando seruitus imponebatur: sed postea debebat interesse, vel sperabatur: vt supra, de vsufruc.si infantis. Cæterum si, nec tũc, nec postea interesset, nõ valet constitutio: vt hic.

** Flo. valet*

i *Gratia.* quia tũc interest: & sic valet: vt infra, de aqua quoti. & æsti.l.j.§.si quis. Acc.

** viridia. Flo.*

Seruitutẽ debens non semper patitur.

k *Præstet.* No. qui seruitutẽ debet, non facit, sed patitur: vt hic, &.j. de aqua pluuia arcen.l. j in fine. nisi in casu, qñ gratia seruitutis, aliàs constitutæ cogaris aliquid facere: vt restituere parietẽ, vel columnã quę on⁹ meũ sustineat: vt.j.tit.j.l.eum debere.&.j.si ser.vind.l.sicuti.§.j.&.§.distant. Ac.

l *Ei qui. Vtilem petitionem.* id est, efficacem vindicationem per confessoriã: vt hic, &.j. de ope.no.nun.l. creditoris. sed fructuario non dat: vt.ſ.si vsusfru. vti frui.§.vtrũ. quæ est cõtra. Sed illud ideo, qa seruit⁹ seruitutis esse nõ potest: vt.j. de vsufr.le.l.j.

m *Vtilis petitio.* id est, efficax hypothecaria.

n *Iæ. Indiuisus est* sec⁹ in vsufru. vt.j.ad.l.Fal.l.j.§.si vsusfruc.

o *Petunt.* & obtinet. sed an vtitur, qui primo obtinet? Dic, vt tuo, tamque cõtinenter ire potest, vt nullo momento possessio eius interpellari videatur. Idem & in seruitutibus prędiorum vrbanorum obseruatur.

Seruitus ad sepulchrũ, est priuati iuris: & de ea potest disponi, vt de seruitute priuati. Bartolus.

¶ Seruitus itineris ad sepulchrum, priuati iuris manet: & ideo remitti domino fundi seruientis[a], & adquiri etiam post religionem sepulchri hæc seruitus potest.

Locus medius impediens commodum ex vno loco peruenire ad alium, impedit seruitutem constitui. Bartolus.

¶ Publico loco interueniẽte[b], vel via publica, haustus[c] seruitus imponi potest: aquæductus nõ potest. A principe[d] autẽ peti solet, vt per viam publicã aquam ducere, sine incõmodo[e] publico liceat. ¶ Sacri & religiosi loci interuẽtus, etiam itineris seruitutem impedit[f]: cum seruitus per ea loca nulli deberi potest.

Non potest imponi seruitus de eo, quod fundi vtilitatem non respicit. Bartolus.

XV. POMPONIVS libro trigesimotertio ad Sabinum.

QVotiẽs nec hominũ[g] nec prædiorũ seruitutes sunt: quia nihil vicinorũ interest, nõ valent:* veluti ne per fundum tuũ eas, aut [ne]ibi cõsistas. Et ideo si mihi cõcedas, ius tibi non esse fundo tuo vti frui, nihil agitur[h]. Aliter atque si cõcedas mihi, ius tibi nõ esse in fundo tuo aquã quęrere, minuendæ aquæ meæ gratia[i].

Qui debet seruitutem, cogitur pati: non agere. Bartolus.

¶ Seruitutum nõ ea natura est, vt aliquid faciat quis, veluti [vt] viridaria* tollat, aut amœniorem prospectum præstet[k], aut in hoc, vt in suo pingat: sed vt aliquid patiatur, aut non faciat [aliquid.]

Creditori, & emphyteutæ, competit vtilis actio pro seruitute. Bartolus.

XVI. IVLIANVS libro quadragesimonono Digestorum.

EI, qui pignori fundum accepit: non est iniquũ vtilẽ petitionẽ[l] seruitutis dari: sicuti ipsius fundi vtilis petitio[m] datur*. Idem seruari conuenit, & in eo ad quẽ vectigalis fundus pertinet.

Seruitutes sunt indiuiduæ: & transeunt in hæredes insolidũ, actiuè & passiuè. Bar.

XVII. POMPONIVS libro singulari Regularum.

VIæ, itineris, actus, aquæductus pars, in obligationem deduci nõ potest: quia vsus eorum indiuisus est[n]. Et ideo si stipulator decesserit, pluribus hęredibus relictis: singuli insolidum* viã petunt[o]. Et si promissor decesserit, pluribus hæredibus relictis: à singulis hæredibus solida petitio[p] est.

Seruitus confusa aditione, debet per legatarium restaurari. Bartolus.

XVIII. PAVLVS libro trigesimoprimo Quęstionum Papiniani notat.

INomnibus[q] seruitutib⁹, quę aditionibus confusæ sunt, responsum est doli exceptionem nocituram legatario, si non patiatur eas iterum imponi.

Potest imponi seruitus de eo quod nõ interest tunc, sed speratur interesse in futurũ. Bartolus.

XIX. LABEO libro quarto Posteriorum, à Iauoleno Epitomatorum

EI fundo, quem quis vẽdat, seruitutem imponi, etsi nõ vtilis[r] sit, posse existimo: veluti si aquam alicui ducere non expediret, nihilominus constitui ea seruitus possit. Quædam enim habere* possumus, quamuis ea nobis vtilia non sunt.

Qui debet seruitutem: debet pati aduersarium vti, quod pro traditione habetur. Bartolus.

XX. IAVOLENVS libro quinto ex Posterioribus Labeonis.

ZQVotiens† via, aut aliquod* ius fundi emeretur[s]: cauendũ putat esse Labeo, per te non fieri, quo minus eo iure vti possit. Quotiens.] CASVS. Si vendas mihi viam, cauere debes mihi ne me impedias: & quòd patiaris me ire: quia vsus cum patientia habebitur pro traditione. & si impedias me vti seruitute, potero agere. Viuianus.

Traditio.

p *Petitio.* No. insolidum transit: vt hic, & infra, de verbo. oblig. l.ij.§.pe.& fi.&.j. fami. ercis. hæredes.§. an ea. & sic transit ad aliũ, vt hic, & infra, communia prædio. si ei cuius. & infra, tit.ij. si vn⁹ ex socĳs.§.j.& sic est contra, supra, eo.l. pro parte. Sed illud est ideo, quia obligatio seruitutis non potest trãsire cum quis alienat, *b Et hoc vt* nisi cedat[b]: quod ibi repete, quia esse nõ potest: quia tradita non erat. sed secus *res tradi-* in hæredibus, secundum Ioan. nam in om- ** Fla. dare* ne ius defuncti succedit.

q *In omnibus.*] Pone casum, quòd prędium testatoris seruiebat prædio hæredis: & fundum seruientem testator legauit sub conditione: & sic medio tempore sunt seruitutes extinctæ: vt infra, tit.j.si quis ędes. sed debent reponi: vt hic dicit, & in prædictal. si quis ædes. & infra, de hære. vendi.l.ij.§. hm. & quod subiicit, legatario, scilicet cõditionali. Vel pone[c] contra prædiũ hęredis seruire prædio testatoris: & testator legauit prædiũ hæredis quod seruiebat. Nam non transit dominium statim in legatarium: & ideo extinguitur seruitus, etiã si pure legauerit. & sic ob. doli exceptio legatario legatum vindicãti. Sic posito casu, non potest opponi, quòd non videatur confundi seruitus, quasi restra via transeat dominium in legatarium: vt infra, de fur. à Titio. & infra, de pecu. sed si damnũ. §. prętereà. quia secundum primũ casum, pẽdente conditione dominus est: vt infra, ad Syll.l.j.§. serui. secundum alium non trãsit, cum non fuerit defuncti. Sed in personali seruitute, scilicet vsufructu aliud est: quia irreuocabiliter extinguitur: vt infra, de leg.ij. is cuius. & l. cum filius.§. dominus. & facit infra, de leg.j.l. legatarius.§.j. Accursius.

** Fla. debere libere.*

Ei cui seruitus debetur, non licet nouum opus facere.

Seruitus confusa, non extinguitur.

Ius non fruendi.

Ius non vtendi.

Ius non prohibendi.

Ius non agendi.

Ius non faciendi.

Ius non patiendi.

Ius non habendi.

Ius non præstandi.

Ius non dandi.

Ius non recipiendi.

Ius non petendi.

Ius non exigendi.

Ius non retinendi.

Ius non possidendi.

Ius non vindicandi.

Ius non ad rem.

Ius non in re.

Ius non personale.

Ius non reale.

Ius non mixtum.

Ius non commune.

Ius non proprium.

Ius non singulare.

Ius non vniuersale.

Ius non particulare.

Ius non publicum.

Ius non priuatum.

Ius non ciuile.

Ius non naturale.

Ius non gentium.

Ius non canonicum.

Ius non feudale.

Ius non emphyteuticum.

Ius non pignoris.

Ius non hypothecæ.

Ius non seruitutis.

Ius non vsufructus.

Ius non vsus.

Ius non habitationis.

Ius non operarum.

Ius non emphyteuseos.

Ius non superficiei.

Ius non pignoris.

Ius non hypothecæ.

Ius non seruitutis.

Ius non vsufructus.

Ius non vsus.

Ius non habitationis.

Ius non operarum.

Ius non emphyteuseos.

Ius non superficiei.

BIU Cujas

a *Traditio.* sed patientia tãtum: vt. ff. eo. quotiens. §. fi. Accursius.
b *Accipiendum esse.* vt infra, titu. j. seruitutes. in prin.
c *Velut possessoria.* id est, quasi possessoria, per quæ tueamur seruitutes: vt arg. infra, vti pos. l. fi. & de aqua plu. ar. l. fi. Sed quę sunt hæc? Respon. directũ & vtile de iti. actu. pri. vt infra, de iti. actu. pri. l. j. &. l. inde. §. idẽ Iul. & infra, si ser. vindi. l. ij. §. Pomp. Ité datur interdictũ vti pos. vt infra, si ser. vin. sicuti. §. Aristo. ibi, sed interdictum &c. quia & inter fructuarios & vsuarios datur: vt infra, vti pos. l. fi. Item inter corriuales: vt infra, de aqua quoti. & æsti. l. j. §. inter corriuales.
d *Si intercedat.* inter prædium seruitutum & dominaturum. & quidam habent hic rubricã de seruitutibus vrbanorum prædiorũ.
e *Neque itineris.* sed secus, si solum priuatum est in medio: vt infra, de ser. rusti. prędio. qui sella. §. fi. quæ est cõtra. & facit. ff. eo. seruitutes. §. publico.
f *Quia cellũ.* No. cuius est solum, eius debet esse vsque ad cœlum: vt hic, &. j. quod ri, aut clam. l. fi. §. pen.
g *Quæ,* scilicet ædes.
h *Tecum nullo modo.* No. de seruitute contra dominũ tãtum agi: vt hic, &. j. si ser. vindi. l. si forte. §. hæc autem actio. & ar. j. de aqua plu. ar. apud. §. fi. & hoc ideo, quia fructuarius non prohibebat. aliàs vtili etiam secum agitur: vt. j. de aqua quoti. & æsti. l. j. §. competit. & arg. infra, de aqua plu. ar. l. si vsusfruc. §. fi. & arg. supra, si vsusfructa. l. vti frui. §. vtrum. Accursius

si im: quia nulla huiusmodi iuris v acua traditio[a] esset. Ego puto, vsum eius iuris pro traditione possessionis accipiendũ esse[b]. ideoque interdicta veluti possessoria[c] constituta sunt.

Locus medius impediens commodum ex vno loco peruenire ad alium, impedit seruitutem constitui. Bartolus.

XXI. PAVLVS libro vicesimoprimo ad Edictum.

SI intercedat[e] * solum publicum, vel via publica: neque itineris[d] actúsve, neque altius tollendi seruitutes impedit sed immittendi, protegendi, proiiciendi, * item fluminũ & stillicidiorum seruitutem impedit: quia cœlũ[f], quod supra id solũ intercedit, liberũ esse debet.

Actio pro seruitute debet intentari contra dominum proprietatis, non contra vsufructuarium. Bartolus.

Si vsusfructus tuus sit, ædium proprietas mea: quæ[g] onera vicini sustinere debeãt, mecum insolidum agi potest, tecũ nullo modo[h].

DE SERVITVTIBVS vrbanorum prędiorum.

TITVLVS II.

Hic iurisconsultus enumerat seruitutes vrbanorum prædiorum. Bartolus.

I. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

VRbanorũ prædiorum[i] iura talia sunt: altius tollendi[k], & officiendi[l] luminibus vicini: aut non extollendi. Item stillicidium auertendi in tectum, vel aream[m] vicini: aut non auertendi. Item immittendi tigna in parietem vicini[n]: & denique proiiciendi, protegendi ve: cæteráque istis similia.

II. VLPIANVS libro vicesimonono ad Sabinum.

EST & hęc seruitus [eorum,] ne prospectui officiatur.

Hic ponit differentiam inter seruitutẽ luminum: & ne luminibus officiatur. Bar.

III. PAVLVS libro secundo Institutionum.

LVminum in seruitute constituta, id adquisitum videtur, vt vicin[o] lumina nostra excipiat[o]. Cum autem seruitus imponitur, ne luminibus officiatur, hoc maximè adepti videmur, ne ius sit vicino inuitis[p] nobis altius ædificare, atq; ita minuere lumina nostrorum ædificiorum.

Qui non consentit, videtur contradicere. Bartolus.

IIII. VLPIANVS libro septimodecimo ad Edictum.

INuitum[q] autem in seruitutibus[r] accipere debemus, non eũ, qui contradicit[s], sed [&] eũ qui non consentit. Ideo Pomponius libro quadragesimo & infantẽ & furiosum inuitos rectè dici, ait. Non enim ad factum[t], sed ad ius seruitutis hęc verba[u] referuntur.

DE SERVITVTIBVS VRBANORVM prædiorum.

Dixit in præcedentibus de seruitutibus in genere: nunc incipit dicere de ipsis in specie. Accursius.

Vrbanorum prædiorum. Prædiũ vrbanũ dicitur esse omne ædificium vbicúque positũ: vt. j. cõmunia prædio. l. j.

Tollendi. vel ambo pro vno, vel dic, pro diuersis poni. & secundum hoc tollendi, vt prospectui officiatur.

Et officiendi. Quare seruitutes vrbanæ ponuntur in affirmatiua & negatiua: vt hic, & ita altius tollendi dicitur seruitus, cum magis sit libertas: vt. j. eo. l. cuius. sed seruitutes rusticæ tantum in affirmatiua: vt iter, actus, & similes: vt. j. tit. j. l. j. Respon. secundũ Io. ideo quia vrbicæ non admittuntur nisi quis libertatem vsucapiat. sicut enim in seruitute quærenda est necessarium factum vtentis, & bona fides: vt. j. quemad. ser. amit. l. seruitute. ita in libertate præscribenda: vt. j. eo. l. hoc autem. Et huius similitudinis ratione libertas seruitus appellatur, & hoc illa ratione, quia videtur seruire ille qui hucusque habuit seruitutem, eoipso q̃ amittit. Sed hæc secunda sol. non sufficit: quia idem est in rustico. Et secũdum hoc non est verè seruitus altius tollendi: maximè cũ hoc nõ inuenimus[b] in rusticis. ſ. non licere ire agere esse seruitutem. Vel dic, planius: quia hic dicit, q̃ sit seruitus alti[9] tollẽdi, & stillicidiũ non auertẽdi: sed iura. ſ. libertatis: vt. j. e. l. cum eo. &. l. cuius. prout ergo refertur ad seruitutes. ꝑprie ponitur iura: vt insti. de rebus cor. & incor. §. fi. prout ad libertates, dicitur ius libertatis. sic verbũ semel positũ, proprie & ꝑproprie ponitur: vt. ff. de offi. procõ. & le. l. ij. Vel tertio[c] dic, q̃ altius tollẽdi, & officiendi luminibus, nec seruitutem concedere: vt dictum est.

A

B

C

D

a *Traditio.* sed patientia tãtum: vt. ff. eo. quotiens. §. fi. Accursius.
b *Accipiendum esse.* vt infra, titu. j. seruitutes. in prin.
c *Velut possessoria.* id est, quasi possessoria, per quæ tueamur seruitutes: vt arg. infra, vti pos. l. fi. & de aqua plu. ar. l. fi. Sed quę sunt hæc? Respon. directũ & vtile de iti. actu. pri. vt infra, de iti. actu. pri. l. j. &. l. inde. §. idẽ Iul. & infra, si ser. vindi. l. ij. §. Pomp. Ité datur interdictũ vti pos. vt infra, si ser. vin. sicuti. §. Aristo. ibi, sed interdictum &c. quia & inter fructuarios & vsuarios datur: vt infra, vti pos. l. fi. Item inter corriuales: vt infra, de aqua quoti. & æsti. l. j. §. inter corriuales.
d *Si intercedat.* inter prædium seruitutum & dominaturum. & quidam habent hic rubricã de seruitutibus vrbanorum prædiorũ.
e *Neque itineris.* sed secus, si solum priuatum est in medio: vt infra, de ser. rusti. prędio. qui sella. §. fi. quæ est cõtra. & facit. ff. eo. seruitutes. §. publico.
f *Quia cellũ.* No. cuius est solum, eius debet esse vsque ad cœlum: vt hic, &. j. quod ri, aut clam. l. fi. §. pen.
g *Quæ,* scilicet ædes.
h *Tecum nullo modo.* No. de seruitute contra dominũ tãtum agi: vt hic, &. j. si ser. vindi. l. si forte. §. hæc autem actio. & ar. j. de aqua plu. ar. apud. §. fi. & hoc ideo, quia fructuarius non prohibebat. aliàs vtili etiam secum agitur: vt. j. de aqua quoti. & æsti. l. j. §. competit. & arg. infra, de aqua plu. ar. l. si vsusfruc. §. fi. & arg. supra, si vsusfructa. l. vti frui. §. vtrum. Accursius

m *Aream.* arg. q̃ seruitus denominatur à prædio, cui prædio cui debetur. nã area rusticũ prędiũ est.
n *Vicini.* hæc est vera seruitus.

Seruitus à prædio, cui debetur, denominatur.

LVminum.] CASVS. Facit hęc. l. differentiam inter has duas seruitutes, promittis mihi dare lumina: & promittis non nocere luminibus meis? Nam primo casu satis est, si quoquo modo p̃ fenestram tuæ domus, vel alio modo das mihi lumen sufficiens. Secundo, nil debes facere quo minus habeam totum lumen, quod ex cœlo habere possum.

o *Excipiat.* ſ. quoquo modo, id est, vt differat à casu sequenti. Et dic, excipiat, id est, recipiat: sic vt ad nos possit venire etiam per foramina, vel quocúque modo. & ita minus est dare seruitutem luminũ, & plus non nocere luminibus. Accursius.

p *Inuitis.* simile, ifra, de aqua plu. ar. in concedendo.

INuitum.] CASVS. Dicitur hic, q̃ si habeo seruitutem per domum alicuius, eo nesciente, & nolẽte mihi cõstituere seruitutẽ: ille dicitur inuitus, nisi expresse consentiat. Secundo apparet ex his, q̃ furiosi, & infantes consentire nõ possunt,

q *Inuitum.* in aliquo forte edicto continebatur, vel. l. xij. tabu. q̃ nemo constituat seruitutem inuitus.

r *In seruitutibus.* cõstituendis. Nam licet vadã per prædiũ tuum, vel aquam proiiciam in tuo te sciente: non statim est seruitus[d]. nisi præscribam. vel econtra, scilicet amittendis. nam licet altius tollas me sciente, non statim est libera. & ad hoc accedit lex sequens: sed ad primum lex præcedens.

s *Contradicit.* ſ. tantum. Et sic no. quis dicitur inuitus eo ipso, q̃ non consensit expressim. quod dic vt. ff. de ꝑcu. l. filius. §. inuitus.

t *Ad factum.* i. consensum suũ, qualem qualẽ interponat: sed verum exigimus[e] hic consensum, qui in eis non est: & factum vocat conditionem: ius vero seruitutis ipsum consensum, quo seruitus constituitur. q. d. si non consenserit expressum, videtur inuitus.

u *Hæc verba.* id est hoc verbum, inuitus. & sic plurale pro singulari. sic. ff. de peti. hæred. l. diuus. §. fi. Accursius.

d *Sed bene est quasi possessio actus introducẽtis seruitutem. Ange. & Pau.*
e *Ista glo. est sing. secũdũ. P. ad hoc, quòd quotiens cũque in actu requiritur consensus: requiritur, quòd sit verus & validus. & sequitur Bal. Ange. & Flo.*

HAec autẽ iura.] CASVS. Primo ponit regulã, q̃ tã vrbanæ quã rusticæ seruitutes non vtẽdo amittunt. Secũdo, q̃ plus est necesse in amissióe vrbanę, q̃ rusticę: quia í rustica sufficit me nó vti: in vrbana aút, & me non vti, & te possidente vti libertate. Et de hoc ponit duo exẽpla. Primũ, quia si debes mihi seruitutem ne ædes tuas alti[9] tollas, ne luminibus meis noceas: licet ego fenestras meas à parte dom[9] tuæ obstructas habeo per longũ tẽpus: & sic nõ sum vsus seruitute: tamẽ non amitto seruitutẽ, nisi tu ædes, quæ mihi seruitutẽ debẽt, altius eleuaueris. Secundo ponit exemplũ, vt in textu ibi: item si tigni. & clarũ est. & bene dicit, alti[9] exaltatũ habueris in tuo. nam secus si arborem posuisti tantum: nã non ideo videris vti libertate propter motum naturalem arboris.

BIU Cujas

a *Non vtendo pereunt.* scilicet vrbicæ seruitutes.
b *Ne luminibus.* potest dici, quòd exemplificat de vna seruitute, reddendo causam, quare sit constituta. nam cui debetur seruitus, ne luminibus officiatur, ei debetur ne altius tollatur: vt supra, eo.l.luminum.§.cum autem.

a Hæc ratio nō est bona: quoniā in seruitutib⁹ rusticis aliquā do requiritur sumpt⁹. l.si iter.ff. tit.l.& maxime in seruitute aquæ ductus. sed alia ratio est bona: quia seruitutes vrbanæ sunt nobiliores rusticis: & ideo difficilius perdūtur.ita Bar. to. hic post Marti Sylla.

c *Tuas.* Ratio[a] diuersitatis est, quia in vsu seruitutis vrbanæ sum ptus præcedit: quod in rustica sec⁹: & ideo dificilius contra primam præscribitur.
d *Habueris.* Et sic no. quòd in præscribenda libertate necessariū est factum vtentis: vt hic, &.ĵ.quemad.ser.amit. l.si quis alia.§.fi.Acc.
e *Obturaueris.* Sed qd si quædā foramina habuit obstructa, id est, clausa, quædam non. Videtur fauore libertatis in totum amitti: vt arg.infra, de re iudi. inter pares. Alia ratione videtur, quòd pro parte obstructa: vt eadem sit ratio totius ad partem: vt ifra, de vsu. qui scit.ĵ.respō. Tu dicas in nihilum amitti: vt ar.ĵ.de ser.rusti.prędi.l. vna est via.&. C. de agri.& censi.l. cum scimus.§.fina.

** Flo.perfixas*

f *Quod autem.* hoc iungitur cū supiori,& mutat personas.
g *Dicitur.* vt supra.l. proxi.§.penul.
h *Et rectè.* Hoc vbi est constituta seruitus altius non tollendi. secus si esset de prospectu. Et est ratio: quia cōtra primam seruitutem nihil fit: contra secundam fit: vt.ĵ.eo. ædificia. *ADDITIO.* Dic, quòd hic loquit quando seruitus erat altius non tollendi: quo casu ponendo arborem nihil fit contra illam seruitutem: ibi fuit constituta seruitus ne prospectui officiatur: quo casu fit contra talem seruitutem, secundū. Bar.

** Flo.suum*

i *Naturalē.* immo naturaliter stat: sed ex accidenti vi ventorum illud fit. Respō. ideo dicit, quia arbor est eius naturæ, vt facile possit moueri vi ventorum, sed paries non.

Libertas seruitutis vrbanæ non præscribitur, si dominus prædii dominantis solummodo non vtatur sed requiritur factū præscribentis. scilicet quod domus altius eleuetur, vel foramina obturentur. Bartolus.

V. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

HAec autem iura, similiter vt rusticorū quoque prædiorum, certo tempore non vtendo pereunt[a]: nisi quòd hęc dissimilitudo est, quòd nō omnimodo pereunt non vtendo: sed ita, si vicinus simul libertatem vsucapiat: veluti si ędes tuę ædibus meis seruiant, ne altius tollantur, ne luminibus[b] mearum ædiū officiatur: & ego per statutum tempus fenestras meas præfixas * habuero, vel obstruxero: ita demum ius meum amitto, si tu per hoc tēpus ędes tuas[c] alti⁹ sublatas habueris[d]. Alioquin si nihil noui feceris: retineo seruitutē. Item si tigni immissi ædes tuæ seruitutē debent, & ego exemero tignum: ita demum amitto ius meum, si tu foramen, vnde exemptū est tignum, obturaueris[e], & per constitutum tempus ita habueris. alioquī si nihil noui feceris, integrum ius meū * permanet.

Licet arbor altius extollatur, non præscribitur libertas contra seruitutem altius non tollendi. Bartolus.

VI. POMPONIVS libro vicesimosexto ad Quintum Mucium.

QVod autem[f] [ex] ædificio meo me posse consequi, vt libertatem vsucaperem, dicitur[g]: idem me non consecuturum, si arborem eodem loco sitam habuissem, Mucius ait: & rectè[h]: quia nō ita in suo statu, & loco maneret arbor quēadmodū paries, ꝓpter motum naturalem[i] arboris.

Vnus ex sociis non potest communem parietem destruere causa respiciendi. Bar.

VII. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

Parietem.] *CASVS.* Si communis paries est inter me & te: vt puta inter domum tuam & meā est paries cōmunis, qui vtrāque domū separat: si vis eū destruere, vel reficere, non potes. Vi.

k *Naturali.* id est, iure naturali, quod ius gentium appellatur: vt insti. de rerum diui.§.singulorum.
l *Communis est.* Sed contra.ĵ.communi diui.si ædes. Sol.vt ibi.
m *Reficiendi.* ius seruitutis. Accursius.

Vm eo.] *CASVS.* Si habeo domum, possum eam exaltare vsque ad cœlum, si non debeo alij seruitutem. Viuianus.

n *Actio.* vt.ĵ.eo.l.cuius.&.C.e.altius. Sed cōtra. C.eo.l.fi. Solu. speciale ibi in area propter fructus. Itē contra.ĵ.l.proxi.in.fi. Solu.

A ibi speciale in hærede: quia ipse concessisse videtur alterū, ne faciat inutilem concessionem: nisi forte sit inter viuos, si alteram vendo, fauore vltimæ voluntatis. Accursius.

Aurus.] *CASVS.* Habeo domos duas: vnam tibi lego, primo quæritur, an hæres meus possit exaltare retentā, vt auferat lumen legatæ. Secūdo, si hæres suā velit exaltare, an possis prohibere. Tertio, an per retentā debeat hęres præstare viam ad legatam: quia lumen nō habeat: quæritur. Videtur cum legatur vsusfr. quia sit dandū ei. Ad primā rā. qꝛ potest hæres exaltare retentam: & auferre lumina legatæ. Idem si vni leget vsumfr. alte-ri proprietatem alterius: potest altera exaltari in præiudicium alterius luminis. duo tamen videbantur obstare dictæ solutioni. Primum vsufru. legato debetur iter. Item hausus quæ relicto iter dat. à simili hic domo lego ta, lumen debetur. Hoc non obstat: quia vsusfr. sine itinere nil valet: sed domus sine lumine valet: dum tamen aliquid luminis relinquat.

B Parietem, qui naturali[k] ratione communis est[l], alterutri vicinorum demoliendi eū, & reficiendi[m] ius non est: quia non solus dominus est.

Potest quis obscurare domum vicini, si seruitus constituta non fuerit. Bartolus.

VIII. VLPIANVS libro quinquagesimotertio ad Edictum.

CVm eo, qui tollendo obscurat vicini ædes, quibus non seruiat: nulla † competit actio[n].

Primo ponit quatuor quæstiones. Secundo respondet ad primam. Tertio responsionem extendit ad extraneam quæstionem. Quarto ratiocinatur circa præsentem materiam: ex quo colligitur solu. quartæ quæstionis. Quinto, responsionem factam ad primam, limitat & declarat. Secūda ibi, Marcellus respō. tertia ibi, Idem dicendū. quarta ibi, Non autem. quinta ibi, Sed ita. Et breuiter hoc intendit: Hæres non potest in domo, quæ sibi remanet, ædificare ita, quòd vsus ædium legatarum totaliter perimatur. secus si aliter incommode. Bartolus.

IX. MARCELLVS libro quarto Digestorum.

GAurus Marcello. Binas[o] ędes habeo: alteras tibi lego. hæres ædes alteras altius tollit: & luminib⁹ tuis officit. Nūquid[p] cum * illo agere potes? Et an interesse putes, suas ædes altius tollat[q], an hæreditarias? Et de illo quęro, an per alienas ædes accessum hæres ad eā rē, quæ legatur, præstare debet: sicut solet quæri[r], cum vsusfructus loci legatus est, ad quē locum accedi, nisi per alienum non potest. Marcellus[s] respōdit: Qui binas ædes habebat: si alteras legauit, non dubiū est, quin hæres alias possit altius tollendo obscurare lumina legatarum ædium[t]. Idem dicendum est si alteri ædes, alteri aliarum [ædium] vsumfructum legauerit[u]. Non autē[x] semper simile est itineris argumētum[y]: quia sine accessu nullum est fructus legatum: habitare autem potest & ædibus fundū. §. in lege. &. ĵ. si vsusfr. pe. l. ĵ. §. vsusfru. & est ratio diuersitatis, vt dixi. ĵ. de vsufru. sed & si qd. §. ꝓprietatis. in solu. contrarij ibi signati. *ADDITIO.* Dic, qꝛ ista ratio nō obstat: qa ꝓcedit in contractibus, & non in vltimis voluntatibus, secundum Bar.

** Flo.*

o *Binas.* aliàs incipit, Gaius: & aliàs, binas ædes. Et no. qꝛ tres facit quæstiones: sed primæ tantum respōdet: ibi, Marcellus &c.
p *Numquid.* id est, an.
q *Tollat.* & vtique nihil. Azo.
r *Quæri.* & soluit, scilicet quòd sic: vt.ĵ.eo. §. non autem. Sed nostræ quæstioni non respondet. Tu dicas non debere præstari[b] accessum: vt.ĵ.titu.ĵ.l.via. in fi. [c] vbi dicitur, si vicini patiantur. nam ex hoc innuit, qꝛ qui cōstituit sibi acquirere, non teneatur: sicut nec venditor fundi tenetur de re accessum, nisi dicat: vt.ĵ.de cōtrahen.emp. l.in vendendo. in pri. Ité pro hoc cōtra.ĵ.ubi non aūt &c. sed sec⁹ in vsufr. [d] vel alia seruitute relicta. Vel etiā inter viuos concessa: quā sequūtur & alia, sine quibus ipsa esse nō potest: vt.ĵ.ea.l.§. nō aūt. &.ĵ. de contrahē. emp. qui

s *Marcellus respondit.* scilicet primæ quæstioni.
t *Aedium.* secundum quod iam distinguet.
u *Legauerit.* vt altera exaltetur, & alterius lumina obscurent.
x *Non autem.* quidam dicebant deberi lumen ad instar itineris vsufru. legato quibus nunc respondet.
y *Argumentum.* vt sicut semper præstatur iter vsufructi. legatoi ita & præstet lumen. Accursius.

BIU Cujas

obscuratis[a]. Cæterum[b] vsufructu loci legato, etiam accessus[c] dãdus est: quia & haustu [aquę] relicto, iter quoque ad hauriendum præstaretur[d]. Sed ita[e] officere luminibus, & obscurare legatas ædes conceditur, vt non penitus lumen recludatur, sed tantum relinquatur, quantũ sufficit habitantibus in vsus diurni moderationem[f].*

Non potest quis ædificare contra formã statutam, ne luminibus vicini officiat. Bar.

x. VLPIANVS libro primo de Officio Consulis.

QVi luminibus vicinorum officere, aliúdve quid facere contra commodũ eorum volet: sciat* se formam ac statum[g] antiquorum ædificiorum custodire debere.

Si dubium est de mensura: recurritur ad arbitrum. Bartolus.

¶ Si inter[h] te & vicinum tuum non conuenit, ad quam altitudinem extolli ædificia, quæ facere instituisti, oporteat: arbitrum accipere poteritis.

Plantatio arborum non est contra seruitutem altius non tollendi, sed est contra seruitutem ne officiatur prospectui. Bartolus.

XI. IAVOLENVS libro decimo ex Cassio.

AEdificia, quæ seruitutẽ patiuntur[i] ne quid altius tollatur, viridaria* supra eam altitudinem habere possunt[k]. at si de prospectu est, eaque obstatura sunt, non possunt[l].

Non licet supra, vel iuxta parietem cõmunem aliquid facere, propter quod deterioraretur paries. Bartolus.

XII. PROCVLVS libro secundo Epistolarum.

QVidam Hiberus nomine, qui habet post horrea mea insulã[m], balneariã[n]* fecit[o] secundum parietem communem. Non licet[o] autem tubulos habere admotos[p], ad parietem[q] communem: sicuti ne parietem quidem suum per parietem communem. De tubulis eo amplius hoc ius[r]* est, quòd per eos flãma torretur[s] paries. Qua de re volo[t] cũ Hibero loquaris, ne rem illicitam faciat. Proculus respondit[u]: Nec Hiberum pro ea re dubitare puto, quòd rem non permissam faciat, tubulos secundum communem parietem[x] extruendo.

Parietem communem, licet incrustare & pingere: non tamen ex hoc tempore demolitionis plus æstimabitur. Bartolus.

¶ Parietem communem incrustare licet, secundum Capitonis sententiam: sicut licet mihi pretiosissimas picturas habere in pariete cõmuni. Cęterũ si demolitus sit vicinus[y] & ex stipulatu actione damni infecti agatur[z], nõ pluris quàm vulgaria[a] tectoria[b], æstimari debẽt. & ob seruari & incrustatiõe oportet.

Quis potest in suo libere ædificare, si seruitus non impediat, & lex seruetur. Bar.

XIII. PAPIRIVS Iustus libro primo de Constitutionibus.

IMperatores Antonin' & Verus Augusti rescripserunt, in ea area quæ nulli seruitutem debet, posse[c] dominũ vel alium voluntate eius ædificare, intermisso legitimo spatio à vicina[d] insula.

---

a *obscuratis.* vt supra, de vsufru. si is qui binas.
b *Cæterum.* id est certè.
c *Accessus.* id est, iter, sicut in via testatoris forma seruabatur: vt infra, de vsufruc. leg. l. damnas. §. j.
d *Præstaretur.* vt infra, tit. j. l. iij. §. qui habet.
e *Sed ita.* redit ad primum.
f *Moderationem.* vt ne quæ nimium, neque valde parum: sed congruenter & moderato modo ad sufficientiam tantum habeant, inspecta etiam legatarij dignitate. vt. s. de vsu & habi. plenum. §. præter. sicut in seruo in genere legato, qui mediocris dandus est, vt infra, de legat. j. legato generaliter. Sed nõne videtur, quòd in totum potest obscurare: vt supra. l. proxi. Sol. vt ibi. Acc.
Vi luminib⁹.]CASVS. Volebas domum tuam tollere: potes quidem tuã, dummodo serues antiquum statũ & formã.
g *Formam, ac statum.* potest poni a in ea ciuitate, quæ habet statutum, vt vltra certũ modum ædificia non extollantur: vt Florentia. vt. C. de ædifi. priua. l. Alij ponũt b in ea sententia, quæ est acquisita ex tẽpore, cuius non extat memoria: vt infra, de aqua pluu. arcen. l. j. in fi. & l. ij. in prin. & C. eo. si manifeste. Sed nonne seruitus altius non tollendi, habet perpetuã causam? Certe sic. ergo. x. an. præscribitur: vt dixi supra, titu. j. seruitutes. Et sic hæc positio non valet: decennium tamen scipit currere ab eo tẽpore, quo vicinus cœpit ædificare, & tu prohibuisti iure huius seruitutis, non prius: vt infra, quẽadmo. ser. amit. l. fin. Vel dic, c tertio formam ac statum id est, formalem statum qui est seruitus: quia ante diruptionem seruitutem debebat: alioquin si per mille milia annorum in areola mea quę iuxta tuum patium fuit, non ædificaui: non tamen possum prohiberi: vt. C. eo. altius. & supra, eo. l. cum eo.
h *Si inter.* Pone casum vt infra, eo. l. si domus.
Ædificia.]CASVS. Plana est, quia facit differentiam inter seruitutem altius non tollendi, & seruitutem prospectus.
i *Patiuntur.* scilicet hanc ne quid &c.
k *Possint.* quia cum dicitur ne quid altius tollatur, de ędificio dictum videtur: vt supra, eo. quod autem.
l *Non possint.* extolli etiam viridaria.
Quidam.]CASVS. Iuxta parietem nobis communem balnearias stuphas construxisti: ex quarum vapore paries communis incendebatur. non debes hoc facere, sicut nec facere etiam posses, si velles supra illum parietem communem ædificare, vel ponere tuum parietem: & si facias, conueniam te inde: ante tamen loqui debeo. [PARIETEM.] Habeo parietem communem: illum pingere bene potero. Secundo, si vis destruere, & melius reficere, & caues mihi de damno infecto: damnum parietis, & rerum amissarum veniet in stipulatione: non autem pretiositas parietis per picturam, vel incrustationem.

m *Insulam.* scilicet distinctam ab horreis meis communi meo, & suo pariete.
n *Balnearium.* scilicet illam insulam.
o *Non licet.* nunc incipit respondere in persona Proculi.
p *Admotos.* id est adiunctos. Et sunt tubuli d vasa quædam lapidea inhærentia parieti: per quæ ignis transit ad superiora, vel in balneum immittitur.
q *Ad parietem.* aliàs, ad parietem: aliàs, per parietem. id est supra parietem. vt infra, eo. tit. sed si inter me. in fi. & infra, eo. l. fistulam. §. iuxta. Vel dic, e id est nimis prope: quia intra duos pedes, vel vnum: vt infra, fini. re. l. fi.
r *Ius.* scilicet cp eis habere non licet.
s *Torretur.* id est, incenditur.
t *Volo.* dixit Proculꝰ.
u *Respondit.* id est dixit prædicta.
x *Secundum parietem communem.* id est iuxta.
y *Demolitus sit vicinus.* scilicet communẽ parietem. Et ideo cauit mihi de damno infec. quia in rebus meis propriis damnum timebã, & domibus meis propriis pictis. nam propter damnũ, quod contingeret, vel daretur in pariete communi, vel domo communi culpa socij, agitur communi diui. & ideo non potest agi ex stipulatione: vt infra, de damno infec. si ædibus. &. l. in parietis. Et vt plene videas, quia aut timetur dãnum de communi pariete, & tunc non cauetur: vt. d. l. si ædib⁹. Aut propter damnum in rebus aliis futurũ: & tũc aut vnus ędificat: & tũc cauetur, vt hic, &. j. de dam. infec. l. inter quos. &. l. in cõmuni. &. l. seq. Aut ambo socij: & tũc aut ambo vltra modũ, aut vnus tãtũ. Primo casu nõ cõmittitur cautio, etiã interposita: vt. j. de dãno infec. l. ex dãno. §. quotiés. In secũdo sic: vt in predicto titu. l. inter quos. Aut nullus vltra modũ: & tũc nõ cauetur. sed si cautũ fuerit, cõmittitur: vt in eo. titu. l. damni. §. cum parietem. & hoc etiam casu potest hic loqui. Vel dic secundo, vicinus non socius qui cauet vicinis quibuslibet, non sociis tantum. & cum commissa est stipulatio, agit qui pinxit, non ad æstimationem picturarum. ad quod infra, de damno infec. l. ex damni. §. fin. & secundum hunc modum non habent locum glo. hic positæ.
z *Agatur.* hoc ita si culpa reficientium, non suo vitio f corruit, aliàs contra: vt infra, de damno infec. l. nam & si non sit. licet aliàs in ædificium communis parietis tale damnum in hac stipulatione veniat: vt infra, de damno infec. l. fluminum. §. præterea.
a *Vulgaria.* id est, quæ vulgo habentur sine incrustatione, vel pictura: vt infra, de damno infec. l. ex damni. j. respon. hoc in propriis meis rebus, non ipso pariete: vt modo dixi.
b *Tectoria.* non picturas. Accursius.
c *IMperatores. Posse.* cõtra. C. e. l. fi. §. fi. Sol. ibi speciale ꝓpter areã.
d *Vicina.* vt si est publica, ad. xv. pedes. si priuata, ad. x. pedes.

f *Naturã.* li. Ang.

BIU Cujas

vt. C. de ædi. pri. l. si cui. & l. mœniana. Aliàs autem nouũ opus nũtiabitur: vt infra, de ope. no. nun. l. j. §. nuntiatio. Accursius.

Ponit differentiam inter seruitutes ne prospectui officiatur: & ne luminibus officiatur. Et legitur glo. duobus modis: Vno modo, ne officiatur prospectui simpliciter. & ista mihi plus placet. Bar.

XIIII. VLPIANVS libro vicesimonono ad Sabinum.

INter seruitutes ne luminibus officiatur, & ne ꝓspectui offendatur: aliud & aliud obseruatur: quod[a] in prospectu plus quis habet[b], ne quid ei officiatur ad gratiorem prospectum & liberum: in luminibus[c] autem, non officere ne lumina cuiusquã obscuriora fiãt. Quodcunque igitur faciat ad luminis impedimentum[d], prohiberi potest, si seruitus debeatur[e]. opusque ei nouum nuntiari[f] potest: si modo sic faciat vt lumini noceat.

XV. PAVLVS libro secundo Epitomarum Alfeni Digestorum.

LVmen, id est[g], vt cœlum videatur*. Et interest inter lumen, & prospectum. Nam prospectus etiam ex inferioribus[h] locis est: lumen ex inferiori loco esse non potest.

Arbor quæ impedit videri cœlum, contra seruitutem luminis habetur secus si impediat venire solem, nisi multum impediebat. depressio autem ædificii, vel arboris, regulariter non est contra seruitutem luminum. Bartolus.

XVI. VLPIANVS libro vicesimo nono ad Sabinum.

SI arborem ponat, vt luminiofficiat: æquè dicendum erit, contra impositam seruitutem eum facere[i]. Nam & arbor efficit quo minus cœlum* videri possit. Si tamẽ id, quod ponitur, lumen quidem nihil impediat, solem autem auferat: si quidem eo loci, quo gratum erat eum non esse: potest dici, nihil[k] contra seruitutem facere. Sin vero [in] heliocamino[l], vel solario: † dicendũ erit, quia vmbram facit in loco, cui sol fuit necessarius, † contra seruitutẽ impositã fieri. Per contrarium, si deponat ædificium, vel arboris ramos: quo facto, locus opacus quondam, cœpit solis esse plenus: non facit contra seruitutem. hanc enim debuit, ne luminibus officiat. nũc [vero] non luminibus officit, sed plus æquo[m] lumen facit. Interdum dici potest, eũ quoque, qui tollit[n] ædificium, vel deprimit[o], luminibus officere: si forte κατ' ἀνταναίλασιν,* vel pressura[p] quadã lumen in eas ædes deuoluatur.

Pactio obscura interpretatur contra proferentem. Bartolus.

¶ Hæc lex[q] † traditionis, *stillicidia vti nunc sunt, vt ita sint*: hoc significat, impositã vicinis necessitatem stillicidiorum excipiendorum: non illud, vt etiam emptor stillicidia suscipiat ædificiorum vicinorum. Hoc igitur pollicetur[r] venditor, sibi quidem stillicidiorum seruitutem luminis, vt cœlum &c. Et quandoque sufficit, si sine solle videat: quandoque sol ex necessitate præstatur: vt infra, eo. l. si arborem. j. respon.

Flo. videretur

Pauper quandoque plus habet, quã dives.

Nouũ opus nũtiari, an possit pro seruitute.

vt. C. de ædi. pri. l. si cui. & l. mœniana. Aliàs autem nouũ opus nũtiabitur: vt infra, de ope. no. nun. l. j. §. nuntiatio. Accursius.

IN. ter.] CASVS. Plana est. Differentiam facit inter prospectus seruitu. & illam, ne luminibus officiatur. Et potest ítelligi hoc, quod dicit de prospectu, duobus modis. Vno, quòd debebatur seruitus prospectus generalis. & sic habet plus seruitus prospect°: quia potest ille cui debetur, cœlum & terram videre. Vel dic alio modo, vt in glo. Accursij hic posita: scilicet quando ad certum locum prædicta seruitus debetur. [SI SERVITVS.] Si mihi debebatur seruitus, ne luminibus officiatur, & aliquis ibi ędificat: puta in area, quæ mihi seruitutem prædictam debebat, possum illi ædificanti nouum opus nuntiare, si mihi nocet. Viuianus.

a *Quòd*. id est quia. Accursius.

b *Habet*. scilicet hoc ne quid &c. Et not. q hoc plus est in prohibendo, & non habendo sibi. Qui enim lumen habet, id habet vt cœlum videat. Qui autem prospectum, claritatem dici per cœlum directo non habet: sed fenestra, vel foramine. vnde cũ minus habeat, minus offendi debet. Et hac ratione pauper plus habet, quàm dives: quia ei seruari debet. & secundum hoc prospectus erat ad certum locum: vt infra. l. proxi. Potest & aliter intelligi, quòd genera lis mihi debetur ꝓspectus: & tunc hæc glos. non est bona: & lectura legis est plana, & inferioris similiter.

c *In luminibus*. id est in seruitute illa, ne luminibus &c. Accursius.

d *Impedimentum*. quo minus cœlum videam: vt infra. l. proxi. &. l. si arborem. in prin.

e *Debeatur*. scilicet in eo loco, in quo ædificatur.

f *Nuntiari*. Sed videtur, quòd pro seruitute nuntiari non possit ab eo, cui seruitus debetur: siue sit personalis, vt vsusfructus, & vsus: vt infra, de ope. no. nun. l. j. §. fi. siue realis: vt in eo. tit. l. qui viam. quæ sunt contra. Sol. in vrbanis prædiis potest denuntiari cuicũque, vt hic. in rusticis non: vt in. l. illa, qui viam. nam & hic dicit domino nuntiari: at in vsufr. distingue: extraneo potest, non domino. Sed hæc sol. antiqua falsa est, per. l. infra, fami. ercis. in hoc iudicio. vbi dicitur, quòd in vtrisque potest nuntiari. Dic ergo vicino posse denuntiari: domino proprietatis non: sed in vsufru. aliud. Nam si vsusfru. deterior fiat, petere vsumfr. debebit: vt infra, de ope. no. nun. l. ij. & infra, de remis. l. j. in fi. Ir. & Io. Vsufructuarius ergo nulli nuntiat: quia cum procuratorio nomine nuntiat, proprietarius videtur nuntiare. Si vero debeatur seruitus prædialis, domino non nuntiatur: tum quia suo iure, & in suo facit: tum etiam quia personali actione mihi tenetur: qua non est liberatus semel præstando patientiam, quod auxilium contra extraneum non habet. Huic tamen solutioni videtur contra. ff. de ope. no. nun. de pupillo. §. sextus. nam ibi etiam proprietario posse nũtiari innuitur: sed hoc est falsum. sed ibi de aliis dicit. Accursius.

LVmen.] CASVS. Seruitus luminis ex cœlo debetur: sed seruitus prospectus, debetur mihi ex inferiori parte. Viuianus.

g *Id est*. duæ partes sunt. q. d. ea potestas est, quam quis habet ex

h *Inferioribus locis*. inferiora loca vocat omnia ædificia, quæ inferiora sunt cœlo: quæ non præueniunt oculos in videndo cœlum: siue desuper, siue ex latere: & ideo si per fenestras, vel per quem alium modum prospicias, cum cœlum non videas, non diceris habere lumen: licet omnis dici claritas ex sole, & per hoc ex cœlo proueniat, potest tamẽ dici, te habere prospectum. quicunque enim habet lumen, habet prospectum: sed non econtra. Magis autem videtur, vt excedétia, & ceſſa: cum lumini nihil debeat opponi, sed prospectui sic: dummodo posit prospici: & econtra prospectus desuper & infra: sed lumen tum ex cœlo.

Si arborẽ. [CASVS.] Quatuor dicit vt ad. §. hæc lex. Vendi tibi domum: & dixi, vt stillicidia, vel seruitutes stillicidiorum tibi necessariæ nunc sunt, ita remaneant: nec apparuit, vtrum deberet domus vendita, vel debeatur ei. Et dic, interpretandum pactum contra venditorem, vt domui venditæ debeatur seruitus: non vero ipsi. debeat. idẽ de aliis seruitutibus, secundũ Plancen. Viuianus.

i *Facere*. hoc quando debetur seruitus, ne luminibus officiatur. Secus si altius non tollendi tantum sit seruitus: quia tunc arborem habere potest: vt §. eo. l. ædificia. & l. qui autem.

k *Potest dici, nihil*. caute dicit nihil: quia sufficiens remanet: impedit tamen, quia facit vmbram: vt statim dicit. Vnde distingue: nocet, vt ibi: vel non, vt hic.

l *Heliocamino*. Helios Græcè, Latinè dicitur sol. & est locus, in quo paterfamilias moratur ad solem. [a]

m *Aequo*. quod plus est: vt infra, de in litem iurando. l. antepe. & infra, de verbo. obl. l. vbi autem. §. j. & infra, quemad. ser. amit. is cuius. & si ser. vin. l. si eo loco. §. fi.

n *Tollit*. id est remouet in totum.

o *Deprimit*. in parte.

p *Pressura*. ex reuerberatione. vnde illud, Refulsit sol in clypeos aureos: & resplenduerunt montes ab eis.

q *Hæc lex traditionis*. id est, hæc pactio in tradendo apposita.

r *Pollicetur*. suo obscuro eloquio. & sic ad sui periculum obscure loquitur: vt infra, de contrahen. empt. l. cum in lege. & C. de ſi. do. promi. l. fi. in. fi. & ff. de euic. l. qui libertatis. §. j. Sed quomodo seruit° rei vẽditæ debebitur nisi nominatim actũ sit: vt. j. de euic. l. qui libertatis. ĩ fi. & ff. de cõtrahé. emp. in vẽdẽdo? Respõ. & hoc agi videtur ĩ prẽiudiciũ vẽditoris, vt teneatur ad interesse, si non debeãtur istę seruitutes. Et dic, hic ítelligi, si est. Si autẽ nõ debentur, nũquã debebuntur prolatione istorũ verborũ: vt. j. cõmunia prędi. l. quicquid. & ff. de euic. l. qui libertatis. §. penul. Accursius.

Si fistulæ.] CASVS Concessi tibi talem seruitutem, vt liceret tibi per meum parietem, quem frangebam, ponere fistulas, vt inde aquam ad tuã domum duceres: & sic debebam tibi seruitutem in recipiẽdo fistulas. si propter hoc passus sum damnũ, agam act. in

act.in factũ:vel stipulabor de dãno ifecto pro dãno futuro. Viu.

a *Aedibus meis.* seruientibus.

b *In factũ.* licet enim debeã tibi seruitutẽ fistulę recipiẽdæ: sine lęsione tamẽ ex culpa tua veniẽte, vti debes:aliàs teneris actione in factũ subsidiaria.l.Aquilię:cũ detur dãnũ de nõ corpore ĩ corpus,ipsa scilicet gestione fistularum: vt hic: & insti.ad.l. Aquil. §. fin.& infra,loca.& con du.qui domum.in fin. contra. nam ibi negat Aquil.vbi possũm stipulari de dam. infec. Sed non videtur pro eodem,vel simili,damno actionem in factum concurrere cum stipulatione damni infecti: licet hoc innuit hic:cũ actio in factum culpam coërceat:vt ĩsti.ad leg. Aquil.§.iniuria.Stipulatio vero vitium naturale,non per culpam factum:vt infra,de damno infec.fluminum. §. præterea si furni.quæ est contra.ad fi. huius. resp.& hoc est verum. Et ita hic dicit,diuersis casibus dari actionem in factum: & interponi stipulationem dam. infec. Item vitium naturale nõ præstatur ab eo, cui seruitus debetur:vt infrà,ti.j.l.si mihi. §.seruitus.& sic hæc stipulatio sola non habet locum. Respon.nõ est ita.nam illud naturale damnum non præstatur ab eo, cui seruitus debetur: quod non cõtingit: propter vitium rei:sed extrinsecus: vt l.l.si mihi.ponitur exẽplum.Sed id damnum, quod cõtingit propter rei vitium, & debilitatem ex defectu naturæ contingentem,præstatur per cautionem dãni infecti: & eodem casu confiteor non concurrere actionem ĩ factum.nam vt illa detur,oportet culpam in cõmittendo admitti:vt supra, de vsufructu.l.si cuius.§. denique.

c *Damni.* ante damnum.nam ante præstatur: sed & negatoria agere possum, si seruitutem non debeo:vt.j.si ser.vind.l.fistulas.

Fistulam.]*CASVS.* Si parietem communem habueris: iuxta illum fistulas,id est instrumenta,per quæ aquæ ducantur,iure habere non potes. Sed an balineum posses habere iuxta parietem communem,quæritur. Et dicit Paulus quòd sic: nec potes prohiberi: sicut nec prohiberis id in tuo facere. Sed Neratius distinguit: aut nocet, aut non.si nocet, potes prohiberi.si non nocet, non potes prohiberi. Viuianus.

d *Fistulam iunctam.* quasi vnitam, vt ipse paries corrumpatur.aliàs secus: vt in scalis: vt infra,ea.l.§.fi. Et dic, quòd castellum est receptaculum, quod aquam publicam suscipit:vt infra, de aqua quoti.& æsti.l.j.§.antepe.

e *Paries.* imò videtur quòd sic:vt infra,si ser.vin.l.si quando.§. fin.Sol.vt ibi. quia ibi in alieno:hic in suo.

f *In cubiculo.* id est,camera,quã habet iuxta cõmunem parietem.

g *Tepidarii.* id est balinei:quia in eo sæpe est aqua tepida

h *Ex figlino.* id est, lateribus non coctis,& lutosa materia.

i *Retineatur.* scilicet camera.

k *Maneat.* Non ergo debet ei incumbere: vt supra,eo.quidam Hiberus.&.l. inter.

tem deberi: se autem nulli debere. ¶ Quæ de stillicidio scripta sunt, etiam in cæteris seruitutibus accipienda sunt:si in cõtrariũ nihil nominatim actũ est.

Damnum quod datur ex fistulis, venit in actione in factum, & in cautione damni infecti.h.d. Et legitur ista lex duobus modis. Primo,quòd fistulæ essent applicatæ ædibus meis iure seruitutis. & hoc prosequitur prima glo.magna. Secundo, quòd nulla seruitus debeatur. & hoc prosequitur gl. vlti. Bartolus.

XVII. POMPONIVS libro decimo ad Sabinum.

SI fistulæ,per quas aquã ducas, ædibus meis[a] applicatæ damnũ mihi dent:in factũ[b] actio mihi cõpetit:sed & dãni[c] infecti stipulari à te potero.

Ista est lex notabilis, & quotidiana: & breuiter hoc intendit: In pariete communi non licet aliquid facere, vel ei aliquid adhibere, per quod paries corrumpatur: & quod subducto pariete stare non posset. hoc dicit tota lex.

XVIII. PAVLVS libro sexto ad Sabinum.

FIstulã iunctam[d] parieti cõmuni, quæ aut ex castello, ſ aut ex cœlo aquam capit: non iure haberi Proculus ait: sed non posse prohiberi vicinum, quo minus balineum habeat, secundum parietem communem, quamuis humorem capiat paries[e]:non magis, quàm si vel in triclinio suo, vel in cubiculo[f] aquam effunderet. Sed Neratius ait, si talis sit vsus tepidarij[g], vt adsiduum humorem habeat, & id*noceat vicino: posse prohiberi eũ. ¶ Iuxta communem parietem cameram ex figlino[h] opere factam, si ita retineatur[i], vt etiam sublato pariete maneat:[k] si modò non impediat refectionem communis parietis, iure haberi licet. Scalas[l] posse me ad parietem communem habere Sabinus rectè scribit: quia remoueri hæ possunt.

In seruitutibus tigni, vel stillicidii immittendi, immissione facta dicitur quis habere continuam possessionem. Bartolus.

XIX. IDEM libro quintodecimo ad Sabinum.

SEruitutes, quæ in superficie consistunt, possessione retinentur. Nã si fortè ex ædibus meis in ædes tuas tignum immissum habuero: hoc vt immissum habeam, per causam tigni possideo, habendi consuetudine[m]. *Idem eueniet, & si mœnianũ[n] †in tuum immissum habuero: aut stillicidium in tuum proiecero:quia in tuo, aliquo[o] **vtor, & sic*quasi facto quodam possideo[p].

Licet alicui facere id, sine quo seruitute vti non potest. Bartolus.

¶ Si domo mea altior area tua esset[q]: túque mihi per aream tuam in domum meam ire agere concessisti, nec ex plano[r] aditus ad domũ meam per aream tuam esset: vel gradus[ſ], vel cliuos[t], propius ianuam meam iure facere possum, dũ ne quid vltrà quàm quod necesse est itineris causa, demoliar.

Quantum ad iura seruitutum realium, ædificium destructum & restitutum idem videtur. secus quo ad personales seruitutes. Bartolus.

l *Scalas.* quia scilicet sine læsione habetur in pariete contingenti.aliàs nulla esset ratio: quia etsi fistula remoueri potest, non tamen iure habetur:vt supra,ea.l.ſi prin.Sic ergo not.quòd aliquid facio in re communi inuito socio,quod mihi prodest, alij nõ nocet. Sed quid si ambo volumus ponere fœnum in turrim communem? Respon. quod alteri nocet,potest prohiberi: vt infra,communi diui. lege, Sabinus. Accursius.

Seruitutes.]*CASVS.* Vrbana seruitus potest retineri per possessionẽ. Et de hoc ponit duo exempla, in quibus si habẽo immissum tignum in murum tuum, retineo seruitutem.[*SI DOMO.*]Dicit, quòd ille cui seruitus est concessa, potest facere riuos & fossas, per quos,vel quas vtatur serui.si aliter vti nõ poterat: vt supra, eo.l. seruitutes. [*SI SVBLATVM.*]Si tu debes mihi seruitutẽ stillicidij recipiẽdi ex domo mea: & ista domus diruatur: refici debet eadem qualitate & spe *Flo. concie. aliàs esset aliud ędificium. [*SI SERVI †Mœnianũ TVS.*] Area tua debet recipere stillicidiũ domus meæ. si vis ædificare in illa area, non potes. Hoc est verum, si nõ posset propter ędificium hoc stillicidium cadere: aliàs potes ædificare vsque ad tectum domus meæ:& hoc cũ §. fin. infra, eod. [*SI ANTEA.*] Si domus tua recipiat domus meæ stillicidium. non possum mutare tectum meum: scilicet si est ex tegulis, facere ipsum ex tabulis. Et est ratio: quia leuius cadit aqua ex tegulis,quã ex tabulis.[*STILLICIDIVM.* Siue ex testamento, vel stipulatione, vel quocunque alio modo domus tua recipiat stillicidium domus meæ, possum domum meam exaltare:deprimere autem non possum.& est ratio in litera.Item possum facere retro stillicidium.id est possum retro trahere stillicidium,id est,quòd cadat tantum ante:sed facere stillicidium plus alte non possum.& est ratio in litera. Viuianus.

*suetudinem loc[9] est pro iecti[9] ac prope dẽs:è quore in illa area, non potes. Hoc est verum, si rẽtur, quanon posset propter ędificium hoc stillicidium cadere: aliàs potes ædificare vsque ad tectum domus meæ:& hoc cũ §. fin. infra, eod. [*SI ANTEA.*] Si domus tua recipiat domus meæ stillicidium. non possum mutare tectum meum: scilicet si est ex tegulis, facere ipsum ex tabulis. Et est ratio: quia leuius cadit aqua ex tegulis,quã ex tabulis.[*STILLICIDIVM.* Siue ex testamento, vel stipulatione, vel quocunque alio modo domus tua recipiat stillicidium domus meæ, possum domum meam exaltare:deprimere autem non possum.& est ratio in litera.Item possum facere retro stillicidium.id est possum retro trahere stillicidium,id est,quòd cadat tantum ante:sed facere stillicidium plus alte non possum.& est ratio in litera. Viuianus.*

*lia Romæ foro fuisse notũ est.vn de Labeo ff.de verbo. §. fin. infra, eod. [*SI signi. Proiecta inquit sunt ea,quæ ita prouehũtur,vt nunquã cõquiescant cuiusmodi sunt mœniana, & suggrũdia.quæ vero aliquid habent,vbi cõquieſcãt: immissa,nõ proiecta vocantur: veluti tigna, trabes, quæ immittantur.*

m *Consuetudine.* scilicet hac,vt immissum habeã, quod est supra.

n *Mœnianum.* immissum dicitur, quod in alia parte quiescit: mœnianum, non: vt infra, de verb.sig.l.malum. §.j. & infra, eod.l. hoc quod. *Flo.aliquid *Flo.si

o *Aliquo.* id est in partibus quibusdam.

p *Possideo.* idem & in seruitute stillicidij.& aliis: vt infra,si ser. vin.& si forte.§.sciendum. Accursius.

q *Esset.* vt si domus in inferiori: area in superiori parte montis esset. Azo.

r *Ex plano.* id est per viam planam: & sic tempore aquæ lubrica erat via.

ſ *Gradus.* scilicet lapideos longos.

t *Cliuos.* fossas terrestres per gyrum. Et sic not.quòd potest operari id sine quo seruitus esse non valet: vt hic, & supra, titu.j.si iter.& infra,de iti.actuque priu.l.iij. & infra, ti.j.l. Quintus. Secus si sine eo potest vti: vt infra,de aqua plu. arcen.l.ij.in prin.quæ est contra: vt hic subiicit.

Si sublatum

BIU Cujas

a *Si sublatum sit ædificium.* dominans.
b *Intelligatur.* propter vtilitatem intelligitur idem quod nō est idem, sed mutatum, vel auctum, vel deminutum: vt hic, &.j. de except. rei iudi. & an eadem. §. idem. & supra, de iudi. proponebatur.
c *Interpretetur.* scilicet aliquis.
d *Vsusfructus interit.* in eo constitutus: vt supra, qui. modis vsusfructus. amit. l. repeti. §. rei mutatione.
c *Pars.* & quidem maxima: vt infra, de solu. qui res. §. aream. in fin.
Flo. quid §. sed non est ita in reali seruitute, quæ restituitur: vt hic, & infra, eod. si testamento. &. l. eum. & infra, si ser. vin. & si forte. §. etiã. & sic æquitas non traditur ad æquitium: quare secus.
Flo. casitare f *Ibi ædificare.* s. sic vt non recipiatur stillicidium: alioquin est cōtra finem huius legis.
g *Casitauerit.* id est frequenter ceciderit.
h *Non potest.* si ex ea materia grauius casitauerit.
i *Stillicidium.* i. seruitus stillicidij: vel id est domus cui debetur seruitus stillicidij.
k *Quoquo modo.* inter
Flo. cadet uiuos, vel in vltima vo
Flo. lenius luntate. Accursius.
Flo. diuertum l *Interdum.* q. d. non semper. Azo.
m *Non potest.* illud ædificiū, cui debetur seruitus, nō potest dimitti inferius. Azo.
n *Flumen.* rectius enim cadit. Accursius.
o *Eadem causa.* id est eadē ratione. Nam qua
Flo. posita ex causa potest tolli altius, quia leuior est seruitus: eadem potest retro trahi: vt subiicit. Et qua ratione non potest deprimi, quia sic fit grauior: eadem non potest produci vltra: vt subiicit. Accursius.
p *Ei cōceditur.* vt. ſ. e. l. j. si seruitus. cōtra. Solu. vt ibi.
q *SI domus. Deberet.* & ne &c.
r *Tolleretur.* propter lumen.
s *Concessero.* remittēdo. Accursius.
t *Tollere.* quia sic remisit: vt hic, & infra, quemad. ser. amit. stillicidij. & infra, titu. j. si mihi. Sed quid est ecōtra, si remisi seruitutem stillicidij non recipiēdi? Respon.
a *Approbatur per Bar. Ang. Pau. & Flo.* & illam altius non tollendi videor remisisse. nam nō potest nō recipere, nisi altius tollat: vt argu. supra, de iurisdi. om. iudi. l. ij.
u *QVi ædificium. Luminibus.* id est fenestris vnde lumen venit.
x *Quæ postea.* vt de fenestris factis, vel faciendis. Vel dic, etiam futuro ædificio: vt infra, lege proxi. §. fin.

℣ Si sublatum sit ædificium[a], ex quo stillicidium cadit, vt eadem specie & qualitate reponatur: vtilitas exigit, vt idem intelligatur[b]. Nam alioquin si quis* strictius interpretetur[c]: aliud est, quod sequenti loco ponitur, & ideo sublato ædificio, vsusfructus interit[d]: quāuis area pars[e] sit ædificij. ℣ Si seruitus stillicidij imposita sit: non licet domino seruientis areæ ibi ædificare[f] vbi casitare* cœpisset stillicidium.

Dominus domus dominantis, non potest facere id, per quod conditio seruitutis fiat deterior, sed melior. Bartolus.

℣ Si antea ex tegula casitauerit[g] stillicidiū: postea ex tabulato, vel ex alia materia, casitare nō potest[h]. ℣ Stillicidium[i], quoquo modo[k] adquisitū sit, altius tolli potest. Leuior enim fit eo facto seruitus: cum quod ex alto cadit,* leuius* [cadat,] & interdum[l] directū,* nec perueniat ad locū seruientē. Inferius demitti non potest[m]: quia fit grauior seruitus id est, p̄ stillicidio flumen[n]. Eadē causa[o] retroduci potest stillicidium, quia in nostro magis incipiet cadere. Produci non potest, ne alio loco cadat stillicidium, q̄ in quo imposita* seruitus est. Lenius facere poterimus, acri[p] non. Et omnino sciendum est, meliorē vicini conditionē fieri posse: deteriorē non posse: nisi aliquid nominatim in seruitute imponēda immutatū fuerit.

Dominus domus, seu prædii debentis recipere stillicidium, potest ibi ædificare: dummodo stillicidium, seu seruitutem debitam non impediat. Bartolus.

℣ Qui in area, in qua stillicidiū cadit, ædificat: vsque ad eum locum perducere ædificium potest, vnde stillicidiū cadit rectè. Sed & si in ædificio cadit stillicidium, supra ædificare ei conceditur[p]: dum tamen stillicidiū rectè recipiatur.

Quando vni competunt plura iura: vno sublato, aliud illæsum remanet. h. d. vel sic: Quando vni competunt plura iura: si vnum remittit, aliud remittere non dicitur. Bartolus.

A SI seruitus.] C. ASVS. Si ex vna parte domus meæ erant fenestræ, quæ tuæ domui debent seruire: si ex altera parte faciam fenestras, non videor de his cauisse si ita dictum fuit, vt lumina vti nunc sunt, ita sint. si autem dixi, ne luminibus officiatur: omne lumen significatur, & præsens, & futurum: & sic ad totam domum videor lumen constituisse. & sic ratio generalis omnia cōprehendit. Viuianus.

XX. POMPONIVS libro trigesimotertio ad Sabinum.

SI domus† tua ædificiis meis vtramque seruitutem deberet[q], ne altius tolleretur[r], & vt stillicidium ædificiorum meorum recipere deberet: & tibi cōcessero[s] ius esse inuito me altius tollere[t] ædificia tua: quod ad stillicidium meum attinet, sic statui debebit: vt si altius B sublatis ædificiis tuis stillicidia mea cadere in ea non possint: ea ratione altius tibi ædificare non liceat. si non impediantur stillicidia mea, liceat tibi [ea] altius tollere.

Seruitus, ne luminibus officiatur: porrigitur ad lumina præsentia, vel ad futura, si est actum: & in dubio indefinita locutio æquipollet vniuersali. Bartolus.

XXI. IVLIANVS libro secundo ex Minicio.

QVi ædificiū habēt, potest seruitutem vicino imponere, vt non solum de his luminibus[u], quę in præsentia sunt*, sed etiam de his quæ C postea[x] fuerint, caueat.

XXII. POMPONIVS libro trigesimotertio ad Sabinum.

SI seruitus imposita fuerit, lumina[y] quæ nunc sunt vt ita sint: de futuris luminib[y] nihil[z] caueri videtur. Quòd si ita sit cautum, ne luminibus[a] officiatur, ambigua est scriptura, vtrum ne his luminibus officiatur, quæ nunc sunt: an etiam his, quæ postea quoque fuerint: & humanius est, verbo generali omne lumen significari: siue quod in præsenti, siue quod post tempus conuentionis contigerit.

D *Ædificio futuro potest seruitus imponi, & adquiri. Bartolus.*

℣ Futuro† quoque ædificio, quod nondū est, vel imponi[b], vel adquiri[c] seruitus potest.

XXIII. PAVLVS libro quintodecimo ad Sabinum.

CVius ædificium iure superius[d] est, ei ius est in infinito supra suum ædificiū imponere[e]: dum [modo] inferiora ædificia non grauiore seruitute oneret[f], quàm pati debent.

† Lumina. Dom[s] habebat duas fenestras ad ministrantes lumen in tus: ad quas habet seruitutem ex domo vici na de lumine. Accur.
z *Nihil.* Immo contra videtur: vt. j. eod. l. eum. Sol. vt ibi. Ité no hic contra generalitatem: quia specialia generalibus nō insuntur infra, de leg. iij. l. vlt. rem. §. codicillis. & felicissimo. & §. legatur rat. in fin. &. C. ad Vel. iubemus. &. j. de & arg. leg. l. cum & de contrahen. l. in leg. &. j. de ob. si stipulatus. §. stipulamur. & de leg. ij. cum pater. §. dulcissimis. econtra pro generalitate facit. j. proxi. respon. ibi, & humanius est &c. vt supra, de in ius voc. l. quique. §. parētes. & infra, de lib. & posthu. l. placet. & C. quæ res pigno. obli. pos. l. fi. &. C. de hære. vend. l. fin. & de le. iij. hoc legatum. j. respon. &. l. quæsitum. §. prædia. Solu. hoc est regulare, vt stetur generalitati. & si quandoque est cōtra, illud speciale est: b vt. j. de regu. iur. l. semper. Accursius.
a *Luminibus.* nec est dictum, quæ nūc sunt, vt ita sint. Accursius.
b *Imponi.* vt seruiat.
c *Vel adquiri.* vt seruiatur ei: non vt sit seruitus: vt. j. communia prædio. l. j. sed vt quis obligetur nomine seruitutis: vt. j. de verbo. oblig. existimo. &. j. si serui. vind. l. fi. & infra, titu. j. l. Labeo. Accur.
CVius.] C. ASVS. Domus mea erat, possum domum meam quantūcūque volo altius tollere: dūmodo si tua domus meę seruiat, nō grauet in plus. Vin.
d *Superius.* puta versus ripā: vt supra, eo. l. seruitutes. §. si domo.
e *Imponere.* vt supra, eodem. lege, cum eo. & l. imperatores. Accur.
f *Oneret.* vt supra, eod. leg. seruitutes. §. stillicidium. & infra, de aqua plu. arcen. l. j. §. item sciendum. Accursius.
HOc quod.] C. ASVS. Dictum est supra. l. j. quòd licet immittere tignū in domum vicini. i. seruitutem tigni immittendi. Hoc

BIU Cujas

Hoc dicit esse verum quando habeo domum, ex qua immitto in vicini domum, aliàs, si domum nó habeo, sed immitto in alienum ædificium, & cedit solo: nó est seruitus. [*SI EX TRIBVS.*] Tu habebas domum ex superiori parte: ego in medio domum meam habebam: Titius autem habebat inferius. ego autem contra tuam & inter meã, & domum Titi est paries communis. Titius vult altius tollere illũ parietem communem. an possit, quæritur. Et respondetur, quòd sic, licet ego dominus me dictatem ædiũ non possim altius tollere: nec ego teneor prohibere illum Titium. Viuia.

Seruitus tigni immittendi, potest deberi ei, qui non habet ædificium. Bartolus.

XXIIII. POMPONIVS libro trigesimotertio ad Sabinum.

HOc quod dictum [a] est de immissis, locum habet ex ædificio alio in aliud. Aliter [b] enim supra alienum ædificium superius habere nemo potest.

Seruitus quæ tibi debetur à domo vicina, non impedit dominum alterius domus ædificare supra parietem communem. Bartolus.

B ℣ Si ex tribus ædib⁹ in loco impari positis, ædes mediæ superioribus seruiant ædibus: inferiores autem nulli seruiant: & paries [c] communis, qui sit inter ædes inferiores [d] & medias, altius à domino inferiorum ædium sublatus sit: iure eum altius habiturum, Sabinus ait.

In re communi non potest quis aliquid facere, vel prohiberi iure seruitutis: sed ei per communi diuidundo iudicium succurritur. Bartolus.

XXV. PAVLVS libro quintodecimo ad Sabinum.

in actio. aquæ plu. ar-

cen. vt infra, de aqua

plu. arcen. l. Attenit. §.

penul. Idem in actione

arbitraria quandoque

vt. j. de eo ꝙ cer. lo.

ꝙ ſi Epheſi. §. interdũ.

Idem in colono: vt. C.

in qui. cau. co. l. j. Sed

contra. j. de vſu. l. j.

dicit, pro vſuris futuris

non cauendũ. Sol. illud

eſt hic ideo, quia nemo

mihi ius competit, vt

non immittas nũc

in futurum: at pro vſuris futuris nullum

habeo.

k *Habeo.* ſcilicet pro me. Azo.

l *Agere.* argu. pro nobis in eo, ꝙ not. ſ. eo. l. ij. in fin. j. reſpon.

m *Fluere.* vt. ſ. de ſeruitu. vrbano, prædio. lege, fiſtulam.

n *Immittere tigna.* ideo que tu in quaſi poſſeſſione ſeruitutis es: vt ſ. e. & ſi forte. §. ſciẽti.

o *Antea.* hæc tigna concedo immittere ſi cus ſi dicas, ſeruitutem tigni ímittẽdi cõcedo nõ addẽdo numerum.

p *Noua.* addendo numerum, vel alia ſupponendo, & hæc detrahendo. nam ſufficit, ſi

q *Ita habere.* ſ. negatoria. ſi tamẽ ſocius contẽdat iure ſeruitutis ita habere: aliàs qualiter haberet locum negatoria. ſic. j. eo. ſi quẽdo. in princip. & ſ. de ſer. vrba. prædi. l. ſed & ſi inter. Accurſius.

r *Extollendo.* ſcilicet tutor vel curator: vt ſubiicit.

s *Luminib⁹ dom⁹.* cui ſeruitutẽ debebãt ędes tutoris, vel curatoris.

t *Actione.* ſcilicet tutelæ.

Non debet.

BIU Cujas

re non debuit[a]) tamẽ & aduersus possidentem[b] easdem ędes, danda est impuberi vel minori actio[c]: vt quod non iure factum est, tollatur.

Ex titulo, & quasi possessione seruitutis, consequitur quis actionem & exceptionem. Bartolus.

XVI. IVLIANVS libro septimo Digestorum.

SI à te temero, vt mihi liceat ex ædibus meis in ędes tuas B stillicidiũ immittere: & postea, te sciente, ex causa emptionis[d] immissum[e] habeã: quęro, an ex hac causa, actione quadã vel exceptione tuędus sim? Respõdi, vtroque auxilio me vsurũ[f].

Si ædificiũ vicini super meũ inclinatur, per negatoriã actionẽ tollere cogetur. Bar.

XVII. ALFENVS libro secundo Digestorum.

SI quando interædes binas[g] paries esset, qui ita ventrem faceret, vt in vicini domum semipedem aut amplius procumberet: agi oportet, ius non esse, illum parietem ita proiectum in suum esse, inuito se[h].

In loco qui debet seruitutem nihil facien di, non possunt syluæ, vel herbæ excrescentes poni. Bartolus.

¶ Cum in domo Gaij Seij locus[i] quidam ædibus Annij ita seruiret, vt in eo loco positum habere, ius Seio non esset[k]: & Seius in eo syluam[l] seuisset, in qua labra[m] & æneas *cucumellas[n] positas haberet: Annio cõsilium omnes iuris periti[o] dederunt, vt cum eo ageret[p], ius ei non esse, in eo loco ea posita habere, inuito se.

Non licet parieti alterius aliquid imponere propter quod paries deterior fiat. Bar.

¶ Secundum[q] cuius[r] parietem vicinus sterquilinium* fecerat, ex quo paries madescebat: consulebatur, quemadmodum posset vicinum cogere, vt sterquilinium tolleret. Respondi, si in loco publico id feciſſet, per interdictum[s] cogi posse. sed si in priuato, [t] de seruitute agere[u] oportere: [vel] si damni infecti stipulatus esset, posse* per eam stipulationem, si quid ex ea re sibi damni datũ esset, seruare.

Lex ista legitur duobus modis: Vno modo, quando agebatur actione personali. & istam lec. tangit secunda glos. hic posita. Alio modo, quando agebatur reali. & istã tangit glo. maior hic posita. & ista secunda est vera, secundum quam breuiter hoc intẽdit: Qui agit confessoria pro seruitute & interesse, reo contumace mittitur in possessionem omnium bonorum: à qua non recedit nisi fuerit integre satisfactum. h. d. Diuide. primo ponit, quod sit officium iudicis contra reum contumacem in confessoria. secundo, respon. tertio, quod sit officium iudicis postea reo reuertente ad purgandam cõtumaciam. secunda ibi, respondi. tertia ibi, & non ante. Bartolus.

C XVIII. IVLIANVS libro sexto ex Minicio.

IS, cuius[t] familia vicinũ prohibebat[x] aquam ducere, sui potestatẽ non faciebat, ne secum agi posset. quærit actor, quid sibi faciendum esset? Respondi, oportere prætorẽ causa cognita[y] iubere bona[z] aduersarij possideri: & non ante inde discedere, quàm is actori ius aquæ[a] ducendæ constituisset[b]: & si quid[c], qui aquam ducere prohibitus esset, siccitatibus[d] detrimenti cepisset, veluti si prata, arboréfve exaruissent.

D

a *Non debuit.* multo magis, quod est notabile: vt. C. de ĩ lit. dan. A nul. an tibi. & in decre. distin. lxxxvij. c. diuinæ. & dixi infra, de condic. indeb. l. frater à fratre. §. porro.

b *Possidentem.* tutorem, vel curatorem.

c *Actio.* scilicet negatoria: vt hic scripserunt quidam. Sed certe immo danda est confessoria: quia minori seruitus debebatur: vt supra eo. si eo. Et dabitur in hac causa contra tutorem, vel curatorem qui dum curator pupillo, vel adulto: vt inst. de auct. tut. §. fi. Accursi[s].

Si à te.] CASVS. Cõcessisti mihi seruitutem stillicidij, pro eo, quia dedi tibi. x. & te patiente habeo act. & excep. propter dictã seruitutem.

d *Emptionis.* prædiatz, vel simili causa. alioquin si nulla esset causa: repellar: vt supra, eo. si cum meus. nisi longo tempore habuerim: vt supra eo. si quis diuturno.

e *Immissum.* scilicet stillicidium. Accursius.

f *Vsurum.* vt. C. de ac piren. pos. l. ij.

Quãdo.] CASVS. Inter meam & tuã ędificiũ erat paries communis: qui opere à te facto inclinabat super me. agam contra te, vt non facias inclinare.

CVM IN DOMO.] Ad feneſtram, vbi legebas ibi iuxta erat area mea. tu concessisti mihi seruitutem, vt non possas ibi aliquid: agam etiã si turbitas, vel molestes ibi.

SECVNDVM.] Iuxta parietẽ meum feciſti opus, aut in publico: & agam interdicto, ne quid in loco publ. fiat. & q factũ est, tollatur. aut in loco priuato: & agam negatoria, si quid passus sũ, & etiã si fuerã stipulat[a] de dãno infecto: agam ad damnũ ex prædicta stipulatione. Viuianus.

g *Bimas.* duorum quarum vna vnius, altera alterius est.

h *Inuito se.* vt & supra, eo. si cum meus. §. j. Accursius.

i *Locus.* id est, quædam pars domus.

k *Non esset.* vt sic luminibus admittendis non officiatur. & ideo nec ædificando, nec ferendo nocere debet: vt hic, & supra de ser. vrb. prædio. ædificia. & l. si arborem. Si vero hoc tantum esset dictum, ne in certo loco quid positum haberet, quod alterius non interesset: non valet: vt supra eo. sicuti. §. apud. & supra, de ser. quo tiens. quæ sunt contra. Accursius.

l *Syluam.* hortulariam.

m *Labra.* loca vnde extrahebatur aqua. vel genus herbæ, quod dicitur labrum asininum. Accursius.

n *Cucumellas.* id est cucurbitas: vel melones. & similia.

o *Omnes iuris periti.* ab eo consulti. sic. & supra qui satisd. cog. l. inter omnes.

p *Ageret.* scilicet actione confessoria. Et nõ. sic contra. P. quia hic proponitur confessoria verbis negatiuis.

q *Secundum.* id est iuxta. Accursius.

r *Cuius.* id est, alicuius. Accursius.

s *Per interdictũ.* scilicet ne quid ĩ loco publico fiat: vt. j. ne quid in lo. publ. l. ij. secũdũ quosdã. Immo per secũdũ, q est vt factũ destruatur: vt. j. ne quid in loc. pub. l. ij. §. ait prætor, quod in via.

t *Sed si in priuato.* scilicet eius cui nocetur. Accursius.

u *Agere.* scilicet negatoria. & in hoc nihil est contra. Sed in eo quod subiicit, stipulationem damni infecti committi, si fuerit interposita: propter huiusmodi factum est contra infra, de aqua plu. arcen. l. iij. §. si vicin[s]. vbi dicit, quòd propter dãnum quod euenit ex assidua irrigatione, non committitur hæc stipulatio. Sol. ibi agrũ suũ irrigabat: hic autem vi detur in alienũ humorem immittere ex quo madescit paries, secundum quosdam. sed certe ĩmo, secundũ Azo. & est verum hic ĩ alienum fecerat sterquilinium: alioquin in suo liceret: licet alius inde sentiret humorem: vt supra eo. sicuti. §. idem ait. & supra, de ser. vrb. præ. fistulam. j. respon. Potes etiã dicere ideo in. l. cõtraria non committi stipulationem dãni ifecti: quia vitio hominis, non loci, damnum dari videtur: vt infra de dam. infe. l. fluminum. §. præterea. hic autem vitio mali parietis. Sed media solutio verior est: agitur etiam locati, si conductor talia facit: vt infra loca. qui domum.

*Flo. sterculinum.

*Flo. posit

†Bart. hic in lec. nona habet hanc l. pro difficili: pro cuius intelligẽtia vide Bal. ĩ auth. ei qui. C. de bo. auct. iudi. pos. in ver. quæro qualiter fiat missio ĩ seruitutib[s]. in. 7. col. in ver. quæro de intellectu. l. is cuius. in. 12. & 13. col.

IS cuius.] CASVS. Testator legauit seruitutem aquæ. & cum agerem contra hæredẽ vt pateretur me ducere, absentabat se & me impediebat eius familia. quæritur quid mihi sit faciendum? Et respon. quòd sum mittendus in possessionem bonorum absentis. nec ante discedã quàm seruitus cõstituatur & dãnũ restituatur q habui ppter siccitatẽ. Viuia.

x *Prohibebat.* domini voluntate. Accursius.

y *Causa cognita.* ſ. ſummatim: vt arg. j. de Car. edic. l. iij. §. causæ.

z *Bona.* omnia oli: vt. j. qui. ex cau. ĩ possea. l. j. hodie vero p mẽsura debiti declarati ĩ personalib[s]: vt ĩ auth. de exhi. §. fi vero. col. v. hic autẽ in possessione seruitutis, si ageretur cõfessoria, sicut in actione in rem in possessionem rei petitæ: vt. C. de præscrip. xxx. an. si quis emptio. §. fin. licet ibi personali non reali fuit actum.

a *Aquæ.* quã cõstitui sibi actor petebat actione ex stipulatu, vel ex testamẽto: vt statim subiicit: vbi dicit, q de nouo constituitur.

b *Cõstituisset.* ſ. de nouo. & sic est cõtra. ſ. eo. l. sicuti. §. sed si quæratur. Solu. vt ibi. Itẽ hæc constitutio fit ad tẽpus. & cautio de nõ impediendo. scilicet donec egerit negatoria, & probauerit ius nõ esse ducendi: vt. j. de oper. no. nun. l. si prius. &. j. de dam. infec. l. à quo fundus. Itẽ cauebit de damno, si q post cautionem cõtingat.

c *Et si quid.* supple resarcire, si quid & cætera. Accursius.

d *Siccitatib[s].* primũ autẽ debet restitui statũ ãtequã ad agẽdũ negatoria admittat: vt hic subiicit. Et sic no. q efficit de possessore petitor, ppter cõtumaciã: vt. C. quomodo & qñ iudex. l. cõstaneũ.

*Cõtumacia facit de possessore petitorem.

SI de communi.] CASVS. Ego & Titius habebam[s] fundum cõmunẽ: cui seruit[s] debebatur ex prędio vicini. egi pro seruitute: & succubui. si quidem mea culpa, non nocet Titio: an dolo,

& nó nocet similiter: quia de dolo tenetur ei ad omne dánú. Viu.
a *Damno.* propter culpam agentis: aliàs & victoria prodest, & amissio nocet etiam aliis: vt supra eo. loci. §. si fundus. & de aqua plu. ar. l. supra. §. Cassius.
b *De dolo.* scilicet contra socium. nam contra aduersarium præiudicat sententia: vt infra, de aqua plu. ar. l. supra. §. Cassius. nisi in subsidiú: vt arg. supra, de eo per quẽ fac. erit l. fin. Et quod dicit, de dolo: dic, id est communi diui. nomine doli: vt. d. §. Cassius. & infra fam. er. & puto. §. sed si dolo. Alij dicunt, neg. gest. nomine doli: vt & supra neg. ge. qui aliena. §. vno. & infra, communi diui. l. arbor. §. si per eundem. Alij dicunt, eum qui egit hic, alterius *pcu. fuisse. nã eo existente non solué do, agitur cótra aduersarium de dolo: vt supra de do. l. & eleganter. §. pe. Vel dic, secundum R. dari contra victorem actionẽ de dolo, id est, replicationẽ intentata actione prima. hæc placet. Accur.

*Flo. lite

Sententia lata contra vnum ex sociis, non præiudicat cæteris si eius culpa acciderit. secus si dolo. Bartolus.

XIX. MARCIANVS libro quinto Regularum.

SI de cõmuni seruitute quis bene quidem deberi intendit, sed aliquo modo litem perdidit culpa sua: non est æquum hoc cæteris damno [a] esse. Sed si per collusionem cessit litem* aduersario: cæteris [quoque] B dandam esse actionem de dolo [b] Celsus scripsit: idque ait Sabino placuisse.

Qui negat rem, videtur velle vt ei concedatur seruitus per aliam rem propriam prout ipse vtebatur. Bartolus.

XX. SCAEVOLA libro quarto Digestorum.

TEstatrix fundo [c], quem legauerat, casas iunctas habuit. quæsitum est, si hæ fundo legato non cederent, eumque [d] legatarius vindicasset, an iste fundus aliquam seruitutem casis deberet: aut si ex fideicommissi [e] causa cùm sibi dari legatarius desideraret, hæredes seruitutẽ aliquam casis excipere deberẽt? Respõdit, debere [f]*.

*Flo. deberi

Prædium vniuersitatis potest seruire prædiis singulorum: & ius seruitutis transit cũ prædio dominanti quocunque titulo concedatur: nisi specialiter sit exceptũ. Bartolus.

VPlures ex municipibus [g], qui diuersa prædia possidebant, saltum communem, vt ius compascendi haberent [h], mercati sunt: idque etiam à successoribus eorum est obseruatum. Sed nonnulli ex his, qui hoc ius habebant, prædia illa sua propria venumdederunt. Quæro, an in venditione etiam ius illud secutum sit prædia, cum eius vo- D luntatis venditores fuerint, vt & hoc alienarent? Respondit, id obseruandum, quod actum inter contrahentes esset. Sed si voluntas contrahentium manifesta non sit, & hoc ius ad emptores transire [i]. Item quæro, an cum pars illorum propriorum fundorum legato ad aliquem transmissa sit, aliquid iuris secum huius compascui traxerit? Respondit, cum id quoque ius fundi qui legatus esset, videretur: id quoque cessurum legatario [k].

Potest agi vt aqua inueniatur: & inuenta ducatur. Bartolus.

XXI. LABEO libro primo πιθανῶν à Paulo Epitomatorum.

SI qua aqua [l] nondum appareret, eius iter ductus constitui nõ potest [m]. Paulus. Immò puto idcirco id falsũ esse: quia cedi potest, vt aquã quæreres, & inuentam ducere liceret.

QVEMADMODVM SERuitutes amittantur.

TITVLVS VI.

Ratione dominii confunditur seruitus. Bartolus. C

I. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

SEruitutes prædiorum cõfunduntur, si idem [n] vtriusque prædij dominus esse cœperit.

Propter vsum partis, quo ad commoditatem, tota seruitus retinetur. Bartolus.

II. PAVLVS libro vicesimoprimo ad Edictum.

QVi iter [o] & actum habet: si statuto tempore tantũ ierit [p], non periisse actũ, sed manere Sabinus, Cassius, [&] Octauenus aiunt. Nã ire quoq; D p se eũ posse, qui actũ haberet.

---

c *Testatrix fundo.* per quem solebat ire ad casas. Ir.
d *Eúmque.* scilicet fundum.
e *Aut si ex fideicommiss.* supra ergo directo: hic per fideicommiss. fuit relictus. præterea & supra vindicauerat viam: hic petit nunc.
f *Debere.* ad vtrumque respondet. & facit infra de lega. j. seruũ. §. fin. Sic est arg. contra. supra, de serui. rusti. prædi. l. fin. Solu. ibi non legauerat fundi proprietatem: sed in eo seruitutem. vnde nó potest dici debere seruitutem alij rei eiusdem domini. Accursius.
g *Plures ex municipibus.* vt quia illi qui præerant municipibus. scilicet consules, vel similes.
h *Haberent.* scilicet singuli de vniuersitate: vt hæc seruitus debeatur prædiis.
i *Transire.* transit ergo: siue sit dictum, siue in contrarium non sit dictum: vt hic, & infra, de act. emp. l. creditor. §. fin. & de contrahen. empt. in vendendo. §. j. & supra, de vsufru. si pendentes. §. fin. & C. de relig. si sepulchrum. §. prophana. & supra eo. l. ij. in fi. & l. iij. de ser. rusti. prædi. l. via. §. si fundus. Accursius.
k *Legatario.* sed quale est hoc ius. nam aut seruitus prædialis: aut personalis. prædialis non: quia saltus iste erat municipum: & res sua ei seruire non poterat: eadem ratione nec personalis: vt supra, si vsusfructus pe. l. vtifrui. non ergo aliquod ius debet sequi emptorem? Respond. duobus modis. Primo: quia saltus municipum, licet sit municipum, non tamen est cuiuslibet de municipio, vt in libero vel uersitatis dicitur. vnde singulis de municipio poterat debere seruitem. Arg. supra, de in ius vo. sed si hac lege. §. qui manumittitur. & infra, de quæsti. l. j. §. uum. Vel dic secundo, saltum non fuisse etiam municipum: sed ius pascendi in saltu. Et quod dicit, saltum commanem, dic, id est ius pascendi in saltu. Arg. supra, de ser. rusti. prædi. l. qui duo.
l *Si qua aqua.* alias cipit ler, & aliàs non.
m *Constitui non pot.* hoc dicit Labeo. sed bi videtur esse contrarius: vt supra de ser. rust. prædi. l. Labeo. quæ est contra. H. Solu. hoc intelligitur scilicet, vt statim valeat & sit seruitus. in futuro autem esse poterit. vt ibi, & hic subiicit. & supra, de ser. vrb. prædi. l. si seruitus. §. fi. & ideo minus bene à Paulo reprehenditur hic.
n *Si idem.* qui debebat alij seruitutem: vel econtra cui debebatur, vel tertius quidam cœpit esse vtriusque prædij dominus seruientis: scilicet & eius cui seruitur. & hoc siue simul siue separatim dummodo insolidũ. secus si pro parte, quia tunc non extinguitur seruitus: vt supra, de ser. l. vt pomũ. §. j. Item contra supra, de ser. rusti. prædi. l. tria. Vel ibi non amittitur: sed in medio tantum retinetur. Accursius.
o *Qui iter.* quo ad commoditatem. nam statim qui habet actum, habet & itineris commoditatem: vt insti. de ser. §. j.
p *Ierit.* sciens se actum habere. aliàs periret, vt supra quib. mo. vsusfruc. amit. l. is qui vsumfruc.

QVEMADMODVM SERuitutes amittantur.

Seruitutes.] CASVS. Quidã Titius cœpit esse dominus illius fundi cui seruitus debebatur, & etiam seruientis quæritur an seruitutes confundantur & extinguantur? Et respon. quod sic confundũtur, id est confusione quadã amittuntur. Viuianus.

Qui iter.] CASVS. Habebãt iter, quantum ad commoditatem, quod est intelligendum: non quòd habeo actũ, quantum ad seruitutem. quæritur si. x. an. vsus fui itinere, scies non actum autem egi, an pereat actus? Et respon. quòd non: quia qui actum habet, iter habere videtur: quo ad commoditatẽ. Viuia.

Vra.] CASVS. Licet moriatur, vel capite minuatur, dominus prædij dominantis: non ideo extinguitur seruitus rustici vel vrbani prædij. Item si quis non vtatur itinere ad sepulchrum, non ideo

BIU Cujas

non ideo extinguitur seruitus illa. Viuianus.

a *Iura prædiorum.* rusticorum & vrbanorum. & facit supra de ser. rusti. prædi. l. pecoris. Accursius.

b *Ter. Amittitur.* speciale, sicut & in via publica: quę similiter nō perit non vtendo: vt infra, de via pub. l. viam. sed per pactum sic vt supra, de serui. l. seruitutes. §. j. Accursius.

Seruitus.] CASVS. Si mihi seruitus debebatur: quicunque ea vtitur, nō amittitur seruitus: sed retinetur. Sed opponitur ad. l. istā infra eo. l. vlt. Sol. illa loquitur quo ad seruitutem acquirendam: vel quo ad retinēdam. Vel dic quòd illa secundū istam intelligitur. Viuianus.

c *Per socium.* vt infra eo. l. aquam. §. quòd si pluriū. & supra de vsufru. l. arboribus. §. vsusfructus.

d *Bonæ fidei.* sed & mala fidei: vt infra, eo. l. pe.

e *Nam satis. Nomine.* opponitur infra. l. fi. Solu. ibi in acquirendo: hic in retinendo.

f *Tempore cessaueris.* vel. xx. an. Accursius.

g *Amiseris.* & certe non: vt supra. l. proxi. & hoc si indiuisus erat fundus cui seruitus debebatur: alioquin secus: vt infra subiicit ibi, si diuisus &c.

h *Liberauerit.* hāc quę stionem soluit infra ibi, sed si is fundus &c.

i *Respondit.* prosequitur primam quæstionem: quando seruitus debetur fundo pluriū. Et vt totum. §. plane intelligas, dic, q̄ via debetur quandoque ab vno pluribus: quandoque à pluribus vni. Si ab vno pluribus, aut hi plures diuiserunt, aut non. si non: vna seruitus est vni prædio plurium debita: & aut tota amittitur si nullus fuerit vsus: aut tota retinetur, si omnes fuerint vsi: vel etiam vnus solus: vt supra. l. proxi. in prin. huius. l. Si autem diuiserunt: quæ erat seruitus vna ab initio, spargitur in duas: vt supra, de ser. rust. prædi. l. via constitui. §. quæcunque. Nec poterit quæri qui prius vnam, nunc autem plures debet seruitutes: quia in alio reseruatur. nam ante diuisionem etiam per vnum socium, vt diximus seruitus retinebatur non autem post diuisionem: sed vnusquisque sibi vsurpat & deperdit: vt hic. cum autem à pluribus vni debetur. si quidem plures non diuiserunt: vna seruitus est. & aut tota amittitur, si in nullo est vsus: aut tota retinebitur: vt supra. l. proxi. Si autem diuiserunt: aut via erat constituta per certum locum: aut ita vt haberet seruitutem vbicunque vellet, & quandocunque vellet, mutare quòd posset. Si per certum locum debebatur via, & diuisio fundi facta est: aut hæc diuisio facta est per longitudinem viæ: aut per latitudinem. per longitudinem fit, quando totius longitudinis viæ vnusquisque sociorum partem habet à principio viæ vsque ad finem. per latitudinem, quando vnus solus solidam viam habet vsque ad certum terminum æqualiter, vel inæqualiter, positum: & aliter ab eo termino vsque ad finem. sic fit diuisio per longitudinem: vt supra, & per latitudinem ita. Alij vero dicunt contrarium scilicet fieri per latitudinem, quando ipsa longitudo diuiditur. Item per latitudinem, quando latitudo. Si illa via per longitudinem, sicut diximus, diuisa fuerit: aut tantum est spatij in cuiuslibet prædio, quod sufficit ad viam: aut nō. Primo casu duæ erunt seruitutes, perinde ac si in duobus fundis constitutæ essent ab initio. Secundo casu, vna tantum remanebit. Si vero per latitudinem vna remanet seruitus. Ratio diuersitatis quare hic dicatur vna, in superiori casu dicātur duę, in prō.

ff. Vetus.

III. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

IVra prædiorū [a] morte & capitis deminutione non perire, vulgo traditum est.

IIII. PAVLVS libro vicesimoseptimo ad Edictum.

ITer sepulchro debitū, non vtendo nunquā amittitur [b].

Seruitus retinetur per quemcumque retinentem nomine fundi. Bartolus.

V. IDEM libro sexagesimosexto ad Edictum.

SEruitus [l] & per socium [c], & fructuarium, & bonæ fidei [d] possessorem nobis retinetur:

Si vna est via, indiuisibilis est: & ideo vel tota amittitur, vel tota retinetur. sed si de vna fiant duæ, potest vna amitti & alia retineri: & econtra. h. d. vsque ad finē. Bar.

VI. CELSVS libro quinto Digestorum.

NAm satis [e] est fundi nomine itum esse. ℣ Si ego via, quæ nobis per vicini fundū debebatur, vsus fuero: tu autē cōstituto tempore cessaueris [f]: an ius tuū amiseris [g]? Et ecōtrario si vicin⁹, cui via per nostrū fundū debebatur, per meā partem ierit egerit: [&] tuā partē ingressus nō fuerit: an partē tuā libera uerit [h]? Celsus respōdit [i]: Si diuisus est fundus [k] inter socios regionibus: quod ad seruitutē attinet, quæ ei fundo debebatur: perinde est, atq; si ab initio duobus fundis debita [l] sit: & sibi quisq; dominorū vsurpat [m] seruitutē, [&] sibi nō vtēdo deperdit: nec amplius [n] ī ea re cauſę eorū fundorū miscētur [o]: nec fit vlla iniuria [p] ei cuius fundus seruit [q], immò si quo melior [r], quoniā alter dominorū vtēdo, sibi, non toti fundo proficit [s]. Sed si is [t] fundus qui seruierit, ita diuisus [u] est: pluscul̄ dubitationis ea res habet. Nā si certus ac finitus viæ locus [x] est: tunc si per longitudinē eius [y], fundus diuisus est: eadē omnia seruāda erūt: quæ si initio cōstituendæ ei⁹ seruitutis, similiter hic duo [z] fundi fuissent. Si vero per latitudinem [a] viæ, fundus diuisus est (nec multū [b] refert, æqualiter id factum est, an inæqualiter) tunc manet idē ius seruitutis q̄ fundo indiuiso fuerat: nec aut vsu detineri, aut non vtendo deperire, nisi tota [c] via poterit: nec si fortè inciderit [d] vt semita quæ per alterum dumtaxat fundū ierit*, vteretur: idcirco alter fundus [e] liberabitur: quoniā vnū, atq; eodē modo [f] indiuiduū viæ ius est. Possūt tamē [g] verò per lōgitudinem est facta diuisio, nullum medium prædium impedit seruitutem. & in vna parte potest seruitus consistere, etiam si non consistat in altera: ideoque merito duę appellari possunt. Cū verò constituta est seruitus vt per quamlibet partem fundi viam haberet, & vt etiam mutet non facta diuisione eundo per vnam partem: retinet seruitutem in omnibus aliis partibus fundi. Cum vero facta fuit diuisio: perinde obseruatur ac si in duobus fundis duæ seruitutes essent constitutæ: ideo potest altera amitti tempore, altera vsurpari. Nec lugeat rusticus cui seruit⁹ debebatur, q̄ facto dominorum sit conditio sua facta deterior. cū prius id est ante diuisionem, vna parte vtendo, totius fundi retineret seruitutem: quia hoc commodum ei obuenit vt nunc duas habeat vias: & earū commoditatē.

k *Fundus.* primo dominans. Accursius.

Flo. erit.

l *Debita.* primo erat vna, modo sunt duæ: siue à duobus diuersis debetur, siue ab eodem: vt supra, de ser. *Halo. erās*

rusti. prædi. l. ij. §. pe. & de ser. l. viæ.

m *Vsurpat.* id est per vsum retinet: vt infra, de vsuc. l. ij. Azo. sic & aliàs vnus tenet & alter repudiat: vt in hæredibus vnius legatarij: vt infra de leg. j. l. legatarius.

n *Nec amplius.* scilicet, ex tempore diuisionis.

o *Miscentur.* id est, non coniunguntur vt per vnam partem retineatur, & in alia seruitus: sicut fiebat ante diuisionem.

p *Iniuria.* id est, deterior conditio.

q *Seruit.* quod videtur: quia duas debet seruitutes.

r *Melior.* non dicas, iniuria: sed id quod nomine iniuriæ inclusit, scilicet conditio.

s *Prospicit.* scilicet post diuisionem: quod non esset ante diuisionem: vt supra. l. proxi. & hac eadem. l. in prin. §. j.

t *Sed si is.* nunc secundæ quæstioni respondet.

u *Ita diuisus.* vt diximus in dominante. Accursius.

x *Locus.* id est locus ita determinatus est: vt mutari non possit inuitis dominis prædij seruientis.

y *Eius.* scilicet viæ.

z *Duo fundi.* non tamen sequitur: ergo duæ sunt viæ: vt supra de ser. rust. prædi. vna est. sed oportet ad hoc, vt duæ sint viæ, quòd vtrumque prædium sit proximum ei, cui seruitus debetur. & quòd tantum spatium vtriusque ex diuisione cedat, quòd sufficiat ad viam: vt infra ea. l. §. certe. Azo. & sic coniungitur illa lites ra cum ista vsque illuc: cæterum &c.

z *Duo fundi.* ex quibus debetur seruitus.

a *Per latitudinem.* quia via diuidatur.

b *Nec multum.* interpositio est.

c *Nisi tota.* sed tota & admitti, & detineri potest.

d *Inciderit.* id est, contigerit. Accursius.

e *Alter fundus.* per quem non iuit.

f *Eodem modo.* sicut & ante diuisionem.

g *Possunt tamen.* scilicet alter ex his qui debet seruitutem: & cui

debetur, secundum Azo. Et sic no. hic, quòd aliquid est, quod nõ potest tempore acquiri: potest tamen per conuentionem remitti. *Conuẽtione remittitur, quod nullo tempore acquiritur.* sic econtra. C. de agri. & cen. quemadmodũ. & infra, de di. & tẽp. præscri. l. longe. &. C. de ser. fugi. l. j. etiam in eo, quòd non vtatur longissima præscriptione sed alienatio sic: vt. C. de pla. l. in fuga. & supra, de ser. vrb. prę di. sed si iter me. Argu. contra. in eo. tit. si ędes.

a *Certe.* hoc ꝙ subiicit melius refertur ad præcedentem casum, vbi scilicet per longitudinem vię fit diuisio, secundum Io. alij ad alium. Accursius.

**Flo. absurdè* b *Ea re.* id est, propter eam rem.

c *Si modo.* si. i. quia. vel melio pprie si expo nas, lege. i. pacto. Azo.

d *Lege.* id est pacto: vt. j. depo. l. j. §. si cõuẽniat. vere minor: quia hic sic fuit magna constituta, quòd ex ea fiũt duæ. Quod autem dicit, quòd minor potuit constitui: verum est, dũ modo vehiculum: inde ire possit. alioquin erit iter, non via: vt supra de ser. ru. prædi. l. via constitui. Vel dic, lege. xij. tab. vt supra, de serui. rusti. præd. l. viæ.

Flo. idque vel subinde* e *Sufficiat viæ.* quę est octo pedum in porre-Flo. si per* ctum. &. xvj. in anfractum: vt supra de ser. rusti. prædi. l. viæ.

f *Liberabitur.* quantũ ad commodum viæ. in eo autẽ, quod supereſt, an habet iter si potest ire, vel agere? Respon. videtur, quòd non: vt supra, qui. mo. vsusfru. amit. l. is qui. Sed re-**Flo. immutatũ iri* spon. aliud in seruitute: vt. s. tit. j. si eo. §. fi.

g *Cæterum.* q. d. hoc ꝙ dixit supra, verum est, quando via erat certa cõstituta, & diuisio fundi per lõgitudinẽ: & in residuo nõ supereſt spatium sufficiens ad viã, cæterum &c. Azo.

alterutrum fundum liberare: si modo hoc specialiter conuenit. Certè[a] si is, cui seruitus debebatur, alterum ex ea diuisione fundum redemerit, nõ ideò minus ea re[b] fundi alterius seruitus permanebit. Nec video, quid absurdi* consecuturum sit eam sententiam, fundo altero manente seruo: si modo[c] & ab initio potuit angustior constitui via, quàm lege[d] finita est: & adhuc id loci supereſt ī eo fundo, cui remissa seruitus non est, vt sufficiat viæ[e]. quòd si minus loci supereſt, quàm viæ sufficiat, vterque fundus liberabitur[f]: alter propter redẽptionẽ: alter quia per eum locum, qui supereſt, via constitui non potest. Cæterum[g] si ita constitutum est ius viæ, vt per quamlibet partem fundi ire agere liceat: ídque velit[h] subinde* mutare, nihil ꝓhibet. Atque[i] [si] ita diuisus est fundus[k], vt* per quamlibet eius partẽ æquè ire atque agi posit: tunc perinde obseruabimus, atque si ab initio duobus fundis duæ seruitutes iniunctæ fuissent: vt altera retineri, altera non vtendo posſit deperire[l]. Nec me fallit[m], alieno facto ius alterius immutatum iri*[n]: quoniã ante satius fuerat, per alterã partem[o] fundi ire agere, vt idem ius ei in altera parte fũdi retineretur. Cõtra[p], illud commodũ accesisse ei, cui via debebatur, quòd per duas pariter[q] vias ire agere posſit: bísque* octonos ī porrectũ: & senos denos in anfractum.

Seruitus quæ nõ habet quotidianũ vsum vtendi, amittitur tempore constituto duplicato. Bartolus.

VII. PAVLVS libro tertiodecimo ad Plautium.

SI sic constituta sit aqua, vt vel æstate ducatur tantum, vel vno mense: quęritur, quemadmodum non vtendo amittatur: quia non est continuum tẽpus, quo cum vti non potest, non sit vsus. Itaque & si[r] alternis annis, vel mẽsibus quis aquã habeat, duplicato constituto[s] tempore amittitur. Idem & de itinere custoditur. Si verò alternis diebus, aut die[t] toto, aut tãtum nocte: statuto legibus tempore amittitur: quia vna seruitus est[u]. Nam & si alternis horis, vel vna hora cottidie[x] seruitutem habeat: Seruius scribit, perdere eum non vtendo seruitutẽ: quia id quod habet, cottidianum sit.

Qui permittit ædificari in loco seruiente, ius seruitutis amittit. Bartolus.

VIII. IDEM libro quintodecimo ad Plautium.

SI stillicidij immittẽdi ius habeam in aream tuam: & per misero ius tibi in ea area ædificandi: stillicidij immittendi ius amittot. Et similiter si pertuum fundum via mihi debeatur: & permisero[y] tibi in eo loco, per quem via mihi debetur, aliquid facere: amitto ius[z] viæ.

Per vsum partis loci seruientis, vel ad partem loci dominantis, tota seruitus retinetur. h. d. cum. l. sequenti.

h *Idqúe velit.* aliàs, velit: & aliàs si velit: & subaudi, & constitutum sit, vt si velit &c. & quod subiicit, nihil prohibet, quò minus mutet sicut & mutat, vbi sibi non fuit data expresse potestas: vt statim subiicit.

i *Atque.* id est, sicut. si ita &c. Sed contra supra, de ser. l. si cui. vbi dicit, quotidie non posse mutare, quando simpliciter est constituta. Solu. hic de rigore, secundum Ot. Vel supra simpliciter via fuit concessa: hic autem, quando fuit dictum vt per quãlibet partem posit ire, licet non fuerit dictum hoc. ij. respon. quòd posit mutare. Sunt ergo tres casus. quia aut simpliciter constituitur: & tunc non potest mutare, vt ibi. Aut est dictum, vt per quamlibet partem posit ire, & quòd posit mutare. Item quando solum fuit dictum post constitutionẽ vt posit per partẽ quãlibet ire: vt hic.

k *Fundus.* supple scilicet ille, qui seruitutem debet talem, vt per quamlibet &c. aliàs est, si per quamlibet.

l *Deperire.* nec distinguitur à Celso per longitudinem, vel latitudinem distinguatur ager hoc casu.

m *Fallit.* quia illud scio. non autem deceptus videtur &c. vt infra de act. emp. l. j. in fin.

n *Immutatum iri.* non enim in deterius mutatur ius eius, cui debetur seruitus, quod videbatur, quoniam ante &c.

o *Per alteram partem.* nam in hoc magis, quàm in illo non potuit retineri: est ergo melius in vtroq; vel vtraque parte retineri, quàm in nulla: vt arg. j. de fideicõ. liber. l. generaliter. Accursius.

p *Contra.* id est contra illud incommodum hoc commodum ei præstatur. Vel contra id est econtrario. Accursius.

q *Pariter.* id est simul quod non poterat ante diuisionẽ. & hoc ex vi pacti, vt posit mutari. Accursius.

I sic.]C ASVS. Cõcessisti mihi, vt ex fundo tuo liceat mihi aquam æstate ducere: vel vno mense tantum anni. quæritur, quanto tempore perdam non vtendo? Et dicit duplicato: vt pro. x. an. xx. ponantur inter præsentes, & pro. xx. an. xl. ponantur inter absentes. Secundum est si modicũ interuallum: puta si alternis diebus, vel horis: tũc enim non duplicatur: sed a. an. inter præsentes. xx. inter absentes sufficiant. Viuianus.

r *Et si.* ex hac colla, &, colligo sic: deri ad quæstionẽ missam, sicut ad similẽ statim respondetur: vt scilicet tẽpus duplicẽ.

s *Constituto.* id est vicinio, inter præsentes, & absẽtes quoque: vbi hic, & C. eo. l. fi. nam nulla præter hypothecariam extenditur ad. xl. an. secundum Io. alij in vtro que casu dicunt duplicari tempus.

t *Die.* q. d. nõ nocte.

u *Vna seruitus est.* melior esset ratio: quia in terualla breuiora habet. vnde maior negligẽtia fuit petẽtis quàm ibi, vbi sunt longiora interualla: vtrobiq; tamen vna seruitus est: vt hic, & infra, de vsufru. leg. l. cum vsusfructus. Sed cõtra ista, de aqua plu. arc. l. si priusq; pri. vbi dicitur, quòd altera est seruitus aquæ ęlluæ: & altera hyemalis. Solu. ibi diuersæ fuerunt concessiones: hic vna, & vno tempore. Item quod hic dicit, vnam præscriptionem sufficere. est secus in vsufr. vt. s. quib. mo. vsusfr. amit. l. j. §. vsq;. Sed illud ideo, quia potest cõstitui ex tempore, & ad tempꝰ: & sic sunt plures vsusfr. vt. s. de vsufr. l. iiij. alie seruitutes nõ: vt. s. de ser. l. seruitutes. & ideo quasi pura sit continua currit prescriptio. Nec distinguo, an ille cui debetur via, sciuerit, vel nesciuerit viã sibi debitã, vel non: vt. j. eo. si partem. §. j. vnde patet, ꝙ amittitur, etiam si nõ posit alicui imputari negligentia: licet de æquitate, forte per restitutionem subueniatur: vt. s. de ser. rusti. prædio. l. & Attilicinus. Item hoc in rusticis seruitutibus. In vrbanis autem non sufficit me non vsum: sed te præstare impedimentum: vt supra de ser. rusti. prædi. l. hoc autem. Accursius.

x *Hora quotidie.* Sed quid si in septimana? Respon. potius idem, quod in mense, quàm in die: quia odia restringenda sunt: vt infra de li. & posthu. l. cum quidam.

I stillicidii.]C ASVS. Ius stillicidij recipiẽdi ī area tua: vel ius eũdi per fũdũ tuũ mihi permisisti. si ędificas ī area, vel in fũdo, me volente & permittẽte, seruitutẽ amitto tacite: & remittere videor: secꝰ est si parte itineris vtor: quia totũ ius retineo. Viuian.

y *Permisero.* animo donandi: vt. s. cõmunia prædi. l. si precario.

z *Amitto ius.* sola concessione. Sed contra supra de ser. vrb. prędio. si domus. Solu. vt ibi. Accursius.

BIU Cujas

a *Itineris it.* id est vadit.
b *Vsurpare.* id est, retinere. hoc autem verum, si vnus est dominus viæ. idem si plures pro indiuiso: sed pro diuiso distinguitur: vt. ff. eo. l. nam satis. §. sed si fundus.

Si in partem.] CASVS. Adquisiui totali fundo meo seruitutē aquæductus: quāuis in aliqua parte agri fluxit illa aqua: nihilominus aliis partibus, quibus seruitus debebatur, retinetur ius aquæ ducendæ.

c *Si in partē agri.* non diuisi alioquin contra. supra. l. nam satis.
d *Vsurpatur.* id est vsu retinetur. & hoc quo ad seruitutem, vel quo ad cōfessoriam: vt hic, & supra. l. proxi. in fine. Et arg. infra, de adquir. poss. l. iij. §. j. nō autem quo ad possessoriū iudicium, quod pro seruitute datur: vt. j. de itin. actūq; pri. l. j. §. Iulianus ait. q̄ est contra.

Si communem.] CASVS. Ego & pupillus habemus fundū cōmunem, nemo nostrū vitur hoc. propter æuum non perdit non vtendo. certe & eius autōrio non perdam non vtendo. [SI IS.] Aliquis forte constituit talem seruitutem, vt liceret ei ducere aquam tantum in nocte. ille vsus fuit per. x. an. in die, non in nocte: amittit seruitutem. Viuianus.

e *Vterque.* id est, neuter. Azo.
f *Et ego.* quia indiuisum est: ideoque aut tota retinetur, aut tota amittitur: vt hic, & supra, de ser. rusti. prēd. l. vna. Pars enim pupilli est inusucapibilis: vt infra, de adquir. re. do. per l. bo. fi. Itē no. hic quod nō possum per me, possum per alium: vt. j. quēres pig. ob. po. l. Aristo. Accursius.
g *Interdiu.* i. in die.
h *Amisit nocturnam.* nec sibi tempore quæsiuit seruitutem diurnā: quia non habet perpetuam causam. sed videtur quòd nec amittat: vt infra, de aqua quoti. & æsti. l. cum constet. §. inter duos. Sed aliud in vno: vt hic. aliud in pluribus, quorum quilibet vtitur pro alio eius voluntate. nam ille videtur vti, cum pro eo alius vtatur: vt arg. j. eo. l. vsu.
i *Nec vlla.* vt infra, eod. si quis alia. si autem illa eadem, tunc retinet: vt infra. l. proxi. Accursius.

Si is cui.] CASVS. Certo modo habebam seruitutis actū per agrum tuum, puta biga: sed decennio vsus fui quadriga. an perdam non vtendo: quia decennio non fui vsus biga? Et dicit quòd non: quia fui vsus plus non alia seruitute. & addit similia.

[HÆRES.] Decessisti, & me hæredem instituisti: & tuum fundum sub conditione legasti. an possim illi fundo, sub conditione legato, seruitutem imponere, quæritur? Et respon. quòd nō: quin extinguatur conditione adueniente. secus est contra: quia bene possum seruitutem illi adquirere fundo sub conditione legato: & conditione existente, sequitur legatum. Viuianus.

k *Certo genere.* puta biga, vel triga. & hoc pertinet ad modum constituendæ seruitutis: vt. ff. de seruitu. l. iij. §. modum. & §. fi.
l *Seruitutem.* respon. sic vt. ff. l. proxi. Accursius.
m *Magisque hic.* qui amplius quàm licuerit oneris verit.
n *Plus, quàm.* Not. ergo quòd cum fit plus q̄ fieri debet, videtur etiā ipsum fieri quod est faciendum: vt hic, & j. de re iu. si se. §. sed & si pignori. & ff. de statu ho. l. non sunt liberi. & ff. de ser. vrb. prædi. si arborem. §. per contrarium. & j. de aqua quoti. & æsti. l. j. §. itē quæritur. & l. cum constet. Sed ar. contra. j. māda. l. diligenter. in prin.
o *Quæstionibus.* quibus plus facit, nō aliud.

Si fundum.] CASVS. Possideo fundum dominantem: & vtor seruitute. non quidem perditur non vtendo: siue sim dominus fundi dominantis, siue bona fi. pos. siue mala fi. pos. nā & si erat seruitus aquę, vt interfluat per se, sem per retinetur. Viuian.

r *Retinetur.* per bo. fi. pos. istum: vt. ff. eo. seruitus. nam & per malę fi. retinetur: vt subiicit. & j. eod. l. penul. Acc.
s *Idémque.* scilicet verum est, vt retineatur.
t *Se habens.* i. qualitercūque possideatur: vel qualitercūque sit ei cōstituta seruit⁹. Azo. vel, id est qualitate seruitutis habēs se qualem. nā seruitus facit fundum qualem.
u *In suo habitu.* id est, sua habitudine, id est, seruitutis qualitate.
x *Retinetur.* vt infra, de aqua quoti. & æsti. l. j. §. quæsitum. Accursius.

Si quis.] CASVS. Vendidi vnum iugerū de fundo meo, quod erat proximum seruiēti: & non imposui ei iugero seruitutem. Certe non possum vti seruitute quin mediū quod non seruit impediat seruitutem. sed si rem iterum emi antequam labatur decēnium: reuertitur seruitus in pristinum statum.
y *Cui.* scilicet fundo.
z *Seruitute.* ei parti quam vendidit. Azo. & sic non potuit vti interim seruitute: vt. ff. de serui. vrban. prædi. l. qui sella. §. fi. & de serui. rusti. prædi. l. via. §. fi. Accursius.
a *Debuisset.* cessauit enim seruitus: non fuit extincta: vt supra, de serui. rusti. prædi. l. tria. & ff. titu. j. & si forte. circa prin. Sed quid si post tempus? Respon. non restituitur, quia sua culpa. aliàs secus: vt. j. l. proxi.

ff. Vetus.

I Is, qui per partem itineris it[a], totum ius vsurpare[b] videtur.

IX. IAVOLENVS libro tertio ex Plautio.

SI in partem agri[c]* aqua influxit, etiam si non ad vltima loca peruenit: omnibus tamen partibus vsurpatur[d].*

In diuiduis retinet quis per socium quod per se non potest. Bartolus.

X. PAVLVS libro quintodecimo ad Plautium.

SI communem fundum ego & pupillus haberemus, licet vtérque[e] non vteretur: tamen propter pupillū & ego[f] viam retineo.

Qui vtitur alio tempore quàm quo sibi debetur seruitus, seruitutem non vtendo amittit. Bartolus.

SI is, qui nocturnam aquam habet, interdiu[g] per constitutū ad amissionē tēpus vsus fuerit: amisit nocturnam[h] seruitutem, qua vsus nō est. Idem est in eo, qui certis horis aquæductū habens, aliis vsus fuerit: nec vlla[i] parte earū horarum [vsus est.]

Qui vtitur seruitute plus debito, seruitutem retinet. Bartolus.

XI. MARCELLVS libro quarto Digestorum.

SI is, cui* via vel actus debebatur, vt vehiculi certo genere[k] vteretur, alio genere fuerit vsus*, videamus ne amiserit seruitutem[l], & alia sit eius conditio, qui amplius oneris, quàm licuit vexerit. magísq; hic plus, quàm[m] aliud egisse videatur: sicuti [si] latiore itinere vsus esset, aut si plura iumenta egerit, quàm licuit: aut aquæ admiscuerit aliam. ideóque in omnibus istis quæstionibus[o] seruitus quidem non amittitur: non autem conceditur plus, quàm pactum est, in seruitute habere.

Resoluto iure concedentis, resoluitur ius seruitutis concessæ ab eo. Bartolus.

HÆres, cum legatus esset fundus sub conditione, imposuit ei seruitutes[p]. extinguentur[q], si legati cōditio existat. Videamus an adquisitæ sequantur legatarium. Et magis dicendum est, vt sequantur.

Seruitus retinetur per quemcūque vtentem, & etiam per aquam naturalem currentem. Bartolus.

XII. CELSVS libro vicesimotertio Digestorum.

QVi fundum† alienum bona fide emit: [si] itinere, quod ei fundō debebatur, vsus est, retinetur[r] id ius itineris: idq; [s]* etiam si precario, aut vi deiecto domino, possidet. Fundus enim qualitercūque* se habēs, [t] si ita in suo habitu[u] possessus est, ius [eius] nō deperit. Neq; refert, iuste, nécne possideat, qui talem eū possidet. Quare fortius, & si aqua per riuum sua sponte perfluxit, ius aquæ ducendæ retinetur[x]. quod & Sabino rectè placuit: vt apud Neratium libro quarto Membranarum scriptū est.

Medius locus non seruiens, seruitutem interpellat: non extinguit. & ideo ante finitum tempus præscriptionis potest restaurari. Bartolus.

XIII. MARCELLVS libro septimodecimo Digestorum.

SI quis ex fundo, cui[y] viam vicinus deberet, vendidisset locum proximum, seruienti fundo, non imposita seruitute[z]: & intra legitimū tempus, quo seruitutes pereunt, rursus eum locum adquisisset: habiturus est seruitutem, quam vicinus debuisset[a].

Si fundo flumine occupato alluuione seruitus extinguatur, seruitus restituitur. Bar.

XIIII. IAVOLENVS libro decimo ex Cassio.

SI locus per quē via, aut iter, aut actº debebatur, impetu

† *Ad intel.* lectū istius.
p *Imposuit ei seruitutes.* l. vide Bar. nam & alienare & obligare potest, iure vetus. in fi. j. ri: vt. j. de pig. grege. §. j. & j. de fideicō. liber. & l. generaliter. in fi. in l. cū seruus. in fi. de verb. ob. per eūdem.
q *Extinguentur.* quasi olim facto domino legatario: vt infra, de peri. & commo. rei ven. l. quod si pēdente. & facit. j. de condi. & demon. l. si fundum à te. bi fundū. de iti. act. privato. *Flo. atque *Flo. quamliter se habens.

s *Idémque.* scilicet verum est, vt retineatur.
t *Se habens.* i. qualitercūque possideatur: vel qualitercūque sit ei cōstituta seruit⁹. Azo. vel, id est qualitate seruitutis habēs se qualem. nā seruitus facit fundum qualem.
u *In suo habitu.* id est, sua habitudine, id est, seruitutis qualitate.
x *Retinetur.* vt infra, de aqua quoti. & æsti. l. j. §. quæsitum. Accursius.

Si quis.] CASVS. Vendidi vnum iugerū de fundo meo, quod erat proximum seruiēti: & non imposui ei iugero seruitutem. Certe non possum vti seruitute quin mediū quod non seruit impediat seruitutem. sed si rem iterum emi antequam labatur decēnium: reuertitur seruitus in pristinum statum.
y *Cui.* scilicet fundo.
z *Seruitute.* ei parti quam vendidit. Azo. & sic non potuit vti interim seruitute: vt. ff. de serui. vrban. prædi. l. qui sella. §. fi. & de serui. rusti. prædi. l. via. §. fi. Accursius.
a *Debuisset.* cessauit enim seruitus: non fuit extincta: vt supra, de serui. rusti. prædi. l. tria. & ff. titu. j. & si forte. circa prin. Sed quid si post tempus? Respon. non restituitur, quia sua culpa. aliàs secus: vt. j. l. proxi.

BIU Cujas

a *Si locus. Restituitur.* ipso iure. vt &. ſ. quib. mo. vſusfruct. amit. l. cum vſumfruct. &. l. ſi ager cuius. Azo.

b *Cogendus est.* ſcilicet ille cui adcreuit. & hoc per reſtitutionem in integrum: vt. ſ. de ſerui. ruſti. prædi. & Atilicinus. in fin. &. j. de iti. actúque pri. l. j. §. ſi quis.

c *Præstare debet.* cuilibet de populo: vt in foſſatis huius ciuitatis fit, ſecundum Azo. Sed an dato pretio à fiſco? Videtur q̃ ſic: vt. C. de ſeruis qui pro præmio lib. ac. l. ij. contra tamen obſeruatur.

Si cum.] CASVS. Quatuor erãt prædia continua quatuor dominorum, quorum vnum erat meum: per alia tria ſeruitutem eũdi ad meum vltimũ habebam. emi medium illorum trium: & ſic ſeruitus medij eſt extincta, quæritur an impediar in aliis quæ non emi quò minus nõ habeam? Et reſpon. quòd non eſt extincta ſeruitus. Videbatur contra: quia medium prædiũ, quod non ſeruit, impedit ſeruitutem. ſ. de ſerui. vrb. prædi. qui ſella. §. fin. & ſupra communia præ. l. in tradendis. Sed verius videtur id quod non eſt: vt dixi. Viuianus.

Casum ponit.

d *Si cum ſeruitus.* quatuor pone prædia, tria aliena & vltimum meũ cui debetur ſeruitus. & ego emi mediũ de tribus: licet non ſeruiat iure ſeruitutis, tamen ſeruitutem non impedit. & facit. ſ. de ſer. ruſti. prædi. tria. & infra, de aqua plu. arcen. ſi prius. §. fin.

Quam.] CASVS. Tres eramus qui habebamus aquam ex fundo vicini: & quilibet ad ſuum prædium trahebat. quæritur an ſi vnus non vtatur, aliis vtentibus, retineat ſeruitutem? Et reſpon. quòd non: ſed bene amittit non vtendo. Sed cui acceſsit, nunquid aliis ſociis vtẽtibus adcreſcit? Et reſpondetur quòd nõ: ſed adcreſcit domino prædij ſeruiẽtis. Viuianus.

e *Per eundem riuum.* id eſt in princip. aquæ. Accurſius.

f *Proprio riuo.* ſcilicet, ducebat aquam.

g *Vſurpatum esse.* id eſt vſu retentum eſſe.

h *Riuum.* id eſt ſi quis eorum qui per eundem riuum &c.

i *Ius aquæ.* ſcilicet debebatur. & facit infra, de bo. lib. l. communi liberto. argu. contra. Sed nunquid habet locum ius adcreſcendi inter eos quibus idem aquæductus eſt relictus? Reſpõ. eſſe ius adcreſcendi: quia in. C. de cad. tol. generaliter dicitur in §. vbi autem. eſſe ius adcreſcendi inter collegatarios. & aliud eſt hic: quia dominus proprietatis præſcripſerat ſibi libertatem, ſecundum Azo. Item illud ab initio: hic poſtea: vt ſupra, de vſufluminis occupatus eſſet: & intra tempus, quod ad amittendam ſeruitutem ſufficit, alluuione facta reſtitutus eſt: ſeruitus quoque in priſtinum ſtatum reſtituitur[a]. Quòd ſi id tẽpus præterierit, vt ſeruitus amittatur: renouare eam cogendus[b] eſt. Cum via publica vel fluminis impetũ, vel ruina amiſſa eſt: vicinus proximus viã præſtare debet[c].

Redemptione vnius ex fundis seruientibus, non extinguitur seruitus debita per alios. Bartolus.

XV. IDEM libro ſecundo Epiſtolarum.

SI cũ ſeruitus[d] mihi per plures fundos deberetur, medium fundum adquiſiui: manere ſeruitutem puto: quia totiens ſeruitus cõfunditur, quotiens vti ea is, ad quem pertineat, non poteſt. Medio autem fundo adquiſito, poteſt cõſiſtere, vt per primum & vltimum iter debeatur.

Si per eundẽ riuum aqua ad plura prædia ducitur, plures seruitutes sunt & potest vna amitti altera remanẽte: & quod vnus perdit, alteri non adcrescit. Bartolus.

XVI. PROCVLVS libro primo Epiſtolarum.

AQuam, quæ oriebatur in fundo vicini, plures per eundem riuũ[e] iure ducere ſoliti ſunt: ita vt ſuo quiſque die à capite duceret: primo per eũdem riuum: eúmque communem: deinde, vt quiſque inferior erat, ſuo quiſque proprio riuo[f]: & vnus ſtatuto tempore, quo ſeruitus amittitur, non duxit. Exiſtimo eum ius ducendæ aquæ amiſiſſe: nec per cæteros, qui duxerunt, eius ius vſurpatum eſſe[g]. propriũ enim cuiuſque eorum ius fuit: neque per alium vſurpari potuit. Quòd ſi plurium fundo iter aquæ debitum eſſet, per vnũ eorum omnibus his, inter quos fruct. adcre. l. j. in fin. ibi non vt proprietas & cætera.

k *Partis.* reſpectu aliarum: ſed tamen integræ remanent.

Abeo.] CASVS. Conceſiſti ius hauriendi aquam in fundo tuo: & ea vſus non fui tanto tempore quanto ſeruitus amittitur: nunquid & iter videor amiſiſſe? Et reſpon. quòd ſic.

l *Non ierit.* aliàs eſt, non ierit: & aliàs non eſt, non: & tunc dic quòd iuit tantum, ſed aquam non hauſit.

Si quis.] CASVS. Mihi conceſiſti ius aquæductus: & non illa ſed alia vſus ſum. an videar ſeruituté amiſiſſe? Et certe ſic. [TEMPVS.] Conceſiſti ſeruituté fundo meo per fundum tuum: ſteti per v. annos quòd vſus nõ fui ea ſeruitute: & infra illud tempus vendidi: & ille emptor ſeruit per alios. v. quòd non fuit vſus ea. quæritur, an obſit eidem tempus quo vſus non fui? Et reſpon. quòd ſic: quia computatur meum quinquennium cum illo alio quinquẽnio: & ſic ſeruitutem amittit emptor. [SI CVM.] Titius ſeruitutem tigni immittendi in parietem ſuũ mihi cõſtituit. & ſteti per tempus quòd non immiſi: quia non potui: quia ille non ædificauit: an videor amiſiſſe ſeruit. & ille eam vſucepiſſe, quæritur? Et reſpon. quòd non. Viu.

m *Aqua.* vt ſupra, eo. l. ſi communem. §. j. & facit. j. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. illud autem. Accurſius.

n *Succesit.* vt inſtitu. de vſucapio. §. inter emptorem. Accurſius.

o *Interpellauit.* ſcilicet ædificando. hoc enim eſt neceſſe in vrbanis ſeruitutibus: vt hic, & ſupra, de ſerui. vrb. præd. hæc autem iura. ſecus in ruſticis, vbi ſufficit ſolũ quòd nõ vtatur: vt ſupra, eo. l. ſi locus. Accurſius.

Si parti.] CASVS. Titius cõceſit ſeruituté per fundum ſuũ meo, & parté mei fundi dominantis iunctam fundo qui mihi ſeruitutem debet. vendidi eo pacto, vt mihi aquam ducerem ad meum fundum per partem ei venditam, poſt de fundo Titij. ſteti per ſtatutum tempus à lege quòd riuum non feci, & ita aquam non duxi: quæritur an amittere videar ſeruitutem per partem venditam ei? Reſpon. quòd non: & hæc vera ſunt, quando nondum riuum feceram. ſed ſi feciſſem, & eo vſus non eſſem: tunc bene amiſiſſem. Vel potes ita de plano ponere hic caſum: quia vendidi prædium eo pacto, vt ſeruiret meo prædio retenta diſtin. vt ſupra in proxim. alio caſu. [SI PER FVNDVM.] Titius aliquem hæredem inſtituit, & mihi ignoranti ſeruitutem viæ legauit. adita hæreditate per hæred. ſteti per ſtatutum tempus: quòd non fui vſus via;

BIU Cujas

an amittam seruitutem? Et respon. quòd bene amitto. Secũdo dicitpone quòd intra illud tempus vendidi meum fundum, cui erat legata via: & hoc ignorabam. & emptor vsus fuit reliquo tempore via: an ad emptorem via pertinet, quæritur? Et respon. quòd sic. Viuianus.

a *Si partẽ.* scilicet vẽditam.

o *Futuram.* not. sic & C. de assess. l. fi. & insti. eo. §. iniuria. &. j. loc. l. cum plures. §. seruum. &. j. de dam. infec. l. ni. & infra, de regu. l. imperitia.

p *Non potuit.* sed alius firmior retinuisset.

q *Ité ſi obſtetrix.* j. SVS. Aut obstetrix suis manibus supponit & tenetur. l. Aquil. de rec. vbi autem dedit, vt mulier sibi offerret, tenetur in factum. [*SERVVM.*] Seruus me⁹ equitabat: quis cõcitauit eius equũ: & ita cecidit de equo: & fregit sibi crus. an teneat Aquil. quæritur. Et respon. q̃ sic, in factum. ſ. & hoc probat per simile. Sed & si per lusum qui iaculabãtur, & proiiciebant palos & lapides, & seruum meũ interfecerũt: an sit locus Aquil. Et respon. quòd sic. Secũdo determine hic, q̃ dicit statim pone, in cãpo, in quo cõsuetum erat ludere, ludebant: & seruum meũ interfecerũt trahendo palos, vel lapides: quæritur an sit locꝰ Aquil. Et respon. q̃ non. ergo est distinguendũ, an in tali loco, vbi est consuetum ludere: aut nó. primo casu nó tenetur: secundo tenetur. Vin.

r *Vt mulier.* ſ. ipsa me.

s *In factum.* huic est contra. C. e. l. de pecoribus. vbi dat vtilẽ Aquil. Sol. ibi inclusit, vt fame necaret: hic non. Vel verius, hęc cum illa concurrit. Accur.

t *In factum.* & vtilem Aquil. vt institu. eod. §. penul.

u *A iaculantibus.* scilicet alicubi, vbi consuetum non est & dicas quod ibat iste seruus per alium locum, non per campum iaculatorium. aliàs haberet locum inferior. §. sed & si cum alij.

x *Seruus.* qui non erat de ludo. aliàs secus: vt. j. eo. tit. ſi ex plagis. §. fin. Item in non solito loco ad ludum.

y *Quia non debuit.* ergo culpæ culpa compensata dissoluitur: vt infra, de compen. si ambo. & infra, ſo. ma. viro. Ioan.

z *Tenebitur.* quia dolus præponderat. Azo. Et sic no. quòd hoc casu

BIU Cujas

casu solus dolus venit in Aquil.non culpa: vt infra, eod.si putator.& infra,de adquiren.re.do. homo liber.§.item.& est ratio,vt dixi,quia culpa culpam abolet,sed nó dolum: vt.j.e.l.qui foueas. §.hæc actio.secundum Ioan.

a *Nam lusus.* immó nó est lusus,ex quo crimen oritur: vt.ſ.in

N proœmio circa fin. aliàs si esset per lusum nocium,dummodo ei qui est de ludo: ludo imputatur: vt infra.e.si ex plagis.§.fi. Accursius.

Tē Mela.]CASVS. Titius & Mœuius ludebant ad pilam: & ita vnus illorum percussit manú cuiusdam barberij,qui radebat seruum meum: & ita barberius scidit gulá seruo meo: & eum interfecit.quæritur quis teneatur: percutiens cú pila, vel barberius? Et respó. quòd ille tenetur, qui percussit cum pila: nisi ille qui radebat, sit in culpa: quia tunc non agitur.

[SI ALIVS.] Si vnº tenet, & alius interficit: an pœna æquali teneāt? Et respó. q̄ sic. vnde hic nota q̄ cósentiē & facienti par pœna incúbit. *[SED ET SI PLVRES.]* Planus est. *[SI ALIVS MORTIFERO.]* Aliquis seruú ad mortem vulnerauit: & incertú erat,an mori deberet,vel non: & alius eundem seruú interfecit.queritur quis teneatur? Et respon. qui interfecit, tenetur: prior nó, nisi de vulnere. *[SI PLVRES.]* Erát plures,qui trabé portabát, & deiecerunt: & seruú interfecerút. omnes Aquil.tenétur. *[ITEM ET CVM EO.]* Ali quis canē irritauit, vel incitauit.tenetur in factum.ſ. vtili Aquil. legis.quæritur cui competat actio legis Aquil. Et respon. q̄ domino. *[SI IN EO.]* Vendidisti mihi seruú vitiosum:& aliquis in eo damnú dedit in decem. ago redhibitoria cótra te.quæritur an illa decem debeā præstare,vel restituere: vel actione legis Aquil. quam habeo cótra illú, prestare debeam? Et respon. q̄ sic. *[SED ET SI SERVVS.]* Seruú bona fide possidebā,qui vulneratus est, quærit an mihi possessori Aquil.directa cópetat? Et rñ. q̄ nó,sed in factú. *[EVM CVI.]* Si cómodo tibi vestes,& postea scindant: mihi nó tibi,cópetit act. Aquil. *[AN FRVCTVARIVS.]* Fructuario & vsuario datur vtilis Aquil. nó directa. Vi.

b *Pila.* illud quod proiicit vnus alij, dicitur pila. Vnde versus. Pila terit pultes: in bellis pila geruntur. Est pila pes pontis: pila lusus,pila taberna. Qui terit,est pilus: pilus est in fronte capillus. Ad tractum pili,mille ruere pili.

c *Teneri.* id est, quicumque fuerit culpabilis,ille tenetur.

d *Queri debere.* cum ipse hoc sciuit: non ita si ignorauit: cæcus forte vel peregrinus. Io. No. etiam hic,quòd imputatur ei,qui se posuit in periculum: vt.j. commo. l. fin.

e *Plures percusserint.* Sed quid a si vnus,& non apparet quis? Respó. nullus. arg. infra,de pœnis. l. absentem. ibi, sanctius enim &c.

f *Cuius ictu.* ictus enim cuiuslibet contemplari oportet: vt infra, ad leg. Cor. de sica. l. fi. Ir.

g *Tenetur.* alij autem tenetur, vt de vulnerato: vt.j. proxi. §. Acc.

h *Iulianus ait.* insolidum, scilicet quod est notandum: sicut & in actio. arbo. fur. cæ. vt.j. ar. furt. cæ. l. si plures. & in acti. quod

x. PAVLVS libro vicesimosecundo ad Edictum.

NAm lusus a quoq; noxius † in culpa est.

xi. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

ITem Mela scribit,si quú pila quidá luderent: vehementius quis pila b percussa, in tonsoris manú eam deiecerit,& sic serui,quē tósor radebat, * gula sit præcisa: ada cto * cultello: in quocúque eorum culpa sit, eú lege Aquilia teneri c. Proculus [ait] in tósore esse culpā. Et sanè, si ibi tódebat, vbi ex cósuetudine ludebaī, vel vbi trāsitus frequēs erat: est quod ei imputetur. quāuis nec illud malè dicatur, si in loco periculoso sellā habéti tósori se quis cómiserit, ipsum de se queri debere d. ℣ Si alius tenuit, alius interemit: is, q̄ tenuit, quasi causam mortis p̄buit, in factú actione tenebitur.

Ex pluribus, qui homicidio interfuerūt, ille tenetur Aquilia, cuius ictu quis periit. sed si non apparet, omnes tenentur: & vno soluente alter non liberatur in pœna. sed si ex interuallo plures percusserunt, vltimus solū de occiso tenetur. h.d. quandoque percusserunt eodem tempore, diuersis tamē ictibus: & hoc primo. quādoq; percusserunt diuersis temporibus: & hoc secundo. quandoq; plures vna percussione: & hoc tertio. secunda ibi, Si alius. tertia ibi, Si plures. Bal.

℣ Sed si plures seruum percusserint e, vtrum omnes quasi occiderint teneantur, videamus. Et si quidē apparet cuius ictu f perierit: ille quasi occiderit, tenetur g. q̄ si non apparet, omnes, quasi occiderint teneri Iulianus ait h. Et si cum vno agatur, cæteri non liberantur. Nam ex lege Aquilia, quod alí præstitit, alium nō releuat, cum sit pœna i. ℣ Celsus scribit, si alius mortifero vulnere percusserit, alius postea exanimauerit: priorem quidem non teneri k quasi occiderit, sed quasi vulneraverit: quia ex alio vulnere periit, [sed] posteriorem teneri, quia occiderit. quod & Marcello videtur, & est p̄babilius. ℣ Si plures l trabem deiecerint, & hominem oppresserint, æquè veteribus placet omnes lege Aquilia teneri. ℣ Itē cū eo, qui canē irritauerat, & effecerat, vt aliquē morderet m: quāuis eum nō tenuit n, Proculus respódit, Aquiliæ actionem esse. Sed Iulianus eum demū Aquilia teneri ait, qui tenuit & effecit vt aliquem morderet, cæterū si non tenuit, in factum agendū. ℣ Legis autem Aquilię actio hero o cópetit: hoc est domino. ℣ Si in eo homine, quē tibi redhibiturus essem, damnū iniuria datū p esset, Iulianus ait, legis Aquiliæ actionē mihi competere: meque cū cœpero redhibere, tibi [quicquid fuero cósecutus,] restituturū q. ℣ Sed si seruus bona fide alicui r seruiat: an ei f competit Aquiliæ t actio? Et magis in factum u actio erit danda.

A me.cau.vt.ſ.quod me.cau.l.si cū exceptione.§.fin.& in actio.fur. vt.C.de condic.fur.l.j. Sed contra videtur, scilicet in dubio neminem teneri: vt.j.e.scientiam.§.cum stramenta. quæ est contra. Sol.ibi quando plures inter se damnū dederunt: hic quando alij.

i *Cum sit pœna.* bona ratio q̄ nó liberet vnus alium: vt hic,&.ſ. ca. nō estine quis eum, qui in ius mem⁹. 13.q. voc.l.fin. &.ſ. de iurisd. 2. textus. in om.iud.si quis id.§.fin. ca. sacris. & l.seq.&.j.de lib.cau. extra.de sel.vtique.&.j.si quis te- pul.vide qđ sta.liber esse iusſ.l.j.§.fi. not. in ca. Sed econtra videtur q̄ nolite. 11.q. vno soluente alij libe- 3. rétur. Azo.vt.ſ.de eo, per quē fac. erit.l.j.§.si plures. q̄ est contra. vbi de plurib⁹, qui dolo fecerūt, quo minus in iudicium quis veniat, dicit. So. ibi prosequitur, & agit ad interesse: & ideo cęteri liberantur, cū amplius actoris non interſit: hic p̄sequitur pœnā. nā hæc actio est pœnalis, tam in duplo, quod per inficiationē cresćit, q̄ ex eo qđ cresćit ex repetitióe facta retro: vt inst.e.§. his autē verbis. & in tali pœna intellige hic, q̄ vnº aliū nó liberat. de simplo autē sic: vt in cō dictione furtiua: vt. C. de cōdic. fur. l.j. multo magis hic, sicut & argumē tatur.j.e.illud. Sic ergo etiá nō ob. quod est.j. loca. si vulnerauerit. q̄ est cótra. vbi locati actio, per hāc tollitur, & ecótra. nec ob.j. cómo. l. vnde quæritur. in fi. q̄ est contra. Nā quātum ad pœnā vnus alterum nó liberat, sed in eo, q̄ est rei persecutio, sic. præterea in. l. illa loca. vnus fuerat, qui damnū dederat. Item contra.j. si fami. fur. fe. di. l.j. in fi. So. ibi familia p̄ vno habetur: vnde tāquam vnius nomine dominus tenetur: vt.j.e.l. illud. Iteē cótra.j. de act.& obli. l. qui seruū. §. fi. vbi eundem cómodatarium commodati. &. l. Aquil. conueniri dicit: & alteram tolli per alterā. Sol. ibi damnum erat ab vno datum,& ideo simplo præstito releuatur à pœna: quia simplū præstitit. hic à plurib⁹: & ideo præstito simplo,& pœna, nihilominus alius tenetur. vel hic tantū pœna prestita fuit. Item contra.j.e.tit. &. l. quidem insolidum. Sol. ibi nō est pœna respectu accipientis.

Dubitatiō omnes deb̄et euade- re cōcor. in ca. nō estine mem⁹. 13.q. 2. textus. in ca. sacris. extra.de pul.vide qđ not. in ca. nolite. 11.q. 3. Bart. ſ. et l. ter. Hinc c. Com. ſ. fin. Bal. ſ.

Solutio vni⁹ an alios liberet.

k *Non teneri.*.j.e.l.item vulneratus.§.j. contra. Sol. vt ibi.

l *Si plures.* de hoc dixi plene.ſ.§. sed si plures. Accursius.

m *Morderet.* quia suo corpore damnū dedisse videtur. & facit.ſ. titu.j.l.j.§. sed & si. Sed contra.ſ. de dolo. l. & eleganter.§. si quadrupes. Sol. vt ibi.

n *Tenuit.* dum mordebat, vel cum immittebat. Accursius.

o *Hero.* Hoc est domino: vt infra, eo.l. ob id.& ab hero dicitur hæres, id est, dominus: vt insti. de hære. qua.& dif.§. ité extraneus. & quod hic dicit, dari domino, scilicet directa: vtilis autē etiam non domino: vt.j.ea.l.§. fin.

p *Datum esset.* à quodam tertio. Accursius.

q *Restituturum.* aliàs enim non admittitur ad redhibitoriam: vt j. de ædil. edic. l. cum autem. §. fin. &. l. seq.

r *Alicui.* habenti in eo titulum.

ſ *Ei.* scilicet possessori.

t *Aquiliæ.* pro eo, quòd seruus est vulneratus. Azo.

u *In factum.* vt.j.e.ſi dominus. quæ p̄pter operas quas bo.fi.pos. amisit, dat: vt arg.j. de ædil. edic. l. iustissimè. §. fi. Sed cótra aduer-

BIU Cujas

sus bo.fi.pos.datur directa domino:vt.ff.de peti.hære. si à patre.§. si possessor.&.ff.e.si eo.Quid autem si hic possess.titu. non habet: an ei dabitur?Respon.non videtur:vt arg.infra,de reli.l.ij.§.j.& de ser.cor.l.j.§.j.Accursius.

a *Non posse.*aliter de pauperie,de qua agitur,si interfit cõmodatarij : vt .ff. si qua.pau. fe.di.l.ij.Alij dicũt, ꝙ hic agit,si interfit: arg. d.l.Sed hæc lex expressè est contra eos.

b *Vtile.*vt.ff.de vsufr. locum.§.fi.etiam si dominus fecerit damnũ: vt.j.l,proxi.&.ff.de dolo.l.arbitrio.§. si dominus.&.ff. de vi & vi ar. si plures.§.deiectũ.Sed contra.ff.arbo.fur.cę.l. cædere.§. is cuius. vbi simpliciter fructuario actio denegatur.sed ibi de directa intelligitur: vtilis autem actio dabitur:vt hic,&.ff.de aqua plu.arc.si vsusfru.Acc.

Sed & si.]*CASVS.* Dominus proprietatis interfecit seruum, in quo habeo vsumfru. an mihi danda sit actio contra dominũ? Et respon.quòd sic in factũ, ad exemplum.l. Aquil. scilicet pro parte mea, id est,pro eo,quod habeo in seruo. & non solum damnum meũ debet obseruari : sed etiã vsusfru. futuri temporis.Viuianus.

†*Cõcor.tex. ẽca. si nõ licet.23.q.5.* †*Hãc sententiam copiosè explicat.August. lib.1. de Ciuit.dei*

c *Danda est.*vtilis,scilicet ad exemplum directæ.

d *Pro portione.* id est, non habita æstimatione proprietatis.Acc.

e *Meus.*id est, quanti etiam prius valuisset vsusfr.in seruo. Sed cur in infante non fit æstimatio retro ante natiuitatẽ:vt.ff.eo.ide Neratius.§. si infans? Respõ.quia ibi nulla in id tẽpus posset fieri æstimatio.

Liber.]*CASVS* vsque ad.l. si dominus,sic ponitur:Homini libero manus incisa est.an ei directa Aquil.competat?Et rñ.quòd non : sed vtilis sic. [*FVGITIVI.*] Seruus meus fugit à me ad te,& tu eum possidebas. quidam illum seruum vulnerauit.an mihi,vel tibi detur actio,quæritur . Et respon.quòd mihi.[*SI HOMO.*]Possidebam aliquem bona fide: & ipse mihi damnum dedit in re mea. quæritur , an mihi Aquil. competat?Et respon.quòd sic. Sed pone, Titius decessit : hæredem instituit:hæreditas nondum adita erat.seruus qui erat in hęredi.vulneratus fuit.cui competit Aquil? Et respon. quòd hæreditati,cum vicem domini sustineat:postea hæredi adita hæreditate:sed ante non:cum non sit dominus,nisi adita hæreditate.[*SI SERVVS.*]In testamento tuo seruum tuum legasti. post aditã hæreditatem fuit occisus.an mihi competat actio.l. Aquil? Et rñ. quòd sic,si volo eum habere.Secundo dicit, quod si repudiauit legatum:an hæredi detur?Et respon.quòd sic.Tertio dicit, quòd si hæres occidit,an mihi legatario contra hæredem detur actio? Et respon.quòd sic.Quarto dicit,quòd si mortuus fuit ante aditã hæreditatem:an competat hęredi?Et respon.quòd sic.Quinto dicit,quòd si vulneratus fuit ante aditã hæreditatem: an hæredi tũ competat?Et rñ.ꝙ hæredi:sed hęres debet eam cedere mihi legatario.[*SI SERVVS VVLNERATVS.*] Seruũ meum vulnerasti:qui postea ruina,vel naufragio periit.de vulnerato,nõ

A

ℱEum,cui vestimenta cõmodata sunt, non posse[a],si scissa fuerint,lege Aquilia agere: Iulianus ait,sed domino eam cõpetere.ℱAn fructuarius,vel vsuarius legis Aquiliæ actionem haberet,Iulianus tractat.Et ego puto melius, vtile[b] iudiciũ ex hac causa dandum.

XII. PAVLVS libro decimo ad Sabinum.

B

SEd & si proprietatis dominus vulnerauerit seruũ, vel occiderit , in quo vsusfructus me[o] est:danda est[c] mihi ad exemplum legis Aquiliæ actio in eũ,pro portione[d] vsusfructus, vt etiã ea pars anni in æstimationem veniat,qua nondum vsusfructus meus[e] fuit.

XIII. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

LIber homo suo nomine vtilem Aquilię habet actionem[f]. directã enim nõ habet: quoniam † dominus membrorum suorum † nemo[g] videtur.

C

Fugitiui[h] autem nomine dominus habet[actionem.]ℱIulianus scribit,si homo liber bona fide mihi seruiat,ipsum lege Aquilia mihi teneri[i].ℱSi seruus hæreditari[p] occidatur:quęritur quis Aquilia agat, cũ dominus nullus sit huius serui?Et ait Celsus,legem[k] domino dãna salua esse voluisse. domin[o] l ergo hęreditas habebitur:quare adita hæreditate, hæres poterit experiri.ℱSi seruus legat[p] post aditam hæreditatẽ sit occisus,competere legis Aquiliæ actionẽ legatario,si non* post mortem serui adgnouit legatum. quòd si repudiauit, consequens esse ait Iulianus dicere hæredi competere.

XIIII. PAVLVS libro vicesimosecundo ad Edictum.

D

SEd si ipse[m] hæres eum occiderit: dicẽdum est,* dandam in eũ legatario actionem.

XV. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

HVic scripturæ consequens est dicere, vt si ante aditã hæreditatẽ occidatur legatus[n] seruus, apud hæredem remaneat Aquilię actio,per hęreditatem[ei] adquisita[o]. Quòd si vulneratus sit ante aditam hæreditatem, in hæreditate quidem actio remansit: sed cedere[p] eam * legatario hæredem oportet.ℱSi seruus † vulneratus mortifere[q],postea ruina,vel naufragio,vel alio ictu maturius[r] perierit:[non quasi] de occiso agi nõ posse,sed quasi de vulnerato.sed si manumissus,vel alienatus,ex vulnere periit : quasi de occiso agi posse Iulianus ait.Hęc ita tam variè, quia verum est,eum à te occisum[esse,]tunc[f],cum[eũ] vulnerabas : quod mortuo eo demũ apparuit.[at] in superiore non est passa ruina apparere, an sit occisus. Sed si vulneratum mortifere,liberum & hæredẽ esse iusserit[t]*: deinde decesserit[u] :hæredem eius[x] agere Aquilia non posse[y]:

de occiso teneris.sed si illũ seruũ quẽ vulnerasti: vel alienauis, vel manumisi:& postea periit ex tali vulnere:quæris an mihi de occiso cõpetat?Rñ.quòd sic.Secus superiori casu: quia propter ruinã non potui scire,an sit occisus ab illo,qui vulnerauit, an à ruina.

[*SED SI VVLNERATVM.*]Seruũ meũ mortifere vulnerasti: ipsum instituisti,& hæredem,& liberum:& me mortuo fuit hæres, & liber. quæritur,an possit agere pro damno sui ipsius?Et dicit,ꝙ non,nec etiã heres liberti:quia si liber esset vulneratus, nõ agetur : nec modo agitur, licet seruus erat cui fuit vulneratus: quia est liber cum agere vult.& sic deuenit in eum casum &c. Viuianus.

---

l *Dominus.*id est,pro domino.

m *Sed si ipse.*facit.ff.de dolo.& eleganter.§.item si.Accursius.

n *Hvic scripturæ.Legat[o].*& sic nõdũ erat legatarij:vt.d.l.de dolo.&de leg.j. si seru[o] legat[o].§.cũ homo.&ideo nec actio ei cõpetere potest,& hęres liberatus est,si sine dolo suo hoc faciat.

o *Adquisita.*& sic cũ lucro hęredis morit:vt.j.de lega.j.filiusfi.

p *Sed cedere.*in superiori casu nõ:quia interitu speciei sit liberatus,nisi hæres occidat:vt.j.de leg.j.quid ergo.§.si hæres.tũc enim distinguitur:merentem, vel non : vt ibi dicit.hic autem tenetur, quia vulneratum præstare debet,quem habet.

q *Mortifere.*vt putabatur,non tamen erat certum.& sic non est contra infra,eo.ita vulneratus.

r *Maturius.*quàm ex priore vulnere moriturus putabatur.Azo.

s *Tunc cum eum.*sic postea factum retro trahitur:vt.j.eo.ait.§.j. &.j.de sol.qui res.§.j.&.j.de dam.infect.damni.§.Sabinus.

t *Iusserit.*scilicet dominus.

u *Decesserit.*s.dominus.vel dic,scilicet vulneratus.

x *Hæredem eius.*scilicet libertum ipsum.Vel dic,hęredem liberti:vt infra,eo.l.nam sicut.§.si dominus.& tunc dic,decesserit,scilicet vulneratus.Accursius.

y *Non posse.*ad æstimationem forte:aget tamen ob impensas,& operas,vt diximus.ff.eo.l.qua actione.§.si quis in colluctatione.

Quia

a *Via in eum casum.* mala ratio, secundum quosdam, quia non est generalis: vt. ff. de act. & obli. l. quæcũque. & erit sensus: venit quidem in eum casum: quia decessit vulneratus; qui si vulneraretur hodie, post mortem tunc agi non posset. Vel dic, quòd si liber occideretur, vel vulneraretur, sicut hic fuit, post vulnera hæres eius non agit, secũdũ Io. & ambæ secundũ secundã positionẽ casus. vel secundum primã positionem optima est ratio. & sit sensus, vt dixi mus: quia liber sui æstimationem petere nõ posit. Est enim ipossibile, q̃ quis seruus, vel liber aliquo casu, vel tẽpore, vel modo, possit petere æstimationẽ a suipsius. & sic non reprobatur hæc ratio per illam, quęcũque. quia seruo meo vulnerato, & manumisso: licet tũc nõ posset incipere mihi cõpetere actio, præsenti statu inspecto, nõ est tamen impossibile: quia posset redigi in meam seruitutẽ iterũ. & sic ibi loquitur in. l. quæcũque. & secundũ hoc decesserit. s. dominus. Posset & alia ratio assignari, si hæc dicatur insufficiens: quia sit absurdum, q̃ aliquis sui petat æstimationem: vt infra, eo. l. nam sicut. §. si dominus seruũ. & ita hic subaudii, maximè. Item no. hic arg. quod est hic expressum: vt. ff. de seruit. l. pro parte. & infra, de reg. iur. in ambiguis §. j. Sed arg. cõtra instit. de leg. §. ecõtrario. & infra, de constitu. pecu. item illa. §. quod adiicitur. Accursius.

XVI. MARCIANVS libro quarto Regularum.

QVia in eũ casum[a] res peruenit, à quo incipere non potest.

XVII. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

SI dominus seruũ suũ occiderit: bonę fidei possessori[b] vel ei, qui pignori accepit, in factum actione tenebitur[c].* [Si cõiunctim duobus legetur Stichus, & alter eorum occisum[d] repudiauerit, puto coniunctũ solũ posse Aquilia agere: quia retro accreuisse[e] dominium ei videtur.]

XVIII. PAVLVS libro decimo ad Sabinum.

SEd & si is, qui pignori seruũ accepit, occidit eum, vel vulnerauit: lege Aquilia, & pigneratitia cõueniri potest: sed alterutra contentus esse debebit actor.

XIX. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

SEd si communem seruũ occiderit quis, Aquilia teneri eum Celsus[f] ait. idem est, & si vulnerauerit:

XX. IDEM libro quadragesimosecundo ad Sabinum.

SCilicet pro ea parte, q̃ qua dominus est, qui agit.

XXI. IDEM libro octauodecimo ad Edictum.

AIt lex: *Quanti is homo in eo anno plurimi fuit*[g]*. quę clausula æstimationem habet[h] dãni, quod datum est. Annus autem retrorsus computatur, ex quo quis occisus est. Quòd si mortiferè fuerit vulneratus[i], & postea post longum interuallum mortuus sit: inde annũ numerabimus, secundum Iulianũ ex quo vulneratus est: licet Celsus contra scribat[k]. ℣ Sed vtrũ corpus eius solum æstimamus, quanti fuerit, cùm occideretur: an potius quanti interfuit[l] nostra non esse occisum? Et hoc iure vtimur, vt ei, quod interest,[m] fiat æstimatio.

XXII. PAVLVS libro vicesimosecundo ad Edictum.

PRoinde[n] si seruum occidisti, quem sub pœna tradendum promisi: vtilitas[o] venit in hoc iudiciũ. Itẽ causæ corpori cohærentes ęstimantur[p] [veluti] si quis ex comœdis, aut symphoniacis, aut gemellis, aut quadriga, aut ex pari mularum vnum, vel vnam occiderit: non solum enim perempti corporis ęstimatio faciẽda est, sed & eius[q] ratio haberi debet, quo[r] cætera corpora depretiata sũt.

I domin[s].] CASVS. Ex causa donatiõis, quia tibi fuit donat[s], vel quia tibi fuit obligatus: & sic iusto titulo seruum meũ possidebas. illum ego interfeci. an tibi teneat? Et rñ. quòd sic in factũ act. [*SI CONIVNCTVM.*] Mihi & tibi Stichũ legauit alius. Titius interfecit. tu repudiasti. mihi insolidũ Aquil. cõpetit.

a *Via.* ff. Vetus.

b *Possessori.* qui habet titulum. Accursius.

c *Tenebitur.* s. ad interesse. & sic non meruit occidi: vt. j. de pig. l. seruũ. & s. eo. item Mela. §. si in eo. in fi. §. secus si meruit: vt. j. eo. qui occidit. Idem in actione furti, vt competat creditori: vt. j. de fur. itaque. §. sed & si res. Accursius.

d *Occisum.* scilicet Stichum. Azo. post aditam hæreditatem: vt supra, eo. l. liber homo. §. vlti. Accursius.

e *Accreuisse.* vt &. j. ea. l. Titio. & l. nam sicut. sed certè immo magis non decreuisse: vt. C. de cadu. tol. §. pe. Accursius.

Sed & si.] CASVS. Creditor occidẽs seruũ sibi obligatũ, tenet Aquil. & pigneratitia. Itẽ socius, tenetur pro parte socij sui.

f *Celsus.* vt. j. e. si seru[s] seruũ. §. j. &. j. pro soc. sed si ex furtiua causa. §. j. &. j. communi diui. & si non. §. venit. Sed ar. contra. j. de iur. itẽ apud Labeonem. §. si cõmunem. sed ibi in iniuria dicit. Ac.

Ait lex.] CASVS. In primo suo capite loquit lex Aquil. qd teneatur occidẽs dare: & dicit q̃ tenetur dare quãti plurimi fuit in anno retro. cõputatur autẽ annus à tempore, vel die occisionis, vel vulneris. [*SED VTRVM.*] Et fit æstimatio, qđ nostra interest. & de hoc ponit exemplum. Ecce vendidi seruum: & promisi illum sub pœna. x. tradere: & antequã traderem, mortuus fuit. certè æstimantur corpori cohærentia: vt puta vnum ex comœdis meis, qui simul cantabant, & vnus sine alio cantare nesciebat, occidisti: an non solum illius occisi, sed etiam alterius faciẽda sit æstimatio, quæritur. & respon. quòd sic. Viuianus.

g *Fuit.* tantum dare domino damnas esto: vt. s. e. l. ij. Accur.

h *Habet.* id est continet.

i *Vulneratus.* quia tunc fingitur occisus: vt supra, eo. huic. §. si seruus. ibi, hoc ita tam variè &c.

k *Scribat.* sed malè. Azo.

l *Interfuit.* scilicet tempore occisionis.

m *Quod interest.* tẽpore quo occiditur: vel ĩtra annum: vt. j. eo. l. pe.

n *PRoinde.* Sed an stipulatori hæc actio ceditur. s. Aquilia. *Flo. fuisset* & cedẽdo liberetur? Videtur quòd sic: vt. s. eo. huic. Sed illa de vulnerato tãtũ loquitur: sed seruo occiso ante aditã hæreditatem nõ ceditur, vt ibidẽ dicitur: quia hæres liberat interitu rei: & sic hic. Sed quid si postea occidatur seruus hęredis legatus, nõ testatoris: an ceditur actio? Nihil ibi dicit: puto tamẽ q̃ nõ: quia ĩteritu speciei est liberatus. secus si vulneratus tantũ: quia tũc cedet, sicut & in re vẽdita contingit: vt. j. de ac. emp. Iulianus. §. si fructibus. & facit ad hãc. l. infra, de fur. inficiãdo. §. si tibi. & de verb. obli. liber homo. §. fi. &. j. de ser. expor. l. seruus.

o *Vtilitas.* quæ mihi deficit ex eo, q̃ seruum non possum soluere: & ideo ad pœnã teneor. & dic, q̃ fuit occisus post moram: sed ab anno citra non fuerat in mora, vt euitetur oppositio, q̃ nõ videatur habere locũ, q̃ hic dicit. aut est in mora, aut nõ. si est in mora tẽpore occisionis, nõ cadit in pœnam: ideo quia iam occiderat post moram: nec liberari poterat dando seruum: quia in mora fuit. si non fuit in mora, interitu speciei liberatus videtur. Accur.

p *Æstimantur.* vt statim subiicit exempla, si quis &c.

q *Sed & eius.* s. cuius seruus est occisus: vel est neutri dictio, eius.

r *Quo.* i. inquantũ. & facit in hoc, q̃ habeatur ratio deteriorationis aliorũ. j. de ædil. edic. ædiles aiunt. §. fi. &. l. seq. & instit. eo. §. itẽ si quis. Sed cõtra. j. ad. l. Fal. l. ptia. &. j. eo. si seru[s]. vbi non ex affectiõe fit æstimatio. Sol. nec hic fit: sed dicit haberi rationẽ ei[s].

INde Neratius.] CASVS. Hæc lex ex superioribus pendet. & ipone: Seruum meum Titius instituit. aliquis eum interfecit, antequã per eum hęre. acquireręd, id est ante aditã hære. Dicitur hic, quòd corporis sui, & hęre. acquirendæ fiet æstimatio. [*IVLIANVS AIT.*] Stichum seruum meum instituit hæredem, & liberum: quòd si hæres non esset, Titium, vel Mæuium substitut. Titius erat mihi agnatus proximus: & si non fecissem testamentum, Titius mihi ab intestato succederet. & antequam decederé, quidam occidit dominum Stichi. tandem ego decessi. quæritur an substitutus, vel legitimus posit agere? Dicit q̃ non, pro æstimatione hære. & hoc, quia eã habent. sed certe, nec pro pretio serui: quia est potius proficuũ, quã damnũ substituto, vel legitimo de morte Stichi. [*IDEM IVLIANVS.*] Institutus fui, si Stichũ seruũ meum manumitterem: & antequam manumisissem, occisus fuit. Distinguitur: aut post mortem testatoris: & tunc non solum corporis, sed etiam hære. fit æstimatio. si ante, tantum corporis. [*IDEM IVLIANVS.*] Seruo meo pictori pollicẽ præcidisti. intra annum, & antequam finiretur annus, fuit occisus. Dicitur hic, quòd æstimatur pro eo tempore, quo fuit pretiosior. [*SED ET SI.*] Si seruus meus negotia mea gesit, & malè: & antequam subiiceré eũ quęstionibus, fuit occisus: dicitur hic, q̃ nõ solũ corpus serui æstimatur, sed etiã interesse serui venit, qđ habeo

ex eo, quòd non potui scire participes fraudis. Cætera sunt plana usque ad. §. si dolo. [*SI DOLO.*] Non solũ. l. Aquil. punitur, sed etiam. l. Corne. agere possum pro seruo meo dolo occiso: vt hic, & insti. e. §. liberi. [*HAEC ACTIO.*] Si occidisti seruũ, & cõfiteris, teneris: & iudex ammodo non inquiret, vtrum debeat cõdẽnare, vel absoluere: sed examinabit quantum seruus valebat.

[*SI QVIS HOMINEM.*] Audiui rumores, quòd Titius occiderat vnũ seruũ meũ: veni, & conueni Titiũ Aquil. & confessus est se occidisse. tandem offert seruũ. quæritur an teneatur Aquil? Et dicit, q̃ nõ in hoc, quòd sit ab aliquo occisus. nõ enim omnimodo condemnãdus est, sed oportet eũ esse occisum ab aliquo. Secundo dicit, idẽ in vulnerato. Tertio dicit in mortuo sua morte quẽ Titius fuit confessus occidisse, nõ tenetur. [*SI PROCVRATOR.*] Titiũ ad ius vocaui. Seius procurator Titij confessus est Titium occidisse. certè ex hac confessione non fit præiudiciũ domino per procuratorem. Idem in tutore, vel curatore: quia ipsi sunt, qui tenentur: si modo constat seruũ per aliquem occisum. Postea addit, ex quo confitetur quis se occidisse: iudex nõ quærit, quis occiderit, nec super hoc ꝓbationes exigũtur: sed bene inquirit quantũ valebat. Vi.

a *Institut⁹.* ab extraneo.

b *Æstimationem.* nã ipsam hæreditatem iure communi habet.

c *Venire.* vt insti. e. §. illud. &. j. de fur. si quis vxori. §. si seru⁹. &. j. ad exhi. sed & si. in prĩ. Ac

d *Occisus fuerit.* s. in vita domini. aliàs statim esset hęres, & liber, & cessarent substitut⁹, & legitimi testatoris. vel dic, q̃ fuit sub cõditione institutus.

e *Legitimũ.* s. testatoris.

f *Quæ.* s. actio Aquil. vel quæ hæreditas: vt. j. eo. §. q̃ si viuo.

g *Vera est.* iure ergo communi habebit institutus, vel legitim⁹, non per Aquil.

h *Pretii.* scilicet serui.

i *Liber.* maius autem damnum esset non esse occisum, quia si viuus esset, liber & hæres esset. & sic hoc casu, nec legitimi, nec substituti interest. secus si in partem tantum sit hæres: vt. j. eo. l. nam sicut. in fi. Accursius.

k *In æstimationem.* s. damni: vt infra, de condic. fur. l. iij.

l *Defecit cõditio.* q̃d si occisor soluẽdo nõ fuerit: an habeatur pro impleta? Arg. q̃ sic. ş. de eo per quem fac. erit. l. fi. j. respon. Azo.

m *Quia retrorsum.* & quia mihi nõ videtur quæsitũ, vel amissum, q̃ ex alieno pendet arbitrio: posset enim testator mutare voluntatem, secundũ Azo. secus autẽ, si naturaliter mortuus esset, cum per eũ non stetisset quo minus cõditio impleret: quia habebit hęreditatẽ: non tamẽ ab interfectore: vt. j. de cõdi. inst. l. quæ sub cõditione. §. quotiens. quæ est cõtra ad hoc, & superius respõsum. secus tamen est, quando mihi est relictũ, & alij imposita est condita. s. lego tibi certũ, si tibi nupserit filia, aut illi. tũc enim morte interueniente nihil cõsequor. sec⁹ si stet per factũ suũ: vt quia nolit: vt. C. de cõdi. inser. l. legatũ. & de insti. sub cõdi. fa. l. j. secũdũ Io.

n *Eruerentur.* id est, iudicarentur. Accursius.

o *Noxa.* i. ipse seruus qui est noxa. sed si hoc velim consequi, nõne probabo, & alios fraudem participasse? sed si hoc est, quare non agã contra illos qui fraudẽ participauerunt? Rñ. licet probem quosdam fraudẽ participasse; nõ tamen conuenio eos, qui decesserunt: & seruus mihi eos indicasset antequã decederet: vt ş. de eden. l. argentarius. §. fi. secundum Azo.

p *Vixit.* ş. eo. sed si p. prietatis. argu. contra. Sol. vt ibi.

q *Dari constat.* nisi in casib⁹: vt. ş. e. l. §. j. & j. eo. l. nã sicut. §. si dñs.

r *Ex damno.* vt puta bouem occidisti, & eius carnes hæres tuus comedit.

s *Lege Cornelia.* s. de sicariis. Et sic no. etiam pro seruo habere locũ l. Cor. de sic. vt hic, & inst. eo. §. liberum. &. j. ad. l. Cor. de sica. l. j. §. j. &. j. de præscrip. ver. l. qui seruandarum. §. j. *Civilis.* Item not. non tolli crimen *crimenta-* minalem per ciuilem: *nõ tollit* vt hic subiicit, & Cod. quando ci. ac. præ. cri. l. j. & sic est contra, infra, de pub. iudic. interdum. Solu. interim, dum vna agitur, altera non intenditur: vt in l. cõtraria. &. j. vibo. rap. l. ij. §. hoc edicto. eo autem finito sic: vt hic dicitur.

t *In duplum.* quid autẽ duplatur? Respõ. quicquid erat simplandum: vt supra, eo. l. ait. in fi. & supra, quod me. cau. si cum. §. quadruplabitur. & infra, de ser. cor. l. in hoc. &. j. de lib. cau. l. non tamen. Sed argu. cõtra. j. de fur. l. i actione furti. j. rñ. Dic, vt ibi. Itẽ nunquid pœnitere potest? Rñ. videtur q̃ sic, vsque ad lit. contest. vt. j. de noxa. l. electio. §. neque. Item no. hic, ex mendacio *Punitur* quẽ puniri in plus: vt. j. de iureiur. l. eum qui. in prin. &. C. eo. l. cõ *quis ad* tra negãtẽ. & de condic. inde. l. ea quæ. &. j. quod cum eo. sed & si *duc.* ex. §. interdũ. & in auth. de triẽ. & se. §. si quis autẽ. &. §. illud quoque. col. iij. &. j. de inter. act. l. de ætate. §. si cũ esset. Itẽ, an idem in actione in factũ, vel vtili Aquil. vt in fi. cias teneatur in duplũ? Rñ. sic, vt. C. eo. l. pe. & in auth. de trien. & se. §. studium. col. iij.

u *Confiteatur.* scilicet in iudicio: aliàs non valet: quod dic, vt infra, de interro. actio. l. j. in fi. Accursius.

x *Confessus.* quasi sit confessio contra naturam, vel impossibilis. vnde nõ valet: vt hic, &. j. de ĩterrog. act. l. cõfessionib⁹. & l. fi. is.

y *Confessoriã actionem.* i. actũ confessionalẽ confessi: vel cõfessio ipsa remittit actori hoc ius, vt nõ cogatur probare eum conuentum occidisse, cogitur tamẽ probare eum occisum esse à quocũque, si alter probet viuũ: aliàs satis erit, si confitetur occisum, & à se, vt hic, & ita actio ponitur pro actu: vt in auth. de nõ alie. §. minus.

XXIII. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

INde Neratius scribit, si seru⁹ hæres institutus[a] occisus sit, etiam hęreditatis ęstimationẽ[b] venire[c]. Iulianus ait: Si seruus liber & hæres esse iussus, occisus fuerit[d]: neque substitutum, neque legitimum[e] actione legis Aquiliæ hæreditatis ęstimationem consecuturũ, quæ[f] seruo competere nõ potuit. Quæ sententia vera est[g]. Pretij igitur solummodo fieri æstimationem: quia hoc interesse solùm substituti videtur. Ego autem puto, nec pretij[h] fieri æstimationem, quia si hæres esset, & liber[i] esset.

Conditio potestatiua, quando impeditur per factum hominis, non habetur pro impleta: secus si impediretur per factum naturæ. Baldus.

Idem Iulianus scribit, si institutus fuero sub conditione, *si Stichum manumisero*, & Stichus sit occisus post mortem testatoris: in æstimationem[k], etiam hæreditatis pretium me consecuturum, Propter occisionem enim defecit[l] conditio. Quòd si viuo testatore occisus sit, hæreditatis æstimationem cessare: quia retrorsum[m] quanti plurimi fuit, inspicitur. Idem Iulianus scribit æstimationem hominis occisi, ad id tempus referri, quo plurimi in eo anno fuit. Et ideo & si pretioso pictori pollex fuerit præcisus, & intra annum quo præcideretur, fuerit occisus: posse eum Aquilia agere: pretióque eo ęstimandũ, quanti fuit, priusquã artem cũ pollice amisisset. Sed & si seruus, qui magnas fraudes in meis rationibus commiserat, fuerit occisus, de quo quæstionem habere destinaueram, vt fraudium participes eruerentur[n]: rectissimè Labeo scribit tanti æstimãdum, quanti mea intererat fraudes serui per eum cõmissas detegi: non quanti noxa[o] eius serui valeat. Sed & si bonę frugi seruus intra annum mutatis morib⁹ occisus sit: pretium id æstimabitur quãto valeret priusquam mores mutaret. In summa, omnia commoda, quæ intra annũ quo interfectus est, pretiosiorem seruum facerent: hæc accedere ad æstimationem eius dicendum est. Si infans sit occisus nondum anniculus, verius est sufficere hanc actionem vt æstimatio referatur ad id tempus, quo intra annum vixit[p]. Hanc actionem & hæredi, cæterísque successoribus dari[q] cõstat. sed in hęredem, vel cæteros hæc actio non dabitur, cum sit pœnalis, nisi fortè ex damno[r] locupletior hæres factus sit. Si dolo seruus occisus sit, & lege Cornelia[s] agere dominũ posse constat: & si lege Aquilia egerit, præiudiciũ fieri Corneliæ non debet. Hæc actio aduersus confitẽtem competit in simplum, aduersus negantẽ in duplum[t]. Si quis hominem viuum falso confiteatur[u] occidisse, & postea paratus sit ostẽdere hominem viuum esse: Iulianus scribit cessare Aquiliam: quamuis confessus[x] sit se occidisse. Hoc enim solũ remittere actori confessoriã[y] actionem, necesse habeat docere eũ occi-

BIU Cujas

minus.col.ij.&.j.de donat. inter vi. & vxo.l.iij.§.fi. Aliter autem accipitur actio confessoria in seruitutibus: vt.ff. si ser. vin.l.ij. in prin. Vel dic, quòd actio confessoria dicitur actio legis Aquiliæ: quæ datur in confitentem ex confessione sua. illa enim actio remittitur actori, id est confitenti, & agenti: nũc etiam probãti hominem viuum esse. Et ita soli probanti: vt sic qui agit Aquilia, nõ habeat necesse probare eum occidisse, qui cõfessus est. & quòd dicit hoc solum, id est, hoc casu tantum, quo probare paratus est hominem viuum. Sed an idẽ sit in contractibus: vt ita demum obligetur, si alius cõtraxit. Item, an idem in legato: vt sit necesse probare ab aliquo relictũ, quod quis confessus est se debere, illo ꝓbante se nõ cõtraxisse, vel legatũ nõ esse? M.ic.ar.huiꝰ.§.&.j. de interro.act.l.cõfessionib. Sed Bul. & Io. dicũt aliud in istis, quã in l.Aquil.vt.C.de nõ nu. ꝓpoe.auth.cõtra qui ꝓpriam. ibi enim à nullo erat debitum: quia erat solutum, & tamen creꝺit pœna per inficiationem: sicut & in casibus propositis datur ex confessione: vt nõ possit probare contrariũ. & hic nõ est opus ab alio probari debitum. & sic pro eis.j. de confess.l.iij. Item si ex hac actione sit solutum, vel ex alia, quæ crescit per inficiationem: dicit lex non repeti: vt.C.de condic. inde.l. ea quæ. & insti.de ob.ex quasi contra.§.fi. quod non potest repeti: licet soluens non dederit damnum: dummodo ab aliquo sit datũ: vt hic in confessione dicitur. Sed quid est quod nõ repetitur? Respon. secundum M. illud quod erat duplandum: vt si erat damnũ decẽ, & ea soluit: nõ possit repetere. sed si erat dãnũ decẽ, & solverit quindecim ignorãs, repetit quinq;: quia ista quinq; nõ erat duplãda. Sed Ioã. dicit nil etiã hoc casu repeti, cũ duæ dictę leges dicãt simpliciter, soluta ex causa, quę crescit ꝓ inficiationẽ, nõ possit repeti. Itẽ an liberet occidẽs? Dic vt.j. de inter.act.l.qui seruũ.

a *Aquocũque.* cum quo tamen per occisionem erat actio: vt.j. de interroga.actio.l.confessionibus. Et ideo si à furioso occisum cõfitear me occidisse: non teneor, secundum Io. licet sit arg. cõtra. ex hac.l. Quid ergo, si seruꝰ meus occidit conseruum suum, & tu confiteris, etiam in iudicio te occidisse? Rñ. te teneri: nisi possis probare contrarium: quia licet seruus meus non sit mihi ciuiliter obligatus: est tamen naturaliter. Item not. hic non audiri probãtem contra cõfessionem suam erroneã: arg. C.de iur.& fac.igno. l.error. Sol. hic speciale: vt & alia multa. Accursius.

b *Hoc apertius. Circa.* quod dictum est in eo, qui viuit, quem confiteor me occidisse. Accursius.

c *Proinde. Mortuꝰ.* ergo nõ omnis mortuꝰ est occisus: sed quilibet occisus est mortuꝰ: vt hic, & isti. eo.§. pterea si me. Azo.

d *Quisquis alius.* vt defensor sine mandato.

e *Confiteatur.* falsò. Quid autem si verum? Respon. datur in dominum vtilis, ex confessione: nisi sit procurator sine mandato.

f *Absentem.* s. dominum, vel pupillum, adultum, vel furiosum. nam tunc dabitur in eos, scilicet tut. vel cura. vel procura. vt hic, non aũt sit prætudiciũ defenso, vt.j. de interrog.act.l.si defensor. &.j. de cõfess.l.certum.§. sed an. nisi mandatũ fuerit specialiter de confitendo, vel ratum habitum: vt.j. de interrog.act. qui seruum.

g *Non rei iudicandæ.* id est, vt iudicet damnum sit datum, vel nõ, cum præcedenti probatione, nullæ enim &c.

h *Sed æstimandæ.* id est, vt æstimet damnum datum, quantum sit. Quid enim si ille qui agit, malit probare dãnũ datum, & magni litẽ facit: reus vero fatetur se occidisse: & paratꝰ est soluere æstimationẽ? Certe de hoc cognoscit: vt.j.l.proxi. Vel dic, magni, id est, pro magno onere habet litigare, & probare; certe non auditur, ex

diſſe: cæterum occiſum eſſe hominẽ à quocũque[a] oportet.

XXIIII. PAVLVS libro vicesimoſecundo ad Edictum.

HOc apertius eſt circa[b] vulneratum hominem. Nam ſi confeſſus ſit vulneraſſe, nec ſit vulneratus: æſtimationẽ cuius vulneris faciemus, vel ad quod tempus recurremus?

XXV. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

PRoinde ſi occiſus quidem non ſit, mortuus[b] autem ſit: magis eſt, vt non teneatur de* mortuo, licet faſſus ſit.

Falſa confeſſio procuratoris ſuper crimine, non adficit dominum. Bal.

PSi procurator,† aut tutor, aut curator, aut quiuis alius[d] cõfitẽtur[e] abſentẽ[f] vulneraſſe: cõfeſſoria in eos vtilis actio dãda eſt.

Quando quis confitetur de plano crimẽ, poteſt ſibi ſimiliter fieri præceptum: nec eſt opus definitiua. & ſi confitetur damnum, ſed eſt contentio de quantitate damni, hæc ſola quantitas erit diſcutienda. Baldus.

FNotandum eſt, quòd in hac actione, quæ aduerſus confitẽtem datur: iudex non rei iudicandæ[g], ſed æſtimãdæ[h] datur. Nam nullæ ſunt partes iudicãtis in confitentes:

XXVI. PAVLVS libro vicesimoſecundo ad Edictum.

PVta enim, quòd qui conuenitur, fateatur ſe occidiſſe: & paratus ſit æſtimationẽ ſoluere: & aduerſarius magni litẽ æſtimet.

Vbi concurrunt plura delicta, ibi concurrunt plures actiones. Baldus.

XXVII. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

SI ſeruus ſeruum alienũ ſubripuerit, & occiderit: & Iulianus & Celſus ſcribunt, & furti, & damni[i] iniuriæ competere actionem. Si ſeruus communis, id eſt, meus & tuus, ſeruum meum occiderit: legi Aquiliæ locus eſt[k] aduerſus te, ſi tua voluntate fecit. & ita Proculum exiſtimaſſe Vrſeius refert. Quòd ſi non volũtate tua fecit, ceſſare noxalem actionẽ: ne ſit in poteſtate[l] ſerui, vt tibi debam eum bo.fi.& det damnum: an teneor Aquil. vt illum dem pro noxia, vel emendem damnum? Et rñ. quòd non. tex. huius.l. planus eſt vſq; ad.§. ſi fornacarius. [*SI FORNACARIVS.*] Locaui fundum alicui in quo erat fornax: & ſic cum fornace locaui. conductor appoſuit ſeruum qui ignem immiſit fornaci, & cuſtodiam reliquit: ita quòd fornax combuſta eſt. quæritur an dominus teneatur. Et dicit ꝙ ſic ex locato, quia fuit negligens in eligendis miniſtris, tenetur. Sed ſi duo fuerunt cõductores, & vnꝰ immiſerit ignem: & alius negligenter cuſtodiuit, videtur neuter teneri: ſed tenetur qui obdormiuit. vt ipſo caſu: id eſt, dominꝰ ſerui nomine. Item cum negligenter cuſtodiuit: vt ipſo caſu nõ obſtante teneatur etiam qui negligenter cuſtodiuit. [*SI FVRNVM.*] Planus eſt vſque ad.§. Si calicem. [*SI CALICEM.*] Si calicem meum qui refectione egebat, tibi artifici ad reficiendũ dedi, & eũ fregeris: aut ĩperitia tua, & teneberis Aquil. ſi aũt nõ tua ĩperitia, ſed vitio calicis: non teneris. Idem ſi recepiſti eo pacto vt nõ tenereris. Cætera plana ſunt vſque ad.§. itẽ. [*ITEM SI VICTORI.*] Doliũ vel aliquod aliud vas habebam plenũ vino, in quo vaſe volui circulum ponere, vel aliã reparationẽ: & ſic faciendum dedi hoc cuidam qui imperite faciens fecit vinũ effundi. tenetur mihi in factum. Lex ſeq. eſt clara. Viuianus.

i *Et dãni.* nec vna per alterã tollitur, cũ ſint delicta diuerſa: vt.j. de pri.deli.l.nunquã. ſecus ſi ex vno facto vel delicto cõpetãt plures: quia tũc tolluntur, niſi in id quod excedit: vt.j.loc.l.ſi vulneraueris.&.j. de act.& ob.qui ſeruũ. in fi.&.j. pro ſoc. ſed ſi ex furtiua. quæ ſunt contra. Item eſt contra.j. de fur.l. ſed ſi furripuit. vbi dicit non adiici ad pœnam furti propter damnum. ſed certe non adiicitur, vt illa actio augeatur: datur tñ alia: vt hic dicitur. Acc.

k *Locus eſt.* etiam tuo nomine: ex quo tua voluntate fecit.

l *Ne ſit in poteſtate.* mala ratio: vt inſti. de noxa.§. in ſumma.&.j. de vi & vi ar.l.j.§. quod igitur adiicitur. nam nõne idem ſi agitur cõmuni diui? ideo alia ratio eſt reddẽda. ſ. quia ipſe alij tenet noxali: vnde agere nõ debet: vt.j. de noxa.l. cum ſeruꝰ.&.C. de fur.l. apud antiquos. iudiciũ ergo cõmuni diui. intẽditur: vt.j. de noxa. d.l. cum ſeruꝰ cõmunis alteri.& arbitrio iudicis cõtinetur vt aut præſtes damnum, aut partem cedas: vt.j. de fur.l.ſi ſeruus cõmunis. Itẽ nec naſcitur ex facto, ſed propter factũ. nam ex quaſi contractu oritur cõmuni diui. actio, non ex maleficio. Et ſic no. quòd parum prodeſt non dari noxalem. Item not. quod aliqui referunt

hoc ne sit &c. ad primum casum quando tua voluntate fecit.

a *Seruiat.* vel non seruiat. Accursius.

b *Hæc res.* s. noxæ deditio: vt. j. tit. ij. si seruus cõmunis. & facit supra, si ser. vind. l. loci corpus. §. si fundus.

c *Non tenetur.* Contra. j. de noxa. l. non solum. Sol. hic non possidebat cũ conuenieba tur: licet tempore delicti possidebat. ibi possidebat. vel speciale est in. l. Aquilia. Et est ratio: quia non domino, item & contra dominũ directa non datur: sed vtilis. ꝓ prima solutiõe est. C. de fur. l. pe.

d *Teneri.* cum ei erat facile apprehendere. aliàs, non: vt. j. de noxa. si seruus. §. j. &. l. quotiens. §. in potestate. tenetur tamen vt caueat: vt infra, ad exhi. l. Celsus. §. fi. Accursius.

e *Aquilia.* nomine dãni subaudi, cæterarum &c. & supple. s. dabitur. Aquilia.

f *Si quis.* Hic incipiunt verba legis. Acc.

g *Iniuria.* i. culpa: vt &. ff. e. sed & si quẽcũque. §. iniuriam.

b *Proximis.* s. retro: vt instit. eo. §. cæterum. & hæc verba, si quis al-

* *Flo. cum* teri, &c. sunt verba legis. & quod subiicit, si quis igitur &c. sunt verba Vlpia.

i *Si facem.* s. ardentẽ.

k *Adusseris.* non tamẽ est occisus. tũc enim ex primo capite ageretur.

l *Teneberis.* scilicet, ex hoc capite.

* *Flo. quòd* m *Inquilinis.* scilicet, *vsserit* vicinorum. Azo.

n *Si fornacarius.* à fornace hic dicitur. aliàs dicitur à fornice. i. à lupanario, vel à fornice

* *Flo. vse-* id est, arcu lapideo cõstruendo, qui dicitur *rit* fornix, & profertur in plurali pen. correpta.

o *Coloni.* qui totalem fundũ conduxit in quo esset fornax.

p *Præstare.* s. æstimationem: vt &. j. ea. l. §. Proculus. Accur.

q *Fuerit.* & hoc quãdo idẽ immisit ignẽ, & custodiuit dormiẽdo.

r *Cæterum.* pro, sed.

s *Subiecerit.* & bene.

t *Nihil fecit.* vnde nõ teneẽ Aquilia directa.

u *Non peccauit.* vnde nõ tenetur Aquilia di-

* *Flo. for-* recta, vel vtili.

nicarius x *Obdormiuit.* vt in pri-

† *Fornaca* mo casu.

rius seruus, y *Custodiuit.* vt in isto *in quit Bu-* vltimo.

dæus hoc lo z *Vel ignem.* quasi di-

co, idem est cat, non tenetur pro-

qui pistrina pter obdormitionem,

rius, vel pi- sed quia culpa præces-

stor. sit: vt. j. ea. l. §. si explau-

soli seruiat[a]. quod puto verum esse.

Nota quòd licet actio intentata sit diuidua, tamen beneficium domini pro noxa est indiuiduum: & non potest fieri nisi cuilibet in solidum. quandocũque ergo principale est diuisibile. & accessorium est diuisibile. Baldus.

¶ Item si seruus communis meus & tu' sit occisus à seruo Titij: Celsus scribit alterũ ex dominis agentem aut litis ęstimationem consecuturũ pro parte: aut noxæ dedi ei insolidum oportere: quia hęc res[b] diuisionem non recipit.

Ex delicto serui, obligatur dominus, nõ ille qui iam possidet. Bal.

¶ Seruũ autem occidentis nomine dominus tenetur: is vero, cui bona fide seruit, non tenetur.[c] Sed an is, qui seruum in fuga habet, teneatur nomine eius Aquiliæ actione, quęritur. & ait Iulianus teneri[d]: [&] est verisimum: cui* & Marcellus consentit. Huius legis secundum quidem capitulum in desuetudinem abiit. Tertio autem capite ait eadem lex Aquilia[e]: *Cæterarum rerum, præter hominem, & pecudem occisos, si quis[f] alteri damnum faxit, quídue vsserit,* fregerit, ruperit iniuria[g]: quanti ea res erit in diebus triginta proximis[h], tantum æs domino dare damnas esto.* Si quis igitur non occiderit hominem, vel pecudem: sed vsserit,* fregerit, ruperit: sine dubio ex his verbis legis agendum erit. Proinde si facẽ[i] seruo meo obieceris, & eũ adusseris[k]: teneberis[l] mihi. Item si arbustum meum vel villam meam incenderis, Aquiliæ actionem habebo.

Quando factum excedit voluntatem, tenetur quis de toto facto non inspecto proposito voluntatis. Baldus.

¶ Si quis insulam voluerit meã exurere, & ignis ad vicini insulam peruenerit, Aquilia tenebitur etiam vicino. non minus etiã inquilinis[m] tenebitur ob res eorum exustas. ¶ Si fornacari[n] * seruus † coloni[o] ad fornacẽ obdormisset, & villa fuerit exusta: Neratius scribit ex locato conuentum præstare[p] debere si negligens in eligẽdis ministeriis fuit.[q] Cæterũ[r] si alius ignem subiecerit fornaci, alius negligẽter custodierit, an tenebitur qui subiecerit[s]? Nam qui custodit, nihil fecit[t]: qui re ctè ignem subiecit, non peccauit[u]. Quid ergo est? Puto vtilẽ competere actionẽ tam in eũ, qui ad fornacẽ obdormiuit[x], quàm in eũ qui negligẽter custodiuit[y]. Nec quisquã dixerit in eo qui obdormiuit, rem eũ humanã & naturalem passum: B cum deberet vel ignẽ[z] extinguere, vel ita munire, ne euagaretur.*

Ratione damni facti occasione furni, agitur in factum: & ratione furni petitur cautio damni infecti. Baldus.

¶ Si furnum[a] secundum parietem cõmunẽ haberes, an damni iniuria tenearis*? Et ait Proculus agi nõ posse: quia nec cũ eo qui focũ[b] haberet. Et ideo ęquius puto, in factum actionẽ dandam: scilicet, si paries exustus sit. Si autẽ nondũ mihi dãnum dederis, sed ita ignem habeas, vt metuam ne mihi damnum des: dãni infecti puto sufficere cautionem[c]. ¶ Proculus C ait, cum coloni serui villã exussissent, colonũ vel ex locato[d], vel ex lege Aquilia teneri: [e] ita vt colonus[f] possit seruũ* noxæ dedere: & si vno iudicio res esset iudicata, altero amplius non agendũ. Sed hæc ita, si culpa colonus careat. cęterũ si noxios[g] seruos habuit[h], dãni eũ iniuria teneri[i], cur tales habuit. Idem seruandum & circa[k] inquilinorũ insulę personas scribit. quę sentẽtia habet rationẽ. ¶ Si cùm apes meæ ad tuas aduolassent, tu eas exusseris: le- D gis Aquiliæ actionem competere Celsus ait.

No. quòd corrumpens segetem, seminãdo zizaniam. siue lolium, tenetur domino & colono. Bal.

¶ Inquit lex[l], *ruperit.* Rupisse verbum ferè omnes veteres sic ĩtellexerũt, corruperit. Et ideo Celsus quærit, si lolium aut auenam in segetem[m] alienam inieceris, quo eam tu inquinares: non solum *quod vi, aut clam,* dominũ posse agere: vel si locat[o] fundus sit, colonũ[n]: sed & in factũ agendũ. & si colonus eã exercuit, cauere eum debere, amplius nõ agi: scilicet, ne do-

A strο. & arg. j. de peri. & cõmo. rei ven. si vẽdita. aliàs, nisi ex culpa diceres eũ teneri, esset contra. ff. de vsufru. l. si cui[p]. §. denique. Iũ no. hic naturæ nõ parci, siue vitio naturali: vt in authẽ. de restit. & ea quę. §. vnũ. ibi, porro &c. Sed ar. cõtra. j. de dã. ĩfe. l. fluminũ. ff. vitium. &. C. de vete. iur. enucle. l. ij. §. sed & si quid. Item no. vi[q] factũ non debere alios in periculum trahere: vt. ff. de offi. præs. illicitas. §. sicuti. Accursius.

a *Si furnum.* quia hæc ratio nõ videtur bona, quia potuit esse in culpa: quia nõ prouiderat ignẽ. sed certe immo videtur bona, quia non suo corpore dedit damnũ, secũdũ Io. nisi ponas, q fuit præsens adustioni. nam tunc directa: quia præsentia ꝑ consensu habetur. vt. ff. de fur. falsus. §. si is qui. Accursius.

b *Qui focum habet.* agi posset vt remoueret si nõ interesse: vt &. ff. seruit. vin. sicuti. §. de §. pen. nisi sic habeat vt quotidie flãmescat paries: vt. ff. de serui. vrb. ꝓdio. l. quidã &. l. fistulas.

c *Cautionẽ.* immo videtur hæc cautio cessare: vt. j. de dã. infe. l. fluminũ. §. præterea. quæ est cõtra. Sol. ibi nomine furni fuit cautũ: hic nomine ignis, puenientis vitio furni, nec fuit culpa furnarij. vnde hic valet, ibi nõ: cũ ibi interuenerit postea culpa furnarij. vel ibi tãn culpa furnarij: hic vitio furni tm. vel hic expresse de facto seruorũ.

d *Ex locato.* suo nomine, cum non prouiderit ignẽ, & sic fuerit in culpa.

e *Teneri.* noxali.

f *Colonus.* noxali conuentus, ita scilicet, q noxalis detur.

g *Noxios.* scilicet, fures, vt dixi.

h *Habuisset.* s. in ministerio. est enim hæc culpa: vt insti. de oblig. quæ ex quasi ma. §. item. &. j. loc. l. videam[o]. circa prin. &. l. qui insulã. §. qui mulas. &. ff. eãdẽ l. §. si fornacarius ibi, si negligens &c.

i *Teneri.* s. sine noxæ deditione.

k *Et circa inquilinorũ.* quibus locauit domum.

l *Inquit lex.* vt supra, ea. l. §. tertio autem capite.

m *Segetẽ.* seminãdo. aliàs si iã collectis fructibus, cessat interdictũ: vt. j. quod vi aut clã. si alius. §. notandum.

n *Colonũ.* scilicet, posse agere quod vi aut clam nomine fructuũ vt infra

BIU Cujas

vt infra, quod vi aut clam.l.quanquam.

a *Inquietet.* scilicet cum, qui damnum dedit.sic & infra, de iure do.l.cum pater dotem.bene autem dico in factum agere : & non Aquil.nam pro quia &c.secundum Io.

b *Nam.* bene dico in factum,non Aquilia &c.

c *Alia.* scilicet, species damni est.

d *Ipsius.* scilicet rei.

e *Mutatione.* scilicet, interueniente.

f *Separatio sit.* vt sic habeat locum in factū actio:vt dictū est.Acc.

g *Spurcauit.* spurca dicitur id quod ex ore porci cadit.

h *Agi posse.* quia hic non corpus ipsum corruptū est:vt.j.ea.§.itē si quis. aut in superiori nō ita.Ac.

i *Sed non esse nouū.* sic intelligendum videtur.C.de sac.sanc.ec clesi.l.generali.Sed arg. contra.j.de verbo.obligationum.l.doli.Accursius.

k *Tumorem fecerit.* facit infra, ad Sil.l.j.§. occisorum.

l *Viliorem.* quantum ad vires.Accursius.

m *Deteriorēve.* quātū ad vendendum.Accur.

n *Cessat.* vt.j.eod.l.§. Iuianus. Accursius.

o *Ruptiones.* scilicet tantum.

p *Agi posse.* vt.j.eo.l. scientiam.§.j.&.ś.titu. hęc actio.&.j.ti.j.l.fi.

q *Actio.* vtilis.nec enim corpus est læsum.

r *Item si quis.* facit.ś. ea.l.§.inquit. imo ibi contra.

s *Actionem.* l. Aquil. vtilem, & in factū nihilominus : vt hic subiicit, & .j. de præscri. verb. qui seruādarū.§. sed & si calcem.& inst. de ob.quæ ex delic.§. interdum.

t *Agendum.* scilicet vel repete, Sabinus existimat,quod est supra.

u *Placuit.* vt.j.de fur. si quis vxorem.in prin. &.§.si quis.

x *Idem etiam.* hoc refertur ad primū casum.

y *Si mulier.* s.prægnās.

z *Eiecerit.* s.partū.

a *Et si mulum.* sibi loco catū.& facit.j.loca.qui per insulā.§.qui mulas.

b *Aquilia tenebitur.* idem si virginem immaturā stuprauerit, q̄ teneatur Aquilia: vt.j. de iniur. si stuprum. in fi.Sed cum oliua immatura plus reddat fructuum, quàm matura: vt.j. de vsufr.leg.l. pe. quomodo agitur? Rñ. quia non ita sanum vel bonū fructum reddit. Item cuius tēporis fiet æstimatio?Respon.idem quod in infante:vt supra,eo.l. Nerati. §.si infans.Immo etiam ad futurum: vt.ś.eo.liber homo.

min⁹ amplius inquietet[a]. Nā[b] alia[c] quędā species damni est, ipsum quid corrumpere,& mutare, vt lex Aquilia locum habeat:alia,nulla ipsi⁹[d] mutatione[e] applicare aliud, cui⁹ molesta separatio sit[f]. ℣ Cū eo plane qui vinum spurcauit[g], † vel effudit,vel acetum fecit, vel alio modo vitiauit, agi posse[h] Aquilia Celsus ait:quia etiam effusum,& acetum factum, corrupti appellatione continetur. Et non negat fractum & vstū contineri corrupti appellatione, sed non esse nouū[i], vt lex specialiter quibusdam enumeratis, generale subiiciat verbum,quo specialia complecta tur. quæ sententia vera est. ℣ Rupisse eum vtique accipiemus,qui vulnerauerit, vel virgis,vel loris,vel pugnis cęciderit,vel telo,vel quo alio,vt scinderet alicui corp⁹: vel tumorē fecerit[k]: sed ita demū, si dānū iniuria datū est. Cæterùm si nullo seruū pretio viliorē[l] deteriorémve[m] fecerit, Aquilia cessat[n] : iniuriarúmque erit agendum dūtaxat. Aquilia enim eas ruptiones[o] quæ dāna dant, persequitur. Ergo & si pretio quidem non sit deterior seruus factus,verum sumptus in salutem eius & sanitatē facti sunt: in hæc mihi videri damnum datum: atque ideo lege Aquilia agi posse.[p] Si quis vestimenta sciderit, vel inquinauerit:Aquilia,quasi ruperit, tenetur. Sed & si quis milium vel frumentum meum effuderit in flumē,sufficit Aquiliæ actio[q].

Item si quis[r] frumento arenam vel aliud quid immiscuit, vt difficilis separatio sit: quasi de corrupto agi poterit.

Not.in ver.quod si ad aliquem.quòd punitur ille qui dat opem mediate,non solum si immediate.Bal.

℣ Si quis de manu mihi nummos excusserit, Sabinus existimat damni iniuriæ esse actionem[s],si ita perierint,ne ad aliquem peruenirent : puta si in flumē,vel in mare,vel in cloacam ceciderunt. Quòd si ad aliquem peruenerunt ope,consilio, furti quidem* agendū[t]. quod & antiquis placuit[u].Idē etiam[x] in factum dari posse actionem ait. Si mulier[y] pugno, vel equa ictu à te percussa,eiecerit[z]:Brutus ait Aquilia teneri quasi[de] rupto. Et si mulum[a] plus iusto onerauerit, & aliquid membri ruperit, Aquiliæ locum fore. Si nauem venalitiarum merciū perforasset[quis,] Aquilię actionē esse, quasi ruperit, Viuianus scribit.

Allegatur iste text.quòd aliud est damnum,aliud est furtum.damnum,est cum rei corruptione:furtum,est cum amotione.Bal.

℣ Si oliuam immaturam decerpserit, vel segetem desecuerit immaturam, vel vineas* crudas, Aquilia tenebitur[b]: quòd si iam maturas, cessat Aquilia. Nulla enim iniuria est,cum tibi etiā impensas donauerit[c],quæ in collectionē huiusmodi fructuum impenduntur.Sed si collecta hæc interceperit,furti tenetur. Octauenus in vuis adiicit: nisi,inquit, in terram vuas proiecerit, vt effunderentur[d]. Idem & in sylua cædua scribit: vt si immaturam,* Aquilia teneatur.quòd si maturam * interceperit, furti teneri eum, & arborum furtim cæsarum.[e] Si salictum maturum ita ne stirpes læderes, tuleris : cessare Aquiliam.

Nota quòd etiam bonum quis mihi faciendo,interdum facit mihi iniuriam.quod est multum notandum,secundum glo. Bal.

℣ Et si puerum quis castrauerit,& pretiosiorem fecerit[f], Vuian⁹ scribit cessare[g] Aquiliā: sed iniuriarum[h] erit agendum, aut ex edicto ędilium[i], aut in quadruplum[k] [ex lege duodecim tabularum.]

Not.quòd conuentio facit cessare actionē legis Aquil.sicut actionē ex contractu.

℣ Si calicem diatretum[l] faciendū[m] dedisti:si quidē imperitia fregit,dāni iniuria tenebitur.si verò non imperitia fregit, sed rimas habebat vitiosas:[sic]potest esse excusat⁹.& ideo plerūque artifices conuenire solent, cū eiusmodi materiæ dātur,nō periculo suo se facere. q̄res[n] reficiendum.alioquin cur de facturis quæritur?Azo.

n *Quæres.* id est, quæ pactio.

a *Donauerit.* No.videri quem donare:vt iusti.de rerum di.§.exdiuerso.Sed contra.ś.de neg.gest.si pupilli.§.sed & si quis.Sol.ibi animo lucrandi:hic animo damnum dandi tantum,vel ibi nomine domini:hic suo.Item contra.j.fami.erciscl.fundus qui.&.j. soma.l.fructus.Solu.ibi quando erat in retentione.hic autem petere volebat,secundū Io. Item contra.C. de rei vindica.l. domum. sed ibi in expensis circa rē factis,hic circa fructus. Item ibi erat in retentione.

b *Vt effunderentur.* & sic non tenetur furti, cum animum lucrandi non habuerit: vt.j.eodem.si quis te.§. fina. Accursius.

c *Cæsarum.* simili distinctiōe tenetur & interdicto quod vi aut clam: vt infra, quod vi aut clam.l.si immaturam.

d *Pretiosiorem fecerit.* quod intelligo secundum diuersitatem locorum: vt in Apulia. sed in Italia minoris est pretij.

e *Cessare.* vt arg.ś.ea. l.§.rupisse.Accursius.

f *Sed iniuriarum.* Sic ergo.not.q̄ etiam bonum quis mihi faciendo facit mihi iniuriam: vt hic,quod est notandum.tenetur etiā iste.l. Corne. de sica. vtfra, ad leg. Corne. de sica. l.iij.§.qui hominem.& l.iiij.§.idem diuus .Itē & hodie maior pœna imponitur scilicet capitalis: vt.C. de eunuchis.l.j.&.ij.Accur.

g *Ædilium.* si quis talem vēdat.nā est morbosus:vt infra,de ædil. edict.finautem. licet alia animalia nō sint vitiosa propter hoc:vt.j. de ædil. edict.l. ediles. §.sed enim.

h *In quadruplum.* ex.l. xij. tabula. scilicet, actione in factum: vt & supra, si quadru.l.j. in prin.& prompte dicas hoc casu dari actionē in quadruplū:licet quidam dubitent.An autē vna prædictarum tollatur per aliā?Respon. non ciuilis per criminalem: vt.C.quādo ciac.cri.præiu.l.j.Sed vna criminalis per aliam sic:vt infra, de ac.l.senatus. Item vna ciuilis per aliam, nisi in id qđ excedit:vt infra, vi bona.l.j.Accursius.

i *Si calicem diatretū.* b forsitā à loco:vel ideo diatretum, quia duas capit mensuras.

m *Faciendum.* id est,

Actio vna an per aliā tollatur.

b Diatretū calix tornatilis est, & celatus.Tretum enim, diatretum Græce, foratile, pertusum,tornatile aut torno factum significat.Bądaus hic,& Alex. ab Al. lib.5. cap.17.

a *Tollit.* id est facit non incipere. sic & non obligatus dicitur liberari quandoque, improprie. scilicet vt. j. de verbo. obli. l. decē. No. tamen q̄ semper à periculo contingenti vitio materiæ, est excusatus: nisi contradictum fuerit: vt. j. loca. itē quæritur. §. si gēma. & l. si quis fundum. §. si quis vitulos. & l. fi. Accursius.

ex locato tollit[a] actionem, & Aquiliæ.

Actio legis Aquiliæ, redditur inter virū & vxorem. Bal.

¶ Si cum maritus vxori margaritas extricatas[b] dedisset in vsu, eaq; inuito vel inscio viro perforasset, vt pertusis[c] in linea vteretur: teneri eam lege Aquilia[d], siue diuertit, siue nupta est adhuc. ¶ Si quis ædificij mei fores[e] confregerit, * aut si ipsum ædificium diruerit: lege Aquilia tenetur. Si quis aquęductū meum diruerit, licet cæmenta mea sunt quæ diruta sunt, tamē quia terra mea nō sit qua aquā duco: melius est dicere actionē vtilem dādam. ¶ Si ex plaustro lapis ceciderit, & quid ruperit, vel fregerit: Aquiliæ actione plaustrariū teneri placet, si malè composuit lapides, & ideo lapsi sunt. ¶ Si quis seruum cōductum [habens] ad mulum regendum, cōmendauerit[f] ei mulum: [&] ille ad pollicem suum eū alligauerit de loro[g], & mulus eruperit, sic vt & pollicem auelleret seruo, & se præcipitaret[h]: Mela scribit, si pro perito[i] imperitus[k] locatus sit, ex cō ducto agendum cum domino ob mulum ruptum vel debilitatum. sed si ictu aut terrore[l] mulus turbatus sit, tum dominum ei[m]: id est, muli & serui cū eo qui turbauit, habiturum legis Aquiliæ actionem. Mihi autem videtur & eo casu quo ex locato[m] actio[n] est, competere etiā Aquiliæ[o]. Item si vietori[p] * locaueris lacum vino[q] plenum curādum, & ille eum pertuderit[r], vt vinum sit effusum: Labeo scribit in factum[s] [esse] agendum.

XXVIII. PAVLVS libro decimo ad Sabinum.

QVi foueas† vrsorum cerquorúmque capiendorum causa faciūt: si in itineribus fecerūt, eoq; aliquid decidit[t], factumque deterius est:

a *Extricatas margaritas, hoc loco vlp. eas intelligit quæ ex ruditi & natiuo habitu arte gēmarii politæ fūt. Bu. hic.*

Actio legis Aquiliæ nō est famosa.

* *vel refregerit*

* *Flo. tecto ri*

b *Vietori legit Bud. pro eo quod erat tectori, & rectè: quia vietores cuparii sunt: qui vitilib⁹ cupas sarciūt vinciūtque. vitilia aūt sunt quæ sic lēta sunt: vt cōmode flectā tur. Et est viere, vincire & inflectere. hæc ille.*

† *Huic responso congruit Exodi cap. 21. circa fin.*

b *Extricatas.* id est, desertas, vel separatas, ab inuicem. Accursius.

c *Pertusis.* id est, perforatis.

d *Lege Aquilia.* ex eo quod dicit dari Aquiliam viro in vxorē, & idem dicitur infra, de dona. inter vi. & vxo. l. si mulier dolo. &. j. e. l. pe. colligo, quòd hæc actio non est famosa. nam si esset non daretur in vxorem: vt. C. re. amo. l. diuortij. Sed curdatur constante matrimonio: vt hic dicit, cū sit pœnalis: vt. C. re. amo. l. ij? Respō. hic dabitur in simplum tantū: vt. j. de ser. corrup. l. fi.

e *Fores.* id est, ostia siue portas.

f *Commendauerit.* id est, commodauerit alicui seruum cum mulo. Vel dic, id est, deposuit. s. seruum & mulū similiter: vt subiicit: vel dic plane, vt sonat.

g *Loro.* id est, fræno, siue chamo. Accursius.

h *Præcipitaret.* scilicet, mulus.

i *Si pro perito.* quod est vbi ad mulum regendum seruum petij, & ipse eum mihi obtulit: vt & infra, loc. l. cū in plures §. seruum.

k *Imperitus.* scilicet, seruus. Azo.

l *Terrore.* s. extranei.

m *Ex locato.* i. ex cōducto: vt. ff. posuit.

n *Actio.* vtilis, cum non corpore dedit dānum: vt institutio. eodem. §. finali.

o *Etiam Aquiliæ.* s. noxalem: vt seruus cui pollex est abscissus, defertur pro noxia.

p *Item si vietori.* b vetus lectio est, tectori, id est, artifici. Azo.

q *Lacum.* genus vasis, torcular forte erat.

r *Pertuderit.* id est, p- forauerit.

s *In factum.* nō enim vinum tetigit, sed causam effusionis præstitit: vnde nō tenetur directa Aquili. sed in factum: vt. j. eo. l. qui occidit. §. penul. Acc.

t *Qui foueas. Decidit.* puta, bos.

u *Aquilia.* vtili, vel in factum: quia non suo corpore dedit damnum: vt institu. eod. §. fi.

x *Obligati sunt.* sed & interdicto quod vi aut clam: vt. j. quod vi aut clam. l. si alius. §. penul.

y *Nihil.* id est, non. Accursius.

z *Denuntiatum est.* nam tunc cessat: vt. j. eo. l. si putator. Accur.

QVemadmodum.] CASVS vsque ad. §. si protectū. planus est.

[SI PROTECTVM.] Tigna mea extendi super domū tuā. an possis tua auctoritate rescindere? & distin. quia aut protectū sustentatur domo mea, & non potes, sed cum iudice. si in tuo tantū sustentatur, tūc potes rescindere, & nō teneris. hoc probatur exemplo. SI NAVIS.] Planus est. Si nautæ fuerūt in culpa, tenentur. l. Aqui. aliàs non tenentur nautæ, neque dominus nauis. Item Labeo eandē distinctionē facit quā facit. ff. proxi. §. hic, & in sequentibus. §. §. vsque ad. §. hoc plus est vsque in fi. l. Viuianus.

A

lege Aquilia[u] obligati sunt[x]. At si in aliis locis vbi fieri solent, fecerunt: nihil[y] tenentur. Hæc tamen actio ex causa dāda est: id est, si neque denuntiatum[z] est, neque scierit aut prouidere potuerit. Et multa huiusmodi deprehenduntur, quibus summouetur petitor si euitare periculum potuerit.*

XXIX. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

B

QVemadmodum si laqueos eo loci posuisses, quo ius ponendi non haberes[a]: & pecus vicini in eos laqueos incidisset.

Non possum mea auctoritate tollere, qđ supra meū pendet: sed quod in meo est. Bar

¶ Si protectū meū quod supra domū tuam [&] nullo iure habebam, recidisses: posse me tecum damni iniuria agere, Procul[b] scribit. Debuisti enim mecū, ius mihi non esse protectū [ita] habere, agere[b]. Nec esse equū dānū me pati, recisis à te meis tignis. Aliud[c] est dicendū ex rescripto īperatoris Seueri, qui ei per cuius domum traiectus erat aquæductus citra seruitutem, rescripsit iure suo posse eum intercidere. & merito. Interest enim, quòd hic in suo protexit[d]: ille in alieno fecit. ¶ Si nauis tua impacta[e] in meā scapham damnum mihi dedit, quæsitum est, quæ actio mihi competeret? Et ait Proculus, si in potestate nautarum fuit, ne id accideret, & culpa eorum factum sit: lege Aquilia cū nautis agendum: quia parui refert, [an] nauem immittēdo, aut gubernaculum[f] * naue ducēdo[g], an tua[h] manu damnum dederis: quia omnibus his modis per te damno adficior. Sed si fune rupto, aut cum à nullo regeretur, nauis incurrisset: cū domino agendum non esse.[i]

C

Item Labeo[k] scribit, si cum vi ventorum nauis impulsa esset in funes[l] anchorarum alte-

D

a *Non haberes.* s. tenueris, nisi denūtiaueris: vt & ff. l. proxi. diximus.

b *Habere, agere.* s. negatoria. Et sic not. hic arg. contra eos qui dicunt, negatoriā habere locum demū seruitute amissa: vt. j. arbo. cæ. l. fin. Cauebit tamen mihi inferiori hic destruens: vt infra, ad exhib. l. thesaurus. & de glan. leg. l. j. Accursius.

c *Aliud est.* id est diuersum est. Azo.

d *Protexit.* i. caput protectus est in suo qui immittebat: licet superalterius domū protendatur: vt & j. vti possid. l. si duo. §. item videam[a]. & §. sed & si. hic autem alius fecit in alieno: & ideo iure præciditur etiam sua auctoritate: vt hic, & arg. C. de decur. l. generali. & ff. de seruit. vrba. prædi. l. sed si iter me. nā non debet quis in alienū sic q̄rere vel facere: vt & Co. de me. & metal. libr. xj. l. quod dā. Sed cōtra, de relig. ossa. in princ. vbi etiam de suo non potest ossa mouere sine auctoritate maioris ab alio illata. Solu. speciale ibi fuore religionis: vt & ff. eo. tit. l. sunt personæ.

e *Impacta.* vt enim pactū alterū alteri adstringit: ita & hic quoque altera ab altera tenebatur. vel. i. impulsa. Accursius.

f *Gubernaculum.* id est, instrumentum quo regitur nauis.

g *A naue ducendo.* aliàs, à naue ducēdo. i. re mouēdo. aliàs, ad naue ducendo, id est, ante nauem: cum retro ire debeat.

h *An tua.* mutatio personarum. Azo.

i *Non esse.* vt infra, de publica. l. fi. §. si propter. nam nec pro rebus inanimatis agitur noxaliter vel lege Aquil. nisi in casu: vt infra, de damno infecto. l. prætor ait. §. hoc edictum.

k *Item Labeo.* supra posuit, cum dominus nauis vim inferentis dedit damnum: hic, cum dominus nauis vim patientis.

l *Funes.* scilicet, nauis impulsæ.

BIU Cujas

a *Nullam actionem.* vt argu. infra, eo. l. si quis fumo. §. fina. & infra, de aqua. plu. arcen. l. j. §. de eo. ibi, quòd si aliter &c. & infra, de incen. l. quo naufragium. §. quod ait prætor. &. j. de præscript. verb. l. qui seruandarum. & infra, de bo. lib. l. qui cum. §. si libertus. in fi. & infra, de aqua plu. arcen. l. si in meo. Accursius.

b *Fieri æstimationem.* imò videtur fieri quasi ſpecialis: vt infra, de actio. empt. ſi iactum. quę eſt contra. Solu. hæc actio ſtricti iuris eſt: illa bo. fi. & ideo patet latius i ea iudi. offici. Vel melius, hæc actio non datur niſi pro præterito damno: & idcirco non æſtimatur futurum: vt infra, de priua. deli. l. nunquam. §. ité quæſitum. Sed argu. contra. not. ſupra, eo. liber homo. j. reſpon. Azo.

c *Probandum.* ſi inſtrumentum eorum velati indago fuerit ab aliquo inſciſſum. nam non æſtimantur aues. Accurſius.

d *Obruiſſet.* ſcilicet, cul pa nautarum.

e *Gubernatorem.* nihilominus & in exercitorem: vt inſtit. de obli. quæ ex quaſi deli. §. ité exercitor. Et dic, gubernatorem: ſcilicet, retro dictorem, qui ſcilicet ante vadit ducendo nauem.

f *In dominum.* nec in alium. Et ſic collige hic à contrario in dominum dari, quando non fuit fortuitus caſus.

g *Sufficere.* vt ſic ea intentata non detur in factum contra exercitorem. Accurſius.

h *Pecudes.* ſcilicet, occiſa. ſed ſi vulneratæ, agitur ex hoc tertio capite: vt ſupra, eo. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis alteri. & §. rupiſſe. & infra, eo. §. capite.

i *Aliquis.* ſcilicet, magiſtratus.

k *Cepiſſet.* non iure, & ſciés: vt differat à ſequentibus. Accurſius.

l *In factum.* & nihilominus vtilis Aquil. quia vtraque ex æquitate datur: vt C. eo. l. de pecoribus. & infra, vi bo. rap. l. ij. §. ſi publicanus. & eſt ſimile infra, de noxa. l. ſed & eo nomine. Not. ergo ex hoc. §. magiſtratus conueniri: vt ſupra, quod metu cau. l. iij. & infra, de pericu. & com. rei véd. l. eum qui. ſed ſi iure feciſſet, non tenetur: vt infra, de iniur. l. iniuriarum. §. j. & infra, de dam. infec. l. ſi finita. §. ſi publicus. quæ ſunt ar. contra. Item contra, infra, quod vi aut clam. l. ſi alius. §. eſt & alia. Sol. vt dices infra, eo. ſi quis fumo. §. j. Accurſius.

m *Item ſi dum putat.* non tenebitur, cum iure faciat: & ſic non fuit culpa: vt infra, de iniur. l. iniuriarum. §. j. Accurſius.

n *Accipienda.* ex vi repetitionis. vt plene no. iſtit. eo. §. denique.

rius, & nautæ funes præciſiſſent: ſi nullo alio modo niſi præciſis funibus explicare ſe potuiſſent, *nullam[a] actionem dandam. Idémque Labeo & Proculus & circa retia piſcatorum, in quæ nauis piſcatorum inciderat, æſtimauerunt. Planè ſi culpa nautarum id factum eſſet, lege Aquilia agendum. ſed vbi damni iniuria agitur ob retia: non piſcium, qui ideo capti non ſunt, fieri æſtimationem[b], cum incertum fuerit an caperentur. Idémque & in venatoribus & in aucupibus [eſt] probandum[c]. ℣ Si nauis alteram contra ſe venientẽ obruiſſet[d], aut in gubernatorem[e], aut in ductorem, *actionem competere damni iniuriæ, Alfenus ait. Sed ſi tanta vis naui facta ſit, quæ temperari non potuerit: nullam in dominum[f] dandam actionem. ſin autem culpa nautarum id factum ſit: puto Aquiliæ ſufficere[g]. Si funem quis quo religata nauis erat, præciderit: de naue, quæ periit, in factũ [erit] agẽdum. ℣ Hac actione ex hoc legis capite de omnibus animalibus læſis [& occiſis] quæ pecudes[h] non ſunt, agendum eſt: [vt] puta de cane. Sed & de apro & leone, cæteríſque feris & auibus, idem erit dicendum.

Etiam magiſtratus tenetur de damno dato, niſi id fecerit iuridice ſuum officium exequendo: præſertim contra rebellem ſeu reſiſtentem ſibi ſeu iuriſdictioni. Baldus.

℣ Magiſtratus municipales, ſi damnum iniuria dederint, poſſe Aquilia teneri. Nam & cum pecudes aliquis[i] pignori cepiſſet[k], & fame eas necauiſſet, dum non patitur te eis cibaria adferre: in factum[l] actio danda eſt. Ité ſi dum putat[m] ſe ex lege capere pignus, non ex lege ceperit: & res tritas corruptáſque reddat: dicitur legem Aquiliam locum habere.

Qui occidit.] CASVS. Inueni ſeruum alienum cum vxore mea iacentem, & eum interfeci. an tenear Aquil. quæritur. Et reſpon. quòd non. [PIGNORI.] Titius obligauit mihi pignori librum ſuum: in quo alius dedit damnum. quæritur an competat mihi Aquil. vel Titio: Reſpon. quòd debitori datur, quia domino: ſed certe mihi creditori datur in duobus caſib⁹ ſolummodo ĩ quãtum eſt meum debitũ: ĩ reſiduum debitori datur. [SI QVIS.] Planus eſt. [IN HAC.] Siue ab initio interueniat culpa, ſiue ex poſtfacto: tenet qui ignem immiſit. l. Aquil. aliàs nõ tenetur. [SI VVLNERATVS.] Planus eſt cum. l. ſeq. Viuianus.

Quod dicendum eſt, & ſi ex lege pignus ceperit. Si quid tamen magiſtratus aduerſus reſiſtentẽ violentius fecerit: non tenebitur Aquilia. Nam & [ſi] cum pignori ſeruum cepiſſet, ille ſe ſuſpenderit: nulla datur actio.

Dicta in vno capite legis, intelliguntur tacite repetita in alio capite eiuſdem legis. Baldus.

℣ Hæc verba, *quanti in triginta diebus proximis fuit.* & ſi non habent [verbum,] *plurimi*: ſic tamen eſſe accipienda[n] conſtat.

XXX. PAVLVS libro viceſimoſecundo ad Edictum.

QVi occidit[o] adulterum deprehenſum ſeruum alienum, hac lege non tenebitur. ℣ Pignori[p] datus ſeruus, ſi occiſus ſit, debitori actio competit. Sed an & creditori danda ſit vtilis: quia poteſt intereſſe eius, quòd debitor ſoluendo non ſit, aut quòd litem tempore amiſerit[q]: quæritur? Sed hic iniquum eſt, & domino & creditori eum teneri: niſi ſi quis putauerit[r] nullam in ea re debitorem iniuriam paſſurum[f], cum proſit ei ad debiti quantitatem[t], & quod ſit amplius, conſecuturus ſit ab eo: vel ab initio in id quod amplius ſit quàm in debito, debitori dandam actionẽ. Et ideo in iis caſibus in quibus creditori dãda eſt actio propter inopiam debitoris, vel quòd litem amiſit[u], creditor quidem vſque ad modum debiti habebit Aquiliæ actionem: vt proſit hoc debitori. ipſi autem debitori in id quod debitum excedit, competit Aquiliæ actio. ℣ Si quis alienum vinum, vel frumentũ, conſumpſerit: non videtur damnum iniuria dare: ideoque vtilis[x] danda eſt actio.

No. quòd ille qui non præuidet, quod præuidere debuit, eſt in culpa. Baldus.

o *Qui occidit.* ſicut pater poteſt quemlibet occidere quem in opere Veneris cum filia ſua inuenerit: & vbicunque: vt infra, ad. l. Iul. de adul. l. patri. &. l. ſe. &. l. quod ait. Maritus verò non omnem, nec vbique: vt eo. ti. l. marito. in prin. &. §. j. aliàs autem punitur occidens: vt. C. ad le. Iul. de adul. l. Gracchus. Azo.

p *Pignori.* Caſus eſt: Dedit aliquis damnum in re mihi obligata à Sempronio: an creditori, vel debitori, vel vtrique competat Aquilia. debitori autem conſtat dari, quia domino: vt ſupra eo. l. item Mela. §. legis. ſed & creditori datur in duobus caſib⁹: ſcilicet, ſi amiſit perſonalem actionem. Ité ſi debitor non ſit ſoluẽdo. quibus duobus caſibus ſolum inquantum eſt ſuum debitum, ei datur: in reſiduum ſi quid eſt, debitori datur. *Caſum ponit.*

q *Amiſit.* per. xxx. annos tacens: quia licet non poſſit vltra debitum petere, poteſt tamen per pignoris retentionem ſeruare. ſed hoc nõ valet: quia hæc præſcriptio tẽpore harum legũ nõ erat. ideo pone in iſtis actionibus, quæ iure iſto certo tempore finiebantur, vt redhibitoria, & quanto minoris. hypotheca vero in perpetuum.

r *Putauerit.* ſcilicet, melius.

f *Paſſurum.* in eo quod erat debitum. Accurſius.

t *Quantitatem.* vt infra, de pig. actio. lege, ſi pignore.

u *Amiſit.* ſcilicet, creditor. Azo.

x *Vtilis.* quia actio legis Aquiliæ pro corruptis locum habet. hoc autem non videtur corruptum, cum eo vſu conſumatur ad quem eſt inuẽtum: vt infra, de præſcrip. verb. l. qui ſeruandarum. in fi. Accurſius.

BIU Cujas

a *Fecisse videtur.* Not. hanc regulam: vt hic, & infra, vi bo. rap. l. antepe. §. si cum seruum. & supra, eodem si seruus seruum. §. si quis insulam. in fin. & infra, ad. l. Cor. de sica. l. nihil. & infra, loca. l. videamus. §. fin. & l. qui domum. in fi. ar. contra, infra, de ser. cor. l. Neratius. §. sunt enim &c. & supra, eo. l. qua actione. §. Celsius. Iteno. q generalitas restringitur cũ culpa alicuius in faciendo præcesit, propter quã dãnum est secutum. Item not. ex hoc. §. quòd vbi cunque habẽt locum actio quod me. cau. vel de dolo, & hæc videtur locum habere: quia & illæ exigunt damnum, sicut ista: vt supra, quod met. causa. illud. §. fin. & de dolo. l. cum quis. & hic. sed certè hic accipietur damnum pro destructione tantum: ibi autem largius: vnde non concurrit hæc cum illis semper. Accursius.

†*Cõcor. tex. in cap. placet. 1. q. 1.*

b *Crimine.* cum dolo præsumpto.

c *Si putator. Si is.* scilicet, ramus. Azo.

†*Hic habemº tex. optimũ, & tenẽdũ mẽti. & quãdo quis dicatur perire sua negligẽtia siue culpa: dic, quòd illud est secũdum Bal. quãdo non permittit se curari: vel si cõcubuit cum vxore vel aliqua mulere: vel si noluit me dicis obedire.*

d *Proclamauit.* nõ impune omittitur denunciatio: vt hic, & instit. eo. §. item. & infra, mandа. inter. §. qui suscepit. & l. si fideiussor. §. si cũ debitor. & supra, eo. l. qui foueas. Accursius.

e *Si in priuato.* si per eum locum iter erat: vt infra, dicitur.

f *Prouisum.* sic infra, loca. si merces. §. penul.

g *Non posset.* sic & infra, de euic. & si rem quam. §. fi. in fi.

h *Vulgo iter fiat.* sic & infra, titu. j. l. j. §. ij.

i *Non potuerit.* nec debuerit: vt & infra, mandа. l. si fideiussor. §. si cũ debitor. Accursius.

†*Huc pertinet cap. Dent. 19.*

Illud. IAVOLENVS. Siue collectio seruorum tuorũ debet mihi damnum, siue faciant mihi furtum, liberaberis dando tantum quãtum si vnus homo liber fecisset: quia ĩ vtroque casu est eadem ratio: igitur & idem ius. Viuianus.

k *Singulos.* id est, nomine singulorum.

l *Fecisset.* vt & infra, si famil. fur. fe. di. l. j.

m *Damni iniuria.* id est actione legis Aquiliæ.

n *Obseruandum.* imò videtur quòd non: vt supra, de iurisd. om. iud. si familia. quæ est contra. Sol. vt ibi. Item cõtra ĩfra, de iniu. l. si plures. vbi plures iniuriæ censentur, vbi sunt plures in familia. Sed forte ibi loquitur de seruis plurium. Vel potest dici, quamuis dicantur plures iniuriæ, vna tamen fiat æstimatio: vt hic dicitur, secundum Azo. præterea ibi dicit in actione iniuriarum. hic in actione damni iniuriæ.

†*Iste tex. allegatur, quòd vbi est eadẽ ratio, vel æquitas, idẽ ius*

o *Æstimari.* Not. quòd vbi est eadem ratio, & idem ius. sic infra, de fonte. l. j. §. interdum. & infra, de adulte. si postulauerit. §. ratio. & arg. supra, de eden. l. quædam. §. nummularios. & instit. quod cum eo. §. si igitur. ver. istas. & supra, de nau. caup. l. nauta. §. fi. & §. de bo. possessio. et ibi testa. mili. l. j. circa pri. Sed argu. contra, infra, de col. bo. si quis. in fi. & j. respon. Item contra est vbicunque inuenitur, maxime in aliqua lege. denotat enim q alia ratio in altera: ita eadem statuitur ius, secundum Azo.

p *Nõ dolo.* furtum autem non fit sine dolo. Accursius.

q *Deinde.* id est, ex interuallo. Accursius.

r *Delicta.* vt & infra, de priua. deli. l. nunquam. §. j.

s *De occiso.* Not. propter continuationem vnum est delictum licet plura vulnera. ecõtrario quandoque vnum est factum, & tamen plura delicta: vt furtum, rapina, damnum, iniuria: vt infra, de priua. delic. l. nunquam. §. j. & facit infra de iniur. l. prætor. §. si plures.

t *Si seruum. Tuum.* mutat personas.

u *Fungi.* id est æstimari faciendo æstimationem, secundum eũ locum vbi quis cogitur respõdere. sũt enim varia pretia rerum: vt infra de eo quod certo. ideo. & infra, de aest. emp. ratio. §. fi. & infra ad. l. Falci. l. pretia rerum. & l. in lege Falcidia. & l. iij. §. fin.

x *Redempturus esse.* q ergo dicit: res tãtum valet, quãtum vẽdi potest: intellige cõmuniter: vt j. de iure fis. non ĩtelligit. §. diui fratres. & j. ad l. Fal. l. iij. ĩpri. & l. quærebatur. & j. ad Treb. l. j. §. si hæres.

y *Damnum.* id est dãni æstimationem.

z *Potuimus.* s. cõmuniter. Et sic no. in l. Aquilia lucrũ venire. sic j. ne quid in lo. pu. l. iij. §. merito. & j. rẽra. habe. si cõmissa. & §. eo. inde Neratius. in prin. Sed ar. cõtra. j. de aqua plu. ar. l. j. §. sicut. & j. quæ in fraudem creditoris. l. patrem. & l. qui autem. in princ. & infra de fur. si is. §. fi.

†*Fi*

⁋ In hac quoque actione quæ ex hoc capitulo oritur, & dolus & culpa punitur. Ideoque si quis in stipulam suam vel spinam, comburendæ eius causa, ignẽ immiserit, & vlterius euagatus & progressus ignis alienam segetem vel vineam læserit: requiramus num imperitia eius aut negligentia id accidit. Nam si die ventoso id fecit, culpæ reus est. Nam & qui occasionem [damni] præstat, damnum fecisse videtur[a]. In eodẽ crimine[b] est & qui non obseruauit ne ignis longius procederet. At si omnia quæ oportuit obseruauit, vel subita vis venti longius ignem produxit: caret culpa. Si vulneratus fuerit seruus non mortiferè, negligentia autem perierit: de vulnerato actio erit, non de occiso.

Nota clamantem excusari. & facit contra currẽtes equos, nam debent dicere, guarda guarda. Baldus.

XXXI. IDEM libro decimo ad Sabinum.

SI putator ex arbore ramum cum deiiceret, vel machinarius hominẽ prætereuntem occiderit, ita tenetur, si is[c] in publicum decidat, nec ille proclamauit[d], vt casus ei[e] euitari possit. Sed Mucius etiam dixit, si in priuato[e] idem accidisset, posse de culpa agi. Culpam autẽ esse, quod cum à diligente prouideri potuerat, nõ esset ꝓuisum[f]: aut tum denuntiatum esset, cũ periculum euitari nõ posset.[g] Secundum quam rationem, nõ multum refert, per publicum, an per priuatum iter fieret: cũ plerũque per priuata loca vulgò iter fiat.[h] Quòd si nullum iter erit, dolum dumtaxat præstare debet: ne immittat in eũ, quẽ viderit transeuntẽ. Nã culpa ab eo exigẽda non est: cùm diuinare nõ potuerit[i] an per eũ locum aliquis transiturus sit.

Casus quos nectit paritas æquitatis, & identitas rationis, non sunt quo ad iuris dispositionem separandi. Oldra.

XXXII. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

ILlud quæsitum est, †an quod proconsul in furto obseruat quod à familia factũ sit, id est, vt non in singulos[k] detur pœnæ persecutio, sed sufficiat* id præstari, quod præstandum foret, si id furtum vnus liber fecisset[l]: debeat & in actione damni iniuriæ[m] obseruari. Sed magis visum est, idem esse obseruandũ[n]. & meritò. Cum enim circa furti actionem hæc ratio sit, ne ex vno delicto tota familia dominus careat: eáque ratio similiter & in actionem damni iniuriæ interueniat: sequitur vt idem debeat æstimari[o], præsertim cum interdũ leuior sit hæc causa delicti: veluti si culpa, & non dolo[p] damnum detur.*

Quando plura delicta diuersis temporibus sunt facta, de quolibet venit imponenda pœna: sed quando fiunt eodem tempore, de vno punitur. Bartolus.

⁋ Si idem eundem seruum vulnerauerit, postea deinde[q] etiã occiderit: tenebitur & de vulnerato, & de occiso. Duo enim sunt delicta[r]: aliter atq; si quis vno impetu pluribus vulneribus aliquẽ occiderit. tunc enim vna erit actio de occiso[s].

In actione legis Aquiliæ venit interesse commune, non interesse affectionis: & pretia rerum non metimur ex singulari affectione, sed æstimatione communi. Bal.

XXXIII. PAVLVS libro secundo ad Plautium.

SI seruum meũ occidisti: non affectiones æstimandas esse puto, veluti si filium tuum[t] naturalem quis occiderit, quẽ tu magno emptũ velles: sed quanti omnibus valeret. Sextus quoque Pedius ait, pretia rerum nõ ex affectione, nec vtilitate singulorum, sed communiter fungi[u]. Itaque eum qui filium naturalem possidet: non eo locupletiorem esse, quod eum plurimo, si alius possideret, redempturus[x] esset*: nec illũ qui filiũ alienum possideat, tantum habere quanti eum patri vendere posset. In lege enim Aquilia damnum[y] consequimur: & amisisse dicemur quod aut consequi potuimus[z], aut erogare cogimur[a]. ⁋ In damnis quæ lege Aquilia[b] non tenentur, in factum datur actio.

a *Cogimur.* vt impensas vulnerato seruo. A.

b *Lege Aquilia.* scilicet directa, vel vtili: vt infra de præscript. verb.

verb. l. quia. & hoc si æquitas suadeat actionem dari. alioquin cõtra, vt. ff. eo. quemadmodũ. §. sed & si tãta. Accur.

a *Via retro accreuisse.* id est non deminutũ esse. Accur.

b *Nam sicut repudiante legatario.* qui solus est. Io.

c *Non esset.* repudiatum: ergo legatum pro nõ legato est: vt hic, & infra, si cert. pet. proinde. §. j. in fine. & supra, eo. l. si dominus. §. j. & infra, de leg. j. seruum filij. §. j. in fine. & l. si tibi homo. §. cum seruus. & l. legatarius. §. si legatum. Accursius.

d *Eique.* scilicet seruo instituto: at nunc liberto. Accursius.

e *Competere non potuit.* quomodo enim vius æstimationem sui, vt mortui, petet? & sic est iuris impossibilitas. Accursius.

f *Accideret.* vt supra, eo. huic. §. fi. & l. quia. & facit infra, de his qui deie. vel effu. si vero. §. hæc autem actio. in fine.

g *Aquilia.* p hæreditaria portione qua hæres est. nec ob. supra eo. Inde Neratius. quia si substitutus, hic coheres. Accursius.

Liber homo.] CASVS. Libero homini si vt alicui damnum daret. si habeo ius imperandi, ego teneor. si non habui ius imperandi, ille homo tenetur qui fecit. [SI QVADRVPES.] Huc. §. habuimus supra, titu. j. §. si post lite. Viuianus.

h *Cum eo est qui iussit.* & nihilominus cum eo qui paruit, secundum quosdam: vt. j. de actio. & obligatio. l. seruus. sed secundum nos non tenetur obediens: vt infra, de reg. iur. l. ad ea. Et vt hoc plene videas, quæro qualiter tenetur obediens, si habuit ius imperandi: cum secundum hoc iure fiat, non iniuria: si in ea re imperandi ius habuerit: vt quia seruum alienum cum sua vxore inuenerit: vt supra. l. iiij. & l. qui occidit: aut si habuerit ius imperandi aliud, non hoc: vterque debet teneri: non solus qui iussit: cum ei in damno dando sicut in piratica facienda parere non teneatur: vt. d. l. j. de obligatio. & actio. l. seruus. nam cum seruus non teneatur domino in talibus parere: ergo nec ciuis magistratui, vel filius patri: vt supra de arbi. si cum dies. §. in cõpromisso. vnde si paruit, magis quàm seruus debet teneri. Rursus si ius imperandi non habet, cur non tenetur: vt infra quod vi aut clam. aut qui. §. si quid. maxime cum aliàs facturus non erat: vt infra de iniur. non solum. §. Proculus. Idem si aliàs facturus erat: quia non oportet eius malitiam augeri mandando: vt infra de ser. cor. l. j. §. persuadere. & sic huius. l. distinctio nulla esse videtur. Sol. ad prædicta. hic pater, vel magistratus, ius imperandi aliàs habebat, non in ea re quam iussit fieri. obedienti autem ideo succurritur, quia non erat atrox delictum. nec enim occidere hominem, vel liberum vel seruum alienum, iussit: vel furtum facere magnæ rei: vel rapinam. Est enim grauius delictum rapina, quàm damnum datum iniuria: cum ex ea quis criminaliter accusetur. itẽ pecuniariter, in quadruplum. Item ex furto, in duplum, vel quadruplum: sed ex damno, ab initio, in simplum tantum est actio. Itẽ ex furto, vel rapina, vel iniuria, non agitur, nisi dolus intercedat. hic vero secus: vt supra, eo. illud. huius autem, qui paruit, dolus non adfuit: nec culpa: vnde non tenetur: vt hic, & infra. de regu. iur. *manu in- l. non videtur. §. qui iuss *iuriã. Flo* su. & l. is damnum. & infra, quod vi aut clã. l. is qui in puteum. §. si tutoris. Item ex pretio rei, minus vel magis vi detur delictum: vt infra de incend. rui. nau. l. Pedius. §. j. Sciendum *Filius &* est ergo, q̃ quædã sunt *seruus non* in quibus omnino pa- *semper te* rere debet filius patri, *nentur pa-* vel seruus domino: vt *rere patri* ea in quibus nullũ deli *vel domi-* ctũ versatur. alia sunt í *no.* quibus nõ cogitur parere filio, vel seruus, vel ciuis magistratui: si tamẽ pareãt, excusantur: vt in actione. l. Aquiliæ, & interdicto q̃ vi aut clã. alia sunt in quibus omnino parere nõ debẽt: vt in atrociori- bus, í quibus si pareãt, *Flo. æsti-* vterq; tenetur. Item q̃ *matione, ex* subiicit, q̃ si nõ habuit *pũcto ver-* ius imperãdi, q̃ tenetur *bo, præsta-* qui fecit: supple, & nihi *re.* lominus qui iussit: vt. j. de ſiur. nõ solũ. §. Proculus. & j. de aqua plu. ar. si colonus. in fi. & j. de dã. infec. l. dãni. §. si mãdato. quę sunt contra, & de regu. iur. l. ad ea. & l. non videtur. §. qui iussu.

i *Actio esset.* scilicet contestata. Accursius.

k *Agitur.* à domino quadrupedis: & dic, post litem contesta. super pauperie, fuit occisa: vt. ff. ti. j. l. j. §. si post.

l *Ad corpus.* s. tantum.

m *Ad causam.* id est, ad vtilitatem.

n *Eius.* pecudis.

o *In quo.* i. ppter q̃.

Si eo.] CASVS. Si seruũ meũ, qué bona fide possides, tuus p *Flo. de-* rius interficiat: an A- *prehẽdisset:* quil. mihi teneris? Et respon. q̃ sic. Vluianus.

p *A seruo.* quid si à te? Respon. vt supra de rei vindi. si homo.

q *Recte.* secus in petitione hæreditatis: vt. ff. de petit. here. sed & si lege. §. cõsuluit. & in ser. cor. vt. j. de ser. cor. l. j. §. qui bona. Ac.

Vintus.] CASVS. Si consulto equam meam prægnantem, vt eiiceret pullum, coëgisti. Aquil. mihi teneris. Viuianus.

r *In cogendo.* id est dum cogeretur in quadam strictura.

s *Eiecit.* scilicet, illud.

t *Posse.* scilicet Aquilia directa: vt insti. eo. §. cæterum. si autem non tetigit, tunc in factum: vt infra, eo. l. si boues. & l. fin.

Quamuis.] CASVS. Si inuenias animal alterius in agro tuo: ip sum occidere non debes, sed expellere debes extra: vel denuntiare domino vt recipiat animal. Viuianus.

u *Quamuis.* aliàs incipit lex, quamuis: aliàs non: sed. §. Pomponius quamuis &c.

x *Si suum.* Not. in re aliena debere quem facere vt in sua: vt infra, de sol. l. j.

XXXIIII. MARCELLVS libro vicesimoprimo Digestorum.

TItio & Seio Stichum legauit: deliberante* Seio, cum Titius vindicasset legatum: Stichus occisus est. deinde Seius repudiauit legatum. Perinde Titius agere potest,* ac si [ei] soli legatus esset:

Ius adcrescendi fingit retro, sicut aditio hæreditatis etiam super re perempta. Bal.

XXXV. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

QVia retro adcreuisse[a] dominium ei videtur:*

XXXVI. MARCELLVS libro vicesimoprimo Digestorum.

NAm sicut repudiante legatario[b] legatũ, hæredis est actio, perinde ac si legatum* nõ esset[c]: ita huius [quoque] actio est, ac si [ei] soli legatus esset.

Hæres non potest agere actione legis Aquiliæ pro testatore occiso. nam actio impossibilis testatori, est impossibilis hæredi. Baldus.

¶ Si dominus seruum quem Titius mortiferè vulnerauerat, liberum & hæredem esse iusserit: C eique[d] postea Mæuius extiterit hæres: non habebit Mæuius cum Titio legis Aquiliæ actionem, scilicet secundum Sabini opinionem, qui putabat ad hæredem actionem non transmitti, quæ defuncto competere non potuit[e]. Nam sanè absurdum accideret[f],* vt hæres pretium quasi occisi consequatur eius cuius hæres extitit. Quòd si ex parte eum dominus hæredem cum libertate esse iusserit, cohæres eius mortuo eo aget lege Aquilia[g].

Obedientia debita, vel promissa, excusat à delicto. Baldus.

XXXVII. IAVOLENVS libro quartodecimo ex Cassio.

LIber homo si iussu alterius damnum iniuria* dedit, actio legis Aquiliæ cum eo est, qui iussit[h]: si modo ius imperandi habuit. q̃ si non habuit, cum eo agendum est, qui fecit.

In lege Aquilia venit interesse in rem. & casus superueniens post lit. contesta. in re quæ erat in facultate soluendi, non excusat debitorem. Baldus.

¶ Si quadrupes, cuius nomine [contestata] actio esset[i] cũ domino quòd pauperiem fecisset, ab alio occisa est, & cum eo lege Aquilia agitur[k]: æstimatio non ad corpus[l] quadrupedis, sed ad causã[m] eius[n] í quo[o] de pauperie actio est, referri debet: & tanti damnandus est is, qui occidit, iudicio legis Aquiliæ, quanti actoris interest noxæ potius deditione defungi, quàm litis æstimationem* præstare.

XXXVIII. IDEM libro nono Epistolarum.

SI eo tẽpore quo tibi meus seruus quẽ bona fide emisti, seruiebat, ipse à seruo[p] tuo vulneratus est: placuit omnimodo me tecum rectè[q] lege Aquilia experiri.

XXXIX. POMPONIVS libro septimodecimo ad Q. Mucium.

QVintus Mucius † scribit: Equa cũ in alieno pasceretur, í cogẽdo[r], quo* prægnans erat, eiecit[s]. Quærebatur, dominus eius, posset ne cũ eo qui coëgisset, lege Aquilia agere, quia equã í eiiciẽdo* ruperat? Si percussisset, aut cõsulto vehemẽtius egisset, visum est agere posse[t]. Póponi[u]. Quã D uis[u] alienũ pec[o] in agro suo quis deprehẽderit: *sic illud expellere debet, quomodo si suum[x]

† *Huc spectat Exod. cap. 22. 23. Deut. 22.*

**quod. Flo.*

**Flo. in iciendo*

a *Cepit.* id est, passus fuit.
b *Actiones.* scilicet, de pastu pecoris: vt. &. j. de præscript. ver. qui seruandarum. in fine.
c *Includit.* animo celandi.
d *Abigere.* id est, deducere.

IN lege.] CASVS.

TItius debebat mihi. c. sub conditione, si nauis ex Asia veniret: vel ad decēniū. & hoc debitum probare poteram per instrumētū. venit Seius, & deleuit instrumētum ita quòd non potest legi. quæritur an statim possim cōuenire Titiū. l. Aquil. ad tantā pecuniā quanta per instrumētū probari poterat? Et dicit, quòd si possum ꝓbare tria, duo. s. plene, vnum semiplene. potero agere & vincere. sed exactio seu executio sententiæ differtur: & aut existet conditio primæ obligationis: & fiet exe cutio. aut non existet cōditio: & tunc nō fiet executio. Tria prædicta sunt ob deletionem talis instrumenti, in quo sic contineretur. Itē ob cōtractum primū, qualiter fuit factus. Tertiū, quòd testes instrumēti per quos possum nunc probare cōtractum, timetur nō superesse tēpore quo speratur existere conditio: vt quia senes, vel regressuri, vel morituri. Sed hoc tertium probabit summatim.

** Flo. & agr.*

† Ista lex est valde sing. & habet tres lecturas, secūdū Bar. hic.

deprehēdisset: quoniam si quid ex ea re damnum cepit[a], habet proprias actiones[b]. Itaque qui pecus alienū in* agro suo deprehenderit, non iure id includit[c]: nec agere illud aliter debet, quàm (vt supra diximus) quasi suū: sed vel abigere[d] debet sine damno, vel admonere dominum vt suum recipiat.

XL. PAVLVS libro tertio ad Edictum.

IN lege[e] † Aquilia, si deletum chirographum mihi esse dicam, in quo sub cōditione mihi pecunia debita fuerit, & interim testibus quoque[f] id probare possim, qui testes[g] possunt non esse eo tempore quo conditio extitit, & si summatim re exposita ad suspitionem iudicē adducam: debeam vincere[h]. Sed cōdemnationis exactio[i] [tunc] competit, cum debiti conditio extiterit. Quòd si defecerit[k], condemnatio nullas vires habebit.

e *In lege.* id est in actione. l. Aquiliæ, secundum Azo.
f *Quoque id.* id est quòd pecunia sub conditione fuerit debita: quia promissioni interfuerunt. q. d. non tantum probare possum deletionē, & quòd ita erat ibi scriptum. sed etiā hoc. i. principale debitum: si enim ita esset ibi scriptum: & deletionem tantum possem probare: sine dubio non ageretur Aquil. quia non sequitur si ita probo deletum, & ita prius scriptum, quòd ita fuerit debitum: quia quasi exemplum est: arg. j. de fid. instru. quicumque. &. C. de eden. auth. si quis in aliquo documento. Sed contra. C. de prob. si de possessione. sed ibi aduersario surripuerat, & quia de ipsa promissione conditionali habebam testes, videbatur me non posse Aquilia agere. Sed contra est, si tamen præsumatur à iudice eos non esse futuros existente conditione, vt subiicit.
g *Qui testes.* id est, quos verisimile est, quòd non sint eo tēpore: verbi gratia, si sint senes, vel aduenæ cito recessuri: vt. j. ad Carb. l. iij. §. duæ. & hoc summatim debet exponi[a]: & si non petatur calumnioſè, condemnabitur reus. nam si verisimile est, quòd per testes tempore existentis conditionis posset probare, non ageret. Illud autem summatim non probatur, sed plene sit pecunia debita sub conditione eo chirographo, vel non. Et not. de summaria cognitione similia: vt dices infra, ad exhi. l. iij. §. sciendum est. regulariter autem cōtra: vt. C. de iudi. l. iudices. *ADDITIO.* Dic, secundū Barto. quòd regulariter de omni casu plenarie cognoscitur. fallit in casibus in. l. iij. §. hæredum. infra, ad exhiben.
h *Debeam vincere.* immo videtur quòd non, tribus rationibus. Prima, quia si tempore cōditionis existentis iam supersint testes, non agā tunc Aquilia, quia probationes alias habeo: vt. j. de fur. l. qui tabulas. §. inde potest. &. §. apocha. &. ſ. de eden. l. argētarius. §. cum autem. &. ſ. e. l. qui occidit. §. j. si autem non supersint, nec tūc agam: quia potueram petere eos publicari ad æternam rei memoriam: vt in auth. de testi. §. penul. col. vij. &. j. de testi. l. curent. quæ sunt contra. vnde non videor pati damnum hac ratione, & si pēdente cōditione agam, similiter videor excludi, cum habeā aliud auxiliū: quia possum petere publicari testes. Sed respon. quòd hic loquitur quando pendente cōditione agitur Aquil. quod potest: licet probationes alias habeat si verisimile est quòd nō supersint existente cōditione: quod summatim iudex perpendet, habita cognitione. nec deletor potest obiicere agenti, quòd nō possint publicari testes propter delictum suum: vt dicitur. j. e. l. antep. & ibidem notaui. vel hoc auxilium publicandi habet actor suo quondā extraordinario iure. Quidam tamen dicunt, ꝙ nihilominus existente conditione aget Aquilia, licet alias probationes habeat, minus tamen consequitur agendo: quia minus damnū est, ꝙ si nullas alias haberet. & quod dicitur ibi in d. §. apocha. in fi. ibi, nihil mihi videtur interesse. ita ponunt. i. non videtur differētia esse si sint etiā aliæ probationes &c. Sed hoc nō valet: quia quare tunc differretur exactio? certe immonō differtur: vt &. j. de cōdic. fur. l. si seruus. §. qd si pendēte. &. j. de tab. exhi. locum. §. cōdemnatio. Prima ergo verior est: & sic exactio differatur: & est speciale, ne contradicant de modo dictæ ll. Secūda est ratio, quare non debeat debere vincere: quia quomodo vincam cum ante conditionem nihil agō: vt. ſ. quando di. vsufr. lega. ce. l. ſi fi? Sed dic, agi hic propter præsens damnum vt & statim dices in solutione contrarij. Item tertia est ratio, ꝙ non vincam: quia iudicium non est de futuris vt. ſ. de iudi. l. non quemad. modum. quæ est cōtra. Sol. hic præsens dānū, & præsens obligatio, & præsens actio est, & præsens causa. i. factus: & præsens sententia, sed non exactio vel executio. Vel dic, ꝙ est mirabile & speciale & notabile in Aquilia. sunt & alia, vt pœna inficiationis, & solutum indebitum ex ea causa. Item quòd veniat culpa leuissima. Tertia positio: quidam tamen dicunt, quòd hic inducuntur testes vt publicentur: quod non placet Azo. quia sic se actor excluderet ab Aquilia, parando sibi alias perpetuas probationes: vt & modo notaui. sed ipsi dicunt non agi hic Aquilia: nec hoc hic dicitur. & quod dicit in fi. cōdemnationis & condēnatio. scilicet faciendæ & facienda. & in prin. l. in. l. Aquilia. non dices: id est, in actione, sed in tractatu Aquil. & est plana hæc lectura: & debeo vincere in eo quod peto. peto autem fieri probationem: & sic fertur interlocutoria super hoc. ex prædictis patet tribus modis intelligi hanc. l. vt ex hac glos. colligitur. Accur.
i *Exactio.* Not. mirabile, scilicet actionem in factum re ind. vltra quadrimestre, vel bimestre, tempus extendi: aliàs contra: vt C. de vſu. rei iu. l. ij. &. j. de re iud. l. debitoribus. & facit. ſ. de peti. hæred. quod ſi in diem. Accursius.
k *Defecerit.* scilicet conditio. Accursius.

a Bar. hic in pe. col. in versi. quæro quid faciat iudex. dicit hāc glo. no. & sing. & vide remissiones quæ traduntur hic in nouis interpreta. Bolog.

A

B

C

D

Pro testamēto deleto, non competit actio legis Aquiliæ testatori, sed hæredi vel legatario. Bal.

XLI. VLPIANVS libro quadragesimoprimo ad Sabinum.

SI quis testamentum deleuerit, an damni iniuria actio competat, videamus. Et Marcellus libro quinto Digestorū dubitans negat cōpetere. Quēadmodum enim, inquit, æstimatio inibitur[l]? † Ego apud eū notaui, in testatore quidē hoc esse verum: quia quod interest[m] eius, æstimari non potest: verumtamen in hærede vel legatariis diuersum[n], quibus testamenta pene chirographa[o] sunt. Ibidē Marcellus scribit, chirographo deleto competere legis Aquiliæ actionem.

Secretarius tenetur ad interesse, si reuelat secretum. h. d. & ad hoc allegatur iste §. Bal.

† Sed & si quis tabulas testamēti apud se depositas deleuerit[p], vel pluribus præsentibus legerit: vtilius est in factum & iniu-

SI quis.] CASVS. Quidam deleuit testamētum alterius. Aquil. non tenetur quo ad testatorem: sed hæredes & legatarij agere possunt Aquil. Cætera plana sunt vsque ad. l. ob id. Viuianus.
l *Inibitur.* aliàs, habebitur. aliàs, habetur. & aliàs, inhibetur. Accursius.
m *Interest.* quod dicitur non interesse testatoris: verum est, propter relicta. sed nonne potest' interesse propter linum & cerā, filum & similia? Respon. sic, propter quæ agitur Aquilia.
n *Diuersum.* ideo diuersum, quia eorum interest: non tamē aperit quòd Aquilia detur. est tamen verum, quòd datur hæreditate adita: sed prius facta deletione, datur de dolo: vt. j. e. l. qui tabulas. in fine. &. ſ. de dolo. l. ſi quis tabulas. in fi. Accursius.
o *Pene chirographa.* nō vere. nam chirographū dicitur scriptura quam quis sua manu emittit in suum præiudicium: quod testator non facit. Vel largius accipe chirographum, pro quolibet instrumento. & dic, quòd pene dicit, quia hæres nemmem habet obligatum: magis autem ipse obligatur: creditor vero habet. Item quia in chirographo vertitur lucrum tantum: in testamento, & onus, secundum Azo. & secundum hoc dictio, quibus, ad hæredes tantum refertur. Accursius.
p *Deleuerit.* post aditam hæreditatem.

BIU Cujas

riarum agi: si iniuriæ faciendæ causa secreta iudiciorũ publicauit[a]. Interdũ euenire Pomponius eleganter ait, vt quis tabulas delendo, furti non teneatur, sed tantum damni[b] iniuriæ: vtputa si non animo furti faciendi, sed tantũ damni dandi, deleuit. nam furti non tenebitur. cum facto[c] enim etiam animum furis furtum exigit[d].

XLII. IVLIANVS libro quadragesimo octauo Digestorum.

QVi tabulas testamenti depositas, aut alicuius rei instrumẽtum ita deleuit, vt legi nõ possit: depositi actione, & ad exhibendum[e] tenetur: quia corruptam rem restituerit, aut exhibuerit. legis quoque Aquiliæ actio[f] ex eadem causa cõpetit. Corrupisse enim tabulas, rectè dicitur & qui eas interleuerit.

In lege Aquilia venit damnum datum, etiam hæreditate iacente. Bartolus.

XLIII. POMPONIVS libro nonodecimo ad Sabinum.

OBid, quod antequàm hęreditatem adires, damnum admissum in res hæreditarias est[g], legis Aquiliæ actionem habes: quòd post mortem eius, cui hæres fis acciderit. Dominum enim lex Aquilia appellat[h], non vtique[i] eum qui tunc fuerit, cum damnum daretur. Nam isto modo[k] ne ab eo quidem, cui hæres quis erit, transire ad eum[l] ea actio poterit[m]: neque ob id[n], quod tum commissum fuerit, cum in hostium potestate esses, agere postliminio reuersus poteris. & hoc aliter[o] constitui sine magna captione posthumorum liberorum, qui parentibus hæredes erũt, non poterit. Eadem dicemus & de arboribus eodem tempore furtim cæsis. Puto eadem dici posse etiam de hac actione *quod vi aut clam*: si modo quis aut prohibitus fecerit: aut apparuerit, eũ intelligere debuisse[p], ab eis, ad quos ea hæreditas pertineret, si rescissent, prohibitum iri.

XLIIII. VLPIANVS libro quadragesimo secundo ad Sabinum.

IN lege Aquilia & leuissima[q] culpa venit. Quotiens sciente domino seruus vulnerat, vel occidit: Aquilia dominum teneri[r], dubium non est.

XLV. PAVLVS libro decimo ad Sabinum.

SCientiã hic pro patiẽtia accipimus: vt qui prohibere potuerit[f], teneatur si non fecerit.

Not. quòd licet vulneratus sit liberatus, tamen potest agi de vulnere. quod not. & tene menti. Bal.

¶ Lege Aquilia agi potest, & sanato vulnerato seruo[t]. Si meũ seruum, cum liberum[u] putares, occideris: lege Aquilia teneberis. ¶ Cum stramenta ardentia transilirent, duo[x] concurrerũt, amboq́; ceciderunt, & alter flãma consumptus est: nihil eo nomine potest agi, si non intelligitur vter ab vtro euersus sit[y].

Quod fit ad defensam, pœnam non meretur. Bal.

¶ Qui cũ aliter tueri se non possent, dãni culpam dederint: innoxij sunt. Vim enim vi[z] defendere†, omnes leges, omniaque iura permittũt[a]. Sed si defendendi mei causa lapidem in aduersariũ misero, sed nõ eum sed prætereuntẽ percussero: tenebor[b] lege Aquilia. Illũ enim solũ, qui vim infert, ferire conceditur: & hoc si tuendi dũtaxat, non etiam vlciscendi[c] causa factum sit. ¶ Qui idoneũ parietem sustulit, damni iniuria domino eius tenetur.

XLVI. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Sabinum.

---

1 *Publicauit.* paupertatem testatoris manifestando: vt. C. quando & quibus quarta pars. l. ij. §. sed vbi. Azo. & leg. Cor. de falsis tenetur: vt infra, de pœnis. si quis aliquid. §. qui viui. & etiam iniuriarum: vt. j. depos. l. j. §. si quis tabulas.

b *Damni.* sed & si non habuit animum damni dandi, tenetur: vt supra, eo. sed & si. §. iniuriam. & l. si seruus seruum. §. si fornacarius. & in puero: vt in. §. & si puerum. in. l. si seruus seruum.

c *Cum facto.* id est, cũ contrectatione.

d *Exigit.* scilicet, vt sit furtum: cum furtum sine affec. &c. vt instit. de ob. ex delic. §. placet. vt quia erat debitor qui surripuit.

e *Qui tabulas. Ad exhibẽdum.* Hac actione videtur non teneri, primo per. l. C. ad exhiben. l. exhibitionis. quæ est contra. Solut. ibi non erat mutata forma rei: hic sic. arg. infra, ad exhiben. l. Iulianus scribit. §. sed & si quis. Secundo, quia alibi dicitur dari de dolo: quod non esset si hic daretur: vt supra, de dolo. l. si quis tabulas. quæ est contra. Solu. hic deposita erant vt heredi restituerentur: ibi vt perpetuo essent apud depositarium: vel hic tabularum dominus, ibi non: vel hic hæreditatem adiit, ibi non. vel solue: vt ibi.

f *Aquiliæ actio.* scilicet vtilis, vel in factũ: vt supra. l. proxi. §. pen.

OBid.] CASVS. Titi[9] instituit me hæred. & antequã adirem, Seius dedit damnũ in hęr. postea obiit. quæritur, an competat mihi. l. Aquil. act? Et dicitur quòd sic: cum sim dominus illarũ rerum in quibus fuit dãnum illatum: licet tunc non eram. si aliter dicas, tria sequerẽtur inconuenientia. Primo, quia si de hære. ad hæredem act. non transiret: eadem ratione nec de eo cui cœpit competere, ad hære. transiret: quod est falsum: quia transit. Itẽ secundum, quia si damnum daretur in rebus captis ab hostibus, non daretur ei actio reuerso: quod iniquũ esset. Tertio, quia si daretur damnum in rebus Titij quondam: antequam posthumus futurus hęr. adiret: posthumo postea nato act. l. Aquil. non daretur: quod esset iniquum. igitur oportet vt ad hæredem transeat hæc actio. hoc duob[9] probat exemplis. vnũ est in actione arborum furtim cæsarum. aliud est in actione seu interdicto quod vi aut clam: quæ competit hære. pro eo quod iacente hære. factum est. Viuianus.

g *Est.* id est ob id damnum quod &c. Azo. Sed videtur non dari, occasione talis rei hæredi actio furti: vt. j. de furtis. l. hæreditariæ. quæ est contra. Solu. aliud in actione furti: vt ibi, & aliud in actione ista.

h *Appellat.* vt &. ş. eod. item Mela. §. legis.

i *Non vtique.* scilicet tantum. Ioan.

k *Modo.* si præsentem dominum tantum appellaret.

l *Ad eum.* scilicet hæredem. Ioan.

m *Poterit.* est enim hæc actio personalis: vnde ad vniuersalem non specialem successorem transit. sicut nec aliæ præter duas: id est actioné quæ oritur ex interdicto de iti. actúq; priua. vt. j. de iti. actúque priua. l. iij. §. hoc interdictum. &. §. sed & si quis. Et præter illam quæ oritur ex interdicto quod vi aut clam: vt. j. quod vi aut clam. l. is qui in puteum. §. sed & si postea. secũdũ Az.

n *Ob id.* ſ. damnum.

o *Et hoc aliter.* scilicet quàm diximus. Ac.

p *Debuisse.* ne melioris conditionis, &c. vt infra, quod vi aut clã. l. seruus.

IN lege.] CASVS. Propter leuissimam culpam quis hac act. tenetur, si damnum det. Cætera plana sunt vsque ad. l. ita vulneratus. Viuianus.

q *Leuissima.* nisi in duobus casibus: vt. ş. e. si putator. & infra, de adquir. re. domi. homo liber. §. j. Accursius.

r *Teneri.* & insolidũ.

f *Scientiam. Potuerit.* Vt &. C. de noxa. si seruus igno. & hoc siue de iure, siue de facto potuit prohiberi: vt. j. de noxa. l. in omnibus. secundum Azonem.

t *Vulnerato seruo.* ſ. rãtione expensarum & operarum: vt. ş. eo. si seruus seruum. §. rupisse.

u *Cum liberum putares.* forte idẽ facturus si scisset: vt in iniuria: vt. j. de iniur. item apud. §. interdum.

x *Duo.* scilicet, homines.

y *Euersus sit.* Arg. cõtra. ş. eo. item Mela. §. sed si plures. &. j. tit. j. l. j. in fin. &. l. ij. Accur.

z *Vim enim vi.* vt. ş. de iusti. & iure. l. vt vi. vt supra, quod me. cau. l. sed & partus. §. j.

a *Permittunt.* eo ipso quòd non prohibent: vt. ş. ex qui. cau. ma. l. necnon. §. sed quod eis. Azo.

b *Tenebor.* veritate inspecta potius quàm meo cogitatu: vt infra, de iniur. l. eum qui. §. si iniuria. &. j. quod vi aut clam. l. aut. §. & si quis dum. & infra, de ser. corrupt. l. doli mali. §. si quis dolo. Sed ar. contra. infra, de iniur. item apud. §. interdum. &. l. si cum seruo. sed illud in illa actione iniuriarum: secus in ista. vel dic, vt nota. in d. §. si iniuria. Item argu. contra. infra, de his quæ in tes. delen. l. ij. ibi, non magis quàm si &c. Accursius.

c *Vlciscendi.* Not. quòd incontinenti licet vim vi repellere, & eodem modo. Item non ad vltionem, sed ad defensionem: vt hic, &. j. eo. si ex plagis. §. j. &. C. vnde vi. l. j. &. ş. eo. sed & si quemcũque. circa prin. Sed videtur etiam ad vltionem permitti: vt. C. de metat. l. decuotũ. quæ est contra. Sed certe nomẽ vltionis, ponitur ibi

† *Hic habes tex. optimũ: adde Angel. in l. i. j. ad. leg. Cor. de sic. secus. & concor. tex. in ca. quia. 64. dist.*

BIU Cujas

ibi pro defensione: sicut in Psalterio ponitur in quibusdam libris, defensorem: & in aliis, vltorem. & ponitur ita in Esaia. & sic etiã in. C. quando li. vnicuique se vim. l. j. in fin. ibi, nostram &c. secũdum Io. Item ad idem contra. j. de bo. lib. l. qui cum maior. §. si libertus. in fin. §. sed ibi ciuiliter. ſ. coram iudice reconueniendo eũ se vlciscebatur. Accur.

a *Si vulnerato. Actum sit.* de vulnerato. Accursius.

b *Sed si priore. Egisset.* sic. j. de actione emp. l. ex empto. §. etiam. in fin. §. &. j. de euic. l. quia dicitur. Ac.

c *Si seruus. Dederit.* dolo, vel lata culpa. de quo solo tenetur liber factus actione in factum in duplum postquã fuerit liber factus: vt. j. si quis test. lib. esse iuſ. fue. l. j. in prin. &. §. j. ex alio autẽ facto tenet. l. Aquil. vt subiicit.

d *Tenebitur.* de culpa leuiſsima.

e *Alterius.* primum enim parit actionem in factum. vt dixi. secundum actionẽ. l. Aquilę.

f *Hæres.* ſ. actiones.

g *Si quis fumo.* quod dicitur pſequi in vim paſsiui. Accursius.

h *Videatur.* i. pſumat.

i *Iniuria.* id est, non iure. Accursius.

k *Attulerit.* id est, vt damnũ datũ hoc ipso, quòd non est iure datũ, videatur: id est præſumatur, quòd attulit iniuriam, id est, culpam cum ipso damno, secũdũ Io. & sic culpa præſumitur. Vel dic, secundum Azo. planius, sed in idẽ recidit, hoc ipso q̃ est damnum datum, pręſumatur nõ iure datum, nisi contra probetur: vt in exẽplo quod subiicit: nisi magna &c. & sic culpa pręſumitur: & fallit quod dicitur, qui culpam dicit &c.

l *Extinctus.* immo videtur teneri si ante extinguatur: vt. j. quod vi aut clam. si alius. §. est & alia. quæ est contra. Sol. hic erat iuſtus metus, ibi non: vt ar. j. loc. l. habitatores. in fi. &. j. de incẽ. rui. nau. l. iij. §. pe. erat enim hic iã ortum incendium, & sic putabatur illuc peruẽturum. vnde versus:

Nã tua res agitur, paries cum proximus ardet.
Et neglecta solent incendia sumere vires.

Flo. demolit Item facit ad hunc. §. ſ. eod. l. qui occidit. §. in *Flo. quòd* hac. &. C. eo. l. j. Acc.

m *Qui domum. Præter naturale ius.* ſcilicet quo ædificium cedit solo.

SI vulnerato seruo lege Aquilia actũ sit[a], postea mortuo ex eo vulnere, agi lege Aquilia nihilominus potest.

XLVII. IVLIANVS libro octogesimosexto Digestorum.

SEd si priore iudicio æstimatione facta, postea mortuo seruo de occiſo agere dominus instituerit: exceptione doli mali opposita compelletur, vt ex vtroque iudicio nihil amplius consequatur, quàm consequi deberet, si initio de occiſo homine egisset[b].

Diuersitas factorum, exigit diuersitatem pœnarum. Bald.

XLVIII. PAVLVS libro trigesimonono ad Edictum.

SI seruus ante aditam hæreditatem damnum in re hæreditaria dederit, [c] & liber factus in ea re dãnũ det: vtraq; actione tenebit[d], quia alterius[e] & alterius facti hæ res[f] sunt.

XLIX. VLPIANVS libro nono Disputationum.

SI quis fumo[g] facto apes alienas fugauerit, vel etiam necauerit: magis causam mortis prĕstitisse videtur, quàm occidisse: & ideo in factum actione tenebitur.

Not. quòd quis potest destruere alienũ, ne destruatur suum: quia hoc videtur facere magis causa defensionis, quàm offensionis. Bartolus.

QUod dicitur, damnum iniuria datum Aquilia persequi: sic erit accipiendum, vt videatur[h] damnum iniuria[i] datum, quod cum damno iniuriã attulerit:[k] nisi magna vi cogente fuerit factum: vt Celsus scribit circa eũ, qui incendij arcendi gratia vicinas ædes intercidit. Nam hic scribit cessare legis Aquiliæ actionem. Iusto enim metu ductus, ne ad se ignis perueniret, vicinas ædes intercidit. & siue peruenit ignis, siue ante extinctus[l] est: existimat legis Aquiliæ actionem cessare.

L. IDEM libro sexto Opinionum.

QVi domum alienam inuito domino demolitur*, & eo loco balneas exstruxit: præter naturale ius[m], quo * superficies ad dominum soli pertinet, etiam damni dati nomine actioni subiicitur[n].

n *Subiicitur.* pro domo destructa. Accursius.

Ita vulneratus.] CASVS. Vnus seruum meum vulnerauit, & alius postea occidit. ambo tenentur de occiſo. Litera est plana vsque ad fin. l. Viuianus.

o *Ictus.* id est percuſsus. Accursius.

LI. IVLIANVS libro octagesimosexto Digestorum.

ITa vulneratus est seruus, vt eo ictu certũ esset [eum] moriturum. medio deinde tempore hæres institutus est: & postea ab alio ictus[o] decesit. quæro, an cum vtroque de occiſo lege Aquilia agi posit? Respõdit. [p] Occidisse dicitur quidem vulgo, qui mortis causam quolibet[q] modo præbuit: sed lege Aquilia[r] is demum teneri visus[f] est, qui adhibita vi, & quasi manu causam mortis pbuisset: tracta videlicet interpretatione vocis à cædendo, & à cæde. Rursus Aquilia lege teneri[t] existimati sunt, † nõ solum qui ita vulnerassent, vt cõfestim vita priuarent: sed etiam hi, quorum ex vulnere certum esset aliquem vita excessurum. Igitur si quis seruo mortiferum vulnus inflixerit, eundémque alius ex interuallo ita percusserit, vt maturius interficeretur, quàm ex priore vulnere moriturus fuerat: statuendum est, vtrumque eorum lege Aquilia teneri. Idque est consequens auctoritati veterum, qui cum à pluribus idem seruus ita vulneratus esset, vt non appareret cuius ictu periisset: omnes lege Aquilia teneri iudicauerunt[u]. Aestimatio autem perempti non eadem in vtriusque persona fiet. Nã qui prior vulnerauit, tantũ præstabit, quanto in anno proximo homo plurimi fuerit: repetitis ex die vulneris trecẽtis** sexaginta quinque diebus. posterior [verò] in id tenebitur, quanti homo plurimi venire[y] poterit in anno proximo, quo vita excesit: in quo pretium[z] quoque hæreditatis erit. Eiusdẽ ergo serui occiſi nomine alius maiorẽ, alius minorem æstimationẽ præstabit. nec mirũ: cum vterque eorũ ex diuersa causa, & diuersis temporibus occidisse hominẽ intelligatur. Quod si quis absurdè[a] à nobis hæc cõstitui putauerit, cogitet lõgè absurdius constitui, neutrũ lege Aquilia teneri, aut alterũ[b] potius: cum neq; impunita[c] † maleficia esse

p *Respondit.* nõ respõdet quæstioni modo: sed altius exordiur.

q *Quolibet.* manibus vel corpore: vel sine manibus & sine corpore, præbita aliter occaſione mortis. Accur.

r *Aquilia.* scilicet, directa. alius autẽ tenetur in factum qui non suo corpore fecit.

f *Visus.* ex primo capite.

t *Teneri.* vt de occiſo nã vterq; tenetur quãs plurimi in anno proximo fuerit à tẽpore ſa vulneris: vt hic subiicit, æstimatio autẽ &. j. de dam. infe. num. §. idẽ seruus. &. ſ. e. l. ait lex. de vulnerato autẽ fieret æſtimatio intra xxx. dies tertio capite. necesse contra. ſ. eo. l. huic. §. ſi seruus. &. l. item Mela. §. Celsus. vbi dicit primo vt de vulnerato teneri licet esset vulnus mortiferum: quia non erat certum ex eo vulnere moriturum.

u *Iudicauerunt.* ita ergo & in proposito: vt j. tit. j. l. j. in fi. &. l. ij. & ſ. eo. item Mela. §. ſed ſi plures. Sed arg. contra. ſ. de rei vindica. l. ſi frumentum. in fi.

x *Trecentis.* nã tot dies habet annus: vt hic, & j. de ſta. li. cum hęres. §. Stichus.

y *Venire.* i. vẽdi. Acc.

z *Pretium quoque hæreditatis.* & sic lucrũ venit: vt. j. de eo quod cer. loc. l. ij. in fin.

a *Absurde.* ex eo. ſ. q pro homine quondam ſsumpto mortuo, nũc quaſi mortuꝰ teneatur. & sic bis videtur mortuus, & diuersis temporibus. quod videtur absurdum: sed eius cõtrarium esset absurdius vt subiicit. Accursius.

b *Alterum potius.* scicet quàm alium.

c *Impunita.* no. maleficia non esse impunita. dimittenda: vt hic, & ſ. de iudi. ſi lõgius. §. j. & de noxa. l. iiij. §. cũ do minus. &. j. de fideiuſ. ſi à reo. §. fin. & C. de pe nis. l. ſi opis. &. j. de ſe. Stichũ aut Pã. in fine. j. respon. &. j. de interro ga. ac. l. qui seruum. in fi. j. respon. &. C. de de fen. ciui. l. per omnes.

BIU Cujas

oporteat: nec facilè constitui posit, vter potius lege [Aquilia] teneatur. Multa autem [in] iure ciuili contra [strictam] rationem disputandi [a] pro vtilitate communi recepta esse, innumerabilibus rebus probari potest. Vnum interim [b] [pro] posuisse contentus ero. Cùm plures trabem alienam furandi causa sustulerint, quam singuli ferre non possent, furti actione oēs teneri existimantur: [c] quâuis subtili ratione dici possit, neminē eorum teneri: quia neminem verū sit eam sustulisse.

Imperitia medici, vel negligentia infirmi, non imputatur percussori: nec auget delictum. Bald.

LII. ALFENVS libro secundo Digestorum.

SI ex plagis seruus mortuus esset: neq; id medici inscientia, aut domini neglegentia accidisset: rectè de iniuria occiso [d] eo agitur.

Ille qui immediate percutit percussorem suum, videtur facere ad defensam. Bald.

¶ Tabernarius in semita [e] noctu supra lapidem lucernā posuerat: [&] quidam præteriens eam sustulerat. tabernarius eū consecutus, lucernam reposcebat: & fugientem retinebat. ille flagello, quod in manu habebat, in quo dolon*† inerat, [f] verberare tabernariū cœperat, vt se dimitteret.*[&] ex eo maiore rixa facta, tabernarius ei, qui lucernam sustulerat, oculū effoderat. consulebat num dānum iniuria nō videtur dedisse, quoniam prior flagello percussus esset? Respondi, nisi data opera [g] effodisset oculum: nō videri damnū iniuria fecisse. culpam enim penes eum, qui prior flagello percusit, residere: sed si ab eo non prior vapulasset, [h] sed cū ei lucernam eripere vellet, [i] rixatus esset: [k] tabernarij culpa factum videri.

Not. quod ius ex facto oritur, & ius est implicitum facto. h.d. Bartolus.

¶ In cliuo [l] Capitolino duo plaustra onusta mulæ ducebāt, [m] prioris [n] plaustri muliones [o] cōuersum plaustrū subleuabāt, quo [p] facilius* mulæ ducerent. interim superius [q] plaustrum cessim [r] ire cœpit: & cum muliones, [s] qui inter duo plaustra fuerūt, è medio exissent: posterius [t] plaustrū à priore [u] percussum retro redierat, & puerū cuiusdam obtriuerat. dominus pueri consulebat, cum quo [x] se agere oporteret. Respondi, in causa [y] ius esse positū. Nā si muliones, qui superius plaustrū sustinuissent, sua sponte se subduxissent, & ideo factum esset, vt mulæ plaustrū retinere nō possent, atq; onere ipso retraherētur: cum domino [z] mularū nullā esse actionē, [sed] cū hominibus [a], qui cōuersum [b] plaustrū sustinuissent, lege Aquilia agi posse. Nam nihilominus eum damnū dare, qui quod sustineret, [di] mitteret sua volūtate [c], vt id [d] aliquem feriret: veluti si quis asellum cū agitasset, nō retinuisset. Aequè si quis ex manu telum, aut aliud quid emisisset [e]: dānū iniuria daret. Sed si, mulæ quia aliquid reformidassent [f], & muliones timore permoti ne opprimerentur, plaustrū reliquissent: cū hominibus actionē nullam esse, cum domino [g] mularū esse. Quòd si neq; mulę, neq; hominęs in [ea] causa essent, sed mulæ retinere on[o] nequissent: aut cū conarētur [h]*, lapsæ concidissent: & ideo plaustrum cessim redisset, atque hi quò conuersum fuissent, onus sustinere nequissent: neq; cum domino mularū, neque cū hominibus [i] esse actionē. Illud quidē certū est [k]*, quoquo modo res se haberet, cum domino posteriorum mularum agi nō posse: quoniā non sua spōte, sed percussæ retro redissent [l]†. ¶ Quidā boues vendidit ea lege, vti daret experiundos: postea dedit experiūdos. emptoris seruus in experiūdo percussus ab altero boue cornu est. quærebatur nū venditor emptori damnū præstare deberet? Respondi, si emptor boues emptos haberet, nō debere [m] præstare, sed si nō haberet emptos: tum si culpa hominis factum esset, vt à boue feriretur, non debere præstari: si vitio bouis, debere.

Si ludentes adinuicem se spingant, & spinctus in terram percutit caput, vel crus frangit: spingens non tenetur nisi studiose fecisset, & extra naturam ludi. h.d. tex. cum glo. Bal.

¶ Cum pila cōplures luderent: quidā ex his seruulū [n], cū pilam recipere* conaretur, impulit: seruus cecidit, & crus fregit. q̄rebatur, an dominus seruuli lege Aquilia cū eo, cuius impulsu ceciderat, agere posset? Respondi, non posse, cū casu [o] magis, q̄ culpa videretur factum.

a *Disputandi*. id est cō
b *Vnum interim*. scilicet exemplum.
c *Existimātur*. tot aufferūt maleficia, quot personę: vt infra, de incend. l. si plures. & omnes insolidum tenentur: vt infra, de fur. vulgaris. §. pe. Sed ar. contra. §. quod cuiusque vniuersitatis. §. municipes. & ff. de dam. infec. damni. in fi. ij. respon.
d *Ex plagis*. De occiso. si enim negligentia periisset, nō agere tur de occiso: vt. §. eod. l. qui occidit. §. fin. Azo.
e *In semita*. id est, in via.
f *Inerat*. no. quod dolor dicitur inesse flagello, ex eo quod alij infert dolorem.
g *Nisi data ad hoc opera*. id est, ad vindictā. et sic ex quo incontinenti fecit, præsumitur quòd ad sui defensionem fecerit: vt aggressor interim eū non inuulnerat: nisi cōtra probetur: vt hic, & supra, ff. si quadrupes pauperiē fecisse dicatur. l. j. §. cum aristes. secundum quosdam. Et sic potest contra probare: vt hic, secundum Ioan. li. quidam contra. & de quod not. C. vnde vi. l. j.
h *Vapulasset*. i. verberatus esset.
i *Vellet*. per quod vides, quòd incepit tabernarius rixam: ergo nō licet ob tutelam rerum mearum inferre vim? Respon. hoc quia non fuit cum moderamine. Accursius.
k *Rixatus esset*. & sic eum prius percusserit: collige ergo hic, & ex superiori respon. argu. quod non debes aliquē percutere ad defendēdum, nisi prius te feriat. Sed contra est: vt infra, de vi & vi ar. l. iij. §. eum igitur. & hic sic euenit de facto.
l *In cliuo*. Cliuus locus est quidam.
m *Ducebant*. ascendēdo. Azo.
n *Prioris*. id est superioris. Accursius.
o *Muliones*. quorum tamen mulæ non erāt. Accursius.
p *Quo*, pro vt. Azo.
q *Superius*. id est, prius. Azo.
r *Cessim*. id est retro.
s *Muliones*. superioris plaustri.
t *Posterius*. post quod nullum erat.
u *A priore*. id est, superiore. Azo.
x *Cum quo*. vel cū domino mularum: vel cū plaustrariis.
y *In causa*. id est dicere vt ille teneatur qui causam mortis prębuit. vel causam dicit, factū ipsum cum quo ius est implicitum. facti ergo potius est quęstio quàm iuris. Accursius.
z *Cum domino*. inferioris, vel superioris, plaustri.
a *Cū hominibus*. id est cum mulionibus.
b *Conuersum*. scilicet nunc. Accursius.
c *Sua voluntate*. non iusta necesitate. Ir.
d *Vt id*. scilicet cōsecutiue: vt duobus probat exemplis.
e *Emisisset*. etiam sine voluntate: vt. §. e. scientiam. §. sed si defendendi. Azo. *Fl. conniterentur*
f *Reformidassent*. scilicet sine causa.
g *Cum domino*. superioris plaustri.
h *Conarētur*. aliàs, conarentur: & aliàs, corruerent. *Flo. certè, quoq.
i *Neque cum hominibus*. ob hoc q̄ de medio exiuerint: sed ex eo quòd nimis onerauerunt tenētur: vel si per malum locū duxerint: vt. §. eo. qua actione. §. sed si quis plus.
k *Certum est*. siue culpa mulionum, vel alterius damnum acciderit: vel vitio superiorū mularum. †*Iste tex. est not. secundū Bal. quòd non est culpa in percusso, si retrocedit: secus in percussorq.*
l *Retro redissent*. arg. contra. infra, de dam. infec. l. qui bona. §. cū inter. sed ibi melius poterat sibi cauere ab alio: & ideo mihi cauet.
m *Debere*. cum enim venditor bouem recipit, omnia retroagūtur: si tamen vellet, posset pro noxia dimittere: vt supra, de alie. iudi. l. quia redhibito. & j. de ædi. edic. l. quòd si nolit. in prin.
n *Seruulum*. cum aliis ludentem. Accursius. *Flo. percipere
o *Cum casu magis*. nō data opera, id fecit: vt §. e. item Mela. in prin. est enim de naturali ludi, vnum alium impellere. Accursius.

Si boues.

BIU Cujas

a *Si boues.* id est, vaccas alienas: vt bene cõueniat q̃ sequitur. Ac.
b *In factum actio.* vt & insti. eo. §. fin. Accursius.

Legis Aquiliæ.] CASVS. Si promisisti mihi animal: & ipsum ante moram occidi, vel vulnerauit: an Aquili. tenear, quæritur. Et respon. quòd sic. sed si post moram occidi, non tenetur.

c *Vulnerauit.* & sic lucro moritur debitoris: vt. j. de leg. j. filiusfami: §. fi. sed contra id quod dicit hic dari Aquil. est supra, de dolo. l. arbitrio. §. fi. Sol. hoc sub cõditione promisit, vel in diem incertam: vbi cõditione vel die incerta deficiente, apud promissorem maneret. s. vero pure promiserat, vel in diem certam. Vel dic, illam determinari per istam. vel ibi occidit alius vt daret damnum creditori, hic non: & hoc secundum Ir. sed ar. contra. huic so. š. e. l. in lege. §. fi. Azo.

**Flo. incipit, Boues alienos.*

d *Sibi potius.* sic. j. ad. l. Rho. de ia. l. natis. in fi. &. j. so. ma. l. ex diuerso. §. licet.

Stichum.] CASVS. Promisi Titio Stichum, aut Pamphilum, alternatiue. Pamphil⁹ xx. valebat, & Stich⁹. x. deinde stipulator occidit Stichum ante moram, vel etiam extraneus aliquis occidit ante moram debitoris: & sic competit actio. l. Aqui. tria hic quæro. Primo, nunquid competat in præmisso casu: vel in pretium Stichi occisi: vel in pretium Pamphili. Secũdo, moritur Pãphilus sua morte: & sic liberatur pro interitu vtriusque, an actio. l. Aquil. nata intereat in pretium Pamphili? & dicit quòd nõ interit, cum semel victus fuit. nam sufficit semel interfuisse tempore damni dati, vel retro, intra annum. Tertio, quod ex secundo nascitur, tale: pone q̃ Pamphilus sua morte decesserit ab anno citra: nũc occiditur Stichus vilior, quæritur & an, & in quantum, agatur Aquil. & dicit agi in pretium Pamphili ac si Stichus retro fuisset occisus ab anno scilicet citra à morte.

**Flo. iam*

e *Esset.* id est valeret: & sic in sequenti.
f *Aquiliæ.* in quantum detur. certum est enim dari: vt š. l. proxi.
g *Ab extraneo.* interfectore.
h *Habeo dare.* innuit me ad viuum præcisè teneri: quod est verum: vt infra, de so. Stichum aut Pamphilum. in prin. Sed contra infra, de leg. j. cum res. §. sed si Stichus. vbi permittit dari pretium mortui. Solu. hic delinquens stipulator promissori propter delictum suum obiicere non potest quòd soluere potest mortui æstimationem, quo minus soluat Pamphili æstimationem conuentus l. Aquil. si velit debitor: vel verius, ibi est forsan, quod est philosophicum temperamentum, secundum Azo.
i *Quanti mea interest.* quod verum est. si enim Stichum soluerem, liberarer, & haberem Pamphilum, qui est viginti milium.

LIII. NERATIVS libro primo Membranarum.

SI boues[a] alienos* in angustum locum coëgisti, eoque effectum est, vt deiicerentur: datur in te ad exemplum legis Aquiliæ in factum actio[b].

De iniuria quam quis facit sibi, nemo agit. ad hoc allegatur ista lex. Baldus.

LIIII. PAPINIANVS libro trigesimoseptimo Quæstionum.

LEgis Aquiliæ debitori cõpetit actio, cum reus stipulandi ante moram promissum animal vulnerauit[c]. Idem est & si occiderit animal. Quòd si post moram promissoris [is,] qui stipulatus fuerat, occidit: debitor quidem liberatur: lege autem Aquilia hoc casu non recte experietur. nam creditor ipse sibi potius, [d] quàm alij iniuriam fecisse videtur.

No. quòd in actione. l. Aquil. licet minuatur interesse, tamẽ non minuatur actio: quia habet oculos retro, & non est mere persecutoria. Baldus.

LV. PAVLVS libro vicesimosecundo Quæstionum.

STichũ aut Pamphilũ promisi Titio. cum Stichus esset[e] decem milium, Pamphilus viginti [milium,] stipulator Stichum ante morã occidit. quæsitũ est de actione legis Aquiliæ. [f] Respondi, cum viliorem occidisse proponitur, in hunc tractatũ nihilum differt ab extraneo[g] creditor. Quanti igitur fiet æstimatio? vtrum decẽ milium, quanti fuit occisus: an quanti est, quem necesse habeo dare[h], id est quãti mea ĩteresť? [i] Et quid dicemus, si & Pamphilus decesserit sine mora? [k] Nũ[l]* pretium Stichi minuetur, quoniã liberatus[m] est promissor? Et sufficiet fuisse pluris, cum occideretur, vel[n] intra annũ.

A nunc ergo si velim Pamphilum soluere, repetam viginti milia: nec deducetur pretium Stichi: cum lucro debitoris sit mortuus. argu. supra. l. proxi. Alij dicunt, quòd si volo me contendere liberatum morte Stichi, quod possum: & sic me non teneri ad viuum præcisè: quod est falsum: quia hic dicit, quem necesse & cætera.

Hac quidem ratione, etiam si post mortẽ Pamphili intra annum[o] occidatur, [p] pluris videbitur fuisse. [q]

k *Sine mora.* scilicet post mortem Stichi: vt differat ab inferiori responso.

LVI. IDEM libro secundo Sententiarum.

MVlier si in rem viri damnum dederit, pro tenore legis Aquiliæ[r] conuenitur.

Not. quòd commodatarius equi non tenetur, si ille equus est ab alio equo percussus
B *sine culpa sua. quod not. Baldus.*

LVII. IAVOLENVS libro sexto ex Posterioribus Labeonis.

EQuũ tibi cõmodaui. in eo tu cùm equitares, & vnà[s] complures equitarent: vnus ex his irruit in equum, téque deiecit: & eo casu crura equi[t] fracta sunt. Labeo negat tecũ vllam actionem esse. Sed si equitis[u] culpa factũ esset: cũ equite sanè, non cũ equi domino agi posse, [x] verum puto.

l *Num.* aliàs, iam. & aliàs, num. & semper interrogatiue lege. & q̃ dicit pretium Stichi q̃ scilicet erat in actione l. Aquil. xx. milia: licet verum fuerit, decem milia tantum.

m *Liberatus.* ab vtroque.

n *Vel.* ponitur pro saltem.

o *Intra annum.* sic ego non minuetur pretium Stichi. nam præstari debet quanti fuit cum occideretur intra proximo: hic autem fuit pluris, cum occideretur propter Pamphilum qui viuebat, quẽ soluendum remanebat debitor obligatus.

p *Occidatur.* scilicet Stichus. Azo.

q *Fuisse.* intra annũ & ideo xx. milia præstabuntur. habet ergo lex Aquilia oculos retro. sic & infra, de ser. cor. l. doli. §. fin. Accursius.

DE HIS, QVI DEIECERint vel effuderint.

TITVLVS III.

Not. quòd si quis proiicit lauaturam super pannos tuos, debet tibi emendare in duplum. Baldus.

C

I. VLPIANVS libro vicesimotertio ad Edictum.

PRætor ait, de his qui deiecerint, vel effuderint[y]: *Vnde in eum locum, quo vulgo[z] iter fiet, vel in quo consistetur, deiectũ vel effusum quid erit: quantum ex ea re damnum datum, factúmve[a] erit: in eum, qui ibi habitauerit, in duplum[b] iudicium dabo. si eo ictu homo liber periisse dicetur: quinquaginta aureorum iudicium dabo. si [vero] viuet, nocitúmque ei esse dicetur: quantum ob eam rem æquum iudici videbitur,[c] eum, cum quo agetur condemnari, tanti iudicium dabo. si seruus[d] insciente domino fecisse dicetur, in iudicio*

D

r *Mvlier. Legis Aquiliæ.* id est actione in factum. vt. Cerum amo. l. ij. Azo. & facit supra eo. l. si seruus feruum. §. si cum maritus.

s *Equum tibi. Et vna.* id est simul cũ tuis equis.

t *Crura equi.* tibi commodati.

u *Sed etsi equitis.* scilicet irruẽtis. Accursius.

x *Agi posse.* cum culpa equitantis sit factũ: secus si vitio equi.

DE HIS, QVI deiecerint, vel effuderint.

Id est, de iis ex quorũ domo aliquid est deiectum vel effusum: vt infra, eo. l. i. i. respon. Azo. & inst. de ob. ex quasi deli. §. i.

y *Prætor ait. Vel effuderint.* verba Vlpia. sed sequentia vsque ad. §. summa, sunt prætoris. & construe, in eum qui ibi inhabitauerit vnde deiectum vel effusum quid erit in eum locum & cætera.

z *Quo vulgo.* hoc verbum exponitur. j. eo. l. hoc edicto. Accur.

a *Factúmve.* pro eodem ponitur datum & factum. Vel dic, dctũ statim: factũ. s. post: vt. j. ne quid ĩ lo. pu. lij. §. deinde ait prætor.

b *In duplum.* scilicet eius damni quod erit.

c *Iudici videbitur.* hoc determinatur in vltima. l. huius titu. Azo.

d *Si seruus.* scilicet inhabitantis: quia in suis vẽnia dignus est, vt liberetur dando pro noxa: vt supra nau. cau. sta. l. fin. §. hanc autẽ. in aliis autem tenetur insolidum: cum ipse dominus eorum vitetur opera: vt insti. de ob. ex quasi deli. §. pe. & prædicto. §. hanc autem. nam inspecto iure communi cum pro suo quasi delicto con

BIU Cujas

uenitur, non debeat liberari dando pro noxa.

a *Aldicam.* scilicet insolidum, aut noxæ &c.

b *Commeari.* vt supra ti. si putator.

c *Interesse.* quantum ad hoc edictum.

d *Securitatem.* quam habent viæ publicæ. Accursius.

e *Commeari.* & nunc nihil dicitur. Accur.

f *Videri.* vtilis his casibus & sequentibus locis habet: vt. ff. de iurisd. om. iudi. l. si quis id.

g *Cum quid deiecerit.* vt lapis.

h *Penes eum.* scilicet inhabitantem.

i *Culpæ.* nam non exigitur culpa in facto: sed ante factū sic: quia vitiur opera malorum hominum inhabitans.

k *In duplum.* tunc demum.

l *Æstimatio.* vt. j. eo. l. fin. in fi. & ad. l. Rho. de iact. ij. §. corporū. & ff. si quadru. pau. fe. dī. l. ex hac. sic nec in re sacra: vt. ff. de re. di. l. sacra. §. fina.

m *In corpus.* & etiam operarum quæ ex persona proueniunt, vt in iudicis: vt. j. eo. l. fin. & alli. de ob. ex deli. §. ob hominem.

n *Non datur.* vt insti. eo. §. si filius. sed cōtra supra de iudi. si filius. sed ibi dicit, teneri scilicet filium: vt ibi dixi.

o *Non ex contractu.* bona ratio: vt. j. de aleatoribus. l. fi. §. ité si seruus. & j. de reg. iur. l. ex pœnalibus. Accursius.

p *Hæc actio.* hoc dic vt ff. de iudi. l. tā ex cōtractibus. Accursius.

q *Danda sit.* quod videtur.

r *Ex negotio gest.* sed ex contractu, vel quasi, non daretur noxaliter: vt. j. de act. & ob. l. ex cōtractibus. similis est enī actio quæ ex quasi contractu datur, ei quę ex vero contractu datur. vtraque enim datur de peculio: vt &. ff. de neg. gest. si filius. dissimiliter tamen quandoque dantur in hæredes: vt. C. de hære. tu. l. j. Item quæ datur ex delicto, similis est ei quæ datur ex quasi deli. quia vtraque datur noxaliter: vt. j. eo. l. si vero. §. prætor. vt. ff. eodem. §. si seruus. &. ff. nau. cau. sta. l. vltima. §. seruorū. Nec ob. quod in eo. titu. dicitur. l. idem. §. penul. quia ibi loquitur de actione in factum, quæ datur ex cōtractu id est de recepto, non de ea quæ datur in duplum ex quasi ma. Item nec ob. quod dicitur. j. de fur. l. si seruus nauem. quia & ibi loquitur de ea quæ datur ex cōtractu. j. de exercitoria. ité hoc regulariter. quādoq; enim ex maleficio, vel quasi,

addicā, [a]* *aut noxę dedere [iubebo.]*

No. quòd viæ debent esse securæ. Baldus.

℣ Sūma cū vtilitate id prætorē edixisse, nemo est, qui neget. Publicè enim vtile est, sine metu & periculo per itinera commeari. [b] Parui autē interesse [c] debet, vtrū publicus locus sit, an verò priuatus: dūmodo per eū vulgo iter fiat: quia iter facientibus prospicitur, non publicis viis studetur. Sēper enim ea loca, per quæ vulgo iter solet fieri, eandē securitatem [d] debent habere. Cæterùm si aliquando vulgus in illa via non cōmeabat, & tūc deiectū quid vel effusum [sit], cū adhuc secreta loca essent: [&] modò cœpit cōmeari: [e] non debet hoc edicto teneri. ℣ Quod cū suspenderetur, decidit, magis deiectū videri [f]. Sed & quod suspēsum decidit, pro deiecto haberi magis est. Prionde etsi quid pendens effusum sit: quāuis nemo hoc effuderit, edictū tamen locū habere, dicendū est. Hæc in factū actio in eū datur, qui inhabitat, cū quid deiiceretur [g] vel effunderetur: non in dominū ædiū. culpa enim penes eū [h] est. Nec adiicitur culpæ [i] mentio, vel inficiationis, vt in duplum [k] detur [hęc] actio, quamuis damni iniuriæ vtrūque exigat.* Sed cū homo liber periit, dāni æstimatio [l] non fit in duplum: quia in homine libero nulla corporis æstimatio fieri potest: sed quinquaginta aureorum condemnatio fit.

Dictio, tamen, denotat inhærentiam. Baldus.

℣ Hæc autem vèrba, *si viuet, nocitúmque ei esse dicetur*: non pertinent ad dāna, quæ in rem hominis liberi facta sunt, si fortè vestimēta ei [m], vel quid aliud scissum, corruptúmve est: sed [ad] ea, quæ in corpus [m] eius admittūtur. Si filius familiàs cœnaculū conductū habuit, & inde deiectum vel effusum quid sit: de peculio in patrē non datur [n] [actio:] quia non ex cōtra

A non agitur noxaliter: sed vt castigetur: vt hic, &. ff. de mino. q̄ si minor. §. si seruus. Alij dicunt, hic etiā de peculio agi: argu. d. l. ff. nau. cau. sta. l. idē. §. ité si seruus exercitoris. &. j. de fur. l. si seruus naué. §. fi. &. j. de fur. l. si i re cōmuni. &. j. de exer. l. si seruus volūtate. &. l. j. §. si is qui naué. & sic cōcordat cū quasi cōtractu, secūdū eos: & ita secundū eos [p] quasi delicto nō agitur noxaliter. Sed tu dic, hic speciale, vt dixi. vel etiā noxaliter hic potest agi. Porro ī hoc dissimile, secūdum eos est, quasi delictū à quasi cōtractu: quia propter quasi cōtractū non puniūtur corporaliter, datur tamē actio de peculio: vt. ff. de neg. gest. si filius. sed ex quasi delicto extra or. corriguntur: vt hic. sed prima verior est, secūdū Io. & facit. j. de exer. l. j. §. si is qui naué. &. l. si seruus.

B f *Corrigendū.* imò noxalis: vt. ff. ea. l. §. si seruus. Sol. ibi seruus inhabitātis, hic inhabitans.

t *Habitare.* facit insti. de iniur. §. sed & lex.

u *Hospes.* qui recipitur à conductore.

x *Quātū.* vere multū, quia tantum & cętera.

y *Actio.* vt & infra de exer. l. j. in fi. &. l. ij. &. l. si tamen.

z *Vm sane impossibile.* i. difficile. sic C. de cu. fur. l. cū aliis. &. j. lo. l. cum plures. §. vestimēta. sic ecōtra. j. pro so. l. de illo. &. ff. de pe. hęre. sed & si le. §. si quis re. &. j. rem ra. ha. si sine. Accursius.

a *Vel effudisset.* sed quid si certum est vnum deiecisse, an aget contra alios? Respō. nō: ar. j. eo. l. si vero. §. iterdum. Item est huic. l. cōtra. ff. de rei vind. l. si frumentum. §. fi. So. vt ibi.

b *Et quidē insolidū. Liberabūtur.* cōtra. ff. ad. l. Aquil. ité Mela. §. si plures. vbi dicit, in. l. Aquil. vnº alium nō liberat. Solu. secº est hic: quia cum vnº cōuenit, cęteri intelliguntur cōueniri: sicut ītelligitur reus cōueniri vbi fideiussor cōuenitur: ideo quia habet cōtra reum postea actionē: quia si illi iterum cōuenirent, sæpius quæreretur de delicto eiusdem hominis: quod esse non debet: vt supra, nau. cau. sta. licet. §. fin. sed ibi plures percusserūt. Vel dic, est quasi maleficiū, ibi maleficium.

* *Flo. inhabitabat*

C *Nota quòd in hac actione, non oportet arguere certi hominis factum. quod not. Baldus.*

II. GAIVS libro sexto ad Edictum Prouinciale.

CVm sanè impossibile [z] est scire, quis deiecisset vel effudisset [a],

III. VLPIANVS libro vicesimotertio ad Edictum.

ET quidem insolidum. sed si cum vno fuerit actū, cæteri liberabuntur. [b]

Nota quòd quando plures tenentur ex quasi delicto, vnus soluens repetit partem ab alio. Baldus.

IIII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

D PErceptione, [c] non litis contestatione: præstaturi partē damni, societatis iudicio, vel vtili [d] actione, ei qui soluit.

V. VLPIANVS libro vicesimotertio ad Edictum.

SI verò plures diuiso inter se cœnaculo habitent: actio in eū solū datur, qui inhabitat* eā partē, vnde effusum est. ℣ Si quis gratuitas habitatiōes dederit libertis, & clientib⁹, vel suis, vel vxoris: ipsum eorū nomine

c *Perceptione.* i. ipsius pœnę datione, nō litis cōtest. vt hic, &. j. de cōstit. pe. lité illa. §. vetº. &. j. de duo. reis. l. ij. &. j. depositi. l. j. §. si apd̄. sed ar. cōtra. j. de noxa. elec. &. C. de fideiuss. liberū. Acd *Vel vtili.* in factum, vel pro socio. Accursius.

Si vero

teneri, [a] Trebatius ait: quod verum est. Idem erit dicendū, & si quis amicis suis modica hospitiola [b] distribuerit. Nam & si quis cœnaculariam exercens, [c] ipse maximam partem cœnaculi habebat: solus tenebitur. Sed si quis hospitalia*† habeat, æquè solus tenebitur. [d] Sed etsi quis cœnacularią exercens, modicum sibi hospitium retinuerit, residuum locauerit pluribus: omnes tenebuntur, [e] qui* in hoc cœnaculo habitant,* vnde deiectum effusúmve est. ¶Interdū tamẽ (quod* sine captione actoris fiat) oportebit prætorem æquitate motum in eum potius dare actionem, ex cuius cubiculo, vel exhedra [f] deiectum est, licet plures in eodem cœnaculo habitent. Quòd si ex mediano cœnaculi quid deiectum sit: verius est, omnes teneri. ¶Si horrearius aliquid deiecerit vel effuderit, aut conductor apothecæ, vel qui in hoc dumtaxat conductum locum habebat, vt ibi opus faciat, vel doceat: in factum actioni locus est, etiam si quis operantium deiecerit vel effuderit, vel si quis discẽtium. ¶Cum autem legis Aquiliæ actione [g] propter hoc quis condemnatus est: meritò ei, qui ob hoc quòd hospes, vel quis alius de cœnaculo deiecerit, [damnatus est,] in factum [h] dandam esse Labeo dicit aduersus deiectorem. quod verum est. [i] Planè si locauerat deiectori, [k] etiã ex locato habebit actionem.

¶Hæc autem actio quæ competit de effusis & deiectis, [l] perpetua [m] est, & hæredi competit: in hæredem verò non datur. Quæ autem de eo competit, quòd liber perisse dicetur, intra annum dumtaxat competit: [n] neque [in hæredem, sed nec hęredi, [o] similibúsque personis datur.] nam & pœnalis [p] est & popularis: dūmodo sciamus ex pluribus desiderantibus hanc actionem, ei potissimum dari debere, cuius interest, [q] vel qui adfinitate cognatióne defunctum contingit. Sed si libero nocitum sit, ipsi perpetua erit [hæc] actio. Sed si alius velit experiri, [r] annua erit hæc actio. Nec enim [f] hæredibus iure hæreditario competit. quippe quod in corpore libero damni datur, iure hæreditario transire ad successores non debet: [t] quasi non sit damnum pecuniarium. nam ex bono & æquo [u] oritur.

Nota quòd vbi lex considerat quod potest euenire, non debemus requirere quod actualiter euenerit. Bartolus.

¶Prætor ait, *Ne quis in suggrunda* [x] *protectóve, supra eum locum, quà volgo iter fiet, ínve quo consistetur, id positum habeat, cuius casus nocere cui possit.* [y] *Qui aduersus ea fecerit, in eum solidorum decem in factum iudicium dabo. si seruus insciente domino fecisse dicetur:* [*aut æstimationem dari,*] *aut noxæ dedi iubebo.* Hoc edictum superioris portio [z] est. Consequens etenim fuit, prætorem etiam in hunc casum prospicere, vt si quid in his partibus [a] ędium periculosè positum esset, ne noceret. Ait prætor, *ne quis in suggrunda* * *protectóve*. hæc verba, *ne quis*, ad omnes pertinent, vel inquilinos, vel dominos ædiū: siue inhabitent, siue non: [b] habent tamen aliquid expositum his locis [c]. *Supra* [d] *eum locum, quà volgo iter fiet*, *, *ínve quo consistetur, id positum habeat*. Accipere debem', *positum*, siue in habitationibus, vel cœnaculis: [e] siue etiã in horreis*, vel cuiusuis alteri' ædificij. [f] ¶Positum habere etiã is rectè videtur, qui ipse quidem non posuit, verum ab alio positum patitur. quare si seruus posuerit, dominus autem positum patiatur: non noxali iudicio dominus, sed suo nomine [g] tenebitur. ¶Prætor ait, *cuius casus nocere* [h] [*cui*] *posśit*. Ex his verbis manifestatur, non omne, quicquid positum est, sed quidquid sic positum est, vt nocere posśit: hoc solum prospicere prætorem, ne posśit nocere. Nec spectamus, [i] vt noceat: sed omnino, si nocere posśit, edicto locus sit. Coërcetur autem, qui positum habuit: siue nocuit id, quod positum erat, siue non nocuit [k]. ¶Si id,

---

a *Si vero plures. Teneri.* hoc intelligas, cum habitant simul cum dominis: alioquin ipsi tantum tenerentur: vt supra, eod.l.j. §.penult. & fin. & est ratio, quia eorum operis vt suis familiaribus in plerisque vtebatur.

b *Hospitiola.* remanendo ipse ibi.

c *Exercens.* vsu suo & suorum. Accursius.

d *Tenebitur.* Pro eo quod ex maxima parte est deiectum, quam ipse inhabitat. secus si aliunde proiiciatur: vt infra, subiicit. Azo. vel forte, secundum M. distingue, concedat amicis. & tũc quãtamcũq; partem sibi retineat, habet locum quod. ś. dicitur. vbi vero non amicis, tunc si magnam sibi partem retinet, pro omnibus tenetur: aliàs pro sua parte tantum.

d *Aequè tenebitur.* Propter inhabitantes secũ, & non propter alios. & not. quòd quędã litera dicit in prin. §. sed & si quis cœnacularium: & alia, sed etsi hospitalia: quia hospitandi causa recipiat homines.

e *Omnes tenebũtur.* pro eo quod deiectum est, ex eo quod est eis concessum: sed & ipse pro parte retenta.

f *Exhedra.* id est fenestra. [a]

g *Actione.* id est hac actione in factum, quę inuẽta est à prætore ei' exemplo. Et secundum hoc dic, condemnatus, proprie, vel aliter, cum is qui deiecit. l. Aquil. teneatur: æquum est vt cum ex facto eius alius teneatur, ipse ei damnũ resarciat: & secundum hoc dic, condemnatus, pro condemnandus.

h *In factum.* ſ. generalem forte, non ex hoc edicto, quæ datur semper æquitate suadente.

i *Quod verum est.* vt. j. ad. l. Rho. l. ij. in princ. &. j. de exer. l. j. §. est autem. & supra, nau. cau. sta. l. licet. §. primo.

k *Deiectori.* ex cuius deiectione conuentus est locator. Accursius.

l *Deiectis.* ex primo capite. Accursius.

m *Perpetua est.* forte in eo quod cõtinet rei persecutionem: annalis autẽ est pœna: vt insti. de perpe. & tẽp. act. in prin. &. ś. de calum. l. j. vel speciale est in hac, propter publicã transeuntium vtilitatem.

n *Competit.* ex capite secundo. Accursius.

o *Sed nec hæredi.* iure hæreditario forte: quia popularis est.

p *Pœnalis.* An hæc pœna. l. aur. agenti, vel fisco applicabitur? Respon. diuiditur: vt. j. ad Syl. l. legem. §. fi. Accursius.

q *Cuius interest.* saltem ratione affectionis: vt quia alumnus erat. sic & infra, man. l. cum seruus. Azo. sic & in quibusdam aliis: vt infra, de le. ij. peto. §. fratre. & de col. dotis. l. fi. in fi. &. j. de li. hoc exhi. l. iij. §. pe. &. j. de popu. act. l. iij. §. fi. &. j. de sepulc. vio. l. prætor ait. &. C. de verbo. signi. l. fina. & in decret. xxxv. q. vj. c. j. & infra, de accu. & inseri. l. fi plures. Accursius.

r *Experiri.* homine libero occiso.

ſ *Enim.* pro certe.

t *Non debet.* vt supra, ad. l. Aquil. nam sicut. sed opponitur, si in persona liberi hominis dicitur damnum, datur Aquilia, & datur hęredi vt no. ś. ti. j. l. liber homo. cur nõ hic? Respõ. Bul. quia hic opus non est: quia potest agere hęres vt quilibet de populo, ibi non.

u *Ex æquo.* id est nõ ex damno pecuniario: quod dic vt infra. l. fin. Accursius.

x *In suggrunda.* b *Suggrunda* quod dicitur sullicidium extẽsum: sed protectum dicitur solarium. c *Bulus*

y *Nocere.* alicui possit. ſ. facile. Accursius. *hic suggrunda dicuntur*

z *Portio est.* id est simi le. sic & aliàs, dominij pars est vsusfruct. nam vtrumque publica vtilitate itinerum & viarum est inductũ. Acc. *Portio pro parte. Protectio prominẽs ędium pars. Solarium area.*

a *Partibus.* suggrunda, vel protecto.

b *Sive non.* inhabitẽt, scilicet nunc cum contigerit. Io. si tamen inhabitent cum possunt. Vel dic, quod hic inhabitent, siue nõ, tamen tutius ad dominum ædiũ referatur. Accursius. *Protectio & suggrunda partes sunt domus prominẽtes, vnde effluit aqua in vias publicas & plateas. Hactenus. *Flo. sic grunda *Flo. forte*

c *His locis.* ſ. in suggrunda, vel protecto.

d *Supra.* hæc verba hic materialiter ponũtur. *Flo. in his habitationibus vel cœnaculis, siue etiã in horreis*

e *Cœnaculis.* vbi cœnatur.

f *Ædificii.* ſ. parte, id est in parte qualibet ædificij.

g *Suo nomine.* vt &. j. man. l. qui patitur. &. j. de exerci. l. j. §. magistrum autẽ. &. j. de flumi. l. j. §. fin. &. j. vi bo. rap. l. ij. §. dolo. Sed arg. cõtra. C. ad. l. Cor. de fal. l. si falsos. Azo.

h *Nocere.* ſ. facile.

i *Nec spectamus.* scilicet tantum.

k *Non nocuit.* inspecto quod nocere potuit: vt hic, &. ś. de iur. om. iudi. l. si idem. &. ś. quod quisque iur. l. iij. in principio.

BIU Cujas

in principio. &ï.de vi & vi ar.l.iij.§.j.&.ï.de iniur. ité apud.§.j.

a *Competit actio.* in eum qui posuit, datur vtilis: vt hic, quia non inhabitat: sed contra inhabitantem datur directa in.x.aureos: vt supra, ead.l.§.prætor ait. Alij dicũt, hic loqui de actione in factũ subsidiaria.l. Aquil. quæ datur contra eum qui posuit: quasi non sufficiat ex hoc edicto: quæ in.x. aure. tantum datur, cum forte in plus nocitũ sit: ad quod totum datur dicta actio subsidiaria contra potẽtem, qui causam dãni præstitit. Sed primum verius est: nam hic vtilis ad exemplum directæ inducitur: vt hic subiicit. Et quod hic dicit, quasi non sufficiat: subaudi tantum, si tamen sciuit & passus est. alioquin non tenetur. sed secũdum hoc quòd intelligo loqui in actione quæ ex hoc edicto datur: quare posuit de deiecto quod nocuit, cũ satis sit quo ad hanc actioné quòd nocere potuit? Respõ. non posuit, ideo quòd in hac actione sit necesse hoc allegare, scilicet damnum datum, sed quia damno dato apparet eius casum periculosum fuisse: quod erat positum. & idem respon. in simili casu sequenti de pergula. Ité quæro si quid positum habuit, & postea decideri, an conueniri possit qui positum habuit, in decem aur. & quia decideri, ex primo edicto: quod dici potest: quia diuersæ sunt causæ: vt.ŝ.e.l.j.§. quod cum suspenderetur.

b *Non vtique.* vt directa competat.

c *Nam.* simile adducit, vbi vtilis datur. Ac.

d *Legitima.* vt Aquilia.

e *Et honoraria.* id est in factum. Accursius.

f *Hæredi.* non vt hæredi, sed vt cuilibet de populo: vt supra, si quadrupes fecisse dicatur. l. j. §. fin. aliquin contra. ŝ.e.l.j. §. hæc autem. Accur.

g *Nõ competit.* nisi & ipse habeat actionem. tunc enim ex sua non defuncti persona tenetur. Accursius.

h *Hoc edictum.* Et de primo, & de secundo, dici potest.

i *Vicos.* id est, suburbia.

k *Vias.* omnes vbicumque sint, in ciuitate, vel extra.

l *Interdiu.* id est in die. Accursius.

m *Non nocte.* nam propter transeuntes tantum est inductum. si ergo non transeunt homines, cessat. Accursius.

n *Si de naue.* hoc ad primum edictum spectat: vt si damnum sit datum transeuntibus iuxta nauim. Accursius.

o *Cum liberi. Corpus.* vt &. ŝ.l. j.§. sed cum. &.ŝ.si quadr. pau. fecisse dica.l.ex hac.

* *Flo. permutatos p̄betur.*

* *Flo. oportere.*

mere ipsam finium [regundorum] quæstionem vt æquū est, si ita res exigit, oculisque suis subiectis[a] locis.[b]

IX. IVLIANVS libro octauo Digestorum.

1 IVdicium finium regundorum manet[c], quāuis socij[d] communi diuidundo egerint, vel alienauerint fundum.

X. IDEM libro quinquagesimo Digestorum.

2 IVdicium cōmuni diuidundo, familiæ erciscundæ, finium regundorum, tale est, vt in eo singulæ personæ duplex ius habeant, agētis, & eius quo cum agitur[e].

Non præsumuntur fines antiqui mutati, nisi probetur. Baldus.

XI. PAPINIANVS libro secundo Responsorum.

IN finalibus† quæstionib⁹ vetera monumēta,[f] [&] census auctoritas ante litem inchoatā, ordinati sequenda est: si modo non varietate successionū, & arbitrio possessorū fines additis vel detractis agris postea permutati probentur[g].*

Terminus restringit terminatum, & auctor testificatur in quæstione terminorum. quod est not. & intelligendum, quando in eum non resultat præiudicium. Bal.

XII. PAVLVS libro tertio Responsorum.

EOs terminos, quantum ad dominij quæstionem pertinet, obseruari oportet* fundorum, quos demonstrauit is, qui vtriusque prædij dominus fuit[h], cum alterum eorum venderet. nō enim termini, qui singulos fundos separabant, obseruari debent: sed demonstratio ad finium, nouos fines inter fundos constituere[i] [debet.]

XIII. GAIVS libro quarto ad legem duodecim Tabularū.

A à priuato iuxta priuatū, debet spatiū. x. pedū liberi aēris relīqui. si aūt iuxta horrea publica. xv. pedū: aliàs domus destruitur, & solum fisco applicatur: vt. C. de ædi. priuat. l. mœniana. quæ est contra Sol. quidam dicunt hanc corrigi per illam. Alij dicunt, quòd illa loquitur in mœnianis, siue solariis. hæc autem in cæteris ædificationibus, vel constructionibus. quod est verius: cum nō debeam[p] sic prompte legem corrigere: vt i authē. quibmod. na. est. fin. §. tribus. col. vj. vel vt ibi. vel hic non iuxta habemus differentia: ibi sic.

p *Tamūdem*. l. quāuis extēdit fouea inferius.

FAMILIAE ERCISCVNDAE.

Hæc rubrica est finis Græca, scilicet erciscunda. † *& dicitur familia id est hæreditas: vt. l. verb. signi. l. fin. & mihi. erciscunde, id est diuidendæ hereditatis diuidenda.*

HAec actio CASVS Titius & Sius sumus cohæredes quadam hæreditate. vel petere diuisionē. nolunt diuidere. an possum eos cogere, & quā act. quæritur. Et dicitur, q̄ cogam eos ad fami. erciscun. quę. l. xij. tabularum deficendit. Secundo pone, q̄ ego non possideo: & cohære. mei totam hæred. possideant. an tunc agere possum hoc iudicio, quæritur. Et distin. an fatentur me cohæredem, & potero agere. an nō: & nō potero agere: & sic potero agere petit. hæredi. quia etiā fieret diudicium, primo diuisorio agerem, quàm petitorio. Tertio dicit, quòd possideo partem meā, ago hoc iudicio, licet negent me cohæredē cohæredes mei. Sed ad hoc, vt agam, oportet me probare cohæredem. nō enim aliter admittar ad diuisionē, nisi me cohæredem probauero. Viuianus.

q *Hæc actio*. scilicet familiæ erciscundæ.

SCiendum est in actione finiū regundorum illud obseruandum esse, quod ad exēplum quodammodo eius legis scriptū est[k], quam Athenis Solonem dicitur tulisse. nam illic ita est[l]: † ἐάν τις ἀμασιὰν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύγῃ, τὸν ὅρον μὴ παραβαίνειν. ἐὰν τειχίον, πόδια ἀπολείπειν. ἐὰν δὲ οἴκημα, δύο πόδας. ἐὰν δὲ τάφον ἢ βόθρον ὀρύξῃ, ὅσον τὸ βάθος ᾖ, τοσοῦτον ἀπολείπειν. ἐὰν δὲ φρέαρ, ὀργυιάν. ἐλαίαν δὲ ἢ συκῆν, ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν. τὰ δὲ ἄλλα δένδρα, πέντε πόδας. [Si quis sepem ad alienum prædium fixerit, infoderitque: terminum ne excedito. si maceriam[m], pedem relinquito. si verò domum: [n] pedes duos. [o] si sepulchrum, aut scrobem foderit: quātum profunditatis habuerint, tantum[p] spatij relinquito. at verò oleā, aut ficum: ab alieno ad nouem pedes plantato, cæteras arbores ad pedes quinque.]

FAMILIAE ERCISCVNDÆ.

TITVLVS II.

Possessor hæreditatis potest agere cōtra cohæredē diuisorio. sed si nō possessor agit, potest sibi obiici exceptio p̄positionis, si negetur hæres. h. d. & est ista lex singularis. Bal.

I. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

HAec actio[q] proficiscitur è lege duodecim tabularū[r]. namque cohæredibus[s] volentibus à cōmunione discedere, necessarium videbatur, aliquam actionem constitui, qua inter eos res hæreditariæ distribuerētur. Quæ quidē actio nihilominus ei quoque

h *Dominus fuit*. non tamen vt simpliciter credatur assertioni eius. Sed hoc debet liquide probari. & sic testis est venditor, scilicet emptoris. Sed contra est, vt diximus. C. de testi. l. omnibus. Sed hic, quo ad fines inter emptores. ibi in causa euictionis. & adde quod est. C. de testi. l. omnibus. Accursius.

i *Constituere*. scilicet, debet. Et sic no. quòd & dum tenet & quādo vendit paterfami. potest prædia diuidere, vt vult: vt hic, &. C. eo. l. j. &. j. de lega. j. quod in rerum natura. §. j. Accursius.

k *Sciendum est. Scriptum est*. s. in Latino, quod habes statim, si quis sepem &c. Sed lex Solonis, quam hic subiicit, scripta erat in Græco. Accursius.

l *Ita est*. ecce lex Solonis in Græco, sequitur interpretatio Bul. in Latino, si quis sepem &c. Accursius.

m *Maceriam*. cum calce.

n *Domum*. iuxta agrum alterius. Accursius.

o *Pedes duos*. immo videtur, q̄ in ædificatione qualibet, quæ fit non ob. infra, titu. j. in hoc. §. si conuenit. quia plus operis, tur

BIU Cujas

tur præſcriptio, quàm pactum.

a *Iure competit.* & cum effectu, niſi negetur cohæres à poſſidente vt hic ſubiicit, & infra, eo. hæredes. §. quantum. & l. ſi id quod contendis. & l. fundus. §. ſi ego. Accurſius.

b *Exceptionem.* ſcilicet recte ageres, ſi non in ea re & cætera. ſed quia hic fit præiudiciũ in eo, quod prius hoc intenderetur, ideo recte non agis: nec alia debet proponi cũ ſperatur pe. hære. vt hic, & C. de pe. hære. l. fi. in princi. niſi in caſu Liciniani: vt ſupra, de pe. hære. ſi quis libertatẽ. §. jn fi. vbi poſt modicũ tempus proceditur in cauſa liberali, non expectato iudicio petitionis hæreditatis: ſed an idem in communi diuidundo: vt non intentetur donec rei vindicatio ſperatur? videtur non idem: quia pro hoc priuilegio † datur pe. hære. ſed tamen ibi dicas idem: vt infra, eo. ſi id quod. nam ibi ceſſabat pet. hære, quia pretendebatur titulus. & eſt expreſſum infra, de except. rei iudi. fundi.

c *Si non in ea re.* verba ſunt exceptionis. Accurſius.

d *Non nocet.* talis, niſi forte, qui cõuenitur & poſſidet, fami. erciſ. ab eo qui ſecum poſſidet, dicat ſe petiturum totã hæreditatem. tũc enim ſi iudex perpendat eum facere bona fide, auditur ſed facili⁹ qui ſe ab alio dicit conueniendum pe. hære. vt ſupra, de pet. hære. ſi quis liber. §. j. Item huic dicto eſt contra ſupra, ſi pars hær. pet. l. j. §. proinde. Solu. vt ibi. Sed quare vtroque poſſidente non repellitur, ſicut & quando non poſſidet? Reſpon. pe. hæ. poſſidenti non datur, cum non ſit duplex iudicium, ſed fami. erci. ſic.

e *Quicquam oportet.* immò: vt infra. eo. l. cum putarem. quæ eſt contra. Sol. ibi non negabatur eſſe cohæres.

ipſo iure competit[a], qui ſuam partem non poſſidet. Sed ſi is, qui poſſidet, neget eũ ſibi cohæredẽ eſſe: poteſt eum excludere per hanc exceptionem[b], *ſi in ea re,*[c] *qua de agitur, præiudicium hæreditati non fiat.* Quòd ſi poſſideat eam partem: licet negetur eſſe cohæres, non nocet[d] talis exceptio. quo fit, vt eo caſu ipſe iudex, apud quem hoc iudicium agitur, cognoſcat, an cohæres ſit. Niſi enim cohæres ſit: neque adiudicari quicquam ei oportet[e], neque aduerſarius ei condemnandus eſt.

II. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

PEr familiæ erciſcundæ actionem diuiditur hæreditas, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato[f], ſiue ex lege duodecim tabularum[g], ſiue ex aliqua lege deferatur[h] hæreditas, vel ex ſenatuſconſulto[i], vel etiam conſtitutione[k]. Et generaliter eorum dũtaxat diuidi hæreditas poteſt, quorum peti poteſt hæreditas. ℣ Si quarta ad aliquem ex conſtitutione diui Pij adrogatum deferatur: quia hic neque hæres[l], neque bonorũ poſſeſſor ſit:* vtile erit familiæ erciſcundæ iudicium neceſſarium. ℣ Item ſi filiifamilias militis peculium ſit: fortius defendi poteſt hæreditatẽ effectã[m] per cõſtitutiones: & ideo huic* iudicio locus erit. ℣ In familiæ erciſcundæ iudicio vnuſquiſq; hæredum, & rei, & actoris partes ſuſtinet[n]. ℣ Dubitandũ autem non eſt, quin familiæ erciſcundæ iudicium & inter pauciores[o] hæredes ex plurib⁹ accipi poſſit. ℣ In hoc iudiciũ & ſi nomina non veniunt[p]: tamẽ ſi ſtipulationes interpoſitæ fuerint[q] de diuiſione eorũ, vt ſtetur ei, & vt alter alteri mandet actiones, procuratoréque eũ in ſuã rẽ faciat: ſtabitur diuiſioni.

In tex. debeatur. no. erpreſsim. quòd ceſſionarius, non dicitur proprie creditor: quia nec aduerſarius eſt proprie debitor. Bar.

III. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

PLanè ad officium[r] iudicis nõnunquã pertinet, vt debita & credita ſingulis pro ſolido, aliis alia adtribuat: quia ſæpe & ſolutio, & exactio partiũ non minima[f] incommoda habet. nec tamen ſcilicet hæc adtributio illud efficit, vt quis ſolus totum debeat[t], vel totum alicui ſoli debeatur: ſed vt ſiue agẽdum ſit partim ſuo, partim procuratorio nomine † agat: ſiue [cõtra] cũ eo agatur, partim ſuo, partim procuratorio nomine cõueniat. nã licet libera poteſtas maneat creditoribus cũ ſingulis experiundi: tamẽ & his libera poteſtas eſt ſuo loco[u] ſubſtituendi eos, in quos onera

A actio particularis incõmodũ affert non modicũ: ſed licet ego cohær. & ipſi mihi cedãt: tamẽ ego remaneo creditor, vt pri⁹: & ipſi debitores, vt pri⁹, cõtra quos ceditur: igitur partim iure ceſſo agũt cohæredes mei: & ego partim proprio. hoc dicit cum. l. ſequẽ. Vi.

f *Ab inteſtato.* hoc membrum ſubdiuiditur: vt ſupra, de peti. hæred. l. j. &. ij.

g *Duodecim tabu.* vt agnatis: vt inſti. de leg. agna. ſuc. in prin. Ac.

h *Lege deferatur.* vt. l. Cornel. vel quod meli⁹ eſt, dic. l. Papiniana: vt inſtitu. de ſuc. li. §. poſtea. nam lex Cornel. non defert, ſed delatam conſeruat: vt inſtit. quibus nõ eſt permiſſum fa. teſta. §. fi.

i *Senatuſconſulto.* Tertyl. & Orfi. vt inſtitut. ad Tertyl. in princi. & ad Orfi. in princip.

k *Ex conſtitutione.* ex qua vocatur nepos ad ſucceſsionem auiæ: vt C. de leg. hæred. ſi defunctus. Itẽ & alia ſunt exempla: vt inſtitu. de leg. agna. ſuc. §. hoc etiam.

l *Hæres.* neque enim poteſt dici magis ex teſtamento, quàm ab inteſtato, vel ecõtra debeatur quarta. Et nota quòd quidam dicũt ex eo quòd hic dicitur, q̃ directum iudicium fami. erci. competit etiã bonorũ poſſeſſori. ſed tu dic quòd non: ſed vtile tantum, cum ipſe non ſit de numeratis in prin. huius legis. Nec † *Bal. dicit* ob. quod hic dicit, neque bo. poſ. &c. quia non vult dicere, vt his addetur directum: ſed ſolum diſſimilitudinem notare inter hunc, cui debetur quarta, & bo. poſ. ſimile enim eſt infra, ad. l. Fal. l. j. §. ſed operis. *iſtũ tex. ſin. ad hoc, q̃ libellus admittitur in quo quis p̃tim agit nomĩe ſuo, & partim nomine p̃curatorio. p̃ quo facit tex. in l. Polla. C. de his qui. vt indig. addo q̃ adlud vult iſte text. videlicet q̃ quis poteſt etiam cõuenire partim nomine ſuo: & partim procuratorio nomĩe. Bolog.*

m *Effectam.* poſt additionem: vt. j. de ſtip. ſer. ſi ſeruus commu-nis. Item hoc quando fecit teſtamentum. ſi autem decedit ab inteſtato: non erit locus huic iudicio iure iſto: ſed occupabitur à patre iure pecu. vt infra, de caſtren. pecu. l. ij. ſecus autem eſt iure authenticorum: quia habet hæredes ab inteſt. ſ. aſcendentes & deſcendentes. ſ. patrẽ & matrem: auos & auias inter quos poteſt hoc iudicium locum habere: vt in auth. de hære. ab inteſt. §. j. col. ix.

n *Suſtinet.* vt & ſupra, titu. j. l. iudicium.

o *Pauciores.* vt &. j. eo. arbitrium. &. j. titu. j. ſed & ſi non omnes. & hoc forte propter damna, & expenſas, vel alias perſonales præſtatiões quas ab vnoquoq; pro parte peti & exigi neceſſe eſt, nõ quantum ad rei diuiſionem. nam tũc non niſi inter omnes: vt infra, eo. l. in hoc. &. C. eo. l. cohæredibus. quæ ſunt contra. vel dic, & etiam ad diuiſionem: ſed in præiudicium præſentium tantum: vt infra, eo. l. cum putarem. Accurſius.

p *Veniunt.* ſ. per ſe: vt infra, eo. l. hęredes. §. j. Accurſius.

q *Fuerint.* inter eos volentes, ante iudicium inchoatum. Acc.

r PLane ad officiũ. etiam ſi ſtipulatio non interueniat. Accur.

f *Nõ minima.* vt. ſ. de tranſac. l. cum hi. §. cauſæ. &. j. de leg. l. poteſt. &. j. communi diui. l. communi diui. in princi. &. j. de vſur. tutor. §. Lucius. &. j. cõmo. l. in cõmodato. §. duabus. Accur.

t *Debeat.* vt. &. C. eo. l. licet. &. C. de pac. l. debitorũ. Et ſic not. q̃ licet tibi cedã actionẽ: nõ tamẽ tibi debeẽ, ſed mihi, ergo & ſi cedã rei vindi. nõ tamen tu es domin⁹: ſed ego. arg. j. de iur. do. ſi ſpõſa. §. ſi. vel ſubaudi. directo: vtiliter autẽ debetur, ſecundum Azo.

u *Suo loco.* Et ſic no. q̃ fit procurator in rem ſuam ex parte rei, etiam

BIU Cujas

etiam actore inuito: vt hic, & infra, de iniur. sed si vnius. §. idem ait & si nepoti. & supra, de peti. hær. sed & si lege. §. quid tamen si is. & l. etiam. §. pe. & supra, de noxa. de illo. §. fi. & l. idem. Azo. & isti. per quas perso. no acqui. §. fi. & C. de fideiuss. l. sancimus. §. sed & si quid. & supra, de alie. iu. mu. cau. fac. non solum. §. si quis. Sed contra supra, de procu. l. si actor. Sol. ibi dominus erat præsens, secundum quosdam, hic nō: vel hic dominus volebat se cōueniri, ibi nō patiebatur. Vel dic, q̄ ibi erat persona domini legalior: hic non: vt ibi dixi. ar. C. de procura. l. fin.

Cæterę.] CASVS est planus vsque ad. §. Sed & tabulas. Domum hæres vendidit: potest emptor agere vt ei exemplar testamenti detur, vt aut apud se habeat, aut deponat. Viuianus.

a *Præter nomina.* quia hęc ipso iure diuisa sūt: vt. C. eo. ea quæ.

b *Cōsequitur.* vt &. C. eo. l. si qua fideicommissorum.

c *Mala medicamenta.* hoc ideo, quia quędam sunt bona venena: vt infra, de verb. signi. l. qui venenum.

d *Veniūt.* scilicet corrumpenda, non diuidenda.

e *Quæsitum erit.* à defuncto. Accursius.

f *Non diuidetur.* nam nec in societate confertur: vt infra, pro socio. l. nec prætermittendū.

g *In æde.* scilicet sacra. Accursius.

h *Hæredē.* qui est vēditor. Accursius.

i *Æde.* scilicet sacra.

Si quæ.] CASVS. In hæreditate Titiana inuenta sunt instrumēta, in quibus debebatur defuncto, vel ipse debebat. hæc instrumēta manebunt apud illum, qui maiorem partem hæreditatis habet: sed ipse cauere debet, vt si expediat aliis, exhibeantur. & hoc vsque ad. l. si hæres. Viuianus.

k *Exhibeātur.* vt &. C. de edē. l. procurator. & C. de lib. cau. sicut datā. &. j. de fide īstru. l. ij.

l *Sortiri.* per sortem. Vel dic, vt vna vni: alia alij: vtī vestib⁹ Christi.

m *Consensu.* sine scriptis. Item contra. j. de fide īstru. l. fi. Solu. hęc per illam. Accursius.

n *Suffragio.* id est, consensu in scriptis.

o *Nam ad licitationem. Neque Pomponio.* abundat primum neque. sic & infra, de trib. l. procuratoris. j. respō. & in auth. de hær. & Fal. §. inordinatum. colla. j. Accursius.

Si hæres.] CASVS. Testator instituit duos hæredes: vnum simpliciter: alius autem fuit institutus sub cōditione expressa: vel

actionis officio iudicis translata sunt.

IIII. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

Cæteræ itaque res, præter nomina[a] veniunt in hoc iudicium. sinautem nomen vni ex hæredibus legatum sit: iudicio familiæ erciscundæ hoc hæres consequitur. [b]Mala medicamenta[c] & venena veniunt[d] quidem in [hoc] iudicium: sed iudex omnino interponere se in his non debet. Boni enim, & innocentis viri officio eum fungi oportet. Tantumdem debebit facere & in libris improbatę lectionis, magicis fortè, vel his similibus. hæc enim omnia protinus corrumpenda sunt. Sed & si quid ex peculatu, vel ex sacrilegio quęsitū*erit[e], vel vi, [aut clam,] aut latrocinio, aut adgressura: hoc non diuidetur[f]. Sed & tabulas testamenti debebit, aut apud eum, qui ex maiore parte hæres est, iubere manere: aut in ædes[g] deponi. Nā & Labeo scribit, vendita hæreditate tabulas testamenti descriptas deponi oportere. Hæredem[h] enim exemplū debere dare: tabulas verò authenticas ipsum retinere, aut in ædē[i] deponere.

Nota, quòd propter discordiam consortum peruenitur ad sequestrum de indiuisibili. Baldus.

V. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

Si quæ sunt cautiones hæreditariæ, eas iudex curare debet, vt apud eum maneant, qui maiore ex parte hæres sit: cæteris*descriptum, & recognitū faciat, *cautione interposita, vt cum res exegerit, ipsę exhibeātur[k]. Si [autem] omnes iisdem ex partibus hæredes sint, nec inter eos conueniat, apud quē potius esse debeant: sortiri[l] eos oportet, aut ex consensu[m], vel suffragio[n] eligendus est amicus apud quem deponantur: vel in æde sacra deponi debent:

erat apud hostes: & sic inerat tacita conditio, si reuersus fuerit, vel etiam non erat natus ille alius: & sic inerat tacita conditio scilicet si nasceretur. hic testator decessit. hæres simpliciter instituta egit, contra detentores hæreditatis. hic vincit. postea exstitit conditio: aut ille cohæres reuersus est ab hostibus, quæritur, vtrum debeat habere commodū victoriæ, sicut suus cohæres, qui vicitī eum sa? Et dicitur, quòd detur electio vincenti, vtrum velit communicare victoriam in totum: vel cedere actiones in factum ex re iudicata pro parte: aut facere, q̄ debitor respōdeat pro sua parte, ac si adhuc non sit condemnatus secundum quosdā. Cetera plana sunt, vsque ad. l. & post litem. Viuianus.

p *Et actione experiri.* contra hęreditariū debitorem insolidum, sic non iure, cū ex pte esset institutus tantū: vt infra, de bo. pos. contra tabulas. l. j. §. ex tribus. & infra, de lu. l. ex parte. & supra, de pars hæred. peta. l. ij. fi. infra, de acquiren. hæred. si solus. Sed arguēs contra infra, de actio. l. sub cōditione. & princ. & §. j. & de bo. posse. cundum tabu. l. j. §. j.

q *Communicari.* & videtur quòd sic, nā &c. Accursius.

r *Ei.* scilicet qui vicit. Accursius.

s *Electionem.* Nūc respondet. Sed quem decit habere hāc electionem? Respon. eum qui erat absens, secundum quosdam. Tu dic, eum qui vicit ex generali regula: vt infra, de iur. do. l. plerumque. in fine.

t *Eam.* scilicet victoriam.

u *Potestatem.* exhibendo debitorem, qui forte non cōparet, & non conueniendo eum indicati, nisi pro parte sua. alij dicunt, experiundi, id est, vt cedat actione, iudicati.

x *Personis.* de quibus loquitur hæc lex.

y *Silentium.* id est, negligentia, quæ deprehenditur ex silentio: vt j. de cōdic. indebi. l. ij.

z *Post victoriam.* idē esset, & si ante peruenisset: vt & infra, de regu. iur. sæpe.

VI. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

Nam ad licitationem rem deducere, vt qui licitatione vicerit, hic habeat instrumenta hæreditaria: non placet, neque mihi, neque Pomponio[o].

Victoria eius, qui putatur esse hæres insolidum, prodest ei, ad quem apparet hæreditatem ex postfacto pertinere. Baldus.

VII. VENVLEIVS libro septimo Stipulationum.

Si hæres vnus, cùm sub conditiōe, *aut apud hostes adiectum cohæredem haberet, dixerit se hæredem esse, & actione expertus[p] vicerit: deinde cōditio hęredis extiterit, vel postliminio redierit: an victoriæ cōmodum debeat cum eo cōmunicari[q]? nam indubitatè iudicati actio ei[r] insolidum competit. Et electionē[s] cohæredi dandam, id est, aut communicandam eam[t]: aut experiundi faciendam potestatem[u] huic, qui post victoriam cohæredis effectus sit hæres: aut reuersus sit in ciuitatem. Idémque obseruandum, si postea natus sit posthumus. Non enim his personis[x] silentiū[y] imputari potest, cùm ad hæreditatem post victoriā[z] cohæredis peruenerint.

VIII. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

Pomponius scribit: si vni ex hæredibus prælegatæ[a] fuerint rationes, non prius ei tradendas, quàm cohæredes descripserint[b]. Nam & si seruus actor (inquit) fuerit prælegatus[c], *non aliàs eum tradendū, quàm ratiōes reddiderit. Nos videbimus, numquid & cautio sit interponenda, vt quotiens desideratæ fuerint rationes, vel actor prælegatus[d]: copia eorū fiat. plerūque enim authenticæ rationes sunt necessariæ[e] actori ad instruēda ea, quæ postea emergūt ad notitiā eius spectātia. Et necessariū est cautionem

a *Pomponius. Prælegatæ.* vt sint penes ipsum rationes, in quibus debita, & credita continebātur: vt supra, de eden. si quis ex argentariis. §. rationem.

b *Descripserint.* scilicet eas in exemplis. Accursius.

c *Fuerit prælegatus.* aliàs, legatus. & facit. C. de peti. hęre. l. fi. &c.

d *Prælegatus.* fuit desideratus. Azo.

e *Sunt necessariæ.* modo soluit. Accursius.

BIU Cujas

ab eo [a] super hoc cohæredibus præstari. Idem Pomponius ait, columbas, quæ emitti solent de columbario, venire in familiæ erciscundæ iudicium: cum nostrę sint tamdiu, quamdiu consuetudinem habent ad nos reuertendi. quare si quis eas adprehendisset, furti nobis competit actio. Idem & in apibus dicitur: quia in patrimonio nostro computantur [b]. Sed & si quid è pecoribus nostris à bestia [c] ereptum sit, venire in familiæ erciscundæ iudiciũ putat, si feram euaserit [d]. Nã magis est, *vt non desinat nostrũ esse, inquit, quod à lupo eripitur, vel [ab] alia bestia, tamdiu, quãdiu ab eo [non] fuerit consumptum [e].

IX. PAVLVS libro vicesimotertio ad Edictum.

VEniunt in hoc iudiciũ res, quas hęredes vsuceperunt, cùm [f] defuncto traditæ [g] essent. hæ quoque res, quæ hæredibus traditæ sunt, cum defunctus emisset.

Nota, quòd cohæredes possunt inter se diuidere rem emphyteuticam, etiam inrequisito domino. Baldus.

X. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

ITem prædia, quæ nostri patrimonij sunt. sed & vectigalia, vel superficiaria [h]. nec minus hæ quoque res, quas alienas defunctus bona fide posidet.*

XI. PAVLVS libro vicesimotertio ad Edictum.

PArtum quoque editum & post aditam hæreditatem,

XII. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

ET post litem contestatam Sabinus scribit in familiæ erciscundę iudicium venire, & adiudicari posse. Idem erit, & si seruis hęreditariis ab extraneo aliquid datum sit.

Nota, quòd sententia intelligitur, saluo iure tertii: vt ex ea transferatur res cum sua causa, id est talis qualis est. Bartolus.

¶ Res, quę sub conditione legata est, interim hæreditatis [i]* est: & ideo venit in familię erciscundę iudicium: & adiudicari [k] potest, cum sua scilicet causa: vt existente conditione eximatur ab eo, cui adiudicata est: aut deficiente conditione ad eos reuertatur [l], à quibus relicta est. Idem & in statulibero dicitur, qui interim est hęreditatis: *donec existente conditione [m] ad libertatem perueniat.

In iudiciis alienationes voluntariæ prohibitæ sunt: secus in necessariis: & hoc statim post controuersiam motam. Bartolus.

XIII. PAPINIANVS libro septimo Quæstionum.

ALienationes enim post iudicium acceptum interdictæ sunt [n], dumtaxat voluntariæ: non quę vetustiorem causam, & originem iuris habent necessariam [o].

XIIII. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

SEd & si vsucapio fuerit cœpta ab eo, qui hęres nõ erat, ante litẽ contestatam [p]: & postea [q] impleta fuerit: rem de iudicio subducit [r]. ¶ Vsusfructus an in iudicium deducatur, quęritur [s]: vtputa si deducto vsufructu fundus fuit ab hæredibus legatus:

XV. PAVLVS libro vicesimotertio ad Edictum.

VEl si seruo hæreditario vsusfructus legatus sit. Nec enim à personis discedere sine interitu sui potest.

XVI. VLPIANVS libro vicesimo nono ad Edictum.

ET puto officio iudicis cõtineri, vt si volent hæredes à communione vsusfructus discedere: morem [t] eis* gerat, cautionibus [u] interpositis. ¶ Iulianus [x] ait, si alij fundũ, alij vsumfructum fundi iudex adiudicauerit: nõ cõmunicari [y] vsumfructũ. ¶ Vsufruct° & ex certo tẽpore, & vsq; ad certũ tẽpus, & alternis annis, adiudicari potest [z].

Id quod amnis fundo post litem cõtestatam alluit [a], *æquè & ambo in vsufructu concurrunt: quia & hoc testator expresse velle potuit: at hic si proprie [a] accipiatur, nulla erit sententia: quia hoc ei commissum non est, vt communicet, sed vt diuidat: vt infra, de re. eo. l. qui neque. in fi. secundum Azo.

---

a *Ab eo.* cui rationes, vel seruis fuerit prælegatus: vt infra, quẽ ad. testa. ap. l. fin. &. C. de diuer. rescrip. l. sancimus. Sed nonne hoc ipso quòd legat rationes, videtur etiam id legare, quod in rationibus continetur: vt infra, de leg. j. seruum si. §. eum, qui chirographum. & supra, de pac. l. Labeo. Cur ergo petunt alij exhiberi, cũ eorum nõ interfit? Respon. hic constabat cõtra, id est quòd voluerat ratione vnius esse, vel apud eum esse: sed iura ibidem cõtenta essent communia.

b *Cõputãtur.* vt & inst. de re. diui. §. pauonũ.

c *A bestia.* i. à fera.

d *Euaserit.* scilicet ipsum pecus. Accursius.

e *Consumptũ.* vt ei nõ possit auferri: vt infra, de acqui. re. do. l. Pomponius. Accursius.

f *VEniunt. Cum.* ponitur pro quando.

g *Traditæ.* secus in pt. hæred. vt supra de pt. hęre. l. & nõ tãtũ. §. j.

h *Tem prædia. Superficiaria.* facit infra, de superfi. l. j. §. quod autem etiam. Accursius.

ET post litem.] CAESVS clar° est, vsq; ad §. res quæ. [RES QVAE.] Testator instituit duos hæredes: & fundum cuidã sub condition legauit. quæritur, an possim interim in hoc iudicium venire: vt adiudicetur alteri ex hæreditate? Et dicit, quòd sic: & quãdo extitit conditio, auferetur ei, cui adiudicatus erat: & dabitur legatario. Si vero defecerit: ad eos reuertitur, à quibus fuit relicta. idem in statulibero. Viuianus.

i *Hæreditatis est.* vt & supra, de vsufruc. l. si fur. & de rei vind. l. nõ ideo. & infra, ad Sylla. l. j. §. serui appel. & argu. infra, de verb. signi. l. cedere. &. C. de cadu. tollen. §. sinautem. Ac.

k *Adiudicari potest.* sci licet à iudice vni ex hęredibus: vt interim pendente conditione percipiat fructus: & aliquid in pecunia cohæredibus præstet. Et tenet hæc adiudicatio, & etiã alienatio: quia necessario fit: vt & infra, eo. l. si pignori. voluntarie autem non posset fieri: vt. C. communia de leg. l. fi. §. pe. Vel dic, adiudicationem hic fãctam ab ipso testatore: quod non placet. Acc.

l *Reuertatur.* quantum ad commodum. Vel proprie, prout conuenit inter omnes in diuisione. Accursius.

m *Conditione.* post finitum iudicium. Sed quid si pendente eo iudicio? subiicit infra. l. proxi.

ñ *ALienationes. Interdictæ sunt.* vt. C. de liti. l. ij. quinimmo, & post controuersiam motam: vt supra, de pet. hære. l. diuus.

o *Necessariam.* vt si sub conditione legauit testator, quæ existit pendente causa: vt supra. l. pxi. §. fi. & arg. j. de fun. do. l. j. Accur.

p *SEd si vsucapio. Contestatam.* in iudicio fami. erci. Accursius.

q *Et postea.* id est, post litis contestationẽ. Ac.

r *Subducit.* vt &. j. de fun. do. si fundus. &. j. ti. j. l. j. Et not. hic mirabile, q; in hac actione venit id, quod à neutro possidetur: vt &. j. titu. j. l. penul. &. j. eo. l. hæredes. §. quantum. &. l. item Labeo. §. fin. &. l. seq. Sed videtur etiam, si non fuerit completa vsucapio: tamen res de iudicio subducatur: vt infra, eo. l. hæredes. §. quod pro empt. quę est contra. Solu. vt ibi.

Fami. erci. iudicio venit id quod à neutro possidetur.

Flo. hæredum: existẽte autem cõ dit.

s *Quæritur: vtputa.* Hic est Pisana litera, vtputa & cætera. Sed communis est, vt si fundus fuerit. Item quidam habẽt, hæredibus, & tunc subaudi, etiam: quasi dicat, non solum defuncto, sed etiam hæredib°: & ita hęredes alium habebunt vsumfructũ: vt infra, de verbo. obliga. stipulatio ista. §. si quis. Secus si hæredi tãtum relinquitur: quia tunc non veniret hoc iudicio: vt infra, eo. hęredes. §. quod pro emptore. sicut nec in petitione hæreditatis: vt supra, de petitio. hære. l. quod si in diem. §. non solum. Alij pro Pisana litera tantum habent, ab hæredibus, & tunc plana est. Accursius.

t *ET puto. Morem eis.* vt infra, titu. j. l. cõmuni diui. §. cũ de vsufructu. &. l. item quamuis. §. j. Accursius.

u *Cautionibus.* vt non impediatur vti ille, cui fuerit adiudicatus: vt & supra, de vsufru. l. si cuius. §. sed & si inter.

Flo. ei

x *Iulianus ait.* aliàs. §. & aliàs. l. si alij.

Flo. illuit a Ista glo. est sing. secundũ Bal. in. c. fin. de trãsla. episc. extra. ad hoc, quòd verba quæ proprie non possunt cum sentẽtia significationi retinẽtur: debẽt impropriari: & eã reputat singu. Ang. in. §. 1. institu. de act. 8. col.

y *Non communicari.* imo videtur quòd vt supra, de vsufruc. ac cre. l. item. §. non solum. quæ est contra. Solu. ibi verba in sua significatione retinẽtur: & ambo in vsufructu concurrunt: quia & hoc testator expresse velle potuit: at hic si proprie [a] accipiatur, nulla erit sententia: quia hoc ei commissum non est, vt communicet, sed vt diuidat: vt infra, de re. eo. l. qui neque. in fi. secundum Azo.

z *Potest.* secus in aliis seruitutibus: vt. §. de ser. l. seruitutes. Azo.

a *Alluit.* id est, per alluuionem accreuit.

a *Venit.* & sic crescit iudiciũ, sicut & crescit pignus: vt.j.de pigno. l.si fundus.in princ.

b *In usumfructũ.* scilicet hæreditarium.

c *Veniunt.* vt & infra, eo.hæredes.§. non tantum.& infra, titu. j. si quis pu.§.j.

d *Quasi hæres fecerit.* id est, cum hæres esset: vt hic, & infra, de hære. vel act.ven.l. si ex pluribus.

e *Si viuo.* secus si mortuo ante aditam hæreditatem: vt infra, eo. l. hæredes.§.si filius.&. l. qui erat.&.l.item.§.fructus. quæ sunt contra. vel in.§. si filius.expone, vt ibi.

f *Denique.* aliàs lex, & aliàs non. Accursius.

g *Lege Aquil.* vt & supra ad leg. Aquil. qui tabulas. Accursius.

h *Non minus.* vt ar. infra, titu.j.l.iij. Accur.

i *Item si seruus hæreditarius.* secus in hærede surripiente, vel seruo proprio vnius hęredũ: quia tunc bene locum habet noxalis: vt infra, eo.l. si id quod contendis.§.dolus.& argu.supra ea.l.§. proxi. Acc.

k *Surripuerit.* idem in contractu: vt socij inter se de peculio non agant: vt infra, de pecu.hinc quæritur. §. fi. &.l.nã.& infra, de fur. si seruus cõmunis. Ac.

l *Cessare.* vt & supra, de noxa.l. cum seruus. & infra, de ser.cor.l.vt tantum.§.j.

m *Amno commisso.* scilicet post aditam hæreditatem. Nã si ante damnum detur, vtilis forte dabitur: vt supra, de noxa.l. si seruus communis.in fine. Azo. & facit ad.l. supra, de pet. hære.item ve.§. cum prædiximus. Accursius.

n *His consequẽter. Legatus.* sine nomi nis adiectione. Accur.

o *Denuntiauerint.* maxime. Nam idem & si non denuntiauerint.& facit ad inferius respõ. C.de do.ĩter vi.& vxo. l. si maritus. Accursius.

p *Suorum.* testatoris.

q *Non pertinere.* Sed nonne amittit portionem suam is, qui vel interfecit: vel ab alio interfectum non vindicat: vt &.C.de his quibus vt indig.l.j.& infra, de his qui.vt indig. l. indignum. Potest ergo repelli exceptione, tas. C. si agat fami. ercis. Re- spon. portio non ipso iure amittitur: quia interim est hæres: sed per sententiam applicatur fisco: vt ĩfra, de vulga. substi.l. ex facto. §. lianus. &. C. de his qui. vt indig. l. hęreditas. Ergo ante sententiã à cohæredibus non repelli- tur: licet repellatur fisco: vt & supra, si ser. vin. l. loci. §. competit. Accursius.

† *Bal. in.l. cum hæredi*

r *Non intercidat.* nisi quæri, pœnituerit: vt. C. eo. l. in ipsius.

s *Familiæ erciscundæ.* Immo videtur cessare vt supra de peti. hære. l. hæreditas. quæ ei cõtra. Solu. ibi vnus est hæres: vt arg. infra, de an. lega. l. Quintus. §. Põponius. Accursius.

t *Præscriptis verbis.* ex illo articulo, do vt facias: quæ videtur esse inter testatorem & hæredem. sed hoc non videtur: quia verba &c. vt infra, de verb. signi. l. verba. Sed respõ. hic, non esse contractũ, sed quasi contractum propter iuris necessitatem: vt ar. infra, eo. si filia.§. si pater. & ĩstit. de obli. quæ ex quasi cõtra. nas. §. idem iuris.

u *Cõsequi potest.* & sic veniunt personales præstationes: vt infra, eo. Labeo.§. familiæ. Accursius.

x *Satisfiat.* vt infra, eo. hæredes.§. idem iuris. in fin.§.

y *Actiones.* vt ĩfra, de pecu. l. quæsitum.§.j.

z *Sed & familiæ erciscundæ.* vt & infra, de condic. inde. l. frater à fratre. Accursius.

a *Item ex diuerso. Solius.* aliàs, solidum. aliàs solius.

b *Quæ ita.* scilicet vt vnus totum commodũ non habeat: & alter totum incommodum nõ patiatur: vt supra, de noxa. l. si in re communi. in fi. j. respon.

c *Communicentur.* pro

venit[a] in hoc iudicium. ℣ Sed & si dolo vel culpa quid in vsũ fructum[b] ab vno ex hęredibus factum sit: hoc quoque in iudicium venire Põponius ait. Nã & omnia quæ quis in hęreditate dolo aut culpa fecerit: ĩ iudicium familię erciscundę veniunt, [c] sic tamen, si quasi hęres fecerit[d]. Et ideo, si viuo[e] testatore vnus ex hęredibus pecuniam sustulerit: in familię erciscundę iudicium ea non venit: quia tunc nondum hęres erat. Vbi autem quasi hęres fecit: & si aliam præterea quis actionem habeat, tamen teneri eum familię erciscundæ iudicio Iulianus scribit. ℣ Denique[f] ait: si vnus ex hæredibus rationes hæreditarias deleuerit, vel interleuerit, teneri quidem lege Aquilia[g] quasi corruperit. non minus[h] autẽ etiam familiæ erciscundæ iudicio. ℣ Item si seruus hæreditarius[i] propriam rem hæredum vnius surripuerit[k], Ofilius ait esse familiæ erciscundę actionem: & communi diuidundo, furtíque actionem cessare[l]. quare agentem familiæ erciscundæ iudicio consecuturum, vt aut ei seruus adiudicetur, aut litis æstimatio in simplum offeratur.

XVII. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

DAmno cõmisso[m] ab vno hærede, conueniens est dicere simpli habendam æstimationem in familiæ erciscundæ iudicio.

Contra agentem familiæ erciscundæ, nõ potest obiici quòd hæreditas pertineat ad fiscum: quia ipse est indignus per cohæredem. Bartolus.

XVIII. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

HIs consequenter Iulianus ait: Si ex pluribus hæredibus vni seruus sit generaliter per optionem legatus[n]: & hæredes Stichum tabulas hæreditarias interleuisse dicant, vel corrupisse: & propter hoc renuntiauerint[o], ne optaretur seruus: deinde optatus vindicetur: poterunt, si [ab]eis vindicetur, doli mali exceptione vti, & de seruo quæstionem habere.

Hæres dignus cohæredi indigno eo quòd non vindicauit necem defuncti, non potest de hoc opponere, nec impedire iudicium diuisorium motum. Baldus.

℣ Sed an ĩn familiæ erciscundæ iudicium [vel] de morte testatoris, vel de morte vxoris, liberorumque suorum[p], habebunt quæstionẽ hæredes, quæritur? Et rectissimè Pomponius ait, hæc ad diuisionem rerum hæreditariarum non pertinere[q]. ℣ Idémque ait, * si quis testamento cauerit, vt seruus exportandus veneat: officio iudicis familiæ erciscundæ contineri, vt voluntas defuncti nõ intercidat[r]. Sed & cum monumentum iussit testator fieri: familię erciscundæ[s] agetur, * vt fiat. Idem tamen tentat: quia hæredũ interest, quos ius monumenti sequitur, præscriptis verbis[t] posse eos experiri, vt monumẽtũ fiat. ℣ Sumptuum, quos vnus ex hæredibus bona fide fecerit, vsuras quoque consequi potest[u] à cohærede ex die moræ: secundum rescriptũ ĩperatorũ Seueri & Antonini.

Nota, libellum ago vt soluas tertio: quia mea interest. Baldus.

℣ Celsus etiam illud eleganter adiicit, cohæredem, & si non soluit, habere familiæ erciscundæ iudicium, vt cogatur cohæres soluere, cum aliàs non sit liberaturus rem creditor, nisi insolidũ ei satisfiat[x]. ℣ Si filius familiàs patri hæres pro parte extitisset, & à creditoribus peculiaribus conueniretur: cùm paratus sit soluere id omne, quod debetur: per doli exceptionem consequetur à creditoribus mã dari sibi actiones[y]: sed etiam familiæ erciscundæ[z] iudicium cum cohæredibus habebit. ℣ Cùm vnus ex hęredibus legatum exsoluit ei, qui missus fuerat in possessionem legatorum seruandorum causa: putat Papinianus (& verum est) familiæ erciscundæ iudiciũ ei competere aduersus cohæredes: quia non aliàs discederet legatarius à possessione, quam vice pignoris erat consecutus, quàm si totum ei legatum fuisset exsolutum. ℣ Sed & si quis Titio debitum soluerit, ne pignus veniret, Neratius scribit familiæ erciscundæ iudicio eum posse experiri.

XIX. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

ITem ex diuerso similiter prospicere iudex debet, vt quod vnus ex hæredibus ex re hæreditaria percepit, stipulatúsve est, non ad eius solius[a] lucrum pertineat. quæ ita[b] scilicet consequetur iudex, si aut reputationes inter eos fecerit: aut si curauerit cautiones interponi, quibus inter eos communicentur[c] commoda & incommoda.

Qui onera

BIU Cujas

diuiso vnoquoque scilicet portionem suam soluente. nec enim per hanc actionem communicatur quid pro indiuiso: sed indiuisum diuiditur: vt supra. l. ij. Azo.

a *Si filia. Coheredum.* stipulantium.

b *Recuperasset.* ipsa tantũ, nõ etiã de hęrede eius dictũ est. Ac.

c *Non potuit.* quæ est, vt dos ab ea, vel etiam à suis hæredibus conferatur: vel tanto minus de hæreditate accipiatur: vt. C. de col. l. dotis quidem. & facit supra de offi. præsi. l. illicitas. §. veritas.

d *Præcipere.* vt & infra, ea. l. §. idem scribit. &. §. Neratius.

e *Præcipiet.* vt & supra, eo. l. his consequẽter. §. si filiꝰ. Accursius.

f *Instituta.* idem & si exhæredatus: vt & infra, de dot. prælega. l. j. §. Celsus. Azo.

g *Præcipiet.* propter rationem, quæ sequitur: vt & infra, de col. bo. l. iij. §. emancipati. &. C. eo. l. vxor. & infra, eo. si maritus. in fi. &. l. fundus qui. ĩ prin.

h *Sustinet.* vt infra, de iure dot. si is qui. §. ibi.

i *Conueniri.* ab vxore, vel eius patre. Accur.

k *Et stipulatꝰ est.* aliàs mulieri donare videtur: vt &. C. de rei vxo. ac. §. accedit.

l *Patri datam.* vt &. j. ad. l. Fal. si dos socero.

m *Tamdiu.* id est, intantum. Accursius.

n *Patitur.* nã & sic teneretur pater: vt. j. solu. matri. l. si cum dotẽ. §. nũc trãsgrediamur. Ac.

o *In rem.* vel quatenus est iussum, vel ratum habitum. Accur.

p *Donationem.* sed cũ causa collatam id est, vt soluat creditoribus: & ideo agitur præscriptis verbis: vt. C. de do. l. cum res. Azo. & hic subiicit. Accursius.

q *Hæreditariis.* ꝑ quibus solis tenentur: vt infra, de hæredi. instit. l. ex facto. licet vnus sit grauatus: vt infra, de leg. j. seruo legato. §. si testator. nisi in casu, vt quando animo compensandi dotem ab vno hæredum legatam reliquit maritus vxori. nam si malit dotem, eum eliget hæredem, qui fuit legato grauatus: nisi in id quod esset maius legatum: vt infra, de lega. ij. cum ab vno. in prin.

r *Diuisa sint.* alioquin ageretur fa. erciscũ. & nihilominus præscriptis verbis.

s *Non potest.* immo pluries: vt. C. eo. l. j. quæ est contra. Solu. ibi fuit prima diuisio sine iudice, ideo non impedit aliam fieri cum iudice. Sed quæ est ratio, quòd non pluries? Respon. secundum Ioan. quia omnia veniunt in prima petitione. Sed si hoc est: ergo & si alia actione agat, ob. except. rei iudi. vt infra, de except. rei iud. l. iiij. &. v. quod hic negatur. vnde adhuc remanet quæstio. Item plus auget quæstionem: quia pe. hære. quæ est vniuersalis pluries intenditur: quare ergo non hæc? Respon. quia hæc est vniuersalis natura, & habilitate, & necessitate, & effectu. nam pro vna re, vel quibusdam intentari non potest: vt infra, eo. l. fundus mihi. Cum ergo semel sit dictatum, non intentatur postea: quia nec pro eis, qui remanserunt, potest agi: vtpote certis rebus:

Qui onera matrimonii sustinet: debet dotem percipere. Bartolus.

XX. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

SI filia nupta, quæ dotẽ conferre debuit, per errorẽ cohæredum [a] ita cauit, vt quod à marito recuperasset [b], pro partibus hęreditariis solueret: nihilominus arbitrũ familiæ erciscundæ sic arbitraturum Papinianus scribit, vt etiam si con B stante matrimonio ipsa diem suum obierit, conferatur dos. Nam imperitia (inquit) cohæredum, iurisdictionis formam mutare non potuit [c].

Nota, quòd si plures sunt fratres, & vnus habet vxorem, quòd debet percipere dotem datam patri pro nuru filii, vel sibi viuente patre. Baldus.

℣ Si filiusfamiliàs iussu patris obligatus sit: debebit hoc debitum præcipere [d]. Sed & si in rem patris vertit: idem placet. & si de peculio, peculium præcipiet [e]. & ita imperator noster rescripsit. ℣ Hoc amplius, [si] filiusfamiliàs hæres [sit] institutus [f], dotem vxoris suæ præcipiet [g]: nec immerito, quia ipse onera matrimonij sustinet [h]. in tegrã igitur dotem præcipiet: & cauebit defensum iri cohæredes, qui ex stipulatu possunt conueniri [i]. Idem & si alius dotẽ dedit, & stipulatus [k] est. Nec solum vxoris suæ dotem, sed etiam filij sui vxoris: quasi hoc quoque matrimonij onus ad ipsum spectet: quia filij onera & nurus ipse adgnoscere necesse habet. Præcipere autem non solum patri [l] datam dotem filium oportere, verumetiam ipsi* filio Marcellus scribit: sed filio datam tamdiu [m] quamdiu peculiũ patitur [n], vel in rem [o] patris versum sit.

Diuisio patris inter filios, habet vim vltimæ voluntatis, non vim simplicis donationis. Baldus.

℣ Si pater inter* filios sine scriptura bona diuisit, & onera ęris alieni pro modo possessionum distribuit: non videri simplicẽ donationem [p], sed potius [feciſſe] supremi iudicij diuisionẽ Papinianus ait. Planè (inquit) si creditores eos pro portionibus hæreditariis [q] conueniant, & vnus placita detrectet: rectè posse cum eo præscriptis verbis agi, quasi certa lege permutationẽ fecerint, scilicet si omnes res diuisæ sint [r].

Nota quòd est magis vniuersalis actio familiæ ercisc. quàm petitio hæreditatis, cum petitio hæreditatis possit pluries intentari: sed non actio fami. erci. & ratio nota. hic, & in glo. vlti. l. 1. C. eo. titu. Baldus.

℣ Familiæ erciscundę iudicium amplius quàm semel agi non potest [s], nisi causa cognita [t]. Quòd si quædam res indiuisę relictę sunt: communi diuidundo de eis agi potest. ℣ Papinianus ait, Si vni [u] ex hęredibus onus ęris alieni iniungitur, citra speciem [x] legati, officio iudicis familię erciscundę cognoscentis suscipere eum id oportere: sed non vltra dodrantem portionis suę, vt quadrantem illibatum habeat. Indemnes* igitur cohęredes suos prętare cauebit.

Onera quæ filius patris destinatione suscepit: efficiunt, ne percipiatur id quod eo nomine debetur. Baldus.

cum vniuersitas sit diuisa: nec pro primis, quia semel diuisa sunt, vel adiudicata. at pe. hær. natura est vniuersalis: sed non effectu semper, quia pro vna re intenditur: & ideo pluries intenditur. sed si actum sit primo fa. er. & postea pro quibusdam indiuisis agere velit communi diui. potest: quia pro istis specialiter nõ potuit agi iudicio fa. erci. & licet pro his & pro aliis actũ * *Hal. ip* sit vniuersaliter, non tamen prosecutus est efficaciter actionem fa. erciſ. in istis. Vnde non ob. excep. si agatur cõmuni di. vt arg. C. de iudi. l. licet. secũdũ Azo.

t *Cognita.* ſ. ratiõe æta *Flo. in* tis: arg. j. eo. in. l. fi. Sed nõ est bonũ arg. quia ibi facta fuit diuisio sine iudice. satis tamẽ ratio est bona: nã minor cõtra sententiã restituitur: & etiã maior quandoque: vt. s. de iud. l. si prætor. Vel dic, ex causa hic agi fa. erci. ꝑ sonalibus præstationibus faciẽdis pro rebus diuisis: pro aliis præstationibus quæ peterentur pro indiuisis, agere tur in factũ: vt argu. j. de relig. at si quis. §. Labeo. Azo. Itẽ propter quasdã alias præstationes agitur pręscrip. verbis: vt. s. §. proxi. Item quandoque fa. er. vt. s. eo. his consequẽter. §. suptuũ, &. j. eo. l. itẽ. §. fa. erci. Azo. & facit. j. ti. j. l. iiij. §. j. Accursius.

Si vni.] CASVS. Testator instituit tres hæredes: & vni iniunxit, vt solueret æs alienum: & hoc fecit nõ le gãdo creditoribus, qui bus nihil plus debetur, quàm si nõ esset hęres grauatꝰ. Et dicitur hic, ꝙ hęres grauatꝰ cõpellitur onus susceptũ implere. Itẽ dicit: cum iudex diiudicet, faciet su- *Flo. Inbire onus: ita tamen, ꝙ demnis* quarta suæ ĩstitutionis sibi reseruet. [IDEM SCRIBIT.] Si pater cõsentit, filius suscipit. aliàs non. [NERATIVS.] Plana sunt vsque ad. §. idẽ Papinianus. [IDEM PAPINIANVS.] Testator qui. x. in dotẽ ab vxore habuit: ĩstituit duos hęredes, & mulieri legauit fundũ loco dotis: & si nollet fundũ, vnũ ex hęre. one rauit de dote reddẽda. si mulier eligat fundũ, expeditũ est. ꝙ si mulier dotẽ eligat: & vtrũq; hęredẽ cõueniat: oneratus debet aliũ defendere. fundus qui remanet electa dote, debet esse illius onerati totus: si nihil aliud testator dixit. [IDEM.] Si testator duobꝰ hęredibus ĩstitutis iusit seruum esse liberũ si daret. c. vni ex hære. quãdo factũ est: an hęres hoc teneatur cõmunicare in familię erciscundę, vel cõmuni di? Dicit ꝙ nõ: quasi sint ei prælegata. Viu.

u *Si vni.* aliàs. l. si vni. & aliàs. §. Papinianus.

x *Citra speciem.* i. nõ legauit expressim liberationẽ cohęredibus. Vel dic citra specię legati: quia ei quẽ onerat, nõ relinquit legatum, secundum Io. Tu dic secundum Azo. citra specię legati: quia non reliquit ita vt creditoribus actio competeret: vt infra, de leg. j. seruo legato. §. si testator. & ideo dubitabatur an Falc. locum haberet? Et dic quòd sic: vt infra, de leg. ij. l. cum ab vno. & cohæredes agunt: vt. d. l. seruo legato. §. si testator. & infra, de leg. iij. fideicõmissa. §. interdum. &. j. de hęr. ĩst. l. ex facto. ꝓponebat. Ac.

a *Obligatus est.* quia promisit pro habenda dignitate: vt.j. de col. bo. l. j. §. sed an id quod. vel aliis modis: vt.j. ad munici. l. ij. §. j. Ac.

b *Fuit.* quasi fideiussor est filij pater consentiendo: vt infra, ad munici. l. quotiens. in prin.

c *Neratius autem scribit.* s. in illa quęstione, in qua proponebatur cum qui &c. Azo.

*De hac dictione vide Alci. lib. 1. Paverg. cap. 22.

d Ἀγωνοθεσίαν* nomẽ est publici muneris.

e *Suscepturum.* cum est etiam electus. aliàs secus: vt infra, de mune. & hono. l. & si filiũ. Ac.

*Flo. reliquatus

f *Professum esse.* ex hac pfessione, vel consensu adhibito in electione filij, pater vt fideiussor obligatur: vt. j. ad munici. l. quotiens. quare vnumquemque hæredem pro parte hæreditaria reliquit obligatum. Azo. vt infra, de mune. & hono. l. & si filium. Accursius.

g *Fungeretur.* scilicet filius. præcedebat enim electio professionẽ: vt infra de cõdi. & demõ. l. Publius. Accursius.

h *Mortuum esse.* scilicet patrem. Azo.

i *Venire.* hoc propter patris professionẽ. aliàs non tenentur cohæredes: vt. j. eo. l. ex parte. §. filius. quæ est contra. & ad munici. l. Lucius. §. idem respon. hæredes. Sic ergo præcipuũ erit filij, ꝙ suæ dignitatis causa est datum: vt hic, & ĩfra, de coll. bo. l. j. §. sed an id quod dignitatis. & supra, ea. l. §. proxi. Accursius.

*Flo. Item

k *Alterũ.* scilicet primum. Azo.

l *Cohæredem esse.* scilicet secũdum. nam aget contra primum, vt defendatur: vt hic, &. j. de lib. leg. l. nõ solũ. §. sed si duobus. &. j. de leg. ij. cum ab vno. Accur.

m *Sed & legata.* scilicet relicta mulieri ꝓ dote.

n *Electa.* scilicet à muliere.

o *Retinentur.* ab hæredibus.

p *Cohæredis.* scilicet, secundi.

q *Debito.* s. dotis.

r *Non oportet.* Imò videtur quòd sic: vt. j. de ali. & cibaria. l. l. pecuniæ. quæ est contra. Solut. ibi non vt hæres, sed vt minister, vel cõmissarius est grauatus. athic vt hęres: ideoque commodo non priuatur. Accursius.

s *Videlicet.* sic oportet. Ioan.

t *Suscepit.* scilicet ex voluntate testantis. Ioan.

u *Legatum.* quia is debet habere commodum, qui grauatus est in onere: vt instit. pro socio. §. illud.

x *Conditionis.* fuit enim imposita conditio, si daret vni ex hæredibus. vnde videtur ei prælegatum.

Idem scribit, & si filius in muneribus publicis, in quibus pater ei cõsentit, obligatus[a]* est, & pro parte hęres scriptus est: hoc quoque debere pręcipere: quia & hoc patris ęs alienum fuit[b]. Sed si qua munera post mortẽ patris susceperit: ab his hęredes patris soluti sũt. Neratius autẽ respondit[c], eum qui plures filios haberet, vnũ ex filiis ἀγωνοθεσίαν[d] susceperũ[e] professum esse[f]: & priusquam honore fungeretur[g], mortuum esse[h], omnibus filiis hęredibus institutis: & quæsitum esse, an is filius, quod in eam rem impendisset, familiæ erciscundæ [iudicio] cõsequatur: eiq́ue respõdisse, nulla actione idẽ consequi posse. quod merito displicet. debet itaque hoc in familiæ erciscundæ iudicium venire[i].

Nota ibi, iudicis officio, argu. quòd si quis faciens testamentum pro remedio suorum peccatorum legat ecclesiæ, vbi sibi elegit sepulturam: & postea eligat sepulturam alibi, quòd videtur ademisse legatum, secundum R. ar. de adi. lega. in. l. alũnæ. §. Seia. hoc verum, si prætextu sepulturæ secus si simpliciter pro remedio peccatorum suorum. Baldus.

Idem* Papinianus scribit, si maritus alterum[k] ex hæredibus onus dotis soluendæ, quæ in stipulationem venit, suscipere iussit: & mulier aduersus vtrumque dirigat dotis petitionẽ: cohæredem esse[l] defendendũ ab eo, qui suscipere onus iussus est. Sed legata[m], quę ab vtroque pro dote data, electa[n] dote retinentur[o], in cõpendio cohæredis[p] esse, qui debito[q] leuatur, non oportet[r]: videlicet[s], vt cohæres, qui onus ęris alieni susceperit[t], officio iudicis legatũ[u] cõsequatur. & verum est hoc, nisi aliud testator edixit. Idẽ scribit, quòd vni ex cohæredibus statuliber conditionis[x] implendæ nomine dedit de peculio[y], in hoc iudicium non venire, nec communicari debere[z].

XXI. PAVLVS libro vicesimotertio ad Edictum.

IDem [est] & in communi diuidundo.[a]

XXII. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

ITem Labeo scribit, si vnus hæredũ thesaurum[b] relictũ à testatore effodit, familiæ erciscundæ iudicio eum teneri: & si cum extraneo conscio partitus sit[c]. [Itẽ] familiæ erciscũdæ iudex ita potest pluribus[d] eandem rem adiudicare, ſsi aut pluribus fuerit vnius rei præceptio relicta (vbi etiam necessitatem facere Pomponius scribit, vt pluribus adiudicetur) vel si certam partem vnicuique cohęredum adsignet[e]. Sed potest etiam licitatione admissa vni rem adiudicare. Sed & regionibus diuisum[f] fundum posse adiudicare, secundum diuisionem[g], nemo dubitauerit. Sed etiam cum adiudicat, poterit imponere aliquam seruitutem, vt alium alij seruum faciat[h] ex his, quos adiudicat. Sed si purè[i] alij adiudicauerit fundum: alij* adiudicando[k], amplius seruitutem imponere non poterit[l]. Familiæ erciscundæ iudicium ex duobus constat, id est rebus atq; præstationib[o][m]: quę sunt[n] personales actiones. Papinianus de re, quæ apud hostes est, Marcellum reprehẽdit, quòd non putat*[o] interim præstationes[p] eius rei venire in familię erciscundę iudiciũ quæ apud hostes est. Quid enim impedimento* est rei præstationem venire, cũ & ipsa veniat,

Ex parte.]*CASVS.* Si Titi⁹ me & te hęre.instituit:& Sei⁹ cõtra nos hære.posidẽtes egit:& ego defendi, & absolutus fui: potero tibi ꝓ tua parte hære.agenti exce.doli obiicere si soluere nolis partẽ sumptuũ.& si omisi excep.doli,pro parte quã tibi tradidi,agere potero cõtra te hęredẽ petitiõe hæreditatis.[*INTESTATO.*]Titi⁹ in codicillis suis ꝑdia & bona alia inter filios diuisit:adeo ꝙ nihil fuit indiuisum:& plus etiã reliquit filio quã filiæ.nũ quid cõfert filia dotẽ? Et rñ. ꝙ non:sed cessat collatio.Ité dicitur hic decedere ĩtestat⁹, quia nõ fecit testamẽtũ:sed codicillos : vt insti.de fideicom.hære.§. ante. [*SERVO.*]Duos seruos ipsi hære.seruo qui hebebat . xv. an. libertẽ reliqui,vt esset liber post.xxx.an.nõ antelatem eidẽ aliquẽta legaui.vn⁹ hæres ꝑstitit legata.tandẽ decessit seru⁹. nũquid iudicio fami.ercisc. cõsequetur à cohære.partẽ eorũ quę soluit seruo? Et rñ. ꝙ nõ:quia non valuit legatũ:cũ seruo suo domin⁹ legauit.[*FILIVS.*]Ego & Titi⁹ frater me⁹ hære. cõmunẽ habebam⁹.Titi⁹ assumptus in officio, debitor reipubli.factus est.vult iste Titius ex bonis cõmuni⁹ soluere. q̃ritur an posit?Et rñ.q̃ non. videt ꝙ posit:quia pater dũ viuebat hoc fecit,tamẽ est secus;vt dixi. [*DVOS.*] Instituo duos seruos meos hęredes cuilibet seruũ prælegaui cũ peculio:& anteq̃ decederẽ,seruũ vni ꝑlegaui: prælegatũ manumisi. an peculiũ inter eos debeat diuidi, quæritur.Et rñ. ꝙ diuidi debet:non autẽ esse illi⁹ cui prælegatus seru⁹ fuit.[*PATER INTER.*] In codicillis bona inter filios meos diuisi.& postea testamẽto cõdito confirmaui codicillis illis hęt. in testamẽto institutis relinquẽdo.Ité præcepi,ꝙ vnusquisq; on⁹ æris alieni qđ habet vel habuit,sustineret.vn⁹ filiorũ me patre ꝑsente pecuniã accepit mutuam, & creditori prædia sibi assignata obligauit.postea soluit creditori. iste filius vel creditor illa prædia distraxit.certè alter filius non tenetur ad aliquid.

reditaria portiõe ei cõpeteret, nullã[k] sorori eius aduersus eũ cõpetere actionẽ.Idem respõdit,cum ex decretis alimentis à prætore[l] amplius fratrem accepisse diceret,quàm sororẽ: nõ tamẽ vltra partẽ dimidiam.

Qui obtinuit in causa cõmuni,repetit expensas pro rata.h.d.Intellige si in causa ꝓpria non erat aliàs tantũ expensurus, quia tunc repetit,aliàs non.Bartolus.

XXXIX. SCAEVOLA libro primo Responsorum.

EX parte hæres institutus, causam de totis bonis, quã omnes hæredes patiebãtur[m], ob inultam mortẽ, suscepit, & obtinuit[n].cohæres ab eo partẽ suam petebat, nec partẽ sumptuũ factorũ in litem præstare volebat. Quæsitum est an doli exceptio noceret?Respondi: si idcirco amplius[o] erogatũ esset, quòd ipsius quoque causa defensa esset, habendã rationem sumptuũ.Sed & si omiserit doli exceptionẽ:agere potest de recipiẽda portione sumptuum.

Pater qui contemplatione dotis relinquit minorem partẽ filio quàm filiæ, videtur eã liberare à dotis collatione.h.d.& est notãdũ.Bal.secũdũ Bar.sic summatur: Quo ad collationẽ testatus videtur decedere, qui in codicillis de omnibus bonis disponit.Bar.

VInteſtato moriens codicillis prædia sua omnia, & patrimoniũ inter liberos diuisit, ita vt longe amplius filio, quàm filiæ relinqueret.quæsitũ est, an soror fratri dotẽ conferre deberet?Respondi,secundũ ea,quæ proponerentur, si nihil indiuisum[p] reliquisset,rectiꝰ dici ex

m *Patiebantur.* à quodam qui agebat contra omnes petiꝭ.hære.

n *Et obtinuit.* secus si perdiderit:quia tũc sumptus nõ repetit:vt j.iu.sol.iã tamẽ.§.in hac.Sed procurator cũ mandato indistincte repetit:vt.C.man.l.& si cõtrariã. Quidã tamen dicunt etiam gestorem succumbentem repetere si vtiliter cœpit defendere,licet malus exitus sit secutus:vt supra,de neg.gest.sed an vltro.§.is qui. secus si non vtiliter fuit cœptum:vt fuit in.d.l.iudicatum sol. iam tamen.§.in hac.sed prima placet.

o *Amplius.* potest enim esse ꝙ non:vt si prius quã cõmunẽ causam susciperet ꝓ se,salaria ꝓmiserit,& expẽsas fecit,nec oportuit eum aliquid plus expendere:aliàs repetit:vt hic,& supra, de neg. gest.qui aliena.§.fi.& arg.infra,pro so.l.cum duobus.§.quidam.

p *Indiuisum.* quid autem si aliquid remansit indiuisum?Respon. non cessaret collatio:vt.C.de col.l.filiæ dotem. sed hic præsumitur contra,tum quia nihil remansit indiuisum:tum,quia plura filio reliquit : & hoc etiam expressit, quòd ideo maiorem partem filio

BIU Cujas

filio assignabat, quòd filiæ dotē concederet: vt hic innuit statim, & dicitur. ff. de rei vind. l. emptor. §. fi. aliàs autē esset contra quod est. C. de col. l. ij. & in auth. ex testamento.

a *Cum erit.* tunc petendam cum erit &c.

b *Triginta.* dominus: vel verius, scilicet, seruus.

c *Mortis suæ.* scilicet, testatoris.

d *Viueret.* scilicet, seruus cui libertas imposita fuerat. Accursius.

e *Hæres.* apud quem non morabatur.

f *Præstiterat.* cohæredi, partem enim sumptuum dabat ei: & ille retinebat seruum apud se. Accursius.

g *Debita fuisse.* scilicet ciuiliter, debita tamen sunt ex voluntate defuncti naturaliter. vnde offi. iudi. seruus alimenta petere potest: vt infra, de ali. le. l. seruos. & ff. de vsufruc. l. domi nus. §. fin. & facit infra, de annu. leg. l. seruus.

h *Non posse.* scilicet à cohærede apud quem morabatur: vt supra, quæsiuit.

i *Non potest.* immo vi detur quòd sic: vt. ff. eo. si filia. §. Neratius. quæ est contra. Solu. ibi fuerat pater professus.

k *Socii sint.* ex conuē tione: vt. j. pro so. cum duobus. §. Papinianus. & §. idem Papinianus.

l *Et pater.* repete, & licet.

m *Functus.* quia pro eo soluit reipublicæ. vel gessit quædam pro eo in magistratu: vnde pro hoc videbatur velle facere tantundem. sed non est ita, vt hic dicit. Accursius.

n *Cū peculio.* scilicet, prælegauit. Azo.

o *Viuo testatore.* si vero testatore mortuo, remanet prælegatum in peculio: vt infra, de peculio. lega. l. tunc inutile.

p *Deinde pater.* scilicet, decesserit.

q *Ad vtrosque.* nam cum sit accessio, extincto principali, & accessorium: vt. j. de pecu. leg. l. j. & ij. & insti. de leg. §. si seruus. Accur.

r *Diuisit.* scilicet in codicilis. Azo.

s *Non esse præstādum.* nam non mutatur postea voluntas: nisi expresse hoc dicatur: vt infra, de leg. iij. l. si quis. in principio.

Si ex asse.]CASVS. Fideicōmissario vtile iudicium fami. erciscompetit ad petendum sibi relictum. Vi.

t *Si ex asse.* idem si ex parte. & facit. j. ad Trebel. l. ita tamen. §. si ex Treb. in fi. illius. §.

voluntate defuncti collationē dotis cessare. ℣ Seruo* libertatē dedit, qui erat annorum quindecim *cum erit*[a] *annorum triginta*[b] eidem ex die mortis suæ[c], quoad viueret[d], cibariorū nomine denarios denos, vestiarij denarios vigintiquinque præstari se velle significauit. quæsitum est, an vtile esset cibariorū & vestiariorum legatum, cum Stichus ante libertatis tempus decesserit? & an si non est vtile, hæres[e] qui præstiterat[f], à cohærede repetere possit apud quem morabatur? Respondi, non quidem debita fuisse[g]: sed si id quod datum est, in alimēta consumptum sit, repeti non posse[h].

Debita contracta per vnum ex fratrib⁹, communem hæreditatem possidentibus, non veniunt de communi soluenda. h. d. iste notabilis. §. Bartolus.

℣ Filius reipublicæ debita quæ post mortem patris contraxit, fratri suo pro parte hæreditaria reputare non potest[i], si nō in omnibus socij sint[k]: * licet hæreditatē paternam cōmunē haberent, & pater[l] pro altero filio in patria magistratu functus[m], decesit.

Perempto principali facto testatoris, perimitur accessorium. Bartolus.

℣ Duos filios [pater] scripsit hęredes, & certos homines vnicuique eorum prælegauit: ex* quibus vni Stephanum cū peculio[n]. is viuo testatore[o] manumissus decesit: deinde pater[p]. Quæsitum est, an id quod in peculio habuit Stephanus priusquam manumitteretur, ad vtrosque filios pertineat: an verò ad eum solum cui cum peculio prælegatus fuerat? Respōdi, secundum ea quę proponerentur, ad vtrosque[q] [pertinere.] Pater inter filios diuisit[r] bona, & eam diuisionem testamento confirmauit: & cauit vt æs alienum quod vnusquisque eorum habet, siue habebit, solus sustineret. postea vn⁹ ex filiis cum pecuniā mutuaretur, interuenit pater, eiusque consensu prędia quę filio adsignauerat pignori data sunt. post mortem patris eadem prædia idē fili⁹ possedit. vsuras soluit. quæro an familiæ erciscūdę iudicio, si prędia pignori data distrahat creditor, aliquid ei à cohærede præstandū sit? Respondi. secundum ea quæ proponerentur, non esse præstandum[s].

XL. GAIVS libro secundo Fideicommissorum.

SI ex asse[t] hæres institut⁹ rogatus sit mihi partem aliquā restituere: veluti dimidiam: vtile familiæ erciscundę iudicium rectè inter nos agetur.

Causa nullitatis, pertinet ad iudicem appellationis, qui potest sententiā pro parte cōfirmare, & p parte nullā pronūtiare. Bar.

XLI. PAVLVS libro primo Decretorum.

QVædam mulier ab iudice appellauerat, quòd diceret eum de diuidenda hęreditate inter se & cohęredē, non tantùm res, sed & libertos diuisisse, & alimenta[u] quæ dari testator certis libertis iussisset. nullo[x] enim iure id eū fecisse[y]. Ex diuerso respondebatur, cōsensisse eos [ei] diuisioni, & multis annis alimēta secundū diuisionem præstitisse. Placuit stādum esse alimētorū præstationi. Sed & illud adiecit, nullam esse[z] libertorum diuisionem.

Debitum ab vno ex hæredibus, potest prælegari. Bal.

XLII. POMPONIVS libro sexto ad Sabinum.

SI ita legatum fuerit vni ex hæredibus: *quod mihi debet, præcipito*: officio iudicis familiæ erciscundæ cōtinetur ne ab eo [quid] cohæredes exigant. Nā & si quod alius deberet, præcipere vnus[a] iussus fuerit: officio iudicis actiones ei præstare debebūt, p portiōe cohęredes[b]*.

Licet maior pars hæredum dissentiat, vnus solus ad diuisionem prouocat. Bal.

XLIII. VLPIANVS libro trigesimo ad Sabinum.

ARbitrum[c] familiæ erciscūdæ vel vn⁹ petere potest[d]. Nam prouocare ad* iudicem vel vnum hæredē posse[e], palā est. Igitur & præsentibus[f] cæteris, & inuitis, poterit vel vnus arbitrum poscere.

QVædam.] CASVS. Ego hære. cōmunem cū muliere habebā. agimus hoc iudicio: & iudex qui de hoc cognoscit, inter nos diuisit libertos & alimenta. nunquid valet diuisio? Dicitur q̄ sic. & videtur q̄ non: quia aliud fecit quā deberet. Itē videtur q̄ valeat: quia ratā videmur diuisionē habere, soluēdo alimēta. secūdo est, quia præstatio alimētorum valet: sed libertorū diuisio nō valet. Vi.

u *Et alimenta.* ſ. diuisisse. & in hoc bene, sed in libertis malè: vt hic mulier allegat, & bene: vt. j. de iure patro. l. fi. & de ali. le. l. iij. §. solent. Accursius.

x *Nullo.* & ita appellauit à certo capitulo de libertis. Accursius.

y *Fecisse.* quia non sunt in bonis.

z *Nullā esse.* nō ergo appellatio confirmauit sententiā: vt. j. de ap. si expressim. Sed quomodo pro parte valet, & pro parte non res iudicata: vt supra. e. l. ī hoc iudicio. quæ est cōtra? Solu. vt ibi.

Si ita.]CASVS. Si te debitorem meū & Titiū hæredes instituā, & tibi debitū prælego: nihil Titius à te potest exigere: quia & si tibi hæredi legaui q̄ alius extrane⁹ mihi deberet, cohæres tene ret tibi cedere actionem pro sua parte.

a *Vnus.* scilicet, hæredum à testatore. Acc.

b *Cohæredes.* qđ enim in alterius persona, hoc & in tua præstat: vt. j. de condic. inde. l. frater à fratre. & facit. j. eo. l. inter. §. j. & C. eo. siqua.

ARbitrū.] CASVS. Cohæredes mei nolebant facere diuisionē bonorum. quęritur an cogere eos possim? Et rn̄. q̄ sic: & quāuis maior pars hæredū dissentiat, ego tamē solus ad dictā diuisionē possum prouocare. Vi.

c *Arbitrum.* id est, iudicem delegatum, vel ordinarium.

d *Potest.* scilicet, cæteris scientibus & consentientibus. Accursi⁹.

e *Posse.* etiam ignorā tibus cæteris: vt addat prædictis.

f *Præsentibus.* infert si ignorantibus, ergo inuitis: vt. j. de ritu nup. l. in eo iure. §. deinde. in casu tamen non datur iudex aliis inuitis: vt. j. titu. j. l. arbor. §. de vestibulo. q̄ est cōtra. Sed ibi speciale, ne res non diuidēda diuidat. Acc.

* *Flo. actiones ei præstari debet pro portione cohæredū.*

* *Flo. apud*

INter.] CASVS. Si ego & tu sumus hæredes: nunquid possum⁹ agere cōmuni diuidendo? Et respōdetur q̄ sic: & familiæ erciscundæ.

BIU Cujas

scundæ.[*SI FAMILIAE.*] Pone casum, vt supra, eo.si ita. [*SI COHAEREDES.*] Tres erãt hæredes: vnus absens, duo præsentes. rem hæredi. vendiderunt pro.xx.& dicebant se tantum vendidisse pro.x. poterit ipse qui fuerit absens, agere vt alia.x. cõmunicentur. [*FRVCTVS.*] Tres erant hæredes, vnus fructus hæredi. percepit. si sciuit, tenetur hoc iudicio directo. si ignorabat, tenet vtili. [*QVI FAMILIAE.*] Planus est. [*QVOD EX FACTO.*] Si cohæres meus impediat illum quo minus agat: quia testator sub pœna decé promisit, quòd non impediat eum, & solueris pœnã: non recuperabis à me partem eius: immo & si ego propter tuũ factũ soluero, tu mihi hoc iudicio teneberis. [*SI QVIS.*] Titius volés à me cétum petere, cõstituit Seium procuratorem: & cauit se ratũ habiturum, & hæredes suos: tandem fui absolutus, & Titius decesit postea. Certè si vnus hęredum eius contrauenìat, ille solus tenebitur: & si ab aliquo hærede meorum interim fuerint petita dicta cétum, ille solus aget. [*VSVFRVCTV.*] Duobus hæredibus instítutis decesi. Item legaui vxori meæ vsumfructũ in quodã fundo vt eum haberet donec dos ei soluatur. vnus hæredum dotem soluit: & recuperauit vsumfructum cum fundo. nunquid potest agere pro parte cum cohęrede vt cohęres soluat partem? Et respondeo quòd sic: vnde audietur in vtroque casu. [*SI DVO.*] Præcepit testator duobus hæredibus suis, vt statuam in suum honorem ponerent: & vnus posuit: & alius non. potest qui posuit, pro parte sumptuum recuperanda agere. Viuia.

* *Flo. capit*

* *esse, cepe-rit. Flo.*

* *causa ad inficias ire. Flo.*

a *Cõmunes sunt.* ex hæreditaria causã, vel aliũde. Patet ergo quòd res commodatæ, & depositæ, non veniunt in cómuni diuidundo iudicium: quia non sunt hæreditariæ, sed sunt ex hæreditate: vt hic, &.j.tit.j.l.iiij.j.rũ.&.§.j.&.j. pro soc.l. quibus casibus. Sed contra.ŝ.eo.& puto.§.fi. Solut. ibi & pro hæreditario seruo, siue maleficio ab eo commisso, agitur communi diui.& adde quod est infra, pro soc.l.quibus.

Depositæ & commodatæ res, nõ veniunt in fa. ercis. iudicium.

b *De cæteris.* quæ nó sunt hęreditarię: licet sint ex hæreditate, vt res commodatæ & depositæ: vt.ŝ.de peti.hære.& nõ tantũ. Ac.

c *Adiudicationes.* id est, prælegationes quas testator adiudicauit alicui hæredum. vel dic, vt sonat. Accursius.

d *Quo plus.* vendiderunt pro.xx. dixerunt se vendidisse pro.x.

e *Hæreditatis.* si diffiteantur eum cohæredem: vt supra, eo.l.j.&. C.eo.in familiæ. Accursius.

f *Sciret.* alioquin si putaret suum fundum: & consumpsisset fructus vt bonæ fidei possessor, non teneretur: vt supra, titu.j.l.iiij.§. post litem.& infra, eo.fundus qui. Vel quod verius est, immo teneret vtili actione fami. ercis. licet pceperit bona fide nescíens se cohæredem: non directa, quia non fecit sicut hæres: vt.ŝ.& puto.§.ij.& infra, eo. qui erat. nam cum hæc actio imitetur hæreditatis pe.& in illa teneatur bo.fi. pos. inquantum est locupletior: vt supra, de peti.hære. sed & si lege.§.pe.&.§.fi.&.l.illud.§.prædo.& in ista idé dici potest, secundum Azo.

A

In iudicio communi diuidundo, requirũtur magis exactæ probationes dominii, vel quasi, quã i iudicio familiæ erciscúdæ. Bal.

XLIIII. PAVLVS libro sexto ad Sabinum.

INter cohæredes etiam communi diuidundo agi potest, vt res dũtaxat quæ eorum cõmunes sint[a], & causæ ex his rebus pendentes, in iudicium veniant: de cæteris[b] verò in integro sit familiæ erciscundæ iudicium.

Prætor debet tueri suam adiudicationẽ. Baldus.

¶ Si familiæ erciscundæ vel cõmuni diuidundo actum sit, adiudicationes[c] prętor tuetur, exceptiones aut actiones dando. ¶ Si cohæredes absente vno cohærede rem vendiderunt: & in ea re dolo malo fecerunt, quo plus[d] ad eos peruenìret: vel familiæ erciscundæ iudicio præstabunt ei, qui abfuit, vel hæreditatis[e] petitiõe. ¶ Fructus, quos ante aditam hæreditatẽ ex fundo hæreditario hæres cœpit: * non aliter familiæ erciscundæ iudicio præstare eum Iulianus ait, quàm si cum sciret[f] hæreditarium fundum esse, eos perceperit*. ¶ Qui familiæ erciscudę & communi diuidundo, & finium regundorum agunt: & actores sunt, & rei[g]: & ideo iurare debẽt, non calumniæ causa litẽ intẽdere[h], & nõ calũniæ causa ad inficiationes ire*.

Quod hæres sentit ex suo facto, sibi imputari debet. Bal.

¶ Quod ex facto suo vnus ex cohæredib' ex stipulatiõe hæreditaria prętat, à cohęrede non repetet[i]: veluti, si à se hæredéq; suo dolum malum abfuturum, defunctus spopondit: vel, neq; per se, neque per hæredẽ suum fore, quo minus quis eat agat[k]. immo & si reliqui propter factũ vni[s] teneri cœperint, quasi conditio stipulationis hæreditariæ extiterit: habebunt[l] familiæ erciscundæ iudicium aduersus eum*, propter quem commissa sit stipulatio.

B

Stipulatio facti diuidui, contra hæredẽ, contra facientem tantum committitur. h.d. iste. §. Bartolus.

¶ Si quis stipulat[o] fuerit[m], Titium[n] hæredémque eius ratum habiturum: & Titius pluribus hæredibus relictis decesserit: eũ solum teneri[o], qui non habuit ratum, & solum ex hæredibus stipulatoris acturum, à quo fuerat* petitum. ¶

Nota casum, quòd soluendo pro hærede, si non soluat, ab eo repetitur. Bartolus.

¶ Vsufructu vxori legato donec ei dos soluatur, per arbitrũ familiæ erciscundæ tã id quod cohæredis nomine ex dote solutum sit, recuperare[q] potest*: quàm vt cohæres soluat, effici posse Cassius ait, & verũ est[r].

C

Si duo cohæredes dãnati sint statuam ponere: & altero cessante alter eam fecerit, non esse iniquũ Iulianus ait familiæ erciscundę iudicium dare: vt pars impendiorum boni viri arbitratu præstetur.

XLV. POMPONIVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

SI quid contendis ex hęreditate mihi tecum commune[s] esse, qđ ego ex alia causa meũ proprium esse dico: id in familiæ erciscundæ iudicium nõ venit[t]. ¶ Dolus quem seru' hæredis admisit, in iudicium familię erciscundæ non venit[u], nisi si domini culpa in hoc erat, qꝙ nõ idoneum seruum rei comuni applicuerit.

D

g *Rei.* vt & supra, titu.j.l.iudicium. Sed qui prouocat, est pro actore: vt infra, titu.j.l.ij.§. fi.&.ŝ.de iudi. in tributo.

h *Intendere.* vel intẽdisse: vt.C.de iura. calum. l.ij.§.j. Accursius.

i *Non repetet.* sic & infra, de reg. iur. l. quod quis.& supra, de nou. l.si communis famil.

k *Agat.* id est, agi vtatur.

l *Habebunt.* vt & infra, de ædil. edic. l. si nolint.§. Pomponius & infra, de verb. oblig. l.ij.§. item si ex facto. Accursius.

m *Si quis stipulat' fuerit.* scilicet, à procuratore, vel ab ipso Titio: quod cum procuratore eius facturus est.

n *Titium.* scilicet, est cuius nomine procurator agebat: vel aliter, vt modo dixi.

o *Teneri.* scilicet, procuratori. vel dic, stipulatori, secundũ primã.

p *Petitum.* vt & infra, de ver. oblig. l. eadem.§. Cato. in fi.§. & idem in aliis prætoriis similibus: vt infra, ad leg. Fal. pœnales.§. Iulianus. Accursius.

q *Recuperare.* s. cohęres à cohærede.

r *Et verum est.* immo non est verũ: quia sibi partem poterat liberare, etiam sine parte cohæredis: vt.j.de vsufru. leg. l. cui vsusfructus. quę est contra. Solu. hic de rigore iuris: ibi de æquitate, secundum Rar.j.de cõdi. & demõ. l.pe.§. de illo. Vel melius potest dos pro parte solui: & vsusfru. pro parte desinere esse: vt ibi, sed tamen non commode liberat vna pars sine reliqua: cum facta diuisione pprietatis inter cohæredes obtingentę portionem pro parte liberare cõmode non poterunt. Vel dic tertio, agit fami. ercis. quia res pignori obligatas liberare pro parte non poterat: vt hic, & supra. cohæredes.§. idem iuris. licet ab vsufructu posset pro parte liberari: vt in.l. contraria. Accursius.

s *Commune.* cum tu non possideres.

t *Non venit.* ideo quia diffiteor mihi esse commune ex hæreditaria causa: quare agetur vel rei vin. vel Publiciana: vt arg. infra, de excep. l. fundum.&.l. fundi.&.ŝ.eo.l.j. Accursius.

u *Nõ venit.* vt dãnari possit vt ex suo pprio cõmisso: venit tamẽ vt damnetur

Si familiæ erciscundæ iudicium aduersus eum. [*SI IVDICIVM.*] Si familiæ erciscundæ iudicium aduersus eum. [*SI STIPVLATIO.*] Si stipulatio facti diuidui, contra hæredẽ, contra facientem tantum committitur. h.d. iste. §. Bartolus. [*SI QVIS STIPVLATVS.*] Si quis stipulatus fuerit, Titium hæredémque eius ratum habiturum: & Titius pluribus hæredibus relictis decesserit: eũ solum teneri, qui non habuit ratum, & solum ex hæredibus stipulatoris acturum, à quo fuerat petitum. [*NOTA CASVM.*] Nota casum, quòd soluendo pro hærede, si non soluat, ab eo repetitur. Bartolus. [*VSVFRVCTV.*] Vsufructu vxori legato donec ei dos soluatur, per arbitrũ familiæ erciscundæ tã id quod cohæredis nomine ex dote solutum sit, recuperare potest: quàm vt cohæres soluat, effici posse Cassius ait, & verũ est. [*SI DVO.*] Si duo cohæredes dãnati sint statuam ponere: & altero cessante alter eam fecerit, non esse iniquũ Iulianus ait familiæ erciscundę iudicium dare: vt pars impendiorum boni viri arbitratu præstetur.

BIU Cujas

Actio de dote datur contra hæredes soceri recipientis dotem: & licet maritus non sit hæres, ei subuenitur vt apud eum sit dos qui sustinet onera matrimonii. Bartolus.

XLVI. PAVLVS libro septimo ad Sabinum.

SI maritus [a] sub cõditione à patre hæres institutus sit, interim de dote vxoris actionẽ [b] pendere [c]. Planè si post mortẽ soceri diuortium factũ sit, quãuis pendente cõditione institutionis: dicẽdum est præceptioni dotis locũ esse: quia mortuo patre quædam filios sequũtur, etiã antequam fiãt hæredes: vt matrimonium, vt liberi, vt tutela [d]. Igitur [e] & dotem præcipere debet: quia [f] onus matrimonij post mortem patris sustinuit [g]. & ita Scæuolæ quoq; nostro visum est.

In successorẽ singularem ex necessitate, transit instantia iudicii. Bartolus.

XLVII. POMPONIVS libro vicesimoprimo ad Sabinum.

IN iudicio familiæ erciscũdæ vel cõmuni diuidundo, si dũ res in arbitrio [h] sit, de iure [i] prędij cõtrouersia sit: placet omnes eos inter quos arbiter sumptus sit, & agere [k], & op' nouũ nũtiare [l] pro sua quęque parte posse. & cũ adiudicatiões ab arbitro fiãt: si vni adiudicetur totus fundus, caueri oportet, vt quę ex his actionib' recepta [m] fuerint, reddãtur [n]: aut [o] quæ in eas impensæ factæ fuerint, præstẽtur [p]. Et si cũ res in iudicio [q] esset, eo nomine [r] actũ [s] nõ fuerit, eum sequi integrã actionem cui totus fund' adiudicatus fuerit, aut pro quacũque parte adiudicat' [t] erit: ✓ Itẽ quæ res moueri [u] possint, & in ea iudicia [x] veniãt: si interea subreptæ sint, furti agere [y] eos, quorũ istæ res periculo fuerunt, posse.

Plures hæredes vnius hæreditatis, debent vnum procuratorem constituere, non separatim agere. hoc dicit lex ista. Bartolus.

XLVIII. PAVLVS libro duodecimo ad Sabinum.

SI familiæ erciscũdæ vel cõmuni diuidũdo, vel finium regundorũ actum sit: & vn' ex litigatorib' decesserit, pluribus hæredibus relictis: nõ potest in partes iudicium [z] scindi: sed aut omnes hæredes [a] accipere id debent: aut dare vnum procuratorem [b], in quem omniũ nomine iudicium agatur.

Qui vendit ex necessitate, nõ tenetur de dupla promittere: & cautio quæ nõ debet interponi, interposita cõmittetur. Itẽ quod quis facit ante aditã hæreditatẽ, in directũ erisçundæ iudiciũ non venit. Itẽ pro sepeliẽdo defuncto, ante aditã hæreditatẽ iussu iudicis res hæreditariæ possunt vendi. Bartolus.

XLIX. VLPIANVS libro secundo Disputationum.

QVi erat hæres ex parte institutus, testatorem iussus à prætore [c] sepelire: seruum cui erat testamento data libertas, ideo distraxit [d], duplamque [e] promisit: & ex ea cautione conuentus [f] præstitit.

---

a *Maritus.* Distinguitur an fuerit factum diuortiũ in vita patris: quo casu cœperit personalis actio contra patrẽ, quę cõtra hæredes dabitur cũ hæredes erunt, an post: & tunc incipit cõtra filium tantũ: cũ ipse possit dotẽ percipere, sed primo casu nõ: cũ non habeat on' post mortẽ.

b *Actionem.* natã in vita soceri. Accursius.

c *Pendere.* quia nescit vtrum possit cõuenire marituũ, an nõ. Nã si hęres erit, ipsum pro hæreditaria parte & cæteros cõueniet. si nõ erit, non poterit conuenire: vt ff. de do. præleg. l. pater dotẽ. §. si prius. quæ est cõtra. Non autẽ pẽdet, quantũ ad hoc, vt non habeat locũ. Item quantum ad hoc quin alij teneãtur statim, & cõueniantur pro hæreditaria parte: vt ff. solu. mat. l. si marito. §. cum pater. Azo. & hoc facio diuortio ante mortem soceri. plane &c.

d *Vtuela.* vt C. eo. l. ij. & ff. e. si filia. §. j. & ff. de iure do. si is q. §. j. & l. dotis fructus. in prin. Et quod dicit, tutelæ. s. legitimæ: vt ff. de tute. lantepe. Tutela autem testamẽtaria daretur etiam filiosa. vt insti. qui da. tu. pos. in prin. Acc.

e *Igitur.* quia sentit onera. Azo.

f *Quia.* aliàs, quãuis.

g *Sustinuit.* aliàs, tenuit: & aliàs, sustinuit. Et dic etiã modico tẽpore. vel ponitur quãuis, pro quia: vt. C. eo. lij. secundum Azo.

IN iudicio.] CASVS. Quatuor dicit. Primo, Ego & cohæredes mei egimus fa. ercis. & lite pendẽte extraneus quidã facit opus contra seruituté debitam prædio hęre. dico ego cp omnes agere possumus cõfessoria: & nuntiare. i. prohibere. Secũdo, cp si fundus dominãs fuerit mihi adiudicatus: cohæredes mei mihi cauebunt cp quæ fuerũt consecuti per cõfessoriam, puta aliquod interesse totũ mihi restituent: vt & ego eis caueam de impensis ab eis factis cp restituã. Tertio, quòd si non sit cœptum agi confessoria ab aliquo nostrum pendẽte lite in act. fami. ercis. quòd mihi cauebũt si adiudicetur fundus mihi: huic soli cui adiudicatus est fundus, cõpetit confessoria. Quarto dicit, cp si lite pẽdente in iudicio fami. ercis. res quædã mobiles surreptæ sunt: omnes agimus furti: quia omnium interfuit tempore furti facti: licet ille res fuerunt adiudicatæ vni nostrum.

h *In arbitrio.* s. iudicis: vt diuidat, vel adiudicet. Accursius.

i *De iure.* i. de seruitute. sic accipitur ísti. de re. cor. & incor. in fi.

k *Agere.* scilicet confessoria: vt supra, si serui. vindi. l. loci. §. si fundus. & l. & si fortè. §. si ædes.

l *Nuntiare.* ratione ergo seruitutis fit nuntiatio: vt hic. Sed contra. ff. de ope. no. nun. l. qui viam. Solu. hic in seruitute vrbana: ibi in rustica. Vel nuntiatur non domino prædij debentis seruituté, sed alij: vt. ff. de remis. l. j. §. idẽ Iulianus. pro personali aũt vt pro vsufru. cõstat non posse nuntiari: vt. ff. de ope. no. nun. l. j. §. fi. & l. ij.

m *Recepta.* scilicet, à cohæredibus. Sed nonne in rẽ suam debet constitui procurator, vel habebit suo nomine vtilẽ: vt. ff. eo. l. plane. & l. si pignori res. nec enim imminet litigiosi vitium: vt. C. de litig. l. fi. Rũ. hoc est in arbitrio eius cui res est adiudicata, agat ipse, an is perficiat causam qui eã inchoauit: quia merita causæ nõuit. sed in. l. si pignori. cohæres non cœperat agere cui erat præstita pecunia, secundum Azo.

n *Reddantur.* scilicet, ei cui fundus est adiudicatus. Azo.

o *Aut.* pro, &.

p *Præstentur.* ab illo cui est fundus adiudicatus. Azo. Vel dic expensas fuisse factas in lite qua ꝓponuntur cõfessoriæ actiones ab vnoquoq; inquantũ interest vniuscuiusque cõtra seruitutem non fieri: vt. ff. si ser. vin. l. loci. §. si fundus. & l. & si fortè. §. si ædes.

q *In iudicio.* scilicet, fami. ercisc. vel communi diui. Azo.

r *Eo nomine.* quia fiebat contra seruitutem sociis vel cohæredibus debitam. Accursius.

s *Actum.* s. confessoria à cohæredibus.

t *Parte adiudicatus.* s. alicui, aget ipse. Sed cõtra. ff. de actio. & obliga. l. quæcũque. & ff. de no. ope. nun. l. non solum. §. fi. & diuersimode contradicunt. Sol. aliud in voluntaria alienatione: vt ibi, alia in necessaria, vt hic: secundum Io.

u *Moueri.* nã immobiles non cadunt in furti vitium, vel rapinæ: vt inst. de vsucap. §. cp aũt.

x *In ea iudicia.* fa. ercis. & communi diui.

y *Agere.* scilicet omnes dominos, etiam si vni tantũ fuerit adiudicata: nec enim spectatur interfit mea vel nõ, eo tempore quo ago, si interfuit eo tẽpore quo furtum fuit factum: vt infra, de fur. inter omnes. j. respon. &. §. hæc actio.

z *SI familiæ erciscũdæ. Iudiciũ.* i. sentẽtia, vt vnicuiq; eorũ portio sua adiudicetur: quia omnes pro vna parte computantur.

a *Hæredes.* scilicet cohæredis decedentis loco vnius personæ.

b *Procuratorem.* vt. ff. de procur. l. licet. §. si. plures. Accursius.

QVi erat.] CASVS. Testator duos instituit hæredes: & seruo libertatem reliquit. antequam adirent, præcepit iudex vni hære. vt sepeliret testatorem: & ideo vendidit dictũ seruũ: & cauit de dupla si euinceretur. seruus euincit se in libertatem cum stipulatione. quæritur an possim hoc iudicio recuperare à cohærede. sed antequam hanc. q. soluat, proponit aliam: scilicet, an debuerit cauere de dupla? Et dicit, quòd non: quia ex necessitate vendidit: sicut ille non tenetur cauere qui exequitur sententiã alicuius iudicis. Postea soluit primam dicens, an hoc fecit hæres errans ante aditam hæ. & non venit in iudicio isto directo: quia ad hoc vt directum habeat locum, oportet vt esset institutus: & quòd adierit. sed venit in vtile quod eiusdem est effectus. aut fecit post aditam: & tunc venit in directo. Viuianus.

c *A prætore.* quod fieri debuit: vt infra, de relig. at si quis. §. si cui. sed pro ipso monumento faciendo agitur mandati contra eum cui testator mandauit: vt infra, man. l. si vero non remunerandi. §. fina. & intellige hoc iussum ante aditam hæreditatem: vt ex sequentibus apparet.

d *Distraxit.* vt ex præcepto prætoris sepeliretur.

e *Duplã.* aliàs, duplum scilicet, promittendo: & aliàs, duplam.

f *Conuentus.* quia euicit se in libertatem.

BIU Cujas

a *Implere.* id est, cauere de euictione: vt hic, &.ĭ. de euictio.l.si pignora. sed ille tenetur, cui solutio proficit: vt infra, eod.titu.l.si plus.§.j.&.C.de euicti.si ob causam.

b *Suscipientis.* scilicet, ex necessitate rem vendere. Accursius.

c *Voluntatē.* id est, voluntariè distrahentis. sic &.C.de neg.gest. tutori. & supra, eod.si pignori. circa fi. & supra, de alie.iu.mu.cau. fa.l.qui redhibito.

d *Prætor debuit.* scilicet, nulla facta promissione.

*Flo.duplā cauere

e *Cauit.* vendens vt meus executor, secundum primas solutiones. vel vendens vt suas, licet iussu prętoris, secūdum Azo. & secūdum eum non tenetur.

Cautio erronea quandoque committitur.

f *Cōmittetur.* Not.hic erroneā cautionem cō mitti: & sic est cōtra.ĭ. si quis cau.sed & si.§.fi. & infra, de dona.si patronus. & infra, de fideiuss.si quis post. &.j. vt in pos.lega.l.j. in prin. &.§.j.&.ĭ.de iur. & fac.igno.l.iuris.&.l. error. quibus omnibus dicitur, quòd ex erronea cautione cum effectu non agitur. Sol.po-

*Fl.actori

tęs dare speciales respō siones: vt in illa, si quis cau.sit circa iudicia speciale. Ité in illa de dona. sit facta promisio à patrono, viuente adhuc liberto, in cuius bonis fiebat promisio. Ité in illa, de fideiuss. nullæ

*Flo.defecto

erant reliquiæ principalis: vnde accessoria nasci non potest. Item in illa, vt in possess. leg. sit speciale ratione vltimæ voluntatis. Item in illa, de iur. & fac. igno. dicas, quòd nec videtur prodesse ali-

*Fl.quòdq;

cui, nec nocere iuris error: cum emptori nō fiat nisi quod fieri est cōsuetum emptoribus. Vel dic, secundū Azo. quòd vno verbo possunt tolli omnes istæ cōtrarietates: vt dicas, committitur stipulatio in tantum in quantum ageretur exempto nulla interposita cautione: scilicet, ad interesse: vt.d.l.si quis cautionibus. vel si in nihilum poterat agi, non agetur interposita cautione: vt.d.l.de dona.si patronus. & de fideiuss. si quis post. & contra eum agi debet qui teneretur nulla interposita cautione: id est, contra debitorem: non cōtra fideiussores per errorem iuris datos: vt in.d.l.vt in pos.leg. & secundum hoc nullus damnificatur vel lucratur ex iuris ignorantia. & sic non ob.l. de iur. & fac.igno. Et hæc omnia quando vendidit tanquam executor merus præcepto prætoris: non tāquam hæres vel dominus. si autem vendidit vt quilibet vendit rem suam, tenetur cauere, & ex cautione conuenitur in duplum, & repetit à cohærede: quia probabiliter errauit credens se teneri ad duplum: etiam si vt executor vendidit: id est, iussu prætoris. & ita intelligitur ille ver. si autem &c. sed in primo casu quando nō vt proprium, sed vt merus executor, non repeteret partem dupli per actionem fami.ercisc. quia non teneretur nisi pro parte hæreditaria. haberet enim exceptionem: vt probatur per leges contrarias.

g *Oportet.* scilicet, instītutum.

h *Effectus sit.* adeundo: vt & supra, eod. & puto.§. sed si dolo. sic & infra, pro socio. si id quod. in princip. &.§.j.

i *Iudicio.* directo.

k *Sepeliuit.* vt in nostro casu.

l *Non habet.* scilicet, directum.

m *Dicemus.* quia fecit quasi hæres: vnde habet locum directi, vt hic dicit. at.ĭ. directum cessat: vt hic dicit. Acc.

Quæsitū est, an familię erciscūdę iudicio cōsequatur quod ex duplæ stipulatione abest? Primo videamus an hic debuerit de dupla* cauere. Et mihi videtur nō debuisse. Hi enim demum ad duplæ cautionem cūpelluntur, qui spōte sua distrahunt. Cæterū si officio distrahentis fungitur, non debet adstringi: non magis quàm si quis ad exequendā sententiā à prætore datus, distrahat. Nā & hic in ea cōditione est, ne cogatur implere[a] [id] quod cogūtur hi qui suo arbitrio distrahunt. Nā inter officium suscipientis[b], & voluntatem[c] distrahentis, multū interest. Quapropter re quidem integra stipulationem duplæ interponere nō debuit: sed decernere prætor debet[d], esse emptori* aduersus hęredē existentem actionem ex empto, si res distracta fuisset euicta. Si autem hæres errauit, & cauit[e], & seruus peruenisset ad libertatem: stipulatio cōmittetur[f]. Quæ si fuerit cōmissa: æquum erit vtilē actionem ei aduersus cohæredem dari, directo* iudicio familię erciscūdę [cessante,] ne in dāno moretur. Nam vt familię erciscundæ iudicio agere [vel conueniri] quis possit, nō tantū hæredem esse oportet[g]: verum ex ea causa agere vel conueniri quam gesit, quámq; *admisit posteaquā hæres effectus sit[h]. cæterùm cessat familiæ erciscūdæ actio. Et ideo si antequam quis sciret se hæredē esse, in hęreditate aliquid gesserit: familię erciscundę iudicio[i] non erit locus: quia non animo hæredis gessisse videtur. Quare qui ante aditam hęreditatē quid gesserit, veluti si testatorem sepeliuit[k]: familię erciscundę iudicium non habet[l]. Sed si post aditam hæreditatem id fecit, consequenter dicemus[m], familiæ erciscundę iudicio consequi eū posse sumptum, quem fecit in funus.

B *Expensæ quas pater fecit pro filio in studio, non debent filio imputari tempore diuisionis: nisi animo repetendi patrem fecisse constet. Bartolus.*

L. IDEM libro sexto Opinionum.

QVæ pater filio emācipato studiorum causa peregre agēti subministrauit: si nō credēdi animo pater misisse fuerit cōprobatus[n], sed pietate debita ductus: in rationem portionis, quę ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, cōputari æquitas non patitur[o].

Si fratres sustinent communiter onera matrimonii, fructus veniunt in communi: secus si post diuisionem. hoc dicit. vel breuius: Fructus dotis debent esse fratrum existentium in communione: secus si facta fuerit diuisio. Bartolus.

C

LI. IVLIANVS libro octauo Digestorum.

FVndus, qui dotis nomine socero traditus fuerit, cū socer filiū ex aliqua parte hęredē instituerit[p]: per arbitriū familię erciscundę pręcipi ita debet[q], vt ea causa filij sit, quę futura esset, si dos p̄ p̄ceptionē [filio] legata fuisset[r]. Quare fructus post litem[f] cōtestatā percepti, ad eū redigendi sunt, habita ratione impensarū. Qui verò ante litem contestatam percepti[t]

D

Qva.] CASVS. Pater mihi filio emācipato cū essem in scholis, necessaria subministrauit. pater decessit. nunc ago fami.ercis. cū fratribus meis. q̄ritur an debeam illa quæ pater contulit mihi in scholis, in portionē meam cōputare? Et respon. q̄ non, nisi probetur q̄ pater animo illo cōtulit mihi vt cōputarem. aliàs si non probetur: tunc videtur fecisse causa pietatis, & sic donasse videtur. Vi.

n *Comprobatus.* Ex eo q̄ hic dicit, si non credēdi &c. colligūt quidam, quòd præsumatur in dubio pater donare. sed q̄ subiicit: sed pietate &c. innuit contra. dic ergo, quòd donāre præsumitur siue alimēta, siue libros, siue arma, vel quid simile misisse, apponitur filio suo emancipato: vt.C.eod. l.filiæ. & infra, de lib. ag. si quis à liberis.§. si mater. &.ĭ. de dona.l. donationes.§. species. & ar.ĭ. de do. inter vi. & vxo.l.vtrum.&.ĭ.de neg.gest. Nesennius.& C.de peri.suc. paré.l.j. lib. x. Sed contra.ĭ. de mune. & hono. & filium. Sol. ibi loquitur

*Fl.ardē

de eo quod impendi-

*Flo.qui

tur propter filij honorem post morte patris: hic in vita patris: vt.ĭ. ad muni. Lucius.§. idē respon. Item no. quòd quidā dicunt (vt Pla) hāc.l. corrigi per auth. ex testamento. Sed tu dic contra: quia simplices donationes non cōferuntur: vt ibi not.

o *Non patitur.* præsumpta ratione pietatis: sicut & aliàs, infra, man.si verò non re.§. contrario. Accursius.

Fvndus.] CASVS. Paterfa. decessit instituto filio hærede cum aliis. licet pater receperat fundum in dotem pro filio: filius tamen ante partem habere debet. Sed quid de fructibus? & dicitur quòd restituendi sunt sibi omnes percepti post lit. contest. in iudicio fa.ercis. & ipse filius reddet impensas cohæredibus quę fuerunt factæ pro fructibus. ante autem lit. contest. percepti non veniunt. cætera sunt plana. Viuianus.

p *Instituerit.* idem & si exhæredasset pater filium: vt infra, de do. præleg.l.j.§. Celsus.

q *Debet.* vt &.ĭ. si filia.§.j.

r *Legata fuisset.* non dicit quòd possit prælegari, cum tantūdem in vno legato quantū in alio: id est in dote continetur: vnde non valet legatum: vt insti. de lega.§. ex contrario. Accursius.

s *Post litem.* vel post moram interpellatione cōgruo loco & tēpore facta: vt.ĭ. de vsu.l. mora. in prin. &.ĭ. de leg.ij.l. Titia Seio. §. vsuræ. &.C. de vsu. & fru.l.j. &.ij. in fi. &.l.fi. Accursius.

t *Percepti.* & consumpti.

Pertinebunt.

BIU Cujas

a *Pertinebunt.* cum enim cæteri cohæredes bona fide poſsideãt, ſuos faciunt. & ſi conſumpſerint ante lit. conteſt. nõ tenebuntur. cæterum poſt lit. conteſta. fructus percepti ab eis omnino reſtituuntur, extent vel non: quia mala fide percipiuntur: vt inſtitu. de offi. iudi. §. illorũ. ſecundũ Azo. Vel dic, vt. ſ. c. inter. §. fructus.

b *Et impenſarum.* Vel iunge cum caſu præcedenti. ſ. quãdo poſt lit. cõteſt. percipiũtur. Vel dic, ſi vnꝰ hęredũ impẽdit: recuperat ab aliis.

c *Debet.* ſ. cũ poſt lit. conteſt. percipiuntur.

d *Hoc genus.* ſcilicet quod pro fructibus fit: vt hic, & j. ſol. ma. fructus. & ſupra, de pe. hæ. ſi à patre. §. fi. & ſi pars hære. pet. ſorori. §. ſumptus. & infra, de vſu. l. videamus. §. penul.

e *Nam ſi ego.* mutat perſonas. Accurſius.

f *Confiteor.* Tu verò a confiteris me hęredem in nihilum.

g *Debeo.* quia poſſideo: vt ſupra, eo. l. j.

h *Debui.* quia nomina nõ veniunt: vt. ſ. c. l. ij. §. fi. Et ſic not. quædam venire in vno horum iudiciorum quę in alio non veniunt: vt & ſupra, ſi pars hæred. pe. l. non poſſumus. Sed cõtra, ſupra, de pet. hære. ſed & ſi lege. §. hoc ſenatuſc. Solu. vt ibi.

Maeuiꝰ.] *CASVS.* Titius habebat fundum cõmunem cũ Mæuio: qui Titius deceſſit nobis hęre. inſtitutis. egimus cum Mæuio. & nobis fundus eſt adiudicatus: & cõdemnati ſumus Mæuio in pecuniam. Certe ſi agamus fami. erciſ. de hær. Titij, p eo fundo agere poſſumus. [*SERVVS.*] Seruum meum cum libertate hęredem inſtitui: & cum eo etiã inſtitui Titiũ & Seiũ: & ſic tres erant hæredes: & ille ſeruus negotia mea geſſerat. quæritur an Seius & Titius eũ hoc iudicio poſſint conuenire: vt id quod habet penes ſe, reddat? Et reſpondetur quòd ſic. videbatur q̃ non: cum ſeruus ex ante geſto nõ tenetur. [*CVM FAMILIAE.*] Si iudex admittat hęredes ad licitationẽ rei hęre. iuder pro tota re debet licitationem facere, non pro parte: quia forte nihil valet.

i *In familiæ.* ſcilicet, inſolidũ: quia propter hæreditatẽ ad nos peruenit tota.

k *Præſtabit.* Videbatur quòd non: quia non tenetur ex ante geſto: vt Cod. an ſeruus tu. j. l. iiij. §. poſt litem autem conteſtatam.

fuerint, æqualiter ad omnes hęredes pertinebunt a. [Sed] & impenſarũ b ratio haberi debet c: quia nullꝰ caſus interuenire poteſt, qui hoc d genus deductionis impediat.

Si iudicium diuiſorium non facit præiudicium petitorio, admittitur ipſorum concurſus. Bartolus.

¶ Si ego à te hęreditatem petere vellem, tu mecum familiæ erciſcũdæ [iudicio] agere: ex cauſa vtrique noſtrũ mos gerẽdus eſt. Nam ſi ego e totam hæreditatẽ poſſideo, & te ex parte dimidia hæredẽ eſſe confiteor f, ſed à cõmunione diſcedere volo: impetrare debeo g familiæ erciſcũdæ iudicium: quia aliter diuidi inter nos hæreditas non poteſt. Item ſi tu iuſtam cauſam habes propter quã per hęreditatis petitionẽ potius quàm [per] familiæ erciſcũdæ iudiciũ negotium diſtrahere velis: tibi quoque permittendũ erit hæreditatem petere. Nam quædam veniũt in hęreditatis petitionẽ quæ in familię erciſcundę iudicio non deducuntur. veluti ſi ego debitor hæreditarius ſim: iudicio familiæ erciſcundæ nõ conſequeris id quod defuncto debui h: per hęreditatis petitionem conſequeris.

Quod fuit defuncti, vel eius occaſione obuenit: in hoc iudicium venit. hoc dicit iſta lex. Bartolus.

LII. IDEM libro ſecundo ad Vrſeium Ferocem.

MAeuius, qui nos hæredes fecit, rem cõmunem habuit cum Attio. ſi cùm Attio cõmuni diuidundo egiſſemus, & nobis ea res adiudicata eſſet venturam eam in familiæ i erciſcundæ iudicio Proculus ait. Seruus liber & hęres eſſe iuſſus: id quod ex rationibus, quas patrifamiliàs geſsiſſet, & penes ſe retineret: iudicio familiæ erciſcũdæ cohæredibus ſuis præſtabit k.

Valet ſententia ſi portiones inuicem cõpenſantur ſeu adæquantur: & in aliquo ſuperfluo alter tantummodo condemnatur. Bartolus.

¶ Arbiter familiæ erciſcũdæ inter me & te ſumptus l, quædam mihi, quędã tibi adiudicare volebat: [&] pro his rebus alterũ alteri condemnandos eſſe intelligebat. Quæſitum eſt, an poſſit compẽſatione m vltro citroque [facta,] cõdemnatione * eũ ſolũ, cuius ſumma excederet, eius dũtaxat ſummę quę ita excederet, dãnare? & placuit poſſe id arbitrum facere.

Res eſt æſtimanda prout valet vnita, nõ prout valet diuiſa. Bartolus.

¶ Cum familiæ erciſcundæ, vel communi diuidundo [iudicio] agitur, vniuerſæ res æſtimari debent, non ſingularum rerum partes n.

LIII. VLPIANVS libro ſecundo Reſponſorum.

PEcuniã quã filius emancipatus ita credidit, vt patri ſolueretur o: ita demũ in hęreditatem patris numerari, ſi patri adueſus filiũ eiuſdem quantitatis nomine actio p competebat.

Si vnus ex hæredibus vendidit partem ſuam certæ rei, non venit illa res in iudicio fami. erciſc. Bal.

LIIII. NERATIVS libro tertio Membranarum.

EX hæreditate Lucij Titij, quæ mihi & tibi cõmunis erat, fundi partem meã alienaui: deinde familiæ erciſcundæ iudicium inter nos acceptũ eſt. neque ea pars quæ mea fuit, in iudicio veniet, cum alienata de hæreditate exierit: neque tua q, quia etiam ſi remanet in priſtino iure, hæreditariáque eſt: tamẽ alienatione meę partis exiit de communione. Vtrum autẽ vnus hæres partem ſuam non alienauerit, an plures, nihil intereſt: ſi modo aliqua portio alienata ab aliquo ex hæredib⁹, hæreditaria eſſe deſiit.

LV. VLPIANVS libro ſecundo ad Edictum.

SI familiæ erciſcundę vel cõmuni diuidundo iudicium agatur: & diuiſio tam difficilis ſit, vt pene impoſsibilis eſſe videatur: poteſt iudex in vnius perſonam totam cõdemnationem conferre, & adiudicare r omnes res [ei.]

LVI. PAVLVS libro viceſimo tertio ad Edictum.

NOn ſolum in finium regũdorum, ſed & familiæ erciſcũdæ iudicio prẽteriti quoque temporis fructus s veniũt.

a ex ſuo fac. poſt ma. l. quamuis. Sed hic non cõuenitur ratione geſtionis: ſed quia rem communem poſsidet. Item non videtur hæc actio ſcilicet, fam. erciſ. dari: ſed nego. geſt. vt infra, ſi cer. pe. l. eius qui in prouincia. §. j. quæ eſt contra. Sol. hic non loquitur niſi de his rebus quæ teſtatoris fuerunt: ibi de his quæ non fuerunt eius, ſed ei debebantur. Vel hic de acquiſitis ante mortem: ibi de poſt acquiſitis: quod in idem recidit.

Flo. pẽſatione vtro citroque cõdemnationis facta eum

l *Sumptus.* i. electus.

m *Compenſatione.* per condemnationem tali modo fit compenſatio: quia ſi tibi adiudicat rẽ vnam valentẽ pro mea parte. xv. & te condemnat in. xv. & ſic. xxx. & mihi poſtea rem vnam adiudicat: & me condẽnet in. x. pro tua parte: ideoque cum videat tali modo cõpenſationem hincinde admitti: te ſolũ in quinque condẽnare debebit: vt hic, & C. de iur. do. l. fin. §. penult. & argu. infra, titu. j. ſi quis putans. §. ſi fundus. & §. idem Iulianus. & C. communi diuidundo. l. pen. Acc.

n *Partes.* maior enim fit æſtimatio partis dimidiæ re tota æſtimata, quàm ſi per ſe ſeparata pars dimidia æſtimetur: vt hic, & C. cõmuni di. l. j. §. j.

o *Pecuniam. Solueretur.* mandauit enim filius cum crederet patri ſolui pecuniã: ex tali mãdato nulla cõpetit actio patri. Quod enim dicitur. ỹ. ſi cer. pe. l. certi condic. §. ſi nummos. locum habet, cũ perſona alicuius eſt adiecta vt ſibi quæratur obligatio. at hic perſona patris eſt adiecta ad ſolutionem tantum, ſicut ſi ſtipulatus mihi eſſem aut Seio: vt infra, de verb. oblig. l. eũ qui. §. qui ſibi.

p *Actio.* ſcilicet, rei vind. vt quia pecunia eſt patris.

q *EX hæreditate. Neque tua.* ſcilicet, vt diuidatur: ſed vt tibi ſoli detur: vt ſupra, eod. l. hæredes. §. ſi teſtator. quæ eſt contra.

Si familiæ.] *CASVS.* Si diuidi hæreditas commode non poteſt, nunquid poteſt iudex vni totam adiudicare: & alterum cui adiudicat, condemnare alij in pecunia? Et reſpon. quòd ſic.

r *Adiudicare.* vt. C. cõmuni diui. l. ad officiũ.

s *NOn ſolũ. Fructus.* vt & ſupra, ti-

BIU Cujas

Casum posuit. a ARbitro. *Fratres.* hic coram arbitro fuit lis conte. & sic lit. contest. diuiserunt suo consensu non expectata arbitri sententia. hæc quidem diuisio non rescinditur nisi ætatis ratione, secundum Azo.

COMMVNI DIVIDVNDO.

Communi.] CASVS. Ego & tu habemus rē cōmunē ex causa societatis, quā volo diuidere. certe agā cōmuni diuidundo. nō pro socio. pro socio enim agitur ad hoc si percepisses fructꝰ ex re cōmuni. Sed pone, quòd vnus nostrū suā partem vendidit. certe iam non agitur communi diui. cum non est quod diuidatur: sed agitur cum nouo consorte. Viuianus.

b *Magis.* electiue ponitur hæc dictio, magis, non comparatiue: vt & illud, magis volo esse diues, quàm pauper. Non enim ad diuisionem pro socio intēditur: vt hic, & infra, pro socio. l. actiōe. §. si post. in fi. §. Item pro socio actio intenditur, vt res non communis communicetur: vt ifra, pro socio. l. si quis societatem. & vt no. supra, tit. j. item ex diuerso. in fi.

Cōmuni diuidundo iudiciū, aliud vtile, aliud directum.

c *Iudicium.* scilicet, directum. vtile vero habet locum quandoque etiam si res non sit cōmunis: vt ifra, eo. si quis putans. in prin. & l. sed postquam. & l. in summa. quæ sunt cōtra. Vel dic, quòd cessat directum & vtile si nec est nec fuit communis: vt hic. cæterum si fuit, sed non est: habet locum vtile. si vero fuit & est, tunc directum.

d *Nihil autem. Emerunt.* animo ineundæ societatis. & est simile per omnia insti. de oblig. ex quasi contractu. §. item si inter. Accursius.

e *Videtur.* vt. §. titu. j. l. inter. §. qui familiæ.

f *Prouocasset.* quod si non apparet, sorte dirimitur: vt supra, de iu. l. in tribus.

IN communi.] CASVS. Ego & tu habebamus rem communem. si hoc iudicio agamus, quid veniat in hoc iudicio, quæritur. Et rñ. quòd nihil vltra diuisionem rei, & præstationes: puta, si quis fructus percepit, vel aliud, vel damnum dedit, vel impendit aliquid. [*SI QVID.*] Si aliqui qui habent rē cōmunem, pactum inter se fecerint, iudex debet illud pactū seruare, si sine dolo fecerunt. Viuianus.

g *Damni.* vt & infra, eod. l. & si non. §. venit. Accursius.

h *Eo nomine.* id est, occasione cōmunionis: vt & supra, de noxa. si in re communi.

i *Sociorum.* vt quia impendit in re cummuni. Accursius.

k *Peruenit.* vt quia fructus ex re communi percepit: & subaudi, venit in iudicium communi diuidundo.

Si diuisio fiat iudicio pendente, iudicii officium euanescit. Bartolus.

LVII. PAPINIANVS libro secundo Responsorum.

ARbitro quoq; accepto fratres[a] communem hæreditatem consensu diuidētes, pietatis officio funguntur: quā reuocari non oportet, licet arbiter sententiam iurgio perēpto non dixerit, si non intercedat ętatis auxilium.

COMMVNI DIVIdundo.

TITVLVS III.

I. PAVLVS libro vicesimotertio ad Edictum.

COmmuni diuidūdo iudiciū ideo necessariū fuit, quòd ꝓ socio actio magis[b] ad personales inuicē præstationes pertinet, quàm ad cōmunium rerum diuisionē. Denique cessat communi diuidūdo iudicium[c] si res communis non sit.

II. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

NIhil autem interest, cum societate, an sine societate res inter aliquos communis sit. nam vtroque casu locus est cōmuni diuidundo iudicio. Cum societate res communis est, veluti inter eos qui pariter eandē rem emerunt[d]. Sine societate communis est, veluti inter eos quibus eadem res testamento legata est. ℣ In tribus duplicibus iudiciis, familiæ erciscūdę, communi diuidundo, finiū regundorum, quęritur quis actor intelligatur: quia par causa omnium videtur[e]. Sed magis placuit eum videri actorē, qui ad iudicium prouocasset[f].

III. VLPIANVS libro trigesimo ad Sabinum.

IN communi diuidundo iudicio nihil peruenit vltra diuisionem rerum ipsarum quæ communes sint, & si quid in his damni[g] datum factumvé est, si ue quid eo nomine[h] aut abest alicui sociorum[i], aut ad eum peruenit[k] ex re communi. Si quid ipsi sine dolo malo inter se pepigerūt: id in primis & familiæ erciscundæ & communi diuidundo [iudicio] iudex seruare debet.[l]

IIII. IDEM libro nono ad Edictum.

PEr hoc iudicium[m] corporalium rerū fit diuisio, quarum rerū dominium habemus: non etiam hæreditatis[n]. ℣ Deputeo quæritur, an communi diuidundo iudicio agi possit? Et ait Mela ita demum posse, si solum ei[o] cōmune sit. ℣ Hoc iudicium bonæ fidei est. quare si vna res indiuisa relicta sit, valebit vtique & cæterarum diuisio: & poterit iterum[p] communi diuidundo agi de ea, quę indiuisa mansit. ℣ Sicut autē ipsi' rei diuiso venit in cōmuni diuidundo iudicio, ita etiā præstationes veniūt. Et ideo si quis impensas fecerit, consequetur. Sed & si non cum ipso socio agat, sed cum hærede socij: Labeo rectè existimat impensas & fructꝰ à defuncto perceptos venire. Planè fructus ante ꝓcepti quàm res communis esset, vel sumptus antè facti, in communi diuidundo iudiciū non veniunt[q]. Eapropter scribit Iulianus si missi in possessionem damni infecti simus[r], & antequam possidere iuberemur[s], ego insulā fulsero: sumptum istum communi diuidūdo iudicio consequi me non posse[t].

V. IVLIANVS libro secundo ad Vrseium Ferocem.

l *Seruare debet.* vt & §. titu. j. l. fi. Vel pone exēplum. j. eo. iudicem. quod intellige nisi sit specialiter pactum inhibitum. vt. j. eo. l. in hoc iudicium. §. si conuenit. Itē intellige esse seruandi vel ad actionem, vel ad exceptionem. nec enim semper agi potest quasi fiat incontinenti eo ipso ꝙ fit cōmunione durante. vnde non fit pacto si est mutuum ad actionem pariendi: vt C. fami. erciscū. si diuisionem. quę est contra. Accursius.

Per hoc.] CASVS. Ego & tu habebamus rem corporalē in communi: & eius dominium nostrum erat. nunquid venit in hoc iudicio? Et respon. ꝙ sic: sed hæreditatis nō cum sit incorporalis. item si habemus pro communem: veni hoc iudiciū: si terr communis illius pr Tertio dicit: Pone, ego & tu habem[m] mas res communes. re diuidimus: quædam re adhuc remanſit in cōmuni, & indiuisa. mu quid possumus pro e agere adhuc communi di? Et rñ. ꝙ sic. *QVT.*] Si habeam rem communem: & tu impensas facias, & pro ea hoc iudicio agam? mē. quid partem impensæ à me consequeris? Et respon. ꝙ sic. Itē si tu decessisti postquā & alia de re communi percepperas: nunquid cū hæredibus tuis agi potest? Et respon. ꝙ sic. Vl.

m *Per hoc iudicium directum.* Nam vtile est pro incorporalibus: vt infra, eo. l. arbor. §. fi.

n *Hereditatis.* id est, rerum quarum dominium habemus ex hæreditaria causa priꝰ nō intētato iudicio fa. erci. secundum Azo. Vel dic, hæreditatis: ideo quia ius est: & sic pro diuiso in eo quòd in possideri nō potest: vt supra, de rei vin. l. Pōp si ex æquis. in fi. Itē qui in ea sunt res quarū dominiū nō habemus: vt §. de pet. hære. & nō tū. ꝙ est necesse. sic vt Iꝰ domini rei diuidē dę per hoc iudiciū: vt hic, & j. pri. §. & §. titu. j. l. inter. j. respō. Acc.

o *Commune sit.* vt & supra, proxi. respon. dixi modo. Et subaudi hic, vel quasi commune: vt quia emerit à non domino. Vel alias competit actio, si non sint domini: vt infra, eo. l. communi diui. §. ij. Hoc enim tantum remouetur ne competat, si ius hauriendi solummodo habent: secundum Azo.

p *Iterum.* Secus in actione familiæ erciscundæ: vt supra, titu. j. si filia. §. familiæ. quæ est contra. Accursius.

q *Non veniunt,* sicut nec in fami. erciscun. vt supra, titu. j. & pōto. §. sed & si dolo.

r *Simus.* & sic sumus plures.

s *Iuberemur.* ex secundo decreto.

t *Non posse.* scilicet, directo, sed vtili, & statim dices infra l. proxi.

BIU Cujas

proxi.q̃ sic non ob. supra, de noxa. si seruus communis. in. fi. quæ est contra. Accursius.

Ed si res.] CASVS. Ego & tu habebamus domum: & Mæuius habebat domum ruinosam iuxta. noluit cauere: & ideo positi sumus in possessione. nũquid hoc iudicio possum partem siue totum recuperare à te socio? Et certe sic: vtili, & non directo. Si autẽ feci impensas tempore quo sumus domini, & sumus missi ex secundo decreto: nunc directo iudicio possum recuperare à te: vt in lege sequenti, quæ continuatur cum ista. Vi.

a *Dominũ earũ.* Not. pro sententia Io. quòd missus ex secundo decreto, fit dominus si erat prior possessor dominus: vt dixi plene supra, si ex noxali causa agat. ij. in fi. Accur.

b *Impensæ.* scilicet factæ postquam dominium sumus nacti. si vero ante secundum decretum, post primũ tamen: & sic post missionem factæ sunt: non directum, sed vtile locũ habet: vt infra, de dam. infec. si finita. §. cum autẽ plures. & d. l. supra, de noxa. si seruus communis. quæ sunt cõtra. Accursius.

Si quis.] CASVS. Habebam rem cõmunem cũ Titio patre: & credebam eã habere communem cum Titio filio: vnde fructus percepi, vel sumptus feci. nunquid possum agere cum Titio patre, cum quo res est communis, qui alienauit partem suam. nunquid adhuc erit communi diuid? Et respõ. quòd sic vtile. [SIVE AVTEM.] Planus est cum. §. seq. vsque ad §. si fundus. [SI FVNDVS.] Ego & tu habebamus fundum cõmunem, ego obligaui partem meam creditori meo. queritur an possumus diuidere nihilominꝰ? Et dicit, quòd creditori remanet hypothecaria in parte mea, etiam si fundus fuerit tibi totus adiudicatus. idem si fuit diuisus regionibus inter nos, vt pars quondam mea pro indiuiso remaneat obligata. sed si tibi adiudicat, partem meam minus æstimat iudex: quia obligata est: & quia creditor vẽdere potest. [IDEM.] Tria dicit: Ego & tu habebamus seruum communem, qui valet. x. tu obligasti mihi partem tuam pro tribꝰ. nunc agis communi diuidundo. certe repellam te excepti. quia facis id per quod vis extinguere pignus meum: puta si mihi adiudicatur pars tua. Secundo pone, quòd non fui vsus exceptio. certè aut iudex tibi debitori adiudicat totum: & condemnat in æstimatione partis meæ: & in tua remanet mihi ius pignoris: aut mihi. & tunc condẽnat me tibi in eo quod plus valet tua pars, quàm summa debiti. [VRSEIVS.] Ego & tu locum communem habemus, in quo ædificaui. quidam vicinus nuntiauit nouum opus: ego nihilominus ædificaui, cum hoc expediret mihi & socio, licet de non ædificando forte sub pœna promiseramus. & quia cõtra prohibitionem feci, fui condemnatus ad interesse nuntianti. an hoc recuperem à te pro parte, quæritur. Et respondetur quòd sic. Viuianus.

c *Vtili.* id est, efficaci: vt innuitur in. ij. respon. huius. l. Accur.

d *Iudicio.* cum eo cũ quo re vera cõmunis erat: vt hic, & infra, eod. si quis cum. & l. in hoc iudicio. circa principi.

e *Titius.* cum quo erat communis.

SEd si res non defenderetur, & ideo iussi sumus à prætore eas ædes possidere, & ex hoc dominium[a] earum nãcisceremur: respondit Proculus communi diuidundo iudicio partẽ eius impensæ[b] me seruaturum esse.

VI. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

SI quis putãs sibi cum Titio fundum cõmunem esse, fructus perceperit, vel sumptũ fecerit, cum esset cum alio communis: agi poterit vtili[c] communi diuidũdo iudicio[d]. Quare & si fundum Titius[e] alienauerit: licet hic communi diuidundo iudicio locus non sit[f], quia à communione discessum est: vtili tamen locus est futurus:* quod datur de præstationibus, quotiens [res] communis esse desiit.

Fructus veniunt in hoc iudicio, siue immediate percipiãtur à socio, siue locẽtur colono nomine communi. si vero locentur nomine proprio, damnum ad locantem spectabit: interim vero erit commune. Bartolus.

℣ Siue autem locando fundum cõmunem, siue colẽdo, de fundo communi quid socius consecutus sit: cõmuni diuidundo iudicio tenebitur. Et si quidẽ communi nomine id fecit: neque lucrum, neque damnũ sentire eum oportet. Si vero non cõmuni nomine, sed vt lucretur solus: magis esse oportet, vt & damnum ad ipsum[g] respiciat. Hoc autẽ ideo præstat cõmuni diuidũdo iudicio[h], quia videtur partem suam non potuisse expedite[i] locare. ℣ Cæterum non aliàs cõmuni diuidundo iudicio locus erit, vt & Papinianus scribit, nisi id demum gesserit, sine quo partem suã rectè administrare non potuit. Alioquin si potuit[k], habet negotiorum gestorum actionem, eáq; tenetur. ℣ Si quid post acceptum cõmuni diuidundo iudicium fuerit impensum, Nerua rectè existimat etiã hoc venire. Sed & partum[l] venire Sabinus & Atilicinus responderunt. Sed & accessionem[m] & decessionem[n] hoc iudiciũ accipere, iidem existimauerunt. ℣ Si quis in cõmunẽ locum,[o] mortuum intulerit: an religiosum fecerit, videndum est. [Et] sanè ius quidem inferẽdi in sepulchrum[p], vnicuique insolidum competit. Locum autem purum alter non potest facere religiosum. Trebatius autem & Labeo quanquã putant non esse locum religiosum[q] factũ: tamen putant in factum[r] agẽdum[s]. ℣ Si damni infecti insolidum pro ædib⁹ * caueris, Labeo ait cõmuni diuidundo iudicium tibi non esse: cũ necesse tibi non fuerit insolidum cauere, sed sufficere pro parte[t] tua. quæ sententia vera est. ℣ Si fundus cõmunis nobis sit, sed pignori datus à me[u], venit quidem in cõmuni diuidũdo [iudicio:] sed ius pignoris creditori[x] manebit, etiam si adiudicatus[y] fuerit. Nam & si pars socio tradita fuisset, integrũ maneret[z]. Arbitrum autem cõmuni diuidundo [ob] hoc minoris[a], partem[b] æstimare debere[c], quòd ex pacto vendere prohibet communi diui. agi, vt res diuidatur, & damnum sartiatur: vt infra, de reli. l. ij. §. an socius. & l. is qui. quæ sunt contra. Sed & si ad hoc, vt tollatur, agitur communi diuidundo: non puto absonum.

* *Flo. insoli-dũ prædib⁹*

a *Ipsum.* lucrum vero commune sit: vt iustitut. de societate. §. manet. & Cod. de ædi. priua. l. si is contra quẽ.

b *Iudicio.* non negot. gest. vt supra, familiæ erciscun. l. hæredes. §. non tantum. Sed contra Cod. de negot. gest. siue pro fratre. in prin. Solu. vt diximus in. d. §. non tanum.

c *Expedite.* vt & insti. de offi. iudi. §. quòd si commode. Accur.

d *Potuit.* vt supra, de negot. gest. si communes. & l. qui aliena. §. fi. Nec fami. erciscun. vt supra, titu. j. l. hæredes §. si vnus.

e *Sed & partum.* vt & in fami. erciscun. vt supra, titu. j. l. partum. nam omnia veniunt etiam ex officio post lit. contesta. vt infra, de ædil. edic. l. ædiles. §. item sciendum. Acc.

f *Accessionem.* id est, lucrum.

g *Decessionem.* id est, damnum.

h *In communem locũ.* scilicet, purum.

i *In sepulchrum.* cõmune, & inuitis sociis: vt institu. de rerum di. §. in commune.

k *Religiosum.* nisi vnus socius inferatur: vt infra, de relig. si plures. Accursius.

l *In factum.* quia aliquid religiositatis habet.

m *Agendum.* scilicet, vt aut corpus tollatur, aut vt pretium suæ partis præstetur. nec tamẽ

n *Pro parte.* vt infra, de interroga. actio. non alienum. sed contra. infra, de dam. infec. l. in stipulatione dam. Sol. vt diximꝰ supra, de neg. gest. si communes. Azo.

o *Ame.* extraneo creditori.

p *Creditori manebit.* in parte quæ fuit obligantis, & pro indiuiso adhuc: vt. j. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. si consenserit. §. fin.

q *Adiudicatus.* scilicet, vni soli. Sed nunquid si debitori fuerit tota res adiudicata, partem tantum creditor habebit obligatam? Respon. vtique: secundum Io. vt infra, qui. modis. pig. vel hyp. sol. l. si consenserit. §. fi. Arg. contra, infra, de act. emp. l. Iulianus. §. idem Celsus.

r *Integrum maneret.* scilicet, ius creditori.

s *Minoris.* scilicet, pretij. Azo.

t *Partem.* scilicet, eius qui obligauit. Azo.

u *Debere.* cõpensatione habita: vt. §. tit. j. l. Mꝰ. §. arbiter. Azo.

a *Eam.* scilicet, partem. Azo. & sic dubius euentus.
b *Pigneratitia.* .s. quia pignori mihi fit. id enim agit, propter qđ desinere esse pignori potest. s. re adiudicata creditori. Azo.
c *Partis.* scilicet meæ, quæ pignori non fuit.
d *Manere.* nec ob hoc quòd alteri adiudicat, perit pignus. manere enim &c. Azo.
e *Me condemnet.* compensatione habita: vt supra, titu. j. Mæuius. §. arbiter.
f *Tractauimus.* vbi diximus, quia nec erit cõmunis vsus fru: vt. ſ. tit. j. & puto. §. Iulianus. Et sic not. hic, qp iura quæ seruãtur in act. fa. erci. & in hoc iudicio sunt seruãda regulariter: vt &. j. eo. l. arbor. in fin. Fallit autem in multis: vt & supra, eo. l. p hoc. §. hoc iudicium. quæ sunt contra.
g *Nuntiauit.* & sic omnibus: quia ipsi rei fit.
h *Si vnus.* qui post nũtiationem fecit. Azo.
i *Damnatus fuisset.* s. ad interesse: quod quidem esse potest, si actori placuerit: vt. j. de no. ope. nũ. l. antepe. §. siue.
† *Eadẽ est enim ratio hæreditatis, & cmiusli- bet alterius rei communis, vt elegã- ter ostendit Cic. in orat. pro Ros. Co mœdo. circa finem.*
k *Hoc fieri.* id est, ędificari vel refici magis seruare nuntiationem. vnde agit: vt. ſ. de peti. hære. vtiles. & sic non est contra. j. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. si plurium. vbi dicit, vnũ de sociis propter factũ alteri damnũ nõ pati.
* *ædificii. Flo.*

eam[a] rẽ creditor potest, Iulianus ait. ℣ Idem Iulianus scribit, si is, cum quo seruũ communẽ habebam, partẽ suam mihi pignori dederit, & cõmuni diuidundo agere cœperit: pigneratitia[b] exceptione eũ summoueri debere. Sed si exceptione vsus non fuero: officium iudicis erit, vt cum debitori totum hominem adiudicauerit, partis[c] æstimatione eum condemnet. manere[d] enim integrũ ius pignoris. Quòd si adiudicauerit iudex mihi: tanti dũtaxat me condemnet[e], quanto pluris pignus sit, quàm pecunia credita: & debitorem à me iubeat liberari. ℣ Officio iudicis etiam talis adiudicatio fieri potest, vt alteri fundum, alteri vsumfructum adiudicet. Cætera eadem sunt, † quæ in familiæ erciscundæ iudicio tractauimus[f]. ℣ Vrseius ait, cum in cõmuni ædificio * vicinus nuntiauit[g], ne quid operis fieret: si vnus[h] ex sociis ex hac causa dãnatus fuisset[i], posse eam pœnam à socio pro parte seruare. Iulianus autem rectè notat, ita demũ hoc verum esse, si interfuit ædium hoc fieri.[k]

Fructus vectigalis venit in hoc iudicio non diuidendus, sed adiudicandus. Bar.

VII. IDEM libro vicesimo ad Edictum.

COmmuni diuidundo iudicium locũ habet, & in vectigali agro.[l] Vectigalis ager an regionibus diuidi possit, videndum [est.] Magis autem debet iudex abstinere [ab] huiusmodi diuisione: alioquin præstatio vectigalis cõfundetur[m]. ℣ Neratius scribit arbitrũ, si regionibus fundum non vectigalem[n] diuisum, duobus adiudicauerit[o]: posse quasi ĩ duob[p] fundis seruitutem imponere. ℣ Qui in rem Publicianam habent: etiam cõmuni diuidũdo iudiciũ possunt exercere. Ex quibusdam autem[q] causis vindicatio cessat. Si tamẽ iusta causa est posidendi, vtile cõmuni diuidundo [iudicium] competit: vt puta si ex causa indebiti soluti[r] res posideatur.

Inter eos qui non habent iustam possessionem, non competit hoc iudicium. Item si petitor tantum iniuste possidere dicatur, ab hoc iudicio remouetur. Bartolus.

℣ Inter prædones autẽ hoc iudicium locum non habet:[s] nec si precario possideant locũ habebit, nec si [vi aut] clam, quia iniusta est possessio ista. precaria vero iusta quidem [est,] sed quę non pergat ad [huius] iudicij[t] vigorem. ℣ Iulian' scribit, si alter possessor[u] prouocet, alter dicat eum vi possidere: non debere hoc iudicium dari ne post annum quidem: quia placuit etiam post annum in eum qui vi deiecit, interdictum reddi[x]. Et si precario (inquit) dicat eum possidere[y], adhuc cessabit hoc iudicium: quia & de precario interdictũ datur. Sed & si clã dicatur possidere qui prouocat: dicẽdũ esse ait, cessare hoc iudiciũ. Nã [&] de clandestina[z] possessione cõpetere infra, p suo. l. hominẽ. Azo. & habet locum vtilis actio hoc casu.

Sabbatina quæstio.

a *Eam.* scilicet, partem. Azo. & sic dubius euentus.
b *Pigneratitia.* .s. quia pignori mihi fit. id enim agit, propter qđ desinere esse pignori potest. s. re adiudicata creditori. Azo.
c *Partis.* scilicet meæ, quæ pignori non fuit.
d *Manere.* nec ob hoc quòd alteri adiudicat, perit pignus. manere enim &c. Azo.
e *Me condemnet.* compensatione habita: vt supra, titu. j. Mæuius. §. arbiter.
f *Tractauimus.* vbi diximus, quia nec erit cõmunis vsus fru: vt. ſ. tit. j. & puto. §. Iulianus. Et sic not. hic, qp iura quæ seruãtur in act. fa. erci. & in hoc iudicio sunt seruãda regulariter: vt &. j. eo. l. arbor. in fin. Fallit autem in multis: vt & supra, eo. l. p hoc. §. hoc iudicium. quæ sunt contra.
g *Nuntiauit.* & sic omnibus: quia ipsi rei fit.
h *Si vnus.* qui post nũtiationem fecit. Azo.
i *Damnatus fuisset.* s. ad interesse: quod quidem esse potest, si actori placuerit: vt. j. de no. ope. nũ. l. antepe. §. siue.
† *Eadẽ est enim ratio hæreditatis, & cmiusli- bet alterius rei communis, vt elegã- ter ostendit Cic. in orat. pro Ros. Co mœdo. circa finem.*
k *Hoc fieri.* id est, ędificari vel refici magis seruare nuntiationem. vnde agit: vt. ſ. de peti. hære. vtiles. & sic non est contra. j. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. si plurium. vbi dicit, vnũ de sociis propter factũ alteri damnũ nõ pati.
* *ædificii. Flo.*

COmmuni.] CASVS. Duo habebãt fundum in emphyteusin. volebant agere pro eo hoc iudicio: an possint quæritur. Et respon. qp sic: sed non vt diuidatur inter eos. sed adiudicetur. alioquin si posset diuidi, iam destrueretur præstatio pensionis: quia id quod datur integrum pro fundo, iam daretur immutatũ. [NERATIVS.] Duo habebant fundũ communem, & non vectigalem: ne obstaret prin. huius. l. quia vectigal non diuiditur. volunt ipsi agere inter se hoc iudicio: vnde iudicem adiuerunt. iste iudex vult diuidere hunc fundum & partiri: & vni parti seruitutem imponere, & alij non. nũquid potest? Et respon. quòd sic. [QVI IN REM.] Duo emerunt rem à nõ domino. licet non sint domini, tamen agent communi di. Item si duo à non domino indebitum, sibi credentes deberi, acceperũt: idẽ est vt possint diuidere hoc iudicio vtili. [INTER PRÆDONES.] Plani sunt isti ambo. §. §. sed primus loquitur quando ambo erant malę fi. in. §. Iulianus. loquitur quando vnus erat malæ fid. & alius bonæ fi. & vtrobique cessat hoc iudi. cõmuni diui.

l *Agro.* sicut & fami. ercis. vt supra, ti. j. item prædia.
m *Confundetur.* propter plures præstationes, quod non expedit: vt supra, titu. j. l. iij. j. respon. & infra, de ali. le. l. ij. Et no. hic ar. optimum in quæstione tali Sabbatina: Titius conduxit à me prędium in emphy. sub annua pensione. decessit duobus relictis hæredibus. vnus soluit vel soluere paratus est partem suam pensionis, alter non. ego dico neminem posse soluere partem: sicut Titius non potuit: & ita elapso triennio vtrũque repellere volo, ne confundatur præstatio vectigalis: vt hic, sed illud considera econtra: quia obligatio pensionis in vnumquemque pro hæredi-

n *Non vectigalem.* Sed cus si vectigalis esset. non enim valeret diuisio: vt supra, proti. respon. Accursius.
o *Adiudicauerit.* qđ potest: vt & supra, titu. item Labeo. §. j.
p *Duobus.* duo enim sunt post diuisionem vt & supra, cõmunia prædio. l. siquis duas. §. j. & infra, de le. j. plane. §. h.
q *Ex quibusdam autem.* Melius diuisset. nim vt ista esset ratio præcedentium: quia emit à non domino. Vdic, dixit dari hanc actionem si habeat iter prætorio vtile rei vin. idẽ est quòd habet locum hæc actio. & hic dicit, quãdo à non domino soluta est: & cessat Publiciana: quia nõ est iusta causa tradita. Ac
r *Soluti.* ab eo qui nõ erat dñs. & tũc qui bona fid. accepit, vsucapit. vt
s *Non habet.* Sed quid si sine ti. fuerint duo ho. fi. poſſ? Rſi. non agunt cõmuni di. vt. ſ. fa. erci. inter cohæredes. j. respon. licet in eo. titu. l. item prædia. sit ar. contra. Item etiam aliud ar. contra. in ea. l. §. fi duo. in fi. Sed ibi qualem qualẽ habent causam illi missi. Vel dic, ibi non agunt nisi secundo interposito decreto: vel pro eo quod expendit ante secundum decretum, agitur vtili: vel pro eo quod expendit post, directa: vt. j. de dam. infec. si finita. §. cum autem plures. Et hoc idem probatur supra, eo. l. iij. j. respon. & l. iiij. j. respon. &. §. de puteo. Posset etiam dici alia ratione competere hanc actionem missis in possess. quia ius pignoris habent: vt C. qui po. in pig. habeantur. l. si fundus. &. l. si decreto.
t *Iudicii.* vel etiam Publicianæ: vt supra, de Publi. l. quæcunque. §. interdum. Sed pergit ad vti posid. interdictum: vt infra, vti posid. si duo. Ioan.
u *Possessor.* prædo. Azo.
x *Interdictum reddi.* in quantum peruenit ad violentum: vt infra, de vi & vi ar. l. j. in prin. vel habet locũ perpetuo vt excipitur: vt. C. de except. l. licet. Accursius.
y *Dicat eum possidere.* qui prouocat. Azo.
z *De clandestina.* vt de precaria superiori casu.

BIU Cujas

a *Interdictum.* quod vi aut clam, vel vti posſi. Azo.
b *Dari.* No. duos creditores communi diui. iu. agere. ſic & ſupra, famil. erciſcun. ſi pignori. Azo.
c *Dari debet.* vt &. ſ. de vſufru. l. ſi cuius rei. §. ſed ſi inter duos.
d *Legatorum.* ſcilicet, dari debet.
e *Duo ventres.* Forte diuerterat ab vxore prægnante, & aliam duxit: quæ ex eo ſimiliter cœpit: poſteáque deceſſit. ambæ mitti debent in poſſeſſionem. Vel forte duę miſęſſũt: ideo quia dubitabatur quæ legitima eſſet. Ac.
f *Poſſidere.* ex ſecundo decreto: vt infra, de dam. infec. ſi finita. §. Iulianus ſcribit. Ac.
g *Vindicationẽ.* ſcilicet, directam: & ideo directum iudicium locum habet: vt ſupra. e. ſed ſi res.
h *Agitur.* ſiue ſint ſocij in vſufru. ſiue non: quod eſſe poteſt: vt infra, de pecul. ſed ſi duo. §. idem. & ſupra, titu. j. l. & puto. in princ. &. §. vſufruct.
i *Sic poterit.* ſcilicet, diuiſio fieri. Accur.
k *Sit vſusfructus.* id eſt, commoditas vſufruc. ius enim durat donec legitimo modo pereat. Azo.
l *Poſſideant.* ſcilicet alij, non ſibi. vel poſſideant: id eſt, detineant. nec enim naturalẽ vel ciuilem habent poſſeſſionem: vt infra, de preca. l. certe. §. is qui rogauit. & ſic expones infra, de vſur. l. videamus. §. ſi poſſeſſionem. & facit. C. de præſcrip. xx. an. l. ij. pro hac tamen detentatione tenetur rei vin. vt ſupra, de rei vin. l. officiũ. licet poſſit dominum in iudicio nominare: vt C. vbi in rem agi. l. ij.
m *Pars.* ſi iudex alteri creditori rem adiudicare vult. ſic ſupra, famiercíſcun. ſi pignori. Accurſius.
n *Debitum offerre.* ſcilicet prius, & quod poſtea ſolutum eſt: vt. j. qui poſſ. pig. ha. l. ſi prior. §. ſciendum. & de diſt. pig. l. cum poſterior. Azo.
o *Idemque.* vt debitor poſſit luere.
p *Pigneratitia.* id eſt, hypothecaria.
q *Offerat.* vt. j. de pigne. actio. l. ſi creditor qui rem. Accurſius.
r *Creditor eius.* quod fieri poteſt: vt. C. eo. l. ſi probatum. Accur.
s *Alterius debitoris.* ergo duo qui rem communem habebant, pignori obligauerunt creditoribus ſuis, forte non ſimul.
t *Et debitor eius.* ſcilicet poſtmodum.
u *Soluto eo.* ſcilicet tantum. Accurſius.
x *Rei.* ſcilicet communis tibi, & alij.
y *Ex empto tenebitur.* vt hic habes: & infra, de act. emp. l. Iulianus. §. idem Celſus.
z *In mandato.* De mandato da exemplum: mandaſti mihi vt rem

interdictũ [a] inquit. ℣ Si duo ſint qui rem pignori acceperunt, æquiſsimũ eſſe vtile cõmuni diuidundo iudiciũ dari [b]. Sed & ſi de vſufructu ſit inter duos cõtrouerſia, dari debet [c]. Item ſi duo à prętore miſsi ſint in poſſeſsionem legatorũ [d]. Eſt enim iuſta cauſa poſsidẽdi, cuſtodiæ gratia. Ergo & ſi duo vẽtres [e], idem erit dicendum. quod habet rationem. Planè ſi iam dãni infecti miſſus, iuſſus ſit poſsidere [f]: non erit huic vtili iudicio locus: cum vindicationẽ [g] habere poſsit. Cùm de vſufructu cõmuni diuidũdo iudicium agitur [h]: iudex officiũ ſuum ita diriget, vt vel regionib⁹ eis vti frui permittat: vel locet vſumfructum vni ex illis, vel tertiæ perſonæ: vt hi penſiones ſine vlla cõtrouerſia percipiãt. vel ſi res mobiles ſint: etiam ſic poterit [i], vt inter eos cõueniat: caueántque per tempora ſe vſuros & fruituros: hoc eſt, vt apud ſingulos mutua vice certo tempore ſit vſusfruct⁹ [k]. ℣ Neque colonis, neque eis qui depoſitum ſuſceperunt, hoc iudicium competit: quamuis naturaliter poſsideant. [l] ℣ Inter eos, qui pignori acceperunt, talis diuiſio fieri debet, vt nõ vero p̃tio æſtimetur pars: [m] ſed in tãtum dumtaxat, quãtum pro ea parte debetur: & [ſi] adſignetur quidem pignus vni ex creditoribus, licẽtia tamen non denegetur debitori debitum offerre, [n] & pignus ſuũ luere. Idémque [o] dicitur, & ſi poſſeſſor pignoris, litis æſtimationẽ pigneratitia [p] * in rẽ agenti offerat. [q]

Debitor certæ partis pro indiuiſo, ſi in diuiſione tota res ſibi fuerit adiudicata, totũ dare debebit, & habere quod pro adiudicatione dedit: ſed ſi tota alteri fuerit adiudicata, liberabitur ſoluendo: & pretiũ quod pro adiudicatione dedit, recipit. Bartolus.

℣ Si debitor communis prædij partem pignori dedit: & à domino alterius partis prouocatus creditor eius, [r] aut ab alio creditore alterius [s] debitoris licitando * ſuperauit: & debitor ei⁹, [t] cui res fuit adiudicata, velit partem ſuam prædij recuperare: ſoluto eo, [u] quod ipſe debuit, eleganter dicitur non eſſe [eum] audiẽdum, niſi & eã partem paratus ſit recuperare, quã creditor per adiudicationẽ emit. Nam & ſi partem vendideris rei [x]: & priuſquam traderes emptori, communi diuidundo iudicio prouocatus fueris: alteráque * pars tibi adiudicata ſit: conſequẽter dicitur ex empto agi non poſſe, niſi totam rẽ ſuſcipere fuerit paratus: quia hæc pars beneficio alterius venditori acceſsit: quinimmo etiã ex vendito poſſe cõueniri emptorem, vt recipiat totum. Solùm illud ſpectandum erit, num forte fraus aliqua vẽditoris interuenit. Sed & ſi diſtracta parte ceſſerit victus licitatione venditor: æquè vt pretiũ reſtituat, ex empto tenebitur. [y] Hęc eadem & in mãdato, [z] cæteriſque huius generis iudiciis ſeruantur.

Vnus ex ſociis volens diuidere, poteſt alios ad diuiſionem, etiã inuitos, prouocare: item propter dubium admittitur petitio incerta tam in hac actione quàm in rei vindicatione. l. d. iſta lex.

VIII. PAVLVS libro vicesimotertio ad Edictum.

ET ſi non omnes, qui rem cõmunem habent, ſed certi ex his diuidere deſiderãt: hoc iudicium inter eos [a] accipi poteſt. ℣ Si incertũ ſit, an lex Falcidia locum habeat inter legatariũ & hęredem, cõmuni diuidundo agi poteſt: aut incertæ

meam tibi venderem, quam cum alio communem habeo. ante traditionem tibi factam aliam partem conſecutus ſum. totum habes: vt infra, man. ſi mandauero. §. Iulianus. &. l. qui negotia. §. cũ hæres. vel dic, mandaſti vt tibi emerem partem cuiuſdam rei: quod feci: & antequam traderem, alia pars eſt adiudicata mihi cõmuni diuidun. iudicio. compelleris quidem totam accipere. Eodẽ modo in tutore & geſtore negotiorum qui emerunt nomine pupilli vel domini partem rei: tamen poſtea totam oportuit eos accipere per hoc iudicium. nam in totum domin⁹ & pupillus accipere tenentur: & hoc ſubiicit, cæteriſque huius generis &c. Bul. * Flo. licẽdo.

ET ſi nõ omnes.] CASVS in prin. eſt plan. [SI INCERTVM.] Teſtator legauit mihi fundum: hæres detrahere vult Falcidiam: ſed neſcit quãtum: interim tamẽ poſſum agere cũ hærede * Flo. aliaque iudicio cõmuni diui. Itẽ rei vind. pro parte incerta. Secundo teſtator legauit ſeruum. in ſuo peculio erat fund⁹. hæres vult ex eo fundo quod domino debebatur detrahere: ſed adhuc neſcit quantum illud ſit. certe interim cum hęrede agetur cõmuni diui. & rei vindi. pro incerta parte. [SI COMMVNIS.] Ego & tu habemus ſeruum qui valet. x. fecit autem furtum extraneo in. xx. ego conuentus noxaliter dedi, cum magis ſeruum dare debebã. certe non conſequar à te niſi dimidiam eius ſcilicet, quod valet ſeru⁹. Secundo dicit idem ſi ſeruus communis qui eſt in peculio apud me in. v. & quinque apud ſocium, contraxit cum extraneo, & in. xx. ſe obligauit: & ego conuentus dedi. xx. creditori peculiari, cum nõ niſi. v. dare debui. nam non repetam à te niſi v. quæ ſunt apud te de peculio eius. hæc quidem petam: & ſi illa. v. perierunt poſtquã fui damnatus. hoc autem probat tali ſimili. nam ſi mandet dominus procuratori ſuo defenſionem ſerui: ſi dominus de peculio conueniatur ratione ſerui, & procu. damnetur: certe dominus tenetur: & etiam ſi res peculij pereant poſt condemnati. procu. niſi procurator fuiſſet in culpa, vt quia dominus volebat cedere rebus peculiaribus creditori, & procurator noluit: ſed magis voluit damnari. Viuianus.

a *Inter eos.* & alios etiam inuitos: vt infra, eo. l. antepe. §. fin. ſic enim eſt & in pluribus hæredibus: vt ſupra, titu. j. l. ij. §. dubitandum. &. l. arbitrum. ſed inter quoſdam non poteſt accipi, niſi pro adiudicatione vnius partis ad alteram: vt ſupra, titu. j. hæredes. §. ſi teſtator. vel niſi propter perſonales præſtationes, ſecundũ quoſdam: vt not. in. d. §. dubitandum. Accurſius.

a *Vindicatio datur.* vt & supra, de rei vind. quæ de tota. §. incertæ. Accursius.

b *Legatum sit.* scilicet, vt legatarius cum hærede communi diuid. agat: & incertę partis detur vindicatio in corporalib⁹: vt hic, & infra, de pecu. l. si peculium. ij. respon. pro ipsa vero vniuersitate peculij legata incertę partis actio ex testamento datur: vt supra, si pars hære. pet. l. j. §. finali. Accursius.

c *Debetur.* quod debitum semper est deducēdum: vt infra, de pecu. sed & si damnum. §. peculium. & l. si ex noxa. §. quod autem. Nisi specialiter corpora peculiaria legarentur: vt infra, de pecul. lega. l. si peculium seruo.

d *Deteriorē fecerit.* vt & supra, de noxa. l. sed & eo nomine. Azo. sed an propter huiusmodi personales præstationes possit agi communi diuid. durante communione? Respon. sic: vt arg. infra, eo. l. si. & l. si socius serui. & expresse dicitur. j. eo. l. in hoc iudicium. ibi, manente rei communione &c. Accursius.

e *Vulnerā̄do.* vt. j. eo. l. item quamuis. & supra, ad. l. Aquil. sed si communem.

f *Corrumpendo.* vt infra, de ser. corrupt. l. si quis seruum. Accur.

g *Excidendo.* quo casu etiam interdictū qđ vi aut clam locum habet: vt. j. quod vi aut clam. l. denique. §. si ex sociis.

h *Præstiterit.* plus quā sit secundum pretium.

i *Et eius.* scilicet ęstimationis. Accursius.

k *Partem.* scilicet dimidiam, vel tertiā, vel aliā quæ contingat socio ex cōmunióe serui.

l *Item si vnus insolidū.* quod fieri potest, siue de peculio agatur: vt hic: & infra, de pecu. l. & ancillarum. §. fi. siue noxali: vt. ff. si ex noxa. cau. l. si cum vno. Acc.

m *Consequatur.* quatenus apud eū est: quia in tantum eum liberare videtur: vt ifra, de pec. l. & ancillarum. in fi.

partis vindicatio datur. [a] Similiter fit, & si peculium legatū [b] sit: quia in quantum res peculiares deminuit id, quod domino debetur, [c] incertū est. ¶ Venit in communi diuidundo iudicium etiam, si quis rem communem deteriorē fecerit: [d] forte seruum vulnerando: [e] aut animū eius corrumpendo: [f] aut arbores ex fundo excidēdo. [g] ¶ Si communis serui gratia, noxæ nomine plus præstiterit [h] [socius:] æstimabitur seruus, & eius [i] partem [k] cōsequetur. ¶ Item si vnus insolidum [l] de peculio conuentus, & damnatus sit, est cum socio communi diuidundo actio, vt partem peculij consequatur. [m]

IX. AFRICANVS libro septimo Quæstionum.

SEd postquam socius serui communis nomine de peculio insolidum damnatus esset: si apud socium res peculiares [n] intercidant: nihilominus vtile erit iudicium communi diuidundo ad recuperandam partem pecuniæ. [o] Alioquin iniquum foret vt tota ea res ad dā num eius, qui iudicium acceperit, pertineat: cum vtriusq; domini periculum in rebus peculiarib⁹ esse debeat. Nam & eū, qui mandatu domini defensionem serui suscepit: omne, quod bona fide præstiterit, seruaturum: quamuis peculium postea interciderit. Hęc ita, si neutri⁹ [p] culpa īteruenerit. Etenim [q] dominum, cum quo de peculio agitur: [r] si paratus sit rebus peculiaribus petitori cedere, ex causa audiendum putauit: scilicet si sine dolo malo & frustratione id faciat.

Delictum defuncti, si purgatur per actionem descendentem ex delicto, nō nocet hæredibus: secus si purgatur per actionem descendentem ex contractu, vel quasi. Bar.

X. PAVLVS libro vicesimo tertio ad Edictum.

ITem quamuis legis Aquiliæ actio in hæredem non competat: tamen hoc iudicio hæres socij præstet, si quid defunctus in re communi admisit, [s] quo nomine legis Aquiliæ actio nascitur. ¶ Si vsus [t] tantum noster sit, qui neque venire, [u] neque locari potest: quemadmodum diuisio potest fieri in communi diuidundo iudicio, videamus. Sed prætor interueniet, & rem emendabit: vt si iudex alteri vsum adiudicauerit, nō videatur alter, qui mercedē accepit, non vti [x]: quasi plus faciat qui videt frui [y], quia hoc propter necessitatem [z] fit. ¶ In cōmuni diuidundo iudicio iusto pretio rē æstimare debebit iudex: & de euictione [a] quoque cauendum erit.

XI. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

IN summa admonendi sum⁹, quòd si post interitum rei cōmunis is, cui aliquid ex cōmunione præstari oportet, eo nomine agere velit: cōmuni diuidundo iudicium vtile datur [b]: veluti si actor impēsas aliquas in rem cōmunem fecit, siue socius eius solus aliquid ex ea re lucratus est, velut operas serui mercedésve: hoc iudicio eorū omnium ratio habetur. [c]

XII. VLPIANVS libro septuagesimoprimo ad Edictum.

SI ædes communes sint, aut paries communis: & eū reficere vel demoliri, * vel in eū immittere [d] quid opus sit: cōmuni diuidundo iudicio erit agendū: aut interdicto [e], vti possidetis, experimur.

n *Sed postquam. Res peculiares.* omnes scilicet, vel pars: vt & infra, eo. l. si Stichus. vel etiam ipse seruus cuius nomine est actum: vt infra, eo. in summa. & arg. supra, titu. j. si seruus pignori. & ar. infra, manda. l. hominem. in princ.

o *Partem pecuniæ.* præstitæ pro parte peculij. Azo.

p *Si neutrius.* scilicet defendentis, vel defensi. nam si defendentis culpa interueniat, secus est: vt statim dicit. Accursius.

q *Etenim.* bene dixi postquam insolidum damnatus est. aliud enim esset si damnatus non esset, nec defensus: quia tunc liberatur cedendo partem: vt & supra, si ex noxa. cau. aga. l. si cum vno. & de noxa. l. si seruus. vel melius ideo dixit, neutrius: quia si alterius tantum, puta defendentis, interueniat culpa: vt quia dominus defensus maluit cedere rebus peculiaribus quàm defendi: repellitur A defendens. Azo. Idem si non fuit paratus: culpa tamen defendentis perierunt. econtra si defensus tantum fuit in culpa, non relęuatur: vt supra, de nego. gest. siue hæreditaria. si autem vterque compensaretur, sic neuter ageret: vt infra, de compen. si ambo. & infra, de verbo. obliga. si seruum. §. sequitur.

r *Agitur.* re integra: & se per procuratorem defendit: vt. pxi. divit.

ITem.]CASVS. Si tu socius meus dedisti damnum in re communi: & decessisti: sagam communi diuidū, cum hære. tuo, veniet damnum, licet non possum hæredem tuū conuenire. l. Aquil. quę nō datur in hæredem. [SI VSVS.] Planus est. [IN COMMVNI.] Ego & tu habem⁹ rem communem quæ commode diuidi nō potest. adiudicatur mihi: & ego tibi in pecuniā cōdemnor. certe debes cauere mihi de euictione pro parte tua quę mihi adiudicatur. Viuianus.

s *Admisit.* vt & ff. eo. l. & si nō omnes. §. venit.

t *Si vsus tantum*, non vsusfructus.

u *Venire.* id est, vendi: vt instit. de vsu & habi. §. j. & quod de locatione dicit, intellige scilicet separatim à fe. vt supra, de vsu & ha. l. ij. in fi. & l. cæterū. Ac.

x *Non vti.* sed frui: & hoc est quasi &c.

y *Frui.* vt supra, de vsufru. quia qui pretio.

z *Necessitatem*, quia aliter diuidi non potest: sicut ex necessitate fit quandoque venditio vsusfruc. vt infra, de iure do. l. si vsusfru. ea autem quæ fiunt ex necessitate, curanda siue emendanda sunt: vt in auth. qui. mo. natu. effi. sui. circa princ. ibi, non enim &c. secūdū Azo. Melius vero notabis, si dixeris, necessitatē nō habere legē: vt dixi. ff. de of. consul. j.

a *Et de euictione.* vt. ff. tit. j. l. hæredes. §. pe. & C. communia vtriusq; iu. l. si fratres.

IN summa.]CASVS. Ego & tu habemus rem cōmunem: & ego feci impensas. postmodum res illa periit. nunquid possumus hoc iudicio agere pro expensis aut pro lucris, vt inter nos diuidantur? Et respon. quòd sic vtili.

b *Vtile.* non directum: vt supra, eo. l. j. quæ est contra.

c *Ratio habetur.* sic ergo pro præstationibus personalibus agitur, licet res desierit esse: vt hic, &. ff. ti. j. l. sed & eius. Accursius.

SI ædes.]CASVS. Si habeo tecum communem domum, quam volo reficere, & tu non permittis: nunquid interdicto vel cōmuni diui. posim agere? Et respon. quòd sic. Viuianus.

d *Mittere.* vt scalas, vel tigna. Azo.

e *Aut interdicto.* aut pro &. ideo enim agitur hoc interdicto, quia non pateris me vti libere re communi: vt infra, de vi & vi arma. l. vim facit. Sed quid est quòd dicitur, prohibendi

BIU Cujas

ius esse socio: vt. j. eo. l. Sabinus. quæ est contra? Solu. illud verum est cum incidimus in cõmunionem: alioquin si ad aliquem vsum rem communem quæsierimus, veluti parietem, vt in eum vterque nostrum immitteret: quis non dicet legem inter nos habitam seruari debere: & communi diuidundo agere posse, vt mihi immittere liceat: cum ob hoc olim quæsierim[a], vt eo vteremur, secundũ M. argu. ff. de vsufruc. l. aboribus. §. nauis. Azo. item est cõtra. ff. de ser. vrb. prædio. l. parietem. vbi prohibet quicquid hic permittit. Solu. secundum quosdam hic volebant demoliri vel reficere in eo in quo erat communis vtilitas, ibi non: vt. j. pro soc. l. cũ duobus. §. item Mela. Vel hic conuentum erat vt vnicuique liceret immittere, ibi non. Præterea & ibi iure seruitutis contendebat sibi illa licere: quod non potest, vt ibi dicitur: hic iure societatis. Ac.

a *In iudicio. Res.* corporales. & dic, quę possunt claudi sub petitione actoris.

b *Nominatim.* an idẽ in vniuersali iudicio scilicet, fami. erci. & petitione. vt aliquid excipi possit? quod videtur: vt. ff. fami. ercis. l. fundus cõmunis. & ff. de iudi. l. solemus. Acc.

In hoc iudicium. CAIVS. Ego & tu habemus rem communẽ. si impensam feci cõmuni nomine, teneor tibi. Item si non fuisti vsus seruitu. & ideo est amissa: teneris mihi. Secundo pone q̃ impendi credens meam propriam rem communẽ. postea agis mecum cõmuni diuid. an per except. possum remittere impensas? Et dicitur q̃ sic: sicut bo. fi. poss. qui credens suã in eã impẽdit, habet except. cõtra dominũ vindicantẽ. Tertio si ego impẽdi credens totã meã alienam rẽ: & sic iam nõ possum cõuenire cõmuni diui. vel rei vin. his ergo duob[9] casib[9] habet locũ exceptio q̃ impensis: quãuis neminẽ volui mihi obligare. igit̃ si aliquẽ volui obligare: licet non illum pcise cũ quo erat mihi cõmunis: habeo etiam act. pro impensis. siquidẽ potest esse q̃ credebã cũ alio cõmunẽ quã tecum: vel nesciebã cum quo: ac in superioribus nõ habeo actionẽ, sed exceptionem. & hoc in quarta. Quinto adducit simile: quia sicut si gerã alterius negotia, & alterius credebam quãm sint, eũ habeo obligatũ cuius vere sunt negotia. ita in proposito habeo eum obligatũ cõmuni di. cũ quo vere est cõmunis, licet non proponã eum obligare. & si alienem partẽ meam, adhuc remanet mihi act. vtilis pro impensis. [*SI CONVENIAT.*] Si ficiamus pactũ ne vnquam rem cõmunem diuidamus: nõ valet pactum. sed si ad tempus fiat: bene valet. [*SI INTER.*] Duo socij pactum fecerunt ne societas vsque ad certum tempus diuideretur. quæritur, an valeat? Et respon. q̃ sic: sed emptor poterit submoueri exceptiõe illa qua submouebatur venditor si agat cõmuni diui. [*SI PACISCATVR.*] Ego & tu communem fundum habebamus. feci mihi pactum vt pars tua esset mea. finitur societas. si agas postea communi diui. remouebo te except. quia ipso iure non finitur societas. Viuianus.

c *In hoc iudicium.* tres casus prosequitur hæc lex. nam aut scio cum quo rem cõmunem habeo in quam impendo, & communi nomine impendo: vt in prin. l. aut nescio, sed credo meam propriam, vt vsque illuc, quæ cum ita &c. aut scio cum alio cõmunem, sed nescio cum quo: vt abinde, licet & postea: reassumat mediam partem, at cum &c.

XIII. IDEM libro septuagesimoquinto ad Edictum.

IN iudicium cõmuni diuidũdo omnes res[a] veniunt: nisi si quid fuerit ex cõmuni cõsensu exceptũ nominati[b] ne veniat.

Quod quis fecit in fundo quem scit communem cum aliquo quẽ cognoscit, venit in hoc iudicio: sed qđ quis facit in fundo quem scit proprium qui vere communis est, nõ venit in hoc iudicio, sed possessori retentio dabitur: quæ etiã ad singularem successorem transibit. sed quod quis facit in fundo quem putat communem cum eo cum quo non est, venit in hoc iudicio. Bartolus.

XIIII. PAVLVS libro tertio ad Plautium.

IN hoc iudicium[c] hoc venit quod cõmuni nomine actũ est, aut agi debuit[d] ab eo, qui scit se socium[e] habere. ℣ Impẽdia autem, quæ dum proprium meum fundum existimo, feci: quæ scilicet si vindicaretur fundi pars, per exceptionem doli [mali] retinere possem: an etiã si communi diuidundo iudicio mecum agetur, æquitate ipsius iudicij retinere possim, considerãdum est. Quod quidẽ magis puto[f]: quia bonę fidei iudicium est communi diuidundo. sed hoc ita, si mecũ agatur. Cęterùm si alienauero partẽ meã: non erit, vnde retinere possim. sed is, qui à me emerit, an retinere[g] possit, videndum est. nã & si vindicaretur ab eo pars, impendiorum nomine, quæ ego fecissem: ita vt ego, poterat [ipse] retentionem[h] facere. Et veri[9] est, vt & in hac specie expensæ retineantur[i]. Quæ cum ita sint[k], rectissimè dicitur, etiã impendiorum nomine vtile[l] iudicium dari debere mihi in socium, etiam manente rei cõmunitõe. Diuersum[m] est enim, cum quasi in rem meam impẽdo, quæ sit aliena aut communis. Hoc enim casu, vbi quasi in rem meam impendo, tantũ retentionem habeo[n]: quia neminem mihi obligare volui[o]. At cum[p] puto rem Titij esse, quæ sit Mæuij[q]: aut esse mihi communem cum alio, quàm est: id ago, vt aliũ mihi obligẽ. Et sicut negotiorum gestorũ actio datur aduersus eum, cuius negotia curaui, cum putarẽ alterius, ea esse[r]: ita & in proposito[f]. Igitur & si abalienauero prædiũ[t], quia in ea causa fuit, vt mihi actio dari deberet, dãda mihi erit (vt Iulianus quoque scribit) negotiorum gestorum actio[u].

Pactum, ne perpetuo diuidatur, non valet. Bartolus.

℣ Si cõueniat, ne omnino diuisio fiat: huiusmodi pactũ nullas vires habere manifestissimum est. Si autem [ne] intra certum tempus, quod etiam ipsius rei qualitati prodest: valet[x].

Ius excipiendi transit contra singularẽ successorem. Bartolus.

℣ Si inter socios conuenisset, ne intra certum tempus societas diuideretur: quin vendere liceat ei, qui tali conuentione tenetur, non est dubium. Quare

a *Res.* corporales. & dic, quę possunt claudi sub petitione actoris.

b *Nominati.* an idẽ in vniuersali iudicio scilicet, fami. erci. & petitione. vt aliquid excipi possit? quod videtur: vt. ff. fami. ercis. l. fundus cõmunis. & ff. de iudi. l. solemus. Acc.

c *In hoc iudicium.* tres casus prosequitur hæc lex. nam aut scio cum quo rem cõmunem habeo in quam impendo, & communi nomine impendo: vt in prin. l. aut nescio, sed credo meam propriam, vt vsque illuc, quæ cum ita &c. aut scio cum alio cõmunem, sed nescio cum quo: vt abinde, licet & postea: reassumat mediam partem, at cum &c.

d *Debuit.* vt vti seruitutibus ne perdantur: vt. ff. fami. ercisc. l. hæredes. §. item culpæ. Acc.

e *Socium.* scilicet, aliquem certum.

f *Magis puto.* quàm in rei vin. vt. ff. posim retinere, cũ illud stricti iuris: hoc bonæ fidei sit: vt hic, & insti. de act. §. actionum.

g *An retinere.* ff. si cõueniatur rei vind. vel cõmuni diui. pro indiuiso.

h *Retentionem.* vt & infra, de act. emp. idẽque. §. j.

i *Retineantur.* vt &. j. man. idẽmque. §. j.

k *Quæ cũ ita sint.* mutat casum, quando sciebam esse cũ alio communem: sed errabã in persona socij: vt patet infra statim, diuersum &c. &. j. e. si quis cum. in prin. Alij dicunt, q̃ loquitur quando impẽdi sciens cũ Titio rem esse cõmunẽ. Sed prima verior est. & dic, q̃ cũ ita sint. ff. similes rei vin. & cõmuni di. secũ dũ quosdã. Vel dic, q̃ hæc continuatio sit ad superiora. & verior est: quia datur retentio qñ noluit aliquẽ mihi obligare. igitur multo magis actio, vbi voluit aliquẽ obligare mihi.

l *Vtile.* immo directum: vt supra, eo. si qs putans. in prin. Sed dic, vtile, id est efficax. Vel dic, quòd hic alienaueram partem meam, antequam intenderẽ hoc iudicium: vt supra, eo. l. si quis putans. ij. respon. sed prima verior: quia & hic dicit, manente rei communione. Accursius.

m *Diuersum.* redit ad superiora. Accursius.

n *Retentionem habeo.* non actionem: vt & infra, de doli except. l. Paulus. & infra, de condic. inde. si in area. in fi. quæ est contra. M. vt ibi diximus.

o *Volui.* hæc non videtur bona ratio: quia hæres sepeliẽdo defunctum, neminem sibi obligare intendit: & tamen agit, si appareat eum postea non esse hæredem: vt infra, de reli. at si quis. §. si quis. &. l. possessor. quæ sunt contra. Sol. ibi speciale.

p *At cum puto.* redit ad tertium. Accursius.

q *Mæuii.* gratia similitudinis hoc ponit.

r *Alterius esse.* vt supra, de nego. gest. item si cum. in fi.

s *Proposito.* scilicet detur actio communi diui. vt infra, eo. si quis cum. in principio.

t *Prædium.* id est, partem meam prædij. Accursius.

u *Negotiorum gesto. actio.* cũ potuit expediri pro parte. Vel dic, danda erit communi diui. actio: vt supra, eo. si quis putans. ij. respon. vt daretur in prædicto casu neg. gest.

x *Valet.* sic & conditio legato imposita mulieri ne discedat à liberis: non valet: sed ad tempus imposita, valet: vt. j. de condi. & demon. sed & si hoc. §. fi. sed in conditione libertæ imposita, ne nubat: distinguitur. vt infra, qui & à qui. l. pe.

a *Summoueretur.* vt infra, pro socio. l. idemque. §. fi.
b *Petat.* forte animo donandi. Accursius.
c *Effectu.* nō ipso iure: quia durat actio, sed repellit excep. Ac.

SI socius.] CASVS. Ego & tu communem seruum habebamus: nomine cuius serui conuentus fui de peculio. antequam præstem comdemnationem: an possim agere vt des mihi partem de peculio istius serui prout est apud te? Et respon. quòd sic. Secundo dicit, quòd si nomine huius serui communis, qui dedit damnū, conuentus sum noxaliter: nunquid ante cōdemnationē statim lit. contesta. possim agere vt partem serui mihi des: vt possim dare actori, si vincat? Et respon. quòd sic, dum tamen sibi caueam quòd reddam, si nō fuero cō-
* *Flo. traderetur* demnatus. Viuianus.
d *Conuentꝰ.* scilicet de peculio. Accursius.
e *Et antequā præstet.* quia illud videtur abesse, in quo vt solueret est obligatus: vt supra, nego. gest. l. si quis mādato. Et facit. ff. eo. l. &
* *Flo. debe retur* si non. §. fi. Accursius.
f *Actum sit.* ita quòd sit lis contesta. vnde in totū necesse habet defendere: vt. ff. de noxali. l. si seruꝰ communis. &. ff. si ex noxali cau. aga. si cum vno ex. & facit. ff. titu. j. hæredes. §. si vnus.
g *Pars.* alterius non conuenti quam habet in seruo.
h *Non dederit.* scilicet noxæ. Accursius.
† *Quotidie ad hoc tex. iste allegatur, qđ sententia debet esse conformis libello. cōcor. de iurecano. tex. in .c. licet Heli. extra de simo. & ibi glo.*

CVm socii.] CASVS. Duo volunt diuidere societatem. eis detur: vel ipsi alij debent sub cōditione. nūquid in vtroque casu cauere debēt: & eis debet caueri de parte debiti soluenda, & parte crediti diuidenda etiā existente cōditione? Et respon. quòd sic.
i *Debetur.* ab eis, vel ecōtra: vt. j. pro soc. l. omne æs. &. l. seq. Acc.

QVi cohæredes.] CASVS. Fundū suū testator pignori dedit. eo pacto vt creditori vēdere liceret. decesit testator hære. relictis. vnus hæredum emit à creditore prædium. nunquid iste cohæres, idémque emptor, potest cōueniri hoc iudicio à cohæredibus? Respon. quòd non. videbatur quòd sic: quia hæreditarius erat.
k *Communi di.* valet emptio ratione aliarū partium, non suæ: vt infra, de leg. ij. l. fi. §. quatuor. &. j. de pig. act. debitor. & de in diē addic. l. quòd si vno. §. fi. Sed aliud in fideiussore: vt infra, de distractio. pig. l. fideiussor. quæ est arg. contra. Accursiꝰ.

VT fundus.] CASVS. Ego & tu eramus hæredes in quadā hære. in qua erant prædia. agimus vt diuidatur. nunquid iudex imponere potest seruitutem prædio hære. vt seruiat fundo vnius hæredi? Et rn. quòd non: quia iudex non potest &c. vt in textu.
l *Non potest.* vt. j. de excep. rei iu. l. si ex testamento. in fi. & facit supra, titu. j. l. item Labeo. §. j. Accursius.

emptor quoque communi diuidundo agendo, eadem exceptione summouebitur, qua auctor eiꝰ summouereta. ℣ Si pacisca tur socius, ne partē suā petat: b effectu c tollit societas.

XV. IDEM libro quinto ad Plautium.

SI sociꝰ serui communis nomine conuentus d & condemnatus sit: aget cōmuni diuidūdo, & antequam e præstet. Nam & si noxali iudicio cum vno actum sit f, statim aget cū socio, vt ei pars g tradatur: * cautionibus interpositis, vt si non dederit h, reddat.

XVI. IDEM libro sexto ad Plautium.

CVm socij diuidunt societatem, de eo, quod sub conditiōe debetur i *, cautiones interuenire solent.

XVII. MODESTINVS libro nono Regularum.

QVi cohæredes habet: si fūdum pignori datum à testatore suo, comparauerit à creditore: non debet à cohæredibus iudicio communi k diuidundo conueniri.

Sententia debet esse conformis libello, aliàs iudex non intromittit se de his quæ ex natura actionis non veniunt. Baldus.

XVIII. IAVOLENVS libro secundo Epistolarum.

VT fundus † hęreditari ꝰ fundo nō hæreditario seruiat, arbiter disponere non potest: quia vltra id quod in iudicium deductum est, excedere potestas iudicis non potest. l

Quod vna elementatione continetur: si solo cohæret, dicitur commune pro parte diuisa qua diuiditur solum: sed à solo separatum, dicitur pro indiuiso esse cōmune. Bar.

XIX. PAVLVS libro sexto ad Sabinum.

ARbor, quæ in confinio nata est, item lapis qui per vtrumque fundum extenditur, quamdiu cohæret fundo m, è regione cuiusque finiū, vtriusque n sunt: nec in cōmuni diuidundo iudicium veniūt. Sed cùm aut lapis exemptus, aut arbor eruta, o vel succisa p est: cōmunis pro indiuiso q fiet: & veniet in communi diuidūdo iudicium. Nam quod erat, finitis partibus, rursus r confunditur.

B Quare [sicut] duab⁹ massis duorum dominorum conflatis, tota massa communis est, etiam si aliquid ex prima specie separatum maneat s: ita arbor & lapis separatus à fundo, confundit ius dominij.

Illud quod est commune, quod non potest diuidi nec licitari sine proprio, in hoc iudicium non venit. Bartolus.

℣ De vestibulo t cōmuni binarum ædium u arbiter communi diuidundo inuito vtrolibet x dari non debet: quia qui de vestibulo liceri cogitur, * necesse habet * interdū totarum ædiū pretium facere, si aliàs aditum non habeat. *

C *Pro iure incorporali diuidendo, vel pro eo quod fit circa illud, hoc iudicium locum non habet. Bartolus.*

y *Nihil facit.* s. ad interrogationẽ:sed in admittenda rñsione bene facit. alioquin contra: vt.j.e.l.fi.&.ŝ.e.l.j.§.fi.

z *Qui iusto errore.* videns primum testamẽtum,in quo alius est institutus, non vltimum, in quo ipse p parte est instituto: & ita nec fuit leuis culpa.

a *Venia dignus.* cõtra ad rationem, non ad casum.ĭ.de dona.l.quidam.Sol.ibi non errabat.aliàs enim donatio non valeret, quæ ibi dicitur valere:vt.C.de dona.l.nec ignorans.Accursius.

b *Culpa.*vt puta, si fuit institutus corã tribus testibus : & ideo se hæredẽ credebat.Sed hæc videtur lata,cum sit error iuris:vt colligitur.C.de legib.& cõsti.l.leges sacratissimę.&.ĭ.de verb.signi. l.latæ. Quare dic, quòd erat testis vnus seruus, & erat testamentum nuncupatiuum : vel pupillus,cum credebatur adultus, vel liber.& secundum hoc dixit se hæredẽ.& sic mutat casum.Vel dic, negauit:vt supra,quia putauit testatorem furiosum.Accursius.

c *Proxima.*vt quia fuit lata,& fatua.credidit enim fortè se rectè institutum ab eo,qui furore detinebatur,secundum Azo.

BIU Cujas

a *Actoris.* vt ar. j. de euic. l. fundum cuius. §. fi. Et da exemplum, quòd nulla sit captio actoris, veluti si à possessore nõdum sit vsucapio impleta: vt. ẅ. de dolo. l. pen. Itẽ si prius dixit se non esse hæredem: nunc autem se hæredem dicit. sic ergo non est actoris captio, id est, damnum tunc quãdocumque pœnitet: vt hic. Si vero est captio, tũc ante litẽ contestatã pœnitet indistincte: vt hic, &. ẅ. de rei vin. l. is qui. &. l. nã si. &. l. sinautem. &. ẅ. de noxa. electio. §. neque. post litem autẽ non, vt eisdem legibus. Sed & ante litẽ non licet pœnitere: vt quãdo à certa persona proposuerat pœnitere: vt prædicta l. sinautem. vel quando alius compleuit vsucapionem: vt. ẅ. de dolo. l. pe. Itẽ post lit. contest. nõ, nisi iustus interuenerit error: vt. ẅ. proxi. §. vel nisi actoris sciẽtia: vt. j. de act. emp. l. j. in fi. &. ẅ. de peti. hære. qui se liti. vbi etiã post lit. cõtest. pœnitet. Sed nonne qui vult pœnitere post lit. cõtes. probabit se errasse? Vtique secundũ Io. puta respõdit aliquid: & ita esse probat per instrumẽta, vel per testes, quòd res aliter se habet: vt hic subiicit. sed ante non, propter verbum, maximè. Sed nonne semper ignorasse, vel erasse præsumitur: vt. C. qui mili. non pos. super seruis. in prin? Respõ. hic non: quia sua propria confessio: & sic suum factum contra eũ facit, & cõtra eum præsumitur: vt. ẅ. eod. l. j. §. j. ibi autem factũ serui rectè poterat ignorasse, qui militiã adquirebat. Sed hoc probato, si actor replicet: tu sciebas aliter, q̃ responderis: & ideo iuuari non debes: respon. hoc probabit ipse cum pœnitens probauit se errasse. Acc.

Interrogatus, an & quãdo possit pœnitere.

Hal. de iure suo

pœnitere, si nulla captio ex eius pœnitentia sit actoris[a]. Quod verissimũ mihi videt: maximè si quis postea plenius instructus quid faciat, instrumẽtis, vel epistolis amicorũ iuris sui *edoctus.

Filius ex mendacio punitur, non ex taciturnitate. Bald.

XII. PAVLVS libro septimodecimo ad Edictum.

SI filius, qui abstinuit se paterna hæreditate, in iure interrogatus, respõderit se hęredem esse, tenebitur. nam ita respondẽdo, pro hærede gessisse videtur[b]. sinautem filius, qui se abstinuit, interrogatus tacuerit: succurrendum est ei[c]: quia hunc, qui abstinuit, prætor non habet hæredis loco.

Etiam confesso non denegantur exceptiones legitimæ. Bartolus.

VExceptionibus, quæ institutis in iudicio cõtra reos[d] actionibus opponuntur: etiã is vti potest, qui ex sua responsione cõuenitur[e]: veluti pacti conuẽti, rei iudicatæ, & cæteris.

Confessionibus est standum, quibus ius vel natura non repugnat. Bartolus.

XIII. IDEM libro secundo ad Plautium.

COnfessionibus falsis respõdentes[f], ita obligantur, si eius nomine, de quo quis interrogatus sit, cũ aliquo sit actio: quia quæ cum alio actio esset, si domin' esset, in nosmet[ipsos] cõfessione nostra cõferemus[g].

Et si eum, qui in potestate patris esset, respõdissem filiũ meũ esse: ita me obligari, si ætas eius pateretur, vt filius meus esse possit: quia falsæ confessiones naturalibus conuenire[h] deberẽt. propter q̃ fiat, vt patrisfamilias nomine respondẽdo[i] nõ obliger. VEum, qui[k] patrẽfamiliàs [interrogatus] suũ esse respõderit seruum: nõ teneri noxali actione. Ac ne [quidẽ] si bona fide liber homo mihi seruiat, mecũ noxali iudicio agi potest[l]: & si actũ fuerit, manebit integra actio cũ ipso, qui admisit.

XIIII. IAVOLENVS libro nono ex Cassio.

SI is, cuius nomine noxæ iudicium acceptũ est, manẽte iudicio liber iudicatus est: reus absolui debet[m], nec quicquã interrogatio in iure facta proderit: quia eius personæ, cuius nomine quis cum alio actionẽ habet, obligationẽ transferre[n] potest[o]*in eum qui in iure suũ esse confitetur: velut alienũ seruum suũ esse confitendo. Liberi aũt hominis nomine, quia cũ alio actio non est: ne per interrogationẽ quidem, aut confessionẽ transferri poterit. quo casu eueniet, vt nõ rectè hominis liberi nomine actũ sit cum

a *Imol. in. l.* quis. in fi. hic autem delictum est, scilicet contumacia[a] si taceat, & *pe. §. ad cri-* non respondeat per contumaciam: vt. ẅ. eo. de ætate. §. qui tacuit. *mẽ. ff. de pu* Est & alia ratio: quia pro eo habetur, ac si negaret: vt. d. §. qui ta- *blic. iudi.* cuit. sed tunc veritatem fatetur, quo ad commodum, quia absti- *24. col. &* nuit, vt statim subiicit: quia &c. non ergo patitur pœnam. si au- *Alex. v. l. 1.* tem est ex aliqua parte hæres is, qui est interrogatus, & tacuit, te- *§. fi. col. pe.* netur insolidum: vt. d. §. qui tacuit. Vel dic, speciale in filio: quia *ff. si quis ius* cum prætoris beneficio sit exemptus semel: vt institu. de hære. *dicẽ. nõ ob.* quali. & diff. §. sui. noluit prætor iterum eum adstringere. & hoc *reputãt istã* est quod subiicit, quia &c. Quod autem dicitur. ẅ. e. de ętate. §. qui *glo. sing. ad* tacuit. quasi negauit &c. subaudi, se hæredem, cum esset pro parte saltem hæres, vt dixi. si vero hæres non sit, & dicit se non esse, nõ patitur pœnam. secus si taceat, secundum Azonem: & sic duobus modis intelligitur. §. qui tacuit. Vel tertio ibi tacens hæres esse poterat, sed non adiuerat: hic non poterat: quia repudiauerat. & sic sunt tres solutiones, & tres intellectus dicti. §. qui tacuit.

b *Gessisse videtur.* Sed quomodo qui semel abstinuit, erit ammodo hæres: vt. C. de repu. hære. sicut. quę est contra? Sol. hic non est hæres, sed habetur pro hærede in sui præiudicium, quo ad interrogantem, non quo ad alios: vt. j. eo. l. fi. quæ est similiter contra.

c *Succurrendum est.* primo, quia non debuit hic filius, qui abstinuerat, ex delicto obligari hæreditati. secus si non abstinuerit: licet non adierit. nam tunc secus: vt infra, de adquir. hær. §. si seruum

d *Contra reos.* scilicet veros hæredes.

e *Conuenitur.* & est ratio: quia cum interrogans habeat interrogatum loco hæredis pro se: ergo & contra se debet habere: ne sibiipsi sit contrarius: & sic repellatur: vt. j. quando ap. sit. l. ij. Et sic nota q cõfessio mea etiã mihi prodest hic per quãd cõsequentiam. Accur.

Confessionibus. CASVS. Vocaui te ad ius, & quęsiui an occidisses seruum meum, & dixisti quòd sic. certè teneris Aquil. ita demum si est occisus filiẽ ab aliquo. [ET SIEVM.] Vocaui te ad ius agendo de peculio nomine Titij, quẽ dicebam tuum filium, qui cum alius erat filius, & quæsiui à te an esset tuus filius, dixisti quòd sic. certè ita demũ tibi præiudicas, si eius natis sis tu, & ipse vtpote filiꝰ esse possit. [EVI QVI.] Volebã te conuenire de peculio nomine Titij, quem tu filium esse credebas, cum esset sui iuris. certè profitendo tu tuum, non præiudicas tibi. Si Titius debit tibi damnum, pro quo conuenis me noxaliter, credens eum seruum meũ, ego in iure interrogatus cõfiteor meum seruum. certè non præiudicat mihi cõfessio: siue erat in statu libertatis: siue seruiebat mihi bona fide. Viuianus.

f *Respondentes.* puta seruum alienũ suum esse: vt. j. eo. qui seruũ.

g *Conferemus.* alius tamen remanet obligatus, nisi soluam: & tũc etiam distinguitur: vt infra. e. l. qui seruum. Accursius.

h *Conuenire.* vt & supra, ad leg. Aquil. inde Neratius. §. fi. & l. lequen. & infra. l. proxi. in fine.

i *Respondendo.* scilicet esse filium meum, qui sui iuris est.

k *Eum qui patrem.* i. eum qui verè liber erat, & vt liber stabat.

l *Agi potest.* vt &. ẅ. de noxa. l. pe. in prin. &. l. noxali. &. j. l. prox.

SI is.] CASVS. Seruus quidam dedit mihi damnum. dictũ fuit mihi quòd Titius erat eius dominus, cum non erat. vocaui eum in iudicium: & interrogaui an esset dominus serui. & respõ. quòd sic. ago contra eum noxali. iudicio pendente iudicatus est liber, quia erat ei relicta libertas sub conditione quæ extitit. nunquid Titius quem conuenio, mihi tenetur? Et respon. quòd non, cum sit alius qui conuenitur noxali actione. & si seruus dedit mihi damnum, & vocaui te ad ius, credens te eius dominum, cũ non eras, & confessus fuisti te dominum esse eius: poteris quidem cõueniri [IN TOTVM.] Ad hoc quòd cõfessio in iure facta valeat, oportet quòd non sit contra ius, & contra naturam: aliàs nõ valet: vt supra, eo. l. confessionibus. §. & si eum. in fine. Viuianus.

m *Debet.* vt & supra, de noxa. l. penult.

n *Transferre.* impropriè ponitur, transferre. nec enim per confessionem liberatur qui tenebatur, nisi soluat: vt. j. eo. qui seruum. ponitur ergo pro conferre. & sic ponitur. ẅ. l. proxi. in prin. &. ẅ. de offi. eius cui man. est iurisd. l. fi.

o *Potest.* scilicet interrogans.

BIU Cujas

a *Qui confessus est.* vt supra.l.proxi.in princip.
b *Ius.* ius ponit propter liberum hominem:natura,propter eum qui non potest esse filius propter ætatem:vt hic,& supra.l.proxi.

Si ante.] CASVS. Seruus Titij dedit mihi damnũ.decessit dominus,& ante aditam hæredi.vocaui Męuium ad ius,& interrogaui eũ an esset eius dominus. Et respon. q̃ sic.quæritur, an teneatur, cum alterius sit. Et respon. quòd tenetur. Videtur quòd nõ:quia erat hæreditarius,& sic videbatur non habere dominum. Sed respon. q̃ hęreditas habetur loco domini. [MORTVO.] Interrogaui te an seruus talis, qui dedit mihi damnum,esset tuus. & tu respondisti quòd sic.& lit.contest. sum tecum. noxali iudicio pendente decessit seruus, ammodo quidẽ nõ teneris:quia si proprius esset tuus, & decessisset iudicio pendẽte,non tenereris. Viu.

c *Hæreditas.* vt insti. de stip.ser.in prin.
d *Confessus.* noxali cõuentus.Accursius.
e *Non teneretur.* vt & arg.j.eo. si seruus ab.in prin.j.respon. &.§.j.& §.de nox.electio. §.si is quem.&.l.penul.§.j.

Si seruus.] CASVS. Seruus tuº dedit mihi damnum, & captus fuit ab hostibus. cõuenit te noxali, & te interrogaui an eum possideas. Et respondisti q̃ sic.Certè talis respõsio tibi non nocet.Secũdo dicit, quòd si interrogaui Iudæum an possidet seruũ qui mihi dãnum dedit: & respon. quòd sic: non nocet ei talis respõsio: quia Iudæus seruum Christianum habere nõ potest.

f *Efficere.* aliàs, efficere:& aliàs,reficere.
g *Noxali actioni.* nam cum seruus damnũ dedit, non est actio cum hostibus vel commercium:nec cũ alio:quare confitens non tenenetur. Sed ar. contra, supra, fami.ercis.l.item Labeo.§.fi.&.l.sequenti. Accursius.
h *Dominium.* vt Iudæus mancipium Christianum. Vel si res fuerit vendita:ne tibi confitenti alienaretur.
i *Si seruus.Sunt.* scilicet dicentes.
k *Non esse.* cum sit.
l *Insolidum.* id est detracta noxæ deditione : vt supra, de noxa. l.si plurium.
m *Si haberent.* subaudi,& negarent. Vel verius nil subaudi : sed tamen cum haberent in potestate,& non negarent, tenetur quilibet cum noxæ deditione: nisi post litem contestatam : vt supra, de nox.si seruus.Accursius.
n *Potestate.* nec habet.Azo.
o *Vel.* pro etiam.q.d.non tantum se.

ff. Vetus.

eo, qui confessus[a] est. ⁋ In totum autem confessiones ita ratæ sunt, si id, quod in confessionem venit,& ius[b] & natura* recipere potest.

XV. POMPONIVS libro octauodecimo ad Sabinum.

SI ante aditam hæreditatem seruum hæreditarium meũ esse respondeã,teneor:quia domini loco habetur hęreditas[c]. ⁋ Mortuo seruo,quem[quis]in iure interrogatus,suum esse cõfessus[d] sit, nõ tenetur is, qui respõdit:quemadmodum si proprius eius fuisset, post mortem eius non teneretur[e].

Nota.§. quòd sicut quando fit translatio de vno tempore ad aliud, requiruntur extrema habilia : vt.l.scire.§. ex quibus causa. ita quando de persona ad personam. quod no. de quo in. l. si is qui pro emptore. de vsucapio. Bartolus.

XVI. VLPIANVS libro trigesimoseptimo ad Edictum.

SI seruus ab hostibus captus sit, de quo quis in iure interrogatus, respondit in sua potestate esse: quamuis iura postliminiorũ possint efficere[f] dubitare nos, attamen non puto locũ esse noxali actioni[g]: quia nõ est in nostra potestate. quãquam autem placet etiam eum teneri, qui alienum seruum suũ [esse]fassus esset: attamen rectissimè placuit eum demum teneri, qui suum potuit habere. Cęterùm si dominium[h] quærere non potuit, non teneri.

XVII. IDEM libro trigesimooctauo ad Edictum.

SI seruus nõ sit vnius, sed pluriũ: & omnes mentiti sunt,[i] eum in sua potestate non esse:[k] vel quidã ex illis, aut dolo fecerunt, quo minus sit in potestate : vnusquisque illorum tenebitur insolidum :[l] quemadmodũ tenerentur, si haberẽt[m] in potestate.[n] Is verò, qui nihil dolo fecerit, quo minus in potestate haberet, vel[o] non negauit: non tenebitur.

Si ille qui alium vt principalem defendit,non est soluendo:in alium actio restituitur.h.d.vel sic:Sententia lata contra vnum ex sua confessione, non liberat verum dominum. Bartolus.

XVIII. IVLIANVS libro quarto ad Vrsceium Ferocem.

QVi ex parte dimidia hęres erat: cùm [vel] absentem cohæredem suum defendere vellet, vt satisdatiõis[p] onus cuitare posset, respondit se solum hæredem esse: & condemnatus est. quærebat actor, cum ipse soluendo nõ esset, an rescisso[q] superiore iudicio, in eũ, qui reuera hæres erat, actio dari deberet. Proculus respondit, rescisso iudicio posse agi. idque est verum.

Quando non tenet iudicium, contumax in non respondendo non potest haberi pro confesso.h.d.vel breuius:Inter quos non valet iudicium,nec confessio. Bartolus.

XIX. PAPINIANVS libro octauo Quæstionum.

SI filius qui cum pro patre suo ageret, taceat interrogatus[r]: omnia perinde obseruanda erunt, ac si non esset interrogatus.

Si ex variatione personæ conuenti non variatur causa:vnius cõfessio & solutio liberat verum debitorem. secus si variatione personæ contingit variatio causæ. nisi veri debitoris nomine factum fuerit. h. d. Ponit duo dicta quæ videntur contraria:& soluit cum magna subtilitate. Bartolus.

XX. PAVLVS libro secundo Quæstionum.

QVi seruum alienũ responderit suum esse: si noxali iudicio conuentus[s] sit, dominum liberat: aliter atque si quis confessus sit se occidisse seruũ, quem† alius occidit: vel si quis responderit se hęredem. Nam his[duobus]casibus nõ liberatur, qui fecit, vel qui hæres est. Nec hæc inter se contraria sunt. Nã superiori casu ex persona serui duo [non] tenẽtur[t]:

A *Qui ex parte.*] CASVS. Titius debitor meus decessit duobus relictis hære. vocaui eos ad iudicium. vnus venit,alius non.ille qui venit,confitetur se habere solum:quia volebat cohæredem suum defendere, & sic conuentus est insolidũ:& cõdẽnatus est,cum in veritate non esset soluendo in totũ:nũquid pro alia dimidia hære. ad alium cohæredẽ qui non venit, possum habere regressum? Et respondetur quòd sic.Vi.

p *Satisdationis.* scilicet iudicatum solui : quod est etiam,secundum ius vetus si agatur in personam. Accursius.

q *Rescisso.* per in integrum restitutionem: vt dicunt quidam. Sed hoc qualiter? nõ enim liberatur alius propter huiusmodi respõsionẽ: vt infra, eo. qui seruũ. licet quandoq; liberetur facta solutione : vt ibi dicitur : nisi hoc ageretur animo nouãdi: vt.j. de solut.l.solutionẽ.& tunc nõ datur restitutio. Dic ergo,rescisso de facto : quia ex eo agi non potest propter inopiã. & ideo ita reputatur à iure, ac si nulla detur actio: vt.§. de dolo.l.nã. Vel die, rescisso, propter pactũ de non petendo factũ cum condemnato. Ac.

Si filius.] CASVS. Filius patrem ad iudicium vocauit. pater cum interrogatus esset, non respondit, sed tacuit.non nocet patri.

r *Interrogatus.* quia non est iudicium inter eos: vt supra,eo.fi sine. §.sed si seruus.Accur.

Qui seruum.] CASVS. Hæc.l. facit differentiã vtrum quis conueniatur ex serui delicto : an quasi ex suo, hoc modo:vocaui te ad ius:& quæsiui an Stichus qui fecerat mihi furtum,esset tuus seruus:vt sic noxaliter mihi tenearis.& dixisti quòd sic. & sic †*Iste tex. est* feci te condemnari: & *no. secundũ* exegi à te. quæritur an *Bal. ad hoc* Stichus liberetur : erat *quòd licet* enim alienus? Et dicit *homicidiũ* quòd sic. Et est simile *fuerit in v-* in seruo duorũ domi- *no punitũ,* norum:vt altero domi- *tamẽ alium* norũ conuento,& exa- *verũ homi-* cto, alter liberetur.at si *cidã nõ re-* quis quasi ex suo delicto vel quasi suo nomine conuenitur:vt ec- *leuat. & i-* ce:cõuenio te quasi seruũ occideris : vel quasi sis hæres debitoris *stũ tex.* dimei:& cum alius occiderit, tu confessus fuisti te occidisse : vel te *cit sing. Ia-* hæredem:licet à te exegero:nõ tamen liberatur qui vere occidit, *son in.l.* vel qui vere est hæres : quia remaneret impunitus, qui delinquit: *ror.C.de iu-* nisi fuisti confessus te occidisse, vel te hęredem volens defendere *ris & fa. i-* verum occisorem, vel verum hæredem. nam tunc liberatur, cum *gnoran. &* confiteri teneatur, vel negare. [IN IVRE.] Planus est.Viuia. *Alex. hic*

s *Conuentus.* condemnatus,& exactus:alioquin contra:vt supra, *ad Bar. qui*
eo.qui ex parte.&.l.si quis interrogatus.&.l.confessionibus.in fi. *dicit istum*
t *Non tenentur.*§. soluere insolidum:licet sint obligati insolidum. *tex.not.*

sicut in seruo communi[a] dicimus: vbi altero conuento, alter quoque liberatur. At is, qui cõfitetur se occidisse vel vulnerasse, suo nomine tenetur: nec debet impunitum esse delictum eius[b], qui fecit, propter eũ qui respondit: nisi quasi defensor[c] eius, qui admisit, vel hæredis[d] litem subiit hoc genere[e], tunc enim in factum exceptione data, summouẽdus est actor: quia ille negotiorum gestorum vel mandati actione recepturus est quod præstitit. Idem est in eo qui mãdatu hæredis hæredem se esse respondit: vel cum eum aliàs defendere vellet. In iure interrogatus[f], an fundum possideat: quæro, an respondere cogendus sit, & quota ex parte[g] fundum possideat? Respõdi, Iauolenus scribit, possessorem fundi, cogi debere respondere, quota ex parte fundum possideat: vt si minore ex parte possidere se dicat, in aliam partem, quæ non defenderetur, in possessionem actor mittatur[h]. Idem [est] etsi damni infecti caueamus[i]. Nam & hic respõdere debet, quota ex parte eius sit prædium, vt ad eam partem stipulationem accommodemus. Pœna autem non repromittentis hæc est, vt in possessionem eamus. & ideo

a *Communi.* qui alij maleficium committit: vt infra, titu. ij. l. vt tantum. §. item si seruus. Accursius.

b *Delictum eius.* vt & supra, ad leg. Aquil. ita vulneratus. circa medium. sed de eo qui se hæredem confitetur, non reddit rationẽ diuersitatis. Dic ergo, q̃ hæres suo nomine tantum tenetur: nec enim est cuius nomine teneatur. at domin⁹ nomine serui tenetur. Sed nonne exceptionẽ habet, vt hæres, is qui cõfitetur: vt supra. e. l. si filius. in fi? Respõ. ex persona actoris, non sua, tenetur. Vel hæres non habet exceptionẽ. Sed opponitur: nonne duo rei debendi obligantur suo nomine, & tenetur quisque insolidũ: & tamen vno soluente liberatur alius? sed certe ibi vterque ex eadẽ causa videtur teneri: vt. j. de duobus reis. l. iij. §. fin. Item nõne debet vnus liberari altero electo: vt. ſ. de noxa. electio. in prin? Respondeo: hic neuter istorũ habet ab altero causam. Itẽ nonne re persecuta debet repelli: vt. ſ. de eo per quẽ fac. erit. l. j. §. si plures? Respondeo: isti ex duabus causis se nõ cõtingẽtibus cõueniũtur: illi ex vna. Item nõne verus hæres debet repelere creditorẽ exceptione: soluẽre isto qui bona fide se credebat hæredẽ: vt. ſ. de peti. hær. si quid possessor? Respõdeo, imò mala fide volẽs decipere actorẽ. Acc.

c *Defensor.* sine mandato.

d *Hæredis.* scilicet ei⁹ qui deliquit.

e *Hoc genere.* id est, hoc modo: scilicet, per confessionem.

f *In iure interrogatus.* ante litem contestatam: vt nota. ſ. de rei vind. l. qui petitorio. Acc.

g *Quota ex parte.* & an possideat: vt hic quæsierat: & dicitur supra, de rei vin. l. qui petitorio. in princip. Sed contra in eo. titu. l. in speciali. Sol. ibi de domino, an sit suum non cogitur dicere: sed de possessione sic: vt hic dicitur. Accursius.

h *Mittatur.* vt & infra, ex qui. cau. in poss. ea. l. Fulcinius. §. Celsus autem.

i *Caueamus.* id est, caueri postulemus.

k *Vbicumque. Dubium.* vt si Bononiẽsis petat lectum, & nesciat cui locauit ex scholaribus. Azo. Vel sicut fit Bononiæ in præceptis. nam quæritur à debitore, an debeat, vt sic fiat ei præceptum: vt supra, de iudi. si debitori.

Procuratore.] *CASVS.* Titius multos habebat creditores, inter quos erat fiscus. procurator fisci egit pro fisco, absentibus aliis creditoribus. confessus te hære. fuisti. an præiudices tibi quãtum erat pro personis absentium? Et dicit quòd non. Viuianus.

l *Cæsaris.* qui erat iudex. Accursius.

m *Interrogante.* scilicet aduersarium, an sit hæres debitoris fisci: vt sic personali actione possit eum postea conuenire. Accursius.

n *Acceperat.* vnde liberi. & sic de iure prætorio non est hæres, nec de iure ciuili. erat enim emancipatus. item nõ erat institutus: quia tunc nuda voluntate posset esse hæres.

o *Hæredem.* ergo mentitus est, cum esset emancipatus: vt dixi. & ex delicto non debet applicari hæreditati: vt infra, de adquir. hære. l. si seruum. in fin. Azo.

p *Interrogatoria.* i. actione personali: quæ quodã modo ex interrogatione nata videtur in istũ: vt. ſ. de ætate. §. qui interrogatus.

A vere tã nata est ex cõtractu, vel negotio habito à defuncto. Acc.

q *Non posse.* & si dicas ab aliis, qui scilicet non interfuerunt interrogationibus, planum est, sed quo ad istos est pro hærede, qui interrogauerunt: vt supra, eo. si filius. quæ est contra. Et sic no. hic confessionem absente aduersario factam, non valere: vt infra, de cõfes. l. certũ. §. si quis. Itẽ nec extra ius: vt. ſ. de e. l. j. vel dic secundo, quòd etiam, quo ad interrogantes nõ est pro hærede: & loquitur de emancipato. sed illa, si de filius. de eo, qui est in potestate. Sed videtur, quòd etiam solo consensu, qui patet ex verbis confessionis, hæres efficiatur: vt infra, de adqui. hære. l. eum quæ est contra dictam proximam solutionẽ. Sed certe, & ibi dixit de his qui in potestate sunt: qui nuda voluntate fiũt hæredes de iure ciuili, etiam post repudiationem intra triennium: vt. C. de repu. hær. l. fin. Sed filius emancipatus hæres esse nõ potest, vel per prætorem, vel per suam confessionem: sed tamen est loco hæredis, si petat bonorum possessionẽ: vt infra, de bo. poſſ. iij. §. fin. & l. iiij. de hic autem bo. poſſ. petiit: ideoque sua confessio nõ valuit ei. Vel dic tertio, quòd licet Ilius in potestate ibi stinuerat. vnde respondendo se hæredem, sibi præiudicat, quãtum ad aduersarium, non quantum ad alios. Si autem nõ abstinuisset, præiudicaret sibi, quantum ad omnes: non ex vi confessionis, sed actionis, & quasi contractus. Accursius.

B

DE QVIBVS REBVS AD eundem iudicem eatur.

TITVLVS II.

In causis connexis, plures, licet diuersi fori, coguntur apud eundem iudicem litigare. Bartolus.

C

I. POMPONIVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

SI inter plures familiæ erciscũdæ agetur[r], & inter eosdem[f] cõmuni diuidundo [iudicio,] aut finiũ regũdorum[t]: eundẽ iudicẽ[u] sumendo pertinet scire, an possideat.

XXI. VLPIANVS libro vicesimo secundo ad Edictum.

VBicumque[k] iudicem æquitas mouerit, æquè oportere fieri interrogationem, dubium[k] non est.

Confessio præiudicat, quo ad personam interrogantis, non quo ad alios. hoc dicit. Vel sic: responsio facta in iudicio, non præiudicat respondenti, nisi respectu interrogantis. Bartolus.

XXII. SCAEVOLA libro quarto Digestorum.

PRocuratore Cęsaris[l] ob debitũ fiscale interrogante[m], vnus ex filiis, qui nec bonorum possessionem acceperat[n], nec hæres erat, respondit se hęredem[o] esse. an quasi interrogatoria[p] creditoribus cæteris teneatur? Respondit, ab his, qui in iure non interrogassent, [eum] ex responso suo conueniri non posse[q].

D

DE QVIBVS REBVS AD EVNDEM iudicem eatur.

Quia actio. fami. erciſc. & communi diui. & finium regun. de quibus dictum est, sunt coram vno iudice, licet à pluribus proponenda: ideo hunc titulum competenter ponit. Accursius.

Si inter plures.] *CASVS.* Sumus cohæredes, vel cõsortes, si volumus rem cõmunem diuidere: coram vno iudice, & in vno loco est agendum. nam si coram diuersis fieret, forte multis adiudicaretur idem: & alter mihi, alter tibi: & hæc eadem seruantur in iudicio finium regun. vt si ego & tu habemus agros confines: & ego coram vno ago contra te, & coram alio agitur contra me: certè non debet fieri: quia ex hoc posset esse, q̃ vnus aliter decerneret, & imponeret fines quàm alius. Viuianus.

r *Agatur.* scilicet ab vno porrecto libello contra reliquos, coram diuersis iudicibus.

s *Inter eosdem communi diuidũdo.* scilicet ab alio porrecto libello pro eisdem rebus. & sic alij familiæ erciscun. alij communi diuidun. agere volunt. vel verius ponitur, & pro aut: vt. C. de verbo. signi. l. penul. Item illud pronomen, eosdem, denotat identitatem personarum, quæ agũt apud diuersos iudices communi diuidundo, non autem repetit eos, qui agunt familiæ erciscundæ. Azo.

t *Finium regundorum.* si agatur coram diuersis iudicibus.

u *Eundem iudicem.* hoc euenit tribus rationibus. Prima, ratione coniunctionis causæ: quia consortes, & coniuncti sunt: vt hic, & C. de iudi. l. nulla. Secunda, ratione reconuentionis. nam cum quilibet est actor & reus: ergo quilibet agit & recõuenitur apud eundem ergo iudicem hoc fiat: vt hic, & C. de sen. l. cum Papinianus.

BIU Cujas

nianus. & in authen. & consequenter. & supra, de iudi. l. qui nō cogitur. Tertia, ratione absurditatis euitandæ. nam posset esse, q̄ vnus aliter adiudicaret quam alius: vel aliter de personalibus præstationibus: vel aliter fines designaret: vt hic, & ar. infra, de lib. cau. l. cognitio. §. si plures. &. l. si partem. &. l. si vsufructu. §. si mater. Accur.

a *Præterea.* innuit ratione personæ: nūc innuit ratione loci.

b *Præsentia.* id est, apud eundem iudicem: vt prædixit.

c *Potest.* id est debet. sic infra, an per alium causa appella. l. j. in fin. Et hoc fit vno, vel quibusdam de cohæredibus, vel de consortibus postulantibus. Accursius.

Cvm ex pluribus.] CASVS. Tutores habui, & vnus est insoluēdo. & alius non. quæritur il conuenio illum, qui est soluendo: & ipse conuenitus petit alios conueniri, vt sciatur quātum potuit soluere, certè cōsentiendum est. Viuianus.

d *Mittuntur.* vt sciatur inquantum sunt locupletes, vt reddant rationem omnes simul: vt supra, de edē. si quis. §. j. Accursius.

DE SERVO corrupto.

Dictum est supra, ad legem Aquil. de damno dato in rebus nostris inanimatis: & in corpore nostrorum seruorum, nunc de damno dato in animis eorum: & ita factis vitiosis. Accursius.

Vt prætor. Hic ponuntur verba ptoris, quæ plana sunt. Et consequenter omnes. ll. huius tituli sunt faciles: ideo non indigent casus positione.

e *Recepisse.* latenter sciliceṭ, & dolo malo, sciens ipsum recedere nec ab domino cum rebus: vt infra, eod. doli. Azo. & infra. l. proxi. §. quod autem.

f *In duplum.* vt simplum sit pœna: vt infra, eo. l. vt tantum. §. in hac. Accursius.

g *Non tenebitur.* id est non continebitur, vt possit agere: & hoc subiicit: quia & cætera. & sic plana. Vel dic, non tenebitur, scilicet si cum ipse corrupit eum, dolo malo, in necem alterius non fecit aliquid, cum se putaret dominum: argu. supra, de petit. hæred. si quid possessor. §. fina. sed quod subiicit, quia nec ipse & cætera. erit mala ratio, quia extraneus conuenitur, si corrumpat: non tamen agit: sed sic eam defendes, quia nec potest agere, scilicet insolidum, vt dominus agit: tamen ratione vt operarum, & damni dati non ratione proprietatis, sicut vsufructus: vt infra, eo. si quis. §. j. Cæterum si ageret serui corrupti ratione proprietatis. teneretur serui corrupti: sicut in duobus dominis euenit: vt infra, eo. si quid seruum. Sed quid si seruus bona fide seruiens tibi, alium corruperit? noxaliter teneberis: vt supra, de noxa. non solum. & infra, eod. l. doli. §. si seruus. Dixi bonæ fidei possessorem corrumpentem non teneri. secus tamen si bonæ fidei possess. vel eius seruus, damnum dederit in seruo bona fide possesso. vnde Aquilia locum habet. nam tūc, quia in. l. Aquilia etiam culpa venit, tenebitur etiam bonæ fidei possess. vt supra, ad. l. Aqui. si eo. &. l. scientiam. §. ij. & supra, de rei vin. l. non solum. & in summa de seruo corrupto. Accursius.

h *Interest.* ratione p̄prietatis. Accursius.

i *Admiserit.* vt bonæ fidei possess. agat serui corrupti insolidum ratione proprietatis, cum non sit dominus. Acc.

k *Competat.* respectu proprietatis insolidū. Accursius.

l *Absurdum.* in hoc casu, aliàs non. Duo enim socij contra tertium habent: vt infra, eo. si quis. Itē duo domini non socij ratione communis serui: vt ar. eiusdem. l. si quis. Azo.

m *Et malum.* facit. infra, de reg. iur. l. consilij. Azo.

n *Faciat deteriorem.* nisi in casu: vt Cod. de furtis. l. si quis persuaserit. quæ est contra. Sol. ibi speciale: vt ibi dicitur. Alij dicūt hoc corrigi per hoc quod ibi dicitur: quod est falsum.

o *Furtum facturus.* facit infra, de furtis. l. qui seruo. & infra, de iniur. non solum. §. Proculus. & institu. manda. §. tua gratia. Sed cōtra, infra, de verbo. signi. l. sæpe. §. fi. Solu. cū experior ex delicto, qđ ei suasit alius: vt postea propter consilium perpetratum est: adhibetur distinctio vtrū deliquens erat aliàs facturus, vel non: sed hic experior ex delicto hoc ipso, quòd delinquēs credidit suo cōsilio fieri vitiosum: vel de malo peiorem: non attēto delicto postea secuto ī persona: licet si patiar in rebus damnum, postea propter proximum præcedens consilium per consequentiam habeatur ratio. secus si ex interuallo: vt infra, eo. l. in hoc &. l. Neratius. secundum Azo.

p *Amator.* meretricum. Accursius.

q *Vel errori.* vt esset in errore, & nihil disceret. In P. Flo. erro legitur, id est, vagus.

r *Adulteraret.* id est, falsaret. Accursius.

s *Turbaret.* id est, intricaret, vel imbrigaret. Accursius.

t *Vel luxuriosum. Contumacem.* facit. j. de extraor. cri. l. in eum.

u *Stuprum perpetraret.* cum aliqua. Accursius.

x *Pateretur.* cum ipsa esset ancilla: vt infra, ad leg. Iul. de adul. cum inter liberas. Accursius.

dum. Præterea [a] quò facilius coire cohęredes, vel socij possint, in eundem locum omniū præsentia [b] fieri potest [c].*

II. PAPINIANVS libro secundo Quæstionum.

CVm ex pluribus tutoribus vnus, quòd cæteri nō sint idonei, conuenitur: postulante eo, omnes ad eundem iudicem mittuntur [d]. & hoc rescriptis principum continetur.

DE SERVO CORrupto.†

TITVLVS III.

I. VLPIANVS libro vicesimo tertio ad Edictum.

AIt prætor: *Qui seruum seruam, alienum alienam recepisse [e], persuasisseve quid ei dicetur dolo malo, quo eum eam deteriorem faceret: in eum, quanti ea res erit, in duplum [f] iudicium dabo.*

Nota, quòd dictio illa, alienum, non verificatur in persona eius, qui est bonæ fidei possessor: sed requiritur, quòd habeat verum dominium: vt hic patet, referendo istum. §. ad verba edicti. Bartolus.

Qui bona fide seruum emit, hoc edicto non tenebit [g]: quia nec ipse poterit serui corrupti agere: quia nihil eius interest [h] seruum non corrumpi. Et sanè si quis hoc admiserit [i], eueniet, vt duobus actio serui corrupti cōpetat [k]: quod est absurdū [l].

Sed nec eum, cui bona fide homo liber seruit, hanc actionem posse exercere opinamur.

Quod autem prætor ait, *recepisse*: ita accipimus, si susceperit seruū alienum ad se. Et est p̄priè recipere, refugiū absconendi causa seruo præstare, vel in suo agro, vel in alieno loco, ædificióve. Persuadere autē est plus, quam compelli, atque cogi, sibi parere. Sed † p̄suadere τῶν μέσων ἐστίν*: nam & bonum consilium quis dādo, potest suadere, & malū [m]. & ideo prætor adiecit, *dolo malo, quo eum deteriorem faceret.* Neq; enim deliquit, nisi qui tale aliquid seruo persuadet, ex quo eum faciat deteriorē [n]. Qui igitur seruum sollicitat ad aliquid, vel faciendum, vel cogitandū improbè: hic videtur hoc edicto notari. Sed vtrùm ita demum tenetur, si bonæ frugi seruum perpulit ad delinquendum, an verò & si malum hortatus est, vel malo [seruo] monstrauit, quemadmodum faceret? Et est verius, etiam si malo monstrauit, in quē modū delinqueret, teneri eū. Immo, & si erat seruus omnimodo fugiturus, vel furtum facturus [o]: hic verò laudator huius propositi extitit, tenetur. Non enim oportet laudando augeri malitiam. Siue ergo bonum seruū fecerit malum, siue malum fecerit deteriorem: corrupisse videbitur.

Is quoque deteriorem facit, qui seruo persuadet, vt iniuriā faceret vel furtum, vel fugeret, vel vt alienum seruum sollicitaret, vel vt peculium intricaret, aut amator [p] existeret, vel errori [q], * vel malis artibus esset deditus, vel in spectaculis nimius, vel seditiosus, vel si actori suasit [siue] verbis, siue p̄tio, vt rationes dominicas intercideret, [vel] adulteraret [r], vel etiam vt rationem sibi cōmissam turbaret [s]:

II. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

VEl luxuriosum, vel cōtumacem [t] fecit, quíve vt stuprum [perpetraret [u],] pateretúr [ve [x],] persuadet.

III. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum.

DOlo malo adiecto, calliditatem notat prętor eius,

* *erro Florentiæ est.*

a *Dolo malo. Et si lusus.* sic nec stipulatio per iocũ facta valet: vt infra, de actio. & oblig. l. obligationum substantia. in. fi. Acc.

b *Non tenetur.* hoc edicto. Accursius.

c *Sed cõmodius. Teneri.* scilicet quàm non teneri: vt instit. ad leg. Aquil. §. cæterum. & hoc siue fecit dolo, siue non: & sic in vtroque prædicto casu, secundum Io. Et est notandum, quia pro rebꝰ tantum non habet locum: licet animo corrupto, etiã res veniant: vt infra, si quis. §. fi. & in. l. in hoc. secundum Azo.

d *Doli. Oportere,* vt plus veritas quã opinio inspiciatur: vt infra, de iniur. l. eũ qui. §. si iniuria. & l. illud. §. fin. & supra, ad legem Aquil. scientiam. §. si meum seruum.

Veritas potius, quàm opinio inspici debet.

e *Inficiantẽ.* vt supra, ad le. Aquil. inde Neratius. §. hæc actio. Ac.

f *Nata actio.* sic est in qualibet actione causa serui quæsita: vt infra, de actio. & obliga. quæcũque. Sic & in. l. Aquil. vt supra, ad. l. Aqui. Stichum, aut Pamphilum. sic & in constituta pecunia: vt infra, de constit. pecu. l. item illa. §. adiicitur. & in aliis casibus multis, in qbus sufficit semel interfuisse: quos not. supra, si quis cau. l. qui autem. §. illud. Sed cõtra, supra, ad exhiben. l. tigni. §. fi. Sed ibi est actio scripta in rem: licet sit personalis. hoc autem in personalibus meris obtinet. Itẽ cõtra, infra, de impen. in re. do. fac. l. iiij. in fi. vbi nõ sufficit semel interfuisse. Sed ibi fauore viri, & vxoris est speciale. Accursius.

** Flo. fecerit.*

** Maius enim delinquit. Flo.*

g *Sed & hæres. Legatus.* secus in actione furti: vt infra, de furtis. l. si dominum. Ac.

h *Si quis seruũ. Teneri.* vt Iulianus: vt & supra, de communi diui. l. item quamuis. in prin. & in simplum: vt supra, fa. ercis. & puto. §. & si dolo. §. fi. & l. sequen. Sed nõ exprimit hic Iulianus, an teneatur actione serui corrupti: puto tamen eum teneri cum & dicatur eum teneri: furti: & lege Aquilia nomine rei

** iudicium. Flo.*

qui persuadet. Cæterum, si quis sine dolo [malo,] deteriorẽ fecerit, nõ notatur. & si lusus[a] gratia fecerit: non tenetur. Vnde quæritꝰ, si quis seruo alieno suaserit, in tectum ascẽdere, vel in puteum descendere, & ille parens ascenderit, vel descenderit, & ceciderit, crúsq;, vel quid aliud fregerit, vel perierit: an teneatur? Et si quidem sine dolo malo fecerit, non tenetur[b]: si dolo malo:, tenebitur.

IIII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

SEd cõmodius est vtile lege Aquilia eum teneri[c].

Nota istud principium, quòd istud verbum, dolo malo, post duo verba positum, refertur ad vtrumque. Quod valet ad statutum, quod dicit, si quis sic fecerit, & sic: & postea subnectitur, de nocte, quòd istud verbum, de nocte, refertur ad vtrũque. Bar.

V. VLPIANVS libro vicesimotertio ad Edictum.

DOli verbum, etiam ad eũ, qui recepit, referẽdum est: vt nõ alius teneatur, nisi qui dolo malo recepit. * Cæterùm, si quis vt domino custodiret, recepit, vel humanitate, vel misericordia ductꝰ, vel adprobata, atque iusta ratione, non tenebitur. ℣ Si quis dolo malo persuaserit quid seruo, quem liberum putabat: mihi videtur teneri eum oportere[d]. Magis enim delinquit, * qui liberum putãs corrumpit: & ideo si seruꝰ fuerit, tenebitur. ℣ Hæc actio etiã aduersus fatentem in duplũ est: quamuis Aquilia inficiantem[e] dũtaxat coërceat. ℣ Si seruꝰ seruáve fecisse dicetur, iudicium cum noxæ deditione redditur.

Nota de verbo futuri temporis indicatiui, quid habet denotare. de quo dixi in. l. i. supra, quod quisque iuris. Bartolus.

℣ Hæc actio refertur ad tempꝰ serui corrupti, vel recepti, non ad præsens. Et ideo & si decesserit, vel alienatꝰ sit, vel manumissus: nihilominus locum habebit [hæc] actio: nec extinguitur manumissione semel nata actio[f]:

VI. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

PRæteritæ enim vtilitatis æstimatio ĩ hoc iudicio * versatur:

VII. VLPIANVS libro vicesimotertio ad Edictum.

NAm & mali serui forsitan consequuntur libertatem: & posterior causa interdũ tribuit manumissionis iustam rationem.

VIII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

SEd & hæres eius, cuius seruꝰ corruptus est, habet hanc actionem, non solum si manserit in hæreditate seruus, sed & si exierit, fortè legatus[g].

IX. VLPIANVS libro vicesimotertio ad Edictum.

SI quis seruum communem meum & suũ corruperit: apud Iulianũ libro nono Digestorum quæritur, an hac actione teneri possit? Et ait teneri eũ socio. Præterea poterit & communi diuidundo & pro socio, si socij sint, teneri[h]: vt Iulianus ait. Sed cur deteriorem facit Iulianus conditionẽ socij, si cum socio agat, quã si cũ extraneo agit? Nã qui cũ extraneo agit, siue receperit, siue corruperit, agere potest[i]. qui [verò] cũ socio, sine alternatiõe id est si corruperit[k]: nisi fortè non putauit Iulianus, hoc cadere in sociũ[l]. nemo enim suũ recipit[m]. Sed si celandi animo recepit: potest defendi, teneri eum[n]. Si in seruo ego habeam vsumfructũ tu proprietatẽ: si quidem à me sit deterior factus, poteris mecum experiri. ° si tu id feceris, ego agere vtili actione possum. Ad omnes enim corruptelas hæc actio pertinet. Et interesse fructuarij videtur, bonæ frugi seruũ esse, in quo vsumfructũ habet. Et si forte alius eũ receperit, vel corruperit: vtilis actio fructuario[p] competit. Datur autẽ [hæc] actio, quãti ea res erit, eiꝰ dupli. Sed quæstionis est, æstimatio vtrùm eius dũtaxat fieri debeat, qđ seruus in corpore, vel in animo dãni senserit: hoc est, quãti * vilior seruꝰ factꝰ sit: an vero & cæterorũ? Et Neratius ait, tanti condemnandũ[q] corruptorem, quanti seruus ob id, quòd subreptus sit, minoris sit.

X. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

IN hoc iudicium etiam rerum æstimatio venit, quas secum seruus abstulit: quia omne damnum duplatur. Neque intererit, [an] ad eum perlatæ fuerint res, an ad alium: siue etiam consumptæ sint, [siue non.] etenim iustius est, eum teneri, qui princeps[r] fuerit delicti, quàm eum quæri, ad quem res perlatæ sunt.

XI. VLPIANVS libro vicesimotertio ad Edictum.

NEratius ait, postea[s] furta facta in æstimationem non venire: quam sententiam veram puto. Nam & verba edicti, *quanti eares erit*, omne detrimentum[t] recipiunt. ℣ [Si t] seruo persuasi, vt chirographa debitorum corrumpat, videlicet tenebor. Sed si consuetudine peccandi, postea & rationes, cæteráque similia instrumenta subtraxerit, vel interleuerit, [vel] deleuerit: dicendum erit, corruptorem horum nomine non teneri[u]. ℣ Quamuis

communis: vt infra, pro socio. sed si ex causa. §. fi damnum.

i *Agere potest.* vt supra, eo. l. j. in prin.

k *Si corruperit.* nõ autem si receperit: vt supra, eodem. l. j. in prin.

l *Cadere in socium.* scilicet, quòd dolo malo receperit, hac præsumptiõe habita à iure, nisi contra probetur: vt hic subiicit: nemo enim &c. &c. ff. pro socio. merito autem. Acc.

m *Recipit.* id est, recepisse intelligitur, dolo scilicet malo.

n *Defendi, eum.* sententia Iuli. reprobata hoc casu, cũ hoc probetur.

o *Experiri.* scilicet directa.

p *Fructuario.* sicut & vtilis Aquilia: vt. ff. de vsufruct. l. vsufructurio. & ff. ad. l. Aquil. & Mela. §. fi. Accursius.

q *Condemnandum.* licet in duplum. Acc.

r *In hoc iudicio. Prin. ceps.* No. auctore[s] delicti teneri. sic & supra, si quadru. pau. di. l. j. §. cum autem. & Co. ad. l. Iul. de vi public. vel priuat. & niam.

s *Neratius. Postea.* scilicet quia consilio fugit. Acc.

t *Detrimentum.* præsens, non futurum. Iean. Sed ar. contra. ff. quisque iur. l. iij. pr. §. Accursius.

u *Nõ teneri.* vt supra, ea. l. in prin. licet cæ

BIU Cujas

damni dederit: vt in ar. cõtra supra, ad leg. Aquil. qui occidit. §. in hac actione. in fi.

a *Res abesse.* cum seruus aliàs non erat futurus: vt infra, de fur. l. qui seruo.

b *Nõ minuit.* cõtestatione & etiã solutione facta: qa plura sunt delicta & facta: vnũ i seruum, alterum in rebus: quãquam in hac actione habeatur ratio rerum. Vel dic, hoc quãtum ad pœnã: sed quãtum ad res vna aliam tollit: vt inst. si quadrupes fe. di. §. fi. & infra, de furtis. si pignore. §. ij.

c *Iulianus scribit.* vt propter celationẽ furti, propter deteriorationem serui corrupti agi possit: vt. C. eo. l. aduersus. vt infra, de priua. deli. l. ij. §. penul.

d *Quia obligatus.* ad pœnam furti, & serui corrupti: quatenus est pœna.

e *Haec actio perpetua est.* scilicet quantum ad rem persequendam, non quo ad pœnam: vt. j. de act. & ob. l. in honorariis. Sed nunquid in hæredem perpetuo, etiã ad pœnam? Respon. non per eandem. l. in honorariis. & infra, subiicit.

f *Qui & prædo.* quia ex quo debitor est hæreditarius, dicitur possessor iuris: cuius causa tenetur petitione hæreditatis: vt supra, de peti. hære. l. pro hærede. &. l. regulariter. &. l. etiam. §. hn. &. l. seq. H.

g *Vt tantum. Actionem.* scilicet duplum: quia hæc prima & originalis natura est huius actionis. aliàs secus: vt in. l. Aquil. vt ã. de pet. hære. itẽ veniunt. §. cum prædixim⁹.

h *Nostro esset.* scilicet, seruus.

i *Vtilis.* ſ. de æquitate.

k *Officio iudicis æstimãda.* æstimat enim interesse actoris, scilicet ratione operarũ & cõmodi, quod habuisset æstimando: vt supra, ad leg. Aquil. quaactione. non autem affectionis. Vel verius dic, etiã affectionis rationem haberi. & dabit super hoc iudex sacramentum actori: cum taxatione tamen: vt instit. de iniu. §. pœna. & infra, de custo. reo. l. si quis. & ifra, de iniur. l. constitutionibus. §. j. nam & aliàs in stricti iuris iudiciis habetur ratio affectionis: vt supra, de oper. ser. l. fin. & vt fit institu. de oblig. quæ ex delic. §. interdum.

l *Non posse agi.* serui corrupti noxali: sed & socio, vel communi diuidundo vel fami erciscundæ. vt supra, fami. erciscun. l. & puto. §. fi. & supra, ad leg. Aquil. si seruus seruũ. §. j. & supra, de noxa. l. cum seruus. Acc.

m *Liberari.* vt & supra, de interrog. actio. l. qui seruum. in princ.

n *Pignori dati.* scilicet, serui. Azo.

o *Actionem habet.* si ipse corruptus fuerit: vt in actione legis Aquiliæ: vt supra, ad leg. Aquil. l. si seruus seruũ. in princ. &. l. qui occidit. §. j. Accursius.

p *Ex conducto.* immo videtur me de iure nõ teneri ex conducto: vt infra, loc. l. si domũ. §. si hominem. Sed distingue vt ibi notauimus. Accursius.

q *Talia.* scilicet facta. idem iuris statuendum est: vt si commodaui, vel qd simile feci. Acc.

r *Non expediat.* ei cuius erat: expedit tamen alteri habere: alioquin etiam si seruũ retineat dominus eius: tamẽ totius consequeretur æstimationem: quod infra negatur.

s *Seruum habere.* quæritur ergo tunc vtrum & cætera.

t *Serui.* ſ. nomine.

u *Cedere autem.* scilicet debet. Ioan. ad cõmodũ sollicitatoris: vt scilicet in eum transferantur. Accursius.

x *Actionibus.* scilicet competentibus.

y *Homine.* scilicet seruo: & manente eiusdẽ: quid autem &c.

z *Agitur.* contra corruptorem, vt restituat pretium serui.

a *Noluerat.* propter vtilitatem. Azo.

b *Et libertũ.* hæc enim duo habere nõ debet: vt. j. de actio. empt. l. idẽque. §. fi. Sed arg. cõtra. j. de præscri. ver. l. naturalis. §. fi. fiat ergo æstimatio dãni, quanti erat inutilior: vt. ſ. eo. doli. in fi. &. ſ. pxi. §. & infra. l. dominus. Ac.

c *Corrũpitur. Cõtẽnat.* & ideo hęc actio locũ habet. vt & supra, eod.

* *Flo. pil. gnoris*

* *Flo. ei⁹ de dominio*

* *Flo. quod*

* *Flo. agatur, non*

* *Flo. contemneret*

¶ Quamuis autem rerum subtractarum nomine, serui corrupti competat actio: tamen & furti agere possum⁹. Ope enim consilio sollicitatoris videntur res abesse[a]. Nec sufficiet alterutra actione egisse: quia altera alteram non minuit[b]. Idem & in eo, qui seruum recepit, & celauit, & deteriorem fecit, Iulianus scribit[c]. Sunt enim diuersa maleficia, furis, & eius, qui deteriorem seruum facit. Hoc amplius, & condictionis nomine tenebitur. Quamuis enim cõdictione hominem, pœnam autem furti actione consecut⁹ sit: tamen & quod interest, debebit consequi actione serui corrupti:

XII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

QVia manet reus obligat⁹[d] etiam rebus redditis.

XIII. VLPIANVS libro vicesimotertio ad Edictum.

HAec actio perpetua est[e], non temporaria: & hæredi, cęterisque successoribus cõpetit. In hæredem [autem] non dabitur: quia pœnalis est. ¶ Sed & si quis seruum hęreditarium corruperit: hac actione tenebitur. Sed & petitione hæreditatis, quasi prædo[f], tenebitur:

XIIII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

VT tantum veniat[g] in hæreditatis petitionem, quãtum in hanc actionem[g]. ¶ De filio filiáve familias corruptis, huic edicto locus non est: quia serui corrupti constituta [hæc] actio est, qui in patrimonio nostro[h] esset. & pauperiorẽ se factum esse domin⁹ probare potest, dignitate & fama domus integra [ei] manente, sed vtilis[i] competit, officio iudicis[k] æstimanda: quoniam interest nostra animum liberorũ nostrorum non corrumpi. ¶ Si seruus communis meus & tuus proprium meum seruum corruperit, Sabinus [ait,] non posse agi[l] cũ socio, perinde atque si proprius meus seruus corrupisset conseruum. Item si seruus cõmunis extraneum corruperit: videndum est, vtrùm cum duobus agi debeat, an & cum singulis: exemplo cæterarum noxarum? Et magis est, vt vnusquisque insolidum teneatur: altero autem soluente, alterũ liberari. [m] ¶ Si is, in quo vsumfructum habeo, seruum meum corruperit: erit mihi actio cum domino proprietatis. Pignori* dati[n] nomine debitor habet[o] hanc actionem. ¶ In hac actione non extra rem duplũ est. id enim, quod damni datũ est, duplatur.

Nota quod damnum, quod patitur dominus propter delictum serui, dicitur esse interesse intrinsecũ: quod patet ex hoc verbo iuncto cũ præcedenti. Bartolus.

¶ His cõsequenter & illud probatur, vt si seruo meo persuaseris, vt Titio furtum faciat: non solum in id teneris quo deterior seruus effectus est, sed & in id, quod Titio præstatur⁹ sim. ¶ Item non solum si mihi damnum dederit consilio tuo, sed etiam si extraneo: eo quoque nomine mihi teneris, quòd ego lege Aquilia obnoxius sim. Aut si ex conducto[p] teneor alicui, quod ei seruum locaui, & propter te deterior fact⁹ sit: teneberis & hoc nomine, & si qua talia[q] sint. ¶ Aestimatio autẽ habetur in hac actione, quãti seruus vilior factus sit: quod officio iudicis expedietur. Interdum tamen & [si sic] inutilis sit, vt non expediat[r] talem seruũ habere[s]. Vtrũ ergo & pretium cogitur dare sollicitator, & seruum dominus lucrifaciat: an verò cogi debet dominus restituere seruum, & pretium serui[t] accipere? Et verius est, electionem domino dari, siue seruum detinere cupit, & damnum, quanti deterior seruus factus est, in duplum accipere: vel seruo restituto, si copiam huius rei habeat, pretium consequi. quòd si non habeat, pretium quidem simili modo accipere debet: cedere autem[u] sollicitatori piculo eiusdẽ domin⁹* serui actionib⁹[x]. Quod tamen de restitutione hominis dicitur, tunc locum habet, cũ [de] viuo homine[y] agitur[z]. Quid* autem si [de] manumisso eo agatur? Nõ* facilè apud iudicem audietur, dicẽdo ideo se manumisisse, quoniam habere noluerat[a] domi: vt & pretiũ habeat, & libertum[b].

XV. GAIVS libro sexto ad Edictum Prouinciale.

COrrumpitur animus serui, & si persuadetur ei, vt dominum contemnat[c] *.

co.l.j.ĩ fine.& extra ordinẽ punitur.vt.j. de extraordi.cri.l.in eũ.

a *Dominus seruum.* scilicet rationis.

b *Posse.* licet sit liber factus: vt & supra,eo.doli.§.fin.

c *Serui corrupti. Simplum.* quia constante matrimonio pœnalis actio non datur:vt.C. rerum amo.l.ij.non ergo infamat.

DE [SERVIS] fugitiuis.

Fugitiuus seruus,& erro, differunt.

Corruptione seruorum facta,contingit eos fugere.vnde apponit de fugitiuis. Est autẽ fugitiuus, qui eo animo recedit, vt nunquam redeat. Erro, qui animo redeundi quãdoque: vt infra, de ædil. edi.l.quis sit fugi.in prin. &.§. erronem.vel aliter, quia corrumpitur animus serui,vt fugitiuus fiat,vel aleator: ideo de his suppo nit per ordinẽ. Accursius.

d *Is qui. Fur est.* Vt & supra,ti tu. j. Neratius.§.fin.Est autem celare, quod velis ignorare eum ad quem ea res pertinet, alicuius tui emolumenti causa.

†*Cõtra hoc senatusconsultum est, quod dominus iubet Deut. cap. 23. Nõ trades seruum domino suo, qui ad te cõfugerit: habitabit tecũ in loco qui ei placuerit, & in vna vrbiũ tuarum requiescet, ne cõtristes eũ.*

tenetur etiam lege Flauia criminaliter: vt infra, ad legem Flaui. de pla.l. non statim.§. lege.& quandoq;.l.Cor. de sic.vt quando quis celat seruum facinorosæ familiæ, de morte domini: vt ĩfra,ad Syl. l.iij.§. si quis quemquã eorum.

e *Senatus.* cuius nomen non habemus.

f *Villicis.* id est castaldionibus.

g *Procuratoribus.* scilicet, generalibus.

h *Multam.* id est, pœnam.

i *Statuit.* vt eum cum alio reddat pro vna celatione: p duab⁹ duos, & sic deiceps: vt. C.eo. l.quicunque.secundum quosdã. tu dic melius, quòd loquitur hic de pœna centum solidorum, quæ fisco datur: vt infra,statim ibi,mul cta enim &c.C.de mo. mul.l.fina.& hæc à lege potest remitti: vt hic.alia est, quæ homini debetur:quę non sic facilè remittitur actori: vt argu. supra, de arbi.l.Celsus.Accur.

k *Actum.* id est,de delicto facto, antequam fuisset factum hoc senatusconsultum. at in sequenti versu cauetur de his, qui post edictum occultabunt. Itẽ hic in primo edicto cauetur de his, qui exhibuerunt:in sequenti de his, qui tradiderunt. Accursius.

**Etiã generali epistola diuorũ Mar.& Commodi qua declaratur &c.*

l *Præstituta.* computanda posteaquam &c.

m *Tempora.* scilicet, viginti dierum. Accursius.

XVI. ALFENVS VARVS libro secundo Digestorum.

DOminus seruum[a] dispensatorem manumisit.postea rationes ab eo accepit: & cum [de]eis non constaret, comperit apud quandam mulierculam pecuniã eum consumpsisse.quærebatur, posśetne agere serui corrupti,cũ ea muliere, cũ is seruus iam liber esset? Respõdi posse[b].sed etiã furti de pecuniis quas seru⁹ ad eã detulisset.

XVII. MARCIANVS libro quarto Regularum.

SErui corrupti nomine, & constante matrimonio,marito in mulierẽ datur actio: sed fauore nuptiarũ in simplum[c].

DE [SERVIS] FVgitiuis.

TITVLVS IIII.

I. VLPIANVS libro primo ad Edictum.

IS qui fugitiuum celauit,fur est[d]. Senatus[e] censuit, ne fugitiui admittantur in saltus, neque protegantur à villicis[f] vel procuratoribus[g] possessorũ: & multã[h] statuit[i]. His autẽ,qui intra vigĩti dies fugitiuos,vel dominis reddidisśet, vel apud magistratus exhibuissent: veniã in ante actũ[k] dedit.Sed & deiceps eodem senatusconsulto ĩpunitas datur ei,qui intra præstituta[l] tẽpora[m],quàm reperit fugitiuos in agro suo,domino, vel magistratib⁹ tradiderit.ℳHoc autem senatusconsultum aditum etiã dedit militi, vel pagano,ad inuestigandũ fugitiuum, in prædia[n], senatorum, vel paganorum.Cui rei etiã lex Fauia prospexerat, & senatusconsultum Modesto consule[o] factum: vt fugitiuos inquirere volẽtibus, literæ ad magistratus dentur[p]: multa[q] etiam centum solidorũ in magistratus statuta, si literis acceptis, inquirentes non adiuuent.ℳSed & in eũ, qui quæri apud se prohibuit,eadẽ pœna statuta[est.]*Est etiã generalis epistola diuorum, Marci & Cõmodi,qua declaratur & prę sides,& magistratus,& milites

n *In prædia.* a non autem sic fit rei furtiuæ requisitio: vt infra hic speciale in fugitiuis.

o *Consule.* scilicet, existente.

p *Dentur.* scilicet, à præsidibus, quas dirigent magistratibus, vt facultatẽ seruorum inuestigandorum præstari faciant: vt Cod. eodem.l.ij.

q *Multa.* est ergo fisco applicanda, ex quo dicitur multat: vt Cod. de mo.mul.l.mul tarum. Est & alia in suscipientem: quæ datur actori: vt. C. eodem. l. quicunque.& Cod.de agri.& cens. l.seruos.libro xij.

r *Delitescant.* i. lateãt.

s *Contingantur.* id est, deliquerunt.vel id est inueniantur.

t *Vnusquisque eorum.* scilicet priuatorũ. Ac.

u *Apprehendit.* quod si apprehendere nolluit? Videtur quòd non teneatur.

x *Erro sit.* de quo dixi supra,in rubri.

y *Non contineri.* hoc ipso. Accursius.

z *In publicum.* alias, Labeo scribit, in publicum &c. alias lex.

a *Publicis.* not.sic ĩ fra, de tab. exhibe. iij. §. exhibere.

b *Ministeriis.* id est, ministris. Accursius.

c *Permittit.* Nota quod diligenter cubdit qui ligat.& quod dicit diligẽter eorum, id est, horum veriorum significatio.

d *Custodiuntur.* à magistratibus. Accursius.

e *Deferantur.* id est significentur, vel nuntientur magistratibus dominis seruorum notæ, & nomina eorum: vel etiam publice domui dicant, vel proscribant: vt sic in notitia sit iudicis, quòd sit seruus. Vel dic, à seruis hæc quærenda per magistratus, vt referant superiori.

f *Fugitiui simplices.* id est,qui se liberos non dicunt. Acc.

g *Solent.* vt.C.eo.l.v. §.fi.&.l.cum seruum.

h *Iuus. Eum.* alias incipit, diuus.& aliàs, eum.& concordat cũ hac.l.ẽ.eo.l.j.§.fi. hoc autem senatus.Ac.

i *Daturũ.* scilicet præsidem ad magistratus.

k *Quoque.* scilicet da turum.

l *Imenarcha.* Isti sunt qui præsunt

stationarios,dominũ adiuuare debere[in] inquirendis fugitiuis: & vt inuẽtos reddãt*:& vt hi,apud quos delitescant[r], puniãtur,si crimine cõtingãtur[s].ℳVnusquisque eorũ[t],qui fugitiuum adprehẽdit[u],in publicũ deducere debet. Et merito monẽtur magistratus, eos diligenter custodire,ne euadãt.ℳFugitiuũ accipe, & si quis erro sit[x]. Fugitiui autẽ appellatione ex fugitiua natũ non contineri[y], Labeo libro primo ad edictũ scribit.ℳIn publicũ[z] deduci intelliguntur, qui magistratibus municipalibus traditi sunt, vel publicis[a] ministeriis[b].ℳDiligens custodia etiã vincire permittit[c]. Tandiu autem custodiuntur[d], quãdiu ad præfectũ vigilũ,vel ad præsidẽ[prouinciæ]deducãtur. Eorũq; nomina,& notæ,& cuius se[seruum] quis esse dicat, ad magistratus deferãtur[e], vt facilè adgnosci, & percipi fugitiui possint. Notæ autem verbo, etiã cicatrices continentur. Idem iuris est, si hæc in scriptis publicè, vel in ædes proponantur.*

II. CALLISTRATVS libro sexto Cognitionum.

FVgitiui[f] simplices dominis reddendi sunt.Sed si pro liberis*se gesserint: grauius coërceri solent[g].

III. VLPIANVS libro septimo de Officio Proconsulis.

DIuus Pius rescripsit, eum[h] qui fugitiuũ vult requirere in prędiis alienis, posse adire præsidẽ, literas ei daturũ[i]: & si ita res exegerit, apparitorẽ quoque[k],vt ei permittatur ingredi, & inquirere: & pœnam eũdem prędsidem in eũ constituere,qui inquiri non permiserit. Sed & diuus Marcus oratione, quã in senatu recitauit,facultatem dedit ingrediendi, tam[in]Cæsaris, quàm senatorũ & paganorum prædia,volentibus fugitiuos inquirere:scrutaríque cubilia atque vestigia occultantiũ.

IIII. PAVLVS libro primo Sententiarum.

LImenarchę[l] & stationarij fugitiuos deprehensos,re-

militibus custodiẽtibus ĩperij limina cõtra hostes:vt &.C.de lib. cau.l.nõ idcirco.Itẽ dicitur irenarcha:vt.j.de custo.re.diuus.Ac.

BIU Cujas

a *Si in harenam.* Nunc incipit respondere.
b *Tantum sibi.* non alij.
c *Euitare.* sic & supra de sta.ho. si seruus.
d *Reddere.* quemlibet.
e *Pugnam.* destinatam.
f *Inquisitionem.* domini scilicet.

DE ALEATORIBVS.

Sicut fugitiuum esse, vitium est seruorum: ita aleatorem esse, & seruorum, & liberorum est vitium: infra, de adil. edict. adiles etiã. §. Pedius. & ideo de his supponit. Azo.

B *Rator. Lusum esse.* causa sui emolumenti, & ex consuetudine, aliter non: secundum Io. sicut & in caupone dicitur: vt supra, nau. caup. l. j. §. caupo.
h *Subtractum.* quod erat eius apud quem ludebatur.
i *Animaduertam.* an iustus fuerit metus, qui in constantem caderet, vel non. & hoc exponitur. j. ea. l. §. fin. & ij.
k *Quamuis.* non ponitur correctiue, sicut nec illud supra, ad exhi ben. l. tigni. §. si quis cũ iudicij. P. contra. & est pro eo insti. de excu. tut. §. hi qui. & infra, de excu. tut. l. athletæ. §. fi.
l *Vbicunque.* vbi ludant. Accursius.
m *Quandocunque.* ludi tamen occasione: vt quia malos dicebatur accómodasse denarios: vel malum vinum lusoribus propinasse dicitur: sic enim dicitur, si quis eum apud quem &c. Si autem non illa occasione contingat, agere potest. alioquin deposito etiam illo officio impediretur agere. quod esset iniquum.
n *Et eo tempore.* si vero alio tempore, vel loco fiat: agi potest.
o *Fuerit.* qui fecit furtum, vel dic, qui tenet ludum.
p *Fecerit.* aliquis.
q *Domum.* vt & aliàs instit. de iur. §. domũ. & infra, de adul. l. qui domum. & l. nec in ea re. §. sed domus.
r *Simpliciter.* generaliter ergo verbum prolatum, generaliter accipitur: vt & diximus supra, de ser. vrba. prædi. l. si seruitus. Item vbi lex non distinguit, nec nos: vt diximus supra, de offi. præsi. l. iij. si omnis actio sibi denegatur, multo magis ei denegabitur actio, si credat aleatoribus pecuniam. nam quod dicitur infra, eo. l. fin. §. j. locum habet in alio creditore, non in aleatore. alius enim repetit, vt ibi: & diximus supra, de mino. l. quòd si minor. §. fin.

ctè in custodia retinent. Magistratus municipales ad officium præsidis prouinciæ, vel proconsulis comprehensos fugitiuos rectè transmittunt.

V. TRYPHONINVS libro primo Disputationum.

SI in harenam[a] fugitiuus seruus se dederit: ne isto quidem periculo discriminis vitæ, [quod] tantum sibi[b] irrogat, * potestatem domini euitare[c] poterit. Nam diuus Pius rescripsit, omnimodo eos dominis suis reddere[d], siue ante pugnam[e] ad bestias: siue post pugnam: quoniam interdum, aut pecunia interuersa, aut cõmisso aliquo maiore maleficio, ad fugiendam inquisitionem[f], vel iustitiam animaduersionis, in harenam se dare mallent. reddi ergo eos oportet.

DE ALEATORIBVS.
TITVLVS V.

Nota, quòd ab isto titulo, vsque ad titulum si certum peta. doctores nõ curauerunt summare leges: quia seipsas summant: nec indigent summariis. Bartolus.

I. VLPIANVS libro vicesimotertio ad Edictum.

PRætor ait: *Si quis eum, apud quem aleæ lusum esse*[g] *dicetur, verberauerit: damnúmve ei dederit: siue quid eo tempore dolo* eius subtractum*[h] erit: *iudicium non dabo. In eum, qui aleæ ludendæ causa vim intulerit, vti quæque res erit, animaduertam*[i]. ℣ Si rapinas fecerint inter se collusores, vi bonorum raptorum non denegabitur actio. Susceptorem enim dumtaxat prohibuit vindicari, non & collusores: quamuis[k] & hi indigni videantur. ℣ Item notandum, quòd [prætor] susceptorem verberatum quidẽ, & damnũ passum, vbicunque[l] & quandocumque[m], non vindicat: verum furtum factum domi, & eo tempore[n], quo alea ludebatur, licet lusor non fuerit[o], quidquid eorum fecerit[p], impunè sit. Domum[q] autem pro habitatione & domicilio nos accipere debere certum est. ℣ Quod autem prætor negat se furti actionem daturum, videamus, vtrum ad pœnalem actionem solam pertineat: an & si ad exhibendũ velit agere, vel vindicare, vel condicere? Et est relatũ apud Pomponium solummodo pœnalem actionẽ denegatã. quod non puto verum. prętor enim simpliciter[r] ait: *Si quid subtractum erit*, iudicium non dabo.

In eum (inquit) *qui aleæ ludendæ causa vim intulerit: vti quæque res erit, animaduertam.* Hæc clausula pertinet ad animaduersionẽ eius, qui compulit[f] ludere, vt aut multa multetur: aut in latumias[t], * vel in vincula publica ducatur:

II. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

SOlent enim quidam & cogere ad lusum, vel ab initio, vel victi, dum retinent[u]. Senatusconsultũ vetuit in pecuniam ludere, præterquam, si quis certet hasta, vel pilo iaciendo, vel currendo, saliendo, luctando, pugnando: quod virtutis causa[x] fiat.

III. MARTIANVS libro quinto Regularum.

QVibus * rebus ex lege Titia & Publicia & Cornelia etiã sponsionem[y] facere licet: sed ex aliis, vbi pro virtute certamen non fit, non licet.

IIII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

QVod in conuiuio[z] vescendi causa ponitur, in eam rẽ familia ludere permittitur[a]. ℣ Si seruus, vel filiusfamiliâs victus fuerit: patri, vel domino cõpetit repetitio[b]. Itẽ si seruus acceperit pecuniam[c]: dabitur in dominum de peculio actio, non noxalis: quia ex negotio[d] gesto agitur: sed non amplius cogendus est[e] præstare quàm id, quod ex ea re in peculio sit. ℣ Aduersus[f] parentes & patronos repetitio eius,

A f *Compulit.* siue sit lusor: siue qui ludum tenet.
t *Latumias.* id est loca latentia. carcer enim est: quia ibi latitant.
u *Solent. Dum retinent.* adhuc aliquid. Accursius.
x *Virtutis causa.* id est fortitudinis: vt in aut. vt omnes obed. iu. in prin. colla. vij. Sic ergo nota, quòd causa virtutis quædam permittuntur, quę aliàs non permitterentur: vt supra, ad. l. Aquil. qua actione. §. si quis in colluctatione. & de postu. l. j. §. quòd si depugnauerit. Accursius. *Virtutis causa sa permitti tur quod alias non.*
y *Vibus rebus. Spõsionem.* vt &. j. de præscrip. ver. l. si rẽ tibi. §. si quis sponsionis. Accursius.
z *Vod in conuiuio.* id est in mensa.
a *Permittitur.* vt si pauciora puncta habueris, amittas portionem tuam: sic vt ex pecunia quam vnus, vel plures amiserint, eman tur aliqua, vt vescantur communiter. Azo.
b *Repetitio.* scilicet, pecuniæ amissæ.
c *Acceperit pecuniam.* mutuam, vt ludatur in alea ab alio: non ab illo qui tenet ludum. Accursius. *Flo. latumias*
d *Quia ex negotio.* bona ratio: vt. ff. de his, qui deie. vel effu. l. j. §. si filius. Sed contra infra, titu. j. si duobus. §. fin. Sed ibi speciale in seruo mensore.
e *Cogendus est.* scilicet præstare quàm &c. Et sic not. quòd actio de peculio non datur, nisi in quantum est locuple tatum: vt hic, & infra, de pecul. l. j. §. si cũ impubere. & l. iij. §. ex cau sa. & facit infra, de insti tu. eatenus. &. l. si quis man. §. Proculus. *Flo. in quibus*
f *Aduersus.* pone casum. Lusi cum filio, vel seruo tuo: manumisisti, vel emancipasti, retento quod mecum luserat & vicerat. repetã à te. Vel sic: Lusi etiam cum filio tuo, vel seruo quódam: & post manumissionem, vel emãcipationé: & quid peruenit ad te. teneris quidem: vt infra, de vi & vi ar. l. j. §. si filius, vel mercenarij. & hoc vtili actione in factum ex hoc edicto, vel titulo: vt hic subiicit. patet ergo ex prædictis, quòd amissum in ludo prohibito, repetitur. Sed contra videtur cp nó, quia mea turpitudo mihi repetenti obstat. Sed certe illa inspectio locũ habet in condictione ob turpem causam, cum dedi, vt aliquid turpe facias. sed si dedi contrahendo: vbi lex talem contractum prohiberet, contra est: vt hic, &. C. de agri. & cen. quemadmodum. hic enim videtur pacisci, vt meliora puncta habens vincat. Ex Græca autem constitutione, *Casum ponit.*

BIU Cujas

stitutione, quam quidam habent: vt. C. eo. l. fin. determinatum est expresse, quòd vsque ad quinquaginta annos[a] detur repetitio. Item nō obstat infra quarum rerum actio non da. si filio. §. si alea. Sed certe ibi venditio non erat prohibita, sed ludus. loquuntur autem supradicta: cum res ludo amittitur. quod autem venditur, non amittitur: nec agitur de euictione: quia cum suo periculo rem emisse videt. sed P. ait non dari repetitionem ei[a], quod ludo est amissum: quia licet sit prohibitū ludere: non tamen est perpetuo prohibitum. quandoque enim permittitur: vt. ſ. eo. l. solent. in fi. & l. ſe. & in hac. l. ſi princ. & hoc intelligitur cum filio[a], vel seruus amittit. & sic cō iunge finem & prin.

a No. glo. quòd ludēs ad taxillos, ſi perdiderit aliquid: poteſt illud repetere vſque ad quinquagīta annos. hoc addito quòd poteſt auferre, vel furari id quod amiſit in eo ludo vel æquina lens. l. 1. eo. ita voluit Io. An. in no. in. c. vbi periculū. de elec. in. 6.

SI MENSOR &c. *Quia in actione finiū regundorum neceſſarium eſt menſorem adhiberi, & in aliis quibuſdam: vt. j. eo. l. 1. in prin. & l. pen. & ſi. ideo ſupponit, quid iuris ſit, ſi menſor dixerit falſum modū. Accurſius.*

†*Mod⁹ ſpatiū ſignificat, vt Iulius Paulus & Aggenus interpretantur.*

a *Duerſus. Cuius modi.* i. quātæ mēſurę. Azo.

b *Honorarium.* quod ius in aduocato multo magis dicetur: vtpote, cum multo dignius est eius officium. sunt ergo facta quædam quæ non dicuntur locari, vt dictum est. & aliud est: puta, do tibi pecuniā,

**malus ſolus cōuenitur ei⁹ &c. Flo* vt seruum tuum manumittas: vt infra de prēscrip. ver. l. naturalis. §. at cum do.

c *Ex locato.* actione locati, & eius causa expressa.

d *Nec tenere.* sic nec cautio præstita actori, vna actione committitur, ſi altera agat: vt. j. iudi. ſol. l. cum quærebatur. ī fin. ſi ergo b nō tenet intentio propter actionē ineptā: nūquid redire potest actor ad proponendum aptam? Respō. sic: sicut & vbi agitur ante diē, vel cō dit. vt. j. de pigno. l. Græce. §. fi. & de redhi. l. bouem. §. fi. & de excu. tut. ſi is qui tres. & l. cum ex oratione. Itē, quare non datur mandati actio: vt infra, mā. ſi remunerandi. in prin? Reſpon. ideo quia talia plerumque fiunt mercede, vt hic ſubiicit proxi. §. & ſupra fini. regun. l. ſed & loci. §. j. Item nunquid iudex in ſententia debet inſerere cauſam, quia actionem ineptam propoſuiſti? Dico quòd ſic, ne ius ſuum actori pereat: vt argu. C. de iudi. l. properandum. §. illo. Quid autē ſi nō propoſuit iudex? Reſpon. non nocet, eum nunc proponit aliā cauſam agendi: vt infra, de exce. rei iudi. l. & an eadem. vel dic, abſolui ab obſeruatione iudicij. Accurſius.

**Flo. & mercede b Facit iſta glo. iuncto tex. qualiter libellus ineptus, & male conceptus, debet à iudice reici: immo debet eū lacerare. iſtā glo. alleg. Alexā. & Bar. in. l. 1. ſ. de offi. aſſeſ. & ibi per eum remiſſiue ad iſtud propoſitum.*

quòd in alea luſum eſt, vtilis ex hoc edicto danda eſt.

SI MENSOR FALSVM modum dixerit.

TITVLVS VI.

I. VLPIANVS libro viceſimoquarto ad Edictum.

ADuerſus mēſorem agrorum prætor in factū actionē proposuit: à quo falli nos non oportet. Nam interest nostra, ne fallamur in modi renuntiatione, ſi fortè vel de finibus contentio ſit: vel emptor ſcire velit, vel vēditor, cuiuſmodi[a] ager veneat.

Ideo autē hanc actionē proposuit, quia non crediderunt veteres inter tales perſonas* locationem, & cōductionē esse, sed magis operā beneficij loco præberi: & id, quod datur ei, ad remunerandū dari, & inde honorarium[b] appellari. Si autē ex locato[c] & cōducto fuerit actū: dicendū erit, nec tenere[d] intentionē. ℣ Hæc actio dolū malū dūtaxat exigit. Viſum est enim, ſatis abundēq; coērceri menſorē, ſi dolus* mal⁹ puniatur eius hominis, qui ciuiliter obligatus nō est. Proinde ſi imperitè verſatus est, ſibi imputare[e] debet, qui eum adhibuit. Sed & ſi negligēter, æquè menſor ſecurus erit. Lata culpa planè dolo cōparabitur[f]. Sed & ſi mercedem accepit: nō omnē culpā eū prēſtare, propter verba edicti[g]. Vtique enim ſcit prætor, & ob mercedē[h] * eos interuenire. ℣ Is autē tenetur hac actione, qui renuntiauit[i]. Sed renuntiaſſe & eū accipere debemus, qui per alium[k] renuntiauit,

II. PAVLVS libro viceſimoquinto ad Edictum.

VEl per literas[l]. Sed ſi ego tibi, cū esses mēſor, manda uerim, vt mēſurā agri ageres: & tu id Titio delegaueris: & ille dolo malo quid in ea re fecerit: tu teneberis: quia dolo malo verſat⁹ es, qui tali homini[m] credidiſti.

III. VLPIANVS libro viceſimoquarto ad Edictum.

SI duobus mandauero[n], & ambo doloſe fecerint: aduersus ſingulos in ſolidū agi poterit. ſed altero conuēto, ſi ſatisfecerit, in alterū actionē denegari oportebit. ℣ Cōpetit autem hæc actio ei, cuius interfuit falſum modum renuntiatū non esse: hoc est, vel emptori, vel venditori, cui renuntiatio obfuit. Pōponius tamē ſcribit, ſi emptor plus dederit[o] venditori propter renuntiationem: quia condicere poteſt, ꝙ plus dedit: agi cū menſore nō posse: nihil enim emptoris intereſſe, cū posſit condicere: niſi ſoluendo venditor non fuit[p]. tunc enim menſor tenebitur. ℣ Sed ſi vēditor maiorē modū tradiderit, fraudatus[q] à mēſore: conſequenter dicit Pomponius, non esse actionem aduersus menſorem: quia est ex vendito actio aduersus emptorem: niſi & hic emptor ſoluendo non ſit. ℣ Idē Pomponius ſcribit, ſi propter iudiciū adhibit⁹ [r] menſor, fraudauerit me in renuntiatione, teneri eū, ſi ob hoc de iudicio minus tuli. Planè ſi à iudice adhibitus [menſor,] contra me renuntiauerit dolo malo, dubitat, an teneri mihi debeat. ꝙ magis admittit. ℣ Hanc actionē hæredi ſimilibúsq; perſonis dā dā Pōponius ſcribit: ſed in hæredem ſimilésq; perſonas dene gandā[s] ait. ℣ Serui[t] autem nomine magis noxalem, * quàm de peculio[u] cōpetere ait: quā-

a *No. glo. quòd ludēs ad taxillos, ſi perdiderit aliquid: poteſt illud repetere vſque ad quinquagīta annos. hoc addito quòd poteſt auferre, vel furari id quod amiſit in eo ludo vel æquina lens. l. 1. eo. ita voluit Io. An. in no. in. c. vbi periculū. de elec. in. 6.*

†*Mod⁹ ſpatiū ſignificat, vt Iulius Paulus & Aggenus interpretantur.*

**malus ſolus cōuenitur ei⁹ &c. Flo*

**Flo. & mercede b Facit iſta glo. iuncto tex. qualiter libellus ineptus, & male conceptus, debet à iudice reici: immo debet eū lacerare. iſtā glo. alleg. Alexā. & Bar. in. l. 1. ſ. de offi. aſſeſ. & ibi per eum remiſſiue ad iſtud propoſitum.*

a *Duerſus. Cuius modi.* i. quātæ mēſurę. Azo.

b *Honorarium.* quod ius in aduocato multo magis dicetur: vtpote, cum multo dignius est eius officium. sunt ergo facta quædam quæ non dicuntur locari, vt dictum est. & aliud est: puta, do tibi pecuniā,

c *Ex locato.* actione locati, & eius causa expressa.

d *Nec tenere.* sic nec cautio præstita actori, vna actione committitur, ſi altera agat: vt. j. iudi. ſol. l. cum quærebatur. ī fin. ſi ergo b nō tenet intentio propter actionē ineptā: nūquid redire potest actor ad proponendum aptam? Respō. sic: sicut & vbi agitur ante diē, vel cō dit. vt. j. de pigno. l. Græce. §. fi. & de redhi. l. bouem. §. fi. & de excu. tut. ſi is qui tres. & l. cum ex oratione. Itē, quare non datur mandati actio: vt infra, mā. ſi remunerandi. in prin? Reſpon. ideo quia talia plerumque fiunt mercede, vt hic ſubiicit proxi. §. & ſupra fini. regun. l. ſed & loci. §. j. Item nunquid iudex in ſententia debet inſerere cauſam, quia actionem ineptam propoſuiſti? Dico quòd ſic, ne ius ſuum actori pereat: vt argu. C. de iudi. l. properandum. §. illo. Quid autē ſi nō propoſuit iudex? Reſpon. non nocet, eum nunc proponit aliā cauſam agendi: vt infra, de exce. rei iudi. l. & an eadem. vel dic, abſolui ab obſeruatione iudicij. Accurſius.

e *Imputare.* sic inſti. quibus mo. re contrahitur oblig. §. prēterea & inſtitu. pro ſocio. §. fin. & infra, de act. & obl. l. j. §. is quoque.

f *Comparabitur.* vt & infra, depo. quod Nerua. & ſupra, vt in poſſ. leg. ſi is cui. §. dolum. & ad Treb. l. mulier. §. ſi hæres. & d. l. infra, de act. & obl. l. j. §. is quoque. & infra, ſi quis te. li. eſſe iuſſus. l. j. §. non autem. & infra, de verb. ſig. l. magna negligentia. Sed hoc ſol. lit in caſibus duobus: vt infra, ad. l. Cor. de fica. l. in lege. & inſtitu. de ſuſpec. tut. §. ſuſpectus.

g *Edicti.* quod non habemus.

h *Mercedem.* interuenientem, vel pactum. Est ergo hic ſpeciale. & ſic non est contra. j. eo. poſi. l. j. §. ſi quis ſeruū.

i *Renuntiauit.* ſcilicet falſum modum.

k *Per alium.* videtur enim quis facere, quod per alium facit: vt infra de vi & vi ar. l. j. §. deinde. & ciſſe. & ſupra, de iurif. omniū iudi. ſi quis id. §. item & is qui ſuis. & infra, de ad. tu. ita autē. & geſſiſſe. Sic econtra videtur quis prohibere, qui per alium prohibetur: vt. j. tit. j. l. oſſa. §. fi.

l *Vel per literas.* renuntiauit.

m *Tali homini.* multa electio eſt in culpa vt & ſupra, de nego. geſt. nam & ſi ſeruus. §. fi. & infra, pro ſocio. de illa. & infra, cōmo. qui nō tā. & C. de nego. geſt. ſi mandatum. & inſtitu. man. ſi procurator. & ſi tutores.

n *Si duobus mandauero.* vt metitur.

o *Plus dederit.* cum certum pretium ſingulis iugeribus promiſit emptor: aliquo perueniretur ad iuſtam eſtimationē eius quod habet, ſi quid dederit extra iuſtum.

p *Non fuit.* idem ſi conuenerant ſe ſtaturos in iuſmodi renuntiationi omnimodo vel æquo, vel inique: vt ſupra, de dolo. l. arbitrio. §. de eo. & infra, eo. l. ſi menſor. §. j.

q *Fraudatus.* qui dixit eſſe. x. torneaturas, cum eſſent. xij.

r *Adhibitus.* à iudice, ſcilicet vt cum agerem contra te: vt. x. iugera mihi traderes, & condemnatus fueris menſor minus aſſignauerit mihi. Sed nonne debet agere contra condemnatum primo: vt ſupra, proxi. dixi? Reſpon. nō est ita. loquitur enī hic in eo caſu, quando certum erat te debuiſſe. x. iugera: & tu dicebas ſoluiſſe tota, ego minus, puta vnum iugerū: & ideo propoſui querelam. iudex miſit menſorem ad petitionem tuam: & menſor renuntiauit tota. x. iugera contineri in eo, quod traditum erat, vnde abſolutus fuiſti: & ideo contra ſolum menſorem experar.

s *Denegandam.* nam est quodammodo pœnalis reſpectu menſoris: ſed rei perſecutoria reſpectu actoris: vt & ſupra de eo per quē fac. est. l. j. §. fi. ſed in eo quod dicitur non dari in hæredem ex dolo defuncti, est contra. j. de act. & obliga. ex contractibus. & infra depoſi. l. ſi hominē. §. datur. Solu. vt ibi diximus in dicto. §. datur.

t *Serui.* qui est menſor.

u *Quàm de peculio.* contra ſupra, tit. j. l. fin. §. item. Sol. vt ibi.

BIU Cujas

a *Competat.* scilicet aliàs. non hic etiam mercede petita. vel hic inquantum locupletior est, secundum quosdam. Accursius.

b *Haec actio. Non à circunscriptione.* In actione enim furti fallit hæc ratio. ipsa enim à circunscriptione incipit, & tamen perpetuo datur: vt insti. de perpe. & temp. ac. §. j.

c *Sed à susceptо.* ex hoc enim videtur nasci ex contractu: sed puto dari eã ab edicto propter dolum & latã culpam: non autem ex cõtractu. nam & non contrahenti datur: vt supra. l. proxi. §. idem Põpo. & noxaliter: vt in ea. l. §. fi. vnde patet, q̃ non est ex contractu. Item not. hic originem attendi: arg. contra infra, de pecu. l. iij. §. ex furtiua. Accursius.

d *Si mensor.* ab empto re aditus. Accur.

e *Traxerit.* id est, distulerit, vt adhuc diligenter metiretur: dolo tamen. Et hoc venditoris amore fecit, vel emptoris odio.

f *Se modum.* quem diceret esse magnum, & ad eum teneri volebat si emptor adhiberet mẽsorem intra diem certum, postea non: vt infra, de contrahen. emp. qui fundum. in prin.

g *Diem.* q. d. nõ vltra.

h *Haber.* quia verum modum renuntiauit: licet post diem.

i *Egisset.* nec solidũ erat consecutus: quia forte nõ erat soluẽdo.

k *Interest.* vt quia solidum cõsecutus est à vẽditore. Accursius.

l *Cum venditore egerit.* sic tamen, vt pro residuo eũ conuenire nõ possit. pone transactionem factã de residuo. Sed hoc nõ valet. quia tunc non ageret contra mensorem. Dic ergo melius: ideo non egit de toto, quia vidit, q̃ ab eo nõ potero solidum extorquere: vt arg. ff. si cert. pet. l. fi.

m *Siue de itineris. Immittẽdi.* cum mihi debeãtur x. pedes, vel aliam certam mensuram concedere deberes, in quam immitterẽ, vel proiicerẽ.

n *Vel cuiusuis. Actio.* quidam non habent istũ tex. actio datur &c. vsque ibi, & redemptorem.

o *Non fuit.* ad hoc officium destinatus. Ac.

p *Redemptorẽ.* qui suis cæmẽtis ædificat: vt. ff. de rei vin. l. redẽptor.

q *Tabularium.* id est, tabellionẽ. Accursius.

uis ciuilis actio de peculio cõpetat[a].

IIII. PAVLVS libro vicesimoquinto ad Edictum.

HAec actio perpetua est: quia initium rei non à circũscriptione[b], sed à susceptõ[c] negotio originem accipit.

V. VLPIANVS libro vicesimoquarto ad Edictum.

SI mensor[d] nõ falsum modũ renũtiauerit: sed traxerit[e] renũtiationẽ: & ob hoc euenerit, vt vẽditor libereꝛ, qui adsignaturũ se modũ[f] intra certũ diẽ[g] ꝓmisit: hęc actio locũ non habet,[h] sed nec dari vtilẽ debere Põponi ait. Erit ergo ad actionẽ de dolo [malo] decurrendũ. ℣ Si cũ falsus modus renũtiatus esset, emptor cum venditore ex empto egisset[i]: agere poterit etiã cum mensore. Sed si nihil eius interest[k], cõdemnari mensorem nõ oportet. Quòd si nõ de toto modo, qui deerat, cum venditore[l] egerit, sed de minore: consequenter scribit Põponius de residuo cum mensore agi posse. ℣ Hoc iudiciũ latius prætor porrexit. Nã & si cuius alterius rei mensurã falsam renuntiauisse dicetur: hæc actio competit. Proinde, si in ædificij mensura fefellit, vel in frumenti, vel in vini,

VI. PAVLVS libro vicesimoquarto ad Edictum.

SIue de itineris latitudine, siue de seruitute immittẽdi[m] proiiciẽdíq; queratur: siue areã, vel tignum, vel lapidem metiendo mentitus fuerit,

VII. VLPIANVS libro vicesimoquarto ad Edictum.

VEl cuius alterius rei, tenebitur. Et si mensor machinarius fefellerit: hęc actio[n] dabitur. Necnon illud quoq; Põponius dicit, etiã in eũ, qui mẽsor non fuit[o], fefellit tamen in modo: cõpetere hãc actionem. Hoc exemplo etiã aduersus architectũ [hęc] actio dari debet, qui fefellit. Nã & diuus Seuerus aduersus architectum, & redemptorem[p] actiones dandas decreuit. Ego etiam aduersus tabularium[q] puto actiones dãdas, qui in cõputatione fefellit.

Dictum est. s. de rebus prophanis: sequitur videre de religiosis: & earũ gratia de sumptibus funerũ: & quãdo funus deducere liceat. Accursius.

QVi propter. Creditur. quantum ad separationis beneficium hoc dicit, vt videatur hæreditarius creditor: vt infra, de separationibus. l. j. non vt habeat locum actio negotiorum gestorum pro huiusmodi negotio: quia sic iã funeraria cessaret: vt infra, eo. at si quis. §. Labeo. sed pro aliis negotiis iacente hæreditate gestis, bene habet locũ actio neg. gest. quia potuerunt illa geri viuo defuncto. hæc autem non: quia nemo viuus sepelitur. & hoc diximus supra, de neg. gest. l. iij. §. hæc verba.

DE RELIGIOSIS, ET sumptibus funerum: & vt funus ducere liceat.†

TITVLVS VII.

I. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

QVi ppter funus aliquid impendit, cũ defuncto contrahere creditur[r], nõ cum hærede.

II. IDEM libro vicesimoquinto ad Edictum.

LOcum, in quo seruus sepultus est, religiosum esse Aristo ait. ℣ Qui mortuum in locũ alienũ intulit, vel inferri curauit: tenebitur in factũ actione[s].

In locum alterius accipere debemus, siue in agro, siue in ædificio. Sed hic sermo domino dat[t] actionem, non bonæ fidei possessori[u]. Nam cum dicat, *in locum alterius*†, apparet de domino eum sentire, id est eo, cuius locus est. Sed & fructuarius inferendo, tenebitur domino ꝓprietatis. An & socius teneatur, si ignorante socio intulerit: tractari potest. Est tamen verius, familiæ erciscundæ, vel cõmuni diuidundo cõueniri eũ[x] posse. ℣ Prętor ait: *Siue homo mortuus, ossáve hominis mortui in locum purum alterius, aut in id sepulchrũ, in quo ius[y] non fuerit, illatа esse dicentur: qui hoc fecerit, in factũ actione[z] tenetur: & pœnę pecuniarię[a] * subiicietur.* De ea autẽ illatiõe prętor sensit, quę sepulturæ causa fit. Purus tautem locus dicitur, qui neque sacer[b], neq; sanctus[c] est, neq; religiosus[d]: sed ab omnibus huiusmodi nominibus vacare videt. Sepulchrũ est, vbi corpus, ossáve hominis cõdita sunt. Celsus autem ait: Nõ totus, qui sepulturæ destinatus est locꝰ, religiosus fit: sed quatenus corpus humatũ est. Monumentũ[e] est, quod memorię seruandæ gratia existat. ℣ Si vsumfructũ quis habeat[f], locũ religiosum non facit. Sed & si alius ꝓprietatẽ, alius vsumfructũ habuit, nõ faciet[g] locũ religiosũ nec ꝓprietari[v]: nisi fortè ipsũ qui vsumfructũ legauerit,

r *Creditur.* scilicet actione.

s *Actione.* Ad quid? Respon. vt. j. eo. is qui.

t *Domino dat.* scilicet directam. datur etiam ei, qui seruitutem habet: vt infra, ea. l. §. pe. & l. ossa. §. si locũ. &. §. non solum.

u *Non bo. fi. pos.* sed vtilis ei datur: vt in argu. contrario supra, de noxali. quotiens. §. j. Accursius.

x *Conueniri eum.* nisi inferatur socius: vt infra, eo. si plures. Sed videtur dari in factum: vt supra, communi diuid. l. si quis pu. §. si quis in locum. Solu. hic nõ erat actum his actionibus: ibi sic: & ideo in factum intenditur. Vel dic, quòd vna aliam non tollit.

y *Ius non fuit.* inferendi. Accursius.

z *Actione.* ad pretiũ loci, aut vt corpus tollat: vt infra, eo. is qui. Si verò in sepulchrum inferat, tenebitur de sepulchro violato: vt infra, de sepul. viola. l. iij. §. si quis. Ir.

a *Pecuniariæ.* scilicet centum aureorum: vt infra, de sepul. viola. l. iij. j. respon. &. §. si quis in sepulchro. &. l. de sepulchro. Azo.

b *Neque sacer.* vt res diuinæ, vel ecclesiæ: vt instit. de rerum diui. §. nullius.

c *Neque sanctus.* vt muri, & portæ ciuitatis: vt supra, de re. diui. l. sacra. §. fin.

d *Religiosus.* vt sepulchrum: vt insti. de rerum diui. §. religiosum.

e *Monumentum.* scilicet antequam sit sepulchrum: vt infra, eo. monumentũ. Sed aliud est munimentum: vt. j. eo. funeris. §. j. Accursius.

f *Habeat.* scilicet personalem, vel realem aliam seruitutem.

g *Non faciet.* scilicet vsufru.

† *In hũc tractatum Caelius Rhodiginus lib. 17. cap. 20.*

† *No. qualiter genitiuus significat dominiũ: & de eius natura vide per Bar. in rubri. j. de no. ope. nun. & ibi. Alex. eum remissiue per Angel. in proœ. insti. in q. 4. 5. coll. per eos late in l. 1. de no. ui ope. nun. & dic, quòd iste tex. est capitalior & melior de iure: videlicet, quòd genitiuus regitur vi proprietatis.*

* *Flo. pœna pecuniaria*

† *Ad hũc locum vide Macro. lib. 3. Satur. ca. 3.*

BIU Cujas

a *Consentiat.* vt & supra, de vsufr. l. locum. in princ. & facit. infra, eo. l. fi. & l. sunt personæ. Accursius.

b *Minus.* vt &. j. loca. si quis domum. in prin. &. j. de serui. si cui.

c *Eum.* s. agrum.

d *Facit.* Cur aliud in fructuario, quo inuito domin⁹ religiosum nō facit: vt. ſ. e. l. si vsumfructum? Rñ. per hoc minuitur facultas fructuū percipiendorū, & vsusfr. pro parte deperit: sed creditori non minuitur actio pro debito cōpetēs: licet minuatur pignus. Et hæc est ratio quare nō prohibetur inter virum & vxorē pignoris remissio: licet prohibeatur in debito. Idemque in eo, qui prædialē habet seruitutem, dicetur: vt supra, ea. l. §. proxi.

* Flo. suorum

e *Ex consensu.* Facit cōmunis voluntas quædā valere, quæ aliàs non valerēt: vt & j. pro socio. l. verum. §. fi. & supra, de dolo. l. arbitrio. §. de eo.

f *Omnium.* quibus inuitis dixit supra, fieri non posse.

g *Scriptus. Eum.* vt & infra. e. l. at si quis. §. plerique. Accursius.

h *Religiosus.* immo videtur q̄ non: vt. j. e. si loc⁹. Sed ibi poterat alibi commode sepeliri.

i *Non potuit.* vt. j. de leg. j. l. quid ergo. §. sed si mortuū. &. ſ. eo. l. ij. §. si vsumfructum.

k *Familiaria.* ideo dicit, q̄ vnūquodque fit, quia quædā seruantur in vno, quę in alio non seruantur: vt patet. j. l. proxi.

l *Vel quæ paterfa. Sed in vtroque.* ſ. hęreditario, & familiari: vt &. C. eo. si sepulchrum. §. j. & hoc, nisi testator caueret cōtra, quod potest. ſ. exhibere vni ex hæredibus: vt. j. de sepul. vio. l. iij. §. si quis in hæreditarium. Accursius.

m *Sepelire.* se & alios quos velint: vt. j. patet.

n *Non consentiant.* vt & instit. de re. diui. §. in commune.

o *Concessum.* etiam in hæreditario & familiari: vt. C. eo. ius familiarium.

p *Specialiter.* valet specialiter dictum, quod generaliter non valet: vt. ſ. de mino. l. illud. §. si talis. & diximus. ſ. de procura. Pomponius. Accursius.

q *Tantum sepelivi.* scilicet concessum est.

intulerit: cum in alium locum inferri tam opportunè nō posset: & ita Iulianus scribit. aliàs autem inuito fructuario locus religiosus non fiet. Sed si consentiat fructuarius, magis est, vt locus religiosus fiat. ℣ Locum, qui seruit, nemo religiosum facit: nisi consentiat[a] is, cui seruitus deberetur. Sed si nō min⁹ commodè per alium locū seruitute vti potest, nō videtur seruitutis impediēdæ causa id fieri: & ideo religiosus fit. & sanè habet hoc rationem. Is qui pignori dedit agrum: si in eum[c] suum* mortuum intulerit, religiosum eum facit[d]. Sed & si ipse inferatur, idem est. cæterùm alij concedere non potest.

III. PAVLVS libro vicesimoseptimo ad Edictum.

EX consensu[e] tamen omnium[f], vtilius est dicere religiosum posse fieri. idque Pomponius scribit.

IIII. VLPIANVS libro vicesimoquinto ad Edictum.

SCriptus hæres priusquā hęreditatem adeat, patrem familiàs mortuum inferendo, locum facit religiosum. Nec quis putet, hoc ipso pro hærede eum[g] gerere. Finge enim adhuc eū deliberare de adeūda hęreditate. Ego etiam, si non hæres eum intulerit, sed quiuis alius hærede vel cessante, vel absente, [vel ignorāte,] vel verente, ne pro hęrede gerere videatur: tamen locum religiosum facere puto. Plerūque enim defuncti ante sepeliuntur, quàm quis hæres eis existat. Sed tunc locus fit religiosus[h], cum defuncti fuit. Naturaliter enim videtur ad mortuū pertinere locus, in quem infertur: præsertim, si in eum locum inferatur, in quē ipse destinauit. vsque adeo, vt etiam si in legatum locum sit illatus ab hærede: illatione tamen testatoris fiat religiosus: si modo in alium locum tam opportunè inferri non potuit.[i]

V. GAIVS libro nonodecimo ad Edictum Prouinciale.

FAmiliaria[k] sepulchra dicūtur, quæ quis sibi familęque suæ constituit. Hæreditaria autem, quæ quis sibi hæredibusque suis constituit:

VI. VLPIANVS libro vicesimoquinto ad Edictum.

VEl quę* paterfamiliàs iure hæreditario adquisiuit. Sed in vtroque[l] hæredibus quidem cæterisque successoribus, qualescūq; fuerit, licet sepelire[m]*, & mortuum inferre: etiam si ex minima parte hęredes ex testamēto, vel ab intestato sint, licet non cōsentiāt[n] alij. Liberis aūt cuiuscūque sexus vel gradus, étiam filiisfamiliàs, & emācipatis, idē ius concessum[o] est: siue extiterint hæredes, siue sese abstineant. Exhæredatis autē, nisi specialiter[p] testator, iusto odio cōmotus, eos vetuerit, humanitatis gratia tantū sepeliri[q], non etiā alios, præter suam posteritatē inferre[r] licet. Liberti autē nec sepeliri[s], nec alios inferre poterūt: nisi hæredes extiterint patrono: quāuis quidā[t] inscripserint, monumētū[u] sibi, libertisque suis fecisse. & ita Papinianus respondit, & sæpissime idē cōstitutū est. Si adhuc monumentū purū est: poterit quis hoc & vēdere, & donare. si cenotaphium[x] sit, posse hoc venire dicendū est. Nec enim esse hoc religiosum, diui fratres rescripserunt.

VII. GAIVS libro nonodecimo ad Edictum Prouinciale.

IS, qui intulit mortuū in alienū locū, aut tollere[y] id quod intulit, aut loci pretiū præstare cogitur per in factū actionem: quę tā hæredi, quàm in hęredē cōpetit, & ppetua est. ℣ Aduersus eū, qui in alterius arcā[z] lapideā, in qua adhuc mortu⁹ nō erit conditus, mortuū intulerit: vtilem actionē in factū procōsul dat: quia nō propriè, vel in sepulchrum, vel in locum[a] alterius intulisse dici potest.

VIII. VLPIANVS libro vicesimoquinto ad Edictum.

OSsa, quæ ab alio illata sūt, vel corpus, an liceat domino loci effodere, vel eruere sine decreto pōtificū, seu iussu principis, quæstionis est. Et ait Labeo, expectandū[b] vel pmissum pontificale, seu iussionem principis: alioquin iniuriarū fore actionem[c] aduersus eū, qui eiecit. ℣ Si locus religiosus[d] pro puro veniſſe dicetur, prætor in factum actionem in eum dat ei, ad quē ea res pertinet[e].

r *Inferre licet.* scilicet, exhæredatis. Azo.

s *Nec sepelivi.* in hæreditariū: vt. C. eo. l. monumētorū. Sed in familiari videtur cōtra: quia libertus cōtinet appellatione familiæ: vt Co. de verb. signif. fina.

t *Quidam.* scilicet testatores vel homines. Accursius.

u *Monumētum.* nec enim scriptura sola: quia fuit testium solēnitate destituta, libertis tribuit ius inferendi: vt. j. de codicillis. l. litera. aliàs contra: vt. C. de fideic. & in epistola.

x *Cenotaphium.* expositio est literæ superioris. nam & cenotaphium & purum monumentum idem est: vt. j. eod. monumentum. & ſ. de rel. l. sed diui. q. d. id est, si cenotaphiū &c. vel appellat hic cenotaphium locum ex quo principe permittente mortuus translatus est: vt infra, eod. l. cum in diuersis.

y *Is qui intulit. Aut tollere.* in arbitrio est inferētis alterutrum dare: vt ar. j. de iur. delerumque. §. fin. Videtur tamen iniquè vt arg. infra, re. non enim. &. C. qui à non domino. l. j. Mihi videtur contra, hoc est, non ſe iniquum: quia hoc agitur, quis fauore religionis vendere inuitus vt ſ infra, eo. si quis sepulchrum. Sed regulariter suū inuitus nemo cogitur vendere, nisi in casu: vt in socio manumittente: vt. C. de communi ser. manu. l. j. Azo.

z *Arcam.* supra terram. Azo.

a *Vel in locū.* quia locus fundi portio dicitur: & sepulchrū quod in loco fit, est terra, & sub terra. Azo.

b *Ossa. Expectādū.* fauore religionis. aliàs contra: vt. ſ. ad le. Aquil. quemadmodum. §. j. quæ est cōtra.

c *Fore actionem.* ſ. hæreditariam: vt infra, de iniu. l. j. §. quotiens.

d *Si locus religiosus.* scilicet de facto. Accursius.

e *Pertinet.* id est ei cuius est sepulchrum, siue locus sepulchri, scilicet venditori, contra extraneum scilicet inferentem: vt aut tollat, quod impositus vel præstetur ei interesse. vt infra, eo. libertum. Sed & ipsum sepulchri petit hac actione: vt

supra.

supra, de rei vin. l. qui religiosis. Et ita verbũ, quasi, similitudinarie ponit: quasi dicat: quãdiu præstabit emptori, tantum ab inferente petat hac actione.

a *Qui si ex empto.* quasi, expressiuum est veritatis vere. nam in hoc casu ex empto agitur: vt infra, de cõtrahẽ. emp. l. qui officij. §. qui nesciens. secundum quosdam. Sed tu dic, vt dixi similitudinarie. ei enim cuius est sepulchrum, siue locꝰ sepulchri, datur in factum. sed emptori datur ex empto: vt ibi.

b *In eum.* scilicet inferentem.

c *Dolo.* maxime. & ideo de dolo posuit, qa locutus erat de coërcitione, quæ absque dolo non imponitur.

d *Aedificium.* vt & supra, eo. l. ij. §. j.

e *Habent.* vt &. ff. eo. lij. §. iij.

f *Competit.* vt &. ff. tit. j. l. j. in prin. &. ff. l. pxi.

g *Videtur.* vt & infra, de vi & vi ar. l. fi. &. l. cũ fundũ. &. l. colonus.

h *Liberum est. Interdicto.* vti possidetis. Accursius.

i *Loci pretium.* quod si petet, nõ petet sui loci pretium, cum ipsum habeat.

k *Videatur.* C. imperitij. vt infra, eo. si filius. §. hæc actio.

l *Si venditor. Agere potest.* secus si sibi nõ cauisset: nisi publica via esset ad sepulchrum: vt infra, de act. emp. si mercedem. §. si eum. Acc.

m *Videtur enim.* vt & infra, de sep. vio. l. vtimur. & arg. ff. de cõtrahẽ. emp. l. qui fundum. §. in lege. &. ff. de iurisdi. om. iudi. l. ij. Accur.

n *Quod si locus. Inferatur.* scilicet ab emptore.

o *Ius est.* id est esset. & dic, quòd appellat locum monumẽti fundum, in quo erat monumentum, id est sepulchrum: & quia sepulchrum, ideo nõ valuit pactum. quod est contra ius religionis, quæ priuilegio gaudet. & facit ad hoc supra, de pac. l. nemo. Vel dic, quòd forte hæc lex habuit odio illud pactum, quod restringit emptori facultatẽ sepeliendi certos homines, etiam in re, quæ non sit religiosa, destinata tamen religioni: & ideo certo modo tantũ admisit pactum, id est per stipulationem. idem in vsuris: vt habetur. C. de vsu. l. iij. idem in pœna: vt. ff. de ser. expor. l. seruus. Sed in viro idem: sed alia ratione: vt. C. de iure do. l. auia. Alij tamẽ, vt Ir. dicũt, qꝺ in hac. l. loquimur de stipulatione pœnali: cuius metu statur placitis. aliàs pactum factum non sufficit: cum humanis legibus sit exemptum. Si autem non sit religiosa, nec destinata religioni, & sepeliri prohibetur, etiam non solũ certos homines, sed omnes: pactũ valet incontinenti factũ: vt. C. de pac. inter empt. & vendi. l. fin. quę est cõtra. & arg. infra, de sepulchro. vio. l. iij. §. si quis in hæreditarium. Accursius.

p *Si quis sepulchrum. Non habeat.* quia flumen abstulit aliquã viam.

q *Sed extra ordinem.* id est extra ius, vel etiã in iure.

r *Interpelletur.* scilicet vicinus.

s *Compellere.* Not. ergo quòd cogitur quis vendere: vt & Co. de ser. communi ma. l. j. &. ff. de pub. l. cotem. §. fina.

t *Magnũ.* facit ad hoc supra, de serui. si cui. & infra, loc. l. habitatores. & infra, de ædil. edic. l. j. §. sed sciendũ. & quod nota. supra, si vsusfruc. peta. l. j. §. j. & de serui. vrba. prædi. l. binas.

u *Alterius.* aliàs, alienæ. si contra fiat, ducentorum aureorũ pœna imponitur: vt infra, de sepulch. vio. l. iij. §. si quis in sepulchro. Accursius.

x *Prætor ait.* dixit de religiosis, nunc de sumptibus funerum: & subaudi, de eo.

y *Insepulta.* sic instit. de oblig. quæ ex quasi contractu. §. j. Accur.

z *Elegit.* vt in authẽ. de. ec. ti. §. si quis autẽ. col. ix. & Co. de epi. & cle. l. nulli.

a *Repellitur.* vt &. C. de leg. l. penul. Accur.

b *Quousque.* id est quoslibet. Accursius.

c *Arbitrantur.* id est æstimantur.

d *Ea.* id est prætor iubet distrahi.

Vendere quis cogitur.

** Flo. aliæ. Hal. alienæ*

† Idem cõstituit Plato de legib. dial. 12. & alia multa quæ ad hũc tractatũ pertinent.

Si minus.

Quæ actio & in hæredem cõpetit: cũ quasi [a] ex empto actionem contineat. ¶ Si in locum † publicis vsibus destinatum intulerit quis mortuũ: prætor in eum [b] iudicium dat, si dolo [c] fecerit, & erit extra ordinem plectendus: modica tamen coërcitione. sed si sine dolo [malo,] absoluendus est. ¶ In hac autẽ actione loci puri appellatio, & ad ædificium [d] producẽda est. Nec solum domino hæc actio competit: verum ei quoq;, qui eiusdem loci habet vsumfructum, vel aliquam seruitutem: quia ius prohibendi etiam hi habent [e]. Ei, qui prohibitus est inferre in eũ locum, quo ei ius inferendi esset: in factum actio competit [f], & interdictum, etiã si non ipse prohibitus sit, sed procurator ei [g]: quia intellectu aliquo ipse prohibitus videtur [g].

IX. GAIVS libro nonodecimo ad Edictum Prouinciale.

LIberum est ei, qui prohibetur mortuũ ossa ve mortui inferre, aut statim interdicto vti [h], quo prohibetur ei vis fieri, aut aliò inferre, & postea in factum agere: per quam cõsequetur actor, quanti eius interfuit prohibitum non esse. in quam computationẽ cadit loci empti pretium [i]: aut [si conduxerit] conducti merces: item sui loci pretium, quem quis nisi coactus est, religiosum facturus nõ esset. Vnde miror quare cõstare videatur [k] neque hęredi, neque in hæredem dandã hanc actionẽ. Nam (vt appareat) pecuniariæ quãtitatis ratio in eam deducitur. Certè perpetuo ea inter ipsos competit.

X. VLPIANVS libro vicesimoquinto ad Edictum.

SI venditor fundi exceperit locum sepulchri ad hoc vt ipse posteriq́ue eius illò inferentur: si via vti prohibeatur, vt mortuum suum inferret, agere potest [l]. Videtur enim [m] etiam hoc exceptum inter ementem & vẽdentem, vt ei per fundum sepulturæ causa ire liceret.

XI. PAVLVS libro vicesimoseptimo ad Edictum.

QVòd si locus monumenti hac lege venierit, ne in eũ inferatur [n] quo sibi ius est [o] inferendi: * pactum quidem ad hoc non sufficit: sed stipulatione id caueri oportet.

XII. VLPIANVS libro vicesimoquinto ad Edictum.

SI quis sepulchrum habeat, viam autem ad sepulchrum non habeat [p], & à vicino ire prohibeatur: imperator Antoninus cum patre rescripsit, iter ad sepulchrum peti precario, & cõcedi solere: vt quotiens non debetur, impetretur ab eo, qui fundum adiunctum habeat. Non tamen hoc rescriptum, quod impetrandi dat facultatem, etiam actionem ciuilem inducit: sed extra ordinẽ [q] interpelletur [r]. Præses etiam compellere [s] debet, iusto pretio iter ei præstari: ita tamen, vt iudex etiam de opportunitate loci inspiciat, ne vicinus magnum [t] patiatur detrimentum. ¶ Senatusconsulto cauetur, ne vsus sepulchrorum permutationibus polluatur, id est, ne sepulchrum alterius * [u] conuersationis vsum accipiat. ¶ Prætor ait [x]: *Quod funeris causa sumptus factus erit: eius recuperandi nomine, in eum, ad quem ea res pertinet, iudicium dabo.* Hoc edictum iusta ex causa propositum est: vt qui funerauit, persequatur id quod impendit. Sic enim fieri, ne insepulta [y] corpora iacerent: néve quis de alieno funeretur. Funus autem eum facere oportet, quẽ decedens elegit [z]. Sed si non ille fecit, nullam esse huius rei pœnam [constat:] nisi aliquid pro hoc emolumentum ei relictum est. tunc enim, si non paruerit voluntati defuncti, ab hoc repellitur [a]. sinautem de hac re defunctus non cauit, nec vlli delegatum id munus est: scriptos hæredes ea res contingit. si nemo scriptus est, legitimos, vel cognatos quosque [b] suo ordine, quo succedunt. ¶ Sumptus funeris arbitrantur [c], pro facultatibus vel dignitate defuncti. ¶ Prætor vel magistratus municipalis ad funus sumptus decernere debet: † si quidem est pecunia in hæreditate, ex pecunia. si non est, distrahere debet ea [d], quæ tempore peritura sunt, quorum [quæ] retentio onerat

BIU Cujas

hæreditatẽ. si minus [est a,] si quid auri argentíque fuerit, distrahi aut pignerari iubebit b vt pecunia expediatur:

XIII. GAIVS libro nonodecimo ad Edictum Prouinciale.

VEl à debitoribus c, si facile exigi possit.

XIIII. VLPIANVS libro vicesimoquinto ad Edictum.

ET si quis impediat d eum, qui emit, quò minus ei res tradantur, prætorem interuenire oportere: tueríque huiusmodi factum, si quis impediat, quò minus ei res venditæ tradantur. ¶ Si colonus vel inquilinus sit is, qui mortuus est: nec sit, vnde funeretur: ex inuectis [&] illatis eum funerandũ Põponius scribit: & si quid superfluum remanserit, hoc pro debita pensione teneri. Sed & si res legatæ sint à testatore, de cuius funere agitur: nec sit, vnde funeretur: ad eas quoq; manus mittere oportet. Satius est enim de suo testatorem funerari, quàm aliquos legata consequi. Sed si adita fuerit postea hæreditas: res emptori auferenda e non est: quia bonæ fidei possessor est, & dominium habet, qui auctore iudice f comparauit. Legatarium tamen legato carere non oportet, si potest indemnis ab hærede præstari g. Quòd si non potest: melius est legatarium non lucrari, quàm emptorem damno adfici. ¶ Si cui funeris sui curam testator mandauerit: & ille accepta pecunia funus non duxerit: de dolo actionem in eum dandam h Mela scripsit. credo tamen & extra ordinem eum à prætore compellendum i funus ducere. ¶ Funeris causa sumptus factus videtur is demum, qui ideo fuit k *vt funus ducatur, sine quo l funus duci non possit: vt puta si quid impensum est in elationem* mortui. Sed & si quid in locum fuerit erogatum, in quem mortuus inferetur, funeris causa videri impensum Labeo scribit: quia necessariò locus paratur, ĩ quo corpus cõditur. ¶ Impẽsa peregre mortui, quæ facta est, vt corpus perferretur, funeris est: licet nõdum homo funeretur. Idemque & si quid ad corpus custodiendum, vel etiam commendandum factum sit: vel si quid in marmor vel vestem m collocandã. Non autem oportet ornamenta n cum corporibus [suis] cõdi o, nec quid aliud huiusmodi p, qꝫ homines simpliciores faciunt. ¶ Hæc actio quæ funeraria q dicitur, ex bono & æquo oritur. continet autem funeris causa tantum impensam r, non etiam cæterorũ sumptuum s. Aequum autẽ accipitur ex dignitate eius, qui funeratus est: ex causa t, ex tempore u, & ex bona fide, x vt neque plus ĩputetur sumptus nomine, quàm factum est: neque tantum, quantum factum est, si immodicè factum est. Debet enim haberi ratio facultatum eius, in quem factum est, & ipsius rei, quæ vltra modum sine causa consumitur. Quid ergo si ex voluntate testatoris impensum est? Sciendum est nec voluntatem [testatoris] sequendam y, si res egrediatur iustam sumptus rationem: pro modo autem facultatũ sumptum [debere] fieri. ¶ Sed interdũ is, qui sumptum in funus fecit, sumptum non recipit: [veluti] si pietatis gratia fecit, non hoc animo, quasi recepturus sumptũ, quem fecit. Et ita imperator noster rescripsit. Igitur æstimãdum erit arbitro* & perpendendum, quo animo sumptus factus sit: vtrùm negotium quis vel defuncti, vel hæredis z gerit: vel ipsius humanitatis a, an vero misericordiæ, vel pietati tribuens, vel affectioni. Potest tamen distingui & misericordiæ motus: *vt [si] in hoc fuerit misericors vel pius, qui funerauit, vt eum sepeliret, ne insepultus iaceret: non etiam vt [de] suo sumptũ faceret: *quod si iudici liqueat, non debet eũ, qui cõuenitur, absoluere. Quis enim sine pietatis intentione alienum cadauer funerat? Oportebit b igitur testari quem, quo animo funerat, ne postea patiatur quæstionem. ¶ Plerique filij cum parentes suos funerant, vel alij, qui hæredes fieri possunt, licet ex hoc ipso neque pro hærede gestio, *neque aditio prę sumitur c: tamen ne vel miscuisse [se] necessarij, vel cæteri pro hærede gessisse videantur: solent testari, pietatis gratia [se] facere sepulturã. quod* si superuacuo fuerit fa-

a *Si minus.* id est, si nõ sint ibi res quæ vendi possint: vt infra, de vẽ. in poss. mitten. l. j. §. deminutio. Accursius.

b *Iubetur.* primo pignoratio: secundo venditio fit: vt. C. de sacrosan. eccle. authen. hoc ius. Accursius.

c *VEl à debitoribus.* scilicet exigi. Accursius.

d *AT si quis ĩpediat.* scilicet iuste. alioquin contra. in hoc autem summatim habetur cognitio: vt infra, de re. iud. l. à diuo Pio. §. si super.

e *Auferenda non est.* vt legatario detur.

f *Auctore iudice.* vt infra, de acquiren. poss. l. iuste. Accursius.

g *Ab hærede præstari.* vt & infra, eo. l. fi. ĩ prĩ. Accursius.

h *Dandam.* scilicet hę redi. Accursius.

i *Compellendum.* vt & supra, famil. erciscun. l. qui erat. sed nonne datur mandati: vt infra, manda. l. si vero nó re. §. fina. quæ est contra? quod si est, de dolo nõ debet dari. Solu. secundum quosdam hic mandati concurrit cum actione de dolo: cum vtraque eum infamet. sed hoc non valet: vt supra, de dolo. l. ideoque. Vel dic quòd hic fuit facio vt des, ex quo datur actio de dolo. ibi enim fuit gratis susceptum mandatum. Vel dic tertio, quòd ideo mandati actio non datur, quia ille non suscepit mandatum, aut quia ignorans, aut quia contradicés. Sed tu dic quarto, quòd hic fuit mandatum susceptum, & tamen mandati non agitur: quia mandatum de ea re non fuit iniunctum quæ viuo testatore explicari nõ potuit. nec enim funẽ duci potest nisi decedat. sed in l. contraria fuit mandatum vt fieret monumẽtum: quod eo viuente fieri potest. Sepulchrũ autem non est nisi post mortem domini. Accursius.

*Hal. sit

*Flo. delationem

k *Fuerit.* scilicet, factus. Accursius.

l *Sine quo.* scilicet sũptu: vt infra, eo. l. funeris. in principio.

m *Vestem.* stamen, vel cilicium.

n *Ornamenta.* anulos, vel vestes, vt subiicit: & infra, de legat. j. l. seruo alieno. §. fina.

o *Condi.* oportet. Accursius.

p *Huiusmodi.* vt le- ctum. Accursius.

q *Funeraria.* substan- tiuè ponitur, vt sit no- men actionis. Vel po- nitur adiectiue: vt dica tur actio in factũ: quæ datur pro eo quod est ĩ impẽsum in funere. Ac cursius.

r *Impensam.* scilicet factam.

s *Sumptuum.* factorũ in testatorem curãdi.

t *Ex causa.* vt si erit funus in peregrinatione, quod oportuit mã tum perferri. Azo.

u *Ex tempore.* vt si fi cerit tempore hyemali, in quo plus impendit quàm in æstate impenderet.

x *Ex bona fide.* quia plus quàm impẽdat petat, non poterit. Item si mala fide plus impendit, imputetur ei.

y *Sequendam.* vt & infra, de cõdi. institut. l. cũ dã. & arg. infra, ad Ma l. sed Iulianus. §. quod dicitur. & infra, ad Fal. l. j. §. fin. & ibi eo. funeris. in fi. de alimẽtis à defuncto filio statutis, scilicet vt debeat tutor sequi voluntatem patris, non vltra vires patrimonij statuit: vt infra, vbi no edu. l. ij. in fi. secundum Ir. Sed contra supra, de peti. hære. l. hæreditas. §. j. Sol. vt ibi.

z *Vel hæredis gerit.* vtroque enim casu agit funeraria: vt infra, eo. l. si quis.

a *Humanitatis.* secundum quam interest vnus alteri seruiat, non vt donet. Accursius.

b *Oportebit igitur.* id est opportunum est, nõ necessarium: vt supra, de neg. ge. Nesennius. Et sic not. quòd arresti tio probat voluntatẽ nostræ sententiam. sic infra, eo. l. Labeo. & in fra, de acqui. hære. l. g hærede. §. cæterum. Et prodest hoc notare cũ tractat, posse derit quis pro feudo, an pro allodio. Item & in matrimonio cum primo protestatus est se non desponsare causa matrimonij: sed vt mulieri parentes hæreditatem relinquerent.

c *Præsumitur.* vt supra. e. l. scriptus. in prĩ. Sed ar. contra. C. de re- pu. hære.

BIU Cujas

pu. hære. l. j. Solu. ibi plus fecit, quia stabat in domo. & alia vnde contra eum præsumitur, nisi probetur contrarium scilicet quòd non animo adeundi fecerit. Accursius.

a *Protestantur.* scilicet tacite, imò expresse. Accursius.

b *Oportet.* id est necesse est: quia illa protestatio præiudicat: quia pietatis causa dicerat se facere. Et nota quòd confessio indefinite prolata, in omnibus præiudicat.

c *Non debet admittere.* nam non repetitur: vt subiicit.

d *Contumeliam.* vt infra, de iniur. l. j. §. quotiens. ergo non debet sentire commodum: vt supra, negot. gesto. l. siue hæredi.

e *Hoc animo.* quia neminem sibi obligare voluit: vt supra, communi diui. l. in hoc iudicio.

f *Ex causa.* scilicet hac iusta. Accursius.

g *Funerariam.* scilicet vtilem: vt infra, eo. si possessor. in principio.

h *Non acturum.* sed nonne semper datur actio nego. gest. vt supra, de negot. gest. l. ait prætor. §. hæc verba. & l. siue hæreditaria. quæ sunt contra? Solu. ibi loquitur de aliis negotiis, non de funeris impensa, quæ viuente testatore explicari non potest: nec eius nomine defunctus potuit esse obligatus. alia vero possunt: licet hic quo ad separationem impetrandam videatur cõtrahere cũ defuncto: vt supra, eo. l. j. Item contra infra, de priuile. cre. l. j. vbi videtur quòd fa. ercis. actio hic competat. solue illam secundũ istã.

i *Actum sit.* & ideo amplius agi non potest. Azo. vt supra, fa. ercis. l. si filia. §. familiæ.

k *Ex causa competere.* No. fieri posse contra prohibitionem, & tamen idem est effectus ac si prohibitio non esset: vt hic, & infra, de lega. j. l. filiusfamilias. §. diuus. & infra, de exerc. l. j. §. magistrum. & C. ne tuto. vel cura. vecti. con. l. j. & infra, quod vi aut clam. l. fi. §. si stercus. & infra, de ap. non tantum. & infra, de sol. l. solutione.

l *Hæres eius prohibuit.* scilicet sepelire ipsum testatorem. q. d. nõ est standum ipsius prohibitioni. Sed op. huic &c. Sed respondetur, pone me &c. quo casu indubitabiliter agitur; licet à prohibito. Accursius.

ff. Vetus,

actum, *ad illud se munire videtur, ne miscuisse se credantur, non ad illud, vt sumptum consequantur: quippe protestantur [a] pietatis gratia id se facere. Plenius igitur eos testari oportet [b], vt & sumptum possint seruare. ℣ Fortassis quis possit dicere, interdũ partẽ sumptus facti posse recuperari: vt [si] quis pro parte quasi negotiũ gerẽs, pro parte pietatis gratia id faciat. quod est verius. Partẽ igitur sumptus consequetur, quẽ non donandi animo fecit. ℣ Iudicẽ, qui de ea æquitate cognoscit: interdum sumptũ omnino non debere admittere [c] modicum factũ, si fortè in contumeliam [d] defuncti hominis locupletis modicus factus sit. Nam non debet huius rationẽ habere, cum contumeliã defuncto feciſſe videatur, ita eũ funerando. ℣ Si quis, dum se hæredẽ putat, patrẽfamiliàs funeraverit, funeraria actione vti non poterit: quia non hoc animo [e] fecit, quasi alienum negotium gerẽs. & ita Trebatius & Proculus putant. Puto tamẽ & ei ex causa [f] dandam actionẽ funerariam [g]. ℣ Labeo ait, quotiens quis aliã actionẽ habet de funeris impẽsa consequenda, funeraria eum agere non posse: & ideo si familiæ erciscundę agere possit, funeraria non acturũ [h]. Planè si iam familiæ erciscundę iudicio actum sit [i]: posse agi. ℣ Idẽ Labeo ait, si prohibente hærede funeraveris testatorẽ, ex causa cõpetere [k] tibi funerariã. Quid enim si filium testatoris hæres eius prohibuit? [l] Huic cõtradici potest: ergo pietatis gratia funerasti. Sed pone me testatũ habiturũ me funerariã actionẽ. De suo enim expedit mortuos funerari. Et quid si testator quidem funus mihi mandauit, hæres prohibet: ego tamen nihilo minus funerauì? nónne æquum est mihi funerariã, [vel negotiorũ gestorũ,] cõpetere [m]? Et generaliter puto iudicẽ iustum non merã negotiorũ gestorum actionem imitari [n]: sed solicitius *æquitatẽ sequi: cũ hoc ei & actionis natura indulget.**

℣ Diuus autẽ Marcus rescripsit eũ hæredẽ, qui prohibet funerari ab eo, quem testator elegit, non rectè facere: pœnam tamen in eum statutam [o] non esse. ℣ Qui mandatu alterius funerauit, non habet funerariam actionẽ: sed is, scilicet qui mandauit funerandum: siue soluit ei, cui mandauit: siue debet. [p] Quòd si pupillus mandauit sine tutore auctore: vtilem funerariam [actionem] dandam aduersus hæredem [q] ei, qui impendit. Lucrari enim hæredem, iniquum est. Si autem pupillus sine tutoris auctoritate mandauit, dandam in eum actionem [r] arbitror, si & hæres existit ei, qui funeratus est, soluendoque [f] hæreditas est. Contra si quis mandatu hęredis funerauerit, nõ posse eum funeraria [actione] agere, Labeo scribit: quia habet mandati actionem. Si tamen quasi negotium hæredis [t] gerens funerauit: licet ratum non habeat, tamen funeraria eum agere posse Labeo scribit. ℣ Datur autem hæc actio aduersus eos, ad quos funus pertinet, vt puta aduersus hæredem, bono rúmve possessorẽ, cæterósque successores.

XV. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

FVneris impensam & patronus [u] qui bonorũ possessionẽ petit contra tabulas præstat.

XVI. VLPIANVS libro vicesimoquinto ad Edictum.

IN eũ [x], ad quẽ dotis nomine quid peruenerit: dat prætor [y] funerariã actionẽ. Aequissimũ enim visum est veterib⁹, mulieres quasi de patrimoniis suis [z], ita de dotib⁹ funerari: & eũ, qui morte mulieris dotẽ lucratur, in funus cõferre debere [a]: siue pater mulieris est, siue maritus.

XVII. PAPINIANVS libro tertio Responsorum.

SEd si nondum pater dotem recuperauerit, vir solus conuenietur, reputatur⁹ patri quod eo nomine præstiterit [b].

b *Sed si nondum. Præstiterit.* vt & infra, eo. l. si mulier. §. j. Accursius.

m *Competere.* certe sic: vt supra, ea. l. §. si cui. Accursius.

n *Imitari.* vbi post prohibitionem cessat actio: vt. C. de negest. l. fin. Et sic no. mentem potius quàm verba legis seruandam: vt supra, de in ius voc. l. quamuis. *Legis mens potiꝰ, quàm verba legis seruanda est.*

o *In eum statutam.* No. ergo non puniri illicitum: vt hic, & infra, de sepulc. vio. l. iij. §. non perpetuæ. & infra, de vsufru. leg. l. hæres. Accursius. *Illicitum quandoque nõ punitur.*

p *Debet.* quia videtur ei abesse id in quo obligatus est: vt supra, de nego. gest. l. si quis mandato. *Solutius. Flo.*

q *Aduersus hæredem.* non pupillum. Accursius.

r *Actionem.* scilicet mandati: vt infra, proxi. §. Accursius.

s *Soluendoque.* maxime, nam funeraria exuperat omne æs alienum: vt infra, eod. l. pen. Vel ideo ponitur, quia tunc pupillus impetrat in integ. resti. & ideo non tenetur funeraria. Accursius.

t *Negotium hæredis.* instituti qui nondum adiit: alioquin contra. tunc enim non funeraria, sed nego. gest. datur actio. hic ergo contra hæredem non datur neg. ges. quia eius in veritate negotium non erat, nec defuncti potuit esse: vt supra, de negot. gest. l. ait prætor. §. hæc verba.

u *Vneris. Patronus.* vt & supra, si pars hære. peta. sorori. §. sumptus.

x *In eum.* id est contra eum.

y *Dat prætor.* vt &. C. de negot. gest. l. quod in vxorem. in fi. Accursius.

z *Suis.* scilicet aliis. nam & hoc quasi patrimonium est: vt supra, de mino. l. iij. §. sed vtrum. in fin.

a *Conferre debere.* pro ea parte qua lucratur dotem, & eum ad quẽ spectat aliud patrimonium, pro alia rata: vt infra, eo. l. Celsus. si autem maritus non lucratur: vt quia vsusfructus sibi in dotem datus decedente muliere consolidetur sibi, eũ prius esset proprietarius, nihil videtur lucrari: cũ & aliàs ea defũcta hoc erat habiturus: & ideo non cogitur ad has impensas: vt infra, de iure do. cum in fundo. in princi. ibi, quòd si in matrimonio & cætera.

a NEratius quærit. *Pacto*. sic supra, de transact.l.controuersia.in principio. Accursius.

b *Conuenire*. pro ea parte quæ remanet apud maritum. Accursius.

c *Non posſit*. vt supra, de pact.l.ius publicum.

d *Conferre eum*. videbatur contra: quia stipulatus erat totam dotem sibi restitui. Accursius.

e *Pater autem non*. scilicet conueniretur marito lucrante. Accursius.

f *Soluendo*. Sed quare inspicitur sit soluendo, vel non: cum expensa ista excedit omne æs alienum: vt infra, eo. l. impensa. quæ est contra. & ideo pro rata, tam de dote, quàm de alia substantia, est soluenda: vt infra, eo. l.Celsus.Sol.hic computato patrimonio & de dote potest integrè solui creditoribus aliis funeraria agentibus: & ideo non habet locum lex illa, impensa. vt ergo omnibus satisfiat, seruatur quod hic dicit.

g *IN patrem. Funeraria actio*. Est enim patris onus: vt infra, de in rem ver. filius. & domini de seruo: vt infra, eo.l.si filius.§.j. Accursius.

h *Celsus. Funeranda est*. vt infra, ad legem Falcidiam.l. si vir. & supra, eo. l. in eum.

i *Veluti. Conferet*. si soluendo est maritus. alioquin pro eo quod facere potest: vt & infra, eo.l. si pro rata.§.finali.

k *Vlianus. Legatis*. ab hærede: quia ad ea præstanda teneatur. Accursius.

l *NEc pretiis. Manumissorũ*. quos emere & manumittere mulier suum hæredem rogauit.

m *Sic pro rata. Conferre*. secus in alio debito: quia hæredes tantum soluunt, non maritus: licet lucri dotem faciat: vt.C.de iure do. l. licet. Accursius.

n *Permissum est*. veluti cum maritus vergit ad inopiam: vt.C. de iure do.l.in rebus.

XVIII. IVLIANVS libro decimo Digestorum.

IMpensa enim funeris, æs alienum dotis est:

XIX. VLPIANVS libro quintodecimo ad Sabinum.

IDeoque etiã dos sentire hoc æs alienum debet.

XX. IDEM libro vicesimoquinto ad Edictum.

NEratius quærit, si is qui dotem dederat pro muliere, stipulatus est duas partes dotis reddi, tertiam apud maritum remanere, pactus sit, ne quid maritus in funus conferret: an funeraria maritus teneatur? Et ait, si quidem ipse stipulator mulierem funerauerit: locum esse pacto [a], & inutilem ei funerariam fore. Si verò alius funerauit, posse eum maritum conuenire [b]: quia pacto hoc publicum ius infringi non posſit [c]. Quid tamẽ si quis dotẽ hac lege dederit pro muliere, vt ad ipsum rediret si in matrimonio mortua esset, aut quoquomodo soluto matrimonio? nunquid hic in funus non conferat? Sed cum dos morte mulieris ad eundem peruenerit: potest dici conferre eum [d]. ℣ Si maritus lucratur dotem, conuenietur funeraria: pater autẽ non [e]. Sed & in hunc casum puto, si dos (quia permodica fuit) in funus non sufficit: in superfluum in patrem debere actionem dari. ℣ Cum materfamiliàs decedit, nec est eius soluendo [f] hæreditas, funerari eam ex dote tantum oportet. & ita Celsus scribit.

XXI. PAVLVS libro vicesimoseptimo ad Edictum.

IN patrem, cuius in potestate fuerit is, cuius funus factum erit, competit funeraria actio [g] pro dignitate & facultatibus.

XXII. VLPIANVS libro vicesimoquinto ad Edictum.

CElsus scribit: Quotiens mulier decedit, ex dote quæ penes virum remanet, & cæteris mulieris bonis, pro portione funeranda est [h]:

XXIII. PAVLVS libro vicesimoseptimo ad Edictum.

VEluti si in dotem centum sint, in hæreditate ducenta: duas partes hæres, vnam vir conferet [i].

XXIIII. VLPIANVS libro vicesimoquinto ad Edictum.

IVlianus scribit: Non deductis legatis [k],

XXV. PAVLVS libro vicesimoseptimo ad Edictum.

NEc pretiis manumissorũ [l] [seruorum,]

XXVI. POMPONIVS libro quintodecimo ad Sabinum.

NEc ære alieno deducto,

XXVII. VLPIANVS libro vicesimoquinto ad Edictum.

SIc pro rata & maritum & hæredem conferre [m] in funus oportet. Maritus funeraria non conuenietur, si mulieri in matrimonio dotem soluerit: vt Marcellus scribit. quæ sententia vera est. in his tamen casibus, in quibus hoc ei facere legibus permissum [n] est. ℣ Præterea maritum puto funeraria in id demum teneri, quod facere potest. Id enim lucrari videtur [o], quod præstaret mulieri si conueniretur [p].

XXVIII. POMPONIVS libro quintodecimo ad Sabinum.

QVod si nulla dos esset [q], tunc omnem impensam patrem præstare debere Atilicinus ait: aut hæredes eius mulieris, puta emancipatæ. Quòd si neque hæredes [r] habeat, *neque pater soluendo sit: maritum inquantum facere potest, pro hoc conueniri: ne iniuria eius videretur, quondam vxorem [s] eius insepultam relinqui.

XXIX. GAIVS libro nonodecimo ad Edictum Prouinciale.

SI mulier post diuortium alij nupta decesserit: non putat Fulcinius priorem maritum, licet lucri dotem faciat, funeris impensam [t] præstare. ℣ Is qui filiamfamiliàs funerauit, antequam dos patri reddatur, cum marito rectè agit: reddita dote, patrem obligatum habet. Vtique [u] autem, si cum marito actum fuerit: is eo minus patri mulieris restituturus [x] est.

XXX. POMPONIVS libro quintodecimo ad Sabinum.

COntrà quoque, quod pater [y] in funus filiæ impendit, aut alio agente secum funeraticia [iam] præstitit: ipse actione de dote à marito recipit. Sed si emancipata in matrimonio decedat: collaturos hæredes bonorúmve possessores, & patrẽ pro portione dotis quam recuperant: *& virum pro portione dotis, quam lucratus est.

XXXI. VLPIANVS libro vicesimoquinto ad Edictum.

o *Lucrari videtur*. per pactũ de lucrãda dote.

p *Si conueniretur*. vtde vsque eo conueniretur funeraria, & non vltra. Sed contra, infra, ad leg. Falc. quærebatur. §. sed cum debitori.

q *Quod si nulla dos esset*. idem si esset: sed maritus nil facere potest arg. supra. l. proxi. in fine. Accursius.

r *Neque hæredes*. quia filiafa. erat: hodie tamen haberet: vt in authen. de hære. ab intest. §. j. & §. ij. col. 1.

s *Quondam vxorem*. scilicet, tempore mortis eius. alioquin non vt infra. l. proni.

t *Si mulier. Funeranda impensam*. tunc enim iura primi viri nubat: vt supra. de dona. l. vl. sic & si filius meus sit alterius actus seruus: & si manumissus: præterea in contra tabulas fundus manumissorum fra, de bo. lib. l. si filius meus.

u *Vtique*. nunc redit ad primum casum. Accursius.

x *Restituturus*. vt supra, eo. l. sed si nondum.

y *Contra. Pater*. adquem dos non debuit redire, propter pactum. Et secundum hoc dic, actione de dote scilicet funeraria. vt enim tenetur hic maritus extraneo funeraria: ita & patri. & quod subiicit, à marito recipit, dic scilicet qui dotem erat lucratus. Vel dic, quòd hęc dos debuit redire ad patrem: & tunc proponitur actio de dote id est ex stipulatu pro dote. & dices, à viro recipit, qui nullum pactum posuit de dote lucranda. Caue tamen tibi, quòd si plus impendat pater quam sit dos, non repetit quod est vltra: vt supra, eo. l. Neratius. §. si maritus.

Si filiusfamilias

a *Si filiusfamilias miles sit.* scilicet funeratus de alieno.
b *Ante teneri.* quàm patrem. hoc autem obtinet, si fecit testamentum: aliàs successorem non habet: vt infra, de castr. pec. l. ij.
c *Sic deinde.* scilicet si non habeat successoré: vt. ff. eo. l. in patrẽ.
d *Perpetua.* vt & ar. supra, eo. l. liberum. in fine. Accursius.
e *Si possessor. Vtilem.* nõ directam, quia neminẽ sibi voluit obligare: vt supra, communi diui. l. in hoc iudicio. & supra, eo. l. at si quis. §. si quis dum. Item actio neg. gest. datur ei: vt supra, de petit. hær. l. hæreditas. §. j. & l. quòd si possessor. §. sed cum. sed ibi de monumento dicit. Accurs.
f *Decesserint.* quod esse potest: vt infra, de dona. inter vi. & vxo. cum hic status. §. si ambo. & infra, de do. cau. motis hi qui.
g *Id ipsum.* scilicet portio dotis. pone enim talem pactionem fuisse, vt maritus dotis dimidiam lucraretur, si vxor decederet in matrimonio. hic autẽ dubiũ erat an prius decessisset in matrimonio: an post decessisset. & præsumitur mulierem prius decessisse: ideoque sumptus funeris ad hęredem viri pertinet: vt infra, de re. dꝛ. qui duos. §. si maritus. sicut paruus priusquam magnus: vt infra, de pac. do. inter socerum. in prin.
h *Si quis fuit. Indigno.* vt quia defuncti mortem non vindicauit: vt. C. de his qui. vt indig. l. j. &. l. cum fratrem.
i *Remaneant.* vt & infra, ad Trebel. l. quia perinde. §. fi. non enim definit esse hæres: vt infra, de vul. sub. l. ex facto. §. Iulianus. & insti. de fideicom. hære. §. restituta, Sed contra. infra, de su. & legi. l. j. §. interdum. Solu. ibi in maiori fuit delicto: quia reus perduellionis.
k *Si locum. Non facit.* Idem est in seruo legato sub conditione, qui interim manumitti non potest: vt & infra, qui & à qui. manu. l. iij. &. l. generaliter. §. fin. Sed in eo quod hic dicitur, est contra supra, eo. l. scriptus. in fi. So. hic loquitur in eo casu quando optimè, vel opportune, inferri alias poterat. ibi vero non poterat. Accursius.
l *Minimè. Eum.* ideo nec funerandum: vt faciat ad titul. de luctu enim constabat etiam sine his delictis: vt supra, ff. Vetus.

SI filiusfamiliàs miles sit[a], & habeat castrense peculium: puto successores eius ante teneri[b]: sic deinde[c] ad patrem venire. ¶ Qui seruum alienum vel ancillam sepeliuit: habet aduersus dominum funerariam actionem. ¶ Hæc actio non est annua, sed perpetua[d]: & hæredi cæterisque successoribus, & in successores datur.

XXXII. PAVLVS libro vicesimo septimo ad Edictum.

SI possessor hæreditatis fũdus fecerit: deinde victus in restitutiõe nõ deduxerit quod impenderit: vtilem[e] esse ei funerariam. ¶ Si eodem momento temporis vir & vxor decesserint[f]: Labeo ait in hæredem viri pro portione dotis dandam hanc actionem, quoniam idipsum[g] dotis nomine ad eũ peruenit.

XXXIII. VLPIANVS libro sexagesimo octauo ad Edictum.

SI quis fuit hæres, deinde, hę reditas ablata sit ei, quasi indigno[h]: magis est vt penes eum iura sepulchrorũ remaneant[i].

XXXIIII. PAVLVS libro sexagesimo quarto ad Edictum.

SI locus sub conditione legatus sit: interim hæres, inferẽdo mortuum, non facit[k] locum religiosum.

XXXV. MARCELLVS libro quinto Digestorum.

MInimè maiores lugendũ putauerunt eum[l], qui ad patriam delendam, & parentes, & liberos interficiendos venerit. Quod* si filius patrem, aut pater filium occidisset[m] sine scelere: etiam præmio adficiendum omnes constituerũt.

XXXVI. POMPONIVS libro vicesimo sexto ad Quintum Mucium.

CVm loca capta sunt ab hostibus, omnia desinunt[n] religiosa vel sacra esse: sicut homines liberi, [qui] in seruitutẽ perueniunt. Quod si ab hac calamitate fuerint liberata, quasi quodã postliminio reuersa pristino statui restituuntur.

XXXVII. MACER libro primo ad legem vicesimam hæreditatum.

FVneris sumptus accipitur, quidquid corporis causa, ve luti vnguentorum, erogatum est: & pretium loci in quo defunctus humatus est: & si qua vestiaria[o]* sunt, vel sarcophagi[p], & vectura, & quicquid corporis causa, antequam sepeliatur, consumptum est: funeris impẽsam esse existimo[q]. ¶ Monumentum autem sepulchri id esse diuus Hadrian' rescripsit, quod munimenti[r], *id est causa muniendi eius loci factum sit, in quo corpus impositum sit. Itaque si amplum[s] quid ẽdificari testator iusserit, veluti in circuitũ porticationes: eos sumptus funeris causa non esse[t].

XXXVIII. VLPIANVS libro nono de Omnibus Tribunalibus.

NE corpora aut ossa mortuorum detinerentur, aut vexarentur, néve prohiberentur quò minus via publica trãsferrentur, aut quò minus sepelirentur: præsidis prouinciæ officium[u] est.

XXXIX. MARCIANVS libro tertio Institutionum.

DIui fratres edicto admonuerunt ne iustæ sepulturæ traditum, id est terra conditum, corpus inquietetur. Videtur autem terra conditum, & si in arcula[x] conditum hoc animo sit, vt non aliò* transferatur. Sed arculam ipsam, si res exigat, in locum commodiorem licere transferre, non est denegandum.

XL. PAVLVS libro tertio Quæstionum.

SI quis enim eo animo corpus intulerit, quòd cogitaret inde aliò postea transferre, magísque temporis gratia deponere, quàm quòd ibi sepeliret mortuum, & quasi[y] æterna sede dare destinauerit: manebit locus prophanus.

XLI. CALLISTRATVS libro secundo Institutionum.

SI plures sint domini eius loci vbi mortuus infertur: omnes consentire debent, cum extranei inferantur. Nam ex ipsis dominis quemlibet rectè ibi sepeliri constat, etiã sine cæterorũ cõsensu[z]: maximè[a] cũ alius nõ sit locus, in quo sepeliretur.

A de his qui no. insa. l. liberorum. &. l. parentes.
m *Occidisset.* scilicet se defendendo. aliàs tenetur lege Pompeia de parricidiis: vt infra, ad legem Pompe. de parrici. l. j. Accursius.
n *Cum loca. Desinunt.* sic econtra religiosa apud eos, à nobis capta, non sunt religiosa: vt. C. de sepul. vio. l. sepulchra. & facit infra, de iure fisci. diuus. & infra, de acquirendo re. do. l. in agris.
o *Funeris. Vestiaria.* aliàs, vectigalia. *Flo. vecti
p *Sarcophagi.* à sarx, galia quod est caro: & phago, quod est comedere: quia ibi caro hominis à vermibus consumitur. Accursius.
q *Existimo.* vt supra, eo. l. si quis. §. funeris. *Flo. monumenti
r *Munimenti.* & id de Munimentum, scilicet. Ergo dicitur munimentum à munio: sed monumen quomodo tum, à moneo, vel à memoria dicitur: vt supra, eo. l. ij. §. monumentum. differunt.
s *Si amplum.* id est, vltra modum. Ioan.
t *Non esse.* nec repetitur: vt supra, eo. ti. l. at si quis. §. quid ergo si ex.
u *Ne corpora. Officium.* ergo pro mortuo inferendo habet locum officiũ præsidis, & interdictum sequens, & actio in factum, quæ est, infra, ti. j. vt & supra, eo. l. liberum. &. C. de sepul. vio. l. qui sepulchrum. non tamen impedienti imponitur pœna: vt infra, de sep. vio. l. iij. §. non perpetuæ.
x *Diui fratres. Arcula.* quædam est capsa in qua vltra mõtes magni homines assignantur, seu imponũtur sub terra. *Flo. alibi Arcula quid dicatur.
y *Si quis eo. Quasi &c.* id est dicere, magis deponit ad tempus, quàm quasi &c. & tunc potest transferre, etiam sine alicuius auctoritate vt hic, &. C. eo. l. si nec dum. Sed si perpetuæ sepulturæ tradidit, potest transferri iusta causa cum auctoritate præsidis. si sine causa, cum principis auctoritate: vt infra, de sepul. vio. l. iij. §. non perpetuæ &. C. eodem l. fina. Accursius.
z *Si plures. Cæterorum consensu.* speciale. sic &. C. de communi ser. ma. l. j. &. C. de cõ. re. ali. l. multum.
a *Maxime.* potest dici, quòd abundet, propter id quod est institu. de rerum diuisione. §. religiosum. Vel dic, quòd ibi loquitur quando extraneum vult inferre: vt ex hac lege colligitur. Accur.

a *Monumentum. Prodita.* vt & supra, eod. l. ij. §. monumentum.

b *Vnt personæ. Facere.* cæterum si ipse qui legauit vsumfructum inferatur, nec sit alius locus vbi sepeliatur, faciet iustum: vt & infra, eod. l. si plura.

c *Interdicto.* de mortuo inferendo: vt infra, titulo primo, lege prima. §. hoc interdicto.

d *Mortuum.* scilicet, extraneum: aliàs secus: vt supra, eo. l. si plures.

e *Inferre vult.* nam in ferre quidé potest quãdiu aliquis locus paratur, vel parari possit. postea autem tenetur auferre per actionem in factum: vt supra, communi diui. si quis putans. §. si quis in commune. & supra, eodem. l. secunda. §. an socius.

†quasi dicas, inane sepulchrũ: quod sine corpore sit.

f *Propter.* aliàs propter, & aliàs præter. & semper est idem sensus: scilicet, quòd duæ sunt rationes quare socius in locum communem inferatur. vna, publica vtilitas: alia stricta ratio quæ pro hoc facit: quæ & si faceret contra hoc, omitteretur propter fauorem religionis. quod dic, vt supra, eodé. l. at si quis §. idem Labeo. sed hic facit pro hoc. & est hic quia si socius prohibet, quia socius: ergo & ego inferã: quia dominus, vt ipse. nam summam & cætera. vt subiicit hic.

*Flo. qui

g *Solet.* tamen est cõtraria æquitati: vt in multis casibus supra, eodem. l. sed & si quis.

h *Vm in diuersis. Sepultura.* id est vn⁹ homo sepultus. Accursius.

i *Cuiusque.* scilicet, capitis. Sed quid si medietas capitis in vno loco sit: & alia in alio? Respon. neuter est religiosus, secundũ Ioã.

*Flo. cuius imago sit, inde cognoscimur

k *Impetratur.* à principe. alioquí nó: vt. C. eo. l. hna.

l *Religiosus esse.* facer etiam quandoque esse desinit: vt supra, eodem. l. cum loca. Accursius.

m *Impensa. Omne creditum.* forte loquitur de credito, quod sine pignore debetur: cum creditores habentes pignora, præponantur priuilegiis personalium actionum: vt C. qui po. in pino. ha. id est eos qui. Ir. imò etiam de eo quod sub pignore debetur: vt supra, eo. l. at si quis. §. j. si tamen tacitum sit pignus. aliàs forte est contra: sicut in dote dicimus: vt. C. qui po. in pign. hal. finali. Item contra, supra, eodem. l. Neratius. §. finali. Solu. vt ibi diximus. Accursius.

n *Si plura prædia. Poterit in vnum.* vt supra, eodem. l. at si quis §. j. &. l. iij. in fine. Accursius.

o *Gratificationi.* Nota locum esse gratificationi. sic & infra, ad Syllan. l. iij. §. si cum omnes, in fine. & infra, de bo. auct. iud. posi. finó expedi. §. j. & infra, de noua. si Stichum. §. si decem. & infra, de pecul. l. summa. §. sed & si alij. & infra, depos. l. ei apud. §. primo. & infra, locat. l. in naue. in fine. & infra, de lega. j. si quis seruum. §. si inter duos. & l. cum quidam. & l. statuliberum in fine. & infra, de lega. j. §. si mihi & tibi principio. & infra, de condic. indebi. plane. & l. si non sortem. §. finali. Sed argu. contra C. de condic. indebi. l. penul. & infra, quæ in frau. credi. l. pupillus in principio. & C. de peti. hæred. l. finali. Accursius.

p *Debet in fine.* vide supra, eodem. l. Neratius. §. fin. cõtra. Solutio. Accursius.

q *Legantur.* scilicet legatario. Azo.

r *Erogata sunt.* ligatario.

s *Actionem.* scilicet in factum: vt infra, de lega. ij. l. si hæres rem. vel ibi hæres intentionem legatam.

t *Et.* pro, id est.

DE MORTVO inferendo, & sepulchro ædificando.

u *Prætor ait.* quo. scilicet, monumẽto. Accursius.

x *Quáve.* id est per quam partem, siue via ad fundum vt sepeliret destinatã. Azo. Et dic, quòd Pi. litera aliter dicit: scilicet prætor aut quo quáve illic mortuum inferre inuito te ius ei est: quò minus illi eo eáve mortuum inferre & sepelire liceat, & cætera.

y *Non prohibetur.* vt supra, titu. j. l. liberum. & sic prohibetur prohibens.

z *In fundum.* id est, ad fundum. Accursius.

a *Debeatur.* iter vel actus. Accursius.

b *Prætor ait.* hoc est locũdum edictum. & est prohibitorium, sicut & primum: vt inst. de interdict. §. prohibitoria. Accursius.

c *Conuehi.* vt & infra, de itine. actuq; priua. l. veteres. Accursius.

Refert.

XLII. FLORENTINVS libro septimo Institutionum.

MOnumẽtum generaliter, res est memoriæ causa in posterum prodita[a]: in quam si corpus vel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrum. si verò nihil eorũ inferatur, erit monumentũ memoriæ causa factũ, quod Græci κενοτάφιον appellant.

XLIII. PAPINIANVS libro octauo Quæstionum. B

SVnt personę, quæ quanquã religiosum locum facere[b] non possunt, interdicto[c] tamẽ de mortuo inferendo vtiliter agũt: vt puta dominus proprietatis si in fundum, cuius [vsus] fructus alienus est, mortuum inferat, aut inferre velit. nam si intulerit, non faciet iustum sepulchrum. sed si prohibeatur, vtiliter interdicto quo* de iure dominij quæritur, aget. Eademq; sunt in socio, qui in fundũ cõmunẽ inuito socio mortuum[d] inferre vult[e]. Nam propter[f] publicam vtilitatem, ne insepulta cadauera iacerent, strictam rationem insuper habemus, quæ nonnunquam in ambiguis religionũ quæstionibus omitti solet[g]. Nam summam esse rationem, quæ pro religione facit.

XLIIII. PAVLVS libro tertio Quæstionum.

CVm in diuersis locis sepultum est, vterque quidem locus religiosus non fit: quia vna sepultura[h], plura sepulchra efficere non potest. Mihi autem videtur illum esse religiosum [locum,] vbi quod est principale conditum est: id est caput: vnde qualis cuiusque[i] imago sit, cognoscitur. *Cum autem impetratur[k] vt reliquiæ transferantur, desinit locus religiosus esse[l].

XLV. MAECIANVS libro octauo Fideicommissorum.

IMpẽsa funeris semper ex hæreditate deducitur: quę etiam omne[m] creditũ solet præcedere, cum bona soluẽdo nõ sunt.

XLVI. SCAEVOLA libro secundo Quæstionum.

SI plura prædia quis habuerit, & omniũ vsumfructũ separatim legauerit: poterit[n] in vnũ inferri. & electio erit hęredis, & gratificationi[o] locus. sed [vsu] fructuario vtilis actio in hęredem danda ad id recipiendum quod ꝓpter eam electionem minutus est vsusfructus. ¶ Si hæres mulieris inferat mortuum in hæreditariũ fundum: à marito qui debet[p] in funus conferre, pro æstimatione loci consequatur. Ei cui vestimenta legãtur[q], si in funus erogata sunt[r]: vtilem actionem[s] in hæredem dandam placuit, & [t] priuilegium funerarium.

DE MORTVO INFERENDO, & sepulchro ædificando.

TITVLVS VIII.

I. VLPIANVS libro sexagesimo octauo ad Edictum.

PRætor ait: *quo*[u] *quáve*[x] *illi mortuum inferre inuito te* [ei] *ius est: quò minus illi eo eáve mortuum inferre, & ibi sepelire liceat, vim fieri veto.* Qui inferendi mortuum ius habet, non prohibetur[y] inferre. Prohiberi autem inferre videtur, siue in locũ inferre prohibeatur, siue [in] itinere arceatur. Hoc [autem] interdicto, de mortuo inferẽdo, dominus proprietatis vti potest: quod etiã de loco puro cõpetit. Itẽ si mihi in fundũ[z] via debeatur, in quem fundũ inferre volo, & via prohibear, hoc interdicto posse me experiri placuit: [&] quia inferre prohibeor, qui via vti ꝓhibeor. Idemq; erit probandũ, & si alia seruitus debeatur. [a] Hoc interdictũ ꝓhibitoriũ esse palã est. ¶ Prætor ait[b], *Quo illi ius est, inuito te mortuum inferre: quò minus illi in eo loco sepulchrum sine dolo malo ędificare liceat, vim fieri veto.* Interdictum hoc propterea propositũ est, quia religionis interest, monumenta extrui & exornari. Facere sepulchrũ, siue monumentũ, in [eo] loco, in quo ei ius est, nemo prohibetur. Aedificare videtur prohibere, & qui prohibet eam materiam conuehi[c] quæ ędificio necessaria sit. Pro-

BIU Cujas

a *Reficere.* large vocabulum accipe, reficere. si vero stricte, differentia est inter facere, & reficere: vt infra, de iti. actuque pri. l. iij. §. reficere.

b *Labatur.* per quod videtur prohibere facere, cũ factũ nõ sinit.

c *Tenetur.* potest etiam accusari de sepulchro violato: vt infra, de sepul. vio. l. ij. & iij. & l. sepulchri.

d *Vetat lex. Excidatur.* sic & in ea quæ ad mortem est dãnata: vt supra, de stato. l. imperator. & infra, de pœnis. l. prægnantis.

e *Cum grauida.* id est in grauida cõsistentis, non ita vt videatur vtrumque peremisse: & sic hæc dictio, cũ, non implicat. argu. cõtra infra, de vsufru. leg. l. illi. Accursius.

f *Si propius.* scilicet quàm determinatum est supra, finium regun. l. fi. Vel melius, si priuatus est locus vicinus. x. pedum. si publicus. xv. pedũ: vt. C. de ædif. pri. l. si cui. & l. mœniana.

g *Quod vi aut clam.* argu. contra P. qui dicit duo esse interdicta: vnum, quod vi: aliud, quod clã. nam hic erat factum clam: & tamen datur interdictũ, quod vi aut clam.

h *Sciente & non contradicente.* Et sic no. q̃ qui tacet, consentit: vt infra, de dam. infect. lege, qui bona. §. si quis iusta. & infra, loc. l. item quæritur. §. qui impleto. Accursius.

i *Longa.* nec etiam longissima: quia incorporales res præscribi non possunt. Item quia ipsum sepulchrum, cum non sit in bonis vllius, nec esse potest, non potest præscribi: vt insti. de re. diui. §. nullius. Vnde no. talem regulam, quòd si quæ res corporalis est, quæ suo priuilegio, non eius cuius est, non potest triennio vel decennio vel vicennio præscribi, ab eo qui titulum vel etiam bonam fidem habet: eadem res vel. xxx. vel. xl. an. non poterit præscribi ab eo qui titulum non habet. vt patet in libero homine: vt. C. de præscrip. lõg. tẽpo. quę pro li. vel cõtra eã da. l. fi. Itẽ in eo quod dicit, non competit, patet q̃ quædam sunt quæ possunt seruari, quæ de nouo non possunt acquiri: vt ius sepulchri præscribi. vt hic. nec decurionatus longa salarij præstatione: vt infra, de decu. l. Herennius. nec nouam possunt Iudæi facere synagogam, licet veterem fulcire possint: vt. C. de Iudæ. l. finali. Item nuntiatio pro opere faciendo. In facto iam, fieri potest: vt infra, de ope. no. nuntia. l. j. §. si quis ædificium. sic & gẽ. xii. tab. infra, de dona. inter vi. & vxo. l. si donante. §. quod autẽ, fina. Item in eo quod dicit, ius sepulchri non præscribi: est argu. contra. C. de reli. l. monumentorum. in fine. Sol. ibi dicit, ad puri loci ipsa loca religiosa. Ac. tentatio. nam vere nõ potest possideri: vt. j. de acquirẽ. pos. qui vniuersas. §. fi. Accursius.

Legitimũ modũ statuit lex duodecim tabularum. 60. pedes. Cic. lib. 2. de legib.

Flo. possessionem tribuit.

Cic. lib. 2. de legib. 12. tab. interpretãs, vxo. l. si donante. §. quod autẽ, inquit Fodit, ius sepulchri non habet rum, id est præscribi: est argu. contra. C. de reli. l. monumentorum. in fine. Sol. ibi dicit, ad puri loci ipsa loca religiosa. Ac. tentatio. nam vere nõ potest possideri: vt. j. de acquirẽ. pos. qui vniuersas. §. fi. Accursius.

Sepulchri vestibulum bustúmve vsucapi vel præscriptionem tãtum tantum tuetur proficere, nõ autem ad ius sepulchrorum.

Possessio. id est detentatio. nam vere nõ potest possideri: vt. j. de acquirẽ. pos. qui vniuersas. §. fi. Accursius.

I *Si in eo monumento. Perficiatur.* etiam sine auctoritate alicuius.

m *Factus.* id est perfectus.

n *Pontifices.* id est episcopi: qui in talibus suum exercent officium: vt supra, de peti. hære. l. hæreditas. §. j. Accursius.

A

B

C

inde & si operi necessarios p̃hibuerit quis venire, interdictum locum habet: & si machinam alligare quis prohibeat, si tamen eò loci prohibeat, qui seruitutem debeat. Cæterùm si in meo solo velis machinam ponere: non tenebor interdicto, si ire* te non patiar. Aedificare autem non solum, qui nouum opus molitur, intelligendus est: verum is quoque, qui vult reficere.[a] Is qui id agit, vt labatur[b] sepulchrum: hoc interdicto tenetur.[c]

II. MARCELLVS libro vicesimo octauo Digestorum.

VEtat* lex regia mulierem, quæ prægnans mortua sit, humari, antequam partus ei excidat̃[d]. qui contra fecerit, spem animantis cum grauida[e] peremisse videtur.

III. POMPONIVS libro nono ad Sabinum.

SI propius[f] ædes tuas quis ædificet sepulchrũ: [&] opus nouum tu nuntiare poteris: sed facto opere nullam habebis actionem, nisi *quod vi aut clam.*[g]

Si propius ædificium alienum intra legitimum modum† mortuus illatus sit: postea eum prohibere non poterit ædificij dominus, quò minus alium mortuum eò inferat, vel monumentum ædificet, si ab initio domino sciente[h] hoc fecerit.

IIII. VLPIANVS libro secundo Responsorum.

LOnga[i] possessio[k]* ius sepulchri non tribuit* ei, cui iure non competit.†

V. IDEM libro primo Opinionum.

SI in eo monumento, quod imperfectum esse dicitur, reliquiæ hominis conditæ sunt: nihil impedit quò minus id perficiatur.[l] Sed si religiosus locus iam factus[m] sit: pontifices[n] explorare debent, quatenus salua religione desiderio reficiendi operis medendũ sit.

Finit altera Digestorum pars de iudiciis.

SEQVITVR TERTIA DE REBVS CREDITIS.

c Sequitur eam Alex.

DE REBVS CREDITIS, & cætera.

Dictum est[a] supra, de in rem act. & de aliis quæ ad exemplum earum proponuntur. superest videre de omnibus personalibus quæ ex contractibus proficiscuntur. & ita ponitur, de rebus creditis: quæ verba sunt generalia: vt infra, eo. l. j. & quia inter alias personales actiones ea quæ datur ex mutuo, obtinet principatum, quia specialia habet: vt infra, eo. l. singularia. ideo subiicit, si certum petatur id est mutuum. & quia tam pro mutuo datur certi condictio specialis, quàm p̃ quolibet alio credito certo, datur certi condictio generalis: vt infra eo. l. certi condictio. in pri. ideo subiicit de cõdictione scilicet generali & speciali. Nã hæc pars ad duo supradicta refertur. Alij dicunt[b] vnam tantum, scilicet certi condictionem generalem. His ergo verbis de rebus creditis, non solum mutuum, sed etiam cæteri omnes contractus continentur. de quibus in hoc ff. Vetus. titu. tractatur: vt. j. eo. l. j. & l. ij. §. fin. & l. iiij. §. res. & §. ea. & l. quod te mihi. & l. certũ. & l. nam & si. & l. certi condictio. & aliis legibus. At his[c] verbis, si certum petatur, tantum mutuum significatur. & restringitur eius significatio: & sic accipitur stricte. C. eo. titu. l. si certum petatur. Quidam tamen[d] dixerunt quòd, si certum petatur, esset prius nomẽ actionis: vt argu. infra, de trit. ac. l. prima.

o *Si certum.* id est mutuum. Accursius.

p *Petetur.* id est repetetur. Accursius.

a Ita dicit. Alex. b Pla. Bar. c Dat.

Ista lex allegatur quæ ad cognitionem speciẽ debet præcedere cognitio generis. & nephas est materiã aggredi eorũ quæ non regit. Alias petita insecun quit iurisdũ Pi cons. in. l. i. sanã s. de origi.

DE REBVS CREDITIS, si certum &c.

Digestorum seu Pandectarũ,

liber duodecimus.

DE REBVS CREDITIS. SI CERTVM[o] PETETVR.[p] & de condictione.

TITVLVS I.

Ad cognitionem specierum debet præcedere cognitio generis: vnde cum verbum, credendi, & verbum rei, sint generalia: ideo à prætore de rebus creditis præmittitur rubrica. h. d. tota lex. Et diuiditur sic: Primo commendat quæstionem. Secundo respondet ad eam, & assignat rationem. Tertio rationem probat per auctoritatem Celsi. Quarto rationem suam probat per aliam rationem. Vltimo ponit quid significet verbum, rei. secunda ibi, quoniam igitur. tertia ibi, nam vt li. i. quarta ibi, nam cuicunque. quinta ibi, rei quoque. Bartolus.

I. VLPIANVS libro vicesimo sexto ad Edictum.

RE EST, q PRIVS QVAM AD Mela. §. legis. q. d. ad dominum & ad doctorem spectat de significatione verborũ dicere. Et ponitur, here, aduerbialiter id est here ex vtilitate aliàs[e] here, id est iur. literam est, ex re, id est

e Qualibet id est herile. ab herus litera potest heri id est dominus: vt stare, secum supra, ad le. Aquil. item dum Bar. Alex. Ca. Ia.

BIU Cujas

a Deberet dicere, heri liter: secundum Alex.

rile.[a] ad quod. C. de profes. qui in ciuitate Cō. l. j. li. xij. Et dic cā sum: Prætor ante compilationem dige. fecit edictum de rebus, & intitulauit.[b] de rebus creditis. Vlpianus autem primo rubricam per hanc legem exponit. Secundo, verba edicti. Vel dic, quod est

b Sequūtur Bart. Ale. & Ia.

verius, hæc lex quatuor dicit: Primo iurisconsultus cōtinuat seip- sum: & dicit, vtile esse prius exponere rubricam, quàm ad textum descendere. & hoc vsque ibi, quoniam. Secundo reddit rationem quare titulus iste, de rebus creditis, sequentibus titulis præferatur: & certè præfertur, quia generalior: & verè generalior, quia continet omnes contractus in quibus fidem sequimur alienam. & hoc vsque ibi: nam &c. Tertio dicit, qualiter nomen credendi accipiatur: vsque ibi, rei. Quarto, qualiter nomen rei sumatur. Sed hæc vbi supra, respō. d. verba textus edicti erant in antiquis libris. Sed sunt inde accepta: & sunt edicta quæ sunt infra, vsque ad tit. de pig. & super quolibet sunt expositiones Vlpiani: vt in titu. de constituta. & in tit. commodati. & in aliis.

verborū[a] interpretationē[b] perueniam[9], pauca de significatione ipsius tituli[c] referre. ℣ Quoniā igitur multa ad contractus varios[d] pertinētia iura sub hoc titulo[e] prætor inseruit: ideo rerum creditarū titulū præmisit. Omnes[f] enim cōtractus, quos alienam fidem secuti[g] instituimus, complectitur. Nam[h] (vt libro primo quæstionū Celsus ait) credendi generalis[i] appellatio est: ideo sub hoc[k] titulo prętor & de commodato, & de pignore[l] edixit[m]. Nam cuicūque rei adsentiamur[n] alienā fidē secuti, mox[o] recepturi quid ex hoc contractu: credere dicimur. Rei quoque verbum, vt[p] generale[q], prætor elegit.

Mutuum ea forma contrahitur vt idem genus, non eadem species reddatur: aliàs nō erit mutuum, sed alius contractus. Alex.

c Istā glo. sequuntur B. H. Al. & Ia. contra opi. gl. præceden. d. Alexan. hic colligit quòd titulus accipitur pro tractatu vel rubrica. addo ad eū, bene facere glo. in præ. sexti libri. in verbo, titulis. & tex. in. §. quib⁹. in prima consti. cod. e Immo nō refertur. B. B. P. Are. Ale. & Ia. f Ista est vera. Bart. Ale. & Ia.

a *Verborum.* scilicet istorum[c], si certum petatur.
b *Interpretationem.* quam facturus est in specie, infra, eo. l. ij. §. appellata. & in genere, infra, eo. l. certum. vel dic, antequam exponat verba edicti: vt notaui in casu.
c *Ipsius tituli.* d scilicet illius, de rebus creditis.
d *Varios.* id est, nominatos, & innominatos: de quibus sub hoc tit. id est, post hunc tit. ponit: vt patet infra, in sequentibus titulis, vbi de nominatis dicetur, & de innominatis: vt infra, de præscri. verb. & sic refertur ad mediam rubricam[e] scilicet si certum petatur. Vel melius[f] referas ad primam, scilicet de rebus creditis. & tunc propriè dicit, sub hoc tit. quasi sub hoc tractatu de rebus credi. & continet. viij. libros: vt supra, in procœmio. §. in secundo. &. C. de vete. iu. enu. l. ij. §. in tertia, scilicet vsque ad tit. de pigno. & omnes intitulantur de rebus. Et est simile verbum sub hoc tit. supra, de in integ. resti. l. j.
e *Sub hoc titulo.* id est, edicto. vel dic id est rubrica. Accursius.
f *Omnes.* bene dico, generalem primam partem rubricæ: omnes enim &c.
g *Secuti.* dicor sequi fidem debitoris, quando mihi est obligatus: vt hic, & infra, proxi. ibi, nam cuicunque &c. & insti. de re. di. §. venditæ.
h *Nam.* probat quòd omnes contractus contin⁹. Accursius.
i *Generalis.* Nota credere, vel creditor, generaliter dici: vt hic, & infra, de verb. signifi. l. creditores. &. l. creditorum. &. l. si cui. & in authen. de fi. instru. §. pe. col. j. Sed quandoque stricte, pro mutuare, vel pro mutuatore tantum accipitur: vt. C. si aduer. cre. l. j. & infra. l. proxi. §. j. & infra, ad Mace. l. quia. & in auth. nullum cred. agri. ten. il. ter. §. j. col. iiij. Accursius.
k *Sub hoc.* expone vt supra, proxi. Accursius.
l *De pignore.* id est, de pigneratitia actione. Accursius.
m *Edixit.* id est, edicta posuit.
n *Assentiamur.* id est, confidamus.
o *Mox.* idem & si non mox. nam non accipitur pro cōfestim[g]: sed longum etiam tempus respicit: vt infra, de ac. & obli. l. is cui. & infra, de re iud. à diuo Pio. §. j. Vel dic, quòd non determinat hoc verbum, recepturi: sed hoc verbum, credere.
p *Vt.* id est, tanquam.
q *Generale.* vt pecuniam & speciem omnem contineat, factam quoque. Sed contra, supra, de rei vin. l. si in rem. in princ. ibi, appellatio enim &c. Sed ibi[h] quo ad actionem in rem: hic quo ad personales. Vel ibi quo ad libellum. Accursius.

g Ex proprietate sermonis: sed bene ex proprietate. B. B. & Alexan. h Nō tenetur, secūdū Bart. sed iū ge eā cum sequen. & erit vera, secundū Ias.

Mutuum.] CASVS. Primo dicit, qualiter mutuum contrahatur, scilicet vt creditori detur tantundem eodem genere: non eadem specie: quia sic esset contractus innominatus. deinde in quibus rebus consistit, scilicet in his quæ pondere, numero &c. & assignat rationem quare in his constat: quia in genere suo &c. id est, vt omnia sua vice fungantur, si fuerit solutum: magis quàm per speciem, eandem, scilicet. & subaudiatur, magis. Tertio exponit quid sit mutuum, per definitionem. Quarto dicit differentiam inter mutuum & creditum: quod creditum, scilicet est in plus: mutuum vero est minus: itaque nō est mutuum, nisi proficiscatur secundum in certo. alia plana fiunt vsque ad. l. cum quid. Viuianus.

A

II. PAVLVS libro vicesimo octauo ad Edictum.

MVtuum damus recepturi non eandem speciem[r], quam dedimus (alioquin[f] commodatum erit, aut depositū[t]) sed idem genus[u]. Nam si aliud genus[x], veluti vt pro tritico vinum recipiamus: non erit mutuum[y].

B

QVod si ab initio, cum deponerem, vt tibi, si voles, permisero: creditam non esse, antequam mota[r] sit: vt tunc breui manu, quasi à te numerata pecunia condictio tibi quæratur: vt infra, eo. singularia. nam si errarem, dominium non transferrem: vnde nõ esset mutuũ: vt. ĭ. de acquiren. re. do. si procurator. & de condic. cau. da. l. iij. §. subtilius. Sed quid si nomine tuo mutuo, & incontinenti stipulor illud mihi reddi? Videtur nouari prior obligatio: vt infra, de noua. l. cum enim. Vel dic[s], q̃ ibi loquitur cum suo nomine numerat, & sibi stipulatur: hic quando alieno nomine numerauit. vnde actionẽ quæsitam non potuit sibi incõtinenti auferre: vt supra, de procu. l. procurator totorũ. & l. mã dato. Econtra quid si mutuam pecuniã meo nomine dedero, & incõtinenti reddi alij paciscor eandem? Respõ. hic non videtur loqui, nisi cum ipsa numeratio fit alterius nomine, & tanquam nũmi sint eius, cuius nomine numerat. sic enim dicit, velut tuos: & ita. C. per quas perso. no. acquir. l. fi. sic ergo numeratio ex mutui causa vindicat sibi hanc prærogatiuã: vt. ĭ. e. singularia. non stipulatio, vel pactum incontinenti factum: vt. s̃. ea. l. §. quoniam. Vel dic[h] plus operari pactum quã stipulationẽ: quia pactũ suis, & mutui virib⁹ nititur: stipulatio suis tãtum. Accursius.

l *Voluntate*. subaudi, maxime. nam etiam me ignorante hoc facere posses: vt. ĭ. proxi. Sed quid si te ignorãte tuo nomine mutuo, & ratũ non habeas? Respon. mihi vtilis datur: vt. C. eod. si absentis. Accursius.

m *Quotidie*. id est, frequenter. vnde nota propter frequentiam aliquid concedi. similis ratio est infra, de preca. l. certe. in fine. & l. sequen. Accursius.

n *Deposui*. tibi roganti. volentíque vti. Ioan.

o *Possidere*. vnde ciuiliter possidere: & possessionem tenet corporalem: & ita dominiũ est translatum, etiam sine traditione: vt insti. de re. di. §. interdum. vnde potest condici. Sed cõtra, quia solo animo nemo incipit possidere: vt. ĭ. de acquiren. pos. l. quẽadmodũ. Sol hic[i] erat res in cõspectu: vt. ĭ. de acqui. pos. quod meo. §. si per venditorem. &. s̃. de rei vin. l. eius. & l. hæc si. nec ob. quod dicitur in. d. §. instit. de re. diui. quia ibi non ex solo contractu habet dominium emptor: sed ita demum si apprehendat, & vẽditor patiatur esse apud emptorem: vt. ĭ. de acquir. re. do. qua ratione. §. interdum. vel dic, esse speciale hic: vbi licet non sit in conspectu, acquiritur tamen dominium: vt infra, eo. l. singularia.

p *Ei*. id est, ab eo. Accursius.

q *Condici*. scilicet certi condictione generali & speciali.

r QVod si ab initio. *Mota*. cur non est mutua statim, cum habuit voluntatem, vel propositum vtendi, & mutuam habendi? Respon. k quia dictum erat in depositione, si voles: quod verbum nimis est extensiuum. licet enim semel velit, tamen potest mutare[l] propositum antequam moueat: & sic plerũque esset mutuum, & desineret. Aliud in verbo, si volueris: vt infra, de ver. obli. si quis stipulatus. & secundum hoc, verbũ hic positum, si voles, exponitur: id est, si voluntarie vsus fueris. sic supra, de re. diui. l. fi. Et erit[m] differentia inter hunc, & superiorem casum: quia hic secuta fuit voluntas vtendi voluntatem dantis: ibi autem præcessit. Alij autem faciunt differentiam tantũ in verbo, si voles;

---

a *Coniunctim*. id est, verbis interueniente re, vt patet in societate quandoque: vt infra, pro socio. l. iiij. in prin. vnde re & verbis non posset contractus fieri. sic infra, de act. & obli. l. obligamur. §. iij.

b *Nulla est*. quia alteri stipulari nemo potest: vt insti. de iuti. stip. §. si quis alij. &. §. si quis alteri. nisi sua interfit: & tunc ipse agit: non ille cui stipulatus est: vt. ĭ. de verb. oblig. liber homo. §. fi. in casibus autẽ, & alteri potest quis stipulari, quos no. ist. de iuti. stip. i. d. §. si qs alij.

c *Et puto posse*. scilicet condicere ex prima obligatione. sed videtur prima obligatio per sequẽtẽ stipulationẽ nouata: vt. ĭ. de noua. si ita fuero. §. fi. &. l. seq. quæ sunt contra, sed distingue, an egerint inter se contrahẽtes, vt ex numeratione actio nó nasceretur: & tunc nulla nascitur: vt. l. contraria. & infra, eo. l. non omnis. in princ. aut est in dubio: & tunc si stipulatio sequens valet, nascitur ex numeratione actio: sed fingitur non nata: vt infra, de verb. oblig. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. &. l. cõtraria. & de act. & obli. obligationum fere. in fi. si vero non valet, remanet actio prima: vt hic. Si verò stipulatio valet, & nomine vnius est numeratum, & alterius stipulatum: præualet numeratio: vt infra, de stipu. ser. l. j. §. ij. Item quid si pro parte tenuit, & pro parte non stipulatio: vt quia mihi & alij sum stipulatus? Respon. d pro ea parte quę tenet, fit nouatio: pro alia remanet prima actio, et numeratione, secundum R. vt infra, de vsuris. l. iiij. §. fi. Ité no. hic argu. quòd non vitiatur vtile per inutile. sic infra, de verbo. oblig. l. j. §. pe. Argu. contra supra, de arbi. l. parui. §. j. & hæc omnia locum habent hic, & in sequentibus responsis.

d *Stipulatus*. scilicet quod eidem mutuaueram cum auctoritate tutoris, vt subiicit. nam si stipulatus fui à pupillo, quod alius debebat: prior iure nouationis tollitur, & posterior obligatio non potuit sortiri effectum: vt instit. quib. mo. tol. ob. §. præterea. quæ est contra. nisi e forte iustam causam pupillus habuit promittendi. quia forte pecuniam debet ei: pro quo spopondit: quo casu datur actio stipulatori in pupillũ, ad instar domini: vt supra, de pac. in personam. §. qui pecuniam.

e *Ex numeratione*. facta interueniente tutore. Ioan.

f *Nulla sit stipulatio*. vt insti. de inuti. stipu. §. si imposibilis. & infra, de act. & obliga. non solum.

g *Mox*. cum iam interdictum est. Ioan.

h *Pupillo*. dic ergo, quod in pupillo dixi. s̃. eod. §. & facit infra, de verbo. obbliga. is cui.

i *Quoniam*. bene dico supra æquiparari pupillo: quoniam in hoc alij comparatur. Accursius.

k *Velut tuos*. sic dicendo, nomine Titij tibi mutuo: & ei reddes. vnde not. quòd hæc duo pacta, vel primum tantum plus valet, quàm stipulatio etiam incontinenti apposita: vt supra, ea. l. §. quoniam. quæ est contra. aliàs quandoque plus valet stipulatio, quàm pactum, etiam incontinenti vtroque apposito: vt. C. de vsur. l. iij. & supra, de reli. quòd si loc⁹. &. C. de iure dot. auia. &. ĭ. de ser. expor. l. seruus ea. Vel dic[f], quòd hic non fuit pactus: sed alieno nomine dedit. Item hoc intellige, quando sciebam meos nummos.

g *Sequitur Bar. in secundo casu principali.*

† *Scribẽtes hic colligunt, quòd procedit argumẽtum a Iolun. & ad hoc facit & cõsonat. l. 2. §. merito infra, ne quid in lo. pu. & l. Iulianus. infra, de rei vin. l. C. de iudi. tex. in. c. 1. de cler. nõ resi. extra.*

h *Non tenetur secundũ B. & P.*

i *Dic, quòd nõ requiritur, quòd sit in cõspectu: sed quòd teneat: & habeat domini volũtatem. Bar. Alex. & Ia.*

k *Ista respõsio displicet P. Ale. & Ia.*

l *Immo nõ potest mutare: quia quãdo electio trahit secũ executionẽ: non admittitur variatio. P. Ful. & Ia.*

m *Hæc gl. ponit verũ intellectum ad hũc tex. secundum Pau.*

BIU Cujas

si voles: vt siue à principio, siue postea dicatur, habeat locũ hæc lex. secus si hoc verbum, non apponitur: quod nihil est. Accur.

a *Debitum.* i. mutuum: quia non est certum, an vtatur &c.

Rogasti me.] CASVS. Eram amicus tuus. trãsactis nundinis venisti ad me, & dixisti: certe male negotiat⁹ sum in his nũdinis: & ideo non possum satisfacere creditoribus. rogo igitur te, vt mihi. c. scuta mutuo des. Ego respondi tibi: certe ego sum in ea causa qua tu es: quia etiam malas nundinas habui, & pecunia careo: tamen ne credas me tibi nolle subuenire, habeo hic scutellam, vel scyphum. cætera dic, vt in tex. [SI FVGITIVVS.] Tria dicit. Et primum, quòd seruus cui concessa est peculij administratio, mutuans pecuniam facit eam accipientis: & contrahitur obligatio. Secundum est: si seruus fugitiuus, vel non fugitiuus, mutuet pecuniam cõtra domini voluntatem, non contrahit obligationem. vnde nummos vindicare possum, si extent, vel si dolo factum fuerit, quo minus extarét. Tertium est, quòd si pecunia mutuata aliquo prædictorum casuũ cõsũpta fuit: condictione tenebitur, qui mutuum recepit. Viuia.

b *Lãcem.* id est argẽteam scutellam.

c *Si vendideris.* & nũmos mutuos acceperis, aliàs[a] erit actio ex innominato contractu, do vt facias: vt infra, de præscrip. ver. rogasti. in prin. Accursius

d *Factam.* immo nõ ideo magis est mutua: quoniam debitum[a] * iri non est certum.

Pecunia redacta ex venditione rei meæ de partium voluntate, statim conuertitur in causam mutui: & periculum rei traditæ ad vendendum, vt pretio quis vtatur: pertinet ad tradentẽ, si eam venalem habebat: aliàs ad recipientem. Alexan.

XI. IDEM libro vicesimosexto ad Edictum.

ROgasti me, vt tibi pecuniã crederem: ego cum nõ haberem: lancem[b] tibi dedi, vel massam auri, vt eam venderes, & nummis vtereris. si vendideris[c], puto mutuam pecuniã factam[d]. Quòd si lancem vel massam sine tua culpa[e] perdideris, priusquam venderes: vtrum mihi, an tibi perierit[f], quæstionis est. Mihi videtur Neruæ distinctio verissima, existimantis multum interesse, venalem habui hanc lancem, vel massam, necne: vt si venalem habui, mihi perierit: quẽadmodum si alij[g] dedissem vẽdendam. Quòd si nõ fuit propositum hoc, * vt venderem: sed hęc causa fuit vendendi, vt tu vtereris: tibi eam perisse: & maximè si sine vsuris credidi[h]. ℣ Si tibi dedero decem, sic, vt nouem debeas: Proculus ait, & recte non amplius te ipso iure debere, quàm nouem. Sed si [decẽ] dedero, vt vndecim debeas: putat Proculus amplius, quàm decem condici non posse[i].

Seruus mutuans pecuniam domini voluntate, adquirit certi condictionem domino. si autem contra voluntatem domini pecuniam credat, non facit eam accipientis: sed extans vindicatur, aut pro dolo malo consumpta agitur ad exhibendum: & bona fide consumpta condicitur. h. d. Alexan. de Immo.

℣ Si fugitiuus[k] seruus nummos tibi crediderit: an cõdicere [nũmos] tibi dominus possit, quæritur. Et quidem si seruus me⁹, cui concessa est peculij administratio, crediderit tibi: erit mutua. Fugitiuus autem, vel alius seruus contra voluntatem domini credendo[l], non facit accipientis. Quid ergo? Vindicari nummi possunt, si extant: aut si dolo malo desinãt[m] possideri, ad exhibẽdũ agi. Quòd si sine dolo malo consumpsisti[n]: condicere tibi potero[o].*

Licet ab initio non transferatur dominium, tamen consumptione secuta reconciliatur mutuum: & tunc quæritur certi condictio numerati, siue sciuerit, siue ignorauerit consumptionem. hoc dicit. Alexan. de Immo.

XII. POMPONIVS libro sexto ex Plautio.

SI à furioso, cum eum compotem mentis esse putares, pecuniam quasi mutuam acceperis: eáque in rem tuam versa fuerit: condictionem[p] furioso adquiri[q] Iulianus ait. Nam ex quibus[r] causis[f] ignorantibus[t] vt infra, de vsur. qui semisses. §. fi. præterea decre. dicit: Quicquid accedit sorti, vsura est. Accursius.

k *Si fugitiuus.* dic, quis sit fugitiuus: vt infra, de ædi. edic. quia sit. j. respon. Accursius.

l *Credendo.* fugiens enim seruus statim amittit liberam administrationem: vt infra, de pecul. libera. Accursius.

m *Desinant.* scilicet possideri ab emptore.

n *Consumpsisti.* tu qui accepisti mutuũ à seruo.

o *Potero.* vtpote reconciliato mutuo consumptione: vt infra. proxi. & facit ad hunc §. infra, de act. & obli. serui. in fi. j. respon. & infra, de fol. fugitiuus. Accursius.

SI à furioso.] CASVS. Accepi pecuniam mutuam ab aliquo furioso, quem credebam esse sanæ mentis ab initio, non contrahitur mutuum: & ea pecunia consumpta reconciliatur mutuum, & acquiritur cõdictio furioso. [ITEM.] Mutuaui pecuniã seruo alicuius: cœpi ego mutuator furere: seruus in rem domini vertit: creditori acquiritur condictio: & hoc cum pecuniam meam mutuaui, idem est ei ac si ipsi furioso. Idem est in re. quòd si pecuniam subreptam mutuam dederim, & consumpta pecunia, mutuum reconciliatur. hoc dicit. l. sequen. vsque ad. §. alienos. qui plane est. [SI SERVVS.] Si seruus cõmunis creditori mutuo. x. alicui, cuilibet domino competit condictio in quantum, & probat hoc per simile ibi, nam & si. Viuianus.

p *Condictionem.* quæritur, an hæc condictio ex consumptione nascatur, an ex numeratione? videtur, quòd ex numeratione: vt infra, de fideiuss. si quis pro eo. §. si nummos. vbi dicitur, in omnem enim causam acceptus videtur, quæ ex ea numeratione nasci potest. Contra videtur, quòd non ex numeratione: quia numerationem pecuniæ non præcesserit consensus. furiosus enim erat. si ergo non daretur ex contractu, multo minus ex quasi contractu, vel maleficio, vel quasi: ergo nullo modo datur. Item ex consumptione non datur: quia non est modus connumeratus in iure, vt quis obligetur, nisi præcedat consensus: vt infra, eo. non omnis. in princ. & in §. si pupillus. Item nec potest dici furiosum videri consentire: quia ad suum commodum spectat quod agitur: quia hic expressus, seu verus, id est non tacitus consensus est necessarius: vt in locato: vt infra, loca. l. qui ad certum Io. ℣ respon. dari vtilem, scilicet specialem ex mutuo, scilicet furioso: cui prædictis rationibus consentire non valeo. dicam ergo condictionem sine causa, vel certi generalem dari: vt infra, eod. si & me. secundum Azo.

q *Adquiri.* propter consumptionem.

r *Nam ex quibus.* à simili. & est exemplum supra, eo. l. certi condictio. §. si nũmos. Accursius.

f *Causis.* vt infra, de actio. & oblig. si à furioso. & institu. de hære. ab intesta. §. sinautem.

t *Ignorantibus.* vt si mutuo pecuniam alienam quæ ignoranti ab me consumitur. Accursius.

Adquiri.

*In Pand. Flo. legitur debitũ iri. Ita enim olim litera elisa, verba coniungebant.

*Flo. fui propositi hoc.

a *Id est, si nõ sit receptũ pretiũ: ex mente Bart.*

b *Idẽ Bar. Pau. & Alexan.*

c *Ista opinio est de mente Bar. & eã insequuntur Pau. & Ia.*

d *Sequitur Bar. Pau. & Ia.*

a *Adquiri.* ratione consumptionis magis, quàm consensus: vt hic, & infra, eod. l. non omnis. §. si pupillus. & infra, de fideiuss. si quis pro eo. §. si nummos. & infra, de iure dot. pater filiæ.

b *Posse.* condic. cer. ex mutuo de in rem verso.

c *Am & si fur. Condictio.* ipsi furi. Ioan.

d *Mutuos.* proposito, vel destinatione. nam vere nō fiebat statim mutuum.

e *Dedi.* scilicet ego, non fur: vt differat à præcedenti casu. Ac.

f *Consumpseris.* sed tūc si propter cōsumptionem: vt dixi supra. l. proxi. Sed quid, si alienam pecuniam, quam dedi mutuo, stipulatus sum mihi reddi: & dominus suam pecuniam vindicet antequam consumpta sit: an tenebitur mihi ille, cui eam numerauit? videtur, quòd doli exceptio[a] obstet mihi creditori: vtpote cū debitor eam domino teneatur restituere: propter quod generaē creditori præiudiciū. vnde illa sine culpa amissi per debitorem non tenetur: [b] vt infra, de stipula. ser. l. j. §. ij. Item quid si dedi pecuniam alienam, neque vult eā consumere: qualiter à me conuenietur? videtur quòd non certi cō dictione ex mutuo: arg. infra, eod. l. nō omnis. §. & cum pecunia. Item & condictio sine causa non datur: quia ex causa est apud eum, quæ non est finita: nec datur respectu possessionis, quia ad certæ pecuniæ possessionem non est astrictus, magis videtur verum, [c] vt teneatur quasi consumpta pecunia: quia per eum fit, ne consumat: vt. j. de condit. & demon. l. iure ciuili. Si vero bona fide hoc faciat, vt quia est ei denuntiatum à domino, ne consumat: secus est, vt hic subiicit.

g *Si.* id est, quia admonitus.

h *Fuisse.* & si non consumpsisti omnes. Accursius.

i *Nondum.* dupliciter litera est hic, cum vel, & sine vel, & si non habes vel, est vnus casus [d]. s. si mutuaui tibi pecuniā alienam, puta. x. cōsumpsisti. v. alia. v. non consumpsisti. ego partem cōsumptā petere potero. Sed quare totum non condicam? R. ñ. quia pars tārum est consumpta. non autem fuerunt cōsumpta tota. x. quia fuit admonitus, ne consumeret. Literam autem sic expone ibi, & ait condicturum: ideo per partes condico. quia nondum totos consumptos cōpereram. sed quare non erant omnes consumpti? si, id est quia, subaudi fuit admonitus alienos nummos fuisse. Si autem habes vel, sunt duo casus. Primus, mutuaui tibi pecuniam alienā, puta. x. consumpsisti. v. & alia. v. habes. nunquid partem repetam? Certe sic. sed quare partem condico? ideo certe, quia fuisti admonitus alienos nummos fuisse. Secundus casus est, quia si non fuit admonitus, non tenetur, nisi pro parte: quia non erant omnes cōsumpti. Literam autem sic expone, & ait condicturum, ideo per partem condico si, id est quia admonitus scilicet fuit alienos nūmos fuisse: vel quia nondum totos compēreram consumptos, subaudi etiam non admonitus. Accursius.

k *Compereram.* supple quia nō consumpsit omnes: sed in partem etiam non admonitus. Accursius.

l *Si seruus communis.* æqualibus partibus.

m *Decem.* quæ erant communia dominorum æqualiter.

n *Concessa.* & tunc statim datur actio, licet nummi consumantur: vt supra, eo. l. rogasti. §. fina.

o *In quinum.* id est quinque & quinque: aliàs, quinque.

p *Communes.* mihi & tibi. si autem mihi & alij, omnes condicam

nobis actiones adquiruntur, ex hisdem etiam furioso adquiri[a]. Item si is, qui seruo crediderat, furere cœperit: deinde seruus in rem domini id verterit: condici furiosi nomine posse[b]. Et si alienam pecuniā credendi causa quis dederit, deinde furere cœperit, & cōsumpta sit ea pecunia: condictionē furioso adquiri.

XIII. VLPIANVS libro vicesimo sexto ad Edictum

NAm & si fur nummos tibi credendi animo dedit, accipientis non facit: sed cōsumptis eis, nascitur condictio[c]. Vnde Papinianus libro octauo Quæstionum ait: si alienos nummos tibi mutuos[d] dedi[e]: non ante mihi teneris, quā eos cōsumpseris. Quòd si per partes eos consumpseris[f]: an per partes tibi cōdicam, quęritur.* Et ait condicturum, si[g] admonitus alienos nummos fuisse[h], ideo per partem condico: quia nondū[i] totos consumptos cōpereram.[k]

Ex mutuo facto per seruum, quæritur actio de dominis pro dominicis partib[o]: & si communis pecunia mutuatur, contrahitur mutuum pro parte, quæ est mutuātis: & cē-

A post consumptionem: nisi & suo nomine dedi.

q *Communia fuerint.* vnde mero iure, nec vnum nummum, nisi pro parte condicere potest: sed propter vtilitatem, & difficilem discretionem est receptum, vt condicat rem communem insolidum pro dimidia parte, id est quinquaginta: vt ar. supra, de vsufr. l. vsufructuarium venari. in fin. secundum Io. & ad hoc infra, de leg. ij. cum pater. in prin. & infra, pro soc. si Titius. & j. de condi. inde. l. si pœnæ. §. fi. Accursius.

dicitur pars nummorum pro mutuo, & nō per singula corpora. Alexan. de Imo.

F Si seruus communis[l] decē[m] crediderit: puto, siue administratio seruo [communi] concessa[n] est, siue non, & consumantur nummi: quinùm[o] competere actionem. Nam & si cōmunes[p] tibi nummos credidero centum: posse me quinquaginta condicere, libro octauo Quæstionū Papinian[q] scribit, etiam si singula corpora cō munia fuerint[q].

B

Consumptio pecuniæ tantum operatur, quantum translatio dominii à principio: & ideo si translato dominio non fuisset orta obligatio, sed exceptio: similiter ex consumptione pecuniæ non nascitur obligatio: sed extinguitur. hoc dicit Alexan. de Imo.

XIIII. IDEM libro vicesimo nono ad Edictum.

SI† filiusfamilias contra senatusconsultum[r] mutuatus pecuniam[s] soluerit: patri nummos vindicāti nulla exceptio[t] obiicietur. Sed si fuerint consumpti à creditore nūmi, Marcellus ait, cessare cōdictionē[u]: C quoniā totiens[x] condictio datur, quotiens ex ea causa numerati sunt, ex qua actio esse potuisset, si dominium ad accipientem transisset. in proposito

† *Colligunt doc. quod plus non po test operari fictio, quàm veritas. con cor. tex. i. l. filio quę pa ter. i fra, de li. & posth. tex. in. l. cū hic status. §. si pater. i fra, de do. inter vi. & vxo.*

l. vsufructuarium venari. in fin. secundum Io. & ad hoc infra, de leg. ij. cum pater. in prin. & infra, pro soc. si Titius. & j. de condi. inde. l. si pœnæ. §. fi. Accursius.

S *I filiusfamilias.*] CASVS. Mutuaui pecuniam contra senatusconsultum. filius accepit eam, & de pecunia patris soluit. an pater si extet, vindicare possit quæritur, & dicitur q̄ sic. Si vero consumpta sit, an eam condicere possit: dicitur q̄ non. Videtur quòd sic. nam cum aliàs si mutuem alienā pecuniam: ab initio non cōtrahitur mutuum: sed postea si cōsumatur, per consumptionem reconciliatur mutuum: ergo videtur in hoc casu sic esse debere, quod non est verum: quia illud intelligēdum est, cum aliquis mutuat pecuniam, vt si ea sua sit, statim dominio trāslato obliget sibi accipiētem: sed in hoc secundo casu se liberat: & ita secus hic: & secus ibi. an autem ipse filius eam per iuris errorem sic solutam condicere posit? & dicitur, quòd non. Viuianus.

r *Senatusconsultum.* vt infra, ad Macedo. l. j.

s *Pecuniam.* scilicet pertinentem ad patrem, & non de castrensi, vel quasi peculio solutam: vt infra, ad Mace. l. j. in fi. & l. ij. sed profectitiam soluit, vel patris, vel etiam aduentitiam: vt. C. de bo. quæ libe. l. fin. §. penult.

t *Exceptio.* sed nonne est odiosa exceptio filio, & patri competens? ergo ob. vt infra, de cōdic. indebi. qui exceptionem? Respō. illud[e] quando filius ageret etiam hæres patris condic. indebi. qui non potest, etiam si sit hęres: vt infra, de condic. indebi. l. si nō sortem. §. si filius. hic pater agit rei vind.

e *Idem. B.*

u *Condictionem.* immo videtur competere: vt. j. ad Mace. sed & si. §. si ab alio. in fi. §. quę est contra. Sol. secundū Ir. [f] si vult ex sua persona pater condicere, potest: vt ibi. si ex filij, non potest: vt hic: sed D secundum Io. [g] dic, quòd si extat, vindicat pater. si consumpta est mala fide, & vt furtiua, quia sciebat, quòd erat patris, tunc condicet vt ibi. si bona fide, non condicit: vt hoc. & etiam rei vind. tenetur. quando mala fide consumpsit, quasi lata culpa desiit possidere, vel dolo: vt supra, de rei vindi. si culpa. & l. qui restituere. Alij distinguunt: [h] aut nomine patris fuit facta solutio: & tunc repetit pater, cum ipse non tenebatur etiā de peculio: vt. C. ad Mace. si filius. aut filij, & tunc non. arg. ad hanc distinctionem infra, de constit. pe. l. j. in fi. & l. ij.

f *Reproba tur, secūdū B. B. P. & Ia.*

g *Ista est vera, secundū prædict.*

h *In idē re incidit, q̄ prima. ideo reprobatur, secundū eos dem.*

x *Quoniam totiens.* scilicet demum. & quod dicit, condictio datur scilicet, ex consumptione pecuniæ. Et no. hic quatuor[t] proportionalia: & prima duo sunt paria, vt quotiens ex ea causa numerati sunt, ex qua dominio translato statim nascitur actio, vt crediti, id est, mutuati, & soluti indebiti, & locati, quādo ex locatione dominium transit: vt infra, loca. l. in naue. item ex eadem causa facta solutione, id est, numeratione, dominio statim non translato: reconciliatur obligatio ex consumptione. nam tantum facit consumptio, quantum dominij translatio: vt hic, & supra, eod. nam & si fur. i j. respon. Alia duo quæ sumuntur ex eo, quòd dicit, in proposito autem non ita sunt hæc, vt ex qua causa facta solutione,

i *Tręseunt cū glo. vsq; ad fi. Bald. & Pau.*

BIU Cujas

lutione,& dominio statim translato non nascitur actio,sed competit liberatio, vt soluta pecunia castrensi, vel quasi ab hoc filio, vel etiam ab alio,ad hoc ipsum vt creditori soluat,sibi datam: vt infra,ad Mace.sed & si.§.si ab alio. ex eadé causa facta solutione, & dominio don translato,per consumptionem non reconciliatur obligatio patris: immo

Flo. non esset mortificatur quæ erat. quod ergo dicit, at in proposito non est,subaudi ita.nam si esset dominus factus ipsa solutione,creditor nó tenetur reddere: vt si de castrensi,vel quasi,solutú esset:vt modo dixim[a].

a *Denique*.pro certe.

b *Per errorẽ*. scilicet, iuris: vt quia Macedoniani beneficiú ignorauit filius. Si[a] auté in

a Sequitur Bar.& P. facto, vt credens se ex alia causa, quàm mutui teneri,repetit. vt enim promissio sibi non noceret errore facti interueniéte: vt infra,ad

Flo. recepta Maced.l.fin.ita eodem errore facta solutio nó nocet: vt.C.ad le.Fal. error.sed Pla. de errore vtroque intelligebat

Cuius sententiam hic amplectitur Alciat. id,quod hic dicit.*

b *Errorem*. nó solum ex certa scientia: vt.ş.

c *Soluti*. id est consumpti quo ad patrem: sed quo ad filium, etiã non consumpti.

d *Repetitionẽ*. siue soluat pecuniam castrensem,vel quasi filiusfam. adhuc siue factus sui iuris quandocúque.Acc.

Singularia quædam.] CASVS. Dicit,q quædam specialia obseruãtur in pecunia creditа, quæ in aliis creditis non obseruantur: quæ licet multa sint, non ostendit,nisi vnum: vt petebas à me mutuam pecuniam: dixi debitori meo, vt tibi solueret. tenebaris mihi ex mutuo, etsi nummi nunquam mei fuerunt. Item debebas mihi.x.ex causa cómodati, vel alia simili causa. conuenit inter me & te, vt deberes ex causa mutui ea habere. mutuum erit: & tamen nil mutuaui. Viuianus.

b Hæc est prima lectura quæ reprobatur, sed Bal. P. Alexan. & Ias.

c *Singularia quædam*.id est quædam specialia[b] seruantur in caussa pecuniæ creditæ,quæ non seruantur in aliis contractibus.Sunt autem octo specialia:& duo[c] ponit hæc lex.Est tertium,quòd facilius pecunia consumitur,vt sola immixtione:vt infra, de solu.si nummi.Item pecunia ex bonis debita, partem quamlibet respicit facultatum:quod non est in speciebus: vt infra,ad Trebel.deducta.§.nummis.& de leg.ij.cum pater.in prin. & ad idem supra,de iudi.si fideicõmissum.§.tractatum.Item vt sola scriptura:tutor ex hac causa[d] se faciat pupilli debitorem, & econtra si est creditor, sibi soluat:vt infra,de admi.tu. quotiens.§.nó tantum. &.§.sicut. quod nó est aliàs:vt infra,de cõtrahen.emp.l.si in emptione.in.§. vlti.& infra,de auct.tu.l.v.Item vt facile per pactum alteri actio quæratur,dummodo nomine suo contraham: vt.C.per quas perso.no.adqui.l.fi.& supra,eod.certi condictio.§.si nummos. Item aliud,quòd ex nummis mutuatis pars cõdicatur,licet omnia[e] corpora fuerint communia:vt supra,eo.nam & si.§.fin. Item aliud,vt vsuræ peti non possint, nisi stipulatio interceſsit: vt.C.de vsur.l. quamuis.posset etiam strictè intelligi,vt cum natura mutui sit, vt de meo tuum fiat: hoc tamen fallit in duobus casibus. Sed secundum primũ, creditã large pro omni credito dicit. ADDITIO. Ista glo.non est Accursij,sed additio Seruoti:& ponit veram lecturam,secundum communiter scribentes hic.

d Immo ex qualibet alia dũ tamẽ bona fide & nõ clam faciat, secũdum Ias.

e Immo etiã habet locũ in aliis rebus mutuabilib⁹,secũdũ Ful. Alb. & Ias. cõtra Bar.

f *Creditam*.id est,mutuatam.& largo modo accipe pecuniam: vt supra,eo.l.ij.§.item.& hoc prout ad exempla quæ sunt in lege, refertur:sed prout ad gl. ordinariam,creditam large ponitur pro omni credito.

f Nihil est:

to autem non esse.* Denique[a] per errorem[b] soluti[c] cõtra senatusconsultum crediti, magis est cessare repetitionem[d].

In mutuo sunt quædam singularia contra regulas mutui scilicet,quòd iubendo debitorem tibi soluere, vel debitũ à te ex vna causa, in causam mutui conuertendo, mutuum contrahitur,licet vere non fiat de meo tuum.hoc dicit.Diuiditur in tres partes.Primo ponit vnum dictum generale. Secundo, illud exemplificat in duabus personis.Tertio, illud exẽplificat in vna & eadem persona.Secunda ibi,nam & si tibi.Tertia ibi, quod igitur.Bartolus.

XV. IDEM libro trigesimoprimo ad Edictum.

SIngularia quædam[e] præcepta*sunt circa pecuniã creditam[f]. Nam si tibi debitorem meum iussero dare pecuniam: obligaris mihi, quamuis meos nũmos non acceperis[g]. Quod igitur in duabus personis recipitur, hoc & in eadem persona[h] recipiendum est:vt cum ex causa mandati pecuniam mihi debeas,& conuenerit,vt crediti[i] nomine eam retineas: videatur mihi data pecunia, & à me ad te profecta.[k]

Pecuniam meam alteri debitam possum mutuare, sed alienam, non sine domini volũtate.hoc dicit.duo ponit,vt patet in summario.Secunda ibi,quòd si.Bartolus.

g *Non acceperis*. scilicet vere: ideoque mutuum propriè nó est. interpretatiue tamen erat mutuum:vt infra,proxi.respon.sed hoc non videtur esse speciale in pecunia, cum & idé videatur in aliis casibus: vt infra, de do.inter vi.& vxo.l.iij.§.fi.& infra, de fur.l. falsus.in prin.quæ sunt contra.Sol.ibi erant[g] res præsentes: vt in-fra, de fur.l.falsus.§.fi. si is.& infra,de solu.qui x.& supra,de rei vindi. l.eius rei. in fi. &.l. fequen.hic autẽ siue præsens,siue non.

h *Eadẽ personа*.id est in te solo.

i *Crediti*.id est mutui.

k *Profecta*.i.breui manu: vt hic, & infra, de iure do.licet.§.quotiens. & sic nota, quòd alius contractus in causa mutui potest conuerti vt hic,&.C.de non pecu.l.aduersus.sed infra, man.qui negotia.Sol. ibi hó erat pecunia in præsentia: sic,secũdũ Ir.Tu dic, quòd hic exrabat, & rata erat solutioni, præsens, vel non. mo enim &c. vt supra, eo. certi condictio. fi.l. ibi autem consumpta erat. Item ad idem est contra.C.eod.fi et pretio.So.hic pars erat soluere: ibi non. Alij,quòd ibi non præsens:hic sic.Tu quòd quantum ad ras est ibi cõtractus infecto, nisi stipulatio intercesit: sed quia ad sortẽ, ibi & hic let,si erat destinata lutioni.Item quod casu dicitur, non vide-tur in pecunia specie-

XVI. PAVLVS libro trigesimo secundo ad Edictum.

SI socius[l] † propriam pecuniam mutuam dedit: omnimodo creditam pecuniam facit, licet cæteri dissenserint. Quòd si communem numerauit: non aliàs creditam efficit, nisi cæteri quoque consentiãt: quia suæ partis tantum alienationem habuit.

Filio existenti in studio,de æquitate subuenitur vt agere possit: licet patri actio cõpetat.Bartolus.

XVII. VLPIANVS libro primo Disputationum.

CVm filiusfamilias viaticum[m] † suum mutuũ dederit, cum studiorũ causa Romæ ageret:respõsum est à Scæuola, extraordinario[n] iudicio esse illi subueniendum.

Error in specie contractus,impedit contractum,& dominii translationem:quæ reconciliatur consumptione secuta:& quo ad dandam petitionem seu actionem, inspicitur recipientis intentio:quo ad dandam exceptionem, inspicitur animus dantis. h. d. multum pulchra lex.Bartolus.

XVIII. IDEM libro septimo Disputationum.

SI † ego pecuniam tibi quasi donaturus dedero, tu quasi mutuam accipias: Iulianus scribit, donationem non esse.

le:cum idem sit in re alia:vt infra,de so.si pecuniam.& modo periori casu dixi. Respondent quidam,[l] quòd in.l. si pecuniam iussit ponere:hic non.hoc non valet:quia idem & si nó iussit infra,de fur. falsus.§.j.tu dic in hoc esse speciale:quia licet sit in conspectu, nihilominus tamen intelligatur in me transferri dominium:si tamen aliquis paratus sit soluere.hoc est quod ait si tamen destinata esset solutioni, & pecunia retinetur in causa mutui: vt supra.e.certi.§.fi.aliàs non,nisi res in conspectu sit: nisi interueniat stipulatio. Quæret aliquis,cur ergo in casu priori non dicitur mea facta pecunia: cum idem in vtroque casu dicat statim se debere:& tamen dicit ibi,quãuis[m] nummos meos non acceperis? Respon. vere non accepit meos:sed fictione iuris mei sunt breui manu facti:vt infra,de iure do.licet.§.quotiens.& cũ hac determinatione potest intelligi quod dicitur. C.e.l.si pro mutua.quia res ibi erat præsens.Accursius.

SI socius.]CASVS. Habebam socium.cõuenit inter nos quòd omnia bona nostra essent communia. meam propriam pecuniam mutuaui:postea adquisitam,sed non communicatam: vt infra, pro socio.l.si quis societatem. circa fi. licet socij dissenserint, erit mutuum:quia si fuit communis,& dissenserint,pro parte mea erit mutuum.Viuianus.

l *Si socius*. omnium bonorum: vt aliqua sit huius legis dubitatio:adhuc tamen non posuerat in communi quod post contractã societatem quæsierat:vt infra,pro soc.l.nemo ex sociis.§.fi. &.l.si quis societatẽ.& ad hoc infra, de suc.edi.l.j.§.vnusquisque.& infra,de sol.l.si is cui.Accursius.

CVm filiusfamilias.]CASVS. Si filiusfami.mutuauit sui viaticum,id est, pecuniã quam sibi pater mittit causa studij,poterit petere officio iud. vel vtili certi condictione directa patre competente,patre non præsente existente. Viuianus.

m *Viaticum*. id est viæ & itineris dispendium & moræ, vel quod portauit causa expendendi in studio.Accursius.

n *Extraordinario*. i.officio iudicis,secundum M.& Azo. vt infra,

BIU Cujas

Sed an mutua sit, videndū[est.] Et puto, nec mutuam esse magisque nummos accipientis nō fieri[a]: cum alia opinione acceperit[b]. Quare si eos consumpserit[c]: licet condictione[d] teneatur, tamen doli exceptione vti poterit: quia secundum volūtatem dantis[e] nummi sunt consumpti. [Nam &] si[f] ego quasi deponens tibi dedero, tu quasi mutuum accipias: nec depositum, nec mutuū est. Idem est[g], & si tu quasi mutuam pecuniam dederis, ego quasi cōmodatam ostendendi[h] * gratia accepi. Sed in vtroque[i] casu, consumptis nummis, condictioni[k] sine doli exceptione locus erit.

Actus numerationis nō operatur vt quis obligetur vltra intentionem agentium. b.d. Primo ponit dictum. Secundo illud per duo probat exempla. Secunda ibi, nā & n. Tertia ibi, & cum pecunia. Bartolus.

XIX. IVLIANVS libro decimo Digestorum.

NOn omnis numeratio eū, qui accipit, obligat[l]: sed quotiens idipsum agitur[m], vt confestim obligaretur. Nam & is, qui mortis causa pecuniam donat, numerat[quidem] pecuniam: sed non aliter obligauit accipientem, quàm si extitisset casus[n], in quem obligatio collata fuisset: veluti si donator cō ualuisset: aut is, qui accipiebat, prior decessisset[o]. Et cùm[p] pecunia daretur, vt aliquid fieret: quamdiu in pendenti esset, an id futurum esset, cessabit obligatio[q]. Cum vero certum esse cœpisset futurum id non esse, obligabit qui accepisset: veluti si Titio decem dedero, vt Stichum intra kalēdas manumitteret: ante kalēdas nullā[r] actionem habebo: post kalendas ita demum agere potero, si manumissus non fuerit[s].

Consumptione facta per recipientem, vel per alium, mutuum & solutio reconciliantur. b.d. Diuiditur: Primo loquitur, quando pecunia est consumpta per recipientem. Secundo, quando per alium. Tertio ponit vnā regulam generalem. Secunda ibi, quapropter. Tertia ibi, nam omnino. Bartolus.

ſ Si pupillus sine tutoris auctoritate crediderit, aut soluendi causa dederit[t]: consumpta pecunia condictionem habet, vel liberatur[u]: non alia ratione, quàm quod facto eius[x] intellegitur ad eū, qui acceperit, peruenisse. Quapropter si eandem pecuniam is[y], qui in creditum vel in solutum acceperat, alij porro in creditum vel in solutum dederit: consumpta ea, & ipse pupillo obligatur: vel eū à se liberabit[z], & eum, cui dederit, obligatum habebit: vel se ab eo liberabit. Nam omnino qui alienam[a] pecuniam credendi causa dat: cōsumpta

---

infra, de condit. & demon. si cui. Item vtili[a] certi condictione secundum Io. vt supra, de iud. si longius. §. j. quia directa datur pa-trib, vt & quælibet alia quæsita per filium: nisi in quatuor casibus: qui sunt infra, de act. & obli. filiusfa. & nisi in actione in factū: vt in cod. tit. in factum. Nec est absurdum prædicta duo auxilia dari: cum ambo ex æquitate dētur. sic & supra, de rei vin. si autem. §. si homo.

Ego. IC. Debas à me mutuum: numeraui tibi non ex causa mutui, sed ex causa donationis: tu credebas me mutuasse. vtrum erit donatio, vel mutuum? Nec erit donatio, nec erit mutuum: sed si cōsumpta sit, erit credita pecunia: sed obstabit mihi donationis exceptio scilicet quòd pecunia mea voluntate & animo non repetendi sit consumpta. idem erit in casibus sequentibus: sed in his non obstabit exceptio petenti: sicut in superiori: & consumptione recōciliabitur mutuū. Viuianus.

a *Non fieri.* immo videtur fieri: quia in corpore cōsentimus. & in dominij trāslatione: licet in causa dissentiamus: vt infra, de adqui. re. do. l. cum in corpus. quæ est contra. Sol. hic erat certa causa ex qua sola volebat dominiū transferre, scilicet, donatio: nec ex alia causa volebat rem ad aliū pertinere. ibi etiam aliter volebat fieri rem accipientis. Vel dic, quod ibi de donādo promissio, vel debitum, præcesserat traditionē: vnde licet vno modo vt donum tradatur, tu vero vt creditam accipias: tamen tua fit: vt infra, eo. l. ij. §. fi. hic autē de donatione futura intelligitur: & potes hic dicere quot sunt errores qui vitient contractus: vt dixi infra, de contrahen. emp. l. in venditionibus. Accursius.

b *Acceperit.* mutat personas.

c *Consumpserit.* sed quid si extent? Respon. idem: quia cum extent, vtriusque voluntate videtur reconciliari posse donatio: arg. supra, de transac. l. & si post rem iudicatam. §. j.

d *Condictione.* sine causa. Azo. vel certi generalis, inspecta opinione recipientis. Azo.

e *Dantis.* quia non habuit animū repetendi: aliàs non esset bona ratio: quia & in mutuante alienam pecuniam, accidit. Accursius.

f *Nam & si.* vere supple ita est, nam &c.

g *Idem.* est econtrario. Accursius.

h *Ostendendi.* vt dies appaream: vt infra, commo. l. iij. in fi. & sic ex prædictis tribus responsis colliges sic dominium non transire, nisi vterque consentiat: vt infra, de actio. & oblig. l. in omnibus.

i *In vtroque.* scilicet secundo, & tertio: non primo. Accursius.

k *Condictioni.* sine causa.

Non omnis. IC. Ponit hic regulam: & eam probat exēplis, Regula est, quod nō semper obligatur cui pecunia mutuatur. donasti mihi causa mortis. non aliter tibi obligor, nisi conualueris, vel prius decesserim. Item dedisti mihi decem vt seruum meum intra kalen. manumittam: vel domum ædificarem: obligor ex numeratione si intra kalen. non manumittam. [SI PVPILLVS.] Pupillus mutuauit mihi pecuniam, vel soluit nō auctore tutore. Primo casu consumpta pecunia ero sibi obligatus. In secundo erit à me liberatus si ego eandem pecuniam alij credam, vel soluam: quia & eum in primo mihi obligo. In secundo autem me ab eo libero. Viuianus.

l *Obligat.* cur ergo dicitur re contrahi obligatio: vt instit. quib. mod. re contrahi. obliga. in prin? Respon.[c] non dicit ideo quia aliud non exigatur, sed dicitur quia sine re cō-trahi non potest. Azo.

c *Idē Bar. Baldus & Pau.*

m *Agitur.* scilicet expresse: vel etiam tacitè. nā sæpe extra id quod agitur, tacita nascitur obligatio: vt infra, cōmo. si is qui. in fin.

n *Casus.* scilicet, vnus de tribus infra dicēdis.

o *Decessisset.* aut pœnituit donantem. Et sic *Mortis cau* no. quòd tribus modis *sa donatio* reuocatur donatio cau *tribus modis* sa mortis: vt hic, & inst. *reuocatur.* de dona. §. j. &. j. de dona. cau. mor. Scia. in. fi. j. respon.

p *Et cum.* aliud exemplum.

q *Obligatio.* id est esse actus obligationis.

f *Approbatur per Iaſ.* f sic infra, de condi. cau. da. l. quod Seruio. & est hic ar. ad quæstionem quā feci supra, eo. l. nam & si fur. Itē quid si. x. dedi vt domum faceres vsq; ad kalendas, & iam sumus prope kalendas, vt certum sit te opus facere non posse: an agam statim? videtur quod sic: sed obstat doli exceptio: vt infra, de ver. oblig. cū stipulatus sim mihi à Proculo. & l. stipulationes. §. plane. Ecōtra videtur quod nō agam vllo modo nisi prius illa die elapsa: vt j. de verb. oblig. l. si stipulatus essem abs te. & melius. ẅ. si quis cau. l. si eum. §. homo.

r *Nullam.* nisi pœniteam: vt infra, de cōd. causa da. l. dedi. §. j.

s *Non fuerit.* sed lex eum facit liberum. vnde videtur quòd nunquam repetam: vt. C. si manci. ita fue. alī. l. iij. &. l. si puellam. quæ sunt contra. Solu. g hic cogitauit de actu manumittentis, ibi de effectu: vt infra, de ver. obli. qui Romæ. §. Flauius. Accursius.

g Vera est in se, sed nō quo ad contrariū: ideo dic quod hic erat seruus proprius debētis manumittere: ibi erat dātis pecuniā secundum Bar. Alex. & Iaſ.

t *Dederit.* cuidam suo creditori.

u *Liberatur.* quod est post consumptionem.

x *Eius.* scilicet accipientis: puta quia eam consumpsit. vnde si eam perdidit qui eam accepit, non contingit liberatio pupillo, secundum Azo. sed tu dic, h facto eius, scilicet pupilli soluentis, vel credentis. nam ad superiora faciēda est relatio. esset enim iniquū eum qui accepit, licet non habeat, nec dolo desiit habere, non teneri pupillo. vel non liberari pupillum. sic enim esset eius mutuātis vel soluentis conditio deterior, quàm maioris in cuius periculum transit hæc pecunia: vt instit. quib. mod. re contrah. obli. §. itē is. pro prima opinione est, quia dominium non erat translatum hic, quod secus est in maiore. Item in eo quòd dicit, quòd peruenit ad creditorē, ita quòd pupillus liberetur: & sic per consequēs non repetet pupillus: vt hic, & infra, de sol. quòd si forte. in fi. est contra, infra, de condic. inde. l. interdum. Sol. i hic fuit naturale debitum & ciuile: ibi naturale tantum: quo casu fauore pupilli locus est repetitioni: vel hic & ibi cōpetit liberatio, si voluerit. vel secundum M. hic de æquitate: ibi de rigore.

h Sequitur Bar. Bald. Pau. Are. & Iaſ.

i Ista est vera secūdum Iaſo.

y *Is.* primus acceptor.

z *Liberabit.* sic ergo consumptione reconciliatur solutū & creditum: vt hic, & supra, eo. l. nam & si. &. j. de iure dot. l. pater filiæ.

a *Qui alienam.* vt hic fuit in primo acceptore qui dedit secūdo.

Acceperit.

BIU Cujas

a *Acceperit.* secuta consumptione. Accursius.

Si tibi pecuniam.] CASVS. Donaui tibi tali lege pecuniam, vt eam mihi incontinenti mutuares. dicitur quòd improprie loquor: quia non est donatio nec creditum. donatio nõ est: quia non habui animũ donãdi. i. vt pecunia semper penes eũ maneret. Item idcirco non est creditũ, quia creditum debet esse spõtaneũ: & sic non credis: quia facis hoc ad quod tenebaris. ista sunt de iuris subtilitate. verius tamẽ est vt sit mutuũ, & donatio. Viuianus.

b *Propositionibus.* scilicet supradictis, & subauditis hac lege.

c *Exsoluendi.* ex pacto quod fecerat de re mutuanda. Accursius.

d *Meum.* id est, mihi debitum. vulgariter enim dicit. sic infra, eo. si & me. in fin. & sic nota quòd nec est mutuũ, nec donum: vt hic, & infra, de solu. qui sic. quòd secundum rigorem intelligitur. aliter de æquitate: a vt hic subiicit, & infra, de dolo. l. qui id. §. j. quæ est contra. & hic æquitas præualet: vt. C. de iudi. placuit. & facit infra, de sol. si quis duos.

a *Sequitur Bar. Pau. & Iason.*

e *Verborum.* id est donationis & mutui, quorum primum significat rem penes donatarium permansuram: vt infra, de dona. l. j. in prin. secundũ, significat spõtaneam voluntatẽ credentis: vt Cod. de actio. & obliga. sicut. & facit ad hanc. l. infra, de verb. oblig. si pœnam stipulatus.

f *Benignius.* scilicet, de æquitate. & sic not. quòd finis corrigit totam legem. Accursius.

ea habet obligatum eum, qui acceperit[a]. Item qui in solutum dederit, liberabitur ab eo, qui acceperit.

Donatio in qua aliquod pactum apponitur, & pecunia quæ spontanea voluntate non creditur: non dicitur propriè donatio, vel creditum, de rigore: secus de æquitate. Bartolus.

XX. IDEM libro decimooctauo Digestorum.

SI tibi pecuniam donassem, vt tu mihi eandem crederes: an credita fieret? Dixi, in huiusmodi propositionibus[b] nõ ꝓpriis verbis nos vti. Nam talẽ contractum, neque donationẽ esse, neque pecuniam creditã. Donationem non esse: quia nõ ea mente pecunia daretur, vt omnimodo penes accipiẽtem maneret. Creditam non esse: quia exsoluendi[c] causa magis daretur, quàm alterius obligãdi. Igitur si is, qui pecuniã hac conditione accepit, vt mihi in creditum daret, acceptam dederit: non fore creditam. magis enim meum[d] accepisse intelligi debeo. Sed hæc intelligenda sunt propter subtilitatem verborum[e]. Benignius[f] tamẽ est, vtrumque valere.

Creditor tenetur partem debiti confessatam recipere: de parte vero dubia litigare. Bartolus.

XXI. IDEM libro quadragesimooctauo Digestorum.

QVidam existimauerunt[g], neq; eũ, qui decẽ peteret, cogendũ quinque accipere, & reliqua persequi: neque eum, qui fundum suũ diceret, partem dũtaxat iudicio[h] persequi. Sed in vtraque causa humanius [mihi] facturus videtur prætor, si actorem compulerit ad accipiendum[i] id quod offeratur: cum ad officium eius pertineat lites [k] deminuere[k].

Æstimatio vini debiti incipit crescere à tempore moræ, secundum vnam lect. vel à tempore litis contest. secundum aliam: & habetur consideratio loci vbi debet solui, vel vbi petitur. hoc dicit. Diuiditur: Primo dicit habendam rationem æstimationis, ꝓpter tempus. Secundò, propter locum. Secunda ibi, interrogatus. Glos. ponit casum in terminis. ideo dic vt in ea. Bartolus.

XXII. IDEM libro quarto ex Minicio.

VInum, quod mutuum datum erat: per iudicem petitum[l] est. Quæsitũ est, cuius tẽporis æstimatio fieret: vtrum cum datum esset: an cum litem contestatus[m] fuisset: an cũ res iudicaretur: Sabinus respondit, si dictum esset, quo tempore redderetur: quanti tunc fuisset. si non, quanti tunc[n] [fuisset,] cum petitum esset[o]. Interrogatus, * cuius loci pretiũ sequi oporteat? respõdit, si cõ-

quia ibi duo erant debita integra: & vnum totum soluebat debitor. Item collatores, id est, tributarij ideo pro parte soluunt, quia multum grauantur in tributis: vnde in hoc releuantur vt. C. de col. fun. pa. l. ij. libro. xj.

k *Deminuere.* Not. lites minui debere. sic infra de aqua plu. arc. cen. l. ij. j. respon. & in authẽ. vt cle. apud priores episcopos eccle. §. fi. col. vj. Accursius.

l *Vinum.* Paris. lis contest. vt infra, rem ratam habere. plius. Accursius.

m *Contestatus.* an etiam tempus quãdo petitum fuit, extra iudicium supple. Et dic vinum datum mutuo in kalen. Iuliis. & tunc valebat. x. & petitur in iudi. vel extra, in kalen. Augu. & lis contestata. in kalen. Octobris: & sententia data in kalen. Ianuarias & his & aliis temporibus min[a] valuit sibi audi, quàm valuit tempore dati mutui: vel reddere debitor æstimationẽ quãdo bonũ: sed minus valet nunc. vnde vult æstimationẽ quãdo plus tunc valuit quãdo mutuauit. vnde quæritur secundum quod tempus hæc æstimatio fieri habeatur: & de hoc etiam hic quærit.

n *Quanti tũc.* vel potea, secundum Ioan. infra, de con. mu. & l. in hac. in fi. certe immo tẽpus contractus: vt infra, de actio. & obli. cũ quæ. quæ est contra. Sed si fideiussor fuit constitutus: [f] hic reus. Vel dic ibi tempus inspici satisdationis, id est appositum in satisdatione: vt infra, de verbo. oblig. quotiens in diem. &. l. idem erit.

o *Cum petitum esset.* etiam extra iudicium, § & congruo loco & tempore, & non habeat iustam causam litigandi reus, secundum Ioan. nam tunc est in mora: vt infra, de verb. obli. si ita legati. & infra, de vsur. l. mora. & l. sciendum. Nec ob. infra, de tri. l. fi. vbi dicit tempus accepti iudicij considerari: quia ibi non soluere non valebat. hic sic. vel ibi ante non fuerat in mora. Sed certe tempus dati mutui videtur debere considerari: vt supra, eo. cum quid. Sed dic, [h] quòd ibi bonitas intrinseca, non extrinseca scilicet, quòd tantum valeat. Item quod tempus dationis considerabatur secundum tempus dati mutui: non extrinseca scilicet, quòd tantum valeat. Item quod tempus dationis considerabatur, adhuc videtur: vt infra, de noua. fundum Cornelianum. in fi. Sed dic[i] quòd ibi erant duæ stipulationes: vna æstimationis erat: alia rei: vt ibi no. & stipulando æstimationem, videtur de præsenti æstimatione cogitasse: & sic de præsenti die videtur egisse. Item adhuc videtur idem: vt infra, de ac. emp. l. ratio. §. si per venditorem. secundum Io. Sol. [k] secundum Mulc. debebatur ex contractu stricti iuris: ibi bonæ fidei. sed secundum hoc erit fortiter contra: vt infra, commo. l. iij. §. in hac nisi di. ct. cat in contractu bonæ fidei moram considerari: in cõtractu stricti iuris tempus litis contest. Sed dic [m] secundum Io. hic, & dicitur tam. l. ratio. loqui quo ad rei æstimationem: ibi quo ad fructus, in quibus considerantur tempora prædicta: vt infra, de vsu. deamus. §. si actionem. &. §. sequen. Sed quod dixi in bonæ fidei, idem dicas in legatis & fidecommissis: vt Cod. in qui. cau. in. teg. restitui. non est necesse. l. in minorum. sed vide tur in stricti iuris iudiciis tempus moræ spectari, etiam quo ad fructus: vt supra, de rei vindic. fructus. Sed dic [n] quod rei vind. similia habet

cum

Solutio particularis an sit admittenda.

b *Approbatur ꝑ Butrig. Pau. Alex. & Iaso.*

c *Ista nõ tenetur cum seq. secũdũ prædic.*

d *Sequitur gl. ꝑ quead fi. Bar. Ba. Pau. Are. Ale. & Ia.*

BIU Cujas

cum bonæ fidei iudicis: & hoc secundum Ioan. Vel dic, secundum Azo. [a] in.l. commodati. de æstimatione rei loqui: vt patet ibi quia dicit, & quanti, in qua consideratur tempus lit. contestatæ scilicet vt vltra non procedat: sed ex tempore petitionis, siue morę: vt hic: & hoc quando propter culpam agitur. Si autē propter dolum agitur: vsque ad sententiam ex tempore moræ potest æstimatio crescere: vt supra, de rei vindica. l. Iulian[a] libro sexto, Digestorum. §. j. Vel dic, vbi res debita perit, lit. contest. tempus spectatur: vt ibi: hic non perit. Vel dic, vt no. in. d. l. cómodati. Sed quæro extra, si egit ad vinum condic. certi ex mutuo, quomodo fit condemnatio ad vini pretium: maxime cum nec sit in obligatione: nec sit hæc actio arbitraria: vt. C. de fideicom. li. l. fin. In arbitraria enim esset aliud: vt supra, de do. l. arbitrio. §. ij. & supra, de rei vin. quòd si possessor? Respon. [b] vinum tantum est in obligatióe: & vinum tantum debet peti: vt hic innuitur: sed petitur dari in eadem bonitate quantum ad pretium, in quo erat tempore moræ: & ita fit æstimatio iudicis officio, vt infra, de eo quod cer. lo. l. quòd si Ephesi. & de ædil. edic. l. ædiles. §. item sciendum. Aestimatio autē vini non est in obligatione: & ideo nec potest peti. Sed ar. contra infra, de condic. fur. l. in re. sed ibi speciale est in odium furis. Alij [c] dixerunt. l. illam. C. de fideicom. liber. l. fin. loqui in specie: hanc in quantitate. Alij dicunt illam loqui fauore libertatis. Alij quòd ibi fuit petitum vinum, id est vini æstimatio: cum vinū haberi non posit. Alij, quòd de æstimatione illa hic dicit, quę per secundam sententiam venit: vt fit in arbitrariis. Alij dicunt hanc loqui secundum sua tempora, quando libellus non dabatur, sed iudex ius suum dabat qualitercumque esset petitum. prima est verior.

a *Vbi esset petitum.* ita tamen si iure ibi conueniatur: vt infra, de act. empt. ratio. §. fin. Accursius.

Si in area.]CASVS. In area tua domum ædificaui. eam ædificatam nactus es. an condicam? Dicit, quòd non. Si autẽ postquã ædificaui, tibi ædes tradidi, non condicã: quia nõ feci domos istas accipiẽtis: quia prius erant tuæ. vnde ponæ: Credebã me hæredem: domus hæreditarias fulsi: ad expẽsas mihi potero cõsulere vt credat se pro dote obligatã: quicquid dotis nomine dederit, nõ repetit[a]. sublata enim falsa opinione relinquitur pietatis causa: ex qua solutum repeti non potest.[b]

Obligatio generis, & alternatiua, æquiparãtur: & in obligatione generis qui certam speciem soluit, putans se ad eam teneri, repetit. h. d. Primo ponit vnum dictum. Secundo ponit aliud. secunda ibi, & ideo. neque est dicendum, quòd secunda pars sit illatio primi dicti. Bartolus.

QVi hominẽ generaliter promisit, similis est ei, qui hominem[c] aut decem debet: & ideo si cum existimaret[d] se Stichum promisisse, eum dederit, condicet: alium autem quẽlibet[e] dãdo, liberari poterit.

Vbi inter partes nullum negotiũ gestum est, cessat condictio indebiti. h. d. Diuiditur in duas partes. primo quãdo quis ædificat in solo alieno à domino possesso. secũdo quando quis ædificat in solo alieno à se possesso. secunda ibi, sed & si is. Bar.

XXXIII. IDEM libro trigesimo nono Digestorum.

SI in area tua ædificassem, & tu ædes possideres, condictio[f] locum non habebit: quia nullum negotium inter nos cõtraheretur. Nam is, qui non debitam pecuniam soluerit, hoc ipso aliquid negotij[g] gerit. Cũ autem ædificium in area sua ab alio positũ dominus occupat: nullum negotium cõtrahit. Sed & si is, qui in aliena area ædificasset, ipse possessionẽ tradidisset: condictionem non habebit[h]: quia nihil accipientis faceret: sed suam rẽ dominus habere inciperet. * Et ideo constat, si quis cum existimaret se hæredem esse, insulam hæreditariam fulsisset: nullo alio modo, quàm per retentionem, impensas seruare posse[i].

Quãdo dispositio efficitur indebita. solutũ causa conditionis implendæ repetitur. Bar.

XXXIIII. IDEM libro quadragesimo Digestorum.

IS, cui hæreditas tota per fideicommissum relicta est, & præterea fundus[k], si decem dedisset hæredi, & hæres suspectã hæreditatem dixerit, & eam[l] ex Trebelliano restituerit: causam dandæ pecuniæ nõ habet: [m] & ideo quod eo nomine, quasi implendę cõditionis gratia, dederit, condictione[n] repetet.

Potestas purgandi moram non facit vt indebitum videatur esse solutum. Barto.

XXXV. IDEM libro quadragesimoquinto Digestorum.

QVi † ob rem nõ defensam soluit: quamuis postea defendere paratus est, nõ repetet, quod soluerit[o].

Pecunia accepta vt reddatur res in qua quis recipiendo pignori furtum commisit, repetitur. alias secus. Bartolus.

XXXVI. PAVLVS libro quinto Epitomarum Alfeni Digestorum.

SEruus cuiusdã insciente domino magîdem[p] commodo potuit gratuitus seruari vltra hæreditarios vires: immo etiã quasi tam debet habere. Respon. quidam libri non habent totam: & tunc planum est, si autẽ habebes, dic quòd post tempus de restituendo hæreditate rogauit: ita quo medio tempore fructus habuit qui sufficiunt ad quartam: vt. s. de inof. test. Papinia. §. vnde si quis. & secũdum primum intellectum dices de fundo hæreditario: secundũ aliũ de fundo hæredis. Accursius.

f *Condictio.* scilicet expensarum. vel dic, domus ædificatæ.

g *Negotii.* non ꝙ obligatio ex contractu nascatur, sed quasi: vt inst. de obli. quæ ex quasi cõtractu. §. pe. & quod dicit hic, gerit. i. gerere videtur extra id quod agitur: vt. j. cõmo. l. si is qui. §. fi. Accursius.

h *Non habebit.* immo videtur quòd possessionẽ saltem possit cõdicere: vt. s. eo. indebiti. §. j. quæ est contra. Solut.[g] ibi credens se g vt obligatum tradidit: hic tu cõ nõ. Vel solue vt ibi. Ité contra ad idem. j. e. qui exceptionem. §. j. Sol. vt ibi. Accursius.

i *Seruare posse.* hec lex loquitur secũdũ Azo. de stricto iure: sed de æquitate dabit isti qui impedit, vtilis act. neg. gest. ad impẽsas. & pro eo. s. de neg. gest. si pupilli. §. sed & si quis. sed illa loquitur, quando alieno nomine impendit: hic suo proprio. Ité pro eo. j. eo. titu. l. fin. sed ibi necessario fuit gestum negotium: sed hic voluntarium. Item pro eo. C. de rei vin. l. domum. quæ est contra, sed ibi in reficiendo. Io. autẽ dicit[b] non posse repeti: sed reuocari, vt hic, & infra, de rei vin. cep. do. Paulus. & hæc materiam plene dices s. de rei vin. l. in fin. Accursius.

k *Si cui. Fidei.* Sed quo modo potuit gratuitus seruari vltra hæreditarios vires: immo etiã quasi tam debet habere. Respon. quidam libri non habent totam: & tunc planum est, si autẽ habebes, dic quòd post tempus de restituendo hæreditate rogauit: ita quo medio tempore fructus habuit qui sufficiunt ad quartam: vt. s. de inof. test. Papinia. §. vnde si quis. & secũdum primum intellectum dices de fundo hæreditario: secundũ aliũ de fundo hæredis. Accursius.

l *Et eam.* scilicet totam. quod facere debet hoc casu: vt inst. de fideicom. hære. §. sed si recusset.

m *Non habet.* scilicet legatarius.

n *Condictione.* scilicet indebiti, secundum quosdam. Sed cur datur condictio indebiti, cum ipsa respiciat ad præteritũ. & hic dedit vt quid fieret, id est adiret: quare condictio ob causam deberet dari: quod satis admitto vt hic de ea loquatur: vt arg. s. de cõdic. ob tur. causam. l. j. §. j. & l. ij. Vel dicas, immo datur indebiti: quia iam putabat se fuisse obstrictum. Item opponitur: quia videtur quòd nulla actio datur ad repetendum, licet coactus adiit: vt infra, de condit. & demon. qui hęredi. §. sed cum suspectã adiit. quæ est contra. Solu. hic de rigore, k ibi de æquitate. nam ibi dicit benignius. vel hic decem fuerunt data nomine fundi tantum: ibi autem nomine hæreditatis. legatum autem hic factum est indebitum: & per consequens quod pro eo erat dandum: hæreditas autem non ideo fit indebita: sed tunc magis compellitur restituere: & ideo l quod pro ea datum est, non est factum indebitum, secundum R. & Io. Vel dic, quòd hic à fideicommissario vniuersali repetit: ibi à quodam legatario singulari. Accursius.

o *Qui ob rem. Soluerit.* in procuratore vel fideiussore qui aliquẽ sisti iudicio promisit, & iudicatũ solui, loquitur: quæ stipulatio tres habet clausulas: vt. j. iud. sol. l. iudicatũ sol. ui. post solutionẽ nõ repetat, vt hic: sed ante bene posset purgare mo. rã: vt. j. iudi. sol. l. iij. §. fi. & s. si quis cau. & si post tres. Accursius.

p *Seruus Magîdem.* m id est tabularium, vel scacherium. Aithat.

BIU Cujas

a *Aiebat.* scilicet magîdem.
b *Furti.* sicut qui sciens non debitum accepit: vt infra, de condict. furti. l. quoniam. Vel dic vt ibi.
c *obligasse.* pro magîde.
d *Furti causa.* id est rei furtiuæ.
e *Repeti.* condic. scilicet ob turpẽ causam: vt. ff. de condic. ob tur. cau. l. idẽ. §. fi. Sed quid ad hunc titulum? Respon. quia indebita est.
f *Furem.* magîdis.
g *Repeti.* hoc intelligo si voluntate domini soluta est, vel si postea ratum habet: vel cum bona fide accepit, & consumpsit. Sed si extaret, & nõ esset soluta domini voluntate, vel eo ratum habente: vindicaretur.
h *Seruum. Eo nomine.* id est, ob repetendam pecuniam.
i *Ignorasses.* quia non valet contractus: vt infra, de cõtrahenda emptione. l. suæ rei. & l. si in emptione. §. rei suæ. Accursius.

[*Frater à fratre.*] CASVS. Primo nota ria circa hanc. l. quòd filius mutuando pecuniam paternã fratri eidẽmq; filiosa. patris voluntate, vel non, nõ refert, semper adquirit naturalem obligationem patri, secundũ iura ista.

dauit. is cui commodauerat, pignori eam posuit, & fugit. qui accepit, non aliter se redditurum aiebat, [a] quàm si pecuniã accepisset. accepit à seruulo, & reddidit magîdem. Quæsitum est, an pecunia ab eo repeti pos sit? Respondit, si is, qui pignori accepisset, magîdem alienam scisset * apud se pignori deponi: furti [b] eũ se obligasse. [c] Ideóque si pecuniam à seruulo accepisset, redimẽdi furti causa, [d] posse repeti. [e] Sed si nescisset rẽ alienã * apud se deponi, nõ esse furem [f]. Item si pecunia eius nomine, à quo pignus acceperat, à seruo ei soluta * esset: nõ posse ab eo repeti. [g]

Pretium solutum ex causa emptionis inualidæ, repetitur. Bartolus.

XXXVII. IVLIANVS libro tertio ad Vrseium Ferocem.

SEruum meum insciens à te emi: pecuniámq; tibi solui. eam me à te repetiturum, & eo nomine [h] condictionẽ mihi esse, omnimodo puto, siue scisses meum esse, siue ignorasses [i].

Rę & fama difficilis est hæc lex, sicut alia in toto corpore iuris. & hoc dicit: Inter duos fratres, qui sunt in eiusdem potestate: & inter patrem & filium, sola obligatio naturalis contrahitur, quæ per fratrem mutuantem patri adquiritur. Item cum debitor creditori succedit, pro quota obligatio extinguitur. Item huius obligationis onus peculium respicit: & quatenus de eo peruenit ad creditorem, obligatio tollitur. Item solutum in quãtum erat obligatio extincta, repetitur: residuum non, naturali obligatione impediente. h. d. Diuiditur in duas partes principales. Primo, quando mutuum est contractũ inter duos fratres. Secundo, quando est contractum inter patrem & filium. Secunda ibi, quæsitum. Item prima pars subdiuiditur per glo. in sex partes. quod dic, vt in glo. eo excepto, quòd vbi dicit tria esse argumenta ad rationem, non intelligas ad rationem positam in tex. sed ad rationem subauditam. partes sunt manifestæ. Itẽ secunda pars subdiuiditur. nam primo loquitur, quando pater credidit filio. secundo, quando econuerso. secunda ibi, econtra si pater. quælibet istarum possęt recipere diuisionem: sed quia claræ sunt, ideo omitto. Bartolus.

XXXVIII. AFRICANVS libro nono Quæstionum.

[*Frater à fratre.*] FRater [k] à fratre [l], cum in eiusdem [patris] potestate esset, si nomine patris fuisset mutuata. nam soli patri fuisset quæsita, & sine scrupulo esset. si autẽ ponas (quod est melius). quòd suo nomine mutuet, non habet locum hæc lex in castrensi vel quasi: cum in his naturaliter & ciuiliter & cum effectu frater debitor fratri alteri teneatur: vt. ff. ad Maced. l. ij. hodie autem iure Codicis idem in aduentitia: vt. C. de bo. quæ lib. l. cum oportet. §. j. Et sic hodie tantum in pecunia patris vel profectitij peculij loquitur hæc lex. Dic ergo, pecuniam mutuatus. s. paternam. & voluntate, vel etiam sine voluntate, patris datam, consumptam tamen: aliàs nõ nasceretur naturalis obligatio. Idem si peculiarem & de profectitio peculio vel etiam aduentitio secundum tempora huius legis. Nam & tũc dico naturalem obligationem filio & patri per filium, & tandem filio vt hęredi quæsitam. & sic [a] duę naturales ab initio nascuntur, & media vtriusque naturalis tollitur, propter hoc quia successit frater debitor patri. & hoc probat cũ duæ nascuntur &c. cum enim peculium fratris creditoris patrem respiciat: vt dicatur patris, non solum filij: & obligationes peculiares pertineant ad patrem, vt ei quærantur, non solum filio: ideoque sicuti si patri viuenti soluissẽt, in totum liberaretur: quasi in hac parte duo rei credendi esse videantur: & potentior videatur pari ratione patriæ potestatis: ita si ei extitit hæres, & pro ea parte confunditur obligatio vtraque. s. patris & filij. sed si patri esset soluta, ipse teneretur cum reo act. neg. gest. ad communicandum. ergo hic pater tenetur fratri creditori: ergo & filius. debitor tenetur, eo quòd hæres. Quare ergo non impedit hic repetitionem pro rata? [b] Respon. quia obligatio ipsius patris potior est, quoad effectum: cum occasione profectitij peculij, vel aduentitij, vel ratione aduentitij proueniens obligatio ipsius patris sit vere: vt instituto. per quas perso. no. adquir. §. igitur. & ibi not. Est & alia ratio, [c] quia commune est peculium fratris creditoris. idem in peculio fratris debitoris: quia cum suo onere confertur: cum hæc sicut alia conferatur & communicetur. ergo & peculiaris obligatio confertur. conferri autem aliter non potest, nisi vt liberetur: quia pro ea parte, qua successit pater, confunditur obligatio. Item quòd filio sit quæsita & patri, probatur infra, eod. si id quod. &. j. de pecu. sed si damnum. §. peculium. &. l. nec seruus. si enim dicitur dominus detrahere, quod debetur seruis suis: ergo eis naturalis obligatio est quæsita. Videtur tamẽ contra quod dicitur, infra, de adquiren. hæred. placet. Sed illud in ciuili adquisitione

Filiusfamilias quíque modis pecuniam habere potest.

a *Nõ tenentur, secũdũ Bar. Bal. Alb. Fulg. Ale. n. 5 i pertineant ad patrem, vt ei quærantur, non solum filio: ideoque dicas remanere naturalẽ ineffi- cacẽ penes fratrẽ maiorem eadem ratione ea quæ penes fratrem mutuantem patri adquiruntur. Item cum debitor creditori succedit, pro quota obligatio extinguitur. Item huius obligationis onus peculium respicit: & quatenus de eo peruenit ad creditorem, obligatio tollitur. Item solutum in quãtum erat obligatio extincta, repetitur: residuum non, naturali obligatione impediente. h. d. Diuiditur in duas partes principales. Primo, quando mutuum est contractũ inter duos fratres. Secundo, quando est contractum inter patrem & filium. Secunda ibi, quæsitum. Item prima pars subdiuiditur per glo. in sex partes. quod dic, vt in glo. eo excepto, quòd vbi dicit tria esse argumenta ad rationem, non intelligas ad rationem positam in tex. sed ad rationem subauditam. partes sunt manifestæ. Itẽ secunda pars subdiuiditur. nam primo loquitur, quando pater credidit filio. secundo, quando econuerso. secunda ibi, econtra si pater. quælibet istarum possęt recipere diuisionem: sed quia claræ sunt, ideo omitto. Bartolus.*

b *Istam ratione aduentitij proueniens obligatio ipsius patris sit vere: vt dẽtur tenere- ra, tenendo opinionem gl. secundũ prædic.*

c *Ista est ve sicut alia conferatur & communicetur. ergo & peculiaris obligatio confertur. conferri autem aliter non potest, nisi vt liberetur: quia pro ea parte, qua successit pater, confunditur obligatio. Item quòd filio sit quæsita & patri, probatur infra, eod. si id quod. &. j. de pecu. sed si damnum. §. peculium. &. l. nec seruus. si enim dicitur dominus detrahere, quod debetur seruis suis: ergo eis naturalis obligatio est quæsita. Videtur tamẽ contra quod dicitur, infra, de adquiren. hæred. placet. Sed illud in ciuili adquisitione*

BIU Cujas

quisitione est intelligendum, quæ sit solo animo: vt in hær. bo. pos. & Trebel. restitutione: licet lex illa generaliter loqui videatur, secundum Azo. Item quæro, [a] cum hi duo erant in potestate patris, an sicut patri quæritur obligatio naturalis ex persona dantis mutuum, ita & econtra teneatur ei naturaliter ex persona accipientis. Si dicas, [b] neque patrē teneri eo nomine: neque ei quæsitam: stare non potest: quia secundū hoc ideo, quia frater debitor patri extitit, non tollere-tur obligatio: immo, secundum omnes ideo tollitur, quia pro parte debitor hæres extitit, quasi creditori. alia enim ratio esse non potest. Quid ergo dices? Videtur quòd teneatur. sicut enim si hic filius se extraneo ciuiliter, & naturaliter obligasset, pater ciuiliter & naturaliter teneret: ita hic quando se naturaliter obligauit, & pater debet teneri, ex eius persona naturaliter. & hoc dicunt quidā, vt Hug. [c] Sed Azo dicit, [d] quòd non tenetur pater ex persona filij debitoris. nec ob. quod dixi. nam si ciuiliter, & naturaliter filius se extraneo obliget, non ideo pater tenetur ex eius persona, nisi ciuiliter*: sed illa ciuilis habet effectum naturalis: quia cum effectu tenetur: & sic hæc ratio retorquetur in eos. & pro eo argumētum est, quod de seruis dicitur. nam si serui mei inuicem sibi credant: & conuenior de peculio eius, qui accepit pecuniam: deduco quod alteri seruo debetur: vt. j. de pe. si seruus meus. §. sed quid si non mihi. & l. sed si damnum. §. peculium. Sed si ego pariter tenerer ex persona ei⁹, qui accepit: ego nihil deducerem. nam id quod deberem ex persona alterius serui, in peculio computaretur dantis mutuū: vt. j. de pec. l. quàm Tuberonis. §. sed id. & sic cum haberetur pro soluto, [e] si conueniretur ex persona eius, qui debet, non sibi scilicet seruo, & sic nec mihi domino debetur. non ergo deduceré. quòd aperte falsum est me non deducere posse: tamen rn. cōtra esse: quia si deberem pecuniam, computabitur in peculio eius cui deberetur, si ex eius persona cōueniar. & ita adhuc apparet me teneri naturaliter pro eo, qui debet. sed certe nō cōputatur ad hoc, q̄ ego debeam: sed quia debet ei conseruus: vt. l. quā Tuberonis. in fi. vt tunc detimum, cum fuit solutum, augeat peculium. Præterea [f] manifestior est ratio in delictis: vt. j. de pec. leg. id quod. §. si conseruum. Item probantur hæc in. l. ista. si enim pater esset debitor & creditor, ergo vterque filius alteri adinuicē esset debitor in. v. & creditor in aliis. v. ergo quicquid solueretur, repeteretur quasi cōpensatione facta, secundum Azo. & sic sola successio hic operaretur, sed peculium non: quod est contra. l. istam. Est & alia potior ratio: quia cum descendit obligatio directo à patre in filium, vt quia pater pro filio promittit alteri filio: patri non quæritur: & ipse naturaliter obligatur. sed si per obliquum, vt fuit hic, per alterum filium quæritur patri: sed fideiussor datus à patre filio, per obliquum descendit in filium: & ideo patri acquiritur. sed quia pro eodem apud eundem teneri non potest, ideo dicit lex, fideiussorem non teneri: vt infra, de fideiuss. si quis pro eo. in prin. ergo & hic, cum similiter per obliquum descendat: & ita inueniretur pater obligatus, & sibiipsi non debet dici obligatus. Nunquid ergo potest pater filio obligari naturaliter? Videtur quòd non, propter eandem absurditatem: quia si sibi quæritur, inueniretur sibiipsi obligatus. Sed rn. [g] immo obligatur: vt infra, eo. §. quæsitum. Sed quæ est ratio, quare directo obligatur, non per obliquum? Respon. quia obligatio quæ venit à patre, quæritur filio: & sic non patri. ea vero quæ aliunde prouenit: non ei filio, sed patri per eum solet acquiri.

Sal. & Ias. a *Mutuatus.* puta decem.

b *Post mortem.* & post aditam hæreditatem. Sed quid si ante? Respon. Io. & H. non posse repeti: quia tunc totum debitum erat: arg. infra. e. l. fi. §. pe. & supra. e. l. qui ob rē. Sed Azo [h] dicit, quòd sic. nam cum postea immisceat se soluens, iusta causa ad iniustam causam deducitur: vt infra, ti. j. l. j. §. fi. tantum enim facit immixtio in suo, quantum aditio in extraneo. & hæc opinio videtur verior, maxime cum ab ipsa morte finguntur hæredes: vt infra, de re. iur. l. omnis. Accursius.

c *Ei soluit.* ex propria pecunia.

d *Qua ipse.* scilicet debitor. Accursius.

e *Si non minus.* vel plus intellige, non secundum [i] quotā portionem: licet sic in hæreditate capiatur: vt. C. de neg. gest. l. si ab

sent, pecuniā mutuatus [a], post mortē [b] patris ei soluit [c]. Quæsitū est, an repetere possit? Respondit vtique quidem pro ea parte, qua ipse [d] patri hęres extitisset, repetiturum. pro ea verò qua frater hæres extiterit: ita repetiturum, si non minus [e] ex peculio suo ad fratrem [f] peruenisset. [g] Naturalem enim obligationem, quę fuisset [h], hoc ipso sublatam videri, quòd pe-

culij partem frater sit consecutus: [i] adeo, [k] vt si prælegatum filio eidémque debitori id fuisset, deductio hui⁹ debiti [l] à fratre ex eo fieret. Idque [m] maximè consequens esse ei sententiæ, quam Iulianus probaret, si extraneo [n] quid debuisset, & ab eo [o] post mortem patris exactum [p] esset: tantum iudicio eum familiæ erciscundæ [q] recuperaturū à cohęredibus fuis-

ea. nam si dimidia peculij, quæ est. v. peruenisset ad fratrem creditorem, non ideo tollitur obligatio quæ est in. x. sed in. v. tantum: vt statim dices. Sed si nihil de peculio debitoris ad fratrem creditorem peruenit, vel non tantum: an possit agere aliqua actione? Respon. non: cum tantum naturalis obligatio ibi interecedat, ex qua non oritur actio: vt. C. de pac. l. legem. vt statim dices.

f *Ad fratrem.* creditorem. Accursius.

g *Peruenisset.* ex diuisione, quæ prouenit ex dimidia. Accursius.

h *Fuisset.* patri quæsita. ac per hoc ei credidit pro hæreditaria parte sublata. Et not. naturalem tantum obligationē esse inter fratres, & inter patrem & filium esse quæsitam.

i *Consecutus.* hoc quidam intellexerunt vt licet medietatem peculij debitoris, quæ pleris est quàm debitum, frater creditor iure hæreditario cōsequatur, tamen nihilominus ad debitum duret obligatio: nisi de alia medietate quæ debitorem fratrem contingit, frater creditori tum consequatur, quantū facit debitum. alteram enim partem peculij non à fratre, sed à patre vt hæredem hunc fratrem habere dicunt: quòd Io. omnino inficiatur. [k] nam quod debet hic filius, onus peculij est: & peculium sicut lepra semper comitatur. vnde cum peculij pars ad fratrem perueniat, & onus quod peculij partem consequitur, ad eum spectat, vt sibiipsi soluat, sicut aliàs si extraneo deberetur: vt infra, de pecu. si quis seruum. in princi. ergo quasi solutum sit ei, tollitur obligatio. Et hoc ostendo apertius: Pone. x. sunt in peculio filij mei, qui debet tibi. x. ex his quę sunt in peculio, dono tibi. v. nonne modo tibi sublata est actio de pecu. pro parte? Respon. vtique, cum non in plus, quàm erat in peculio, pater teneatur. vt infra, de lib. le. l. si quis reum. §. idem Iulia. [l] Ergo & hic extinguet dimidiam obligationis: sed alter dimidia est extincta iure successionis. Item nec dicat quis, sibiipsi obligatio est, quia successit frater debitor. obligatio ergo quæ pro parte remansit, quasi vtriusque fratris peculium non spectat: sed tantum illam partem quæ ad creditorem fratrem peruenit, vt sic sibi compensēt? Respon. quia altera peculij medietas & altera rerum hæreditariarū, quæ apud fratrem debitorem remanſit, pro parte obligationem succedendo sustulit, [m] & his finibus cōtenta est: vnde ad alium pro parte alia spectat onus. Item nec intelligas, quòd si pars dimidia peculij quæ forte est. v. ad creditorem peruenit, quòd ideo tollatur obligatio quæ est pro alia parte in. x. sed in. v. tantum: vt prius no. in glo. quæ incipit, minus. Et probatur hoc hic, scilicet quod est in illa glo. in verſi. item nec dicat. & superius quod est in princ. huius glo. aperte hac ratione quæ sequitur: quia sicut quilibet creditor peculiaris, qui contraxisset cum Mæuio debitore, ageret contra Titium id est, fratrem creditorem de toto peculio quod habet: & posset omittere Mæuium: ita & hic Mæuius obiicit Titio vt sibi videatur solutum pro suo debito id quod habet de pecu. Et idem dico, vbi Mæuius soluit creditoribus suis peculiaribus. nam & tunc non repetitur illa pars, quam pro se videatur soluisse scilicet, pro eo peculio quod habet, sed pro eo quod habet Titius, & repetit à fratre indi. fami. erc. pecuniam quam soluit: arg. j. de pecu. l. quæritum. §. j. Item nunquid adépto peculio, naturaliter adhuc seruus vel filius tenetur? Videtur q̄ nō: quia cū sit iuris vniuersitas peculiū: transit illa obligatio cū vniuersitate. arg. j. e. l. §. j. &. §. si non sor. §. qui filio. &. j. ad Mace. l. antepe. secundū Io. sed H. [n] cōtra. j. eo. si id quod dominus. & supra, eo. naturaliter. & infra, de pecu. nec seruus.

k *Adeo.* videtur superesse naturalis obligatio in peculio. & sic postea per consequentiam cōfunditur, adeo & cætera. Accursius.

l *Debiti.* qđ cōsistit p ea parte qua frater creditor exitit hæres.

m *Idq;.* vt debitum istud sit onus peculij.

n *Si extraneo.* probat efficacissime naturaliter filium remanere obligatum: & obligationem naturalem semper concomitari peculium. vnde pro eo quod peruenit ad fratrem, est liberatus.

o *Ab eo.* conuento actione de peculio nomine patris, vt quilibet extraneus hæres conueniretur: vt infra, de pecu. l. quæritum. §. si ad hæredem. nisi dicas suo nomine, id est quasi ex suo cōtractu ipse enim ad hoc soluendum etiam directo tenetur. sed & tunc videtur idem: vt. C. fami. erci. l. certum est.

p *Exactum.* ita quòd nō de peculio, sed aliunde solutū esset. Io.

q *Familiæ erciscundæ.* cum enim pater fuisset obligatus de peculio,

BIU Cujas

culio, hæredes obligatos reliquit. & si vnus soluit, facit negotium cohæredis quod pro parte expediri nó potuit: vt. ff. famil. erciscũ. hęredes. §. si vnus. ideo autẽ pro parte gerere nõ potuit, quia insolidum tenebatur: vt. j. de pecu. quæsitũ. §. iij. &. l. & ancillarum.

a *Reintegra.* id est antequam Mæuius aliquid soluat à creditoribus peculiaribus conuentus. Accursius.

b *Indemnis.* scilicet p cautionem.

c *Oportet.* concludit. & dic, oportet. s. vt vltra peculium damnum non patiatur. Et nota optimum argumentũ, quod in aliorum persona facio: multo magis in mea: vt plene dixi supra, de pac. l. cum in eo. & facit etiam ad hoc quòd debita sint super pecu. ff. famil. erci. his consequẽter. §. si filius. &. C. famil. erci. cer tum est.

d *Obligationem.* illud quæritur si pater in emancipatione ademit ei peculium, an remaneat ei naturaliter obligatus? Rñ. nó, secundum Io. & Azo. vt arg. j. de sol. si quis seruo.

e *Argumento.* non est necessarium argumentum domini Africani. nam mortuo filio nulla supereſt obligatio: vt infra, ad Macedo. l. antepe. &. j. de fideius. l. qui contra senatusc̃o. sed eo emancipato supereſt: vt hic: & tũc vtrobique deducit intra annum pater debitum: vt infra, de pec. sed si dã. §. peculium. Vel dic necessarium quod supereſt in peculium, ex quo nunc oritur obligatio.

f *Deduceret.* antequã soluat.

g *Contra.* id est contra. & supple, non repetit si pater &c.

h *Debuiſſet.* vt solutũ non repetatur: quia naturalis obligatio, qua tenebatur pater, trãsiit in hæredem etiam extraneũ: vt. j. ad Treb. si eius pupilli. in prin. si ergo soluit, natũralis causa inhibet repetitionem.

i *Legati.* s. nomine, & in diem, vel sub conditione, relicti.

k *Accepi.* ego legatarius.

l *Indebitum.* vel propter Falci. vel quia inofficiosum, vel ruptũ, vel irritum testamentum apparuit. vnde fideiussor repetit: vt hic, & infra, vt le. no. ca. l. j. §. si quis sub conditione.

m *Eum.* fideiussorem. quod dic, vt. j. l. indebitam.

Si quis.] CASVS. Testator reliquit tibi. x. si non ascenderes Capitolium: hæres cum potuit à te cautionem exigere de non ascendendo, ignorans soluit sine cautione. Dicit iurisc̃on. quòd repetere potest. Viuianus.

n *Si quis.* Pone casum in eo cui est fideicom. relictum sub condi. quæ est in non faciendo: vt non ascendat Capitolium. vnde Mutiana cautio locum habet: vt infra, de condi. & demon. l. Mutiane. Vel pone in patrono ex debita tantum parte instituto à liberto: & ex ea soluit fideicõ. vt. j. ad Treb. l. patron⁹. Vel pone vt in eo. titu. ad Trebel. l. cum hæreditas ex fideicom.

o *Quasi.* improprietatem notat, secundum primum & tertiũ casum: secundum medium, veritatem. Accursius.

p *Posse.* vel ipsam b cautio. secundum primum & tertium casum: vt supra, de vsufr. earum rerum quæ vsu consu. l. hoc senatus. §. j. &. j. si cui plus quàm per. l. Fal. l. ij. §. fi. Vel ipsam rem condicet, secundum secundum casum: quia desinit dominus esse: aliàs contrà contingit, vt in proprietario, qui tradidit alij rem causa vsusfruc. vt & supra, vsufru. quemad. ca. l. si vsufru. Accursius.

Qui exceptionem.] CASVS. Præmittit regulam, quę talis est: quod tutus exceptione soluit, repetit. sed hoc non est generaliter verum, nisi exceptio introducta fuerit in fauorem illi⁹ qui conuenitur, vt Vellei. se. cõ. vnde si mulier tuta except. soluerit, repetit. cæterum si in odiũ fuerit introducta, vt ĩ Macedoniano, soluens non repetit. Vi.

q *Qui exceptionẽ perpetuam.* id est generalẽ.

r *Eius causa.* i. fauore.

s *De interceſſionibus.* si cet cognoſcerent. Perperã. i. per errorẽ. Pecuniam. vt infra, ad Mace. sed si pater. §. fi. &. l. seq. Idem in stipulatione c per metum extorta, sed spõte soluta: vt. C. quod me. causa. l. ij. & supra, de condic. ob tur. cau. l. si ob turpem causam. Sed cõ hic. qui se debere. Solu. vt ibi. Item idem in quadam exceptione d quæ iuris rigoris seruandi cã inducitur: vt rei iudi. e vt infra. e. Iulian⁹. & hoc in perpetuis. Si autem tẽporalis sit, solutũ non repetitur: siue sit in diem expreſſum, siue tacitũ: vt supra, eo. l. in diem. &. l. nã & ma ritus. &. l. nam & si cum moriar. Sed nõne in cuiuslibet locum est doli exceptio, & hæc odiosa: vt infra, de do. except. l. ij. §. generaliter. & sic nunquam repetitur? Respon. origo f excep. magis quàm huius impoſitio nominis attẽditur: vt arg. j. de do. l. qui id quod. §. j. Vel dicas, quòd exceptio doli ſpecialis de dolo odiosa est: generalis autem non. Accursius.

Vutus exceptione perpetua & fauorabili, ſoluens quocumque errore, repetit. ſecus ſi ſit exceptio odioſa. Bartolus.

Ptionẽ fauorabilem & odioſam: quia debet conſiderari ratio legis: vtrũ ſit raſtio fauoris vel odii, ſecũdũ Bal. hic. c Sequitur Bar. cõtra. d Et bene, secundum. e Reprobatur ſecũdũ Bar. quia illa non eſt introductæ ob rigorẽ iuris: ſed intelligere de excẽ litis finitæ. f Idẽ Bar.

XXXIX. MARCIANVS libro octauo Institutionum.

SI quis n cum à fideicommiſſario ſibi cauere poterat, nõ cauerit: quaſi o indebitum, plus debito eum ſolutum repetere poſſe p diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

Tutus exceptione perpetua & fauorabili, ſoluens quocumque errore, repetit. ſecus ſi ſit exceptio odioſa. Bartolus.

XL. IDEM libro tertio Regularum.

QVi † exceptionem perpetuam q habet, ſolutum per errorem repetere poteſt. ſed hoc non est perpetuum. Nam ſi quidem eius causa r exceptio datur, cum quo agitur, ſolutum repetere poteſt: vt accidit in ſenatuſcõſulto de interceſſionibus. ſ vbi verò in odium eius, cui debetur, exceptio datur: perperam t ſolutũ non repetitur: veluti ſi filiusfamiliàs contra Macedonianum mutuam pecuniam u acceperit, & paterfamiliàs factus ſoluerit: non repetit.

Res data poteſt condici vt poſſit pro impenſis retineri. Bartolus.

¶ Si pars domus, quæ in diem x per fideicommiſſum relicta est, arſerit y ante diem fideicõmiſſi cedentem: & eam hæres ſua impenſa refecerit: deducendã z esse impenſam ex fideicommiſſo conſtat: & ſi ſine deductione domum tradiderit, poſſe cõdici a incerti, b quaſi plus debito dederit.

x *In diẽ.* incertũ. alioquin ſtatim cederet dies: vt. C. de ca. tol. §. j.

y *Arſerit.* ſine culpa hæredis: vt. j. de le. j. domus. &. l. ſi modo. & l. q⁹ ſi nulla. Itẽ bene dicit, pars. nam ſi tota arſerit ante diẽ fideicõcedentẽ, & refecta ſit per heredẽ: deficeret fideicõmiſſum: vt. j. de lega. j. ſi ita leg. §. fi. &. j. de verb. obl. inter ſtipulantẽ. §. ſacrã. in fi. §. &. j. de ſol. qui res. §. areã. in fi. &. ſ. de vſufru. ſi cui. & ſupra, qui. mo. vſusfru. amit. quid tamen. §. j. &. §. pe. Accurſius.

z *Deducendam.* antequam ſoluat. Accurſius.

a *Condici.* ſ. poſſeſſionẽ ipſam. i. detentationẽ: vt ſic pro impẽſis retineatur. ſic. j. de impẽ. l. quod dicitur. §. ſi dos. Sed cõtra. ſ. eo. l. ſi in area. §. ſed & ſi is. Sol. hic exiſtẽte g conditiõe legatari⁹ habet dominiũ ab hærede: quia à teſtatore: cũ vna perſona videatur: & ideo dic, qđ ideo habet condictionẽ: vt ar. in auth. de iureiuran. à mo. pſti. §. j. col. v. Vel hic area ædificãtis eiuſdẽ hæredis, nó teſtatoris fuit: ibi aliena, eius. ſ. cui ſoluebatur. & hic prouidere etiam legatario voluit. ſ. non. Vel certe dici poteſt, q⁹ fuit defuncti: nó tamen erat ſtũ, ex quo legatarij: quia ſub conditione fuit legatũ, vel in diem incertum: poſſit intẽ vt in prin. notulæ. & ideò interim eſt hæredis: vt. j. ad Sylla. l. j. §. ſerui. Azo. quæ idem eſt cum prima.

b *Incerti.* immo indebiti: vt. ſ. eo. l. indebiti. §. j. ſed ibi cõdicitur poſſeſsio: quod eſt certũ: hic retraditio: vt habeat detentationem, non poſſeſsionẽ, & ſic factũ: vt. j. de cu. fu. conſilio. quare non habebat locũ indebiti, ſed incerti: vt no. ſ. eo. l. ſed ſi me. §. j. Accurſius.

g Reprobatur cũ ſeq. ſtum, ſecundum Ia.

BIU Cujas

* *Has non dici iuris cõsultis operas annotauimus in l. si nõ sortem. §. liberi°. ff. eo.*

a *Operæ.* fabriles.s.vel artificiales, quarum repetitur æstimatio. aliæ enim.s.obsequiales,* iure naturali debentur:vt.ff.eo.l.si non sorté.§.libertus. & ideo nõ videtur posse remitti:vt infra,so.ma. alia.§.si paciscatur.Sed argu.contra.j.de sol.Stichum.§. naturalis

b *Quod pupillus.Tutoris.*alterius,cum duos haberet.

c *Natura.* vt.j. de act.& ob. l.pupillus. & infra, de acqui.hære.l.more nostro.& instit. qui.ali.li. vel non.§.nunc admonendi.Sed contra.j.de noua.l.j. in fi. vbi dicit eum naturaliter teneri. Solu.dic,quòd hic obligauit se ipsi tutori: vt argu.j.de auct.tu.l.pupillus. vel de infante hic dicit.

Per pactum tollitur obligatio operarum, quæ postea solutæ repetentur. Bartolus.

VSi pactus fuerit patronus cum liberto,ne operę[a] ab eo petantur:quicquid postea solutũ fuerit à liberto,repeti potest.

Pupillus infans vel cum tutore contrahens, etiam naturaliter non tenetur. Bar.

XLI. NERATIVS libro sexto Membranarum.

QVod pupill' sine tutoris[b] auctoritate stipulãti promiserit, [&] soluerit, [eius]repetitio est:quia nec natura[c] debet.

XLII. VLPIANVS libro sexagesimooctauo ad Edictum.

POenæ non solent repeti,[d] cum depensæ sunt.

Futus exceptione iurisiurandi, per errorẽ soluens repetit. Bartolus.

XLIII. PAVLVS libro tertio ad Plautium.

SI quis iurasset,[e] se dare non oportere,ab omni contentione discedetur: atque ita solutam pecuniam[f] repeti posse, dicendum est.[g]

An sit debitũ,inspicitur ex persona eius cui soluitur. Bartolus.

XLIIII. IDEM libro quartodecimo ad Plautium.

REpetitio nulla est ab eo, qui suũ recepit: tametsi ab alio,quàm[à]vero debitore solutum est.[h]

Qui ex hæreditate sibi debitum non deducit,repetit. Bartolus.

XLV. IAVOLENVS libro secundo ex Plautio.

SI is,qui hæreditatem vendidit, & emptori tradidit: id quod sibi mortuus debuerat, non retinuit: repetere[i] poterit: quia plus debito solutum, per condictionẽ rectè recipietur.

Repeti. vt.j. de sol. id quòd pœnæ. & de regu.iu.l. quod à quoquã.etiã si posit debitor retinere antequàm soluat:quia posit purgari mora : & pœna euitari : vt.ff.e.l. qui obrem.Vel dic,pœnæ, id est vsuræ : vt.ff.eod.l.si nõ sortem.in prin. Vel pone, vt.C. de fideiuss. l.sancimus.Item quod dicit,non repeti, scilicet ab eo cui soluit:nec etiam ab alio, si ꝓpter suũ factum soluit: vt.ff. de procu.qui proprio. §.pœnam.Accursius.

e *Si quis iurasset.* ex delatione actoris.si enim nõ esset delatum, secus. sibi enim &c. vt supra, de iureiur.l.iij.j.respon. Acc.

f *Pecuniam.* post hoc iuramentũ præstitũ. & dic,solutã per errorẽ.

g *Dicendum est.* quia per iusiurandum sublata est naturalis obligatio : vt infra,de sol.l.Stichum.§. naturalis. & supra, de iureiuran.l.finali.

Repetitio.]CASVS. Debebam tibi decem. ea soluit Titius nomine meo.vult repetere: an posit, quæritur. Et dicitur quòd non.ratio est,cum id quod solutum fuerit,debeatur. Viuia.

h *Solutum est.* hoc si nomine debentis soluatur.secus si suo proprio : vt supra, eo.l.si pœnæ.§.quamuis.in fi.& Co.e.l. si à patre. quæ est contra.qui tamen nomine debẽtis hæredis soluit,de hæreditate deducit:vt. C.de peti.hæred.l.de hæreditate. & facit ad hanc.l.infra , de noua.si quis delegauerit.& infra , de dol. excep. pure.§.si eum.Accursius.

Sis qui.]CASVS. Debebas mihi.x.decessisti me hærede instituto.vendidi Titio hære.& tradidi:illa.x. quæ mihi debebantur ex hære.non retinui.dicit,quòd plus debito soluisse videor:vnde illa.x.repeto.Viuianus.

i *Repetere.* vt infra , de hæred.vel act.ven.l.ij.§.fin.&.§.penultimo.Accursius.

Qui hæredis.]CASVS. Decessit aliquis me hærede instituto.credidit aliquis vt procurator aliqua legata à me præstanda:& de pecunia mea illa soluit. quæritur quis ista legata repetet?Et dicitur quòd ego hæres:non qui soluit,plus etiam dicit,quòd etiam potero vindicare,si extant. Viuianus.

k *Qui hæredis nomine.* vt procurator.Accursius.

l *Non potest.* scilicet hæres si ratum habeat:vt supra, eo.l.si procurator. Et hoc si consumpti sunt. Accursius.

XLVI. IDEM libro quarto ex Plautio.

QVi hæredis nomine[k] legata non debita ex nummis ipsius hæredis soluit, ipse quidem repetere non potest:[l] sed si ignorante hærede nummos eius tradidit,domin', ait,eos rectè vindicabit. Eadẽ causa rerum corporaliũ[m] est.

Ista est lex valde notabilis. Si fideiussor soluat indebitum, debitori competit repetitio,si eius nomine est solutum : vel fideiussori, si suo proprio nomine soluerit. Bar.

XLVII. CELSVS libro sexto Digestorum.

INdebitam pecuniam per errorem promisisti:eã, qui pro te fideiusserat,soluit. Ego existimo,si nomine tuo soluerit fideiussor : te fideiussori[n], stipulatorẽ[o] tibi obligatũ fore. nec expectandum est, vt ratum habeas:[p] quoniam[q] potes videri id ipsum[r] mandasse,vt tuo[s] nomine solueretur . Sin autem fideiussor suo nomine soluerit[t] quod non debebat,ipsum à stipulatore repetere posse.[t] quoniam indebitam iuregentium pecuniã soluit. quò minus autem consequi poterit ab eo,cui soluit,à te mandati iudicio cõsecuturum : si modo per ignorantiam,[u] petentem exceptione non summouerit.

Inter si & cum, non est differentia. Bartolus.

XLVIII. IDEM libro sexto Digestorum.

QVi promisit, si aliquid[x] à se[y] factum sit, vel cũ aliquid factũ sit, dare se decẽ:si prius,q̃ id factũ fuerit,

m *Corporalium.*i.specierum.nam nummi de quibus dixi nõ sunt species,sed quantitas, secũdum Io. Vel subaudi.ff. aliarum. nam & nummi res sunt corporales: vt institu.de re. corpo. & incorpo.Accursius.

In debitã.]CASVS. Credebã me tibi pecuniam debere,cũ non debebam:illam promisi tibi nudo pacto, vel stipulatione. dedi tibi fideiussorẽ Titium.Titius illam pecuniam tibi soluit.quæritur quis repetet?Respon.si nomine meo soluerit,ego ei,& tu mihi eris obligatus,& ego repetam. Cæterùm si suo nomine soluerit,repetet.Sed pone,quòd ille cui soluit, factus est non soluendo pro parte. Dicit, quòd si ignorans soluit,q̃ hoc quod ab eo non potest cõsecui,cõsequetur à me.Vel ne mandati. Viuianus.

n *Fideiussori.*actione mandati.

o *Stipulatorem.* condictione indebiti.

p *Habeas.* Arguecõtra,infra,de curr.hæ. l.si quis alicui in fine. Accursius.

q *Videri idipsum.* Nota,quòd cum quid mando, & recte ea quæ ex eo sequuntur, videntur mãdata.sic & supra, eo.l. si procurator.§.j.& supra, de ꝓcur.l.qui procuratorẽ & infra, de insti.sed & si pupillus.§. sed & si quis nolit.sic & in prohibitione,vt cum quid prohibetur,& omne id prohiberi videtur per quod peruenitur ad illud:vt infra,de spon.l.oratio.Sed contra est infra,de ope.no.nun. l.cum procurator.§.fina.& de succes.edic.l.j.§.vnusquisque.& de bo.poss.l.tutor.Azo.

r *Tuo nomine.*hoc exprimendo in solutione forte: quia putat se suo nomine esse obligatum. & sic si esset debitũ, non liberaretur ipso iure debitor:sed per exceptionem:vt.j.man.l.Papinianus.

s *Soluerit.* & hoc casu loquitur supra,eo.frater.in fine.

t *Repetere posse.* Sed contra.j.eodem.l.finali.§.Titi°.Solu.vt ibi.

u *Per ignorantiam.* vt infra,manda.l.si procuratorem.§.si ignorantes.&.l.si fideiussor.in prin.Accursius.

x *Qui promisit,si aliquid.* puta,si in Capitolium ascendero, ego stipulator.& quod dicit, non videbitur fecisse.i.non videt solvisse,quod ꝓmisit.& ideo repetit,quia sufficit ad causam indebiti &c.vt.j.eo.l.sufficit.Et no.inter hæc verba, si & cum,non esse vim:quia vtrũque facit cõditionẽ:vt hic,& j.de ver.ob.l.huiusmodi.in fi.&.l.quodcúq;.§. nõ solũ.& ideo potest repeti quod interim soluitur:vt hic,&.ff.e.l.sub conditione. quãdoque tamen refert:vt ibi,si volueris,& cum volueris.nam prima inutilis,secunda vtilis est:vt infra,de verb.obli.l.centesimis.§.fin, & de leg.iij.fideicommissa.§.sic fideicommissum.

y *Ase.* scilicet stipulatore.

BIU Cujas

a *Dederit.* putans se teneri. aliàs non repetet, si sciens esset: vt supra, eo. l. j. & infra, de regu. iu. l. cuius.

b *Is solis. Quoquo modo.* vel per se, vel per alios: vt per procuratores eorum.

c *Proficit.* illi cui data est ab illo, cui soluo indebitũ: vt. C. si cer. pe. l. nõ aduersus. &. C. de act. & obli. l. penult. Sed quid si ille non est soluendo, puta cui est solutum: an in subsidiũ ille cui proficit, conuenitur? Arg. q̃ sic, si causam lucratiuam habet forte. aliàs non: vt. s. de eo per quem fac. erit. l. fina. in princ.

d *Quod quis. Hac mente.* non hoc expresso: vel expresso, sed altero nõ consentiente. alioquin agitur præscrip. ver. vt C. de re. permu. l. reb⁹. & s. e. l. ij. in princi. Et no. hic scientẽ nõ repetere: vt. s. e. l. j. & de instit. l. eum. §. j.

e *Ex quibus causis. Quidẽ.* Pone casum: vt. s. eo. l. si i area. & j. de excep. do. l. Paulus respon. nam ibi habemus retentionem. s. si possidemus. non autẽ petitionem, si non possidemus. & sic non loquitur fatuè, repetẽdo idem per idem: vt quidam dixerunt. & idem etiam in similibus casibus dicas. sed vbi personaliter obligatus exceptiõe tut⁹ sum: si soluo, non repeto. est autẽ contra. huic. l. s. eo. in debiti. §. j. Sol. nõ cõdicentur nummi alieni respectu proprietatis: sed respectu possessionis. Vel dic, quod nullo modo obstat: quia nũmorũ alienorũ non habeo retentionẽ: quia domino nullã possum obiicere exceptionẽ, licet ego habeã possessionem. non enim habere possessionem, est habere retentionem. Item argu. contra. s. eo. qui exceptionem. §. pen. sed dic, vt ibi no. in solutione primi contrarij.

f *Damus. Præteritam.* sic etiam exponuntur hæc verba, infra, de condi. & demon. l. si ita legatum. in fine.

g *Pecuniæ.* hoc quando soluo, nõ quando me putem debere: sed quia donare velim: aliàs repeto: vt per totum hunc tit. aliàs, non haberet locum hic titulus. nec ob. s. eo. l. eleganter. in princ. quæ est contra. nam bene dico, q̃ ibi credebat se teneri efficaciter ex transact. licet enim non semper actio ex transactione nascatur: vt C. de transact. siue apud. tamen quandoque nascitur: vt in eo. ti. l. cum mora. &. l. si pro fundo. & sic ibi putabat se teneri præscrip. ver. vel putabatur per stipulationem interuenisse transactionem. Item & tunc cum dico repetitionem non superesse: si tamen appareat eum non aliàs fuisse daturum, repetitur: vt. j. de condi. & demon. l. cum tale. §. falsam. &. l. demonstratio. Sed alia ratione videtur, quod repetere non possit, quando aliàs non erat daturus: quia tutus est exceptione doli: vt dicit prædictus. §. falsam. Soluẽs ergo non repetit: vt supra, eo. l. qui exceptionem. sed hoc potest admitti in legato, scilicet quòd non repetat. sed hic secus est, cum nulla except. tutus soluerit: cum aduersario nulla competat actio hic: sed ibi competebat.

h *Sequente.* vel cum dantem pœnitet: vt supra, de condic. ob cau. l. si pecuniam. in principio. Accursius.

D *Ominus.*] CASVS. Habebã seruũ: cui in testamento reliqui libertatem si daret. x. cuidam extraneo. dedit. apparuit testamentum esse nullũ. an tibi hæredi competat repetitio, quæritur.

quod promisit, dederit: [a] non videbitur fecisse, quod promisit: atque ideo repetere potest.

Hæc condictio est personalis: ideo datur contra eum cui soluitur: nec est in rem scripta: ideo non datur contra eum cui solutio proficit. Bartolus.

XLIX. MODESTINVS libro tertio Regularum.

HIs solis pecunia condicit̃, quibus quoquomodo [b] soluta est, non quibus proficit. [c]

Soluens scienter indebitum, non repetit. Bartolus.

L. POMPONIVS libro quinto ad Quintum Mucium.

QVod quis sciens indebitũ dedit hac mẽte, [d] vt postea repeteret: repetere non potest.

Qui habet solam retentionem, soluens non repetit. Bartolus.

LI. IDEM libro sexto ad Quintum Mucium.

EX quibus causis retentionem quidem [e] habem⁹, petitionem autem non habemus: ea si soluerimus, repetere non possumus.

Datũ ob causam de præterito nõ obligatoriã, non repetitur: datum verò ob causam de futuro, causa non secuta repetitur. Bar.

LII. IDEM libro vicesimoseptimo ad Quintum Mucium.

DAmus [f] aut ob causam, aut ob rẽ. Ob causam, [& eã] præteritam: veluti cum ideo do, quòd aliquid à te consecutus sum: vel quia aliquid à te factũ est: vt etiã si falsa causa sit, repetitio eius pecuniæ [g] nõ sit. Ob rem verò datur, vt aliquid sequatur: quo non sequente, [h] repetitio competit.

Ista lex fortis est. Solutum indebite, si nõ est translatum dominium, vindicatur à domino. si est translatum, condicitur ab eo immediate ad quẽ in veritate spectat, vt euitetur circuitus. Bartolus.

LIII. PROCVLVS libro septimo Epistolarum.

DOminus testamento [i] seruo [k] suo libertatem dedit, si decẽ [mihi] det. seruo ignorãte id testamentum non valere, data sunt mihi [l] decẽ. quæritur, quis repetere potest? Proculus respondit: Si ipse seru⁹ peculiares nũmos [mihi] dedit, cùm ei à domino [m] id permissum non esset: manent nũmi domini: eósque non per cõdictionem, sed in rem actiõe * petere debet. [n] Si autẽ alius rogatu serui suos nũmos dedit, facti sunt eius: [o] * eosque dominus serui, cui⁹ nomine dati sunt, per condictionem petere potest. [p] Sed tam benignius, quàm vtilius est, recta via ipsum, qui nummos dedit, suum recipere.

Ista lex est summa quasi totius materiæ: & ponit summarium in toto titulo. B.

LIIII. PAPINIANVS libro secundo Quæstionum.

EX his omnibus causis, quæ iure non valuerunt, [q] vel Et rñ. q̃ si pecunia fuit peculiaris: hæres qui post mortem meam dominus serui permansit, poterit pecuniam vindicare: sed nõ cõdicet: quia sua res permansit. Sed pone, q̃ pro seruo alius dedit. ille cui datus est, iuste percepit: eaque eius facta est: veruntamen ex quo testamentum postea nullum apparet, indebitum & de rigore iuris ille qui soluit, repetet ab hærede: & hæres ab extraneo cui solutum fuit, de æquitate: non ab eo cui soluit, propter circuitum. Viuianus.

i *Dominus testamento.* minus solẽni: vel postea iofficioso, vel rupto.

k *Seruo.* extraneo.

l *Mihi.* s. extraneo.

m *A domino.* scilicet ab hærede. Vel dic, à domino. id est à testatore, qui non permisit, cum testamentũ de iure nõ teneat. aliàs permittere videtur supra, de condic. ob cau. l. dedi. §. penulti.

n *Petere debet.* nisi sint cõsumpti. tunc enim re cõciliatur indebitum, sicut mutuum: vt argu. insti. quibus modis re contrahi. ob. §. primo. & no. supra, eod. titu. l. indebiti. §. sed & si nũmi. * *Hal. vindicatione* * *Flo. mei*

o *Eius.* mutatio personarum. i. mei cui soluti sunt.

p *Petere potest.* hoc ideo, quia contẽplatione serui dedit: quasi donaturus ipsi seruo: non tamen voluit, quòd penes dominum remaneret pecunia. & sic longa manu interuenientẽ videtur dedisse ipsi seruo. nã celeritate cõiungendarum actionũ inter se, id est actuum, vnam actionem occultari &c. vt. j. de do. inter vir. & vxo. l. iij. §. fi. & sic si iste seruus esset libera persona, haberet condictionem: igitur cum sit seruus, acquirit eam domino: & sic datur domino de stricto iure. sed quia ille nunquam fuit ei⁹ propositi, vt vellet nummos penes dominũ esse: benigni⁹ est &c. & est in duobus æquitas: & q̃ repetat, licet seruo donare voluerit: & quòd recta via. Vel dic, q̃ dedit mandato serui, volens donare: & sic ex mandato serui. obligatus est de peculio dominus ad illa. x. etsi nil aliud sit in peculio: quia illa videtur esse in peculio: vt infra, de pecu. l. deposui. in princ. & si cedat condictionem indebiti, satis est: vt infra, de pecu. l. quod debetur. & secundum hoc in fi. dic, recipere ex iure cessio agens. Si quæras, quare non datur domino rei vindi. de stricto iure pecunia extante, cum longa manu interueniente videatur peruenisse ad seruum. nam dico quòd non datur: vt infra, ad Macedo. sed & si pater. §. j⁹ Respon. quia si iste seruus erat libera persona, ei nõ daretur: quia ille non transtulit dominium in accipientem. Item no. hic, secũdum Azo. de circuitu tollendo. sic. C. communia. de lega. l. j. in prin. & infra, si cui plus, quàm per legem Fal. videamus. &. C. de act. & oblig. l. in omnibus. &. l. si in solutum. &. C. de lega. l. ex legato. &. C. de arbi. l. ne in arbitris. in fi. & per quas perso. no. acqui. l. fi. &. C. de emancipa. lib. l. fi. &. s. eo. non est nouum. Argu. contra, infra, ad leg. Rho. de iac. l. ij. in prin. & pro hoc est. s. vsufruct. quemadmo. ca. si vsusfructus mihi. in principio. Accur.

Circuit⁹ videndus est.

EX his.] CASVS. Vendidi tibi hominem liberum. soluisti pretium. postea lege iubente, resoluta est venditio. quæritur, an pretium à me repetes? Et respon. quòd sic, & generaliter in omnibus contractibus, qui reprobantur à lege. Viuianus.

q *Non valuerunt.* vt ex testamento falso, vel iniusto, vel ex

venditione liberi hominis. Ioan.

a *Effectum.* vt testamento rescisso postea, vel venditione rescissa, vel cum est recessum ab ea.

b *Condictioni.* vel ob causam: vt supra, de condic.ob tur.cau.l. prima.&.ij.vel indebiti ei qui soluit, vel alij: vt.ff.l.proxi.

Si vrbana.]CASVS.

SI prædo prædia mea intrauit: & alij ea locauit, & pensionem accepit. Dicit, q̃ illi qui soluerunt, non repetent: sed ille prædo erit mihi obligatus. idem si naues, vel operas seruorũ locauit prædo, & pensiones recepit. sed si seruus operis suis à se locatis recepit mercedem, eámque prædoni tradidit: nunquid seruus fecit pecuniam accipientis? Dicit q̃ nõ. Sed pone q̃ ego dominus prædia, vel naues locaui. cõductores pẽsionem prædoni tradiderunt: ipsi qui soluerunt condicunt. Vi.

c *Si vrbana.* distingue tres casus in hac lege. Primus, quando prædo locauit, & mercedem vel pensionem accepit. Secundus, quãdo ipsemet seruus se locauit, & mercedẽ accepit. Tertius, quando dominus locauit, sed prædo exegit. Accursius.

d *Prædia.* idem in rusticis si pensio est in pecunia, quæ est vera locatio.

e *Repetetur.* siue dicas. i. non repetetur interim: sed ipse prædo domino tenetur, planũ est: siue dicas, id est iure non cõdicet qui soluit tanquam indebitũ, cum ipse, scilicet prædo domino teneatur: similiter planum est.

f *Obligatus.* ff. prædo.

g *Quas ipse.* ff. prædo.

h *Exercuerit.* scilicet ipsemet. Accursius.

i *Per ipsum.* prædonem. hæc omnia enim in peti.hære. veniũt: vt ff. de petitione hæredi. l. ancillarum. &. l. mercedis. &. l. si quis. §. fi.

k *Non locatus.* scilicet à prædone: sed ipsemet se locauit, & mercedem retulit prædoni: vt, id est, sicut domino.

l *Pecunia.* itaque dominus serui vindicat extantem, & consumptam condic. à prædone.

m *Acceperit.* à conductore. Accursius.

n *Ei.* scilicet conductori.

Perſecutoria non tollitur per pœnalem, nec econtra: ſed perſecutoria per perſecutoriam bene tollitur. Bartolus.

℣ Furti actio pœnam petit legitimam, condictio rem ipſam. Ea res facit, vt neq; furti actio C per condictionẽ, neque condictio per furti actionem conſumatur [t]. Is itaq;, cui furtũ factũ eſt, habet actionẽ furti: & condictionẽ, & vindicationẽ [u] habet, & ad exhibendũ actionẽ.

Hæc actio datur contra hæredem etiam in eo quod ad eum non peruenit, qualitercunque & quomodocunque res perierit, ſiue quantumcunque. Bartolus.

℣ Condictio rei furtiuæ, quia rei habet perſecutionem, hæredem quoque furis [x] obligat: nec tantum ſi viuat ſeruus furtiuus: ſed etiam ſi deceſſerit [y]. Sed & ſi apud furis hæredem diem ſuum obiit ſeruus furtiD uus: vel non apud ipſum [z], poſt mortem [a] tamen furis: dicendum eſt condictionem aduerſus hæredem durare. Quæ in hærede diximus, eadem erunt & in cæteris ſucceſſoribus [b].

o Tenebitur. immo vi- detur quòd ſic: vt j. de verb. ſign. l. ſæpe, in fi. quæ eſt contra. Sol. hic non peruenit re ad eũ qui opẽ tulit, ibi ſicẽ vel ibi de cõdic. id eſt, de actione perſonali ſ. puta certi cõdic. dicit, non de iſta: & hæc ve- ra. Alij dicunt, hic de ope teneri, non de conſilio: vt ibi. & eodem modo reſponde ad alia legem, infra, de peculi. peculium. §. ſed ſi opẽ.

p *Si pro fure.* id eſt, per actionẽ furti.

q *Damnum.* dupli vel quadrupli ſoluendi à fure.

r *Deciſione.* facta ſup duplo, vel quadruplo.

ſ *Tollitur.* immo videtur tolli: vt ſupra, de iureiur. ſi duo. §. idem Iulianus. quæ eſt contra Solu. vt ibi. *ADDIT.* Dic, q̃ ibi fuit iuratum vel ſententiatum ſuper facto: hic ſuper actione, ſecũdum Pau.

t *Conſumatur.* hoc in pœna legali, ſecus in conuentionali, vbi loco intereſſe ſuccedit: vnde non *potell* vtrique peti [8]: vt infra, de ſ. *Idem excep.* do. *apud Col. & Pau-* ſum. §. Labeo. quæ eſt contra: niſi ibi eſſet effectũ, rato manente pacto: vt ſupra, de tranſac. qui fidem. quando autẽ tollatur vna per aliam, plene no. ſ. nau. cauſta. l. idem. §. fin.

u *Et vindicationem.* ſi eſt dominus. ſed vna inſtarum perſecutorium per alteram tollitur: vt. C. de noua. l. fin. & facit. C. de furtis. l. ancillæ. Accurſius.

x *Furis.* ſcilicet ſuo nomine ſi contrectet: non tantum defuncti.

y *Deceſſerit.* vino fure.

z *Apud ipſum.* ſ. hęredem: ſed apud alium, l

a *Poſt mortẽ.* Sed nõ- ne idem & ſi ante mortem furis obierit vt in- ſtitu. de obli. quæ ex deli. naſ. §. fin. & ſupra proxi. §. Reſpon. ita [b] quod ergo dicit poſt mortem, ideo dicit, quia ſi ante mortem furis deceſſiſſet hæres furis, nunquam ſuo nomine, id eſt, propter ſuum maleficium damnaretur: ſed alieno, id eſt defuncti: vt ſupra, de iis qui no. infa. l. furti. §. ſi quis alieno. vbi autem poſt mortem decedit, ſuo etiam nomine poteſt hæres obligari, ſi contrectet contra voluntatem domini, cui ſurripuit defunctus. Vt enim persona domini mutata de nouo naſcitur actio furti, remanente prima tamen: vt infra, de fur. l. interdum. j. reſpon. ita & perſona furis mutata ſtatuendum eſt, vt noua naſcatur [i]: vt dictum [k] eſt, ſecundum Azo.

b *Succeſſoribus.* ſcilicet in ius. Io. non in rem [k]: vt ſupra, de eden. & quædam

quædam sunt.§.j.& infra,eo.sed nec.Azo. Ex quo ergo in hæredes datur:quæro vnde hęc actio nascitur?Dicunt quidam ex maleficio:quia noxaliter datur:vt.ſ.eo.ſi seruus. Alij ex quasi maleficio,& ex quasi contractu: & sic intelligunt & inducũt.j.de act. & obli.l.j. Tu dicas ex variis figuris, id est, nec ex contractu vel quasi, nec ex maleficio vel quasi: sed anomalam & separatam quãdam habet naturam:cũ habeat similia & dissimilia cum omnibus.cũ contractibus enim, vel quasi, habet simile, vt in hæredem detur, licet ad eũ nil peruenerit, vt notaui modo.ſ. l.proxi. & in hoc differt à maleficiis vel quasi, quæ non dantur nisi inquãtum peruenit: vt C.ex delic.defun.l.j.cũ maleficiis,vel quasi habet simile,vt detur noxaliter, vt dixi. in quo discrepat à contractu vel quasi: vt supra, de iis qui deiec. vel effu.l. j.§. cum seruus. Sic & actio in factum est ex variis figuris causarum: vt.C.de sac.sanc.eccle. l.sancimus. & de istis duabus intelligitur illud tertium membrum, infra,de act.& oblig.l. j.in prin.ibi,aut ex variis figuris &c.Accur.

In obligatione rem restitui,demũ peremptа re succedit obligatio ad interesse quando est contra furem,quanti res plurimi fuerit,& habetur ratio fructuum.Bart.

VIII. IDEM libro vicesimooctauo ad Edictum.

IN re furtiua[a] condictio ipsorum corporum competit.sed vtrum tamdiu, quãdiu exstent: an verò & si desierint esse in rebus humanis? Et si quidẽ[b] obtulit fur, sine dubio nulla erit cõdictio.si non obtulit[c], durat condictio æstimationis[d] eius. corpus enim ipsum pręstari nõ potest[e]. ¶Si ex causa furtiua res cõdicatur:cuius tẽporis æstimatio fiat, q̃ritur. Placet tamen id tẽpus spectandũ, quo res vnquam plurimi[f] fuit:maximè cũ deteriorẽ rem factam fur dãdo nõ liberatur.semper enim morã[g] fur facere videtur.¶Nouissimè[h] dicendũ est, etiã fructus in hanc actionem venire.

Hæc actio datur contra hæredes,pro hæreditaria portione,non inspecto si ad eos minus peruenit.Bartolus.

IX. IDEM libro trigesimo ad Edictum.

IN condictione ex causa furtiua,non pro parte, quæ peruenit[i],sed insolidum tenemur, dum soli hæredes sumus[k]. pro parte[l] autem hæres,pro ea parte,pro qua hęres est,tenetur[m].

Hæc condictio competit cõtra furem manifestum, siue non manifestum:nisi possessio rei ad dominum sit reuersa.Bart.

X. IDEM libro trigesimooctauo ad Edictum.

SIue[n] manifestus fur, siue nec manifestus sit, poterit ei cõdici[n]. Ita demum autem manifestus fur condictione tenebitur,si deprehensa[o] non fuerit à domino possessio eius. Cæterũ nemo furum cõdictione tenetur,posteaquam dominus possessionẽ adprehendit[p].& ideo Iulianus,vt ꝓcedat in fure manifesto tractare, de condictione ita proponit, furem deprehensum aut occidisse[q], aut fregisse,aut effudisse id, quod interceperat. ¶Ei quoque qui vi bonorũ raptorũ tenetur:cõdici posse[r], Iulianus libro vicesimo secundo Digestorũ significat.

Hæc condictio datur domino & hæredi eius,non successori titulo singulari.

¶Tamdiu autem[s] condictioni locus erit, donec domini facto dominium eius rei ab eo recedat. & ideo si eam rem alienauerit[t], condicere non poterit. Vnde Celsus libro duodecimo Digestorum scribit, si rem furtiuam dominus purè[u] legauerit furi:hæredem[x] eius* condicere non posse[y]. Sed & si non ipsi furi,sed alij:idem dicẽdum est,cessare condictionem: quia dominium facto testatoris, id est,domini discesit.

XI. PAVLVS libro trigesimonono ad Edictum.

SEd nec legatarius condicere potest[z]: (ei enim cõpetit condictio, cui res subrepta est, non inquantum hæres est, tenetur. Azo. si tamen lis fuerit cum defuncto contestata,etiam si vnus teneat totum,non nisi pro hæreditaria parte tenetur:vt infra,de prætо.stip.l.ij.in fi.

In rem furtiua. nunc respondet.

Et si quidem. oblatio prodest quo ad interitũ:vt hic,& infra.e. parui.& C.e.l.fi.& infra,de verb.ob. interdum.§.Stichi. Non ad actionem pœnalem furti vitandam:vt infra,de fur.qui ea mente.

obtulit. vel nisi simile fecerit:vt quia nouauit:vt infra,eo.parui.sic supra,man.si procuratorem.§.fi.Accursius.

Æstimationis. immo æstimatio in solutione[a] est tantum : homo autem ipse in petitione : vt infra,de verb.obli.si quis stip.§.fi. &.l.eum qui.§.fi. *ADDITIO.* Dic, quòd illæ leges loquũtur in obligationibus in rem dari:hic in rem restitui.Bar.& Bal.

Non potest. quia desiit esse in rebus humanis.

Plurimi. scilicet à tempore commissi furti : vt hic,& infra,rerum amot.l.pe.& infra,de tri.l.pe.in fi.non autem si plus valuisset ante furtum factum,de hoc tenetur:licet in lege Aquil. teneatur: vt infra,de pri.delic.l.nunquam.§.item quæsitum est.

*Moram.*vt.j.e.l.fi.&.C.de condic.ob tur.cau.l.fin. Accursius.

*Nouissimè.*id est,in vltima parte huius legis,vel etiã tractatus.

In condictione.] CASVS. Hæres furis condictione furtiua tenetur.vnde si res furtiua non insolidum ad hæredem peruenerit,pro parte tenetur,cum pro parte sit hæres:si insolidum peruenit,insolidum tenetur.Viuianus.

Peruenit. de re furtiua.Accursius.

*Sumus.*de vno loquitur in plurali numero:sed.j.proxi.ibi,pro parte &c.loquitur quando sunt plures.Accursius.

Pro parte. hoc non ita intelligas,vt si tota res ad vnum peruenit,ipse in totum nõ teneatur:immo tenetur in totum[b]:vt.j.cõmo.l.iij.§. hæres. &.ſ. de eden.l. si quis.§.j . sed vt etiam si minus quàm pars hæreditaria sit, quæ peruenit ad eum de re furtiua:tamen inquantum hæres est, teneatur. Azo. si tamen lis fuerit cum defuncto contestata,etiam si vnus teneat totum,non nisi pro hæreditaria parte tenetur:vt infra,de prætо.stip.l.ij.in fi.

Tenetur. scilicet nomine defuncti.

Siue manifestus.Condici. id est,agi condic.fur.

Deprehensa. id est, apprehensa.Accur.

Apprehẽdit. verum est pro possesione illa, *meliorẽ de* sed pro fructibus & si- *iure, ad co-*milibus potest compe- *gnoscendũ,* tere: vt.ſ.e.ſi condica- *quis sit fur* tur.&.l.in rem.§.fi. *manifestus:*

*Occidisse.*In his tan- *eũ quo stan*tum casibus dicit P.fu- *dũ est:quia* rem manifestum teneri *text. clarus* cõdictione furti: quod *in se est,&* omnino falsum est, se- *optime pro*cundum Io. [c]nam po- *bat. Bolog.* test & plurib[o] aliis mo- [c] *Idẽ B.&* dis accidere. Quid enĩ *Bal.&* P. si nõ occiderit,sed vulnerauerit? Item quid si fur fuerit visus[d], non captus? fur quidem est manifestus, non tamen apprehensus : vt infra, de fur.si quis in ser.cõueniri ergo poterit:sed hic indubitabilia posuit exempla,secundum Azo.

[d] *Dũmodo sit acclamatum.Pau.*

Cõdici posse. quia est fur:vt instit. vi bo.rap. in princip.

Tamdiu autem.con- *Condic.fur-*
dictio furtiua datur do- *ti. an re a-*
mino,quamdiu res du- *lienata do-*
rat sua : sed si alienauer- *mino com-*
rit,distinguitur: aut fa- *petat.*
cto suo,& tunc desinit **Flo.ei*
ei competere : de quo ponit tria exẽpla : scilicet quãdo vẽdit,vel legat furi, vel extraneo: quo tertio casu etiã legatarius condictionem nõ habet:adiicitur etiã quartum exemplũ in.l. & ideo. quando duo erant domini rei furtiuæ : & vnus prouocat alium ad diuisionẽ : & alteri eorum est adiudicata. nam si est adiudicata prouocato, prouocans amittit condictionem: quia suo facto videtur alienasse suam partem.si autem prouocanti est adiudicata,prouocatus[e] non amittit:quia non videtur suo facto suam partem alienasse : vt hic dicit, vsque ad.§. Neratius.in.l.& ideo.

Istã causs [e] *positionẽ sequitur B. & Pau.*

Sequũtur B. & Bal.

Alienauerit. Sed hoc quomodo sine posse? Respon. vt infra, eo.l.& ideo.

Istud est cõtra generalitatẽ istius. l. seres contra furem?Azo.R. forte sic[f]:vt arg.j.de fur.l.qui ea mẽte. cundũ Bar. & Pau.

Pure. secus si sub conditione:vt.j.eo.si seruus.

Hæredem. scilicet domini. Accursius.

*Non posse.*ſ.furi,secũdũ Io.Sed nũquid actione furti aget hæres contra furem?Azo.R. forte sic[f]:vt arg.j.de fur.l.qui ea mẽte. cundũ Bar. & Pau.

Ed nec legatarius.Condicere potest. scilicet condic. furtiua, ex contrectatione prima: vt dicunt.sed ex secunda[g] sic:vt.j.de fur.si dominium.ratione igitur primæ nulli. Vel dic[h] ꝙ condic. furtiua non agitur,nec ex prima,nec ex secunda: sed furti ex contrectatione prima quasi hoc ius vna cum rei dominio transeat & ambulẽt: vt.d.l.j.de fur. si dominiũ.&.l.si cum quis in hostiũ.§.j.[i] &.l.si is.§.j.& ex noua contrectatione alia nascitur furti actio:vt sic duas actiones[i] furti habeat idem cõtra eundẽ,& nomine eiusdem rei:vt.j.de fur.interdũ.in prin.Vel loquitur ibi in.l.interdũ. quando possessio rediit ad dominũ, secundum R. & fur secundo furripuit.alias prima act.furti sufficeret.quod H. non placet.[k] sci licet ꝙ agat legatarius ex vtraque contrectatione.Itẽ no.ex prædictis ꝙ hęredi,non remanet condictio etiam ex prima cõtrectatione.& sic est cõtra.ſ.de ser.cor.sed hæres.Vel dic,secundũ H.[l] ꝙ hic loquitur de condic.at in act. furti.dic,si iure vniuersali res furtiua

Ista casus positionẽ sequuntur B. & Pau.

Ista est cõtra generalitatẽ istius. l. seres contra furem?Azo.R. forte sic[f]:vt arg.j.de fur.l.qui ea mẽte. cundũ Bar. & Pau.

Ed nec legatarius.Condicere potest. scilicet condic. furtiua, ex contrectatione prima: vt dicunt.sed ex secunda[g] sic:vt.j.de fur.si dominium.ratione igitur primæ nulli. Vel dic[h] ꝙ condic. furtiua non agitur,nec ex prima,nec ex secunda: sed furti ex contrectatione prima quasi hoc ius vna cum rei dominio transeat & ambulẽt: vt.d.l.j.de fur. si dominiũ.&.l.si cum quis in hostiũ.§.j.[i] &.l.si is.§.j.& ex noua contrectatione alia nascitur furti actio:vt sic duas actiones[i] furti habeat idem cõtra eundẽ,& nomine eiusdem rei:vt.j.de fur.interdũ.in prin.Vel loquitur ibi in.l.interdũ. quando possessio rediit ad dominũ, secundum R. & fur secundo furripuit.alias prima act.furti sufficeret.quod H. non placet.[k] sci licet ꝙ agat legatarius ex vtraque contrectatione.Itẽ no.ex prædictis ꝙ hęredi,non remanet condictio etiam ex prima cõtrectatione.& sic est cõtra.ſ.de ser.cor.sed hæres.Vel dic,secundũ H.[l] ꝙ hic loquitur de condic.at in act. furti.dic,si iure vniuersali res furtiua

Ista est cõtra generalitatẽ istius. l. seres contra furem?Azo.R. forte sic[f]:vt arg.j.de fur.l.qui ea mẽte. cundũ Bar. & Pau.

Ed nec legatarius.Condicere potest. scilicet condic. furtiua, ex contrectatione prima: vt dicunt.sed ex secunda[g] sic:vt.j.de fur.si dominium.ratione igitur primæ nulli. Vel dic[h] ꝙ condic. furtiua non agitur,nec ex prima,nec ex secunda: sed furti ex contrectatione prima quasi hoc ius vna cum rei dominio transeat & ambulẽt: vt.d.l.j.de fur. si dominiũ.&.l.si cum quis in hostiũ.§.j.[i] &.l.si is.§.j.& ex noua contrectatione alia nascitur furti actio:vt sic duas actiones[i] furti habeat idem cõtra eundẽ,& nomine eiusdem rei:vt.j.de fur.interdũ.in prin.Vel loquitur ibi in.l.interdũ. quando possessio rediit ad dominũ, secundum R. & fur secundo furripuit.alias prima act.furti sufficeret.quod H. non placet.[k] sci licet ꝙ agat legatarius ex vtraque contrectatione.Itẽ no.ex prædictis ꝙ hęredi,non remanet condictio etiam ex prima cõtrectatione.& sic est cõtra.ſ.de ser.cor.sed hæres.Vel dic,secundũ H.[l] ꝙ hic loquitur de condic.at in act. furti.dic,si iure vniuersali res furtiua

Ista est cõtra generalitatẽ istius. l. seres contra furem?Azo.R. forte sic[f]:vt arg.j.de fur.l.qui ea mẽte. cundũ Bar. & Pau.

Ed nec legatarius.Condicere potest. scilicet condic. furtiua, ex contrectatione prima: vt dicunt.sed ex secunda[g] sic:vt.j.de fur.si dominium.ratione igitur primæ nulli. Vel dic[h] ꝙ condic. furtiua non agitur,nec ex prima,nec ex secunda: sed furti ex contrectatione prima quasi hoc ius vna cum rei dominio transeat & ambulẽt: vt.d.l.j.de fur. si dominiũ.&.l.si cum quis in hostiũ.§.j.[i] &.l.si is.§.j.& ex noua contrectatione alia nascitur furti actio:vt sic duas actiones[i] furti habeat idem cõtra eundẽ,& nomine eiusdem rei:vt.j.de fur.interdũ.in prin.Vel loquitur ibi in.l.interdũ. quando possessio rediit ad dominũ, secundum R. & fur secundo furripuit.alias prima act.furti sufficeret.quod H. non placet.[k] sci licet ꝙ agat legatarius ex vtraque contrectatione.Itẽ no.ex prædictis ꝙ hęredi,non remanet condictio etiam ex prima cõtrectatione.& sic est cõtra.ſ.de ser.cor.sed hæres.Vel dic,secundũ H.[l] ꝙ hic loquitur de condic.at in act. furti.dic,si iure vniuersali res furtiua

BIU Cujas

furtiua deuenit ad dominium alterius, vt hæredē, vel bo. pos. vel arrogatorem: agitur etiam ex veteri contrectatione & noua. & sic duæ eidem, & contra eundem actiones furti competunt: vt. l. si dominium. & l. si cum quis in hostium. nec ob. l. ci qui. quia ibi dominium non mutatur[a]. quod ergo facit, quando redit ad dominium: vt. l. interdum. §. fi. hoc hic dominij mutatio. Item sicut hæres furis tenetur noua cōdic. & noua act. fur. vt. ſ. eo. l. si pro fure. §. fi. sic & domino nouo, noua actio datur. at si singulari ti. vt legato, agitur tantum pro noua cōtrectatione: vt. l. si dominium. in fi. pro veteri hæres: vt supra, de ser. cor. sed si hæres. vel illud[b] in act. fer. cor. in furti. idem quod in vniuersali dicūt. Aest differen lij dicunt ex veteri cōtia, ex mēte trectatione indistincte Bart. & dari veteri domino[c]: Pau. quod est contra. l. si dominium. Sed quæ est Bar. Bald. ratio diuersitatis inter & Pau. condic. fur. & furti actionem? Item quare non est ita ambulatoria condictio, vt actio furti? Respon. condi-d Approbatur, per prædic. ctio[d] pdita est, vt detur domino, quod est contra naturam cōdic. & contra ius. ergo restringitur ad presentia, non futura: vt infra, de lib. & posthu. l. cū quidam. &. ſ. vsufruct. quēadmo. ca. l. fi. etiam ex futura contrectatione. vel ideo nō trāsit, quia alia actione consulitur: vt in fi. huius legis.

a *Sing. glo. secundum Bart. & P.*

b *Immo inter illas actiones non*

c *Et malè.*

vel hæredi eius) sed vindicare rem legatam ab eo potest[a].

XII. VLPIANVS libro trigesimo octauo ad Edictum.

ET ideo eleganter Marcellus definit libro septimo. ait enī: Si res[b] mihi[c] subrepta, tua remaneat, condices. Sed & si dominium non tuo facto[d] amiseris: æquè condices. In communi igitur re eleganter ait interesse, vtrum tu prouocasti cō muni diuidūdo iudicio: an prouocatus es? vt si prouocasti in communi[e] diuidundo iudicio, amiseris condictionem: si prouocatus[f] es, retineas[g].

Ei qui non est dominus, sed habet ius in re, in locum condi. fur. competit cōdictio incerti. Bartolus.

PNeratius libris Mēbranarū Aristonē existimasse refert eū[h], cui pignori res data sit, incerti[i] condictione acturum, si ea subrepta est.

Etiam species facta ex materia mea, venit in hac condictione: & in ea habetur ratio meliorationis factæ, etiam sumptibus furis. Bartolus.

XIII. PAVLVS libro trigesimo nono ad Edictum.

a *Potest.* legatarius, secundum Io.

b *ET ideo. Si res mihi.* vt quia eam cōmodasti, & alius surripuit.

c *Mihi.* id est, à me furtiue subtraxit.

d *Facto.* vt statim subiicit in exemplo, in communi &c.

e *In communi.* igitur rem communem: puta seruum communem tecum habeo. hic surripitur, vel ab eo cui commodauimus: vel ab vno nostrum. interim prouocas me ad iudicium communi di. Distingue ergo: aut est mihi adiudicata res te prouocāte: & tunc cōdictionem amisisti, quam pro tua parte habebas: & ego cōdicam pro mea parte, quæ mihi remansit: & pro ea quæ ex iudicatione ad me peruenit. si autem adiudicaretur tibi prouocanti, condictio remanet mihi meæ partis: tibi etiam tuæ partis similiter remanet: vt hac. l. dicitur. & sic no. quòd sufficit, hoc vltimo casu, aliquando interfuisse mea in condic. licet hodie non intersit, quod in actione furti est expeditū: vt. j. de fur. inter omnes. in prin. Acc.

e *Istam gl. sequitur B. B. & Pau.*

f *Prouocatus.* & vtroque casu, est alteri adiudicata.

g *Retineas.* scilicet condic. fur. cum facto tuo dominium non sit trāslatum: sed potius quadam necessitate. Sed op. aut huius rei, pro qua egimus communi di. possessionem habemus: & tunc non potest agi condic. vt. ſ. eo. siue manifestus. aut non: & tunc non potuit dominium transire de vno in alium? Respon. facile est[f] secundum nos assignare qui dicimus dominiū sine possessione adquiri. pone enim quòd eum induco in possessionem[g]. licet enim non adquiritur ei possessio, quia alius eam habet: tamen adquiritur dominium: vt. j. de fun. do. l. si fundum. Vel pone[h] secundum Azo. quòd fur statim re adiudicata socio, ei tradidit possessionem: quia erat homo potens: non tamen volens restituere cui surripuerat, spernens eum. Vel pone eam possessionem deuenisse ad cūdū Bart. dominum, qui ignorans suam esse, alicui pretium vel æstimationem præstitit, & sic consecutus est rem: vt infra, de ver. signi. l. Labeo. §. item. Vel dic, speciale in tribus iudiciis istis: scilicet fa. ercis. communi diui. fi. reg. vt transferatur sine possessione ex solacietate: a- la sententia dominium[i]: vt institu. de offi. iudi. §. j. hoc autem liàs secus. constat, quòd licet non possideamus: tamen hoc iudicio communi di. & similibus agi potest: vt hic, &. ſ. fa. ercis. item Labeo. §. fin. & l. seq. Accursius.

f *Ista tenet Bar. & Ange.*

g *Ista inductio est difficilis in re mobili. Bal.*

h *Ista etiā est bona, secūdū Bart.*

i *Ista est vera, quando res erat cōmunis ex so*

h *Eum.* scilicet creditorem.

i *Incerti.* hæc datur iis, qui domini non sunt: quorum tamen interest rem saluam esse: quia ius habēt in re: vt hic, & infra, de pigact. si pignore. Si vero quis tantum bona fide habeat possessionem, & non habeat ius in re, condicet condic. triticaria ipsam possessionem: vt infra, de triti. l. ij. Alij[k] dicūt vt. k Et tili condic. fur. Sed si Bar. neque dominium, nec ius in re, nec possessionem habeat, sed detentationem tātum, vt cōmodatarius, vel depositarius, vel similes: videtur destitui omni actione de iure communi: sed forte consuletur ei act. in factū, vel offic. iudic. l. ad ipsam l. possessionem: vt ar. C. de agri. & cen. l. si coloni. secundum Azo. & secundum H. incerti. Accursius.

EX argento subrepto poculā facta cōdici posse, Fulcinius ait. ergo in condictione poculorū, etiam celaturæ[l] æstimatio fiet, quæ impēsa furis facta est[m]: quēadmodū si infans subreptus adoleuerit, æstimatio fit adulescentis: quāuis cura & sumptibus furis creuerit[n].

Si actor pendente iudicio desinit esse dominus facto suo, vel actoris sui, ius eius extinguitur: secus si facto furis: & res æstimatur quantum vendi potest. Bart.

XIIII. IVLIANVS libro trigesimo secundo Digestorum.

SI seruus furtiuus sub conditione legatus fuerit: pēdente ea hæres condictionem[o] habebit. Et si lite contestata conditio extiterit, absolutio sequi debebit[p]: perinde ac si idē seruus sub cōditione liber esse iussus fuisset, & lite contestata cōditio extitisset[q]. Nam nec petitoris iam interest[r] hominē recipere. Et [hoc si] res sine dolo malo[s] furis eius esse desiit. Quòd si pēdente cōditione iudicaretur: iudex æstimare debebit, quāti emptorē inuenerit[t].

k *EX argento. Pocula.* scilicet ex argento: vt. j. de fur. si quis vxori. §. si quis nuptam. l *Celaturæ.* id est, deauraturæ.

m *Facta est.* omnia hæc enim videtur[m] do- pos- nare, cū sit malæ fidei pos- & ideo ad æstimatio- nem omnium istarū re- netur: vt hic, & infra, re. amo. l. penul.

n *Creuerit.* quas impensas non repetit: vt hic, &. C. de infan. expo. l. j. Accursius.

SI seruus. ſ. Aſſ. §. Aliquis mihi reliquit seruum sub conditione: pendente ea surreptus eſt. an competat condictio mihi, aut hæredi pendente conditione: quæritur. Et dicitur, quòd hæredi. vnde si egit, & pendente lite obtinuerit conditio: non aget hæres de cætero condictione furti: quia nihil interest hæredis: & hoc probat per simile. Cætera plana sunt vsque ad finem tit. Viuianus.

o *Condictionem.* ideo hæres, quia nō est dominus legatarius cōdictione pendente: vt arg. ſ. vsufru. quemad. ca. l. si vsusfructus mihi legatus. §. plane. Et hoc ex eo apparet, quia nec ante diem repediari potest: vt. j. de lega. ij. si ita scriptum. §. si sub conditione. Ita expressum est supra, de rei vindi. l. non ideo. Accursius.

p *Debebit.* scilicet ab hærede. sed nec legatario datur condic. vt supra, eo. sed nec.

q *Extitisset.* quo casu procedi vltra non debet: vt hic, & infra, de fur. si quis vxori. §. fi. & argu. supra, ad exhi. tigni. §. fi. & supra, de rei vin. l. ex diuerso. in prin. Sed cur denegatur hæredi condic. his duobus casibus, cum ab eo inuito recedit dominium: vt. ſ. eſſ- ue. §. tandiu? Respon. secundū Azo. hæres voluisse[n] videtur, cum testator voluit, etiā si doleat: cum post aditam hæreditatē existat conditio. Nam & hæres ad legata compellitur, cum quasi contraxerit: vt instit. de ob. quæ ex quasi contract. §. hæres.

r *Interest.* non ergo datur condictio, si interesse desiit, vel per libertatem, vel per interitum, vel per similes modos. Sed contra, infra, de fur. l. inter omnes. in prin. vbi dicit, sufficere semel interesse. Solu. ibi[o] de actio. furti, hic de condi. fur. hoc nō valet: quia idem ibi de condic. dicitur, quòd detur post interitum rei: vt dicitur supra, eod. in re furtiua. §. sed vtrum. Alij dicunt, quòd ibi præcise semel interfuit, quia sua fuit ab initio. hic non erat præcise. Tu vero dic, p quòd hic facto suo desiit esse seruus suus: & ideo condic. non habet: vt. ſ. e. siue. §. fin. &. l. & ideo. §. sed & si dominium. cum facto testatoris qui legauit, vel libertatem reliquit: cuius factum hæredis reputatur: vt in authen. de iureiur. à mo. §. fin.

s *Dolo malo.* puta si sine dolo malo furis conditio legati extiterit, vt sic absolueretur: quia si ipse fecit cōditionem existere dolo malo, perinde damnaretur conditione existente, ac si penderet.

t *Inuenerit.* scilicet vt æstimet quantum quis daret pro re cuius dominium

BIU Cujas

dominium à se recessurum sit. Sic ergo no. vulgare, quòd res tantum valet, quantum vendi potest: vt hic, & infra, de fur. si vendidero. §. j. & l. si quis vxori. §. fin. & j. ad Trebel. l. j. §. si hæres. Sed ar. contra. j. ad l. Fal. in lege Falcidia. §. Proculus. Item huic dicto est contra. §. ad l. Aquil. [a] l. in lege Aquilia, si deletum. in eo quòd ibi in totum fit condemnatio. Item in eo, quòd ibi non fit statim executio: sed in eo speciale, sicut & alia multa sunt: & de pœna inficiationis & similib[9]. Ac.

Malæ fidei possessori litis æstimationem soluenti, de euictione non cauetur. Bart.

¶ Cauere autem ex hac actione petitor ei [a] cum quo agitur, non debebit [b].

Iste est subtilis. §. A fure possum condicere rem meam, & id quod ex re mea superest: & qui consecutus est totum, non potest petere partem: & qui cõsecutus est partem, potest petere residuum. Bartolus.

¶ Boue subrepto & occiso, cõdictio & bouis, [c] & corij, [d] & carnis, domino competit: scilicet si & corium, & caro contrectata [e] fuerint. cornua quoque condicentur. Sed si dominus condictione bouis pretiũ consecutus fuerit: & postea aliquid eorum, de quibus supradictum est, condicet: omnimodo exceptione summouebitur [f]. Contra si corium condixerit, & pretium eius consecutus, bouem condicet: offerente [g] fure pretiũ bouis, detracto pretio corij, doli mali exceptione summouebitur. Idem iuris est [in] vuis subreptis, nam & mustum & vinacia iure condici possunt [h].

Liber factus ex veteri contrectatione, cõdictione furtiua non tenetur. Bartolus.

XV. CELSVS libro duodecimo Digestorum.

QVod ab alio seruus subripuit: eius nomine liber [factus] furti tenetur [i]. Cõdici autem ei non potest [k], nisi liber contrectauerit.

In hac actione periculum interitus pertinet ad furem indistincte. sed in actionibus descendentibus ex contractu, habetur ratio culpæ secundum naturam contractus. Bartolus.

XVI. POMPONIVS libro trigesimo octauo ad Q. Mucium.

QVi furtum admittit, vel re commodata, vel deposita vtendo [l], condictione quoq; ex furtiua causa obstringitur [m]: quæ differt ab actione cõmodati, [in] hoc, quòd etiã si sine dolo malo & culpa eius interierit res, condictione tamẽ tenetur [n]: cum in commodati actione nõ facilè vltra culpã [o], & in depositi nõ vltra dolum [p] malum teneatur is, cũ quo depositi agitur.

Oblatione & nouatione purgatur mora furis. Bartolus.

XVII. PAPINIANVS libro decimo Quæstionum.

PArui refert ad tollendã condictionem, offeratur [q] seruus furtiuus: an in aliud nomen, aliúmque statum obligationis trãsferatur [r]. Nec me mouet [f], præsens homo fuerit, nécne: cum mora quæ eueniebat ex furto, veluti quadam [t] delegatione finiatur.

Falsus creditor accipiendo scienter indebitum, furtum facit: & condictione furtiua soluenti tenetur. Bart.

XVIII. SCAEVOLA libro quarto Quæstionum.

QVoniam furtum fit, cum quis indebitos nummos sciens acceperit [u]: videndũ [est,] si procurator suos nummos soluat: an ipsi furtum fiat. Et Pomponius epistolarum libro octauo, ipsum constipulor mihi dari: quia sic nihil valet [m] stipulatio: vt infra, de verbo. oblig. scire debemus. §. fin.

a *Ei.* scilicet furi.

b *Non debebit.* scilicet vt interesse restituat, quod nunc accepit, si desinat esse sua condition existente: & est ratio: quia non ad pretium rei, sed quanti res talis sit agitur, secũdum Azo. Item & alia, quia sibi imputet, quòd ipsam non restituit: vt supra, de rei vind. ex diuerso. §. petitor.

c *Bouis.* scilicet totius sic vniuersaliter accepti, licet sit mortuus: & venit æstimatio: vt supra. e. in re furtiua.

d *Corij.* hoc quod de corio & carne dicit, intellige, [b] quòd competit actio, scilicet contra alios inuito domino contrectantes. nam quòd cõtra furem pro singulis membris detur condic. non videtur iustum: vt infra, commo. l. in commodato. §. duabus. Est & alia ratio, quia assidua cõtrectatione non fit furtum: vt infra, de fur. l. ei qui. Vel dic, [c] quòd committit furtum, & tenetur condic. fur. ad corium, si postea contrectet: quia alia res est hæc: & nũc incipit primo singulas partes possidere: vt infra, de adquir. pos. qui vniuersas. in princi. & de vsucap. eum qui. & sic nunc primo contrectat. sed tamen, quia videtur contrectatio de eadem re, obstat exceptio, [d] si præstitit bouis æstimationem: & econtra tantum minus præstat postea de bouis æstimatione, quanti est corium cuius præstitit æstimationem. & idem dic in extraneo [e] vt habeat exceptionem pro corio: si fur qui subtraxit bouem, bouis æstimationem præstitit. & econtra, si per condict. fur. fuerit consecutus ab eodem extraneo bouis æstimationem: & postea velit condicere corium, & carnem ab eodem extraneo: obstat exceptio rei iudicatæ: vt infra, de except. rei iudic. l. si quis cum totum. §. plane. Nec ob. [f] l. euidenter. in eod. tit. quia à tali prodesse quòd soluamus condemnationem, & postea excipiamus, liberet nos deus.

e *Contrectata.* scilicet ab aliis inuito domino, vt modo dixi: vel ab ipso fure. Accursius.

f *Summouebitur.* sic infra, de except. rei iud. si quis cum totum. §. nõ plane. Soluit ergo quod restat: sed secus in legato boue. [g] nam si moritur bos, hæredes nihil præstant, nec corium, nec alia: vt infra, de leg. ij. mortuo boue. j. respon.

g *Offerente.* immo & sine oblatione videtur quòd possit eum repellere à petitione tota: sicut ille qui ducit aquam vltra quàm soleat, à tota ducenda prohibetur: vt infra, de aqua quoti. & æstiu. l. j. §. item quæritur. Item & quia à causa cadere videtur: vt instit. de actio. §. si quis agens. sed certe immo debet offerre, vt hic dicit: & dices quòd sine dolo malo petit plus: vnde sibi nõ nocet: [h] vt. C. de plus petitio. l. j. Item hic id petitur, quod iam diuidi potest, scilicet æstimatio. & sic non obstat. d. l. de aqua quoti. & æstiua. vt ibi in proximo. §. dicitur.

h *Possunt.* vt infra, de fur. l. si quis vxori. §. si quis massam.

i *Vod ab alio. Tenetur.* quia noxa caput sequitur in actio. fur. non sic in cõdi. vt subiicitur.

k *Non potest.* ex hoc probatur, quòd non ex maleficio [i]: nam tunc noxa caput sequeretur: *secundum* vt. C. de noxa. l. j. Acc. *Bar. & P.*

l *Vi furtum. Vtendo.* alio modo q̃ debeat.

m *Obstringitur.* sed vna per aliam tollitur: nisi in id quod excedit: vt infra, de act. & obl. qui seruum. §. si is. & §. si tibi.

n *Tenetur.* scilicet furtiua.

o *Culpam.* scilicet latam & leuissimã & leuem: de quibus omnibus tenetur commodatarius: vt insti. qui. mo. re contrahi. ob. §. ité is.

p *Dolum.* quandoque enim vltra dolum tenetur commodatarius: vt si culpa vel mora præcedat casum: [k] vt infra, commo. si vt certo. §. interdum. idem in depositio, si culpa præcessit: vt quia vendidit: & sic furtum fecit: vt infra, depos. l. j. §. si rem. quæ est contra. sed hic vtendo, ibi vendendo cõmisit furtum. vt dixi.

q *Parui. Offeratur.* tunc non puto, quòd condictio tollatur statim: sed demum re perempta. secus vero [l] in nouatione.

r *Transferatur.* scilicet condi. fur. puta stipulor nouandi animo quicquid ex causa furtiua te dare facere oportet. nõ autem rem meã

s *Mouet.* scilicet secundo casu.

t *Veluti quadam.* vt enim per delegationem alius pro alio iudex assumitur: ita hic alia pro alia obligatio nascitur. Azo. Sed certe licet hic dicat, nec me mouet &c. videtur contra debere dici, scilicet, vt referat sit præsens vel non: vt infra, de solu. qui decem. §. idem responsum. quæ est contra. Solu. hic à fure stipulatus fuit animo nouandi: ibi ab alio. alij, quòd ibi erat seruus absens, multum in alia prouincia: hic licet non præsens prope tamen erat: vnde pro præsente est habendus: vt infra, de adquir. poss. l. iij. §. Nerua. Tu dic [n] hic animo nouandi: ibi non: quo casu non tollitur: [o] nisi res præsens sit: vt ibi dicitur. Et sic not. quòd tribus modis tollitur per oblationem. Item per stipulationem animo nouandi factam, siue res præsens sit, siue non. Item per stipulationem non animo nouandi factam, si modo res præsens sit: non aliàs: vt. d. l. qui decem. Item facit huic. l. C. de contrahen. empt. l. j.

u *Voniam furtum. Acceperit.* vt infra, de fur. l. falsus. in princ. Sed quomodo, cum dominium sit translatum in creditorem: & nemo rei suæ faciat furtum: vt patet in definitione furti: vt instit. de oblig. quæ ex deli. §. j? Respon. hic videtur solutum sub hac conditione, si creditor est. sic & infra, de adquir. pos. si me in vacuum. vel hic non creditori, sed falso procuratori,

eius

i *Nihil est.* noxa caput sequitur: *secundum Bar. & P.*

k *Idẽ Bar. Alber. P. & Sal.*

l *Sequitur Alber. P. & Sal.*

m *Idem P. & Sal.*

n *Approbatur p Bart. Ange. P. & Sal.*

o *Totã hãc gl. sequitur Sal. hic.*

BIU Cujas

eius qui creditor putabatur, soluit. Vel melius: [a] hic errauit debitor in persona creditoris: vnde dominiũ nõ trãstulit: vt. j. de furt. si quis vxo. §. cum Titio. & l. si is. §. si tu Titium. Et hoc casu prodit curatori soluenti datur condic. fur. non mihi domino, licet habeã ratum: quia soli domino datur. ipse tamẽ debet eam cedere mihi: sed habeo iure meo per ratihabitionem cõdic. indebi. vt hic, &. j. de fur. si vendidero. §. fi. si autem transtulit dominium, & ratum habeã, datur mihi condic. indebi. vt. §. de condic. indebi. si procurator.

a *Omnes solutiones displiceãt: ideo dic, quòd si soluo suasionibus creditorum, committitur furtum: vt hic. si vero mea sponte absq; suasione creditoris, habet locũ cõdictio indebiti. Alber. Barto. Sa. & Fulgo. licet P. contra.*

a *Ex causa.* item habet hic procurator act. fur. vt. j. de fur. si vendidero. §. cum esset.

b *Cõdicere.* s. cõdic. indebi. vt modo dixi: licet quidam dicunt, vtili condic. furtiua.

c *Vlianus. In patrẽ.* inquantũ peruenit ad patrem: vt. j. de pecu. licet. §. ex furtiua.

d *In peculium.* inquãtum locupletatum est peculium. Accursius.

e *Licet. Voluerunt.* & bene, propter rationem quæ sequitur: quia &c. &. j. de vi & vi ar. l. pe. &. §. e. l. in re. §. si ex causa. aliàs satis esset iudicium velle suscipere: vt. j. de vsur. si quis solutionem. &. j. de reg. iur. l. nõ potest videri. &. C. de distrac. pign. si residuum.

DE CONDICTIONE ex lege.

Quia hac condic. sicut superior speciali ratione est inuenta: ideo de ista post illam supponit.

† *Quid differat. l. legitima conuẽtio. §. de pact. & l. ista. & an illa propter istam reddatur superflua: vide per Iaſ. in d. l. legitima. in quarto proposito. Bolog.*

[*Si obligatio.*] CASVS. Pone casum vbi obligatio introducitur noua lege. verbi gratia: Rem donasti mihi simpliciter: hoc nudo pacto fit donatio. nunquid ex tali nudo pacto oriatur obligatio? Dicitur, q̃ sic. sed qua actio? Respõ. si lege cautum sit qua actio. agatur, ea agetur. si autem non sit cautum, agetur actio. ex lege. l. si quis argentum. §. sinautem. C. de dona. & hæc bona est positio. Viuianus.

b *Ista est satis bona. B. Alb. Bal. Pau. & Sa.*

f *Lege noua.* potes b legere vt dicas, obligatio noua ĩducta lege, scilicet vereri: vel noua, propter id quia quandoque etiam veteri lege datur hæc condic. vt. j. de adul. si postulauerit. §. fi. &. l. sequẽ. Vel verius c dic, lege noua: & appelles omnem legem nouam quę sit post. l. xij. tabu. inducta. & accipe exemplũ in donatione: vt. C. de dona. si quis argentum. §. fi. Item in nudo pacto de salario præstando: vt Cod. de fullra. l. j. Item in his quæ possessor hæreditatis soluit: vt. C. de peti. hæred. l. fi. §. sin autem. Item in legatariis quibus soluuntur legata facto inuentario, & creditores repetunt per condict. ex lege: vt. C. de iure deli. l. fi. §. licentia. Item in domino serui torti ob quæstionem adulterij contra dominum institutam. nam si seruus sit mortuus in tormentis, & dominus sit absolutus cond. ex lege, petet medietatẽ æstimationis serui: vt. d. l. j. de adulter. si postulauerit. in fi. &. l. sequen. nec obstat, q̃ illa est vetus lex. nam post legem. xij. tabu. est à Iulio Cæsare imperatore facta. Itẽ potest poni in. l. si quis in tantam. sed cum hęc exempla sint per leges post istam factas: quomodo hæc lex de his cogitauit? Respon. bene. d & dic, sit id est, erit. *ADDITIO.* Die, q̃ ista expositio non est necessaria: quia tex. semper loquitur. Bar. Sal. & Fulgo.

c *Istam sequitur praedicti.*

d *Generaliter non specialiter. B.*

DE CONDICTIONE TRITICIARIA.

Prosecuto tractatu irregularium condictionum, supponit, & de condict. triticiaria, quæ & ipsa irregularis est. vtpote enim sicut cætera non in contractibus tantum, vel quasi: vel malæfidei, vel quasi, locum habet: sed nunc circa hæc, nunc circa illa, suam habet potestatem. c videndum. Flumen probabiliter dici, f vt assumpserit nomen à Triticio auctore, vt de Publiciana dicitur: vt instit. de actio. §. sed quia sane. Item quando lo fi cum habet, dic vt. j. eo. l. & 1. & 2. Item qualiter in ea fiat cõdemnatio: dicet. j. eod. l. pe. Accursius.

dicere ait ex causa [a] furtiua. Sed & me condicere [b] [ait,] si ratum habeam, quod indebitum datum sit: sed altera condictione, altera tollitur.

Hæc condictio datur cum adiectione de peculio. Bartolus.

XIX. PAVLVS libro tertio ad Neratium.

IVlianus ex persona filiæ, quę res amouit, dandã in patrẽ [c], condictionem in peculium [d], respondit.

Fur semper est in mora: ideo ad eũ semper spectat periculum interitus. Bartolus.

XX. TRYPHONINVS libro quintodecimo Disputationum.

LIcet fur paratus fuerit exicpere condictionem, & per me steterit, dum in rebus humanis res fuerat, condicere eam: postea autem perempta est: tamen durare condictionem veteres voluerunt [e]: quia videretur, qui primo inuito domino rem comtrectasset, *semper in restituenda ea quã nec debuit auferre, moram facere.

Flo. contrectauerit

DE CONDICTIONE ex lege.

TITVLVS II.

Quando per legem ciuilẽ inducitur obligatio immediate, nec exprimitur actio: condictione ex lege agitur. Bartolus.

I. PAVLVS libro secundo ad Plautium.

SI obligatio [f] lege noua ĩducta sit, nec cautum [sit] eadem lege, quo genere actionis experiamur: ex lege agendum est.

DE CONDICTIONE triticiaria.

TITVLVS III.

Hæc cõdictio locum habet pro omni re, excepta pecunia numerata: siue certum, siue incertum, siue dominium, siue possessio etatur. Bartolus.

I. VLPIANVS libro vicesimoseptimo ad Edictum.

QVi certam pecuniã numeratam [g] petit: illa actione vtitur *si certũ petetur* [h]. Qui autem alias res [i] per triticiariam cõdictionem petet. Et generaliter dicendum est, eas res per hanc actionem peti, si quæ sint præter pecuniam numeratam, siue [in re] siue in põdere, siue in mensura [k] cõstent, siue mobiles sint, siue soli. Qua re [l] fundum quoque per hanc actionem petimus, etsi vectigalis sit: siue [etiam] ius stipulatus quis sit: veluti vsumfructum [m], vel seruitutem vtrorũque prędiorum.

Summaui cum præcedẽti. vel magis pro priè hunc. §. summa sic: Nemo condicit rem suam præter quam à fure, & violento possessore. possessionem vero suam amissam quilibet condicit. Bartolus.

PRem autem suam [n] per hanc actionem nemo petet, nisi ex causis ex quibus potest [o]: veluti ex causa furtiua, *vel ĩ re mobili [p] vi abrepta.

g *Numeratam.* strictissimè ergo hic ponitur pecunia, cum dicatur numerata: vt. C. de probat. l. j. & sic pro fructo datur hæc condictio triticiaria, & pro aliis quę consistunt *pondere & mensura: vt. j. d. anim.*

h *Si certi petam.* hoc dicũt quidam actionis esse nomen. *vt dixim. in rub. ff. si cer. pet. licet hæc vox not. q̃ hoc verbum nõ remouet, quin condictio. certi in aliis rebus locum habeat: sed remouet triticiariam habe re locum in numerata pecunia. non enim de*

i *Alias res.* scilicet debitas: vt infra, eo. §. fin.

k *Mensura.* an idem si põdere? Respõ. idem: nã nomine pecuniæ numeratę nõ nisi nũmi cõtinentur: secus est in nomine pecuniæ.

l *Quare.* bona ratio: quia cum dictum sit omnes res venire, & nomen rei contineat corporales & incorporales: vt instit. de re. corpora. & incorpora. ergo hæ veniunt.

m *Vsumfructum.* ergo incertum potest condici, cum vsusfructus res incerta sit: vt infra, de verbo. oblig. vbi autem. §. fundi certa quæ est contra. sed certi condict. ad talia non datur: vt supra, si cer. pet. l. certi condict. in prin. & instit. de verb. oblig. in prin.

n *Rem autem suam.* Quid de possesione rei suæ quam Titius habet? Respon. illam condici, cum nomen rei de qua supra dixit, ipsam contineat. Azo. Item quòd dicit suam rem non posse condici, est generale in qualibet cõdic. vt. §. vsufru. quemad. ca. l. fi. Sed nunquid seruitutem meã cõdico? Videtur, q̃ sic: vt. §. proxi. quod quidã vtique dicunt, vt Azo: cum & hic de corporalibus dicat. & hoc innuit hæc aduersatiua coniunctio, autem. Vel verius supra dixit, quãdo deduxerat in stipulationẽ: & nõ erat adhuc mihi seruitus tradita. sed si eam traditã amittam, nõ cõdicam post: vt hic.

o *Ex quib' potest.* specialiter lege cõcedẽte. Azo. vt hic subiicit.

p *Mobili.* mobilia rapi: sed immobilia inuadi dicuntur: vt infra, vi bo. rap. §. penul. Accursius.

SEd & ei.] CASVS. Deiecisti me de fundo cuius dominium sum. dicit iurisconsult. quòd possum cõdicere dominium fundi, si eram dominus. sed si possessor, condicam fundum ratione possessionis, & hoc per condic. fur. Viuianus.

sed

BIU Cujas

a *Sed & ei.* ab eo.
b *Fundum.* id est dominium fundi.
c *Condici.* scilicet triticiaria. Sic ergo per actio. personalem & ciuilem possessio petitur. sic & supra. de condic. indeb. l. indebiti. §. j. & infra, vti pos. l. j. §. restituendæ. Accursius.
d *Possessionem.* scilicet tantum. sed qui est dominus, multo magis ipsam possessionem poterit condicere: vt supra. l. proxi. §. & generaliter. Accursius.

In hac actione. CAIVS. Debebas mihi seruum: fuisti in mora. cuius temporis fiet æstimatio, distinguitur. aut extat non factus deterior: & erit spectãdum tempus sententiæ: vt dicit Seruius. si nõ extat, spectatur tempus mortis secundum Seruium: & male. Celsus dicit, quòd tempore litis cõtest. si deterior non est factus: in quo morbus sonticus venit, à tempore spectandum est: quia non debet nouissimum &c. in vtroque casu tamen, hoc est, siue res extet, siue non: si deterior post moram factus fuerit, Celsus ait quòd fiet æstimatio quãti plurimi fuerit post moram promittentis: quia si debebas mihi seruum, & post morã factus sit luscus, vel claudus: spectatur tempus moræ. Lex seq. plana est. Viuianus.

e *In hac actione.* scilicet triticiaria.
f *Æstimationem.* sed si extet, videtur fatua hæc quæstio, & respõdeo: quare non præstatur ipsa res, sed æstimatio: cum ipsa res sit: vt C. de fideicom. liber. l. fi? Respon. forte res quam ego condicebã, non erat illius qui debebat mihi dare: quia non poterat dari, id est, mea fieri: vnde non intererat mea habere rem illam, sed æstimationem.
g *Sed en platei.* Vetus lectio, sed etiam antea, id est, à tempore lit. contest. vel à tempore quo morbus superuenit. Vel dic, quo ad habendam deteriorationem. *ADDITIO.* Vide Alcia. lib. Disp. unc. ij. cap. xj.
h *In vtroque.* id est, siue res extet: siue non.
i *Eluscatum.* quid sit, habes. ĩ. de ædil. edict. idem Osilius. in fi.
k *Liberari.* ab actione de dolo: vt supra, de dolo. l. & eleganter. §. sed etiam à prima liberatur: licet hic innuat contra: vt infra, de sol. qui sibi. §. j. quia aliàs non posset teneri de dolo. Vel dic, ibi ad cætera damna: hic ad ipsam rem datur prima: quasi nec habeat rem, cum habeat deteriorem: vt infra, commo. l. iij. §. si reddita. Sed nonne recipiendo approbat? Respon. forte ignorauit: quia latens erat vitium. Vel dic tertio, dederit, id est, dare voluerit: sic infra, de ver. oblig. stipulatus sum Damam.
l *Mora.* hoc videtur esse contrarium ei quod in principio dicitur scilicet, condemnationis tempus est spectãdum. Item ei quod in medio dicebatur inspici tempus quo superuenit infirmitas: maximè ideo, quia dicit, in vtroque autem &c. quod aduersari videtur. Quod satis dici potest, vt corrigat. Vel dic melius, quòd determinat & addit: quia non solum sententię, sed etiam præcedens tempus morę spectatur quanti plurimi fuit: vt in prin. huius. l. quę satis cum prima in idem recidit. Nec placet illud, vt dicas in prin. loqui, quando iustam causam litigandi habebat: vel se debere nõ putabat: ideo non placet: quia tunc cum in mora non esset, non tenetur ad vllam æstimationem: vt supra, de rei vin. item si verberatum. §. vlti. & l. vtique. Vel dicas clarius, quòd in prin. loquitur, quando res extat in medio, quando res periit omnino. hic autem quando deterior est facta. & sic in primis duobus non fuit facta deterior. Et quod dicit, in vtroque casu, expone id est, siue res extet: siue non, secundum H. deteriorata tamen post morã: & sic non ponit contrarium ponendo: sed diuersum. q. d. sed si facta sit deterior post moram, Marcellus ait, in vtroque casu &c. & siue tempus morę, siue sententię inspiciatur: vt in fi. & in prin. huius. l. dicitur, videtur contra. ĩ. commo. l. sed mihi. §. in hac. vbi tempus litis contest. inspicitur. & ita prin. & fi. huius. l. est contra: cum in prin. dicat, tempus condemnationis inspici: in fine, tempus moræ.

II. IDEM libro octauodecimo ad Sabinum.

SEd & ei[a] qui vi aliquem de fundo deiecit, posse fundũ[b] condici[c] Sabinus scribit: & ita & Celsus: sed ita, si dominꝰ sit, qui deiectus condicat. cæterũ si non sit, possessionem[d] eum condicere, Celsus ait.

Si tempore sententiæ, vel tempore mortis res plurimi fuit, illud tempus inspicitur, quanti plurimi fuit à tempore moræ. h. d. Primo ponit, quando certum erat quo tempore plurimi fuit. Secundo, quando erat dubium. Secunda ibi, sed etiam antea. Barto.

III. IDEM libro vicesimoseptimo ad Edictum.

INhac[e] actione si quæratur, res quæ petita est, cuius temporis æstimationem[f] recipiat? verius est, quod Seruius ait, cõdemnationis tempus spectandum, si verò desierit esse in rebus humanis, mortis tempus, sed ἐν πλάτει[g] secundum Celsum erit spectandum. nõ enim debet nouissimum vitę tempus æstimari: ne ad exiguum pretium æstimatio redigatur in seruo fortè mortiferè vulnerato. In vtroque[h] autem si post moram deterior res facta sit: Marcellus scribit libro vicesimo habendam æstimationem, quanto deterior res facta sit. & ideo si quis post morã seruũ eluscatum[i] dederit: nec liberari[k] eũ. quare ad tempus moræ[l] in his erit reducenda æstimatio.

De tempore ad locum idem est iudicium. Baldus.

IIII. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

VTrum præsente debitore, an absente constituat quis: parui refert. [a] Hoc amplius, etiam inuito [b] [eo] cõstituere eũ posse, Pomponius libro trigesimoquarto scribit. Vnde falsam [c] putat [d] opinionẽ Labeonis existimantis, si postquàm quis* constituit pro alio, dominus [e] ei denuntiet ne soluat: in factum exceptionem dãdam. [f] Nec immerito [id] Põponius. [g] Nam cum semel sit obligatus, qui constituit: factum [h] debitoris non debet eum excusare.

Interuentu nouæ personæ constituentis, non præsumitur nouatio. Bartolus.

XXVIII. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale.

VBi [i] quis pro alio constituit se soluturum: adhucis, pro quo cõstituit, obligat⁹ manet. [k]

Actiones ex delicto possunt in constitutum deduci. Bartolus.

XXIX. PAVLVS libro vicesimoquarto ad Edictum.

QVi iniuriarum, [l] vel furti, vel vi bonorum raptorũ tenetur actione: cõstituendo tenetur.

Per solutionem factam adiecto in constituto qui non erat adiectus in principali, tollitur actio principalis ope exceptionis, non ipso iure. Bartolus.

XXX. IDEM libro secundo Sententiarum.

SI quis duobus [m] pecuniã [n] cõstituerit, tibi aut Titio, [o] & si stricto iure propria actione [p] pecuniæ constitutę [q] manet obligatus, etiam si Titio solue rit: tamen per exceptionem [r] adiuuatur.

Qui constituit se soluturum quod alius debet, tanquam ipse deberet, non tenebitur. Bartolus.

XXXI. SCAEVOLA libro quinto Digestorum.

LVcius Titius Seiorum [s] debitor decessit. hi persuaserunt Publio Mæuio quòd hæreditas ad eum pertineret: & fecerunt vt epistolam in eos exponeret,* debitorem sese esse, quasi hæredem patrui sui [t] confitentem: qui & addidit epistolæ suæ, quòd in rationes suas eadem pecunia peruenisset.* Quæsitum est, cum ad Publium Mæuium ex hæreditate Lucij Titij nihil puenerit: an ex scriptura proposita de constituta pecunia conueniri possit, & an doli exceptione vti possit. Respondit, nec ciuilem [u] eo nomine actionem cõpetere: sed nec de constituta [x] [pecunia conueniri posse] secundũ ea quæ proponerentur. Idem quæsiit, vsurarum nomine, quod ex causa suprascripta datum sit: an repeti possit? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, posse.

COMMODATI, VEL contra.

TITVLVS VI.

I. VLPIANVS libro vicesimooctauo ad Edictum.

AIt prætor: *Quod quis commodasse dicetur, de eo iudicium dabo.* [y]

Commodari potest res mobilis, & immobilis, & incorporalis. Bartolus.

¶ Huius edicti interpretatio nõ est difficilis. vnum [z] solummodo notandum [est,] quòd qui edictum concepit, commodati fecit mentionem, cũ Pacuuius [a] vtendi fecit mentionem. ¶ Inter commodatum autem, & vtẽdum datum, Labeo quidẽ ait, [b] tantum interesse, quantum inter genus & speciem. Commodari enim rem † mobilem, [c] non etiam soli: vtendam dari etiam soli. Sed vt apparet, propriè cõmodata res dicitur, & quæ soli est. idque & Cassius existimat. Viuianus amplius etiã habitationem [d] commodari posse ait.

Si commodatum ab initio nullo iure consistit, ex postfacto non reconualescit: secus si saltem iure naturali consistat. h. d. vsque ad. §. reddita. Bartolus.

¶ Impubes † cõmodati actione non tenẽtur: [e] quoniam nec consistit* commodatum in pupilli persona sine tutoris auctoritate: [f] vsque adeo, vt etiam si pubes factus dolum aut culpã admiserit, hac actione [g] non teneat, quia ab initio nõ cõstitit.

II. PAVLVS libro vicesimonono ad Edictum.

Quia beatius est dare quàm accipere: ideo tractaturus de contractibus in quibus ad interesse agitur, præmittit de commodato, quod fit tantũmodo accipiẽtis gratia.

y *Ait prætor. Dabo.* ei qui cõmodauit, aduersus eum qui accepit. Et no. quòd ex hoc videtur quòd hæc actio sit prætoria: sed nõ est: imò ciuilis: vt infra, eo. l. in commodato. §. sicut. nec mirum si prætor hic de ea loquatur: quia nil intactum reliquit. sic &. ẽ. si pars hęre. pe. l. j. in prĩ. Vel dic, quòd infra, in. l. in commodato. non dicit ad differentiam prætoriæ quòd hęc sit ciuilis: sed ad differentiam naturalis obligationis. sed primum verius est. Azo.

z *Vnum.* id est præcipuum. nam non solum istud, sed alia multa sũt notanda.

a *Pacuuius.* scilicet prętor ī suo edicto. vel iurisconsultus hoc modo: quod quis vtendũ dedisset & cætera.

b *Ait.* & male.

c *Mobilẽ.* sed nec omnem mobilem: vt infra, eo. l. iij. §. fin. &. l. iiij.

d *Habitationẽ.* id est, domum gratia habitandi, secundum Pla. non autem seruitutem habitandi: quia incorporalia non commodantur: & secundum hoc erit donatio, vsus, & commodatio rei: vt infra, de dona. l. in ædibus. hæc enim nomina verbalia ponũtur pro proprio nomine rei quandoque: vt hic habitatio, id est res quæ inhabitatur: & alibi vt emptio, id est instrumentum emptionis: vt. C. quæ res pig. ob. pos. l. cum constet. & donatio, id est res donata: vt diximus supra, de cõ dic. cau. data. l. cũ quis. Tu dicas, quòd de seruitute habitandi dicit: & quòd incorporalia commodãtur: aliàs nil adiiceret prædictis Iulia. habet etiam hic locũ actio præscrip. ver. vt ifra, de præscri. ver. l. si gratuitam. in principio.

e *Non tenentur.* nisi dolum committant: vt dices infra. l. iij. in prin. & sic non sunt contrariæ leges quæ dicunt pupillum teneri ex delictis: vt. C. si aduersus delic. l. j. &. ij. & supra, de mino. l. si ex causa. §. nunc videndum.

f *Auctoritate.* scilicet quia infans erat: vt infra. l. iij. not.

g *Actione.* scilicet commodati.

† *Facit gl. I. in verbo, & consistit cõmodatũ. ẽ. c. I. extra eo. titu.*

† *No. secundũ Bal. in ãtiqua lec. quòd quando cõtractus ab initio nõ tenet ratione inhabilitatis personæ, nunquã cõfirmatur. cõcor. tex. ẽ l. vsufructus. j. de stipul. seruo.*

* *Flo. constitit*

BIU Cujas

NEc in furiosum commodati actio danda est: sed ad exhibendum [a] aduersus eos dabitur, vt res exhibita vindicet.

III. VLPIANVS libro vicesimo octauo ad Edictum.

SEd mihi videtur, si locupletior [b] pupillus factus sit, dandam vtilem commodati actionem, secundum diui Pij rescriptum.

In actionibus bo.fi. non videtur res reddita quæ deterior redditur: ideo actio prima durat. Bartolus.

¶ Si reddita quidem sit res commodata, sed deterior reddita: non videbitur [c] reddita, quæ deterior facta reddit: nisi quod* interest, præstetur. Propriè enim dicitur res non reddita, quæ deterior redditur.

Cum venitur ad æstimationem rei per iuramentum in litem, quod est affectionis, vt in actionibus bonæ fidei: inspicitur tempus sententiæ. quando vero per iuramentum in litem, quod est veritatis, vel stricti iuris: inspicitur tempus lit. contest. b. d. iste. §. secundum intellectum doctorum, qui fuit originaliter Guliel. de Cu & ipsum sequitur Bar. glo. verò non intellexerunt istum. §. & propter ipsum fuit obtenebratus intellectus glo. quia nesciuerunt soluere contraria difficilia. P.

¶ In hac [d] actione, sicut in cæteris bonæ fidei iudiciis, similiter in litem iurabitur: & rei iudicandæ tempus, [e] quâti res sit, obseruatur: quamuis [f] in stricti [iuris iudiciis,] litis contestatę [g] tempus spectetur.

In obligatione rem restitui, in contractibus bonæ fidei, hæres tenetur vltra hæreditariam portionem, quatenus rei restituendæ habet facultatem. Bartolus.

¶ Hæres eius, qui commodatum accepit, pro ea parte, qua hæres est, conuenitur: [h] nisi forte habeat* facultatem totius rei restituendæ, nec faciat. tũc enim cõdẽnatur insolidũ: [i] quasi hoc boni iudicis arbitrio cõueniat.

Ex contractu commodati, celebrato cũ filio vel seruo, ipse tenetur insolidum, & pater vel dominus de peculio: & de dolo ipsorum habebitur ratio. Bartolus.

¶ Si filiofamilias seruóve commodatum sit: dũtaxat de peculio agendum [k] erit. Cum filio autem familias [l] & directò quis [agere] poterit. Sed & si ancillæ vel filiæfamiliàs [quis] commodauerit: dumtaxat de peculio erit agendum. Sed non tantum ex causa doli earum personarum pater vel dominus condemnatur, * [m] sed ipsius quoque domini vel patris fraus dũtaxat [n] venit: vt Iulianus libro vndecimo circa pigneratitiam actionem distinguit.

Commodatum non consistit in his quæ vsu consumuntur: nisi sic tradantur vt vsu consumantur. Bartolus.

¶ Non [p] potest commodari id, quod vsu cõsumitur: [o] nisi fortè ad pompam vel ostentationem quis accipiat.

IIII. GAIVS libro primo de Verborum Obligationibus.

SAepe etiam ad hoc commodant pecuniæ, vt dicis [p] † gratia numeratiõis loco ítercedãt.

In hac actione ex natura officii iudicis quo deseruit actioni bonæ fidei, habetur ratio interesse, loci, & temporis. Bartolus.

a *Nec in furiosum. Ad exhibendum.* non contractus, sed possessionis gratia. Accursius.

b *Sed mihi. Locupletior.* vt infra, de instit. l. eatenus. Item si dolum quis commiserit. hæc enim duo paria sunt: vt infra, depo. l. j. §. an in pupillum. Sed quando videtur locupletior? Respon. quidam hoc ipso quòd nõ est effectus pauperior: vt infra, de sol. l. in pupillo. Io. contra vt nec videatur locupletior factus nisi in veritate sit locupletior. & illa loquitur quando emit rẽ sibi necessariam. sed tamen dixit Io. dari í pupillum actionem commodati hoc ipso quòd res penes ipsum inueniturvt infra, de pecu. de posui. in prin. & infra, ea. l. §. hæres. Sed quid si à principio nec naturaliter fuit obligat⁹, vt quia infans: vt supra, de condic. inde. quod pupillus. & infra, de acti. & obli. l. pupillus. vel à tutore accepit: vt infra, de auct. tu. l. v? Respon. nec vtilem ex cõtractu dari. & sic potest loqui finis primę legis: sed communes actiones ad exhibendum & in rem, locum habent: vt & supra. l. proxi.

*Flo. quid

c *Non videtur reddita.* quantum ad hanc actionem: nec quantũ ad depositi: vt infra, de po. l. j. §. si res. sed secus quo ad actioné ad exhibendum: vt. C. ad exhi. exhibitionis. nisi in alia prorsus forma exhiberetur. nam tunc esset idem quod hic: vt & supra, ad exhi. l. Iulianus. §. si quis rem. versi. sed & si quis. nunquid ergo hoc casu, ex quo nõ videtur reddita ipsa tota res, petetur adhuc? Argu. quòd sic. infra, de solu. l. etiá. & quia verbum, reddi, latam habet significationem: vt infra, de vsu. l. videamus. ij. §. in Fauiana. Sed Io. contra: vt infra, de sol. l. si stipulatus sum. §. j. agetur ergo pro deterioratione sicut re non reddita: & hoc ideo quia deterioratio iure actionis venit: secus si iudicis officio: vt. C. depo. l. iiij. & supra, de eo quod cer. lo. l. antep. nisi forte incontinenti suppleret: vt infra, de re iud. l. Paulus. respon. j. & supra, de rei vindi. l. ex diuerso. §. vbi. Vel melius si pro re ipsa quę est soluta, aliquid desiit, res ipsa petitur: vt quia alij obligatam tradas: vt infra, de sol. l. etiam. &. l. si rem. secus si res deterior est in contractu stricti iuris: vt supra, de dolo. l. & eleganter. §. non solum. & hæc distinctio in contractu stricti iuris locum habet: secus in ac. bon. fi. vt hic. nam tota petetur. Si vero in re soluta nil desit, sed pars debita tantum est soluta: pro parte tollitur obligatio: vt ibi, & infra, de leg. ij. Mæuius. §. fundo. & de solu. si stipulatus. iij. §. j. secundum Azo.

d *In hac.* tria dicit. In primo fuit in dolo: & ideo iuratur in litem. In secundo in culpa. Tertio in dolo sine culpa.

e *Quanti.* in bo. fi. contractibus si res principaliter petatur, tempus rei iudicatæ inspicitur: vt hic. Si ad æstimationem agatur, tẽpus quo nata fuit obligatio: vt infra, man. l. hominem in prin. at in contractu stricti iuris distinguitur quantitas à specie. nam si quantitas, tunc lit. contest. tempus inspicitur: vt hic: nisi post moram, etiam ante commissam, melior facta sit: vt supra, si cer. pet. l. vinum. & de triti. l. fi. si vero species, si extat, qualis est: si non, qualis esse desiit: & hoc mora cessante: sed culpa interueniente. cętera si in mora fuit, in id tenetur in quo facta fuit deterior: vt. ff. de tri. l. pen. &. j. mã. l. hominẽ. secundũ Ioã. & secũdũ hoc loquitur hic quãdo in specie & demũ lit. cõtest. fuit in mora. Sed Azo facit vim in eo quod dicit, hic, quãti. nã per hoc patet q; etiã quãtum ad rei ęstimationẽ spectatur tẽpus sententiæ vel lit. cõtest. nõ quo nata fuit obligatio: & illa lex, hominẽ. in speciali casu loquitur. & forte in bo. fi. iudi. spectatur tẽpus sententię, vt vsq; ad illud tẽpore morę fiat ęsti matio, nõ vt ꝓgrediat vltra: & ita in cõtractibus stricti iuris. f. de tẽpore lit. cõtest. i. vt à tẽpore morę vsq; ad litẽ cõtest. fiat ęstimatio. & sic nõ ob. l. hominẽ. & hoc sialiũ cõuenio ast. stricti iuris vel bo. fi. ꝓpter culpã. ná ita innuitur hic: quia primo dixit iurari in litẽ. quod ꝓpter dolũ tãtũ cõtigit: & postea dicit ęsti mãdum quãti res sit tẽpore sentẽtię; quod est vbi ꝓpter culpã agit. Si vero quis ꝓpter dolũ cõueniat actione stricti iuris: forte à tẽpore morę vsq; ad sententiã fiet ęstimatio: vt. ff. de rei vin. l. Iulianus. i. vj. Digestorũ scribit, si hominem. §. j. & ita posset ítelligi quod dicitur. ff. de triti. l. pe. cõdemnationis tẽpus spectãdũ licet & aliis modis ibi † Fac. exposuerimus: vt corri. l. vers. gatur principiũ per fi- quod nem. Item quod dicit ca. i. hic, rei iudi. ꝓprię po. eo. tẽne: vt tunc incipiat, secũdum Io. & H. & hoc nisi culpa vel dolo res sit facta deterior post † lit. cõtest. quia tunc id inspicitur tempus.

f *Quamuis.* id est cum in stricti &c. secundũ Io. & sic argumentatur à minori. Item, secundum Azo. propriè, vt tunc finiatur. Vel tertio dic, iudicandę id est tempus morę quo potuit & debuit iudicari, secũdũ omnes.

g *Litis cõtestatæ.* si quãtitas petatur secundũ Ir. Itẽ est cõtra huic dicto de stricti iuris. ff. si quis cau. l. qui autẽ. §. j. Solu. vt ibi. Item est contra. ff. de triti. l. pe. Sol. vt ibi, & modo diximus. Accursius.

h *Conuenitur.* vt & supra, de condic. furti. l. in condictione.

i *Insolidum.* vt hic, &. C. de hære. act. l. pro hæreditariis, & supra, de rei vin. l. si possessor. & infra, de vi & vi ar. si plures. & infra, de præto. stipu. l. ij. §. incertam. & supra, de eden. si quis ex argentariis. §. j. & infra, pro soc. l. actione. §. antepenul.

k *Agendum.* contra patrem vel dominum. Accursius.

l *Filio autẽ fa.* sed hodie cũ patre, cũ habeat ipse exercitiũ: vt. C. de bo. ma. l. j. & de bo. quæ lib. l. fi. posset tamen dici hoc esse verum in his rebus quarum patri acquiritur vsusfruct. sed si extra illas res ineat filius contractum, vt est hic, quia res ei commodata est, vel depositа apud eum: posset ipse filius conuenire & cõueniri, auctoritate tamen patris: vt. d. l. cũ nõ solũ. §. j. C. de bo. quę lib.

m *Condemnetur.* de pecu. vt & supra, de dolo. si oleum. §. hæc de dolo. & infra, depo. l. prima. §. filiusfamilias.

n *Dumtaxat.* id est non culpa, sed dolus tãtum domini punitur: vt infra, de pecu. l. in bonæ fidei. &. l. depositi.

o *Consumitur.* vnde panis impropriè dicitur commodari. Accurs.

p *Sæpe. Ditis.* quasi dicat ítercedũt pecunię gratia ditis. i. diuitis apparituri. est enim syncopatum. loco numerationis. f. facienda creditori. ac si dicat, debitor plurium accepit pecuniam ut di-

BIU Cujas

ues appareat,& sui creditores non sint acerbi:quasi cito possit eis solui. *ADDITIO.* In Flor. dicis rectè legitur.

a *Si vt certo. Habeat.* actione ex eo cõtractu: vt supra, de eo quod certo loco. l. in bonæ fidei. Accursius.

b *Facit.* si res præsens sit. aliàs cum nactus erit possessionem ex voluntate actoris: vt supra, de rei vind. hæc si res. Est enim emptori similis infra, rerũ amo. l. si ppter res. & supra, de publi. sed & si res. §. j. & infra, pro empt. l. iij. & ideo debet iste cauere victo si ad se peruenerit: vt infra, eo. l. si is qui. j. respon. & etiã actionem cedere, quãuis dolum commiserit: vt infra, de re iudi. l. in depositi. Accursius.

c *Culpa.* aliqua lata, leuis, & leuissima.

d *Et quidem.* altius exorditurquàm propo suerit.

e *Merces.* non quasi merces. tunc enim locatio esset: vt infra, depos. l. j. §. si quis seruum.

f *Deponitur.* quia cõtractus ex conuentione legem accipiunt: vt infra, depos. l. j. §. si cõueniat. Sunt & alij casus in quibus vltra dolum depositarius tenetur: vt dices infra, depos. l. j. §. sæpe. vel si fuit in mora, vel culpa præcessit casũ. Accursius.

g *Plerumque.* hoc dicit, quia quãdoque gratia vtriusque: quandoque etiam gratia dantis tantum: vt infra, ea. l. §. interdum. &. l. eũ. §. j. & l. in rebus. §. j.

h *Culpã.* si fecit quod non debuit. Io.

i *Diligentiam.* vt & facere teneatur, si omiserit.

k *Periculũ.* id est, omnem culpam. vel, id est, periculum per culpam omnem prouenies. sic &. ŝ. de neg. gest. litis. §. si pecunię. sic etiã ponitur. j. de æsti. act. l. j. ĩ fi. & hoc licet nõ gratia cõmodatarij tãtum sit cõcessa. Sed quid si gratia cõmodatarij sit tantum concessa, & postea æstimetur? Respon. pactum æstimationis induc it casum: aliàs nihil adderet: quod esse nõ debet. arg. j. de lega. j. si quãdo. secũdum Azo. & de hac materia plene dixi. ŝ. si quis cau. sed & si. §. quæsitum.

l *Recepit.* sed de casu nõ tenetur: vt. j. proxi.

m *Quòd vero.* hic potest signari. §. vt loquatur in alio casu, scilicet cum res nõ est æstimata: sed melius est superiora determinari. nã & tunc de casu nõ tenetur: vt ibi dixi. & dicitur infra, loca. l. opus. in fi.

n *Saluas facere.* simili enim modo debet custodire: vt hic. & infra, depos. l. quod Nerua. sic & tutor pupilli pecuniam: vt infra, de admi. tut. l. tutor secundum dignitatẽ. §. non est. sed seruus plus dominum quàm se: vt infra, ad Syl. l. j. §. eodem autem. versi. serui quoque. Sed quid si res commodata erat vilis pretij: sua verò pretiosa res erat? Respon. non tenetur: quia diligens quilibet hoc fecisset: non autem tenetur facere nisi quod diligentissimus faceret: vt. j. eo. in rebus. j. respon. Quid si æquales? Item quid si res duorũ commodatas habuerit? Respon. idem arg. infra, ad Syl. l. iij. §. ij.

o *Diligentem.* tenetur enim regulariter omnis commodatarius de lata, leui, & leuissima: vt plene dices ĩfra, ea. l. §. interdum.

p *Vinctus.* i. ligatus.

q *Est commodatus.* vn †*Concor.cũ* de custodiendus erat: *hoc. §. gl. i.* vt. ŝ. de rei vin. l. si à bo *in ver.* com næ fidei. Et nota quòd *modatũ* an inspicitur consuetudo *tẽ. in ca. i.* dantis: vt. j. de pigne. *extra eo. ti.* act. si seruos. Itẽ not. a *Bal. di*quòd minus de homine *cit istã glos.* quàm de alia re teneat: *meliorẽ* de nisi iudicia præcedant: *iure ad hoc* vt hic. Item not. quòd *quòd in du* iuuenes facilius fugiũt *bio debitor* quàm senes. *vel alius*

r *Rogauit,* id est, is qui *quilibet nõ* commodatum accepit. *præsumatur*

s *In homine.* not. ex *fugitiuus.* hoc. §. generale tale: cp *& vide quæ* vbicunque quis nõ te- *dicũtur hic* netur de casu, ibidem si *in secundis* culpa præcedat casum, *interpret.* de casu tenetur: vt in- *Bolog.* fra, eo. l. in rebus. §. j. & infra, loca. videamus. §. si hoc. &. C. de nauti. fœ. l. cum proponas. & supra, si quis cau. l. ij. §. si non propter. ver. vis flu. & infra, sol. mat. in his. Sed quandoque sal lit: vt ĩfra, ad leg. Rho. de iac. l. fi. §. si ea. &. §. fi.

t *Periculum.* quia ad hoc dedi: vt ar. supra, de vsufru. l. arboribus. §. nauis.

u *Machina.* & machinæ vitio nil factum est &c. Et not. cp res ina- *Res inanimata* nimata non dicitur cul *culpã* pam committere. *nõ cõmittit.*

x *Aut si machinæ.* redit ad primum quando commodauit vt in machina operaretur. Accursius.

y *Minus diligenter.* ratione assignat. Azo.

z *Ab ipso.* scilicet ser- **Flo. chiro* uo. tunc enim nõ tene- *graphum* retur: vt ar. infra, ea. l. §. si me rogaueris. versi. plane si seruus.

a *Furti tenetur.* vt ar. supra, de condic. fur. l. qui furtum. & infra, de fur. l. qui iumenta. &. l. si is qui. &. l. qui re. &. l. si pignore. §. j. &. j. proxi. §. & hoc si intellexisset se inuito domino facere: eumque si intellexisset non permissurum: vt insti. de ob. ex delic. §. placuit.

b *Certiorasti.* maximè. Accursius.

V. VLPIANVS libro vicesimo octauo ad Edictum.

SI vt certo loco vel tempore reddatur commodatũ, conuenit: officio iudicis inest, vt ratione loci vel tẽporis habeat. a

Litis æstimatio, similis est emptioni. Bar.

¶ Si quis hac actione egerit, & oblatam litis æstimationẽ fusce perit: rem offerentis facit. b

In contractibus, qui celebrantur gratia dantis tantum: venit dolus & lata culpa. In his qui gratia accipientis tantum, venit leuis & leuissima. In his qui gratia vtriusque: venit lata & leuis. de casu vero fortuito quis non tenetur, nisi conuentio, æstimatio, vel culpa præcesserit: vel aliud inducat. hoc dicit vsq; ad. §. denique. Bartolus.

¶ Nunc videndum est, quid veniat in cõmodati actione: vtrũ dolus, an & culpa, c an verò & omne periculum? Et quidem d in contractibus interdum dolum solum, interdum & culpã præstamus dolum in depositio. nam quia nulla vtilitas eius versatur, apud quẽ deponitur, merito dolus præstatur solus: nisi fortè & merces e accesit. tunc enim (vt est & cõstitutum) etiã culpa exhibetur: aut si hoc ab initio conuenit, vt & culpã & periculum præstet is penes quẽ deponitur. f Sed vbi vtriusque vtilitas vertitur, vt in empto, vt in locato, vt ĩ dote, vt in pignore, vt ĩ societate: & dolus & culpa præstatur. ¶ Commodatum autem plerumque g solam vtilitatem continet eius, cui cõmodatur. & ideo verior est Quinti Mucij sententia, existimantis & culpam h præstandam, & diligentiam i: & si fortè res æstimata data sit, omne periculum k præstandum ab eo, qui æstimationem se præstaturũ recepit l.

¶ Quod verò m senectute contigit vel morbo, vel vi latronũ ereptum est: aut quid simile accidit: dicendum est, nihil eorũ esse imputandum ei, qui commodatum accepit, nisi aliqua culpa interueniat. Proinde & si incendio, vel ruina aliquid cõtigit, vel aliquod damnum fatale, non tenebitur: nisi fortè, cũ posset res commodatas saluas facere n, suas prætulit. Custodiam planè cõmodatæ rei etiã diligentẽ o debet præstare. Sed an etiã hominis cõmodati custodia præstetur, apud veteres dubitatũ est. Nã interdũ & hominis custodia præstanda est, si vinctus p est cõmodatus q: vel [etiam] eius ætatis, vt custodia indigeret. Certè si hoc actum est, vt custodiã is, qui rogauit r præstet: dicẽdũ erit præstare [debere.] ¶ Sed interdũ & mortis dãnũ ad eũ, qui cõmodatũ rogauit, pertinet. Nã si tibi equũ cõmodauero, vt ad villã adduceres: tu ad bellũ duxeris: cõmodati teneberis. Idẽ erit & in homine s. Planè si sic cõmodaui, vt ad bellũ duceres: meũ erit periculum t. Nã & si seruum tibi tectorẽ cõmodauero, & de machina ceciderit: periculũ meum esse Namusa ait. Sed ego ita hoc verũ puto, si tibi cõmodaui vt & in machina operaretur. Cæterùm si vt de plano opus faceret: tu eũ imposuisti in machina u: aut si machinæ x culpa factum [est,] minus diligẽter y nõ ab ipso z ligatę, vel funiũ perticarúmq; vetustate: dico periculũ, quod culpa contigit rogãtis cõmodatũ, ipsum præstare debere. Nã & Mela scripsit, si seruus lapidario cõmodatus, sub machina perierit: teneri fabrũ commodati, qui negligentius machinã colligauit. ¶ Quinimmò & qui aliàs re commodata vtitur: non solùm commodati, verum furti a quoque tenetur: vt Iulianus libro vndecimo Digestorum scripsit.

Si commodans non patitur commodatarium vti re ad eum vsum ad quem commodauit, tenetur commodati contraria. Si commodatarius aliter vtitur, tenetur commodati directa, etiam & furti. Bartolus.

¶ [Idem] denique ait: si tibi codicem commodauero, & in eo chirographariũ* debitorẽ tuũ cauere feceris: egóq; hoc interleuero: si quidẽ ad hoc tibi cõmodauero, vt caueret tibi ĩ eo: teneri me tibi cõtrario iudicio. si min, neque me certiorasti b,

Præstari

BIU Cujas

a *Præstari debeat.* quòd iuris est in principali, & in accessorio: vt infra, de inst. act. l. cuicũque. §. item fideiussori. & infra. e. l. §. si me. & infra, depo. l. j. §. si cista. & infra, de preca. l. quamuis. &. ff. nau. cau. stab. sed & ipsi. §. fi. Sed. ar. contra. j. depo. l. j. §. quæ depositis.

b *Conuenit.* s. per pactũ. sed in dote hoc pactũ non valet: vt. j. de pac. do. l. Pŏponius ait.

Et distingue: quia quãdoq; dolũ tantũ pręstabit: vt si gratia dantis tãtum sit cõmodata: quãdoq; delata & de leui: vt si vtriusque gratia: quãdoq; etiã de leuissima: vt regulariter: vt hic. &. j. eo. l. eũ. §. si rẽ. &. j. eo. l. in reb⁹. in pri.

c *Scenicis.* in scena ludentibus. Azo.

d *Vltro commodauit.* duobus modis potest hoc intelligi: & q̃ prętor sedebat & ei dedit vt daret scenicis: tũc ip se de dolo tantũ mihi tenet. vel q̃ ego alicui, vel prætori, vltro accõmodem: vt & tunc de dolo solo teneatur.

e *Rem tibi dedi.* id est, commodaui. Accursi⁹.

f *Dares.* i. obligares.

† *Bald⁹ hic dicit istum text. not. ad hoc quòd sponsus mutuans ornamẽta sponsæ, videtur in dubio ei cõmodare, nõ donare. vnde soluto matrimonio potestea repetere. cũ quo tamen non est standũ, vt hic dicitur in secũdis interpreta. Bolo.*

g *Non repignoras.* id est, non luis. Accursius.

h *Puto.* vt &. C. e. l. pe.

i *Vel ex locato.* si certa merces, tũc ex locato. si incerta: tũc in factum. i. pręscrip. ver. vt instit. de loca. & cõduc. §. nã vt. versi. & quæ supra diximus.

k *Pro te.* s. prędente. aliàs nego. gest. dat: vt. j. man. l. ex mãdato. §. fin. deiussori. sed si tẽp⁹ nõ est appositũ quãdo luere debeat, quando agã? Rñ. cũ diu steterit: vt. j. mandata. l. Lucius.

l *Si à me.* mutat personas. Accursius.

† *Quem hic prætorẽ iurisconsultus intelligat, pulchrè Bulgarus hic.*

m *Dumtaxat.* contra. j. de pigne. act. l. petenti. vbi dicit dari actionẽ. Sed dic, q̃ & ibi cedẽdo liberatur: vt. j. eo. ti. de pigne. ac. eleganter. §. si vẽdiderit. & l. pen. Azo. & ad hoc. j. de pecu. quod debetur. &. j. loca. cum in plures. §. vestimenta. Accursius.

n *Parat⁹.* vt. j. qui. mo. pig. vel hypo. solu. l. itẽ liberatur. §. qui parat⁹. Et sic no. q̃ sufficit si p eum non remaneat: vt hic, & infra, de an. le. l. Mæuia. in princi.

o *Sumptus.* ad hoc. j. depo. si in Asia. j. rñ. & supra, ad exhibẽ. sed & si. §. quo autem loco.

p *Cum lance.* id est, seruum & lancem.

q *Lancem.* vt supra, eo. §. vsque adeo. Accursius.

r *Si de me.* id est, à me.

f *Sternerem.* i. optime locum tuũ præpararem, & scopis mundarẽ, & domũ bene ornarem: ibiq̃ tres lectos sternerẽ, in quibus olim comedebant antiqui: & vocabatur locus sic paratus triclinium. Vel dicitur locus tribus clauibus firmatus, vel cameræ tres dicuntur triclinium.

Triclinium quid sit.

t *Præberem.* id est, commodarem.

u *Hoc.* scilicet argentum.

x *Reliquero.* penes cõmodatarium: vt innuit. j. in eo q̃ dicit, actio cõmodati. cõmodaueram ergo etiã argentum ad illud seruitium.

y *In vtroque.* siue posuit custodem, siue nõ.

z *Relictæ sunt.* reprobata prædicta distinctione Labeonis, secũdum Azo. nec ob. ff. p. xi. l. §. si me rogaueris. quia ibi cõmodator ab initio cõmisit seruo custodiam: alioquin fugę periculum ad eum cõmodantem nõ spectaret de lance: & tamẽ de alio periculo tenetur cõmodatarius: vt ibi, & infra, eo. l. rem mihi. §. j. quãquã Io. dixerit, q̃ vbi custodem posuit, renũtiasse custodiæ cõmodatarij prius videt: & ideo ad se spectet periculum. quod nõ placet: quia cõmodatarius prius fuit obligat⁹ pro custodia: & ideo licet alius custodẽ apponat: non potest dici sic liberari. secus vero vbi *e filius* quis in rei traditione, quæ fit per custodem, apposuerit: quia tũc renũtiasse bene videtur, vt dixi. & *sic loquit.* j. de solu. si *soluturus.* in fin. & infra, de acquir. pos. quarũdam. & C. de pac. conuen. tam in do. l. fi. §. & si quidem. quæ sunt ar. cõtra. secundũ Azo. & supra, proxi. §. a *Si duobus vehiculum.* paruũ plaustrum: vt. j. innuit. & C. de honora. vehi. lib. xj. l. j.

b *Et ait.* scilicet Celsus nõ respondens quæstioni adhuc, sed respondet ibi, sed esse verius ait &c. vbi dicit, quòd insolidum tenetur.

c *Dominium.* hoc est plane verum q̃ duo nõ possũt esse domini insolidum, nec toti⁹, nec partis rei: vt hic, & j. de castren. pec. l. hæreditate. §. pater. sed de possessione quæritur. Quidã, vt Gosiani q̃ hic. & pro eis est. j. vt pos. si duo. in prin. Alij vt R. & Pla. quòd ciuilem duo possunt habere insolidum: sed naturalem nõ. Et pro eis est infra, de acquir. pos. l. iij. §. ex contrario. Tu dicas: quòd nec ciuilem, nec naturalem, duo insolidum habeant: vt hic, & infra, de preca. l. duo. Præterea cum dominium nõ possit esse penes duos insolidum: vt hic dicit: ergo possessio ciuilis, quæ est causa acquirendi dominiũ, duorum insolidum esse non potest: quod ex definitione vsucapionis pa-

ibi chirographum esse scriptũ: etiam teneris mihi, inquit, cõmodati. immò, ait, etiam furti: quoniã aliter re commodata vsus es: quemadmodũ qui equo, inquit, vel vestimento aliter, quàm commodatum est vtitur, furti tenetur.

Diligentia debet adhiberi in re commodata, & in eius sequela. Bartolus.

¶ Vsque adeo autem diligentia in re cõmodata præstãda est, vt etiam in ea, quæ sequitur rẽ cõmodatam, præstari a debeat: vt puta equam tibi commodaui, quam pullus comitabatur. etiam pulli te custodiam præstare debere veteres responderũt.

Si commodatum fiat gratia dantis, vel eius contemplatione: commodatarius de solo dolo tenetur. Bartolus.

¶ Interdum † planè dolum solum in re cõmodata, qui rogauit præstabit: vt puta si quis ita conuenit b: vel si sua dumtaxat causa cõmodauit, sponsæ fortè suæ, vel vxori, quo honesti⁹ culta ad se deduceretur. vel si quis ludos edens prætor † scænicis c commodauit: vel ipsi prætori quis vltro commodauit d.

Si res data vt pignoretur, non recolligitur, competentibus actionibus est agendum, vel actio debet cedi sumptibus & periculo ipsius cedentis. Bartolus.

¶ Nunc videndũ in quibus speciebus commodati actio locũ habeat. Et est apud veteres de huiusmodi specieb⁹ dubitatũ: Rẽ tibi dedi e, vt creditori tuo pignori dares f, dedisti. non repignoras g, vt mihi reddas. Labeo ait commodati actionẽ locum habere. Quod ego puto h verum esse, nisi merces interuenerit. tunc enim vel in factum, vel ex locato i [&] conducto agendum erit. Planè si ego pro te k rem pignori dedero tua voluntate: mãdati erit actio. Idẽ Labeo rectè dicit, si à me l culpa absit repignerandi, creditor autem nolit reddere pignus, cõ petere tibi ad hoc dumtaxat m cõmodati, vt tibi actiones aduersus eum præstẽ. Abesse autem culpa à me videtur, siue iã solui pecuniã, siue soluere sum paratus n. Sumptus o planè litis, cæteráque æquum est eum agnoscere, qui commodatum accepit.

Culpa hominũ commodati cum re, commodatariũ non excusat: secus in dolo. Bar.

¶ Si me rogaueris, vt seruum tibi cum lance p commodarem: & seruus lancem q perdiderit, Cartili⁹ ait periculum ad te respicere. Nam & lancem videri commodatam: quare culpã in eam quoque præstandã. Planè si seruus cum ea fugerit, eũ, qui cõmodatũ accepit, nõ teneri: nisi fugæ præstiterit culpam.

Appositio custodis facta ex postfacto, non remittit custodiam ei cui res fuerat cõmodata. Bartolus.

¶ Si de me r petisses, vt tricliniũ tibi sternerem f, & argẽtum ad ministerium præberem t, & fecero: deinde petisses vt idem sequenti die facerem: & cum cõmodè argentum domum * referre non possem, ibi hoc u reliquero x, & perierit: qua actione agi poterit: & cuius erit periculũ? Labeo de periculo scripsit multum interesse, custodẽ posui, an nõ. Si posui, ad me periculum spectare. si minus, ad eum penes quem relictum est. Ego puto commodati quidem agendũ [in vtroque y casu:] verùm custodiam eum præstare debere, penes quem res relictæ z sunt: nisi aliud nominatim conuenit.

In obligatione primitiua, quæ ad rei restitutionem contrahitur, quilibet tenetur pro parte: quia insolidum ad eos peruenire non potest. In obligatione vero secundaria, quæ contrahitur ratione doli vel culpæ, quilibet tenetur insolidum: quia pro parte non potest delinqui. & si agit contra vnum ex facto alterius, ei actio cedi debet: quia si contra istum ageretur, actio pro rata tolleretur. Bartolus.

¶ Si duobus vehiculum a commodatũ sit, vel locatum simul: Celsus filius scripsit libro sexto Digestorũ quæri posse, vtrũ vnusquisque eorũ insolidũ, an pro pte teneatur. Et ait b duorũ quidẽ insolidum dominiũ c vel possessionem esse nõ posse:

BIU Cujas

nis patet: vt infra, de vſuca. l. iij. & insti. per quas perſo. no. acqui. §. ex his. nam quotiens aliquid prohibetur, & id prohibitum eſt per quod peruenitur ad id: vt infra, de ſponſa. l. oratio. diuerſo tamen iure duo inſolidum poſſunt poſsidere, vt vnus ciuiliter, & alter naturaliter: & ſic intelligitur lex illa. j. vti poſſi. duo. ſic enim distinguuntur iura poſſeſsionis: vt. j. de vi & vi ar. l. j. §. quod vulgo dicitur. & de preca. l. & habet. §. eũ. Sed quid ſũt qui ciuilem habẽt poſſeſsionem? Reſpõ. proprietarius, & ille qui dedit in feudum, & qui in emphyteuſin dedit. nã proprietarius quærit ſibi poſſeſsionẽ per ſeruũ fructuariũ. quod non faceret, ſi nõ poſſideret: vt infra, de acquir. poſſ. l. j. §. ſed & p eum. fructuarius vero, vel vaſall[s], vel emphyteuta, tantum naturalem habent: vt. j. de acquir. poſſ. naturaliter. & l. poſſeſsio. j. reſpon. Sibi enim poſsident ratione iuris quod habẽt in re. & id[illegible] n eo colono qui [illegible] duxit ad non modicum tempus: quia naturaliter poſsidet: vt. §. ſi ager vec. vel emph. pe. l. j. & infra, de ſuperfi. l. j. §. quod ait: ſecus ſi ad modicũ tempus: quia ille nullo modo poſsidet: vt habetur. C. de præſcri. xxx. an. l. malè. &. j. de vſuca. l. nõ ſolũ. §. quod vulgo. licet quidam contra, per. l. §. communi diui. l. communi dividundo. §. neque colonus. ſed illud expone vt ibi. quid aũt ſi hi qui naturaliter poſsident: alij locent ad nõ modicum tempus, vel dent in feudum, vel in emphyteuſin, vel in vſumfruc? Reſpõ. nullam retinent, cum aliam non habeant. Item ſecundum Io. ciuiliter poſsidet, qui non eſt in re, nec in conſpectu: ſed quando eſt in conſpectu, naturaliter etiam poſsidet. nam cum per conſpectum naturalis quæratur, multo magis retinetur: vt infra, de acquir. poſſ. Quod meo. §. ſi venditorem. Et ſecundum hoc nõ videtur quòd eodem tempore poſsideat quis ciuiliter & naturaliter. quod Al. dixit, & bene ſecundum Azo. niſi naturalem appelles approbatione ciuilem: vt ar. j. de verb. ſign. l. lege. ſed apud vnum vna, & apud alium alia ſit. Vel dic, quòd in partibus in quibus inſiſto & video, habeo naturalem: in aliis ciuilem. ſed P. & Azo. dicebant, non ideo amitti naturalem, quòd res non ſit in cõſpectu: ſed certe ſecundum hoc non eſſet ciuilis ſine naturali. Item contra eos videtur, quia plures haberent naturalem, ſecundum hoc: quia ingreſſus fundum habet naturalem, ſecundum eos. P. & M. & R. & Azo. & dominus nihilominus. ſic ergo plures: quod tamẽ ipſe Pl. aliàs negauit, dicens naturaliter duos inſolidum poſsidere non poſſe: ſed ciuiliter. Sed dici poteſt quòd abſens habet naturalem: ciuiliter ingrediens habet naturalem naturaliter. Alij dicunt, q̃ tunc eſſe deſinat. quod non placet. ei autem quòd dixi apud vnũ non poſſe eſſe ciuilem & naturalem, cõtradicit. C. de acquir. poſſ. licet. vbi dicit exeuntem de poſſeſsione & longe recedentem, ita quòd non ſit in conſpectu: quòd retinet poſſeſsionem. Vnde dicunt quidam ciuilem, & ſic prius habebat ciuilem. de naturali cõſtat quòd habebat: ſic ergo ciuiliter & naturaliter poſsidebat. Sed dicas quòd retinet naturalem, quam ſolam prius habebat: illam tamen dico ciuilem, quia iuris ciuilis auctoritate retinetur. ſic dicitur actio ciuilis prætoria auctoritate extenſionis: vt ſupra, de noxa. l. electio. §. ſi is quem. Accurſius.

a *Partis corporis.* ſed inſolidum ſimul cum alio vel pro indiuiſo. Vel dic clarius, partis viſibilis & diſcretæ: ſed intellectualiter ſic. nec enim tua eſt mea: vel mea tua.

b *Vſum autem.* qui nec eſt dominium, nec poſſeſsio, ſed quoddam tertium aliud ab vtroque. & ideo diſtinguitur inter ſpatioſam rem, & non ſpatioſam.

c *Inſolidum eſſe.* quia vnuſquiſque commode balneo etiam cum alio vel aliis vtitur, nec in aliquo per alium impenditur: idem

nec quẽquam partis corporis[a] dominũ eſſe: ſed totius corporis pro indiuiſo pro parte dominium habere: vſum autem[b] balinei quidem, vel porticus, vel campi, vniuſcuiuſque inſolidum eſſe[c]. neque enim min⁹ me vti, quòd & alius vteretur. Verum in vehiculo commodato vel locato pro parte quidem effectu[d] me vſum habere: quia nõ omnia loca vehiculi[e] teneam[f]. Sed eſſe verius ait: & dolum, & culpã, diligentiam, & cuſtodiam in totum me præſtare debere. Quare duo quodãmodo rei habebũtur[g]: & ſi alter conuentus[h] prẽſtiterit, liberabit alterum: & ambobus cõpetet furti[i] actio:

VI. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

ET* alterutro agente[k], alterius actio contra furem tolletur[l].*

VII. VLPIANVS libro vicesimooctauo ad Edictum.

VNde quæritur, ſi alter furti egerit, an ipſe ſolus, debeat commodati conueniri[m]? Et ait Celſus, ſi alter conueniatur qui furti non egit, & paratus ſit periculo ſuo conuenire * alterum qui furti agendo lucrum ſenſit ex re commodata: debere eum audiri & abſolui[n]. Sed ſi legis Aquiliæ aduerſus ſocium[o] eius habuit commodator actionem, videndum erit nũ * cedere debeat[p], ſi fortè dãnũ dedit alter, quod hic qui conuenitur commodati actione, ſarcire compellitur[q]. Nam etſi aduerſus ipſum[r] habuit [legis] Aquiliæ actionem cõmodator, æquiſsimum eſt, vt commodati agendo remittat actionẽ: niſi fortè quis dixerit, agẽdo eũ è lege[ſ] Aquilia hoc minus conſecuturũ, quàm ex cauſa commodati conſecutus eſt. quod videt̃ habere rationẽ[t].

d *Effectu.* q. d. ipſa neceſsitate. ſic. §. de vſufru. accre. l. j. in fi.

e *Vehiculi.* ſed nec balnei: ſed ibi per aliũ vſus meus nõ ſic minuitur: quod eſt in vehiculo ſecus. Io. Item quod dicit hic vſum haberi pro parte, eſt contra. §. de vſu & habi. l. vſus pars. ſed quod hic dicitur, refertur ad factũ, & pro parte vti dicor, cum certa parte vehiculi vtor. Sed q̃ ibi dicitur, ad ius, id eſt, ad ſeruitutem vſus.

f *Teneam.* id eſt tenere poſſum, cũ tu in eodem conſiſtens me impedias. & idem in balneo paruo, quod in vehiculo. * *cõueniri, Flo.*

g *Habebũtur.* quia vterque obligat⁹ eſt inſolidum ad rem reſtituendam: quod ſi non facit, debet pro parte ad intereſſe damnari: vt infra, depo. l. ſi duo. Azo. Sed videtur quòd non inſolidum teneatur: vt. j. eo. l. rem. §. in exercitu. quæ eſt cõtra. Sol. ibi actum eſt quòd quilibet pro parte teneatur. nã ita dixit cõmuni periculo: vt ibi dicit. Hodie vero vt duo cõmodatarij ſint duo rei debendi, oportet quòd expreſsim dicatur. vt in authen. de duo. re. in princ. colla. vij. nec dicat aliquis q̃ auth. loquatur quando eſt diuiduum in obligatione. hic autẽ reſtitui res pro parte non poteſt: vt infra, depo. ſi duo. &. j. de verb. obli. ſtipulationes non diuiduntur. quia certe illud locum habet, quando res pro parte reſtitui non poſsit: quando id eſt actum q̃ quilibet teneatur inſolidum. Vel quando vnus ad rem totam tenebatur: alioquin quilibet tenebitur pro parte: vt in hæredib⁹ dicitur, & pluribus depoſitariis: vt infra, depoſi. l. j. §. ſi apud duos. & l. in depoſiti. ſic ergo & hic fuit actum. Accurſius. * *ne, Flo.*

h *Conuentus.* actione commodati.

i *Furti.* ſi ei res commodata furripiatur. hodie vero ponitur in electione commodãtis, vt poſsit ipſe ſi velit eligere furem: vt inſti. de obli. quæ ex delic. §. quę de fullone.

k *ET alterutro agente.* ſed non peragente.

l *Tolletur.* hoc ideo, quia vtrique inſolidum ex vna eademque cauſa defertur furti actio. & ideo vni per alium præiudicatur: vt infra, de duo. re. l. ex duobus.

m *VNde quæritur. Cõueniri.* ſ. cõmodati actione ſibi à cõmodãte ceſſa. aliter enim nõ poteſt, & tunc non ad lucrũ. i. pœnã furti quã habuit ſocius aget: vt. C. de fur. l. fi. §. ſed cũ. &. j. loca. & condu. l. is qui. licet in creditore ſit aliud: vt. j. tit. j. ſi pignore. ſed ad rẽ, vel rei cõmodatæ æſtimationem, quã ſocius cõſecutus eſt. Sed quidam habent in litera, conueniri: & ad hoc eſt arg. infra, de fideiuſ. l. ſi dubitetur. j. reſpon. poteſt tamen dici in fideiuſſoribus aliter quàm in duobus reis. ſecundum Azo.

n *Abſolui.* ſcilicet, ab obſeruatione iudicij interim.

o *Socium eius.* conuenti: vt quia ſocius eius damnum dedit.

p *Debeat.* ſcilicet conuento.

q *Compellitur.* immo videtur q̃ cogi non debeat, cũ præuideri nõ poſsit: vt. j. eo. l. ad eos? Rñ. immo quãdoq; cogitur. ſ. ſi potuerit præcauere: vt. j. loca. ſed & de dãno. Vel dic aliud i dãno dato ab extraneo: & aliud in dãno dato à ſocio, quia illud quaſi à me reputatur datum, cũ pro vno reputaremur propter ſocietatem obligationis: vt. j. de duo. re. l. ſi. ſed arg. contra. j. de vſur. l. mora. in fi.

r *Ipſum.* ſcilicet quem vult conuenire. q. d. ideo quæſiui, an cedatur actio reſarcienti damnum ab alio datum: quia ſi iſte eſt qui dedit damnum quem conuenio cõmodati, licet non debeam cedere, debeo tamen remittere actionem. l. Aquil. niſi in eo quod plus eſt in ea actione quàm commodati, ſecundum Azo.

ſ *E lege Aquil.* id eſt, poſtquam egerit commodati. vel refertur ad ſuperius dictum.

t *Quod videtur habere rationem.* ſ. quòd poſsit agi ad reſiduũ per

actionem

BIU Cujas

actionem legis Aquiliæ: vt hic. & ar. infra, vi bo. rap. l. j. Sed ar. contra, infra, de actio. & oblig. l. qui seruum. §. fi. vbi dicitur quòd postquam egi commodati, nõ possum agere. l. Aquil. in eo quod plus esset in ea ex repetitione. xxx. dierum. Sol. secundum R. hic de æquitate. vel secundum M. ibi dicit non durare alteram, cum nõ est in secunda plusquam in prima. aliàs durat vt hic. vel secundũ Io. [a] hic ad aliud simplum agitur quod venit in actionem istam, quia inficiatio intercessit. non autem ad incremẽtum. xxx. dierum: vt ibi. Vel hic non est consecutus per actionẽ cõmodati, nisi medietatẽ æstimationis, cum duo fuerũt commodatarij. aliam ergo poterit cõsequi per actionem cõmodati, vel per actionem. l. Aquil. secundũ Azo. Vel dic q̃ hoc, nisi &c. non ad proximum, sed ad superius refertur, & hoc in pluribus & à pluribus permittitur. i cõtraria nõ ab eo. arg. ff. ad. l. Aquil. item Mela. §. si plures. Sed quæstioni factę, an cõuẽto socio teneatur cedere cõtra aliũ, non respõ. sed ego respondeo, q̃ tenetur cedere sicut pupillus cedit tutori cõuento cõtra tutorem: vt. C. de admi. tuto. l. ij. in princ. & §. fi. & j. de tut. & ra. detra. l. j. §. nũc tractem[b]. Et est ratio, quia ex facto dãtis dãnum cõuenitur, & præstat damni æstimationem. cõmodati autem actio nõ est cedenda: quia cõuent[c] ea suo nomine tenetur, nisi ad dãnum, vt dictũ est. sic ergo in duobus reis dico: ne conuento actio cedatur, nisi ex facto rei cõueniatur. sed aliud est i fideiuss. vt. C. de fideiuss. authen. præsente. & C. loca. l. si diuisa. sed in reis idem dico si tales erant vt posset conuentus postulare, quòd diuideretur actio ad exemplum plurium mãdatorum: vt. j. de fideiuss. si fideiussores. §. idẽ respõ. & l. fideiussores. secũdũ Azo.

a Istam solutionem tenet Pet. de bella perti. hic.

†Concor. in ca. i. glo. i. circa fi. extra eo. ti.

VIII. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

REi commodatæ [a]† & possessionem & proprietatem retinemus [b].

IX. VLPIANVS libro secundo ad Edictum.

NEmo enim commodando rẽ, facit eius cui cõmodat.

Ex vsu ad quem res accõmodatur, quis non obligatur nisi sit mixta culpa. B.

X. IDEM libro vicesimonono ad Sabinum.

EVm qui rem cõmodatã accepit, si in eã rem vsus est i quã accepit, nihil prẽstare, si eã i nulla parte culpa sua deteriorẽ fecit, verũ est. Nã si culpa ei[d] fecit deteriorem, tenebitur [c].

Cõtractus innominati, iudicãtur secũdũ naturã cõtract[s] nominati cui adiiciũtur. B.

Si rem inspectori dedi: an similis sit ei [d] cui cõmodata res est, quẽritur. Et si quidẽ mea causa dedi, dum volo pretium exquirere: dolum [e] mihi tantum præstabit. sin sui, etiam custodiam: & ideo [f] furti habebit actionẽ.

Si res perierit culpa nuntii referentis, perit periculo domini, si eum misit: aliàs periculo commodatarii, si nuntium malum elegit. idem si nuntii dolo perierit. Bartolus.

Sed & si dũ refertur [g], periit: si quidem ego mandauerã per quẽ remitteret: periculũ meũ [h] erit. si verò ipse, cui voluit, commisit: æquè culpam mihi prẽstabit, si sui causa accepit,

XI. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

QVi non tam idoneum hominem elegerit [i], vt rectè id perferri possit.

XII. VLPIANVS libro vicesimonono ad Sabinum.

SI mei causa, dolum tantum.

Commodatã rem missus qui repeteret, cum recepisset, aufugit. Si dominus ei dari iusserat: domino periit. si commodandi [k] causa miserat, vt referre tur res commodata: ei* cui cõmodata est, [periit.]

Dominus qui recipit æstimationem litis à commodatario, tenetur cauere de restituẽdo ei rem si ad manus eius peruenit. h. d. Paul. de Cast.

XIII. POMPONIVS libro vndecimo ad Sabinum.

SI is, qui commodatum accepit, non apparẽtis rei nomine commodati [actione] cõdẽnetur, cauendum ei est, vt repertam [rem] dominus ei præstet [l].

Ad eum ad quem res non pertinet, commodum non spectabit. Bartolus.

Si quem quæstum fecit is, qui experiendum quid acceperit, veluti si iumenta [m] fuerint, ea quæ locata sint: idipsum [n] præstabit [o] [ei,] qui experiundũ dedit. Neq; enim ante eã rẽ quæstui cuiquã* esse oportet, prius quàm periculo eius sit [p].

Error in iure consecutiuo non impedit actionem oriri ex contractu, sicut nec error in iure, vel in facto antecedente impedit cõdictionem oriri extra id quod agitur. B.

Si libero homini, qui mihi bona fide seruiebat, quasi seruo rem commodauero: videam [q], an habeam commodati actionem. Nam & Celsus filius aiebat, si iussissem eum aliquid facere: vel mandati [q] cum eo, vel præscriptis verbis experiri me posse. Idem ergo & in commodato erit dicẽdum. Nec obstat, quòd non hac mente cũ eo qui liber bona fide nobis seruiret, contraheremus, quasi eum obligatũ [r] habituri. Plerũque enim id accidit, vt extra id quod agitur, tacita obligatio nascatur [s]: veluti [t] cum per errorem indebitum soluendi causa datur.

a *Et commodatæ.* scilicet alij à nobis.

b *Retinemus.* vt & instit. de interdi. §. possidere. versic. per eos quoque. sicut & rei depositæ: vt infra, depos. l. licet. §. rei.

c *Evm qui. Tenebitur.* quia non videtur reddita: vt supra, eo. l. iij. §. si reddita sit res. & facit infra, eo. l. vlti. Accursius.

d *Sit ei.* in act. præscrip. ver. qua ipse tenetur: vt infra, de præscrip. ver. si rem. & l. si gratuitam. §. ij.

e *Dolum tantum.* Sed nũquid inspector debet probare se sine dolo amisisse? Videtur q̃ sic: vt. C. de pign. act. si creditor. & j. loca. si quis fundum. & j. de custo. reo. l. fi. & ff. de eden. l. si quis ex ar. in fi. & l. seq. Ecõtra videtur q̃ nõ, sed ille qui obiicit: vt. j. de leg. ij. cum ita. §. species. & C. de pigne. act. si nulla. & infra, de proba. l. quotiens. §. qui dolo. Azo. quod est verius. Accursius.

f *Et ideo.* quia eius interest, cũ de custodia teneatur. Accursius.

g *Sed & si dum refertur.* res quæ inspicienda data est.

h *Periculum meum.* sine distinctione. & est pro hoc supra, nau. cau. sta. l. iij. §. idem. in princi. & l. fi. in princi.

i *Qvi non. Elegerit.* quod ex post facto apparet. & hoc est verum, cum id actum est inter me & eum, vt ipse & nõ alius perferret. quod ex qualitate personarũ & dignitate perpenditur. & in hoc casu omnino tenetur, vt hic, quia mala electio est in culpa: vt infra, man. si procuratorẽ. §. si tutores. in fi. & supra, si men. fal. mo. dixe. l. ij. & supra, nau. cau. sta. l. fi. §. seruorum. si autem *Elo- volui, vt mihi mitteret, commodum nec de eo cogitaui, q̃ ipse afferret: distingue, an eum qui idoneus videtur, elegit secundum Io. Alij verò, secũdum hanc distinctionem tẽtum faciunt. Azo. & est pro Ioan. infra. e. argẽtũ sed prima verior est.

k *Mei causa. Commodandi.* Quid si mentitus est dicens sibi rem tradendam, cum causa cõmonendi missus esset? Respon. nõ nocet [b] cõmodati: vt infra, de sol. cum quis. §. si debitorẽ, quia est ei imputandi, qui credulus fuit. Azo. vt arg. supra, de eo per quem fac. e. l. j. §. j.

l *Si is qui. Ei præstet.* aut æstimationem: vt infra, eo. l. in com. modato. §. fi. & facit §. pra, eo. si vt certo. §. j.

m *Si iumenta.* scilicet *Flo- data causa experiundi. Accursius.

n *Idipsum.* quod lucratus est.

o *Præstabit.* actio. præscrip. ver. vt infra, de præscrip. ver. l. apud Labeonem.

p *Eius sit.* Sed videtur quòd sit eius periculo. nam hoc ipso, q̃ vtitur re cõmodata ad alium vsum, & scit se hoc facere contra domini voluntatem, furtum facit: vt supra, eo. si vt certo. §. quinimo. & sic ad eum omne periculum pertinet, ergo & quæstus ad eum ptinere debet? Respõ. illud verum est cũ ex conuentione bona fide, vel ex natura cõtractus ad eũ pertinet periculũ: vt infra, pro socio. l. si vnus. §. si vnus. hic nõ sic: aliàs ex suo dolo lucraretur, quod esse nõ debet: vt. C. de rei vin. l. j. in fi. Item not. q̃ vbi onus, ibi lucrũ: vt & C. de sur. l. fi. §. pe. & j. de act. emp. Iulia. §. ex vendito. & §. si quid seruo.

q *Vel mãdati.* immo videtur q̃ nõ, quia nõ spõte suscepit mãdatũ: vt. ff. de neg. gest. l. at qui natura. §. si libero. quę est contra. Sol. ibi loquitur in eo casu quãdo putabat se seruũ, quare nascitur act. nego. gest. nõ mãdati: quia ex necessitate gessit, nõ ex volũtate. hic vero loquitur, cũ sciebat se liberũ: in quib[9] casib[9] quodãmodo volũtate gerit. Ir. vel datur vtilis, vt hic: non directa, vt ibi. nam & hic nesciebat se liberum: quod patet per illa verba, plerũq; enim &c. quia & hic & ibi dicit, q̃ bona fide seruiebat. Azo. Vel ibi iuste sit, vt libero: hic vt seruo. Itẽ facit. ff. ad leg. Aquil. liber homo. §. j.

r *Obligatum.* scilicet ciuiliter.

s *Nascatur.* vt hic, & infra, man. si procuratorem. §. si liber homo. in glo. Iul. ait. & supra, si certum pe. l. cum fundus. §. seruum.

t *Veluti.* id est, sicut. Accursius.

BIU Cujas

Ex eodem facto duæ actiones contrariæ possunt oriri diuersis respectibus. Bar.

XIIII. VLPIANVS libro quadragesimo octauo ad Sabinum.

SI seruus meus rem meã tibi, scienti nolle me tibi cõmodari, cõmodauerit: & cõmodati, & furti[a] nascit actio: & præterea cõdictio ex causa furtiua.

Qui conuenitur ex contractu, non potest referre quæstionem dominii. Bartolus.

XV. PAVLVS libro vicesimonono ad Edictum.

COmmodare possumus etiã alienam rem, quam possidemus: tametsi scientes alienã possideamus.

XVI. MARCELLVS libro quinto Digestorum.

ITa vt & si fur vel prædo cõmodauerit, habeat commodati[b] actionem.

Pactum vt non veniat dolus futurus, nõ valet. Bartolus.

XVII. PAVLVS libro vicesimonono ad Edictum.

IN cõmodato hæc pactio, ne dolus præstetur, rata nõ est[c].

TItius cum credidisset pecuniam Sēpronio [c], & ob eā pignus accepisset, futurumque esset, vt distraheret illud creditor, [d] quia pecunia non soluebatur: petiit [e] à creditore, vt fundum certo pretio emptum haberet. [f] & cū impetrasset [g] epistolā, qua se vendidisse fundū creditori significaret, emisit [h]. quæro, an hanc venditionē debitor reuocare [i] posit, offerendo sortem & vsuras, quæ debētur? Marcellus respondit, secūdum ea, quæ proposita essent, reuocare non posse.

Pecunia redacta ex venditione pignoris, prius in vsuras, deinde in sortem computatur. Bartolus.

XXXV. FLORENTINVS libro octauo Institutionum.

CVm & sortis nomine & vsurarum [k] aliquid debetur ab eo, qui sub pignoribus pecuniam debet: quidquid ex vēditione pignorum recipiatur, primum vsuris quas iam tunc deberi constat: deinde, si quid supereſt, sorti accepto ferendū est. Nec audiendus est debitor, si cum parum [l] idoneum se esse sciat, eligit, quo nomine exonerari pignus suum malit. [m]

Pignus creditor possidet: & ab eo debitor potest cōducere, & precario rogare. Bar.

Pignus, manente proprietate debitoris, solam possessionē [n] transfert ad creditorem: potest tamen & precario, [o] & pro cōducto debitor re sua vti.

Si pro pignore constituto aliud submittatur, furtum committitur pro vtroque debito. secus si in constituendo alius pro alio submittatur: quia tunc stellionatus crimen committitur. Bartolus.

XXXVI. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

SI quis in pignore [p] pro auro ęs subiecisset creditori, qualiter teneatur, quæsitum est? In qua specie rectissimè Sabinus scribit, [q] si quidē dato auro, [r] æs subiecisset, [s] furti teneri. Quòd si in dando æs subiecisset: turpiter [t] fecisse, non furem esse. Sed hic puto pigneratitiū iudicium locum habere. [u] Et ita Pomponius scribit. Sed extra ordinem [x] stellionatus crimen committitur. Bartolus.

---

[a] *Cum debitore. Et si soluendo.* quia expedit poti⁹ pignori &c. vt instit. de ob. quæ ex deli. §. furti. &. j. de reg. iur. l. plus cautionis. Itē quia periculum est, ne designat posse facere: vt. ff. de neg. gest. diuortio. Vnde tenet ad interesse: puta si erat chirographariū aliud quoddam debitum, quod si bi poterat seruare per retentionem pignoris: vt. C. etiam ob chiro. pe. l. j. Vel erat naturale debitum pro quo obligauit: vt. C. de vsur. l. p retentionem. Vel quia expēderet, si ageret p sonali: vnde expedit ei potius pignori incūbere: vt dixi. Alij dicunt agi, vt res alia ęque bona pignori detur: vt ar. infra, de leg. j. si hæres. §. generaliter. &. ff. de consti. pecu. qui autem. §. ij.

[b] *Antichresin.* vetus lectio, antiphinā. sed mēdosa. Est autē antichresis (teste Alciato lib. dispunc. ij. c. iij.) pign⁹, quod sub hoc nomine accepit creditor, vt eius vsum & fructum pro vsuris sibi computet. Lo. Potuit enim & debitor in constituendo pignore hoc verbo vti. Vel dic, quòd est scriptura quam facit debitor, in qua continetur eum debere tantum: & dat eam creditori. & sic dicit, quòd potest eam soluta pecunia recuperare sicut pignus. Accursius.

Titius.] CASVS. Debebas mihi. x. tu debitor alteri à quo habebas pignora, secundum vnum intellectum, cum esses in mora soluendi: & in re aliena, secundum vnum casum, vel propria, secundum alium: mihi vendere volebas. scripsisti mihi, & rogasti per epistolam vt pignus haberem tanquam emptum: deinde pœnitet te: & paratus es soluere sortem & vsuras: & ita venditionem prius factam vis infringere. quæritur, an possis. Et respon. quòd non. Viuianus.

[c] *Sempronio.* creditori Seij: cui Sempronio res erant obligatæ, quas volebat Sempronius distrahere. sed primo obligauit, postea eidem cui obligauit, vendidit non soluto debito. Vel dic secundo, quòd debitor petiit à creditore vt pignus certo pretio habeat emptum: vt ita legas, cum Titius credidisset Sempronio pe. & cæte. petiit Sempronius &c. & secundum primum sunt tres personæ: Titius, Sempronius, & Seius: secūdum ailium duæ, scilicet Titius & Sempronius.

[d] *Creditor.* scilicet Seij, secundum primum casum: vel creditor Sempronij, secundum alium.

[e] *Petiit.* Sempronius debitor, secundum vtrāque positionē. Ac.

[f] *Haberet.* scilicet Titius.

[g] *Et cum impetrasset.* quia hoc placuit creditori.

[h] *Emisit.* ad debitorem suum, secundum primum casum: vel ad ipsum creditorem cui in solutum dabat, secundum alium.

[i] *Reuocare.* secundum vltimam positionē casus, concordat supra, eo. l. aliena. §. fi. & infra, de distrac. pig. l. rescriptum. in princ. Sed est contra. j. de solu. l. Calipus. Sed alij libri habent ibi, quamuis. vbi dicitur quòd maritus dando in solutum rem pro dote obligatā ipsi mulieri, potest reuocare si soluat sortem & vsuras. Sol. ibi non dedit in solutū pignus, sed dare promisit: hic autem dedit. Præterea hic erat pignus penes creditorem: ibi non.

[k] *Cum & sortis. Et vsurarum.* etiam pacto nudo debitarū: secundum quosdam, etiam sine pignore: licet secus sit cū soluit debitor: vt. ff. de sol. Paul⁹. §. Paulus. Nā tunc quādo soluit, in graui⁹ debitum accipiendū est: & in vsuris per stipulationem debitis, scilicet quod est cum pignore: & quod ciuiliter & naturaliter, & non naturaliter tantum: vt infra, de solu. l. j. ij. iij. iiij. & v. §. imperator. &. C. de vsur. si vsuras. Acc.

[l] *Si cum parum.* maxime.

[m] *Malit.* puta in sortem.

[n] *Possessionem.* hoc non excludit hypothecariam obligationem, sed proprietatē: vt hic, &. C. eo. l. pignus. No. ergo hic quòd & creditor possidet: vt infra, de acquiren. re do. l. p seruum. in princip. Sed contra, supra, qui satisdare cog. l. sciendum. §. creditor. Sol. quantum ad euitandam satisdationem iudicio sisti, non possidet: vt ibi dicit: sed quo ad alia, sic: vt ibi diximus.

[o] *Precario.* est ergo precarium in sua re, & conductio: vt hic, & infra, eo. l. si pignus. & infra, de acquiren. poss. l. re pignoris. & sic est contra, infra, de regulis iuris. l. neque pignus. & infra, depos. l. qui rem suam. So. hic ratione possessionis quæ penes creditorem erat: vt infra, de preca. l. certè. §. finali. &. l. seq. & infra, de acquiren. poss. l. si aliquam. Accursius.

[p] *Si quis in pignore.* scilicet dando. Accursius.

[q] *Scribit.* scilicet, distinguendo.

[r] *Auro.* iam & apud creditorem custodito.

[s] *Subiecisset.* scilicet post.

[t] *Turpiter.* hæc turpitudo, vt & quæuis alia, priuat aliquem dignitate: vt. C. de digni. l. ij. similis subiectio est infra, pro emp. l. ij. §. cum Stichum. vnde non vsucapit emptor, vt ibi dicit: & hoc indicat. Accursius.

[u] *Locum habere.* vt supra, eodem. l. tutor. §. primo. &. C. si ali. res pigno. da. sit. l. quæ prædium. Accursius.

[x] *Extra ordinem.* est enim extra ordinem, id est non ordinarium: & priuatum, non publicum; vt supra, eodem. l. tutor. in fi.

in fin. &. C. de cri. stel. l. stellionatus.

a *Ampla est.* scilicet secundo obligata.

b *Pigneratitiam.* scilicet contrariam.

c *Et de dolo.* mirum est quòd ponit de actione de dolo, cum ea non competit, sit res ampla vel non: quia datur alia, id est, contraria pigneratitia. sed dicas dari de dolo nō cō tra debitorem, sed contra extraneum, qui in pignore quod pro alio dabat, me decepit. Az. Item cessat, si antequā conueniat crimine stel lionatus, satisfeceri creditori: vt & infra, de cri. stel. l. j. & argu. infra, de publi. iud. is qui. in prin. Accursius.

d *Si pignus. Possessionem.* ratione enim possessionis locatio & precarium suæ rei est: vt dixi supra, eo. cum & sortis. §. fi. Accursius.

e *Possessionem.* immò & si sit, idē est: vt Codice, de præscript. xxx. an. l. male. &. l. cum notissimi. §. fi. secundum Azo. subaudi ergo hic, maximè. Item nota hic, quòd colonus non possidet: vt infra, de vsuca. l. non solum. §. quod vulgo. & de adquiren. possess. qui pignoris. & in. l. sequenti. Accur.

Colonus possidere non dicitur.

f *Pupillo. Propter metum.* Iste metus imminet debitori, non pupillo. nam ipse non teneretur, nisi esset factus locupletior: vt insti. de auctori. tuto. in prin. & C. de vsucap. pro emp. l. fina.

* apiscēdi, *Flo.*

g *Pigneratitiæ.* scilicet directæ nascituræ, non natæ, vt diximus supra, eo. l. si rem. §. omnis. Item econtra dare pignus non potest sine tutore: vt infra, quæ res pig. obli. poss. l. j. in principio.

Tutus nomine plectetur: vt est sæpissime rescriptum.

Qui obligat rem alienam, vel alteri obligatam, stellionatum committit, nisi res cuilibet creditori sufficiat pro vtroque debito. Bartolus.

¶ Sed & si quis rem alienā mihi pignori dederit sciens prudénsque, vel si quis alij obligatam mihi obligauit, nec me de hoc certiorauerit: eodem crimine plectetur. Planè si ea res ampla est, [a] & ad modicum æris fuerit pignerata: dici debebit, cessare non solum stellionatus crimen, sed etiam pigneratitiam, [b] & de dolo [c] [malo] actionem: quasi in nullo captus sit, qui pignori secundo loco accepit.

Per conductionem pignoris à debitore, creditor retinet possessionem. Bartolus.

XXXVII. PAVLVS libro quinto ad Plautium.

SI pignus mihi traditum locassem domino, per locationem retineo possessionē: [d] quia antequam conduceret debitor, non fuerit eius possessio: cū & animus mihi retinendi sit, & conducenti non sit animus possessionem [e] adipiscendi.*

In recipiendo pignore, est necessaria tutoris auctoritas, vt pupillus possit conueniri pigneratitia. Bartolus.

XXXVIII. MODESTINVS libro primo Differentiarum.

PVpillo capiēti pignus, propter metum [f] pigneratitiæ [g] actionis necessaria est tutoris auctoritas.

Qui se testamento subscribit vt testis: nō videtur approbare quæ in testamento apponuntur. Bartolus.

Aius.] CASVS. Mihi mutuasti. x. sub pignore: Titio id pignus iure tuo legasti: & dixisti te id quondam emisse: ego omnibus his interfui: & istud tanquam testis signaui. Dicit, quòd mihi non præiudicatur.

h *Acciperet.* hoc etiam fieret, & si non esset dictum: vt. C. de distract. pigno. l. j. &. C. de pigne. act. l. j. &. ij. Accursius.

i *Eam fundum.* scilicet, iure prælegationis.

k *A Lucio Titio.* id est Gaio Seio: vt supra posuit. Vel dic, quòd quadrinomius erat. Azo. Vel dic, ab alio Titio.

l *Signauit.* id est sigillauit: vt infra, de testi. l. ad testium. §. si quis ex testibus. Accursius.

m *Pactum.* scilicet, profertur.

n *Non obesse.* Remanet ergo pignus, & non fit præiudicium ei cuius est. Sed contra, infra, de pigno. l. fideiussor. §. pater. Vbi filius subscribendo in instrumento, in quo pater rem ipsius filij obligabat, præiudicat sibi. Solu. secundum R. aut adhibetur subscribens vt substantia præbeatur ei, quod fit ex istius consensu: vt ibi. aut vt probatio tantum, vt hic. nec enim testamentum substantiam capit ex subscriptione istius, sed à testatore. Et pro hoc est, quia officium suum testi non debet esse damnosum: vt infra, quēadmo. testamen. apc. l. si quis ex signatoribus. & infra, de leg. ij. Titia. §. Lucia. Vel hic ignorans: vt quia testamentum non fuit lectum coram testibus: vt. C. de testa. l. hac consultissima. §. j. ibi

A sciuit: vt arg. infra, quibus mo. pignus vel hypo. sol. l. Titius Sempronio. in fine. Vel aliud in pignore, quod solo consensu contrahitur: vt supra, eod. l. j. Aliud in venditione, quæ sine pretio esse non potest: vt infra, de contrahen. emptio. sine pretio. Vel hic, sciuit ius suum vbique durare: ibi non: vt arg. infra, quibus modis pignus vel hypo. sol. sicut. §. nō videtur. Vel hic de actu morientis ibi viuentis: inter quos est differentia: vt supra, communia prædio. l. finali. in fine. Tu autem dicas, quòd refert an cōtractus qui fit in mei præsentia, possit fieri etiam me inuito super re mea, vt venditio, vel legatum: & tunc mea præsentia, vel subscriptio, nō nocet mihi, an non posset fieri me inuito: & tunc videor cōsentire: vt in pignore, quæ solutio probatur infra, de re iudi. l. fi. pe. §. cum autem. Item vide not. hic, non omnem testatoris vocem habere vim legis: vt. &. C. de proba. l. rationes. & infra, ad Vellei. l. Seia. in fine. j. respon. sicut nec quælibet vox iudicis habet vim sententiæ: vt. C. de sentenc. l. ex stipula. Item non erroneam subscriptionē non nocere: vt hic, & infra, de rescinden. vēdi. Titius Seij procurator. &. C. plus valere quod agitur. l. si falsam. Sed argu. contra infra, quod iussu. l. j. §. sed & si serui. Sed ibi fuit sciēs dominus eius quæ fieri debebat. Item nota, q̄ plus valet quod est in veritate, quam quod est in opinione: vt hic, & instituti. de legat. §. si quis. Item nota præsentiam non esse haberi pro consensu, sed argumentum contra. infra, de euictione. l. quidam ex parte. & ibi plene profequor istud generale. Accursius.

XXXIX. IDEM libro quarto Responsorum.

GAius Seius ob pecuniā mutuam fundum suū Lucio Titio pignori dedit. postea pactum inter eos factū est, vt creditor pignus suum in compensationem pecuniæ suę certo tēpore possideret, [& fructus cū debito cōpēsando acciperet. [h]] Verùm ante expletum tempus creditor, cum suprema sua ordinaret: testamento cauit, vt alter ex filiis suis haberet eū fundum: [i] & addidit, *quem de Lucio Titio* [k] *emi*: cum non emisset. Hoc testamentum inter cæteros signauit & Gaius Seius, qui fuit debitor. Quęro, an ex hoc, quòd signauit, [l] prejudicium aliquod sibi fecerit, cum nullum instrumentum vēditionis proferatur, sed solum pactum, [m] vt creditor certi temporis fructus caperet? Herēnius Modestinus respondit, contractui pignoris non obesse [n], quòd debitor testamentum creditoris, in quo se emisse pignus expresit, signasse proponitur.

B

C

Debitor non potest pignus emere creditore inuito: & pretium in debiti solutionem conuertitur. Bartolus.

XL. PAPINIANVS libro tertio Responsorum.

DEbitor à creditore pignus quod dedit, frustrà emit: cum rei suæ nulla emptio [o] sit. Nec si minoris emerit, [p] & pignus petat, aut dominium vindicet: ei [q] non totum debitum offerēti [r] creditor possessionem

D

Debitor.] CASVS. Obligaui tibi rem meam pro decem. eam à te emi: an valeat emptio? Dicit, quòd non: quia sua rei nulla est emptio. quòd si ego pignus peterem per pigneratitiam actionem, vel pactum in rem: repellar, nisi paratus sim totum debitum soluere. [DEBITORIS.] Libertus meus filiumfamilias habens in peculio, debebat Titio decem: & pignus ei tradidit: filius liberti pignus emit ex pecunia peculiari. Dicit quòd non tenuit emptio. vnde mortuo liberto erit pignus in hæreditate: & consequor ego patronus portionem illius rei, sicut aliarum rerum liberti mei per bonorum possessionem contra tabulas. [SOLVTA.] Debebam tibi decem sub pignore. si tibi satisfeci: post solutionem pignus mihi restituere debes. Sed pone, quòd pignus quod tibi obligaui, alij obligasti: & postea tibi satisfeci. Dicit, quòd à secundo creditore pignus liberabitur. Viuianus.

o *Emptio.* siue sciens, siue ignorans emit: vt infra, de cōtrahenda emptione. l. suæ rei. & supra, de condict. inde. l. seruum meum. & argumen. infra, man. l. si mandauero. §. si hi. Accursius.

p *Nec si minoris emerit.* scilicet, quàm sit debitum.

q *Ei.* scilicet, debitori. Accursius.

r *Offerenti.* creditori.

BIU Cujas

a *Cogetur.* Quid si creditor debitori possessionem pignoris vendidisset? Respon. repetit, quasi nil valeat quod est actum: vt argu. supra, de condict. inde. l. seruum meum. Accursius.

b *Debitoris filius.* scilicet, liberti. Accursius.

c *Peculiaribus.* id est, profectitiis.

d *Et ideo.* bene sequitur, ideo. Si enim iam teneret emptio in persona filij, vt quia iam esset emancipatus, vel quia de castrensi pecunia emisset, desineret res esse liberti, & fieret filij: ergo patronus nihil in ea petere posset: quia filius liberti ingenuus est: vt institu. de inge. in princi.

e *Possessionem.* scilicet pro tertia parte. Et hoc cum filius erat exhæredatus rite, vt non possit agere querela: vel erat mortuus, vel hæreditatem patris ad se pertinere nolebat: alioquin in nihilum patronus admitteretur: vt institu. de suc. li. §. sed nostra.

f *Dominii partem.* rei pigneratæ, & aliarum rerum. Accursius.

g *Nec quicquam amplius.* non ergo ciuilem possessionem, sed naturalem tantum restituit, secundum quosdam. & sic dicunt ex hac lege, quòd naturaliter tantũ creditor possidet. sed tu dic, quod vtroque modo: vt dixi. §. qui satisda. cog. l. sciẽdum. §. creditor & quod hic dicit, non excludit quin & ciuilis sit restituenda. nam illa naturalem comitatur. Item nec excludit quò minus satisdetur: vt supra eod. l. creditor. Vel dic, ex eo quòd hic dicit restituere, quòd omnia prædicta sub eo verbo contineantur: cum late pateat: vt infra, de vsur. l. videamus. §. in Fauiana. & supra, titu. j. l. iij. §. si reddita. Accursius.

h *Itaque.* bene infert. quasi dicat possessio tantum, non autem liberare tenetur: quia nec tenetur, nec obligatio apud eum remanet: ergo secundum pignus perit.

i *Retentio.* si possideat: vt hic, & infra, de pigno. l. grege. §. ij. & C. si pi. pig. datum sit. l. j. & infra, de diuer. & temp. præscrip. de accessionibus. §. j. in fine. Sed contra, supra, eodem. l. petenti. in fine. Solu. vt ibi.

Rem alienam.]CASVS. Rem tuam pignori obligaui Titio, non tenet pignoris obligatio. Sed pone, quòd dominium illius rei aliquo casu adeptus sum. Dicit, quòd pignus confirmatur: & datur Titio vtilis pigneratitia. Sed pone, cum rem tuam obligaui, decessi te hærede instituto. nunquid hoc idem erit vt confirmetur pignoris obligatio? Dicit, quòd nõ. Sed pone: quòd ego volebam rem meam pignerare: fuisti præsens, & asseruisti rẽ illam meam esse: postea decessi te hærede instituto. Dicit, q̃ isto casu improbè fecisti si resistere voluisti creditori volenti te pigneratitia cõuenire. vnde vtili pigneratitia conueniendus es. Istã vltimam particulam obscure dicit. Viuianus.

k *Pigneratitia.* id est hypothecaria deficiente directa: quia cum obligare voluit, non potuit: & nunc cum potest, non vult: vt. C. si aliena res pigno. da. sit. l. cum res. & infra, ad Trebelli. l. filium. & infra, ad Maced. sed Iulianus. §. sed & si filius. & infra, de act. emp. l. si quis alienam. & infra, qui po. in pig. ha. l. qui balneum. §. Titia. Sed videtur non confirmari pignus, etiam vtiliter: vt infra, de pig. l. j. ij. respon. quæ est contra. Sol. ibi creditor ab initio sciuit rem alienam, cum sibi obligabatur: hic autem ignorauit. Et potes plene distinguere, vt ibi diximus. Item videtur contra infra,

[pignoris] restituere cogetur[a].

Filius rem patris de pecunia profectitia non potest emere. Bartolus.

¶ Debitoris[b] filius, qui manet in patris potestate, frustra pignus à creditore patris peculiaribus[c] nummis comparat. Et ideo[d] si patronus debitoris cõtra tabulas eius possessionem[e] acceperit, dominij partem[f] obtinebit. Nam pecunia, quam filius ex re patris in pretium dedit, pignus liberatur.

Soluta pecunia liberatur pignus ab eo cui est solutum: & ab eius creditore cui erat secundo obligatum: & ad restituendam possessionem tenetur. Bartolus.

¶ Soluta pecunia, creditor possessionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuit, restituere debet: nec quicquam amplius[g] præstare cogitur. Itaque[h] si medio tempore pignus creditor pignori dederit: domino soluente pecuniam, quam debuit, secundi pignoris neque persecutio dabitur, neque retentio[i] relinquetur.

Si dominiũ rei superueniat debitori, confirmatur obligatio: secus si dominus debitori succedat. hoc dicit. Diuiditur in duas partes. Prima, quando dominium superuenit debitori. Secunda, quando debitum superuenit domino: quia dominus successit debitori. Item hæc secunda subdiuiditur in duas partes. Prima, quando res fuit obligata simpliciter. Secunda, quando ille qui obligauit expresse se asseruit esse dominum. Secunda ibi, sed si conuenisset. Bartolus.

XLI. PAVLVS libro tertio Quæstionum.

REm alienam pignori dedisti, deinde dominus rei ei[9] esse cœpisti. datur vtilis actio pigneratitia[k] creditori. Nõ est idem dicendum, [l]† si ego Titio qui rem meam obligauerat sine mea voluntate, [m] hæres extitero. hoc enim modo pignoris persecutio concedenda non est creditori[n]. Neque vtique sufficit ad competendam vtilem pigneratitiam [o] actionem, eundem esse dominum, [p] qui etiam pecuniam debet. Sed si conuenisset de pignore, [q] vt ex suo mendacio arguatur: improbè resistit, quò minus vtilis actio moueatur.

Creditor qui vendit pignus, debet superfluum pretii restituere, non debitorem delegare. Bartolus.

XLII. PAPINIANVS libro tertio Responsorum.

CReditor iudicio, quod de pignore dato proponitur, vt superfluum pretij cum vsuris restituat, iure cogitur. Nec audiendus erit, si velit emptorẽ delegare: [r] cum in venditione, qui & à qui. ma. li. non fi. si seruõ. vbi manumissor domino serui hæres extitit: nec confirmatur. sed ideo difficilius confirmatur, quia difficilius reuocatur. Sed si confirmatur pignus, vt hic dicitur, quid est quod dicitur, quòd debet creditor probare rem fuisse in bonis debitoris tépore obligationis: vt infra, de pig. l. & quæ nondum sunt. §. quod dicitur? Respõ. hic possidebat debitor bona fide cum titulo. nam quę bona fide possidemus, in bonis nostris esse videtur: vt infra, de verb. signi. l. bonorum. Alioquin si mala fide possidet, non daretur actio creditori. vel hic debitor, ibi extraneus possidet. Accursius.

l *Dicẽdum.* scilicet de † *In hũc loiure*: quia nec factum est idẽ. Supra enim decidit. lib. Pabitor seccedit domino rerg. 7. cap. nus rei debitori. Est tamen arg. contra, infra, *ciliat cũ. l.* de except. rei vend. & *si Titio.* j. de tra. l. j. ij. respon. *AD pignorib. DITIO.* Dic, q̃ non cõfirmatur pignus, quo ad actionem: & ita loquitur iste versic. non est. nõ potest ergo creditor in casu nostro agere hypothecaria: & ita loquitur hic, sed bene confirmatur pignus, quo ad exceptionem: quia si iste domin[9], qui succedit debitori, ageret: repelleretur exceptione: vt ibi. facit ad prædicta. C. de rei vindi. l. cum à matre. secũdum Bal. hic.

m *Sine mea voluntate.* expressa, vel tacita: vt quia præsens eram: quo casu cõsensisse videor: vt dixi. supra eod. l. Gaius.

n *Non est creditori.* immò videtur concedenda: vt infra, de pigno. l. si Titia. quæ est contra. Solu. hic creditor sciuit alienam tempore obligationis: ibi non, secundum Io. Vel ibi licet sciret creditor, tamen asseuerabat debitor suam ipso præsente, & asserente idem. vnde potest redargui ex suo mendacio: vt in fine huius. l. Vel solu. vt ibi.

o *Pigneratitiam.* id est hypothecariam. Accursius.

p *Dominum.* scilicet rei pigneratæ. Accursius.

q *De pignore.* scilicet sic, vt ex suo mendacio arguatur: id est, argui possit: vt quia asseuerabat iste, qui nunc est hæres, quòd res erat obligantis. & hæc verior. Vel dic, quod consenserat hic hæres, idémque dominus postea, quòd eadẽ res sit pignori, quasi defunctus obligare nõ potuerit: iste tamen improbè resistit quò minus vtilis, id est efficax actio moueatur: quod dicebat eo vt defunctus ex suo mendacio redarguatur: sed hoc dicere non potest, vt hic dicit. Vel dic, quòd defunctus suam dixit, in absentia domini veri: creditor tamen fuit ignorans: vnde vtilis actio datur: vt sic defunctus ex suo mendacio arguatur: secundum vltimã expositionem, & secundũ secundam. Nota ergo, hæredem non posse defuncti mendacium allegare: vt. C. de ser. pigno. da. ma. l. si creditoribus. Vel quarto dic, quòd hic hæres consensit postquã fuit hæres. non ergo resistit quò minus & cætera. nisi ex sua & cætera. hoc enim inde sequitur: quia ex sua & cætera.

Creditor.]CASVS. Si creditor pignus vendidit: & plus consecutus fuerit debito, cõuenitur à debitore pignerat. actione ad id quod excesit restituẽdum. neque liberabitur si velit actionem suam cedere contra emptorem. Viuianus.

r *Delegare.* immò videtur audiendus: vt supra, eo. l. eleganter. §. si vendiderit. quæ est contra. Solu. hic iam exegerat pretium: ibi non. Vel hic debitor expectare vult diem: ibi non. Vel hic pure erat soluendum: ibi non. Vel hic vult delegare: ibi mandare.

&

BIU Cujas

& qui mandat, non liberatur: qui delegat, sic. Vel ibi non fuit in culpa: vt quia propter expectationem melius vendidit: hic fuit in culpa. Hæc solutio vera videtur ex litera contrariæ. l. Vel dic, q̃ hic creditor volebat delegare: sed non cum suo periculo. secus si cum suo periculo: vt ibi. & hoc indicat finis huius legis. Vel hic creditor vult delegare:

debitor expectare, cui[a] est electio: vt ibi dixi.

* quæ rite[a] facta est, suum creditor negotium gerat.

Si creditor fuit in culpa restituendi instrumenta pignoris debitori tempore debito, tenetur ad interesse: secus si ei culpa imputari non possit. Bartolus.

XLIII. SCAEVOLA
libro quinto Digestorum.

LOcum purũ pignori creditori obligauit[b]: eiq; instrumentum emptionis tradidit[c]: & cùm eum locum inædificare vellet, mota sibi controuersia à vicino de latitudine, quod aliàs probare non poterat, petiit à creditore, vt instrumentum à se traditum auctoritatis exhiberet. [d] quo nõ exhibente, minorem locum ædificauit, atque ita damnum passus est. Quæsitum est, an si creditor pecuniam[e] petat, vel pignus vindicet, doli exceptione opposita: * iudex huius damni rationem habere debeat. Respondit, si operam nõ dedisset, vt instrumenti facultate subducta debitor caperetur: posse debitorem, pecunia soluta pigneratitia agere. Operam autẽ eo dante: [f] * tunc & ante pecuniã solutam in id, quod interest, cũ creditore agi.

Damnum in pignore datum auctoritate curiæ, non pertinet ad creditorem, qui in culpa non deprehenditur. Bartolus.

¶ Titius cùm pecuniam mutuã accepit à Gaio Seio sub pignore culleorum[g], istos culleos cũ Seius in horreo haberet, missus ex officio annonæ cẽturio culleos ad annonam sustulit: ac postea instantia[h] Gaij Seij creditoris recuperati * sunt. Quæro, intertrituram[i], quæ ex operis[k] facta est, vtrum Titius debitor, an Seius creditor agnoscere debeat? Respondit, secũdum ea, quæ proponerẽtur, ob id quod eo nomine intertrimẽti accidisset, non teneri[l].

* *Flo.* quæ fit, *ex facto* suum

* *posita, Flo.*

Digestorũ
seu Pandectarum, liber quartusdecimus.

DE EXERCITORIA actione.

TITVLVS I.

Dominus tenetur ex facto magistri per eum præpositi, sicut dominus ex facto institoris: cum sit eadẽ ratio, immò maior. Bart.

[a] *Quæ rite.* Si enim min⁹ rite facta esset vẽditio, volens superfluũ pretij offerre nõ audiretur, cum debitor rei vindicatiõe nõ careat.

[*Locum.*] CASVS. Fundum quendam emeram à Titio: & inde habebam instrumẽtum, in quo continebatur fundi latitudo & lõgitudo. postmodum eum Seio obligaui: & instrumentum tradidi. deinde cum volui in fundo illo ędificare, dicit mihi vicinus quòd latitudo illius fundi nõ tantum extendebat se sicut dicebam per vnũ pedem, vel duos. vnde accessi ad Seium creditorem: & eum petebam vt instrumentum exhiberet: vt per illud intẽtionem meam probarẽ. quod facere noluit: & ita deficiens in probatione succubui: & ita minorem locum ædificãdo dãnificatus sum. quæritur, an istud damnum mihi à Seio sit resartiendum. Et distinguitur. aut malitiosè & studiosè hoc fecerit: aut non. si sic, tenebitur. si non, non. [TITIVS.] Obligaui tibi rem aliquam: illam rem tu posuisti in horreo tuo: postea nuntij curiæ capiunt aliquid ex horreo tuo: & inter illas capiunt etiam rem meam: & eam deteriorant, rumpendo forte, vel alio modo. quæritur, vtrum mihi tenearis ad damnum illius rei? Et respondetur, quòd non. Viuianus.

b *Obligauit.* scilicet aliquis. Accursius.

c *Tradidit.* sic infra, de pignoribus, lege, cum conuenit.

d *Exhiberet.* sic & supra, de eden. l. argentarius. in principio. & supra, familiæ erciscundæ. l. si quæ cautiones. Accursius.

e *Pecuniam.* scilicet & non aliter.

f *Eo dante.* cum dare operam, sit dolus: videtur quòd hic de solo dolo teneatur. & sic videtur contra supra, eo. l. si cum venderet. §. fin. Sed certe propter hoc nõ remouetur quin culpa veniat: vt supra, eo. l. si seruus. Accursius.

g *Culleorum.* vasa quædam erant de corio, quibus annona & vinum mensurabatur: vt infra: de an leg. l. legatum. §. vini. Acc.

[a] *Intertritura, & intertrimentum, inquit Bud. hic: dãnum rei detritæ significat.*

h *Instantia.* cautè ponitur, instantia: vt creditoris diligentia appareat: vt sic non teneatur: vt in fine dicit. Accursius.

i *Intertrituram.* [a] id est deteriorationem. Accursius.

k *Ex operis.* id est operationibus quas exercebat centurio in eis.

l *Non teneri.* scilicet Seium creditorem emissum ab officio: cum ei culpa non possit imputari: vt argu. infra, ad. l. Rhod. de iac. l. si. §. j. & ij. & ar. infra, de peri. & com. rei ven. l. lectos. Accursius.

[b] *Ad materiã huius ti. vide Bald. in rub. C. e. vbi pulchre ponit.*

DE EXECITORIA ACTIONE[b].

Dictum est supra de pigneratitia actione, quæ est accessoria: nunc de exercitoria, quæ & ipsa alterius obligationis accessoria est. & idem de aliis seq. dicas. Et not. quòd hic titu. differt à superiori, nau. cau. quia ille datur solummodo propter res receptas: vnde nisi res receptæ sint, locũ non habet: hic autem propter contractum cum exercitore vel magistro datur, secundum Azo.

VTilitatem.] CASVS. Habebam nauem meam: posui magistrum. si quis cũ eo contrahat, quia ita cõtrahens potest ignorare conditioné magistri propter necessitatem nauigandi: æquum est me teneri ad exẽplum illius qui aliquem præposuit tabernæ vel negotiationi: cum tamen hæc non sit similis necessitas cõtrahendi: quia contrahens cum institore potest deliberare expediat sibi contrahere, an non: sed non in eo qui cõtrahit cũ magistro nauis: quia locus & tempus non patiũtur plenius deliberandi consiliũ. potest enim cõtingere vt loc⁹ sit periculosus in quo debet fieri contractus vel * tempus aptum ad nauigandũ, cogat nauigare. Flo. [MAGISTRVM.] Præposui plures nautas naui meæ: quis eorũ dicatur magister? ille &c. & hoc in prima. Si vero contrahatur cum nautis: an in me danda sit actio? Dicit, q̃ nõ: licet ex delictis eorũ debeã teneri: quia alia est causa &c. & quia qui magistrum præponit, cum eo contrahi permittit. sed si nautæ dolo vel culpa aliquid cõmiserint: de dolo & culpa eorũ debet præponẽs teneri. & hoc in secũda. [MAGISTR.] Præposui magistrũ naui, vt eam locet, ad merces emẽdas vel vendẽdas. Itẽ vt peregrini in ea trãseãt, vel ad armamenta emenda. & sit mercibus emendis præpositus, hoc nomine tenebitur. & hoc in prima. Non autem refert, seru⁹ fuerit, an liber: & si seru⁹, an exercitoris, an alterius: & cuiuscunq; ætatis, quæritur. Et dicitur, q̃ non refert: & sibi imputet qui talẽ præposuit. & hoc in secũda. [MAGISTRVM AVTEM.] Non solum intelligitur magister quem exercitor præposuit: sed etiam ille quem magister qui præpositus est præposuit, siue sciuerit, siue ignorauerit, exercitor talem magisterio fungi: quia si scit eum præpositum, videtur q̃ de facto primi magistri impositi teneatur. & hoc facilius admittitur in magistro quàm in institore. & hoc in prima. Sed quid si prohibeat exercitor ne aliũ magistrũ præponat, vel nec tulem, puta Titium? Adhuc tamen ex contractu illius tenebitur. & hoc in secunda. [NON AVTEM.] Dictũ est supra, q̃ exercitor tenetur de contractibus magistri quem naui præposuit. quæritur tamen si de omni contractu magistri teneatur? Et rn. q̃ non nisi de his quæ concernunt nauem, vel iis quæ fiunt in naui causa nauigatiõis. & prosequere textũ qui procedit per exempla. & plenus est vsq; ibi, sed & si in pretiis. [SED ET SI IN PRETIIS.] Dicit, si magister nauis decepit aliquem emendo res necessarias ad nauẽ: dãnum spectabit ad exercitorẽ. [SED ET SI.] Præposui magistrum naui: hic magister mutuauit pecuniam ab aliquo in refectionem nauis: certe ego huic mutuanti teneor. Sed quid si magister accepit pecuniã mutuo ab alio vt soluat huic qui in refectionem nauis mutuauit: an ego tenear? Et respõ. q̃ sic, quasi & iste mutuauerit in refectionem nauis. deinde ponit quasdam limitationes contractuũ: quas solebant exercitores apponere magistris. & prosequitur vsque ibi, si plures. Text⁹ satis clarus est. [SI PLVRES.] Præposui tres magistros naui meæ: nec eis diuisi officia eorum. Dicit: quidquid actum est cum vno, siue contractum, ego ad illud teneor. Si autem diuisa sunt eorum officia: puta vnus habet potestatem locandi, alter pretium exigendi: tunc teneor tãtum de illo quod actum est cum vno eorũ in eo in quo habet potestatem. Item si eos præposui, ne alter sine altero aliquid agat: si aliquid actum est cum vno tantũ, non teneor. & sic ria dicit hic. §. Casus. §. exercitorẽ. plan⁹ est vsque ad. §. est autẽ. [EST AVTEM.] Dicit iurisconsultus, q̃ qui contrahit cum magistro nauis, habet electionem quem velit conuenire, exercitorem, an magistrum. [SED EX CONTRARIO.] Dictum est supra, quòd contrahentibus cum magistro nauis, datur actio in exercitorem. Sed dubitatur: quid econtra, vtrum scilicet exercitori

BIU Cujas

citori detur actio contra contrahentes cum magistro? Et dicit, ꝙ non: ratio, quia non est eadem necessitas: tamen subuenitur exercitori extra ordinem. [*SI IS.*] Habebam nauem, & filium, & seruum. si filius vel seruus nauem exerceat per magistrum, & contrahatur cum magistro: qualiter ego pater vel dominus tenear, quæritur. Et distinguitur: aut sciui & volui. & tunc aut tacitè, aut expressè: aut ignoraui. Primis duobus casibus teneor ego pater vel dominus insolidū: quia publicè interest vt insolidum sciens, & tacitè vel expressè tenear. sec⁹ in tributoria: quia si seruus meus vel filius negotietur ī merce peculiari me sciēte & volente expressè, vel tacitè: non teneor insolidum, sed inquantū merces peculiares patiuntur: vt pro portiõe debita contribuātur. hoc vsque ad. §. sed si. vbi redit ad primum casum, dicens quòd si scio vel filium vel seruum nauem exercere, mea tamen voluntate non interueniente: an teneat insolidum, sicut in primo casu cū sciui & volui, tacitè vel expressè, aut non, vt in tributoria? Et respondetur, ꝙ in dubio melius est seruire verbis edicti inducentis vt nō teneat insolidum: & sicut in tributoria sola scientia, vel nuda voluntas, tacitè vel expressè interueniens, non inducit obligationē insolidū: nec in exercitoria scientia, vel voluntas tacita, vel expressa, ī casu hoc: & in hac sententia declinat, vt ego præponens, sciens, volens, tacitè vel expressè, tenear exercitoria: sciens & volens, de peculio. hoc vsque ad. §. in potestate. vbi dicit quòd non refert cuius sexus fueritis qui ī potestate est. Si peculiaris seruus filij mei, vel vicarius seruus, serui mei nauem exerceat per magistrum, me sciente & volente, teneor insolidum. & filius si eo volente & sciente nauem exerceat, teneor insolidum. & hoc vsque ad. §. quamquam. vbi dicit, quòd quāuis dictum sit supra. §. si is, & cætera. quòd licet dicatur quòd in magistrum detur actio: tamen si contrahitur vel cum seruo, vel cum filio nauem exercente, sciente & volente domino, vel patre: dominus vel pater tenebitur insolidum. [*HAEC ACTIO.*] Si præposui exercitorem in naui mea: & ipse simpliciter præposuit magistrum in naui mea: ex contractu suo vterque nostrum tenebitur, hoc est ego & exercitor. sed si cum alterutro actum fuerit & exactum, tollitur obligatio: neque contra alterum agi poterit. [*SI PLVRES.*] Plures domini vnius nauis magistrum præposuerunt: an ex contractu ipsius quilibet insolidum teneatur, quæritur. Et dicitur quòd sic, ne contrahens cum vno actionem suam diuidere cōpellatur: neque refert pro qua parte quilibet dominus sit. Viuianus.

a *Qui ignoret.* publica enim est: vt infra, eadem. l. §. ideo autem. Accursius.

b *Locus.* vt quia in periculoso loco maris sunt. Accursius.

c *Tempus.* vt quia tempus est bonum: vnde vult incipere

I. VLPIANVS libro vicesimo octauo ad Edictum.

VTilitatē huius edicti patere, nemo est ꝙ ignoret[a]. † Nā cū interdū ignari, cuius sint conditionis, vel quales, cum magistris propter nauigādi necessitatem contrahamus: æquum fuit, eum qui magistrū naui imposuit, teneri: vt tenetur, qui institorem tabernæ, vel negotio præposuit: cum sit maior necessitas cōtrahendi cum magistro, quàm [cum] īstitore. quippe res patitur, vt de conditiõe quis institoris dispiciat, & sic contrahat. in nauis magistro non ita. Nam interdum locus, [b] [vel] tempus [c] non patitur plenius deliberandi consilium.

Magister obligat dominum ex omni facto ad quod præponitur, de conditione ipsius personæ, seu destinatione distinctione non habita: nauta verò ex solo debito dominum obligat. hoc dicit vsque ad. §. magistrum.

℣ Magistrū nauis accipere debemus [eum,] cui totius nauis anchora [d]* mandata est. Sed si cum quolibet nautarū [e] sit cōtractum, non datur actio in exercitorem: quamquam ex delicto cuiusuis eorum, qui nauis nauigandæ causa in naue sint, detur actio [f] in exercitorē. Alia enim est contrahendi causa, alia delinquendi. Siquidem qui magistrum præponit: contrahi cum eo permittit. Qui nautas adhibet, non contrahi cum eis permittit: sed culpa & dolo carere [g] eos curare debet. Magistri autem imponuntur, [vel] locādis nauibus, vel ad merces, [h] vel vectoribus [i] conducendis, armamentísve [k] emēdis. Sed etiam si mercibus emendis, vel vendendis fuerit præpositus, etiam hoc nomine obligat exercitorem. ℣ Cuius autem conditionis [l] sit magister iste, nihil interest: vtrùm liber, an seru⁹ [sit:] & vtrum exercitoris, an alien⁹. Sed nec cuius ætatis sit, interest: sibi imputaturo, qui præposuit.

Magister habet auctoritatem alium substituendi, etiam si sibi fuerit interdictum: & ex substituti persona obligatur dominus. Bartolus.

℣ Magistrum autem accipimus non solum, quē exercitor præposuit, sed & eum, quem magister. [m] & hoc consultus Iulianus [n] in ignorāte exercitore respondit. Cæterùm si scit, & passus est eum in naue magisterio fungi: ipse eum imposuisse [o] videtur. Quæ sententia mihi videtur ꝓbabilis. Omnia † enim facta [p] magistri debet præstare, qui eū præposuit. alioquin cōtrahentes decipientur. Et facilius hoc in magistro, quàm [in] institore [q] admittendum [est,] propter vtilitatem. Quid tamē si sic magistrum præposuit, ne alium ei liceret præponere? [r] an adhuc Iuliani sententiā admittamus, videndum est. Fingenim & nominatim eū prohibuisse, ne Titio magistro vtaris. Dicendum tamen erit, iter. Et sic notandum est, quòd ex tempore & loco iura varia statuuntur. sic & infra, depos. l. prima. §. merito. argumen. contra Cod. de tempo. in integr. restituti. l. superuacuam. Item est contra, infra, de regulis iur. l. qui cum alio. Sed ibi quando necesitas non imminet: hic sic. Vel dic, quòd & hic aliqua inquirenda sunt, scilicet an & in eā causam præpositus sit: vt infra, eadem. l. §. non autē. Item not. ex hoc quod hic dicit, & infra, eadem. l. §. ideo autem. quædam specialia esse in hac actiõe. Ac

Iura varia ex tpe & lo statuuntur.

d *Anchora.* id est gubernatio à domino.

e *Nautarum.* qui dicuntur nautæ, dic vt supra, nau. cau. stabu. l. prima.

f *Detur actio.* scilicet in factum ex quasi maleficio. Et sic not. quòd ex contractibus nautarum dominus non tenetur: sed ex delictis sic, si modo damnum datum fuit in naui: aliud si extra: vt supra, nau. cau. l. debet. & l. parui. §. finali. Et est ratio quare teneatur, qa vtitur opera malorum hominum: vt infra, de actio. & oblig. l. ex maleficiis. §. finali. & insti. de oblig. quæ ex quasi deli. §. penul. & infra, fur. aduer. nautas cau. l. prima. in principio. & supra, nau. cau. sta. l. finali. §. hac aūt actione.

g *Carere.* qua nō carent si delinquant: vt supra, nau. cau. sta. l. fina. §. hac autem actione. & instit. de obli. quæ ex quasi contrac. nasc. §. penul. in prin.

h *Vel ad merces.* scilicet emendas, vel vendendas. H. Vel dic, cōducendas vt portētur.

i *Vel vectoribus.* dicitur vector, qui vehitur. & ita hic. Item qui vehit. & sic infra, titu. j. l. ij. Sic dicitur hospes, qui recipit, & qui recipitur.

k *Armamentisve.* scilicet pro naue.

l *Cuius autem conditionis.* sic & in institore: vt. j. de īsti. act. l. sed & si quis. §. parui. Et in eo cui ꝓ me restituitur hereditas: vt. j. ad Trebel. l. quamuis. §. fi. & l. fi. & argu. ff. de mino. dēnique. §. fi.

m *Magister.* s. vt ex contractu secundi magistri exercitor, etiam ignorans, teneatur: vt hic. & ff. nau. cau. l. prima. §. & sunt. & infra, de tribu. act. l. procuratoris. §. item parui. Accursius.

n *Iulianus.* subaudi de eo qui præpositus est à magistro, scilicet ignorante exercitore.

o *Imposuisse.* ergo hic cōuenitur non tanquā alius prēposuit: sed tanquā ipse. Azo. No. ergo de patientia, ꝙ pro consensu habeatur. sic &. j. loca. cum plures. §. locator horrei. &. j. de tributo. l. j. §. scientiam. Iteē notandum est ꝙ facere videtur, qui per alium facit: vt & supra, quod cuiusque vni. no. l. item. §. si decuriones.

Patientia pro cōsensu habetur.

p *Omnia enim facta.* interuenientia gratia eius rei in qua præpositus est: vt hic, & infra, eadem. l. §. non autem. &. C. eodem. l. prima. Accursius.

q *Institore.* sed & in institore admittitur: vt infra, de instito. l. cuicumque. §. fi.

r *Præponere.* id est, substituere. Accursius.

r *Nauigantium.* scilicet vt teneatur exercitor. Nam qui contrahit cum Titio videtur contrahere cum magistro, qui præposuit eum. cum ergo ego exercitor conueniar de eo quod est cũ magistro contractum: & de hoc tenebor quod contractum est cum Titio, secundum Io. Secus tamen est in institore: vt infra, de instito. l. sed & si pu. §. j. Accursius.

Synedria quid sit. Schedia habent Pand. Flo. & ita legit Bud. hic. Est autem schedia græcè, ratis Latinè. i. nauigiũ temerefactiũ & incondium vt trabes cõnexæ & sine fabrica compacta, quæ nauigii vicẽ pbẽt. hæc ille,

b *Synedria sit.* nauis est quæ nauigat in illũ locũ vbi hincinde volui tur aqua. Vel dic, id est paruula nauis. vel dic à portu vel à loco sic dicta.

c *Præpositus.* non autẽ in aliis: vt. j. e. l. §. igitur præpositio. & sic in institore: vt infra, de insti. l. cuicumque. §. non tamen. Sed argu. contra. j. quod cum eo l. fi. Sol. ibi fecit quę dominus erat solitus facere: licet non in eam rẽ specialiter præpositus sit: vt ar. supra, titu. j. l. vel vniuersorum. Accur.

d *Locatum sit.* id est locatio nauis facta.

e *Impensum.* ad quod reficiendũ semper præpositus intelligitur, nisi contrarium sit expressum.

f *Petent.* & sumpta est mutua pecunia ꝓpter hoc. Vel veri⁹ dic, peterent ex conuẽtione facta cũ magistro.

g *Mutuatus.* q. d. obligatur. Et dic exhibendos, id est alendos. Accursius.

h *Voluntatem.* dũ tamen creditor sciat pecuniam refectioni necessariam: vt infra, eo. l. finali.

i *Cur talem.* Sic ergo primum propositũ inspicitur: vt hic, argu. j. de solu. cum quis. §. j. Sed argu. contra infra, ad Macedo. sed Iuliano⁹. §. sed si ab initio. & infra, de in rem verso. l. iij. §. quid tamen.

a Dic, quòd ibi mutauit propositum in melius: vnde sufficit bonus euentus: secũdum Bart. hic.

ADDITIO. Dic, ꝙ prędicta loquunt, quãdo quis contrahit cum habente mãdatum: lex vero contraria loquitur, quando contrahitur cum eo qui nullum habet mandatũ. vnde creditor debet esse magis caut⁹: vt in volũtatẽ domini, seu in causã domini cõuertatur, secundum Bartolum.

k *Non expresserit.* nec creditor expresserit se ad hoc dare. Nã si creditor exprimat: licet ipse à principio habuit consiliũ fraudandi creditoris, tamen dabitur actio creditori in exercitorem, si modo sciebat pecuniam refectioni necessariam: vt infra, eo. l. fi. Accursius.

l *Fefellit.* scilicet creditorem. Accursius.

m *Creditoris.* semper intelligas, nisi quid posit imputari creditori: vt infra, eo. l. fin.

n *Liberauit.* Not. ꝙ creditor liberatur. & sic impropriè. sic infra, de acceptila. l. j. & supra. de negot. gest. l. fi pupilli. §. j. & infra, ad Macedon. sed Iulianus. §. penul. Sed & ꝓpriè hoc posset poni: vt quia eum ab aliquo alio suo creditore liberaret. Accursius.

o *Quod.* id est quia.

p *Erit.* vt infra, de instito. cuicumque. §. & non tamen. & argu. infra, de re. eo. l. si pupil. lorum. §. si prator.

q *Canabi.* quæ sunt le uia pondera.

r *Emphractæ.* id est, habiles ad portanda le uia pondera. Vel dic, habiles ad portandos homines. b

s *Officia.* id est non assignato cuique officio suo.

t *Exercitorem.* cui libet enim insolidum commisisse videtur: vt hic. Sic & in pluribus tutoribꝰ: vt. C. de auct. præ. l. finali. & pluribus curatoribus: vt infra, de cura. furi. l. consilio. §. quæsitum. & pluribus fabricensibus: vt. C. de fabricen. l. iubemus. decimo.

u *Imputabit.* seruanda est enim talis lex, id est pactum: vt & infra, de institoria actio. l. sed & si. §. condictio. & infra, man. l. idemque. §. si quis ea. & §. de arbi. l. parui. in fine. & infra, depos. l. prima. §. antepenu. Sed contra, infra, de administratio. tutorum. l. quidam decedens. §. Papinianus, vbi commisit tutelam paterfamil. cuidam cõsilio matris administrandam. Sed ibi ideo non tenetur tutor ex necessitate consilium matris assumere: quia nec tutrix ipsa esse poterat: aliàs, debet stare eius consilio: vt infra, eod. titu. l. Titium. Item est contra, supra, ea. l. §. magistri. in fin. §. Solu. hic bi duo pro vno habentur tantum. si enim cũ vno tantum contrahatur, cum præposito non videtur contractum: sed ibi contrazit cum Titio quem præpo-

eo vsque producendam vtilitatem nauigantium. [a] Nauem accipere debemus, siue marinam, siue fluuiatilem, siue in aliquo stagno nauiget, siue synedria [b]* sit.

Hic est valde notabilis. §. & hoc dicit. Si magister contrahit in re in qua præpositus est: tacite dominus obligatur, si in hanc causam se contrahere exprimat. hoc primo. Item si contrahit simpliciter, nulla causa expressa: dominus non tenetur, nisi in eius vtilitatem versum appareat. Item si contrahit in causa in qua expresse prohibitus est: sufficit tunc expressio, licet vera non fuerit. hoc dicit. Et sic habet tres partes. Secunda ibi, quòd si ab initio. Tertia ibi, sed & si in pretiis. Item prima subdiuiditur: quia primo ponit vnum dictum, & illud exemplificat. Secundo mouet vnum dubium circa illud, & declarat. Secunda ibi, vnde quærit. vsque ad. §. sed & si in pretiis. Bartolus.

¶ Non autem ex omni causa prætor dat in exercitorem actionem, sed eius rei nomine, cuius ibi præpositus [c] fuerit, id est si in eam rẽ præpositus sit. vt puta si ad onus vehendum locatum [d] sit: aut aliquas res emerit vtiles nauiganti: vel si quid reficiendæ nauis causa cõtractum, vel impensum [e] est: vel si quid nautæ operarũ nomine petent. [f] Quid si mutuam pecuniam sumpserit, an eius rei nomine videatur gestum? Et Pegasus existimat, si ad vsum eius rei, in quam præpositus est, fuerit mutuatus: [g] dandam actionem. quam sententiã puto verã. Quid enim si ad armandã instruendámve nauem, vel nautas exhibendos, mutuatus est? Vnde quærit Ofilius, si ad reficiendam nauem mutuatus nũmos, in suos vsus conuerterit, an in exercitorem detur actio? Et ait, si hac lege accepit, quasi in nauem impensurus, mox mutauit voluntatem: [h] teneri exercitorem, imputaturum sibi, cur talem [i] præposuerit. Quòd si ab initio consilium cepit fraudandi creditoris, & hoc specialiter non expresserit, [k] quòd ad nauis causam accipit: contra esse. quam distinctionẽ Pedi⁹ probat. Sed & si in pretiis rerum emptarum fefellit [l] magister, exercitoris erit damnum, non creditoris [m]. Sed si ab alio mutuatus, liberauit [n] eum qui in nauis refectionem crediderat: puto etiã huic dandam actionem, quasi in nauem crediderit.

Modus præponendi est considerandus: qui si excedatur, dominus non obligatur. Bartolus.

¶ Igitur præpositio certam legem dat contrahentibus. Quare si eum præposuit naui ad hoc solum vt vecturas exigat, non vt locet, quòd [o] fortè ipse locauerat: non tenebitur exercitor, si magister locauerit. Vel si ad locandum tantum, non ad exigendum: idem erit [p] dicendum. Aut si ad hoc vt vectoribus locet, non vt mercibus nauem præstet, vel contra: modum egressus non obligabit exercitorem. Sed & si vt certis mercibus eam locet, præpositus est, puta legumini, canabi* [q]: [&] ille marmoribus vel alij materiæ* locauit: dicendum erit [exercitorem] non teneri. Quædam enim naues onerariæ, quædam (vt ipsi dicunt) ἐπιβατηγοὶ [r]* sunt. Et plerosque mandare scio, ne vectores recipiant: & sic, vt certa regione, & certo mari negotientur: * vt ecce sunt naues quæ Brundusium à Cassiopa vel à Dyrrachio vectores traiiciunt, ad onera inhabiles. Item quædam fluuij capaces, ad mare non sufficientes.

Iste. §. habet tres partes principales. Primo loquitur, quando plures magistri sunt præpositi simpliciter. Secundo, quando diuisim. Tertio, quando conditione adiecta. Secunda ibi, sed si diuisis. Tertia ibi, sed & si. & hoc dicit. Administratio priuata & vtilis ordinaria pluribus simpliciter concessa intelligitur insolidum. secus si diuisim. vel aliud sit expressum. hoc dicit vsque ad. §. exercitorem. Bartolus.

¶ Si plures sint magistri non diuisis officiis [s]: quodcumque cum vno gestum erit, obligabit exercitorem [t]. Si diuisis, vt alter locando, alter exigendo: pro cuiusque officio obligabitur exercitor. Sed & si sic præposuit (vt plerũque* faciunt) ne alter sine altero quid gerat: qui contraxit cum vno, sibi imputabit. *

BIU Cujas

præponi prohibuerat: & non ex persona Titij, sed eius magistri.

a *Obuentiones.* id est, parui & magni reditus. Accursius.

b *Auersionem.* i. in se periculo recepto: lucretur, vel nō lucretur.

c *Mulier.* vt. &. C. eo. l. & si à muliere. & ad hoc infra, ad Macedo. sed Iulia. §. interdum.

d *Exigemus.* ad eum obligandum: aliàs non obligat. & sic in adulto habente curatorem: vt. C. de in integ. re. mi. l. si curatorem.

e *Exercitorem.* scilicet prætoria, vt exercitoria. Accursius.

f *Conuenire.* scilicet ciuili: vt ex empto, vel simili. Sic &. §. nau. cau. sta. l. licet. §. possumus. Accursius.

g *Nō pollicetur.* s. ex cō tractu magistri. & est passiui generis hic. Sed cur non? Rñ. secundū Ot. quia nō est procurator specialis, sed generalis: sed tu dic rationē, vt subiicit: quia &c. secus autem in institore: vt infra, de insti. ac. l. j. in fi. & l. ij. Acc.

h *Mandati agere potest.* exercitor: vt infra, eo. l. si eum qui. Ac.

i *Ministerium annonæ.* quod naues exhibent.

k *Extra ordinem.* scilicet si magister nō fuerit soluendo: vt arg. j. de insti. act. l. j. in fi. Et dic extra ordinē, id est, officio iudicis dando, vel vtilem actionem. Sed cū sit actio in magistrum ordinaria, nō videtur extraordinariū auxilium dandum: vt. §. de mino. in causæ. in princi. quæ est contra? Respon. hic competere non videtur, cū non est soluendo: vt & supra, de dolo. nā is. Vel ibi ipso iure erat minor tū: hic ope exceptiōis.

constituisse[a] existimandus est.

Informis patientia habetur pro consensu, in his quæ sunt modici præiudicii. secus si magni. Bartolus.

VII. VLPIANVS libro vicesimo nono ad Edictum.

QVam Tuberonis sententiam[b] & ipse Celsus probat: & adiicit, pupillū, vel furiosum constituere quidē peculiū seruo non posse: verū ante constitutū, id est, [vel] ante furorem, vel à patre pupilli, nō adimetur ex his causis[c]. quę sententia vera est: & congruit cum eo, quod Marcellus apud Iulianum notans adiicit, posse fieri, vt ex [duobus] dominis apud alterū, seruus peculiū habeat, apud alterū non: vtputa, si alter ex dominis furiosus sit, vel pupillus[d]: si vt quidā (inquit) putant, peculium seruus habere non potest, nisi concedente[e] domino. Ego autem puto, non esse opus concedi[f] peculiū à domino, seruum habere[g]: sed nō adimi[h], vt habeat.

Alia causa est peculij liberæ administrationis[i], nā hæc specialiter[k] concedenda est. Scire[l] autem non vtique singulas res debet [dominus ex necessitate[m],] sed παχυμερέστερον. † & in hāc sententiā Pōponius īclinat.

Hic exponit verbum, seruus, positum in definitione. Bartolus.

Pupillum[n] autem tam filium quàm seruum, peculium habere posse, Pedius libro quintodecimo scribit: cum in hoc, inquit, totum ex domini constitutione pendeat. Ergo & si furere cœperit seruus, vel filius, retinebunt peculium.

Hic exponit verbum, quod positum est in definitione. Bartolus.

In peculio autem res esse possunt omnes[o], & mobiles, & soli. Vicarios quoque in peculiū potest habere, & vicariorū peculium: hoc amplius, & nomina debitorū. Sed & si quid furti actione seruo debetur, vel alia actione: in peculium computabitur: hæreditas[p] quoque, & legatum, vt Labeo ait. Sed & id, quod dominus sibi debet, in peculium habebit, si fortè in domini rationem impendit[q], & dominus ei debitor manere voluit[r], aut si debitorem eius[s] dominus conuenit[t]. Quare si fortè ex serui emptione[u] euictionis nomine duplum dominus exegit, in peculium serui erit conuersum: nisi fortè domin' eo proposito fuit, vt nollet hoc esse in peculium serui. Sed & si quid ei conseruus debet, erit peculij: si modò ille habeat peculiū, vel habebit[x].

Hic exponit verbum, separatum à rationibus dominicis, positum in definitione. Bartolus.

VIII. PAVLVS libro quarto ad Sabinum.

NOn statim quod dominus voluit ex re sua peculij esse, peculium fecit: sed si tradidit: aut cū apud eum[y] esset, pro tradito habuit. Desiderat enī res naturalē dationē. Cōtra autē[z], simul atque noluit, peculium serui desinit peculiū esse.

Quod dominus subtraxit, vel deleuit, non est in peculio: secus si seruus subtraxit. Bartolus.

IX. VLPIANVS libro vicesimo nono ad Edictum.

SEd si damnum seruo domi nus dederit, in peculiū, hoc non imputabitur: non magis, quàm si subripuerit. Planè si cō seruus dedit damnū, vel subripuit: ī peculiū videtur haberi[a].

g *Habere.* scilicet semper.

h *Adimi.* dūmodo dicat, vt habeat in peculium: vt. j. l. proxi. Sed non, scilicet aliquādo. & sic ex tacita volūtate habet peculiū seruus, ex quo scit dominus. quod dic, vt. s. eo. l. peculiū. Accursius.

i *Administrationis.* cum res sint apud seruum: vt hic, & supra, de mino. l. etenim. & tales sunt res, quas verisimile est dominū velle habere: vt infra, eo. l. non solum. secus si non sunt apud eum: vt supra, eo. l. peculium. in prin. Accursius.

k *Specialiter.* Hoc ideo, quia continet alienationes rerū. Item solui ei potest à debitore peculiari, & ipse aliis soluere: vt infra, de sol. l. quod seruus. & delegare: vt infra, eo. l. libera. in fi.

l *Scire.* quando dominus concedit peculium.

m *Ex necessitate.* sed esse eius voluntatis, vt sint apud seruum in peculio, etiam quę ignorante eo quæruntur: vt infra, eo. non solum. in princ. &. l. peculium & ex eo. Accursius.

n *Pupillum.* propriè, quoad eum qui liber est: improprie, quo ad seruum impuberem: vt infra, de verb. sig. l. pupillus. immò propriè, quo ad vtrumque.

o *Omnes.* id est, omnis generis res, si tamen in bonis alicuius esse possunt. secus ergo in sacris rebus, religiosis & sanctis, & libero homine: quę sunt in bonis nullius: vt insti. de rerum diui. §. nullius. Accursius.

p *Hæreditas.* seruo relicta.

q *In domini rationem impendit.* scilicet seruus, vel ipse dominus accepit: vt infra, de in rem ver. l. filius. in fi. Sed cō tra videtur: quia peculio seruo legato, non videtur hoc debitum à domino relictū, quod seruus in rationes domini impendit. vt. j. de pecu. le. l. si peculiū. §. sicut. & institu. de lega. §. peculium. quæ sunt cōtra. Sed dic, cp ibi speciale: quia & totū aliud peculiū seruus lucrat. vnde & hoc domino remisisse, fingit: vt. j. māda. si vero nō remunerādi. §. idē Pōponius. Vel ibi noluit dominus illud in peculium computari. Ac.

r *Voluit.* id est, non noluit: vt infra, statim, nisi forte &c. quod est medium inter velle & nolle: vt. s. de tribut. l. j. §. penul. Accur.

s *Eius.* scilicet seruum.

t *Conuenit.* & exegit.

u *Emptione.* quam fecit seruus. Accursius.

x *Vel habebit.* aliàs nullus esset effectus debiti.

y NOn statim. *Apud eum.* scilicet, seruum.

z *Cōtra autē.* No. nā nō sic de leui fit datio, vt ablatio: vt. s. e. l. peculiū. §. si vero nomina. Sed argu. cōtra. j. de reg. iur. l. nihil. & ī authē. de defē. ciui. §. nō habēte. & īsti. de hęre. qua. & dif. §. fi.

a *Sed si damnum. In peculium videbitur haberi.* Nunquid solum simplum, an vero & pœna? Respon. simplum: vt infra,

BIU Cujas

de pecu.lega.id quod. §. si conseruum. Ioan.facit infra,eo.si noxali.§. sed si à debitore.contra.

a *Ab eo.* scilicet extraneo. Accursius.[*PECVLIVM.*]*CASVS.* Si seruus domino debeat, illud deducetur, & residuum intelligitur peculium esse. Item & si quid debeatur his, qui sunt in potestate domini: puta filiofami.vel seruo, vel iis,qui sunt sub eius tutela, vel cura: & his omnibus casibus deducet, nisi dominus fuerit in dolo: puta, quia dolo induxit, vel seruum, vel filiũ,vt se illis obligasset: vel quia in fraudem peculiarium creditorum peculium ademerat, vel minuerat: quia in hoc casu deducit.& si in prædictis deducet, cum sibi quid à seruo debeatur, & his qui sunt in potestate: quare non deducet, si quid debeatur iis, qui in tutela, vel cura sua sunt: quia dominus his tenetur: & à te exigere debet: & ideo deducit: quia non est verisimile dominum illud velle esse in peculio, quod sibi debetur, vel illis, pro quibus debet à se exigere dominus,si sit debitor alicui[9],cuius negotiũ, vel tutelá gerit.[*SED ET CREDITOR.*] Habebam seruum: aliquis cum eo contraxit: & factus creditor fuit in decem.decessi,& eundem creditorem hæredem instituí. hic creditor deducit quod sibi debetur, si conueniatur ab aliis creditoribus. Siue seruus accepit libertatem in testamento meo, siue non, item siue legatus fuerit pure,siue sub conditione: alicui non obest, quo minus deducat, quod sibi debet seruus : licet dominium serui pure legati, nullo momento apud hæredem remanserit. Cum vero sub conditione legatus fuit, in hoc casu minus dubium est:quia hæres deducet. Et hoc probat Iulianus tali exemplo : Seruus Titij tenebatur mihi in decem: decessit seruus, vel Titius: eum manumisit postea Titius, & me hæredem instituit.intra annum à tempore mortis serui, vel manumissionis conuenior de peculio.deducam quod mihi à seruo debetur : quia intra annum,cum tibi successi, conueniri de peculio potero : neque tamen dominum serui nunquam nactus fui.[*SIVE.*]Non refert ex contractu, quid domino debeatur à seruo , an nomine reliquorum: puta quædam in bonis domini intulit seruus : quædam non intulit adhuc.si ergo seruus domino furtum fecerit, dominus deducet. Sed an simplum, an duplum, perinde ac si extraneus fecisset furtum ? Respon.tantum simplum deducet. & hoc in prima.[*SI IPSE.*]Si seruus se vulnerauit, & sic deterior factus est in quinque, cum valuit decem : an illa quinque possit dominus deducere, si conueniatur ab aliis creditoribus, quòd seruus deterior factus fuerit in quinque, quæritur. Et respon. quòd non, non magis quam si se occidisset.& hoc in secunda.Si vero sumptum aliquem dominus fecit in curando eum vulneratum à seipso seruo : an eum deducere possit ? Dicitur, quòd sic: licet aliàs si ægrum eum curasset & impendisset, non deduceret:quia videtur donasse : cum ad hoc tenebatur. & hoc in tertia . Item si dominus pro seruo suo obligatus sit, deducet : nisi in rem domini versum est: quo casu secum compensabit.& hoc in quarta. Sed & si dominus fideiusserit pro seruo, deducet. Iulianus tamen distinguit in prædictis duobus casibus : cum dominus iussit, & fideiusserit, non adhuc soluit ex his causis,an non deducet:vt si soluat, deducat:alioquin non:sed creditori soluat accepta cautione à creditore, quòd sibi refundet retro : si ab eo apud quem fideiusserit,vel ab eo, qui iussu suo credidit conueniatur,vt sic possit creditor medij temporis interusurium, id est commodum consequi vsurarũ.[*SED SI.*]Duo erant creditores peculiares serui ab vno dominus conuentus de peculio, & condemnatus,si postea ab alio cõueniatur: an possit deducere, quod alij debet ex condemnatione, quæritur. Et respon.quòd sic: quia perinde est ipsum condemnatum esse , ac si soluisset sponte.& hoc in prima. Si vero ab alio conuentus, & litecontestata.pẽdẽte adhuc iudicio ab alio conueniatur, & condemnetur: an possit deducere id, pro quo erat conuentus priori iudicio, quæritur.Et respon.quòd non:quia in actione de peculio,potior est conditio eius, qui ad sententiam prius peruenit, quàm qui litem prius contestatus est.hoc dicit vsque add.si noxali. Viuianus.

& ita Pomponius libro vndecimo scribit. Nã & si quid dominus ab eo[a], qui rem peculiarem subripuit, vel cõsecut[9] est, vel cõsequi potest : in peculiũ esse ei iputandũ,Neratius libro secundo responsorum scribit.

Id quod debetur domino, non censetur esse de peculio : quia tacite videtur esse à domino exceptum, vel exactum.hoc dicit. Pau.de Cast.

¶Peculiũ autẽ deducto, quod B domino debetur, computandum esse[b] :quia præuenisse dominus, & cum seruo suo egisse creditur. Huic definitioni Seruius adiecit[c]:& si quid his debeatur,qui sunt in eius potestate[d]:quoniam hoc quoque domino deberi nemo ambigit.

De peculio deducitur non solum id,quod debetur patri, vel domino:sed etiã id, quod debetur ei qui est sub tutela, vel cura ipsius domini, vel patris:aut cuius negotia ipsi gerunt.hoc dicit. Pau.de Cast.

¶Præterea id etiam deducetur, quod his personis debetur,quę sunt in tutela,vel cura domini, vel patris, vel quorum negotia administrant,dummodo dolo careant[e]:quoniam & si per dolum peculiũ vel ademerint, vel imminuerint , tenẽtur[f]. Nã & si semper præuenire domin[9], & agere videtur:cur non dicatur etiam hoc nomine eum secum egisse,quo nomine vel tutelę,vel negotiorum gestorũ[g], vel vtili actione[h] tenebit̃ ? Nã, vt eleganter Pedius ait, ideo hoc minus in peculio est,quod domino, vel patri debet̃, quoniam non est verisimile, dominum id concedere seruo in peculium habere, quod sibi debetur. Sanè cùm ex cæteris causis ipsum à semetipso exegisse dicimus[i], qui negotia,vel tutelam gerit:*cur non etiã in specie peculiari exegerit[k], quod exigi debuit[l] ? Defendendum igitur erit, quasi sibi eum[id] soluere[m],cum quis[n] agere de peculio conabitur.

De peculio deducitur etiam, quod debetur hæredi patris, vel domini, non tanquã hæredi domini: licet non efficiatur dominus serui per aditionem: vt quia fuit illi relicta libertas purè, vel ipse seruus fuerit pure alteri relictus : vel fuit ipse mortuus vel manumissus: & agatur de peculio intra annum. hoc dicit vsque ad.§. siue autem. Pau.de Cast.

¶Sed & creditor serui qui hæres extitit domino eius : deducit de peculio,quod sibi debetur,si cõueniat̃, siue libertat̃[o] seruus acceperit,siue nõ.Idémque[p] & si legat[9] sit purè seruus. Nã quasi præuenerit,& ipse secũ egerit:sic deducet,qđ sibi debet̃,[si conueniat̃[q],]licet nullo momẽto dominiũ in manumisso[r], vel legato purè habuerit.[f]

a *Ab eo.* scilicet extraneo. Accursius.[*PECVLIVM.*]*CASVS.* Si seruus domino debeat, illud deducetur, & residuum intelligitur peculium esse. Item & si quid debeatur his, qui sunt in potestate domini: puta filiofami.vel seruo, vel iis,qui sunt sub eius tutela, vel cura: & his omnibus casibus deducet, nisi dominus fuerit in dolo: puta, quia dolo induxit, vel seruum, vel filiũ,vt se illis obligasset: vel quia in fraudem peculiarium creditorum peculium ademerat, vel minuerat: quia in hoc casu deducit.& si in prædictis deducet, cum sibi quid à seruo debeatur, & his qui sunt in potestate: quare non deducet, si quid debeatur iis, qui in tutela, vel cura sua sunt: quia dominus his tenetur: & à te exigere debet: & ideo deducit: quia non est verisimile dominum illud velle esse in peculio, quod sibi debetur, vel illis, pro quibus debet à se exigere dominus,si sit debitor alicui[9],cuius negotiũ, vel tutelá gerit.[*SED ET CREDITOR.*] Habebam seruum: aliquis cum eo contraxit: & factus creditor fuit in decem.decessi,& eundem creditorem hæredem instituí. hic creditor deducit quod sibi debetur, si conueniatur ab aliis creditoribus. Siue seruus accepit libertatem in testamento meo, siue non, item siue legatus fuerit pure,siue sub conditione: alicui non obest, quo minus deducat, quod sibi debet seruus : licet dominium serui pure legati, nullo momento apud hæredem remanserit. Cum vero sub conditione legatus fuit, in hoc casu minus dubium est:quia hæres deducet. Et hoc probat Iulianus tali exemplo : Seruus Titij tenebatur mihi in decem: decessit seruus, vel Titius: eum manumisit postea Titius, & me hæredem instituit.intra annum à tempore mortis serui, vel manumissionis conuenior de peculio.deducam quod mihi à seruo debetur : quia intra annum,cum tibi successi, conueniri de peculio potero : neque tamen dominum serui nunquam nactus fui.[*SIVE.*]Non refert ex contractu, quid domino debeatur à seruo , an nomine reliquorum: puta quædam in bonis domini intulit seruus : quædam non intulit adhuc.si ergo seruus domino furtum fecerit, dominus deducet. Sed an simplum, an duplum, perinde ac si extraneus fecisset furtum ? Respon.tantum simplum deducet. & hoc in prima.[*SI IPSE.*]Si seruus se vulnerauit, & sic deterior factus est in quinque, cum valuit decem : an illa quinque possit dominus deducere, si conueniatur ab aliis creditoribus, quòd seruus deterior factus fuerit in quinque, quæritur. Et respon. quòd non, non magis quam si se occidisset.& hoc in secunda.Si vero sumptum aliquem dominus fecit in curando eum vulneratum à seipso seruo : an eum deducere possit ? Dicitur, quòd sic: licet aliàs si ægrum eum curasset & impendisset, non deduceret:quia videtur donasse : cum ad hoc tenebatur. & hoc in tertia . Item si dominus pro seruo suo obligatus sit, deducet : nisi in rem domini versum est: quo casu secum compensabit.& hoc in quarta. Sed & si dominus fideiusserit pro seruo, deducet. Iulianus tamen distinguit in prædictis duobus casibus : cum dominus iussit, & fideiusserit, non adhuc soluit ex his causis,an non deducet:vt si soluat, deducat:alioquin non:sed creditori soluat accepta cautione à creditore, quòd sibi refundet retro : si ab eo apud quem fideiusserit,vel ab eo, qui iussu suo credidit conueniatur,vt sic possit creditor medij temporis interusurium, id est commodum consequi vsurarũ.[*SED SI.*]Duo erant creditores peculiares serui ab vno dominus conuentus de peculio, & condemnatus,si postea ab alio cõueniatur: an possit deducere, quod alij debet ex condemnatione, quæritur. Et respon.quòd sic: quia perinde est ipsum condemnatum esse , ac si soluisset sponte.& hoc in prima. Si vero ab alio conuentus, & litecontestata.pẽdẽte adhuc iudicio ab alio conueniatur, & condemnetur: an possit deducere id, pro quo erat conuentus priori iudicio, quæritur.Et respon.quòd non:quia in actione de peculio,potior est conditio eius, qui ad sententiam prius peruenit, quàm qui litem prius contestatus est.hoc dicit vsque add.si noxali. Viuianus.

b *Computandum esse,* scilicet dico ego Vlpia. vt hic, & supra,eo. l.depositi,§.fi.& supra, de tribut.l.j. in prin. &.§. peculiaré.&.j.eo. si noxali. §. quod autẽ.

c *Adiecit.* hæc adiectio non fit in actione de in rem verso,sed tãtum sibi debitum deducit: vt infra,de in rem ver.si pro patre.§.fi domini. Accursius.

d *In eius potestate.* nisi vicario eiusdem serui,cuius nomine conuenitur,debetur:vt illic. quod cum eo.§.cum autem.&.§. aliquando.&.j.e.si seruus nox.

e *Careant.* pater & domin[9].posset enim feciisse obligari seruum, vel filium his personis dolose.

f *Tenẽtur.*pater & domin[9],si dolo fecerũt:nõ aliàs,vt hic,&.l.fũma.ĩ prĩ.&.j.de ĩ rẽ ver.l.j.§.j.&.§.de trib.l.illud.§.sed finec cẽ.nã ꝓbat deduci debere,quod prædictis personis debetur.&c.

g *Gestorum.* directa.

h *Vel vtili actione.* scilicet nego.gest.vt cum est curator: vt C. de nego.gest.curatoris.

i *Exegisse dicimus.* quod ipse debeat ei, cuius negotia gerebat. Ioan.vt.§.de nego.gest.si pupilli.§.fi.&.l.finautem.&.l. qui sine.

k *Exegerit.* id est exegisse credatur.

l *Debuit.* quasi diceret, non est ratio differentiæ: ergo sit idem ius : vt supra, de verb.obli.à Titio.in fi.

m *Soluere.* id est deducere pro pupillo.

n *Cum quis.* scilicet peculiaris creditor.

o *Siue libertatem.* Sed nonne extinguitur serui obligatio, cum domino successit creditor peculiaris ? Respon.non : quia dominus quasi fideiussor est : vt infra, de fideiuss.l. hæres à debito.§. quòd si stipulator.& ar.infra,de verb.obli.cum filius.

p *Idemque est.* vt deducat.

q *Conueniatur.* de peculio annali.

r *Manumisso.* id est libero esse iusso.

s *Habuerit.*sed recta via ad legatarium transit:vt infra,de fur.l. à Titio.Et ex hoc corroborantur duæ nostræ sententiæ . Prima, quia diximus hæredem nullo momento esse dominũ:vt hic,&.d. l.à Titio.& quia etiam ignoranti legatario dominium prædictum acquiritur: vt hic,& supra, quemad.ser.amit.si partem.§.fi.

BIU Cujas

Alij dicunt in vtroque contra. & pro se inducunt supra, de serui. Papinianus respon. & infra, de condi. inst. l. si quis ita hæreditatem. & infra, de suc. edi. l. j. §. decretalis. Accursius.

a *Dominus enim.* scilicet hæres in hoc vltimo casu.

b *Adfert.* scilicet argumentum.

c *Extitero.* ego credi tor serui. Accursius.

d *Debetur.* vt ifra, eo. §. item. sic ergo & deduco post manumissio nem, vel alienationem. sunt enim morti similes: vt infra, quãdo acti. de pecul. est anna. l. j. in prin. & j. de fur. inter omnes. & infra, de sol. l. si mihi. Accursius.

e *Reliquis.* quia aliqua intulit, & alia inferre debet: vel etiam nil intulit: vt infra, de verbo. sig. l. verbum. Accursius.

f *Deducetur.* scilicet in simplum: vt subiicit, & infra, de acqui. re. do. l. homo liber. §. j. & infra, de pecu. leg. l. id qđ. §. j. contra enim videbatur: quia actio de peculio ex delicto nõ datur: vt supra, de his qui deiec. vel effu. l. j. §. cũ autem seruus. quæ est arg. contra. Azo.

g *Prior.* scilicet hic, vt ipsa &c. Accursius.

h *Furti.* id est, rei subtractæ. Ioan.

i *Deducatur.* argu. supra, de peti. hære. l. item veniunt. §. cum prædi timus.

k *Si ipse seruus.* id est, permittitur ad hoc vt dominus damnum sibi inflictum propter hoc nõ possit deducere de peculio, non autem licet de iure naturali vel ciuili: vt infra. de ædil. edic. l. cũ autem. §. excipitur. immo punitur quis ideo: vt infra, de re mili. l. omne. §. qui se. Accursius.

l *Sed si à se.* seruo. Ioan.

m *Effectum.* quia vbi se seruus vulnerauit, curare non tenetur dominus. aliàs sic, scilicet tenetur curare. aliàs fit liber: vt. C. de lati. li. tol. l. j. §. sed scimus.

n *Rem suam.* arg. supra, ad leg. Rho. de iactu. l. nauis aduersa. in fin. l.

o *Obligatus.* hic articulus corrigitur infra, per Marcel. secundum quosdam. immo nõ corrigitur, si exaudias hoc in eo casu vbi sic est obligatus vt seruum liberaret: puta promisit animo nouandi.

p *Præstiterit.* de suo: vt infra, eod. in fine huius legis.

q *In vtroque.* id est, siue iusit, siue fideiusit.

r *Absit.* re ipsa: vt hic, &. C. man. l. si pro ea. licet absit interpretatiue: vt supra, de nego. gest. si quis man.

& ita Iulianus libro duodecimo [digestorum] scribit. Certè si sub cõditione seruus libertatem acceperit, minus dubitãter Iulianus eodẽ loco scribit hæredẽ deducere. domin⁹ enim [a] factus est. Ad defensionem sententiæ suæ Iulianus etiam illud adfert, [b] q̃ si ei, qui post mortem serui, vel filij intra annum potuit cõueniri de peculio, hęres extitero: [c] proculdubio deducam, quod mihi debetur. [d]

Ex quacunque causa debeatur domino, etiam ex delicto, deducitur in simplum, non autem cum pœna. l. d. Pau. de Cast.

¶ Siue autem ex contractu quid domino debeat, siue ex rationum reliquis: [e] deducet dominus. Sed & si ex delicto ei debeat, vt puta ob furtum, quod fecit: æquè deducetur. [f] Sed est quæstionis, vtrũ ipsa furti æstimatio, id est, id solum quod domino abest: an verò tantum, quãtum si alienus seruus cõmisisset, id est cũ furti pœnis? Sed prior [g] sẽtẽtia verior est, vt ipsa furti [h] æstimatio sola deducat. [i]

Pro damno dato per seruum in persona ipsiusmet serui, non obligatur seruus domino etiam naturaliter: ideo illud non deducitur de peculio: sed pro impensis factis in curando bene obligatur, quando seruus ipsi seruit. secus si sine culpa sua accidit infirmitas. hoc dicit. Pau. de Cast.

¶ Si ipse seruus [k] sese vulnerauit: non debet hoc damnũ deducere, nõ magis quàm si se occiderit, vel præcipitauerit. Licet enim etiam seruis naturaliter in suum corpus sæuire. Sed si à se [l] vulneratum seruum dominus curauerit, sumptuum nomine debitorem eum domino puto effectum: [m] quanquam si ægrum eum curasset, rem suã [n] potius egisset.

Supra declarauit qualiter dominus deducit sibi debitum: hic qualiter id quod ipse debet seruo. primo, quando semel obligauit: & sic ex suo facto. secundo, quando ex contractu serui. tertio, quando ex delicto. secunda ibi, sed & si. tertia ibi, si noxali. & hoc intendit: De peculio deducitur id quod dominus soluit pro seruo, vel condemnatus est ad soluendum. quod vero simpliciter debet, si quidem ex suo contractu, deducit faciendo sibi caueri: & actione de peculio illo modo deducit. hoc dicit cum. l. sequen.

¶ Item deducetur de peculio, siquid dominus serui nomine obligatus [o] est, aut præstitit [p] obligatus: ita siquid ei creditum est iussu domini. Nam hoc deducendum [esse] Iulianus libro duodecimo digestorũ scribit. Sed hoc ita demum verum puto, si non in rem domini vel patris, quod acceptum est, peruenit: alioquin secum debebit compensare. Sed & si pro seruo fideiusserit, deducendum Iulianus libro duodecimo digestorum scribit. Marcellus autẽ in vtroque [q] [casu,] si nondum quicquam domino absit, [r] melius esse ait, præstare [s] creditori, vt caueat [t] ille refusurum se, si quid præstiterit dominus hoc nomine conuentus, quàm ab initio deduci [u], vt medij tẽporis interusurium [x] magis creditor consequatur. Sed si de peculio conuentus dominus, condemnatus est: debebit in* sequenti [y] actione de peculio deduci. *Cœpit enim domin⁹ vel pater iudicati teneri. Nam & si quid serui nomine non condẽnatus præstitisset [z] creditori, etiam hoc deduceret.

x. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

SI verò adhuc in suspenso est prius iudicium de peculio, & ex posteriori iudicio res iudicaretur: nullo modo debet prioris iudicij ratio haberi in posteriore condẽnatione: quia in [hac] actione de peculio occupantis melior est conditio. [a] Occupare autem videtur, non qui prior [b] litem cõtestatus est, sed qui prior ad sententiam iudicis peruenit.

Si dominus noxali conuentus pecuniam præstiterit, deducitur de peculio. secus si ipsum seruum. ex contractu vero, vel quasi, indistincte deducitur. quod de naturali debito intelligitur, à quo per deductionem liberabitur seruus. Bartolus.

XI. VLPIANVS libro vicesimo nono ad Edictum.

SI noxali iudicio conuentus dominus litis æstimationem

s *Præstare.* id est, soluere.

t *Caueat.* scilicet creditor: vt hic, & infra, de dam. infec. l. ex facto. §. fin. & supra, de peti. hære. l. cum idem. & de rei vind. is à quo. & l. à quo. & supra, de tribu. l. procuratoris. in fin.

u *Deduci.* & propter hoc melius, vt medij &c.

x *Interusurium.* aliàs est, iterusuras. sed in Pisana litera est, interusurium. q. d. commodum medij temporis: vt infra, solu. ma. si constante. §. quotiens. & supra, de pig. act. l. non enim. Accursius.

y *De sequenti.* Cur ergo hic secus quàm in superiori casu? Respõ. hic purum, ibi conditionale vel in diem debitum erat. vel dic, vtrobique purum, sed ibi erat habiturus moram iudicij. hic non, cum iam habuit: vt ar. supra, de mino. l. minor. xxv. an. Accursius.

z *Præstitisset.* scilicet de suo, non de peculio: vt supra ea. l. §. item deducitur.

a *SI vero adhuc. Conditio.* Nota in hac actione occupantis esse meliorem conditionem: vt supra, de tribu. l. non enim. & infra, eo. l. summa. §. sed si alij. sic & in pluribus agentibus ex causa noxali: vt supra, de noxali. l. si quis à multis. sic & in pluribus agentibus de in rem verso: vt infra, de in rem ver. l. sed dicendum. sic & in pluribus agentibus ex eadem causa: vt infra, de re iudi. l. inter eos. sic & in pluribus, quorum quidam de peculio, alij de in rẽ verso agunt: vt infra, de in rem ver. l. j. §. certe.

Occupantis melior est conditio.

b *Prior.* immo quandoque qui prior est lit. contesta. vt supra, de iudi. l. qui prior. & supra, de procur. pluribus. & infra, de leg. j. si pluribus. in fin. & infra, de verb. obli. si Titius.

Flo. de seq.

**in pleristis. quæ hæc adduntur. Sed si alius de peculio egit, & vicit, oportet deduci. Coepit &c.*

SI noxali. CASVS. Seruus tuus fecit mihi damnum, conueni te noxaliter vt emẽdares damnum, vel seruum pro noxa dares. obtulisti mihi decẽ pro damno: quia in tãtum erat damnum meum. si cõueniaris ab aliis creditoribus, an possis illa decẽ deducere, quęritur. Et respon. q̃ sic. & hoc i prima. Idẽ si creditori peculiari soluisti: idẽ si promisisti. Idem est si seruus promisit decem tibi vt eum manumitteres, & manumisisti. Sed in hoc casu ita demum deducis, si intra annum à tempore manumissionis conueniaris de peculio. & hoc in tertia. In quarta dicit, quòd si seruus tuus à debitore tuo exegerit,

BIU Cujas

exegerit, & tu ratum habeas, deducis: alioquin non deducis, sed conuenies debitorem: & ille repetet à seruo quod soluit, per condictionem indebiti. & hoc in quinta. Dicit, quòd hæc quæ dicta sunt in seruo, vera sunt in filiofami. In prædictis autē casibus omnibus deducit dominus debitum naturale, non ciuile: quia ciuiliter domino seruus non obligatur: neq; ob hoc plus impedietur deductio: licet solum sit debitum naturale, cum ratihabitione domini cōdictione īdebiti seruus sit liberatus, naturali obligatione īspecta. & hoc i sexta pte. [*EST AVTEM.*] Si à seruo domino debeantur decem, & cōueniatur dominus à creditoribus, & deducat illa decem: si ab alio postea conueniatur: an eadem decē iterum deducere possit, quæritur. Et distinguitur. aut cum primo deduxit, separauit illa decem à peculio serui: aut dimisit ea esse in peculio. Primo casu non deducit: secundo casu sic. & hoc in prima. Si vero domino decē debeantur ab ordinario, & seruus vicarius sit in peculio ordinarij valens decem, & dominꝰ conueniatur, & deducit vicarium, non tamē à peculio separauit: & vicario decedente dominꝰ, immo seruus vnꝰ ordinarius comparauit seruum eiusdem pretij: & ita ordinarius adhuc remansit debitor domini: licet ab alio creditore cōueniatur, quia dominо vicarius perit: an possit deducere illum emptum loco vicarij? Distinguitur. aut cum primo deduxit, & illū separauit à ratione peculiari: tunc decessit vicarius, aut postea. in primo casu non domino periit, & deducet. secundo casu non. & hoc in secunda. Si vero vicarius valeat decem: & quinque ab ordinario domino debeantur: & dominus conuentus de peculio ordinarij portionem creditori eius soluit: & vicarius decedat: si conueniatur dominus, an possit illa decem deducere conuentus à primo creditore? Dicitur, quòd sic, si non separauit ipsum in peculio. & hoc in tertia. [*QVOD AVTEM.*] Si dominus seruum vendat cum peculio, & postea intra annum conueniatur: à tempore quo conuenitur de peculio, an possit deducere quod sibi debetur? Et respon. quòd non: quia ab emptore consequi quod sibi debetur potest: & ex vendito agere contra emptorem: quod est verum, si tantum erat in peculio cum venderetur, vt possit domino satisfieri. Si vero aliquid accessit postea, quia seruo aliud debebatur sub conditione, & non extitit conditio: deducet quod sibi debebat antequam eum vendiderat: si modo intra annum cōueniatur de peculio. [*IDEM.*] Tenebatur mihi Titius de peculio ex contractu serui. emi seruū. si conueniar intra annum à tempore alienationis à creditoribus peculiaribus: an possim deducere, cum habeam contra venditorem actionem de peculio, quæritur. Et respon. quòd sic: quia ille creditor potuit eligere, vellet mecum, vel cum venditore agere de peculio. eligere igitur potero deductionem si velim, vel vēditorem conuenire: neque conqueri debet creditor si deducam, cum habeat aduersus venditorem actionem si aliquid credat esse in peculio. Viuianus.

*Flo. deductionem

obtulerit: [a] de peculio deducēdum est. Quòd si noxæ dederit, nihil est deducēdum. [b] Sed & si quid dominus soluturum se serui nomine repromisit, deduci [c] oportebit: [d] quemadmodū si quid domino seruus pro debitore expromiserat. Idē est, & si pro libertate quid domino expromisit, quasi debitor domini sit effectus: sed ita demū, si manumisso eo agatur. [e] Sed si à debitore dominico [f] seruus exegerit: an domini debitorem se fecerit, quæritur? Et Iulianus libro duodecimo Digestorum non aliter dominum deducturum ait, quàm si ratum habuisset, quod exactum est. Eadem & in filiofamilias dicēda erunt. & puto veram Iuliani sententiam. Naturalia [g] enim debita spectamus in peculij deductione. *Est autem naturæquum, liberari filium vel seruum [h] obligatione, [i] eo [k] ꝙ indebitum [l] videtur exegisse.

Quod semel deductum fuit verbo & re, iterum non deducetur. secus si verbo tantum deductio facta fuit. Bartolus.

¶Est autem quæstionis, an id quod dominus semel deduxit, cum conueniretur: rursus, si cōueniatur, de peculio eximere debeat: an verò veluti solutum ei videatur, semel facta deductione? Et Neratius & Nerua putant, itē Iulianus libro duodecimo scribit, si quidem abstulit hoc de peculio, non debere [m] deduci. si verò eandem positionem peculij reliquit, debere eum [n] deducere. Denique scribit, si seruus vicarium quinque valentem in peculium habuit, & domino quinque deberet, pro quibus vicarium dominus deduxisset: [o] & mortuo posteà vicario, alium eiusdē pretij seruus comparauerit: nō desinere domini esse debitorem, quasi vicarius ille domino decesserit: [p] nisi fortè, cū eum seruo ademisset, & sibi soluisset, tunc decesserit. Idem rectè ait, si cùm vicarius valeret decem, dominus conuentus de peculio [q], quinque pro [eo] seruo præstitisset, [r] quoniam quinque [ſ] ipsi debebātur, mox [hic] vicarius decessisset: [t] aduersus alium agentem de peculio, [u] decem dominum deducturum: quia & in eo, quod iam pro eo soluit, debitorem seruum sibi fecerit. Quæ sententia vera est, nisi seruo ademit [x] vicarium, vt sibi solueret.

De peculio non deducitur quod aliunde quis consequi potest alia actione, excepta actione de peculio, in qua deductio pro actione succedit. Bartolus.

¶Quod autem deduci debere diximus [y] id, quod debetur ei, qui de peculio conuenitur: ita accipiēdū est, si nō hoc aliūde [z]

a *Obtulerit.* ordinario seruo delinquente. Accursius.

b *Deducendum.* omnino, sed in vicario cum distinctione: vt infra, de pecu. leg. l. Stichus habet.

c *Deduci.* quia eatenus fit conditio domini deterior: vt infra, de vi & vi ar. l. j. §. quod igitur adiicitur.

d *Oportebit.* sed nondum oportet, nisi soluatur: vt. ſ. eo. sed si dānū. §. penul. Accursius.

e *Agatur.* quod fieri potest vsq; ad annū: vt j. titu. j. l. j. aliàs enim non cœpit debere seruus, nisi conditio manumissionis extiterit.

f *Sed si à debitore dominico.* faciēdo seruus negotium peculiare: aliàs nō tenet ex fideiussione seruus: vt. ſ. eo. l. licet. §. Iulianus.

g *Naturalia.* q. d. naturalia deducim⁹: quia ciuilia ibi cōsistere nō possunt inter dominū & seruum: vt hic, & j. eo. nec seruus. ſ. l. non solū. in fi. secus in prædone hæreditatis possessore, qui naturalia nō deducit: vt. ſ. de pet. hęredi. l. ſi quid possessor. §. sed & ipſi. quę est cōtra. & facit ad hūc. §. nego. gest. l. ſi pupilli. §. itē quęrit. & ſ. e. sed si dānum. §. j. contra Ac.

h *Vel seruum.* domino faciente deductionem. Azo.

i *Obligatione.* qua tenetur condic. inde. & dic, tenetur soluēti domino debitum sed seruo indebitum.

k *Eo.* subaudi, quitenetur, eo &c.

l *Indebitū.* ſibi seruo vel filio: debitū autē domino. vel duę ptes sunt in debitū. & est plana.

m *Debere.* quia bona fides &c. vt. j. de regu. iur. l. bona fides. & hic accipitur infra, el. ſi mel. & infra, de compensa. l. quod Labeo.

n *Eum.* arg. supra, de eden. ſi quis ex. §. fin. & l. ſeq.

o *Deduxisset.* sed non abstulisset.

p *Decessisset.* tribus modis lege. Primo, cum non decesserit. & hęc plana est. & est respō. Secundo, sine nō. & dominū appellatio ordinariū. & similiter est respō. Tertio similiter sine non. q. dnō desinit esse debitor hac ratione allegata, ꝙ vicarius domino decesserit. & secūdū hoc est allegatio, & non respōsio in his verbis quasi vicarius &c. videbatur enim hic seruus domino perire: qua interitu speciei seruus debitor sit liberatus: vt. j. de verb. ob. ſi ex legati. sed certe hic gen⁹ domino debet, licet assignatio facta fuerit speciei, & dominꝰ cōsensisset. vel hic itercessit culpa vel mora serui ante mortem: vt in do vt des: vt no. ſ. de condict. cau. da. l. fin.

q *De peculio.* scilicet ordinarij. Accursius.

r *Præstitisset.* scilicet de suo. Io.

ſ *Quinque.* q. d. præstitit pro seruo ordinario quinque: quia & sibi domino alia quinque debebantur. & quarē? ideo certe, quia in decem volebat sibi ordinarium obligare: vt sic vicarium decem valentem sibi pro debito deducere posset.

t *Decessisset.* sed non abstulisset. Accursius.

u *De peculio.* scilicet ordinarij. Accursius.

x *Ademit.* tunc enim domino perit. Io. Et no. ex prædictis, & hic, quòd dominus potest eligere quid detrahat: licet hæres de omnibus debeat pro rata deducere sibi debitum legato peculio: vt. j. de pecu. lega. l. ſi peculiū legetur. ij. respō. quę est cōtra. Ac.

y *Diximus.* vt supra, eo. sed si damnum. §. j.

z *Aliunde.* quauis actione, non tamen de peculio. nam de pe-

culio

culio actio deductionem non impedit: vt infra, proxi. §. idem scribit quæ est contra.

a *Cum peculio.* nominatim pretium peculij accipiendo: vt infra, si ex duobus.in fine.& seq.Accursius.

b *Conueniatur.* de peculio intra annũ à tẽpore alienationis: vt.ĭ. eo.& ancillarum.§.ij.

c *Nunc condicere.* cõdic.ide.vt.s. de cõdic. ide.l.si quis eũ.§. fi.ĩ fi.

d *Nõ est.* inspecto euẽ tu: sed ispecto statu prę senti est ĩ peculio: vt.s. eo.l.peculium.§. sed & creditor. quę est cõtra.

e *Posit.* tũc enim imputatur domino vt nõ deducat rem cõtra creditoré.nó aliàs: vt hic, &.s. de neg. gest.l.diuortio.§.illum.&.§.sed nec redhibitoriæ. Acc.

f *Distraxerat.* id est de traxerat.

g *Dicendum.* & tũc deducam quod mihi debuit antequam venderem, non quod post. nã nec conuenior de hoc quod post cœpit debere aliis: vt.ĭ.eo.l. deposui.§. seruo.secũdũ Io. Sed quid deducet, cum nihil habeat penes se? Respon.ímo habet modo actiones conditionales purificatas per seruum quæsitas sibi venditori: vt.ĭ. de verbo. oblig.l.si filius.

h *Debeatur.* videtur q̃ non: quoniam &c. dixi mus in proxi.§. Ioan.

i *Posse.* s.deducere. sed si alienauerit, agere nõ potest contra emptorem: vt infra, eo. & ancillarum.§. si seruus.

k *Vẽditore.* & si vẽditor p̃ peculio acceperit pretiũ: sed nõ aliter vẽditor cõuenitur: vt.ĭ.eo.l.si ex duob⁹.§.fi.&.l.sed & si quis.

l *Deductionẽ* nõ est per omnia similis deductio & actio de peculio: vtpote cũ deductio fiat à domino etiã si ex maleficio ei debeatur: vt.s.eo.sed si damnum.§.sed si ex delic. quod secus est ĩ actio. de peculio.in hoc tamen similis est: vt.ĭ.eo. l. deposui. §. seruo.

m *Quod quærantur.* immo video, quia deductione nõ facta esset in peculio vnde eis satisfieret quod postea non est.Io. non enim emptor in plus tenebitur quàm sit ĩ peculio prius facta deductione: sed nec vẽditor. quare amplius teneri nõ debet vẽditor quàm ipse possideret. Sed si ipse possideret, & emptori debitum soluit set aliis non nisi de reliquo teneretur. deductio autem quam facit emptor, similis est solutioni sibi factæ: vnde videri potest de qua re quærantur. Respon. certe immo quicquid dicatur, non potest videri quare quærantur: quia creditores habent in potestate vt prius conueniant venditorem quàm emptorem, vel econtra: & ita poterant conuenire venditorem antequam emptor deducat. & sic omne quod est penes seruum, computaretur: quia, vt dictũ est, occupantis melior est conditio. sed illud dici potest, quòd etiã facta deductione ab emptore, nihilominus venditor tenetur de peculio vsque ad quantitatem pretij peculiaris.

n *In peculio.* & in pretio peculiari.

[*NON SOLVM.*] Casus in hoc.§.cũ.ll.seq. vsque ad.l.si seruus. est talis: Si habeam tecum seruum communem: & cum Titio contraxit, & factus est debitor in decem: poterit me & te insolidum conuenire ratione peculij: & deducam quod mihi & tibi debetur. & hoc verum erit siue peculium apud conuentum sit, siue non, quo ad possessionem. Secus est in emptore & vẽditore: quia si vendas mihi seruum, & conueniar de peculio à creditore peculiari: non deducam nisi quod mihi debetur, & non quod venditori. Idem si habeo in eo vsumfructum, alius proprietatem: quia non deduco nisi quod mihi debetur. Idem est si ego sum dominus: & tu credens eum pertinere ad te, eum bona fide possideff. Vetus.

consequi potuit. Denique Iulianus scribit venditorem, qui seruum cum peculio [a] vẽdidit, si de peculio conueniatur, [b] nõ debere deducere, quod sibi debetur. Potuit enim hoc ex ratione peculij detrahere, & nũc condicere, [c] quasi indebitum: quoniam non est [d] in peculio, quod domino debetur. Potest inquit, etiam ex vendito agere. Quod ita erit probandum, si tantũ fuit in peculio, cùm vẽderet, vt satisfacere debito dominus posset. [e] Cæterùm si postea quid accessit cõditionibus debiti existentibus, quod dominus non distraxerat: [f] cõtra erit dicendum [g]. Idẽ scribit, si quis seruum, cuius nomine de peculio habebat actionem, compararet: an possit deducere, quod sibi debetur: [h] quoniam aduersus vẽditorem habeat actionẽ de peculio? Et rectè ait posse. [i] Nam & quiuis alius potest eligere, vtrùm cum emptore, an cum venditore [k] ageret. *Hunc igitur eligere pro actione deductionem. [l] Nec video quid habeant creditores, quod quærantur [m]: cum possint ipsi venditorem conuenire, si quid forte putant esse in peculio [n].

Vbi est communio serui, & peculii, deducit vnus socius quod alteri debetur. aliàs secus. h.d. vsque ad.l.si seruus. Bartolus.

[p] Nõ solum autem quod ei debetur, qui cõuenitur, deducendum est: verumetiã si quid socio [o] eius [p] debetur. & ita Iulianus libro duodecimo Digestorum scribit. Nam qua ratione insolidum [q] alteruter conuenitur: pari ratione deducere eum oportet, [r] quod alteri debetur. quæ sententia recepta est [s]:

XII. IVLIANVS libro duodecimo Digestorum.

QVia hoc casu etiam cum eo agi potest, penes quem peculium non est. [t]

XIII. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

SEd in emptore & venditore vera non est [u]: item in fructuario & proprietario, & cæteris, qui non sunt socij: & in domino, &[in]bonæ fidei emptore. Nam & Iulianus libro duodecimo scribit, neutrum horum deducere id, quod alteri debetur.

XIIII. IVLIANVS libro duodecimo Digestorum.

bas: quia deducam si quid mihi debetur tantum: non quod tibi. Idem est si dominus pluribus hæredibus instítutis, pure esse liberum iussit seruum: quia si vnus hæredum de peculio intra annũ conueniatur, deducet quod sibi debetur tantum: non quod aliis cohæredibus. Idem est si seruus viuente domino decedat, pluribus hæredibus relictis: quia quilibet hęredum si intra annum conueniatur de peculio, pro se tantum deducet: nõ quod aliis debetur. Idẽ si duo bona fide seruũ possidebant. Idem est ĩ duobus fructuariis. Idẽ est ĩ duobus sociis, qui separationẽ peculij cõmunis faciũt: quia vnus quisque pro se deducet ac si peculium non fuisset commune. quia vero solidũ quod sibi & quod sociis debetur, deducet & quod sibi. Si vero tecũ habeam seruum communem, & à me habeat peculiũ, & à te non: an tu possis conueniri? Dicitur, q̃ sic: quia peculium non est penes te quo ad possessionem, sed quo ad proprietatem. nec obstat illa lex, & si duo. & infra, & ancillarum. §. vlti. in fine. vbi dicitur non posse eum conueniri apud quẽ nihil est. hoc dicit illa lex, cui cõiũgitur lex ista: quis ergo. vbi queritiurisco sultus quis sit ille casus in quo seruus communis apud alterum ex dominis habet peculium, apud alterũ non. & refert tres casus: puta habeo tecũ seruum cõmunem: vẽdo partem meã deducto peculio, vel ei nõ cõcedo. Alius est, si dedero ei rem aliquã vt eam administraret: proprietate penes me remanente: quia tunc à me non intelligitur habere peculium. Tertius est, si peculium quod habuit à te, ei ademisti: & si ei concesisti peculium: sed in debitoribus tantum: puta quia multos habebat debitores: & eos concesisti esse in peculio: quia in hoc casu intelligitur à te habere peculium: quia illa obligatio cõtra debitores adeo adhæret ossibus tuis, q̃ à te separari nõ posse intelligitur: vt.ĭ.pro socio.l.tertia.&.ĭ.eo.si peculium. Viuianus.

o *Si quid socio.* in eodem seruo: vt supra, de tribu.l.iij.in prin. & facit infra.§.j.&.ij. Accursius.

p *Eius.* id est, vbi est cõmunio serui & peculij, habet locũ quod hic dicitur, &.ĭ.l.proxi. vbi neutrius, vel vbi serui nõ peculij, vel econtra: habent locum responsa quæ sequuntur & in aliis legib⁹. Sed vbi potest esse quòd est seruus communis, sed non eius peculium? Respon. vt infra, eo.l.quis ergo casus. Accursius.

q *Insolidum.* id est, pro peculio, quod etiam apud socium est.

r *Eũ oportet.* quod vn⁹ debet, vel vni debetur ab altero, vel per cõsequentiã alicui, cum omniũ bonorum sint socij, debentur. R.

s *Recepta est.* vt hic, &.ĭ.eo.l.proxi.&.ĭ.eo. quod debetur. in fi. & infra, de in rem ver. l. Marcellus.&.s. de tribu.l.habebat.§.fin.

t *QVia hoc. Non est.* Quo ad possessionem: est tamen quo ad proprietatem: vt.ĭ. eo.l.sed si duo. in fin. Item secus si nihil est aliud penes alium: vt.ĭ.eo.& ancillarum.§.fi.in fine.

u *SEd in emptore. Nõ est.* imò videt vera: vt.ĭ.e.si posteaquã. quę est cõtra. sed ibi alienauit postquã cœperat cõueniri. vnde vẽditor tenet de peculio emptori. Itẽ alia ratione vera videt: vt.ĭ.e. l. creditor.§. seruũ. in fine. §. Sol. nõ est vera sententia, id est prima responsio. licet enĩ ratio locũ habeat, nõ tamẽ respõsio: & ideo ipsemet respõsionẽ suã vt ĩsufficiẽtẽ reprehẽdit, sic dicẽs, sed in emptore &c. nõ tamen dico vere falsam: sic & regula Catoniana dicitur falsa: quia in quibusdam aptari non potest: vt infra, de regu. Cato.l.j. Vel dic, non est vera, vt deducatur quod alteri debetur.

BIU Cujas

betur: secundum Io. Vel dic, non est vera, vt venditor de peculio conueniatur quod est penes emptorem: emptor tamen conuenitur de peculio quod est penes venditorem: ideoque ei debitum deducit: tamen illud non intelligitur in peculio. Vel dic, non est vera in vtroque ante annum: semper tamen est vera post annum: quia emptor ex persona venditoris tenetur à quo emit seruum cum peculio intra annum: sed post annũ est sua tantum: & ideo non tenetur post annũ pro eo quod apud venditorem est.

a *Idem. Præsenti die.* & tunc nullo momento apud hæredem fuit dominium: vt supra, e. sed si. §. idemque.

b *Sed si duo. Inter se.* vt quia fuit eis legatus vsusfructus, & sic non sunt socij consensu, re tamen sic: vt instit. de obliga. ex quasi contra. §. item si inter. Accursius.

c *In sociis.* in eodem seruo. & sic est communio serui, sed non peculij.

d *Cæterum si commune.* Nunquid ergo hæc est ratio quare vnus socius de peculio quod est penes alium, conuenitur? Respõ. forte est. Sed nonne hoc idem esse potest in duobus fructuariis & bo. si. pos. nam vnicuique ex opera pariter acquiritur, & pro indiuiso. Item inter se habent vtile iudicium communi diui. licet non directum: vt supra, communi diui. l. cõmuni diuidundo. §. qui in rem. & §. cũ de vsufructu? Respõ. superior ratio & sententia directa locum habet in sociis: quia directum habent communi diui. iudicium. in non sociis non habet directa locum, sed vtilis sic: & habent inter se vtile iudicium communi diuidundo. omnis ergo qui alterius nomine conuenitur de peculio, ei debitum deducit, saltem de æquitate. vel verius in veris sociis obtinet regula & ratio, vt vnus de peculio alterius conueniatur, scilicet vbi est communio serui & peculij: sed in prædictis serui tantum. sed in nullo alio reperitur quòd propter alterius peculium teneatur: sed propter suum teneri dicitur ex omni contractu, seruato tamen ordine: vt infra, eo. l. hinc quæritur. §. potest. Accursius.

e *Quis ergo.* Hæc lex respicit superiorem legem: quia scilicet ad casum ibi subauditum.

f *Pertineat.* & sic non est peculij communio, & sic cessat regula.

g *Concesserit.* scilicet expresse. aliàs nunquam dari videtur: vt infra, de contrahen. emp. quotiens. ergo dominus nouus hoc peculium non habet, sed vetus.

h *Concederet.* quia ab hoc habet peculium, ab alio non. si autem proprietatem dedisset alij vel aliis, pro partibus quæreretur: vt infra, de acquir. re. do. l. per seruum. §. si vnus. Accursius.

i *In nominibus.* id est debitoribus. quæ nomina siue actiones non possunt separari à domino, sicut nec anima à corpore: vt hic, & j. pro socio. l. iij. & j. co. si Sticho. & C. de noua. l. iij. & sic non potest acquiri etiã vtilis alteri domino. Sed quid erit in peculio? Videtur quòd nihil, nisi sponte ei soluatur. nam actio non. & adiunge huic legi alium casum, quãdo alter ex dominis est furiosus, vel pupillus: vt. ff. eo. quam Tuberonis. ij. respon. sed & alium, cũ seruo non habenti peculium cõtemplatione vnius donatur. Item & aliũ, cum ex re vnius emit, & alteri quærere non potest: quia emit seruum Christianũ, cum vnus dominorum esset Iudæus. Accur.

Si seruus.] CASVS. Si habebã seruũ ordinariũ: & ille habebat sub se vicariũ: & ille mihi debet: si cõueniar de peculio ordinarij: an deducã de peculio ordi. quod vicarius debet? Dicitur, q nõ: sed tamẽ hic nõ respondetur, sed in fine, ibi, id vero quod ipsi vicarij &c. sed aliã interserit quæstionẽ, an peculiũ vicarij sit in peculio ordinarij? Respon. q sic. vnde si ordinarius mihi debet, detrahã de peculio vicarij. Si vero vicarius mihi debet quid: de suo tãtũmodo deducã, non ordinarij: & ita hic respõ. supra dictæ quæstioni. Si vero vicarius debeat ordinario, deducã de peculio vicarij ego cõuentus nomine vicarij. Si vero ordinarius debeat vicario, nõ deducã de peculio ordinarij: quia si deduceré, & alia manu reponerẽ in peculiũ eiusdẽ scilicet ordinarij, augeretur: vt subiicit. Sed eo casu cũ ordinarius vicario debet: an augeatur peculiũ vicarij? Et respõ. quòd sic. perinde enim est ac si dominus deberet eidẽ tamẽ dominus velit remanere eius debitor: vt supra, eo. quã Tuberonis. in fi. & l. seq. Si ergo ordinario libero ei legatum sit peculium, & testatori vicarius debeat: si agat aduersus hęredem ex testamẽto p peculio legato liberet ex testamento factus, an hæres possit deducere quod vicarius debet testatori? Dicit, quòd non nisi vicarius aliquid haberet in peculio: quia ex peculio intantum deducitur quod vicarius debet: vt supra. l. proxi. ibi, id vero quod ipsi vicarij. cui hoc consequens est &c. Vivianus.

I Tem quum testamento præsenti die[a] seruus liber esse iussus est, cum omnibus hæredibus de peculio agendũ est: nec quisquam eorũ amplius deducet, quàm quod ipsi debeatur. Item cum seruus viuo domino mortuus est, deinde dominus intra annum plures hæredes reliquit: & de peculio actio, & deductionis ius scinditur.

XV. VLPIANVS libro vicesimo nono ad Edictum.

S Ed si duo sint bonæ fidei possessores: adhuc dicendũ erit, neutrum plus deducturũ, quàm quod sibi debeẽ. Idémq; & si duo sunt fructuarij, quia nullam inter se[b] habent societatem. Idem dicetur interdum & in sociis, [c] si fortè separata apud se peculia habeant, vt alter alterius peculij nomine nõ conueniatur. Cæterùm si commune[d] sit peculium: & insolidum conuenientur, & deducetur quod vtrique debetur.

XVI. IVLIANVS libro duodecimo Digestorum.

Q Vis ergo[e] casus est, quo peculium serui communis ad alterum ex dominis solum pertineat? [f] In primis si quis serui partem dimidiam vẽ diderit, nec peculium ei concesserit: [g] deinde si quis seruo cõmuni pecuniam, vel res aliquas ea mente dederit, vt proprietatem earũ retineret: administrationem autem seruo concederet. [h] Marcellus notat: Est etiã ille casus, si alter ademerit, vel si omni quidem modo concesserit dominus. Sed in nominibus[i] erit concessio.

Si agitur de peculio vicarii, deducitur, quod ipse debet domino vel ordinario. Item quod ordinarius debet domino. Secus de eo quod ordinarius debet ordinario. Item dominus non tenetur de debito vicarii non habentis peculium. Bartolus.

XVII. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

S I seruus meus[k] ordinarij vicarios habeat: id quod vicarij mihi debent, an deducam ex peculio serui ordinarij? [l] Et prima illa quæstio est, an hæc peculia[m] in peculio serui ordinarij computentur? Et Proculus[n] & Atilicinus existimant, sicut ipsi vicarij sunt in peculio, [o] ita etiam peculia eorum. Et id quidem, quod mihi dominus eorum, id est ordinarius seruus debet, etiam ex peculio eorũ detrahetur[p]: id verò, quod ipsi vicarij debent, [q] dumtaxat ex ipsorum[r] peculio. Sed & si quid non mihi, sed ordinario seruo debent: deducetur de peculio eorum, [s] quasi conseruo debitum. Id verò, quod ipsis debet ordinarius seruus, non deducetur de peculio ordinarij serui: quia peculium eorum, in peculio ipsius[t] est. & ita Seruius respondit. Sed peculiũ eorum[u]

k *Si seruus meus.* Conuenior de peculio ordinarij: deduco de eius totali peculio quod mihi debet, non quod vicario debet, nec quod vicarius mihi debet. Econtra conuenior de peculio vicarij: deduco mihi debitum, & ordinario debitum: computatur & in eius peculio quod ei debet ordinarius, si debitor vult manere. Accursius.

l *Ordinarii?* Respon. non: vt in fine huius casus.

m *Peculia.* scilicet, vicariorum.

n *Proculus.* Respon. secundæ quæstioni.

o *In peculio.* scilicet ordinariorum.

p *Detrahetur.* cum conuenior etiam de peculio ordinarij. Sed quid si de peculio vicarij conuenior? Respon. non deduco mihi debitum ab ordinario.

q *Debent.* mihi domino. & soluit nunc primum casum legis.

q *Debent.* scilicet vicarij, ex quorum peculio nunc conuenior.

r *Ex ipsorum.* scilicet vicariorum: vt supra, de tribu. procuratoris. §. j. Accursius.

s *Eorum.* scilicet vicariorum, cum de peculio eorum conuenior.

t *Ipsius.* & sic si vna manu deduceret de peculio ordinarij, cum alia remaneret ibidem. & sic non deducit: vt hic, & infra, de pecu. leg. l. id quod. in prin.

u *Eorum.* scilicet vicariorum.

BIU Cujas

a *Debeat.* hoc est si velit debitor remanere: vt supra, eod. quam Tuberonis. in fin. & l. sequen. Accursius.
b *Cui.* quod est. ff. l. proxi. ibi, id vero quod ipsi vicarij.
c *Si Sticho.* ordinario seruo. Accursius.
d *Legatum.* vt habeat cum libertate. aliàs non valet.
e *Peculium habeat.* ex peculio enim vicarij tãtum testatoris debitum deduci: quod fieri non potest, nisi vicarius peculium habeat: vt. j. eo. l. depositi. §. Stichus.

augebitur, vt opinor: quemadmodũ si dominus seruo suo debeat. a

XVIII. PAVLVS libro quarto Quæstionum.

CVI b consequens est, vt si Sticho c peculiũ suum legatum d sit, ísque ex testamento agit: non aliter cogetur id, quod vicarius eius testatori debet, relinquere, nisi is vicarius peculium habeat. e

Maritus tenetur de peculio serui dotalis simpliciter, siue ad se, siue ad vxorem pertineat. fructuarius vero vel dominus simpliciter non tenetur: sed prius conueniendus est ille ad quem negotium pertinet, & in subsidium deuenitur ad alium. Idem in pluribus bonæ fidei possessoribus. Bartolus.

XIX. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

HInc quæritur, si ordinarij serui nomine actum sit de peculio: an agi possit & vicariorum [nomine? f] Et puto nõ posse. Sed si actum sit de peculio vicarij: agi poterit & de peculio ordinarij. Potest esse apud me duplicis iuris peculiũ: vt puta [si] seruus est dotalis: potest habere peculium, quod ad me respiciat: potest & quod ad mulierem. g Nam quod ex re mariti quæsiit, vel ex operis suis: id ad maritum h pertinet. & ideo si respectu mariti hæres sit institutus, vel ei legatum datum: id eum i non debere restituere k Pomponius scribit. si igitur mecum agatur ex eo contractu, qui ad me respicit l, vtrũ omne deducã, quodquod debetur mihi, siue ex mea m causa, siue ex ea, quæ ad vxorem respicit: an verò separamus causas, quasi in duobus peculiis: vt & causa debiti, quod petitur, spectetur: vt si quidem ex eo peculio agatur, quod ad mulierem spectat, id deducam quod ex eo contractu n debeatur o: si ex eo cõtractu, qui ad me respicit, meum deducam p? Quæ quæstio q dilucidius r est in fructuario tractata, vtrum ex eo demum cõtractu potest de peculio conueniri f, quod ad se pertinet, an ex omni? Et Marcellus etiam fructuarium teneri scribit, & ex omni contractu t. Eum enim, qui contrahit, totum seruii peculium, velut patrimoniũ u, intuitum. Certè illud admittẽdum omnimodo dicit, vt priore conuento x ad quem res respicit, in superfluum is x, cui quæsitum non est, cõueniatur. Quæ sententia probabilior est, & à Papiniano probatur. Quod & in duob y bonæ fidei emptoribus erit dicendum. Sed in marito melius est dicere, simpliciter z eum de peculio teneri. a

f *Vicariorum nomine.* ex eodem contractu forte facto tam cum ordinario, quàm cum vicario, vel habito cum ordinario tantum. sed dicit actor qui primo egit de peculio ordinarij, & nunc secundo agit de peculio vicarij eiusdem ordinarij, quòd non venit in computatione peculium vicariorum: quod non potest dicere: quia cum totum venit, & pars venit: & ideo exceptione rei iudicatæ repellitur. non sic econtra, si primo de peculio vicarij actum est: sicut & si quis prius partem, & postea totum petat, non repellitur: vt hic subiicit, & infra, de except. rei iudi. si quis cum totum.

g *Ad mulierem.* scilicet respiciat: vt. ff. adquisita ex eo peculio, mulieri adquirantur: vt hic, & C. de rei vxo. act. l. j. §. cũque. quod ratione speciei, quæ est de restituendo, debet intelligi. & sic inspecto exitu. at inspecto præsenti statu, marito quæritur ex eo: vt

A infra, de iur. do. cum post. §. fin. Ipsum autem seruum & peculium constat esse in dominio mariti: vt instit. qui. ali. li. in prin. & computatur in eo quicquid extra rẽ viri & operã suam seruus quærit.

h *Ad maritum.* possidentem. sed contra. infra, de adquir. re. do. l. liber homo. vbi dicit, possessum non quærere hereditatem vel legatum bonæ fi. possess. ibi, sed verius est &c. Sol. hic volebat marito qrere: ibi non: quod poterat seruus etiã volẽte domino nolle adire: vt. C. de hære. instit. l. cũ proponas. Vel ibi respectu ipsius pos. hic vero possidentis respectu fuit hæres institutus: vt hic subiicit, & §. de vsufru. sed & si quid donetur. Sed certe hic non videtur referre: vt infra. de act. emp. l. Iulianus. §. si quid seruo. quæ est contra. Sed ibi dicit, non interesse an contemplatione, scilicet emptoris vel serui: quia vtroque casu emptori adquiritur. secus tamen si cõtemplatione venditoris: & sic nõ est contra. vel hic maritus etiã dominus est. Accursius.

i *Id eum.* s. maritum.

k *Restituere.* mulieri, vel hæredi eius, scilicet soluto matrimonio. Accursius.

l *Respicit.* s. super re mea, vel opera sua.

m *Ex mea.* quia decẽ ei mutuaui accipiẽti in negotium pertinens ad me extra rem meã, & operam suam.

n *Contractu.* qui spectat ad mulierẽ. i. ad peculium eam respiciens.

o *Debetur.* s. mihi.

p *Deducã.* non soluit: vt iam dices. Accur.

q *Quæstio.* immo hęc quæstio non fuit supra facta. nam supra circa deductionem, hic circa conuentionem. quare dic, quæ quæstio, id est, quæ materia. Vel dic, id est similis. vel dic, quòd satis est eadem, cum vna sit consecutiua ex altera. Item not. quòd fructus serui dotalis est viri: vt infra, solu. ma. l. fin.

Fructus serui dotalis viri est.

r *Dilucidius.* vere dicit, dilucidius: quia duo sunt vere quibus quæritur per seruum fructuarium, & duo possident. & vere sunt duo peculia: supra vero fictè, & habito respectu ad solutionẽ matrimonij. Accursius.

f *Conueniri.* fructuarius. Accursius.

t *Ex omni contractu.* ordine tamen seruato, id est vt prius conueniatur semper is, ad quem respicit contractus, & deinde alius: vt statim subiicit. & ita neuter ab altero repetit, quod quisq; suo nomine soluit. Item contra. ff. eo. l. ij. vbi fructuarius non tenetur ex reliquis extra rem & operam. Solu. id quod supra dicitur, ad effectum refert & ad finem, vt proprietarius conueniatur: non fructuarius, nisi in subsidium: vt hic subiicit. & hic tempus contractus, ibi cõuentionis tẽpus respicitur. porro si præsens inspiciatur actus. i. conuentionis, nõ cõtractus, qui totũ peculium intuetur: etiam alia de causa conuenitur: vt hic dicitur. Azo.

u *Patrimonium.* sic infra, de separa. l. j. §. si filij.

x *Conuento.* fructuario. Azo. Sed contra, infra, e. eo tempore. §. fi. Sol. vt ibi.

y *Is.* scilicet dominus. & sic est cõtra. ff. e. l. ij. Sol. vt ibi.

z *Simpliciter.* id est, non seruato ordine, qui est in duobus superioribus casibus.

a *De peculio eum teneri.* insolidum, & sic etiam de eo, quod ad mulierem. nam interim totum est viri. ex quo patet superiorem

BIU Cujas

quæstionem solutam esse, scilicet quòd maritus etiam ex eo contractu, qui mulierem respicit, id est peculium mulieris, sibi debitum deducit: vt arg. supra, eod. si noxali. §. fin.

a *Præstiterit.* de suo.

b *Apud eum.* scilicet dominum. Accursius.

Quod penes se est, in debitum computat de peculio agēs.

c *Minus.* Not. mirabile, quòd qui de peculio agit, computat in debitum sibi, quod penes eum est de peculio in proprium debitum: sed extraneus, si cū seruo contraxisset, insolidum sibi dominū obligaret, id est non deducto qđ fructuario debetur. sic & aliàs, infra, eod. & ancillarum. §. in venditione.

d *Contra eueniet.* vt dominо detur actio de peculio contra vsufruct. Accursius.

e *Sufficiat.* & hoc potest intelligi in eo casu qui est infra, eo. tit. l. & ancillarū. §. vlt. ibi, quæ quęstio. vt superiori cō gruat. dixit enim fructuarium insolidū conueniendum. i. pro contractu facto in peculio ꝓprietarij. Vel dic, loquitur hic vbi vnus ex dominis cum seruo contraxit, sicut & cum seruus vni dedit dānū: vt. ff. nau. cau. fta. l. licet. §. j. & ff. fa. erc. l. & puto. §. vlt. Sed quare nō agunt inter se de peculio? Respō. ea. ratione, quia nec agūt ex delicto serui noxaliter: vt supra, ad. l. Aqui. l. si seruus seruum. §. j. Ratio etiā illa est, quia quisq; eorū extraneo tenetur: vt. ff. de noxa. act. l. cum seruus cōmunis. sed si hoc est, cur ergo fructuarius agit, secundū Azo. sed nō tenetur vt socius: quia non de eo quod penes proprietariū est. in socio secus: vt. ff. eo. l. si ex noxali. §. fi. & l. seq. Ité contra. j. eo. si quis seruum. j. respon. Sol. vt ibi.

Sinautem maritus huiusmodi serui nomine aliquid præstiterit[a], an aduersus mulierē agentem dotis nomine deducere id possit? Et ait, si id, quòd creditori præstitum est, ad vtriusque generis peculium pertinebit: pro rata vtriq; peculio decedere debere. Ex quo intelligi potest, si ad alterum peculium cōtractus pertinebit, modò soli vxori detrahi: modò nō detrahi, si ad id peculium pertinuit contractus, quod apud maritum resedit.

Fructuarius potest agere contra dominum, & econuerso, si peculium ad eum spectans non sufficiat ad sibi debitum. Bart.

¶ Interdum & ipsi fructuario aduersus dominum datur actio de peculio: vtputa si apud eū[b] habeat peculium: apud ipsum verò aut nihil, aut minus,[c] quàm fructuario debetur. Idē etiam contra eueniet:[d] quamuis in duob[e] dominis sufficiat[e] pro socio, vel communi diuidundo actio:

XX. PAVLVS libro trigesimo ad Edictum.

NAm inter se agere socij de peculio non possunt.

Hæc actio competit de eo quod dolo conuenti in peculio esse desiit: qui dolus præsumitur, si ademptio, intricatio, vel in alium translatio indebitè facta fuerit. Bartolus.

XXI. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

SVmma cum ratione etiam hoc peculio prætor imputabit, quod dolo malo domini factum est, quò minus[f] in peculio esset. Sed dolum malū accipere debemus, si ei ademit peculium. Sed & si eum intricare[g] peculium in necem creditorum passus est: Mela scribit dolo malo eius factum.

Sed & si quis, cum suspicaretur alium secum acturum, aliò peculium auertat:[h] dolo non caret. Sed si alij soluit, non dubito de hoc, quin non teneatur:[i] quoniam creditori soluerit,* & licet creditori vigilare[k] ad suum consequendum.

Ex dolo administratoris tenetur quis in quantum est factus locupletior. Bartolus.

¶ Si dolo tutoris, vel curatoris furiosi, vel procuratoris factū sit:[l] an pupillus, vel furiosus, vel dominus de peculio conueniatur,[m] videndum [est.] Et puto, si soluendo[n] tutor sit*, præstare pupillū ex dolo eius: maximè si quid ad eum[o] peruenit. & ita Pomponius libro octauo Epistolarū scribit. Idē & in curatore & procuratore erit dicendum. ¶ Emptor[p] autem ex dolo[q] venditoris nō tenebitur, nec hæres, vel alius successor, nisi in id, quod ad se peruenit. ¶ Siue autem[r] post iudicium acceptum, siue antè, dolo factum sit: continetur officio iudicis. ¶ Si dominus vel pater recusęt de peculio actionem,[s] non est audiendus, sed cogendus est, quasi aliā quamuis personalem[t] actionē susciperе.

XXII. POMPONIVS libro septimo ad Sabinum.

SI damni infecti ædium peculiariū nomine promiserit dominus: ratio eius haberi debet. & ideo ab eo, qui de peculio agit, domino cauendū est.[u]

XXIII. IDEM libro nono ad Sabinum.

[SI DOMINVS.] Habeo seruum cuius nomine teneor alicui de peculiò. si nolim susciperе in me iudiciū de peculio an sim cō pellendus? Dicitur, ꝓ sic: sicut in qualibet actione personali. Viu.

f *Quo minus* vt supra, eod. sed si damnum. §. prætерea.

g *Intricare.* obligando, donando, consumendo: vt hic, & arg. de tribu. illud. §. sed si mercem. & arg. infra, so. ma. l. etiā. §. licet. cōtra. & j. quę in fraud. cre di. l. si pater.

h *Auertat.* forte domi do, vel furtim de peculio subtrahendo. Azo.

i *Quòd non teneatur,* nā non tenetur, vt subiicit. secus in tributoria: quia tunc pro aliis debet deducere: vt supra, de tribu. act. l. pro curatoris. §. pe. & vlt. & l. non enim. & l. quod in hærede. §. fi. quę sunt contra. Accursius.

k *Vigilare.* vt ar. j. quę in fraud. credi. l. pupilli. Sed quid si vterque instabat? arg. quòd tenetur: vt. j. de bo. auct. iu. non ꝓpos. si nō ex. §. j. Et arg. quòd nō. j. de reg. iur. l. nihil dolo.

l *Factum sit.* ꝙ deminutum sit peculiū serui furiosi, vel domini.

m *Cōueniatur.* perinde ac si esset in peculio.

n *Si soluēdo.* maxime vt infra, de do. excepti. l. apud. §. in hac. & secūdum quosdam vt ad agēdum teneatur. vt. ff. de tribu. l. iij. §. fin. immò nō: vt infra, de admi. tu. l. fin. & die vt ibi no. Item & si est soluēdo tutor, non videtur teneri pupillus: vt. j. de reg. iur. neque interdicto. quæ est contra. Sed ibi loquitur quando non in rebus pupilli, sed suo nomine aliquid egit. & die vt no. j. de admi. tu. l. fi.

o *Ad eum.* tutorem. Accursius.

p *Emptor.* serui.

q *Ex dolo.* commisso in celando peculium.

r *Siue autem.* facit. ff. de pac. l. iurisgentiū. §. siue. & ff. de ealum. l. j. §. qui autem. & j. eo. ex facto. §. nec tamen.

s *Actionem.* qua conuenitur, dicens eam nolle susciperе.

t *Personalem.* nisi bona fide cedat peculio: vt. ff. cōmuni diui. sed postquā. in fi. quæ est contra. aliud in tributoria quàm hic dicatur in actione de peculio: licet quidam contradicant: vt. ff. de tribu. l. lud quoque. §. quid tamen. immo idem est, inspecto fine. Accur.

SI damni.] CASVS cum. l. seq. Si seruus meus habeat domū peculiarem minantem ruinam, & caui de damno infecto: & nomine cautionis aliquid promisi: si conueniar à creditoribus peculiaribus, an debeo cauere mihi de restituendo retro si quid nomine cautionis præstiterim, quæritur. Et respon. quòd sic. & si soluī aliquid quia damnum dedit domus: illud deducam. Sed an insolidum debeam cauere de dāno infecto? Respon. sic, non quatenus in pe. sicut si haberem seruum ordinarium, & ille vicarium sub se, & vicarius alicui damnum dederit, insolidum debeo susciperе nomine noxale, non quatenus est in peculio serui, scilicet vt emēdicium noxale, non quatenus est in peculio serui, scilicet vt emēdem damnum, vel dem seruum pro noxa. alioquin actor in primo casu mittetur in poss. domus. Secundo casu seruum abducet. Viui.

u *Cauendum est.* sic. ff. de tribu. procuratoris. §. fin. & l. sequen.

BIU Cujas

a *Aedium. Insolidum.* non peculio tenus.
b *Promitti debet.* de damno sarciendo.
c *Insolidum pati.* bona est similitudo, quia ædes quasi deliquisse videntur cũ decidunt: vt. j. de dam. infe. prætor. §. hoc edicto. sicut ergo superiori casu non liberatur præstando quantum est in peculio: sic nec isto.
d *Possidet.* insolidum in domo, nisi sit separata à magna: vt. j. de dam. infe. l. si finita. §. ex hoc. &. §. sed & si. secus in agris: vt. j. eo. ti. l. cũ emptor. §. si agri. Acc.

AEdium autem peculiarium nomine insolidum[a] damni infecti ꝓmitti debet[b]: sicut vicarij nomine noxale iudiciũ in solidum[c] pati: quia pro pignore ea, si non defendantur, actor abducit vel possidet.[d]

XXIIII. VLPIANVS libro vicesimosexto ad Sabinum.

CVrator furiosi administrationem[e] peculij & dare, & denegare potest, tam furiosi seruo, quàm filio.

In peculio dicitur esse vestimentum quod gratia sui vsus, non aliud vestimẽtum quod est sibi concessum, & potius gratia domini quàm ipsius serui. Baldus.

XXV. POMPONIVS libro vicesimotertio ad Sabinum.

ID vestimentum peculij esse incipit, quod ita dederit dominus, vt eo vestitu seruũ perpetuò[f] vti vellet: eóque nomine ei tradidit, * ne quis alius eo vteretur, ídque ab eo eius vsus gratia custodiretur. Sed quod vestimẽtum seruo dominus ita dedit vtendum, vt non semper, sed ad certum vsum, certis temporibus eo vteretur: veluti cũ sequeretur eum, siue cœnanti ministrauit: id vestimentum nõ est peculij.[g]

Si semel est habita ratio doli commissi per dominum, vno agente non debet amplius haberi alio agente: quia non debet bis cõpelli ad soluendum pro eodem dolo. Paulus de Castro.

e *Administrationẽ.* nõ autem ipsum peculium dare potest: vt. ſ. eo. l. licet. §. idem adiicit. & §. in furiosi. &. l. quam Tuberonis. quæ sunt contra. nam quandoque & præfectus concedit administrationẽ defensori ciuitatis per confirmationem, & tamẽ eum nõ eligit: vt in auth. de defen. ciui. §. decreto. &. §. non habente.

ID vestimentum.] CASVS. Dominus seruo suo dedit vestimentum aliquod: an illud sit in peculio, quæritur, & distinguitur. aut dedit ei vt perpetuo haberet. id est quãdiu duraret vel quãdiu in seruitio suo esset. & primo casu erit in peculio: secundo non. Viuianus.

f *Perpetuo.* id est quãdiu durat. sic. j. de pign. l. debitor. non enim vestimentis perpetuo vtimur: vt insti. de vsufruct. §. constituitur. Sed videtur non esse peculium: vt infra. e. peculium nascitur. §. j. quæ est contra. Sol. vt ibi. Accursius.

g *Peculij.* Et sic no. ar. contra dapiferos & pedisequas: vt quando repelluntur. possit dominus vestimentum retinere si dederat vt in suo seruitio vterentur. sic infra, solu. matr. l. in his. §. j. & supra, si cer. peta. l. si ex me. in fine. & infra, de lega. iij. qui concubinam. j. respon.

SI semel.] CASVS. Dominus dolo & in fraudem creditorum deminuit peculium in decem. conuentus à creditoribus satisfecit. perinde erit ac si decem illa essent in peculio. si ab aliis conueniatur, an eiusdem doli nomine debeat aliquid præstare creditoribus? Dicitur, quòd non. Si vero dolo decem damnum dederit, & in aliis decem seruus ei teneatur: hincinde fiet compensatio. & hoc in secunda. Si vero seruum manumisit vel alienauit quòd dolo peculium serui tractauit: intra annum de dolo illo tenebitur. Viuianus.

h *Nihil præstabit.* facit infra, de regulis iuris. l. bona fides. & infra, de verb. oblig. qui bis. & supra, eod. l. si noxali. §. est autem.
i *Debeat.* scilicet domino.
k *Condemnandus.* quia & hoc præstitit interpretatiue admissa hincinde compensatione. Accursius.
l *His consequens erit.* scilicet supradictis duobus. Accursius.
m *Teneatur.* vt infra, quando actio de pe. est an. l. j. §. penul.

ET ancillarum.] CASVS. Si filiusfamilias contrahat cum ancilla: an obligetur pater vel dominus de pecu? Et respõ. quòd sic, & maxime si ancilla fuerit textrix vel sarcinatrix. & hoc in prima. Idem si res penes ancillam vel filium deprehendatur: quia datur in dominum vel in patrem actio de peculio. & hoc in secunda. Si vero iussu patris vel domini contrahatur, quod iussu erit actio. & hoc in tertia. Idem est si in rem domini versum fuerit: quia agetur de in rem verso. & hoc in quarta. [CONSTAT.] Si seruus domino defuncto ante aditam hæreditatem res hæreditarias subtrahit: si hæres à creditoribus peculiariis conueniatur: an possit deducere quod seruus corrupit & amouit de hære? Dicitur ꝙ sic. [SI SERVVS.] Si dominus seruũ, cuius nomine tenetur de peculio, alienauerit: intra annũ tenebitur de peculio. sed an emptor possit conueniri? Et respon. quòd sic: nec refert an ab emptore adquisierit peculium, vel ei concesserit peculiũ illud quod emit cũ seruo, vel ei à venditore donatum est. & potest creditor agere cũ emptore & venditore pro partibus, vel cum vnoquoque insolidum. & hoc in secunda. An autem possit venditor agere cum emptore pro eo quod venditor ante venditionem seruo mutauerit? Et respon. ꝙ non. & hoc in tertia. Si vero Titius seruo Mẽuij decem mutauit, & Titius eum emerit, & alienauerit: an pro illis decem conueniet emptorem? Dicitur, quòd nõ. & hoc in quarta. Si emptor mutauit antequam emeret: an venditor cõueniatur postea de peculio? Dicitur, quòd sic. ſ. intra annũ à venditione numerãdum. deducetur tamen qđ emptor peculij habet à seruo. & hoc in quinta. Si vero dominus vel seruus aliquid mutuasset seruo alienato ante venditionem: an pro eo venditor possit emptorem cõuenire, quæritur. Et dicitur, quòd non. & hoc in sexta. [SI QVIS.] Si plures seruum hebeant, & aliquis cum eo contrahat: an cum vno insolidum possit agere de peculio? Dicitur, quòd sic: quia iniquum esset vt actionem suam in plures diuideret qui cum vno contraxit. hoc in prima. An autem tantum debeat haberi rãtio eius peculij quod habet seruus ab eo qui conuenitur: an similiter eius quod habet ab aliis? Respon. quòd totius. & hoc in secunda. Nec conqueri debet is qui conuenitur insolidum: quia si quid præstiterit vltra portionem suam peculij, consequetur ab aliis pro socio vel communi diuidundo. Sed quid si ab aliis non habet peculium iste seruus, an vnus duorum conuenitur? Respon. quòd sic. Sed quid præstabit? id dumtaxat quod habebit ab ipso in peculio. vnde si quis eorum non soluendo est, aliquis hæres non est. vel bonorum poss. is qui conuenitur eatenus damnabitur quatenus erit apud eum de pecu. vel consequi possit de bonis alterius à quo seruus non habuerit peculium. h. d. cum. l. sequen. Viuianus.

n *Actio datur.* vt supra. e. l. j. §. de eo. Accursius.
o *Depositi quoque.* Arg. quòd actio de pecu. non est propriũ nomen actionis.
p *Et commodati.* vt supra, commoda. sed mihi. §. sed si ancillæ. Accursius.
q *Et tributoriam.* vt supra, de tribu. l. procuratoris. §. sed & si ancilla. Accursius.
r *Non dubitatur.* dari actionem de in rem verso, vel quod iussu, de eo quod est versum vel iussum: vt infra, quòd iussu. l. j. §. j.
s *Contractum sit.* cum filia, vel ancilla.
t *Cum eo.* hærede.

XXVI. PAVLVS libro trigesimo ad Edictum.

SI semel ex ea causa, id est quòd dolo fecerit, dominus præstiterit de peculio conuentus: cæteris ex eadẽ causa nihil præstabit.[h] [Sed &] si tantumdem seruus ei debeat,[i] quantũ dolo minuit: non erit condemnandus.[k] His cõsequens erit,[l] vt manumisso quoq;, vel alienato seruo, ex causa etiam doli intra annum teneatur.[m]

Nomine ancillarum & filiarum datur actio de peculio. Bartolus.

XXVII. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

ET ancillarũ nomine & filiarum familiàs in peculiũ* actio datur:[n] maximè si qua sarcinatrix, aut textrix erit, aut aliquod artificium vulgare exerceat. Datur propter eam actio depositi[o] quoque. & cõmodati[p] actionem dandã earum nomine Iulianus ait: sed & tributoriam[q] actionẽ: si [in] peculiari merce sciente patre dominóve negotientur, dandã esse, lõgè magis non dubitatur,[r] & si in rẽ versum est, quod iussu patris dominíve contractum[s] sit.

Hæres deducit quod sibi debetur. Bart.

VIConstat hæredem domini id quoq; deducere debere, quod seruus, cuius nomine cum eo[t] de peculio ageretur, ante aditã

*Flo. peculio

Corrupisset.

BIU Cujas

a *Corrupisset.* sed & vtili iudicio in factum pro duplo intra annum conuenitur seruus ab hærede. & hoc quanto testator iusit esse liberum post mortem suam: vt infra, si quis testa. liber esse iussus. l. j. circa princi.

b *Pollicetur.* si nominatim accepit pretium peculij. nō aliàs: vt. j. si ex duobus. in fine. & l. sequenti.

c *Acceperit.* seruꝰ véditus.

d *Concesserit.* domino.

e *Cū singulis.* i. cū emptore & véditore. Ac.

f *Insolidum.* vt supra, eodem. si noxali. §. penul. & infra, eodem. l. si creditor. §. seruū. & . j. de duo. re. l. tertia. §. vbi. Sed cōtra, infra, eodem. l. quotiens. §. si creditor. Solu. potest sic diuidere, vt contra vnum pro vna parte, cōtra alium pro alia parte experiatur. Sed si cū intenderit actionē, insolidum re integra nōdum lata sententia velit experiri contra alium, non potest: sicut aliàs dico in fideiussore: vt C. de fideiuss. liberum. & l. reos.

g *Venditionem.* cum sibi seruiebat. nam nec ex delicto tunc in dominum cōmisso tenetur: vt institu. de noxa. §. vnde si alij.

h *Crediderim.* ego emptor.

i *Deducto eo.* vt infra, eo. l. si creditor. §. fi. & l. quotiens. §. non tantum. & supra. e. l. hinc. §. interdum. & supra, de peti. hære. l. cum is. in fi. porro autequàm alienauero quod mihi debet antequam emeré, nunc de peculio conuentus deduco: vt. §. e. si noxali. §. idem scribit.

k *Mihi dari.* vt. §. e. l. §. sed & ipsi. Accursius.

l *Si quis cum seruo duorum.* qui seruū & peculiū habēt cōmune. Ac.

m *Insolidum.* vt hic, & supra, de exerci. l. j. in fi. & l. seq. & supra. e. l. & si duo. in fi. & infra, eo. quod debetur.

n *Apud eum.* scilicet conuentum.

o *Condēnatur.* īsolidū, & soluet de suo Ac.

p *Vel communi diuidundo.* vt supra, communi di. & si non. §. fi. & supra, eo. hinc. §. fi. & l. seq. Sed hæc non est ratio, quòd ideo teneatur, quòd cōtra alium agere potest: sed illa, quia cum suo seruo contractum est: aliàs contra. j. de regulis iuris. l. nemo ideo. Accursius.

q *Quæro. Apud eum.* secus si non esset: vt hic, & infra, ti. j. l. j. §. si præcepto. & infra, de dote preleg. l. j. §. per contrariū sed quare non per communi diuidundo, vel pro socio,

hæreditatem ex bonis hæreditariis amouisset, consumpsisset, corrupisset. [a]

Seruo contra venditorem & contra emptorem actio de peculio competit pro parte & insolidum. sed ipsi venditori de eo quod sibi vel seruo eius debetur, non cōpetit contrà emptorem. emptori vero competit contra venditorem facta prius de suo peculio deductione. Bartolus.

¶ Si seruus alienatus sit: quāuis in eū, qui alienauerit, intra annum prætor de peculio actionem polliceatur: [b] tamen nihilominus & in nouum dominū actio datur. Et nihil interest, [an] aliud apud eum adquisierit peculium, an quod pariter cùm eum emerit, vel ex donatione acceperit, [c] eidem concesserit. [d] ¶ Illud quoque placuit, (quod & Iulianus probat) omnino permittendum creditoribus, vel in partes cum singulis [e] agere, vel cum vno insolidum. [f] Sed [&] ipsi, qui vendiderit seruum, non putat Iulianus de eo, quod ante venditionem [g] crediderit, cum emptore de peculio agere permittendū. Sed & si alieno [seruo] crediderō, eumque redemero, deinde alienauero: æquè nō putat mihi in emptorem dari debere iudicium. * In venditorem autē dumtaxat intra annum, post redemptionem numerandum de eo, quod adhuc alieno crediderim, [h] dandā esse mihi actionem existimat, deducto [i] [scilicet] eo, quod apud me peculij seruus habebit. ¶ Sicut autē de eo, quod ipse crediderim seruo meo, non putat Iulianus in emptorem, alienato eo, actionem mihi dari [k] debere: ita & de eo, quod seruus meus seruo meo crediderit, si is, cui creditū fuerit, alienatus sit: negat permitti mihi debere cum emptore experiri.

Vbi est communio serui & peculii: quilibet conuenitur insolidum, & etiam respectu peculii quod est penes alterum: & quod præstiterit, ab alio consequitur. Bar.

¶ Si quis cum seruo duorum [l] pluriúmve cōtraxerit, permittēdum est ei cum quo velit dominorum insolidum [m] experiri. Est enim iniquum in plures aduersarios distringi * eū qui cum vno contraxerit. Nec huius dumtaxat peculij ratio haberi debet, quod apud eum [n] cum quo agitur, is seruus haberet: sed & eius quod apud alterum [est.] Nec tamen res damnosa futura est ei qui condemnatur [o]: cum possit rursus ipse iudicio societatis, vel communi diuidundo, [p] quod amplius sua portione soluerit, à socio sociisve suis [ius suum] consequi. Quod Iulianus ita locum habere ait, si apud alterū quoque fuit peculium: quia eo casu soluendo quisque etiam socium ære alieno liberare videtur. At si nullum sit apud alterum peculium, cōtra esse: quia nec liberare vllo modo ære alieno eum intelligitur.

XXVIII. IVLIANVS libro vndecimo * Digestorum.

QVare & si socio neque hęres, neq; bonorū possessor extitisset, eatenus damnari debet is cū quo actum fuerit, quatenus peculium apud eum [q] erit, & quantum ex bonis [r] cōsequi potest.

Si creditores peculiares succedunt ei qui tenetur de peculio: quatenus succedunt, extinguitur actio de peculio, etiam si expressè contradixit. Paulus de Castro.

XXIX. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

SI quis seruum [in] testamento liberum esse iusserit, relictis hæredibus his qui cum seruo cōtraxerūt: possunt inter se cohæredes vel [s] de peculio agere: quia de eo quisque peculio quod apud eum esset, quolibet alio agēte tenetur. ¶ Etiā si prohibuerit contrahi cū seruo dominus: erit in eum de peculio [t] actio.

XXX. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

QVæsitum † est, an teneat actio de peculio, etiamsi nihil sit in peculio cū ageretur: si modò sit rei iudicatæ tempore? Proculus & Pegasus nihilominꝰ teneri aiunt.

A

B

C

D

* aliàs, actionem

† Quæsitum.

a Seruus ex contractu serui conuenitur de peculio, & tempore lit. contest. nil sit in peculio: si tempore sententiæ aliquid sit in peculio, an dominus debeat teneri inspecto tempore sententiæ? Et respon. quòd sic. Idem est in actione ad exhibendum. & si tempore lit. cōtest. exhiberi nō posit, tempore sententiæ posit, debet teneri ad exhibendum, nisi exhibeat. idem est, si vindico rem meam ab aliquo: neque ipse possideat tempore litis contest. postea tempore sentētiæ inuenitur possidere: quod tenet. §. QVÆSITVM.] Si dominus qui tenetur de peculio, ad quemlibet peruenit, debet conueniri quilibet. Idem est in actione de in rem verso: nisi in ré vnius hæredis versū fuisset: quo casu tenebitur insolidū. Si vero aliquis seruus pro parte institutur, pro parte conuenietur. Si vero filius pro parte institutur, conuenietur insolidū. Sed in primo casu si vnus cohæredum conuentus velit totum solue re: puta quia erant x. in debito, & ea soluit: & velit sibi actionem cedere in vnū aduersus cohæredem: an sit audiendus, quæritur. Et dicitur, quod sic. [IS QVI.] Sed cum. x. alicui deberentur ex contractu serui, & .v. tantum essent in peculio, & illa exegit: postea peculium augeatur.

BIU Cujas

augeatur:an pro residuis.v.dominus possit conueniri? Et respon. quòd sic.[*SI ANNVA.*]Si dominus seruum cui⁹ nomine tenebatur de peculio,vendidit,& creditor pro eo eum conuenerit, & repellatur annali exceptione:puta,quia effluxit annus à tempore alienationis serui:an detur creditori aduersus emptorem actio, quæritur.Et dicitur,q̃ sic. Si vero véditor cóuétus intra annum dixit,nihil est in peculio: eo deducto quod creditor à venditore cósequi posset,in residuũ cõuenietur emptor. & hoc in secunda.[*IN DOLO.*]Dominus cóuent⁹ de peculio exceptionem opponit, dicendo nihil esse in pecu.replicatur de dolo: quia dicit dominũ dolose intricasse peculiũ. vsque ad quod tempus desista replicatio,quęritur. Et respon. vsque ad tempus quo agi potest de dolo.qđ olim erat tẽpus annale:hodie biénale:vt. C.de dolo. l.si hęres.Et quaten⁹ ad eum ex dolo defuncti peruenit,tenetur. sed si ipse hæres dolum commisit,insolidum conuenietur.Viuianus.

Intẽditur[a] enim rectè,etiã si nihil sit in peculio[b]. Idẽ & circa ad exhibendũ,& in rem actionem placuit.quæ sententia & à nobis probanda est.

Hæc actio contra hæredem datur, quatenus ad eum ex peculio peruenit: sed filius cum quo contractum est, si est hæres, tenetur insolidum. & sic contra cohæredem actio est cedenda. Bartolus.

¶Si cùm ex parte hærede[c] domini vel patris agatur, dumtaxat de peculio condemnandũ, quod apud eum hæredem sit qui conuenitur.Idem &[de]in rem verso pro parte:nisi si quid in ipsius hæredis rem vertit[d]. Nec quasi[e] vnum ex sociis[f] esse hunc hæredem conueniendum,[g] sed pro parte dũtaxat. Sed si ipse seruus sit hæres ex parte institutus[h]:æquè[i] cũ eo agendum erit. ¶Sin verò filius sit:quamuis ex parte institutus, nihilominus insolidum actionem patietur[k]. Sed si velit[l] pro parte nomen cohæredis redimere[m],audiend⁹ est. Quid em̃ si in rem patris versum sit[n]? cur non consequatur[o] filius à cohærede quod in patris re est? Idem est & si peculium locuples[p] sit.

Qui egit de peculio, & non fuit consecutus totum debitum, quia non erat tantum in peculio: ipso postea aucto iterum agere poterit. Paulus de Castro.

¶Is qui semel de peculio egit: rursus aucto peculio de residuo[q] debiti agere potest.

Exceptio quæ competit actori, non trãsit ad successorem, si in eius persona causa cedendæ actionis deficiat: aliàs secus. Bar.

¶Si annua exceptione sit repulsus à vẽditore creditor:subueniri[r] ei aduersus emptorem debet. sed si alia[s] exceptione, hactenus subueniri [ei debet,] vt deducta ea quantitate, quã à venditore cõsequi potuisset, ab emptore residuũ cõsequat̃.

Replicationes sunt temporales, sicut actiones. Bartolus.

¶In dolo[t] obiiciendo,temporis ratio habetur. Fortasis enim post tẽpus de dolo actionis non patietur dolum malũ obiici prætor:quoniam nec de dolo actio post statutum tempus[u] datur.In hæredem autem doli clausula in id quod ad eũ puenit,fieri debet[x]:vltra nõ.

XXXI. PAVLVS libro trigesimo ad Edictum.

SEd si ipse hæres dolo fecit, solidum[y] præstat.

Electione vni⁹ ex pluribus non habentibus communionem serui & peculii, alii liberantur: sed de æquitate in residuo cæteri tenebuntur: & quantum sit in peculio sententiæ tempore, inspicitur. Bartolus.

a *Intenditur.* inspecto tempore sententiæ,nõ præsenti. nam nec fieret missio,si nunc non defenderetur domin⁹: vt infra,eo.l.eo tempore. Item nec cauet de futuro incremento qui de peculio cõuenitur: vt infra.e.l.quotiens.§. qui semel.per quæ patet nil nunc deberi: & sic non rectè:vel actor asserit esse sic.Acc.

b *In peculio.* etiã hodie asserebat actor esse.erit tamen tempore sententiæ : vt prædixit hic,& infra,de lib.leg.l.si quis reum.§.idem Iulianus.& supra, de iudi.si filius.j.respon.& sic non ratione præsentis status,sed futuri recte agitur.sic in actione in rem & ad exhiben.vt subiicit.& supra,de rei vindi.sinauté.§.j.& sic in peti.hæredi.l.iiij.&.l.quòd si in diem.j.respon.& est ratio in actione de peculio,& peti. hæredi.quia ius metimur ex persona actoris:vt supra,si pars hæredi. peta.l.j.§.j. & possunt sub petitione generali claudi etiam quæ postea quæruntur.vnde secus in personali singulari, vbi non potest contineri:vt supra,de iudi.l.non potest.quæ est contra.Item quãdoque & alia tempora spectantur in actione de peculio : vt infra.e.l.si ex duobus.§.in hoc.&.l.si filius vel seruus.& infra,titu. j.l.fi.Accursius.

c *Hærede.* scilicet instituto.

d *Vertit.* scilicet seruus:quia tunc in totum quod versum est,tenetur,actione scilicet de in rem verso.

e *Quasi.* id est,sicut.Accursius.

f *Ex socio.* quorum vnum constat posse conueniri insolidum de peculio serui communis:vt supra,eo.l.& ancillarum.in fi.

g *Conueniendum.* scilicet insolidum.

h *Institutus.* cum libertate expresse relicta secundum hæc iura. hodie non est vis.nam eo tempore quo hæres, & libertas præsumitur relicta:vt insti.qui.ma.non li.§.idemque.Accursius.

i *Æquè cum eo.* vt supra,eo.l.tertia.§.j.Accursius.

k *Patietur.* quia etiam ab initio tenebatur:quod est in seruo diuersum,secundum Ioan.

l *Sed si velit.* scilicet filius insolidum.

m *Redimere.* id est actionem sibi cedi,secundum Ioan.Et no.hic ar.pro quæstione qua quæritur si vnus reorum soluit, an cessio fiat in totum contra conreos, vel pro parte. quidam in totum. sed Ioan. pro parte, pro eo quod est hic: vt infra, de tu.& ratiõ.

n *Versum sit.* idem & si non sit versum.nam & tunc habet doli excep.scilicet nisi fiat ei cessio pro parte sua: vt supra, fami ercis. his consequenter.§.si filius.

o *Consequatur.* ex iure cesso agens.

p *Locuples.* idem & si non sit locuples.& hoc cum non inspiciatur illud nisi in casibus:vt.ff. e.l.j.§.si cũ impubere.

q *De residuo.* quia noua causa est:vt infra,de excep.rei iudi.l.si rem meam.Item facit.j. eo. quotiés.§.si semel.Ac.

r *Subueniri.* de æquitate.nam mero iure electione sibi præiudicauit:vt infra,eod.si ex duobus.j. respon. quæ est contra.&.l.quotiés. §.si creditor.

s *Alia.* dicendo nil esse in peculio : vt supra,si cer.peta.l.fina .j. respon.

t *In dolo.* agit creditor de peculio:dominus dicit nihil esse in peculio:& actor replicat,quòd dominus fecerat dolo quo minus sit:vt supra.e.summa.j. respon.Accursius.

u *Statutum tempus.* qđ erat olim anni : hodie biennij:vt. C.de dolo. l.fi.Sed videtur perpetuo posse obiici: vt infra, de excep.do.l. pure.§.fi.quæ est contra. Sol.ibi in excep.hic in replicatione, in qua idem quod in actione debet statui:cum actor possit replicare quando vult agendo: nõ sic qui excipit:vt ex.l.contraria patet.& hoc secundum R. hoc non valet.nam & replicatio perpetuo durat:vt.C. de excep.l.si pactũ. nisi dicas,quòd ibi replicatio pro exceptione ponatur: quod esse potest:vt infra,de except.l.ij.§.j.Vel dic, quòd ibi perpetuo replicatur:in.l.si pactum.de eo quod peruenit ad violentum : quia præcesserat actio quæ perpetua erat.hic autem annalis,scilicet de peculio.Vel sol.secundum Bul.quòd hoc intelligitur secundum l.contrariam.& hoc ex hac dictione, fortasis,quæ est hic. & sic perpetuo obiicitur.prima verior est.

x *Fieri debet.* etiam perpetuo: vt in actione de dolo dicitur : vt supra,de dolo.l.in hæredem. alij econtra.Accursius.

y *Sed si ipse. Solidum.* facit supra, de trib.l.quod in hærede.§. fina.Accursius.

Si ex duobus.]*CASVS.* Si dominus pluribus hæredibus relictis decessit,qui conueniri poterat intra annũ de peculio ex contractu serui:& seruo alienato,vel manumisso,vel libero esse iusso, vnus hæredũ cõueniatur,an cæteri liberantur?quæritur.Et dicitur,quòd sic de iure scripto.sed in plus condẽnari non debet,q̃ quod sit in peculio penes eum.idem est in duobus fructuariis in seruo,& duobus bonæ fidei possessoribus.idem est,si in rem vni⁹ versum fuerit,quòd alius conuentus eũ liberat.hæc sunt vera de iure scripto.secus de æquitate:quia qui contraxit cũ seruo,totum peculium respexit:nõ eam tantũ partem peculij,quę erat penes cõuentũ.[*IN HOC.*]In prædicto casu,cũ vnus hæres cõuenitur, & tẽpore lit.contest.nihil est in peculio: tẽpore sententiæ tamen est:an illius ratio debeat haberi,quæritur.Et rn. q̃ sic.Si vero cõuersõ:semper tẽpus sentẽtiæ spectãdũ est.verbi gratia, vendidi seruũ,qui conueniebatur.nil erat in peculio.postea peculiũ venit apud emptorem.non est inspiciẽdũ in persona emptoris, quantũ fuerat in peculio eo tẽpore,quo conueniebar, sed quantũ postea accessit emptori:vt ſi.x.tantũ erant penes me cũ cõueniebar. xxx.

debebantur

debebantur creditoribᵃ pecul. & postea vsque ad. xx. creuit peculium apud emptorem: insolidũ tenetur. [VENDITOR.] Si vẽdidi seruum cũ peculio, & de peculio penes me nil remansit: non solum post annum, sed neque conueniar de peculio. Si vero accepi pretium pro peculio, penes me videtur peculium remansisse, cum pretiũ peculij ad me peruenit. Viuia.

a *Eius.* scilicet domini. Accursius.
b *Qui.* scilicet dominus. Accursius.
c *Manumisso.* s. à se.
d *Iusso.* s. ab alio, cui vendidit dominus sub eo pacto, quòd manumitteretur.
e *Vel alienato.* sed nó libero esse iusso.
f *Liberabuntur.* de stricto iure: vt statim dicet. Accursius.
g *Alterius.* scilicet hæredis. Accursius.
h *Versum.* scilicet, vt alius conuentus hunc, in cuius rem est versum, liberet de stricto iure, licet ille insolidũ sit obligatus: vt supra, eo. l. quæsitum. §. j. Ac.
i *Liberat.* scilicet iure mero. Accursius.
k *Hoc iure.* ius strictũ est, quòd vnum eligẽdo, quem insolidũ cõuenerat, videtur ab aliis recedere: cum ille soluat ei totũ quod debet: nõ autem plus debet, quàm sit ĩ peculio.
l *Aequitas.* tria no. Primo, quòd æquitas præfertur rigori: vt. C. de iudi. placuit. Secundo, quòd præceptio, non litis contestatio, liberat: vt &. s. de his qui deiec. vel effu. l. p̃ceptione. & supra, de constitu. pecu. item. §. fi. Item, quòd qui contrahit, totum patrimonium &c. vt supra, de iudi. l. si fideicon. §. j. & infra, ad Trebel. l. j. §. si hæres.
m *Recedens.* Actor dicitur recedens, ideo q̃ a vnum eligendo, ab aliis recedere videt de stricto iure: & quia si non potest totum ab alio cõsequi, recedit ab illo, & redit ad aliũ de æquitate: vt. s. proxi. rñ. & dicitur restaurari. & ex hoc quia redire potest, videbatur condẽnationẽ faciẽdã semper quantũ est in peculio tempore lit. cõtest. etiã si minus, vel plus sit tẽpore rei iudicãdæ: quia licet minus consequeretur actor, posset tamẽ de residuo postea agere, vel contra aliũ, vt hic: vel contra eundẽ: vt. s. eo. l. quæsitũ. §. is qui semel. Respondetur tamen contra. s. tẽpus sententiæ, quod præsens dicitur, spectari: vt. s. e. l. quæsitũ. j. respõ. quod autẽ in vna persona dicitur, postea in duab⁹ ponitur. s. q̃ ĩ persona emptoris nõ sit spectãdũ, quãtum fuerit in peculio eo tempore, quo venditor est conuentus.
n *Hodie.* scilicet, cum iudicaretur.
o *Accesserit.* emptori. Accursius.
p *Nos.* qui primo contra venditorem egimus.
q *Consequi.* ex hoc patet, q̃ emptor serui etiã de præcedenti causa tenet. aliàs enim quomodo conuentus fuisset venditor? & hoc dicitur supra. e. l. si noxali. §. idem scribit. & de tribu. l. de peculio. & supra. e. l. & ancillarum. §. si seruus.

XXXII. VLPIANVS libro secundo Disputationum.

SI ex duobus vel pluribᵘ hęredibus eius, [a] qui [b] manumisso [c] seruo, vel libero esse iusso [d], vel alienato [e], vel mortuo, intra annum cõueniri poterat, vnus fuerit conuentus, omnes hæredes liberabuntur: [f] quamuis non in maiorem quantitatẽ eius peculij, quod penes se habet, qui conuenitur, condemnetur. idq́ue ita Iulianᵘ scripsit. Idem q́ue est, & si in alterius [g] rem fuerit versum [h]. Sed & si plures sint fructuarij, vel bonæ fidei possessores, vnus conuentus, cæteros liberat [i]: quamuis non maioris peculij * quàm penes se est, condemnari debeat. Sed licet hoc iure [k] contingat: tamen æquitas [l] dictat, iudiciũ in eos dari, qui occasione iuris liberantur: vt magis eos perceptio, quàm intentio liberet. Nã qui cum seruo contrahit, vniuersum peculium eius, quod vbicumque est, veluti patrimonium intuetur. ¶ In hoc autem iudicio licet restauretur recedens [m]: * tamen & augmẽti, & decessionis rationem haberi oportet. Et ideo siue hodie [n] nihil sit in peculio, siue accesserit [o] aliquid: præsens status peculij spectandus est. Quare circa venditorẽ quoq; & emptorem hoc nobis videtur verius, quod accesit peculio, posse nos [p] ab emptore consequi [q]: nec retrorsum, velut in vno iudicio [r] ad id tempus cõuentionẽ reducere emptoris, quo vẽditor conuentus sit.

Halo. peculii quantitate
Flo. præcedens

Si pro peculio pretium expresse non fuit constitutum: hic conuenitur apud quem peculium reperitur. aliàs hic qui pro peculio pretium nominatim recipit. Bartolus.

¶ Venditor serui, si cum peculio seruũ vendiderit, & tradiderit peculiũ: ne intra annũ quidẽ de peculio conuenietur. neque enim hoc pretiũ [f], serui peculiũ est: vt Neratius scripsit.

XXXIII. IAVOLENVS libro duodecimo ex Cassio.

SEd si quis seruum ita vẽdiderit, vt pretium pro peculio acciperet: penes eum videtur esse peculium, ad quem pretium peculij [t] peruenit,

XXXIIII. POMPONIVS libro duodecimo ex Variis Lectionibus.

NOn penes [u] quem res peculiaris sit.

XXXV. IAVOLENVS libro duodecimo ex Cassio.

AT cum hæres iussus [x] est peculiũ dare, accepta certa [y] summa: non videtur penes hæredem esse peculium. [z]

In contractibus bonæ fidei pater & dominus non solum de peculio, sed etiam de eorum proprio dolo tenentur. Bartolus.

XXXVI. VLPIANVS libro secundo Disputationum.

IN bonæ fidei contractibus quæstionis est, an de peculio, an insolidum pater vel dominᵘ tenẽtur? vt est in actione de dote agitatũ, si filio [familiàs] dos data sit, an pater dũtaxat de peculio conueniretur? Ego autẽ arbitror non solùm de peculio [conueniri:] sed & si quid præterea dolo malo [a] patris capta fraudataq́ue est mulier, competere actionem. Nam si habeat res, nec restituere sit paratus: æquum est eum, quanti ea res [b] est, condemnari. Nam quod in seruo, cui res pignori data est, expressum est: [c] hoc & in cæteris pignoribus non restituatur, cum habeat facultatem restituendi. Vi.

a *Dolo malo.* secus si culpa: vt supra, commo. si mihi. §. si filio. & hic subiicit. Azo.
b *Ea res.* vel quanti in litem iurauerit. & facit supra. e. l. iij. §. ex furtiua. & l. depositi. j. respon. Accursius.
c *Expressum est.* scilicet à Iuliano: vt supra, commo. l. iij. §. si filio. & hic subiicit.

SI creditor.] CASVS. Tenebaris mihi in decẽ de peculio nomine filij tui. institui te hæredem. vendidisti hæreditatem tenearis emptori de peculio, ad quem peruenit hæreditas, quæritur. Et dicitur, quòd sic, ex stipulatione quam interponit emptor, de præstando ei quicquid ad venditorem occasione hæreditatis quam emit, peruenit. cum ergo ista. x. ad eum pertinent: quia additione hæreditatis confusa erat obligatio: merito venditor tenebitur in x. de peculio. [*SI SERVO.*] Iussisti seruo tuo vt emeret vicarium pro. viij. de tua pecunia. & denuntiaui tibi quòd emeret tantum pro. viij. sed. x. ei numerauit. an duo vndicare possis: quæritur.

On penes. s. tantùs vt. s. e. l. si inoratli. §. idẽ scribit. & arguẽs. de tribu. l. de peculio. Accursius.

Atcũ.] CASVS. Si hæres iubeatur à testatore peculiũ seruo dare, & liberũ facere, &. x. à seruo reciperet an videatur penes hęre dẽ peculiũ esse? Dicit, q̃ non. magis enim videtur cõditioni qua libertas relicta est parere, quàm pretium peculij numerasse. Vi.
x *Iussus est.* s. à testatore.
y *Dare.* seruo libero esse iusso. Accursius.
z *Peculiũ.* quia magis est pretium libertatis: nihilominus tamen tenetur de peculio: vt. j. tiu. j. l. j. §. item. vel distingue vt ibi diximus. Accursius.

IN bonæ fidei.] CASVS. Si in actiõe stricti iuris aliquid à filio fa. alicui debeatur, puta ex mutuo: quin dominᵘ de pecu. teneat, dubiũ non est: sed in bo. fi. videndũ an insolidũ, an dũtaxat dominus de peculio teneatur. verbi gratia, filiusfa. accepit dotem à muliere. solu. ma. an pater de peculio teneatur, an insolidum quæritur. Et rñ. q̃ non solũ de peculio, sed in ipsam dotẽ fidolo ipsius mulier fuerit defraudata, cum habeat apud se dotem: quãti ea res est, condẽnandus est. Idem est in seruo si obliguit seruo pignus ex cõtractu quem cum eo fecit, & pecunia soluta nec pignus restituat: quia non solum conuenitur dominᵘ de peculio, sed nomine doli quem cõmisit. eo autem ipso in dolo videtur, quòd pignus non restituat, cum habeat facultatem restituendi. Vi.

BIU Cujas

ritur. Et dicitur q̃ sic: sed ea teneris præstare de peculio. [SERVM.] Habebam seruum communem cum Titio & Sempronio: qui seruus cum aliquo contraxit. antequàm cõuenirer de peculio, vendidi eum Titio cum peculio, quod penes me remansit. si conueniatur Sempronius quondam socius meus in illo seruo, an debeat haberi ratio peculij quod penes eũ remãsit? Dicitur quòd non: quia si aliud hoc nomine præstitit Sempronius non recuperabit à me, cum actionẽ non habeat: quia à cõmunione recedit. si Titius eum vendidit, & conueniatur: aut intra annum à tempore alienationis, aut post. Primo casu habebitur ratio: secundo casu non: quia hoc sapiẽtibus placuit, vt intra annũ cũ venditore creditor de peculio possit agere, cum emptore in perpetuũ. [SI ACTVM.] Habeo proprietatẽ in seruo: tu vsumfruc. seruꝰ habet peculium, qđ respicit me proprietarium, & quod te fructuarium. si tu conueniaris à creditoribꝰ peculiariis: an debet haberi ratio vtriusque peculijs? Dicitur, quòd sic: quia is qui contraxit, totum respicit peculiũ. hoc in prima. Idem est si tu fructuarius locasti ei operas suas, & promisit tibi. x. vel ei mutuasti: habes aduersus me actionem de peculio. Viuianus.

a *Stipulationis.* nã stipulatur emptor à venditore: vt infra, de verbo. obliga. l. cum stipulamur.

b *Teneberis.* vt infra, de hæred. vendi. l. ij. §. illud quæsitum. & l. si hæreditatem mihi.

c *Vindicabis.* nec eñ est necesse ostendere quos: sed tantum numerũ: vt supra, de rei vindi. l. si in rem.

d *Sed hi.* s. duo aurei.

e *Venditori.* scilicet agenti. Et sic not. hic q̃ non solum non fit compensatio quantitatis ad veram speciem, sed etiam ad fictam specié. est enim quantitas id quod per actionem de peculio petitur: ficta species illi duo aurei, qui vt species vindicantur: ar. infra, de leg. j. plane. §. j. nec mirum: quia & vbi corpora debentur, tamen quia vt quantitas debetur, fit compensatio, ac si in genere debeantur: vt infra, de lega. ij. l. vnum ex. §. sed si vno. & facit ad. §. si cer. pet. cum fundus. §. seruum. & supra, de negot. gest. l. quia aliena. §. libertos. Accursius.

f *Titio.* cuidam, vel alij, vel dicto Titio, cum quo communem habui. Accursius.

g *Vendidi.* cũ quo communem habui: vel non. nam non certificat hic: sed in solutione optime determinabit statim. Accursius.

h *Dixi, si cum Sempronio.* socio meo quondam, cui non vendidi.

i *Consequi.* quia cum eo mihi commune esse desiit, cum quo erat antequam venderem.

k *Cum Titio.* emptore.

l *Agi de peculio non posset.* vt supra, eod. & ancillarum. §. fi. Ac.

m *Ageretur.* cum emptore. emptor enim conueniri potest intra annũ ex sua persona: quia peculiũ quod habet vẽditor, ipse videtur habere: cũ illud possit act. ex empto petere, & ex persona vẽditoris: quia venditor tenetur, à quo exigere poterit quod præstiterit: sed post annum ex sua persona tantum conuenitur. & adde quod not. supra. si ex noxa. cau. agatur. in fine.

n *Peculii rationẽ.* qđ apud me est. & hoc est verum in eo casu cum Titius seruũ emit cum peculio. aliàs non. Ac.

o *Consequatur.* ex æquitate: vt. ff. eo. quæstũ. §. is qui semel. & l. si ex duobꝰ. in princ. Ac.

p *A fructuario.* seruus conducit à fructuario operas cum ei aliquid promittit vt sibi permittat locare aliis. operæ enim talis serui, fructuarij omnes sunt. Acc.

q *Actio.* s. de peculio. Sed prout refertur hoc ad locationem, est cõtra. ff. de vsufru. l. sed & si quis. §. Idem Iulianꝰ. Sol. nihil dicitur ibi agi ex tali locatione ad hoc vt fructuarius obligetur. at seruus ei obligatur, ac per hoc ꝓprietarius: vt hic. Vel dic, q̃ fructuarius non hic à seruo ex opera stipulatus est: puta, ꝓmittis q̃ arabis cras: sed dicebat seruꝰ, dabo tibi. x. si me meis operis, sicut volo, permiseris vti. Itẽ contra. j. de verb. obli. liber homo. in fi. j. rñ. Sol. quòd ibi dicit non dari mihi actionem in dominum proprietatis, supple nisi deducã qđ penes me est loco peculij: vt hic subiicit, & supra, eod. l. hinc. §. penultimo.

r *Deducto.* i. computato. sed cur iste fructuarius computat sibi in solutum suum peculium? Rñ. non est mirum: quia & hoc facit dominus vbicũque de peculio conuenitur, & sibi aliquid debeẽ. immò quãdoque non: vt infra, eo. deposui. §. seruo. & quãdoque sic: vt infra, eo. quotiẽs. §. nõ tantũ. Vel dic, deducto. i. separato. sed hæc est non propria significatio: sicut per hunc titu. accipimus. nam dicitur dominus deducere, id est in debitum sibi computare: vt infra. l. proxi. §. seruo.

ris bonæ fidei iudiciis accipiẽdum esse, Pomponius scripsit. Nãque si seruo res pignori data sit, non solùm de peculio, & [de]in rem verso competit actio: verum hanc quoque habet adiectionem. *& si quid dolo malo domini captus fraudatúsque actor est.* Videtur autem dolo facere dominus, qui cum habet restituendi facultatem, nõ vult restituere.

Quando quantitas petitur vt species, ad aliam quantitatem non admittitur compẽsatio. Bartolus.

XXXVII. IVLIANVS libro duodecimo Digestorum.

SI creditor filij tui hæredem te instituerit, & tu hęreditatem eius vendideris: illa parte stipulationis [a], *quanta pecunia ex hæreditate [eius] ad te peruenerit*: teneberis [b] de peculio. ℣ Si seruo tuo [ordinario] permiseris vicarium emere aureis octo, ille decem emerit, & tibi scripserit se octo emisse: tuq̃ ei permiseris eos octo ex tua pecunia soluere: & is decẽ soluerit: hoc nomine duos aureos tantum vindicabis: [c] sed hi [d] venditori [e] præstabuntur dumtaxat de peculio serui.

Si cum vno agatur, eius peculii, quod fuit apud eum qui quondam fuit socius, ratio non habetur. Item si agatur contra emptorem post annum, non habetur ratio eius quod est penes venditorẽ: secus si intra annum. Bartolus.

℣ Seruum, quem communem cum Titio, aut Sempronio habebam, Titio [f] vendidi, [g] antequam eiꝰ nomine ageretur mecum de peculio. Quęsitum est, si de peculio cum Titio, aut cum Sempronio ageretur, an eius peculij, quod apud me esset, ratio haberi deberet? Dixi, si cum Sempronio [h] ageretur, nũquam rationem eiꝰ peculij, quod apud me esset, haberi debere: quia is nullam aduersus me actionem haberet, per quã id quod præstitisset, consequi [i] posset. Sed & si cũ Titio [k] post annum quàm vẽdidissem ageretur: similiter non esse computandum peculium, quod apud me esset: quia iam mecum agi de peculio nõ posset. [l] Sin autem intra annũ ageretur, [m] tunc quoque habendam huius peculij rationem: [n] postquam placuit, alienato homine, permittendum [esse] creditori, & cum venditore, & cum emptore agere.

Quod quis à fructuario consequi nõ potuit per actionem de peculio, recuperat à proprietario. h. d. Paul. de Castro.

℣ Si actum sit de peculio cũ eo, qui vsumfructum in seruo habet, & minus cõsecutus sit creditor: non est iniquum, vt ex vniuerso eius peculio, siue apud fructuariũ, siue apud proprietarium erit, rem cõsequatur. [o]

Ex contractu celebrato inter fructuarium & seruum in quo habet vsumfructũ, datur fructuario actio de peculio contra ꝓprietarium: computato tamen peculio quod est apud fructuarium de quo debet sibipsi soluere. Paul. de Cast.

℣ Nihil interest, operas suas cõduxerit seruus à fructuario, [p] an pecuniam mutuam ab eo acceperit. Dari itaque debebit actio [q] ei aduersus dominũ proprietatis, deducto [r] eo, quod seruꝰ peculij nomine apud fructuarium habet.

Peculii rationẽ. qđ apud me est. & hoc est verum in eo casu cum Titius seruũ emit cum peculio. aliàs non. Ac.

Consequatur. ex æquitate: vt. ff. eo. quæstũ. §. is qui semel. & l. si ex duobꝰ. in princ. Ac.

A fructuario. seruus conducit à fructuario operas cum ei aliquid promittit vt sibi permittat locare aliis. operæ enim talis serui, fructuarij omnes sunt. Acc.

Actio. s. de peculio. Sed prout refertur hoc ad locationem, est cõtra. ff. de vsufru. l. sed & si quis. §. Idem Iulianꝰ. Sol. nihil dicitur ibi agi ex tali locatione ad hoc vt fructuarius obligetur. at seruus ei obligatur, ac per hoc ꝓprietarius: vt hic. Vel dic, q̃ fructuarius non hic à seruo ex opera stipulatus est: puta, ꝓmittis q̃ arabis cras: sed dicebat seruꝰ, dabo tibi. x. si me meis operis, sicut volo, permiseris vti. Itẽ contra. j. de verb. obli. liber homo. in fi. j. rñ. Sol. quòd ibi dicit non dari mihi actionem in dominum proprietatis, supple nisi deducã qđ penes me est loco peculij: vt hic subiicit, & supra, eod. l. hinc. §. penultimo.

Deducto. i. computato. sed cur iste fructuarius computat sibi in solutum suum peculium? Rñ. non est mirum: quia & hoc facit dominus vbicũque de peculio conuenitur, & sibi aliquid debeẽ. immò quãdoque non: vt infra, eo. deposui. §. seruo. & quãdoque sic: vt infra, eo. quotiẽs. §. nõ tantũ. Vel dic, deducto. i. separato. sed hæc est non propria significatio: sicut per hunc titu. accipimus. nam dicitur dominus deducere, id est in debitum sibi computare: vt infra. l. proxi. §. seruo.

Deposui.] CASVS. Si deposui decẽ apud filiumfa. qui nihil habet in peculio, cum nullũ habeat: si agã cum patre de peculio, nihil consequar. cum hæc. x. nec in peculiũ sint cõuersa: neque si aliquis ageret cũ patre de peculio ex cõtractu aliàs facto cũ filio, ista. x. cõputarentur cum peculio. agã ergo & ad exhibendũ, & rei vindica. [SI NVPTVRA.] Mulier promisit doté filiofamil. non tradidit. soluto matrimo. an possit agere mulier vt insolidum absoluatur à dotis promissione: an quatenus est in peculio? Rñ. q̃ insolidum: quia si conueniretur mulier ex promissione sua insolidum, posset de dolo mulier excipere. [STICHVS.] Si habeas seruum ordinariũ: & ille habeat vicarium in peculio suo: & vicarius nihil habeat in peculio: si mutuaueris. v. vicario, & postea conueniaris à creditoribus Stichi in. x. & vicarius vẽdatur pro. x. an possis deducere quæ tibi debuit vicarius ex prædicto contractu? Et respon. q̃ non: quia vicarius non est in peculio suo:

BIU Cujas

suo: & proinde non deduces alicui alij seruorum tuorum nullum vicario habente peculium. quod probat iurisconsul. per simile. Sticho peculium suum legasti, & liberum esse iussisti: & vicarius eius qui nõ habet aliquid in peculio, debebat tibi. x. an hæres possit deducere illa? Et respon. quòd non. Si vicarius haberet peculium ex quo fieri posset deductio, etiã si vicarius nihil haberet in peculio, & tantum deberet vicarius quãtum ordinarius habet, qui nihil habet nisi vicarium: cõtingeret quòd nihil esset in peculio: & ita nullũ esset legatum: quod esset absurdum. [SERVO.] Vẽdidi tibi seruum, & tradidi tibi totum peculium, vel partem retinui. si postea contraxi cum seruo, & factus sit debitor meus: an debeã compẽsare illud quod retinui de peculio, cũ illo quod debet mihi seruus, si te conueniam de peculio: quæritur. Et dicitur, quòd non: neque refert conueniãte intra annum à tempore alienationis, an post: & hoc ꝓbat: quia à creditoribus qui post venditionem & traditionem cum eo cõtraxerunt, neq; debeo posse conueniri: sed ab illis qui contraxerunt cũ eo ante venditionem, potero cõueniri de peculio quod apud me remansit: quia erat huius peculij quod respicit præteritos contractus, non futuros. Viuianus.

*existimauit. Flo.

*Flo. oportevet

a *Nihilo magis*. id est non ideo magis.

b *Damnãdum*. id est, non damnãdum de peculio, sed absoluendũ: cum enim nullũ aliud sit peculium, nec ista. x. sunt peculium: ergo pater non tenetur: vt no. j. eod. quotiens. §. si semel. & infra, de li. lega. l. si quis reum. nec ob. supra, in bonæ fidei. & supra, commo. l. iij. §. si filio. quia ibi erat peculium, occasione cuius agitur personaliter de peculio. hic ergo agitur ad exhibẽdum. Accursius.

*Flo. debet

c *Existimaui*. & sic. ff. de peti. hæred. l. si à patre. j. respon. & infra, de in rem ver. l. quidam. & infra. e. l. ex facto. §. plane.

d *Oportere*. ista decem in peculio.

e *Vindicare*. vt infra, depos. l. penulti.

f *Agat de dote*. scilicet vt liberetur à promissione dotis.

g *Ageretur*. vt ea tota soluatur: vt infra, solu. mat. nupta. §. j. & l. si cum dotem. §. penultimo. Accursius.

h *Tueri se posset*. nam etsi nihil sit in peculio, pater tamẽ qui agit

Vbi non est peculium, non potest actio de peculio intentari: sed est ad alias actiones congruas recurrendum. Bartolus.

XXXVIII. AFRICANVS libro octauo Quæstionum.

DEposui apud filiumfamiliàs decem, & ago depositi de peculio. Quamuis nihil patri filius debeat, & hæc decem teneat: nihilo magis [a] tamen patrem damnandum [b] existimaui, [c]* si nullũ prẽterea peculium sit. Hanc enim pecuniam, cum mea maneat, nõ esse peculij. Denique quolibet alio agente de peculio, minimè dubitandum ait, computari nõ oportere. [d] itaque ad exhibendum agere me, & exhibitã vindicare [e] debere.

Liberatio ab obligatione de dote soluto matrimonio, absque alia condictione deducitur. Bartolus.

¶ Si nuptura filiofamiliàs dotis nomine certam pecuniam promiserit, & diuortio facto agat de dote [f] cum patre: vtrúmne tota promissione, an deducto eo, quod patri filius debeat, liberari eam oporteat? * Respondit. tota promissione eam liberandam esse: cum certè etsi ex promissione cum ea ageretur, [g] exceptione doli mali tueri [h] se posset.

Quod debet domino seruus vicarius qui non habet peculium, ex peculio ordinarii non deducitur. Bartolus.

¶ Stichus habet in peculio Pãphilum, [i] qui est decem. idem Pãphilus debet domino quinque. [k] Si agatur de peculio Stichi [l] nomine, placebat æstimari debere pretium Pamphili, [m] & quidem totum, non deducto eo, quod domino Pamphilus deberet. [n] * neminẽ [o] enim posse intelligi, ipsum in suo peculio esse. hoc ergo casu damnum dominum passurum, [p] vt pateretur, si cuilibet alij seruorum suorum peculium non habenti credidisset. Idque ita se habere, euidentius appariturũ ait, si Sticho peculium legatum esse proponatur: qui certè, si ex testamento agat, cogendus non est, eius, quod vicarius

i *Stichus*. ordinarij serui.

k *Quinque*. ex alia causa quàm pro capite ipsius vicarij: & sic non est cõtra. j. de pecu. leg. l. Stichus. Accursius.

l *Stichi*. ordinarij serui.

m *Pretium Pamphili*, scilicet soluendum creditoribus Stichi. Accursius.

n *Debet*. quia hoc debet fieri, quando conuenior ex peculio illius serui vicarij: vt infra, eod. l. si seruus meus. at hic nihil habet. nec seipsum dicitur quis habere in suo peculio, vt in tantum deducatur, vt subiicit, & infra, de peculi. lega. l. Stichus. in fi. Nam nemo est dominus membrorum suorum: vt supra, ad l. Aquil. liber homo.

o *Neminem*. respõdet tacitæ obiectioni.

p *Passurum*. apparet.

q *Ex peculio ipsius*. licet vicarij.

r *Domino debeat*. quãtum ordinarius habet, qui nihil habet nisi illum vicarium.

s *Intelligatur*. & ita nihil esset legatum, quod esse non debet.

t *Vendideram*. & tradideram.

u *Credidi*. postea.

x *Deducatur*. id est, nihil in debitum computetur.

y *Nam nec*. Si habes, nam nec: plana est. & est ratio, tunc talis non competit mihi deductio, quia nec cæteris actio. Sed si non habes, nec: referas ad eum casum vbi ante venditionem contractum est.

z *Deberi cœperit*. vt hic, & infra, eod. quotiens. §. penul.

Peculium & ex eo.] CASVS. Illud etiam dicitur esse peculium, quod seruus adquisiuit parce viuẽdo: vel quod propter obsequium suum sibi meruit donari: ita tamen, si dominus constituerit sibi illud velut suã patrimonium. Viuianus.

suus debet, aliter quàm ex peculio ipsius [q] deductionem pati. alioquin futurum, vt si tantundem vicarius domino debeat, [r] ipse nihil in peculio habere intelligatur. [s] quod certè est absurdum.

Contractus qui celebrantur venditione serui perfecta: ad peculium quod penes venditorem remansit, non pertinent. Bartolus.

¶ Seruo, quem tibi vendideram, [t] pecuniam credidi. [u] quæsitum est, an ita mihi in te actio de peculio dari debeat, vt deducatur [x] id, quod apud me ex eo remanserit? Quod quidem minimè verum est. Nec intererit, intra annum, quàm vendiderim, an postea, experiar. nam nec [y] cæteris quidem, qui tunc cum eo contraxerint, in me actio datur. In contrarium quoque, agentibus mecum his, qui antea cum eo seruo contraxissent, non deducã id, quod postea mihi debere cœperit [z]. Ex quo apparet onus eius peculij, quod apud me remanserit, ad posterioris temporis cõtractus pertinere non debere.

Peculium consistit in his etiam quæ seruus vel filius adquirit sua industria vel parsimonia, si pater vel dominus permittit apud ipsos esse: non tamen in vestibus quas pater vel dominus tenetur ei ministrare. & potest augeri & deminui, & totaliter extingui. h. d. cum. l. seq. Pau. de Cast.

XXXIX. FLORENTINVS libro vndecimo Institutionum.

PEculium [a] & ex eo cõsistit, quod parsimonia sua quis parauit, vel officio meruerit à quolibet sibi donari, ídq;, velut proprium patrimonium seruũ suum habere quis voluerit.

XL. MARCIANVS libro quinto Regularum.

PEculiũ nascitur, crescit, decrescit, [&] moritur. & ideo eleganter Papirius Fronto dicebat, peculium simile esse homini [b]. ¶ Quomodo autem peculium nascitur, quæsitũ est. Et ita veteres distinguunt, si id adquisiit seruus, quod domin' necesse non habet [ei] præstare: id esse peculiũ. Si verò tunicas, aut aliquid simile, quod ei domin'

a *Peculium & ex eo*. facit. ff. eo. l. depositi. §. peculium. Accurs.

b *Peculium nascitur. Homini*. eadem ratione & asino. Accur.

BIU Cujas

a *Non esse peculium.* Not. non dici tunicam peculium. Sed contra. ff. e. id vestimentum. j. respon. Sol. illud obtinet cõstituto prius peculio seruo. aliàs propter tam friuola non nascitur peculiũ: arg. ff. de eden. l. si quis ex argentariis. §. rationem.

b *Cum auctum.* fœtibus pecorum: vt. ff. de peti. hær. ité veniũt. §. iteꝫ nõ solũ. & §. fructꝰ. & facit. ff. eo. l. quã Tuberonis. §. sunt quidã.

necesse habet præstare, non esse peculium[a]. Ita igitur nascitur peculium: Crescit, cum auctum[b] fuerit. Decrescit, cum serui vicarij moriuntur, res intercidunt. Moritur, cum ademptum sit.

XLI. VLPIANVS libro quartodecimo ad Sabinum.

NEc seruus quicquam debere[c] potest: nec seruo potest deberi. Sed cum eo verbo abutimur[d]: factum[e] magis demonstramus, quàm ad ius ciuile referimus obligationem. Itaque quod seruo debetur ab extraneis, dominus rectè petet. Quod seruus ipse debet: eo nomine in peculium, & si quid[f] inde in rem domini versum est, in dominum actio datur.

In patrem arrogatorem datur actio de peculio, sicut in patrem legitimum & naturalem. Pau. de Cast.

XLII. IDEM libro duodecimo ad Edictum.

IN adrogatorem de peculio actionem dandam, quidam rectè putant[g]: quamuis Sabinus & Cassius ex antegesto de peculio actionem nõ esse dandam, existiment[h].

Alienans post litem sibi motam, videtur fraudulenter alienare: & perinde condemnabitur ac si non alienasset. Pau. de Cast.

XLIII. PAVLVS libro trigesimo ad Edictum.

SI postea, quàm tecũ de peculio egi[i], ante rem iudicatam seruum vendideris: Labeo ait, etiam eius peculij nomine quod apud emptorem quæsierit, damnari[k] te debere, nec succurrendum tibi. culpa enim tua[l] id accidisse, quòd* seruum vendidisses.

A quantum facere potest, nisi casualiter, secundũ Io. sed magis puto regulam esse vt semper insolidum teneatur ante & post: vt dixi. §. quod cum eo. l. ij. in princip. Accursius.

Vi peculii.] CASVS. Si seruo tuo peculij sui administrationem concessisti: an videaris concedere vt alienet & doneꝫ? Et respõ. quòd nõ. sed illud solum videtur sibi concessum generaliter, quod specialiter eras cõcessurus sibi. Vi. n *Qui peculii.* Nota hanc regulam[a], vt hic, & infra, de pig. l. obligatione. & §. de cõdic. indeb. si procurator. Ac. Quotiẽs.] CASVS. Aliquis ꝓposuit seruum statio-ni, & scripsit super ostium stationis, ꝙ nullus contrahat cũ eo seruo Ianuario. si quis cũ eo contrahat, an saltim de pec. dominus teneri debeat? Et respõ. quòd sic: quia tantum in hoc teneor: secũdo non. [SEMEL.] Conueni te de pecul. ex contractu serui tui. minus inuenitur in pecul. tempore sententiæ, quàm mihi debeatur. an debeas cauere si postea aliquid accedat, quod mihi reddas? Respon. ꝙ non: quia in actione pro socio locum habet, vbi socius insolidũ tenetur. [CREDITOR.] Vẽdidi seruum, & partem peculij retinui. emptor conuenitur à creditore: nec consecutus est creditor totum quod sibi debetur. an ad residuum me conueniet? queritur. Et respon. quòd sic. Item queritur, quid si lite cõtest. cum emptore, neq; sententia lata, possit dimittere emptorem, & redire ad me? Et respon. quòd non: & hoc in secunda: quia sufficere debet vt habeat regressum contra me finito primo iudicio, quod contra emptorem cõstitutum est. & hoc in tertia. Non solũ autem potest à creditore agi cum venditore: sed etiam emptor, si conueniatur à creditore, potest deducere illud quod debet seruus, computato quod apud se est de pecul. & hoc in quarta. Si vero seruus vendatur retento pecu. si conueniatur, vtetur deductione: & si in venditione facta & traditione venditori aliquid à seruo debeatur: quia post vẽditionem contrahit cum seruo: non cõpensabitur illud debitũ cum peculio quod retinuit in venditione serui & hoc in quinta. [QVAE.] Dictum est superius, si seruus vendatur parte peculij retenta, quòd possit venditor conueniri & emptor. idem e! si donatus vel legatus fuit: quia legatarius vel donatarius conuenietur de peculio. Viuianus.

XLIIII. VLPIANVS libro sexagesimotertio ad Edictum.

SI quis cum filiofamiliàs cõtraxerit, duos habet debitores: filium insolidum[m], & patrem dumtaxat de peculio.

XLV. PAVLVS libro sexagesimoprimoad Edictum.

IDeoque si pater filio peculiũ ademisset: nihilominus creditores cum filio agere possunt.

B XLVI. IDEM libro sexagesimo ad Edictum.

QVi peculij[n] administrationem cõcedit, videtur permittere generaliter, qđ & specialiter permissurus est.

Prohibitio domini, ne contrahatur cum seruo, facit cessare actionem de peculio. hoc primo. Item seruus fideiubendo non obligat dominum de peculio, nisi fideiubeat in causam domini vel peculiarem. hoc secundo. Item conuentus actione de peculio, si non soluit totum, quia non tantum erat in peculio: non tenetur cauere de soluendo dum peculium fuerit auctum. hoc tertio & vltimo dicit ista lex vsque ad §. Si creditor. Pau. de Cast.

XLVII. IDEM libro quarto ad Plautium.

C QVotiens in taberna ita scriptum fuisset: *Cum Ianuario seruo meo geri negotium*[o] *veto*: hoc solum consecuturum* esse dominum constat, ne institoria teneatur, non etiã[o] de peculio. ℣ Sabinus respondit, non aliàs dandam de peculio actionem in dominũ cum seruus fideiussisset[p], nisi in rẽ domini, aut ob rẽ peculiarẽ fideiussisset. ℣ Si semel actum sit de peculio: quãuis minus inueniatur rei iudicandæ tempore in peculio, ꝙ debet: tamen cautionibus locũ esse non placuit de futuro incremento peculij. hoc enim in D pro socio actione locũ habet[q]:

a *Non etiam.* vt hic, & supra, eod. si quis seruum. §. etiam. & supra, de instito. si quis mancipiis. §. Proculus.

b *Fideiussisse.* vt supra, eod. l. iij. §. si filius.

c *Locum habet.* vt. j. pro socio. l. verum. §. item videndum.

Vniuersum

BIU Cujas

a *Facit ad hanc. l. c. qđ trãslationẽ. cũ glo. 1. cir ca medium. in versi. & in generali permissione vbi Papa non cõcedit in generali mandato quæ sunt re- seruata sum mo põtifici, in signũ prilegii. Bol.*

* *Flo. con- secutum*

a *Qui peculii.* Nota hanc regulam[a], vt hic, & infra, de pig. l. obligatione. & §. de cõdic. indeb. si procurator. Ac. *cũ glo. 1. cir ca medium. in versi. & in generali permissione vbi Papa non cõcedit in generali mandato de pec. dominus teneri debeat? Et respõ. quòd seruata sum sic: quia tantum in hoc mo põtifici, releuatur obtentu scripturæ, vt institoria teneri nõ debeat. [SABINVS.] Si seruꝰ meꝰ fideiubeat: an teneri de beam: quæritur. & disting. aut in rem meam, & in causam peculiarẽ: aut non. primo casu teneor: secũdo non. [SI SEMEL.] Conueni te de pecul. ex contractu serui tui. minus inuenitur in pecul. tempore sententiæ, quàm mihi debeatur. an debeas cauere si postea aliquid accedat, quod mihi reddas? Respon. ꝙ non: quia in actione pro socio locum habet, vbi socius insolidũ tenetur. [SI CREDITOR.] Vẽdidi seruum, & partem peculij retinui. emptor conuenitur à creditore: nec consecutus est creditor totum quod sibi debetur. an ad residuum me conueniet? queritur. Et respon. quòd sic. Item queritur, quid si lite cõtest. cum emptore, neq; sententia lata, possit dimittere emptorem, & redire ad me? Et respon. quòd non: & hoc in secunda: quia sufficere debet vt habeat regressum contra me finito primo iudicio, quod contra emptorem cõstitutum est. & hoc in tertia. Non solũ autem potest à creditore agi cum venditore: sed etiam emptor, si conueniatur à creditore, potest deducere illud quod debet seruus, computato quod apud se est de pecul. & hoc in quarta. Si vero seruus vendatur retento pecu. si conueniatur, vtetur deductione: & si in venditione facta & traditione venditori aliquid à seruo debeatur: quia post vẽditionem contrahit cum seruo: non cõpensabitur illud debitũ cum peculio quod retinuit in venditione serui & hoc in quinta. [QVAE.] Dictum est superius, si seruus vendatur parte peculij retenta, quòd possit venditor conueniri & emptor. idem e! si donatus vel legatus fuit: quia legatarius vel donatarius conuenietur de peculio. Viuianus.*

b *Egi.* & sic erat lis contestata. aliàs non dicor agere, sed agere velle: vt. j. rem ra. habe. l. amplius. secus si alienasset venditor: tunc enim de pretio tantum habito pro peculio teneretur: vt supra, eo. sed si quis. Accursius.

c *Damnari.* si tamen tibi quæsiturus esset quod emptori quæsitũ est: vt infra, de act. emp. si quis seruum.

d *Culpa enim tua.* & ita tibi imputatur: vt. ff. de tribu. quod in hęredem. §. si testamento. & j. de euic. si rem. §. si duplę. Accur.

e *Si quis cum filiofamiliàs. Insolidum.* dum est in potestate, siue in-

a *Vniuersum debet.* non dominus: vt infra, de lib. leg. si quis reū. §. huic. & infra, eo. l. eo. sed si postea peculiū augeatur, vnde tunc nascetur actio? Respon. ex eo contractu dudum celebrato: vt supra, eo. quæsitum. §. is qui semel. Accursius.

b *Re integra.* id est, nondum lata sententia: tamen iam lit. contest. aliàs posset actor diuidere: vt supra, eo. & ancillarum. §. illud. est tamen huic. §. argu. contra. j. manda. creditor. j. respon.

c *Rescisso.* id est, finito & condemnato cōuēto, sed in minꝰ quàm debeatur actori. Acc.

d *Et hoc iure vtimur.* vt ad alium possit redire: vt hic, & supra, eo. hinc. §. certe illud. & l. quæsitum. §. sed si ex alia. & l. si ex duobus. §. si plures. & §. in hoc autem. & l. si creditor. §. si actum. Ac.

e *Cum venditore.* vt hic, & supra. e. si ex noxali. §. idem scribit. & l. & ancillarum. §. in vēditore. & dic, quòd pretium habet nomina tim pro peculio.

* aliàs, reo. Flo.

f *Ipse.* scilicet emptor.

g *Computet.* s. emptor, eo casu cum agitur cōtra venditorem. & sic non ad proxi. sed ad a- aliud superius refertur. Accursius.

h *Et si post venditionem.* & traditionem.

i *Non minuit.* vt venditor conuentus annali, aliquid deducat.

k *Quia nō domino debet.* id est, non incipit debere: vt supra, eo. deposui. §. fin. Hæc ratio tamen fallit: & non domino debitum deducitur: vt supra, eo. sed si damnum. §. certe si sub condic. & l. item cū. §. j. Accursius.

l *Quæ diximus in emptore & venditore.* vt. s. eo. & ancillarum. §. sed & ipsi. & supra, proxi. §. Accursius.

m *Vt legato.* immo nō ita in legato: vt. j. tit. j. l. j. §. itē hæres. quæ est cōtra. Sol vt ibi.

n *Patrimonium.* vt supra, eo. depositi. §. peculium. & l. si ex duobus. §. sed & si plures. in fi. §. & s. de mino. l. iij. §. sed vtrum. in fi. Accursius.

Libera.] CASVS. Concessi seruo liberam peculij administrationem. fugit, vel ignorat dominus viuat, vel non. nunquid durat administratio? Et respon. quòd non. An seruus cui concessa est administratio, possit debitorem peculiarem delegare creditori peculiari? Et respon. quòd sic. Viuianus.

o *Neque in fugitiuo.* quia priuilegiū debet amittere qui sic abutitur: vt. C. de Iudæ. l. Iudæos. in fi. & s. si cer. peta. l. rogasti. in. §. fi.

p *Nesciat.* vt quia magis credat mortuum, quàm viuere: hoc est, vehementer opinatur: vt fuit infra, titu. j. l. quæsitum. aliàs, statim quòd eum non videt, nescit pro vero si sit viuus vel mortuus. Accursius.

q *Debitorem.* peculiarem.

r *Potest.* vt infra, de noua. & deleg. l. fi. j. respon.

quia socius vniuersum debet[a].

Si creditor peculiaris agendo cōtra emptorem serui non fuit totum consecutus, potest redire ad venditorem pro eo quod est apud eum de peculio vel pretio eius: sed lite pendente contra emptorem, non potest ad venditorem redire. Pau. de Cast.

¶ Si creditor serui ab emptore esset partem consecutus, competere in reliquum in venditorem vtile iudicium, Procul' ait: sed re integra[b], nō esse permittendum actori, diuidere actionem, vt simul cum emptore, & venditore experiatur. Satis enim esse, hoc solum ei tribui, vt rescisso[c] superiore iudicio, in alterum detur ei actio: cum electo emptore* minus esset cōsecutus. & hoc iure vtimur[d].

Emptor serui cum peculio, potest ex cōtractu prius gesto conuenire venditorem intra annum sicut cateri peculiares: computando tamen sibi in debitum id quod apud eum est de peculio. & si ipse conueniatur ab alio creditore pro peculio quod est apud eū, potest aduersus eū vti deductione eius quod sibi debetur. Pau. de Cast.

¶ Non tantū autem quiuis creditor cum venditore[e] ex antegesto agere potest: sed & ipse emptor. idque & Iuliano videtur. quamuis & deducere ipse[f] potest aduersus alium agentē: dum tamē id, quod apud se habet, computet[g].

Debitum contractum tempore quo seruus erat in potestate domini, deduci potest etiam si conueniatur postquam esse desiit. secus in debito contracto post. & actio de peculio transit contra quemlibet singularē successorem, ad quem transit peculium. h. d. vsque ad fi. Pau. de Cast.

¶ Si seruꝰ deducto peculio vēditus sit, procedit, vt venditor & deductione vti possit: & si post venditionem[h] cœperit aliquid venditori seruꝰ debere, non minuit[i] peculium: quia nō domino debet[k]. Quæ diximus in emptore & venditore[l], eadem sunt & si alio quouis genere dominium mutatum sit: vt legato[m], dotis datione: quia quasi patrimonium[n] liberi hominis, peculium serui intelligitur, vbicumque esset.

Mutata conditione personæ in deterius, reuocatur mandatum. Bal.

XLVIII. IDEM libro septimodecimo ad Plautium.

Libera[p] peculij administratio non permanet, neq; in fugitiuo[o], neque in subrepto, neque in eo, de quo nesciat[p] quis, viuat, an mortuꝰ sit. Cui peculij administratio data est, delegare debitorem[q] suū potest[r].

Etiam id quod seruus habet ignorante domino, computatur in peculio, si erat tale quid: quod si dominus sciuisset, verisimiliter dimisisset apud eum. Pau. de Cast.

XLIX. POMPONIVS libro quarto ad Quintum Mucium.

Non solùm id peculiū est, quod dominus seruo cōcessit: verum id quoque, quod ignorante quidem eo adquisitum sit: tamen si rescisset, passurus[s] erat esse in peculio.

Ex qua causa liber homo obligatur ciuiliter & naturaliter: ex eadem causa seruus obligatur domino naturaliter tantum. Itē ex qua causa quis nū obligaretur alteri ciuiliter vel naturaliter: ex eadem non obligatur seruo suo naturaliter tantum. P. de C.

¶ Si ignorante me seruus meus negotia mea administrauerit: tantidem debitor mihi intelligetur, quanti tenerē*, si liber[t] negotia mea administrasset. An * debitor, vel seruus domino, vel dominus seruo intelligatur, ex causa ciuili[u] computandum est. Ideoque si dominꝰ in rationes suas referat se debere seruo suo, cum omnino neque mutuum acceperit, neque vlla causa præcesserit* debendi: nuda ratio non facit eum debitorem.

Non solum.] CASVS. Si dominus dedit aliquid seruo, vt illud habeat in peculio: non solum illud dicetur peculium, sed id quod seruo ab extraneo donatum est, & dominus permisit illud esse in peculio. hoc in prima. Sed si seruus domini negotia administrat, & male: in tantum obligabitur domino, inquantum si liber homo gessisset negotia domini, obligaretur. hoc in secūda. & quod dicitur, quòd seruus debitor domini sit, vel econuerso: intelligendū est, quòd sic alter alteri obligatur, si subsit talis obligationis causa quæ posset obligare ciuiliter vnum liberum hominem alteri homini libero. Si ergo dominus scribat in libro rationū suarum, q sit debitor seruitnō propter hoc efficitur debitor: cum causa obligandi non subsit: puta causa mutui, vel cōsimilis: quia nuda scriptura nō constituit cū debitore. & hoc in tertia. Vi.

f *Passurus.* vt hic, & supra, eo. quam Tuberonis. §. sunt autem. & l. peculium ex eo. Ac.

t *Si liber.* hæc partitio est in seruo proprio ad extraneum. Sed in libero, bona fide possesso, nō sic: vt. j. de acquir. re. domi. l. liber homo. §. sed si damnū. Ac.

u *Ex causa ciuili,* id est, quæ causa obligaret ciuiliter vnū liberū alteri libero. & eadē seruum domino & econtra obliget: non autem quòd dominꝰ ciuiliter seruo teneatur vel econtra: vt. ff. e. l. nec seruus, quę est contra. sicut ergo nuda ratio nō facit aliquem liberum debitorem: vt. j. de dona. l. nuda. sic & in seruo ipse domino, vel econtra. vt hic subiicit. & j. de pecu. lega. l. vj. §. penult.

Eo tēpore.] CASVS. Si dominus interpellatur à creditore peculiari, eo tépore quo nihil est in pecu. & dominus vocatus ad iudicium latitet: an creditor debeat mitti in possessionē? Et rñ. q non: quia si veniret ad iudicium, deberet absolui. neque inspici debet q per imperitiā iudicis, si venisset, posset condēnari. hoc in prima. Nec secus est in debitore conditionali, vel in diem: quia creditor pendente conditione debitoré talem in ius vocauerit: & ille latitet: conditione pendente non dicetur citatus, vt fiat missio in bonis eius pendente conditione: licet si venisset, posset per imperitiā iudicis condēnari. hoc in secunda. an autē fideiussor datus à seruo, cū nihil erat in peculio, debeat teneri? Dicit q sic: quia potest esse q aliquid sit in peculio postea, & futuræ obligationi accedere potest fideiussor. cū tamen hoc actū sit vt futuræ obligationi accedere possit fideiussor. hoc in tertia. [SI CREDITOR.] Filius quem habebas in potestate tua: tenebatur mihi in. x. ex contractu aliquo. decessi te, hærede instituto, & multa legaui: legis Falcidiæ ratio, sci. locus erat, spectabitur tempore mortis: an autē spectabitur pecu. quod habuit

BIU Cujas

habuit filius mortis meæ tempore, vt de eo fiat deductio, cum intelligatur illud fuisse in bonis meis quod mihi debebatur: an illud quod erat in peculio tempore aditæ hæreditatis? Et respon. q̃ inspicitur mortis tẽpus. [ETIAM.] Si dominus conueniatur de peculio, & lis sit contesta. an postea accipi possit fideiussor à seruo? Et rñ. quòd sic: q̃a sicut solutio facta in iudicio valet extra: nec datur repetitio ei: ita fideiussio facta post iudicium inceptum, valet: quia obligatio quã seruus in se suscipit dãdo fideiussorem, nõ est minuta propter litem cõtesta. [SERVVS.] Si seruus tuus mihi seruiat bona fide, quia credebam eum meum esse: & mutuo. x. acceperat, & mihi dedit, vt eũ manumitterem, & manumisi: vtrum me bonæ fidei possessorẽ, an verum dominum habeat creditor obligatũ, quæritur. Et respon. q̃ cõueniet dominum, licet aliàs eligere posset, quẽ nostrum vellet cõuenire: & tu agas aduersus me ad exhibendum & rei vin. pro pecu. quã mihi dedit: quia tibi erat quæsita: & non est distinguendum, aut nõ manumisi, & fiet mea, quasi ex re mea q̃sita: quia nõ ex re mea, sed ꝓpter rẽ meã. i. negotiationẽ meã mihi tradita fuit pecunia. Vi.

Primum decretum non potest interponi occasione debiti, quod certum est non posse exigi de præsenti, licet possibile sit debitum iri. Item pro futuro debito potest accipi fideiussor.

L. PAPINIANVS libro nono Quæstionum.

EO tempore quo in peculio nihil est, pater latitat. in bonorum possessionem ei' rei seruandæ causa mitti non possum[a], qui de peculio, cum eo acturus sum: quia non fraudationis causa latitat[b], qui si iudicium acciperet, absolui deberet. Nec ad rem pertinet, quòd fieri potest[c], vt damnatio sequatur[d]. Nam & si in diem, vel sub conditione debeatur, fraudationis causa non videtur latitare[e], tametsi potest iudicis iniuria condemnari. Sed fideiussorem datum[f] eo tempore, quo nihil in peculio est: teneri putat Iulianus. quoniam fideiussor futurę quoque actionis* accipi posit: si tamen sic acceptus est[g]. ℣ Si creditor patrem, qui de peculio tenebatur, hæredem instituerit: quia mortis temp' in Falcidiæ ratione spectatur[h], illius temporis peculium[i] considerabitur[k].

Propter contestationem factam de peculio contra dominum, seruus non liberatur ab obligatione naturali: ideo pro ea potest dare fideiussorem. Paul. de Cast.

℣ Etiam postquam domin' de peculio conuentus est, fideiussor pro seruo accipi potest. Et ideo qua ratione si post actionem dictatam seru' pecuniam exsoluerit, non magis repetere potest, quàm si iudicium dictatum non fuisset: eadem ratione fideiussor quoque vtiliter acceptus videbitur: quia naturalis obligatio, quam etiam seru' suscipere videtur[l], in litem[m] translata[n] non est.

Pro eo quod pro libertate danda accepit bonæ fidei possessor, actione de peculio non tenetur ipse, sed verus dominus, qui eũ poterit vindicare. Bartolus.

℣ Seruus alienus, cum bona fide* seruiret mihi, nummos à Titio mutuatos mihi dedit[o], vt eum manumitterem: & manumisi. Creditor quærebat, quem de peculio conueniret[p]? Dixi, quãquã creditor electionem aliàs haberet, tamen in ꝓposito dominum[q] esse conueniendum: & eum ad exhibendum mecum acturum pecuniæ nomine, quæ ipsi esset adquisita, nec in eam[r] causam alienata, quæ pro capite serui facta proponeretur. Neq; enim admittendam[f*] esse distinctionẽ existimantium, si nõ manumittam, domini pecuniã esse: manumisione verò secuta, videri pecuniam ex re[t] mea quæsitã[u] mihi: quoniam[x] magis propter rem meã, quàm ex re † mea pecunia mihi daretur.

Dubius est litis euentus: & qui ideo tenetur, quia actionem habet: eam cedendo liberatur. Bartolus.

LI. SCAEVOLA libro secũdo Quæstionum.

a *Non possum.* immo videt: vt. ĩ. qui. ex cau. in poss. ea. Fulcinius. §. si quis actione. quæ est contra. Solu. hic certũ erat, nil futurum amplius in peculio: quia mortuus erat seruus. ibi credebatur aliquid posse esse in peculio. Io. & hæc solutio ex illo apparet, quia ibi dicitur conueniri posse: vel ibi lis erat contestata.

b *Latitat.* vt hic, & infra, de reg. iur. l. nullus. & infra, quod vi aut clam. l. denique. §. j.

c *Fieri potest.* not. non inspici, quod potest euenire. sic. ff. de iurisdi. om. iudi. si idem. in fi.

d *Sequatur.* de facto, non iure: sed iniuria iudicis.

e *Latitare.* i. turpiter se occultare: vt. ĩ. quibus ex cau. in poss. ea. Fulcini⁹. §. ij. & ideo non videt fieri in possessionẽ missio. Sed cõtra. ĩ. qui. ex cau. in poss. ea. l. possessione. quæ est cõtra. Sol. nõ fit missio talis, q̃ vẽdatur: fit tamen missio, vt cautũ sit actori: vt. ff. de iudi. l. in omnibus. &. ff. ex quibus cau. maio. l. item ait. §. penul. Ac.

f *Fideiussorem datum.* scilicet à patre.

g *Acceptus est.* scilicet pro futura, non aliàs. argu. ĩ. de fideiuss. l. cum fideiubebat. &. ff. de consti. pecu. l. j. §. j. & infra, de lib. leg. si quis reum. §. idem. & supra, de iudi. l. non quemadmodum.

h *Spectatur.* vt hic, & insti. ad. l. Fal. §. quãtitas. sed certe immo tẽpus aditæ hæreditatis: vt. ĩ. ad. l. Fal. si creditor filij. quæ est cõtra. Solu. secundũ. B. ibi adiuit in ipso tẽpore mortis: & sic est idem vtrũque tempus. Alij vt Io. dicunt, q̃ eadem erat quantitas patrimonij vtroque tempore. Tu dic, q̃ alterum istorum inspicitur, quod plus proficit legatariis: vt in eodẽ titu. l. cũ quo. Accursius.

i *Peculium.* vt quantum tunc potest habere de peculio, tantum videatur esse in hæreditate creditoris: & sic proficiat legatariis: vt tanto minor Falcidia detrahatur eis. Item & de eo creditoribus hæreditariis, & legatariis tenebitur.

k *Considerabitur.* vt quia quantum creditor serui factus est, tantum omni tempore deducetur. Accursius.

l *Suscipere videtur.* dando fideiussorem. Vel dic, quòd de primo dicit. & quod dicit, etiam seruus. s. homo, nõ solum liber: videbatur & verum erat, q̃ susceperat eam obligationem: & sic dicas, suscipere. i. suscepisse.

m *In litem.* per dominum susceptam.

n *Translata.* i. mutata. affert enim vtilitatẽ, non damnum, hæc nouatio, qmæ fit lite contestata: vt infra, de noua. l. aliam.

o *Dedit.* id est. tradidit. Accursius.

p *Conueniret.* me possidentem, vel verũ dominum.

q *Dominum.* vel bonæ fidei pos. & hoc si seruus à bonę fidei pos. se subtrahere non intendit: sicut facit hic, & infra, mã. cum seru⁹. §. quòd si de suis. sed videtur, q̃ nec aliàs possit eligere: vt. ff. e. l. j. in fi. &. l. hinc. §. j. ibi, certè illud. quæ sunt contra. Sol. illud nõ ex necessitate iniungit. Vel dic, aliud in emptore & vẽditore, vel socio, quàm hic. Vel illud obtinet, cum liquidũ est in cuius peculio contrahit. si autem non liquet, vel liquet, in neutro cõtractu locũ habet quod hic dicitur.

r *In eam.* scilicet manumisionem.

f *Admittendam.* scilicet dicimus.

t *Ex re.* ex qua causa, & ex opera quæritur per talem.

u *Quæsitã.* immo nec dño, nec possessori esse videtur acquisita: vt. ĩ. de acquirẽ. re do. l. seruus. & infra, de acquiren. possess. l. j. §. sed & per eum. quę sunt contra. Sol. hic de æquitate: ibi de rigore.

x *Quoniam.* ideo non admittitur prædicta distinctio, quoniam & cætera. vt enim darem quod meum esset, scilicet dominum serui, manumittendo ipsum, fuit mihi data: quod non feci, cum nõ esset meus: & ita non lucror, quasi ex negotiatione, vt facio aliàs: vt infra, de hære. vel acti. vendi. l. venditor ex. & infra. ad leg. Fal. l. ij. & facit. ĩ. pro socio. socium qui. §. fi. &. l. sequen. & infra, de coniun. cum emancipa. lib. l. j. §. nunc. Accursius.

Quod debetur.] CASVS. Si dominus conueniatur de peculio, quod habet nomina, & minus habeat domin' in pecuquàm debeatur, & creditores velint rationem haberi nominum, an sint audiendi, quæritur. Et respon. quòd non, quatuor rationibus. Prima est: cum euentus causæ sit dubius: quia si dominus ageret contra creditores peculiares, possent absolui. Alia ratio est: quia dominus sumptus posset facere in conueniendo. Tertia est, quòd si debitores essent condemnati, debet ei dare quadrimestre tempus, quod datur condemnatis: & ita dominus damnificaretur, si statim deberet haberi ratio nominum. Quarta est, si debitores conuenti latitent, quòd fieret remissio in possess. & venditio bonorum eorum: quod forte non sufficeret. An ergo liberari posset, cedendo aduersus debitores? dicitur quòd sic, & subiicit generalem clausulam, quandocũq; quis tenetur, quia habet actionem aduersus aliquem: si possit liberari cedendo actionem, si cedat eam, liberatur. Viuianus.

* *Flo. bonæ fidei*

* *Flo. admittendũ.*

† *Not. secũdum Bart. differentiã inter ex, & ꝓpter: quia ex, denotat causam pximã: ꝓpter, causam remotam.*

BIU Cujas

QVod debetur seruo ab extraneis[a] agenti de peculio non omnimodo dominus ad quantitatẽ debiti cõdemnandus est: cum & sumpt⁹ in petendo, & euentus executionis possit esse incert⁹, & cogitanda sit mora tẽporis, quod datur iudicatis[b], aut venditionis bonorum, si id magis faciẽdum erit. ergo si paratus sit actiones mandare: absoluetur. Quod enim[c] dicitur, si cũ vno ex sociis agatur, vniuersum peculium computandum, quia sit cum socio actio: in idem* redibit, si actiones[d] paratus sit prẽstare. Et in omnibus, quos idcirco teneri dicimus, quia habent actionem: delegatio pro iusta præstatione[e] sit.

Cum pater, vel dominus actione de peculio personali conuenitur, in deducendo omni priuilegio anteponitur: secus si reali: licet inter creditores peculiares ille, qui habet priuilegium, præponatur. Item sufficit quem esse dominum, cum de peculio conuenitur. Item patrimonium eius, qui se gerit pro libero, pro peculio remittitur. h.d. Primo ponit regulam, & tres quæstiones. Secundo ad eas respondet per ordinem. Bar.

LII. PAVLVS libro quarto Quæstionum.

EX facto quæritur, qui tutelam quasi liber administrabat, seruus pronuntiat⁹ est. An si conueniatur eius dominus à pupillo, (cuius quidem potiorem causam quàm creditorum cæterorum serui habendam, [sæpe] rescriptũ est) an vel id[f] deducat ex peculio, quod domino debetur? & si putaueris[g] posse deduci, an intersit, vtrum cum adhuc in libertate[h] ageret, domini debitor factus est, an postea? & an de peculio[i] impuberi competat? Respondi, nullum priuilegium præponi patri vel domino potest, cùm ex persona filij vel serui de peculio conueniuntur[k]. Planè[l] in cæteris creditoribus habenda est ratio priuilegiorũ. Quid enim si filiꝰ dotem accepit: tutelã administrauit? Meritò igitur & in seruo, qui pro tutore egit, id rescriptum[m] est: & quia occupantis melior solet esse cõditio, quàm cæterorũ*: in id[n] dabitur[o] actio. ℣ Planè si ex re pupilli nomina[p] fecit, vel pecuniam in arcam deposuit: datur ei vindicatio nummorum: & aduersus debitores vtilis actio[q]: scilicet si nummos consumpserunt. Hic enim alienare eos non potuit[r]. Quod & [s]in quouis tutore dicendũ est. Nec tamen[t] interesse puto, quando domino debere cœpit: vtrum cum in libertatis possessione esset, an postea. Nam & si Titij seruo credidero, eiúsque dominus esse cœpero: deducã, quod prius credidi, si cõueniri de peculio cœpero. Quid ergo[u] est? Quia de peculio actio deficit[x], vtilis actio in dominum quasi tutelæ[y] erit: vt quod ille pro patrimonio habuerit, peculiũ esse intelligat. ℣ Si dos[z] filiofamiliàs sit data, vel tutelam administrauerit, habenda erit ratio priuilegiorũ in actione de peculio, dilata interim cæterorum creditorum actione, vel interposita cautione, si priores agant, qui priuilegium non habent: restitu'iri*, quod acceperit. Viuianus.

a *Ab extraneis.* quid si à domino? Respon. Ioan. secus. nã pauper in hoc sibi diues est: vt infra, ad leg. Fal. l. quærebatur.

b *Iudicatis.* nam nonnullas moras habet dilatio iudiciorum: vt infra, vt leg. vel fideicom. no. ca. l. etiam. Accursius.

c *Quod enim dicitur.* vt supra, eo. & ancillarum. §. fin. & respon. hic argumentis. Ac.

d *Si actiones.* scilicet cõmuni diuidun. & ꝓ socio, quam habet pro medietate peculij non diuisi: alioquin non tenetur ꝓ alio: vt supra, eo. sed si duo. in fin. Accursius.

e *Præstatione.* no. bonam regulam, vt hic, & infra, de contrahen. emp. l. quod sæpe. §. si res. & supra, commo. si vt certo. §. idẽ Labeo. & infra, titu. iij. l. iij. §. idem Labeo. secus ergo si mihi tenearis, qa contraxisti mecum nõ quia habes actionem: *eodem, Flo.* vt. C. si cer-peta. l. non aduersus. & supra, de nego. gest. nam & Seruius. §. fi. & supra, de pigne. act. l. peteti. sed in casibus, etiam in contractu videtur contra: vt infra, depositi. l. j. §. si vero tuo nomine. & l. si is apud. & infra, mãda. si procurator. in fi. l. & infra, de act. emp. *Delegatio vicem solutionis obtinet.* Iulianus. §. pe. Item no. quòd delegatio obtinet vicem solutionis: vt infra, de ope. lib. qui libertinos. §. sed si creditori.

EX facto.] CASVS. Seruus meus tenebatur mihi in. x. qui habebat peculium, & fugit: gerens se pro libero, gessit tutelam cuiusdam pupilli, & fact⁹ est debitor ex mala administratione in. x. finita tutela pronuntiatus est seruus: & eum redu xi. ex isto themate tres eliciuntur quæstiones. Prima est, si cõueniar à pupillo, an possum deducere, quod mihi debebat seruus. Secunda est, an aliquid iterfit, factus fuerit debitor me⁹ seruus, antequam fuerit in pos. libertatis: an postea. Tertia est, an pupillo iam facto adulto competat actio. Ad primam respon. quòd deducam nulla priuilegiati habita ratione, quod patri vel domino debetur: vnde neque pupilli: licet inter cæteros creditores præferatur: & hoc probat tali exemplo. filiusfa. recepit dotem à muliere. soluto matrimonio, si mulier petat dotem: præfertur aliis creditorib⁹. in hoc ergo casu præferetur pupillus cæteris creditoribus, etsi seruus verus tutor non fuerit: alioquin si nõ haberetur ratio, secus esset, quia occupantis &c. si seruus ergo mutauit pecuniam pupilli, vel deposuit, pupillus vindicabit, si extat: vel vtili actione, id est, condictione certi aget, si consumpti sunt: quia non potuit alienare, cum non fuit verus tutor, & quod dictum est in consumpta pecunia pupilli, vel extante: intelligẽdum est in quolibet tutore. Ad secundam respon. quòd non est differentia: factus fuerit debitor ante pos. libertatis, vel post. Ad tertiam respon. quòd non datur de peculio: quia forte nil est in pecul. immo verius hoc quod habuit, peculium non fuit: & hoc innuit litera sequens: sed vtilis actio tutelæ contra dominum competit, quia non erat verus tutor seruus: vt illud intelligatur esse in peculio, si quid in patrimonio eius sit. [SI DOS.] Si filiofa. data fuerit dos, mulier in peculio cæteris creditoribus præfertur. idem est si administret tutelã alicuius pupilli: quia pupillus præfertur. si tamen non priuilegiatus agat: cauebit de restituendo retro quod

f *Id.* aliàs, an vel id, sed tunc abundat vnã an. & hæc est prima q̃stio, cui respondetur q̃ sic. Accursius.

g *Et si putaueris,* hæc est secũda quæstio, cui respondetur q̃ non.

h *In libertate.* i. in possessione libertatis.

i *Et an de peculio.* tertia quæstio.

k *Conueniuntur.* cum & ipsi habeant priuilegium: vt supra, de tribu. l. j. nisi habeant* pignus: vt supra, de tribu. l. procuratoris. §. quid tamen. vel illud in tributoria. Accurs.

l *Planè.* interpositio cuiusdam alterius quæstionis. Ac.

m *Id rescriptum est.* vere habenda est, licet vere non fuerit tutela: vt hic, & infra, de priui. credi. l. dabimus. & infra, sol. mat. si cum dotem. §. pen. & l. si filio. nam si non haberetur ratio, secus esset: quia occupantis &c. Accursius.

n *In id.* quod debetur pupillo. Accur.

o *Dabitur.* quod debetur pupillo, aliis interim tacentibus: vt in fi. l. & sic habes, dabitur. aliàs est, inhibetur: & tunc refers ad idem, & dicas inhibetur, scilicet aliis dũ pupillo satisfit: vt in fi. l. Vel dic, inhibetur, scilicet aliis, cum aliquis occupauerit. & sic ad proxi. respon. hoc refertur. sed secundum aliam expositionem ad alind superius refertur. Accur.

o *Dabitur.* aliàs, inhibetur. Accursius.

p *Nomina fecit.* speciale hic, &. j. de in rẽ ver. l. j. §. ité si plures. ecus in tributoria est: vt. §. de tri. l. procuratoris. §. planè. Ité not. q̃ potius est audiendus, qui suũ inuenit: vt. §. eo. l. deposui. & non deducet dominus his casibus: vt infra, de admi. tu. l. circa.

q *Vtilis actio.* licet suo nomine, mutuet tutor: vt. C. quando ex fac. tu. & si tutores. Accursius.

r *Non potuit.* cum tutor non fuerit: secus si fuisset tutor: vt infra, de fur. l. interdum. §. qui tutelam.

s *Quod &.* scilicet quod diximus in seruo consumpta pecunia vel extante deposita. Accursius.

t *Nec tamen.* responsio secundæ quæstionis.

u *Quid ergo.* si deduco mihi debitum: qualiter ergo satisfiet pupillo de residuo? & est solutio tertiæ quæstionis.

x *Deficit.* iure mero.

y *Tutelæ.* quia non fuit tutor: vel quia non fuit peculium, secundum Ioan.

z *Si dos.* quod proposuit in seruo, proponit in filio similem casum addendo.

BIU Cujas

a *Priuilegii.* id est, priuilegiata. sic & supra, eo. sed si dānū. §. fin.

Sticho.] CASVS. Si manumisi seruuum peculium habenté, & non expresse dixi, quòd pecu. pertineat ad me, peculium videor ei concessisse: an autem debitores peculiares possit conuenire, nisi actionem sibi cedam? dicitur, quòd non. Viuianus.

b *Cum manumitteretur.* inter viuos. Io. secus in vltima volúntate: vt. C. de pecul. eius q liber. me. l. j. & ideo, quia donare videtur, potest compelli dominus ad cessionem, de qua hic dicit, condictione ex lege: vt Co. de don. si quis argentum. §. pe.

c *Non potest.* cum actiones non possint facile transire: vt supra, eo. quis ergo. in fi. &. j. de pecu. leg. l. v. & hoc in directis vtiliter. forte tamen aget etiam sine cessione: vt argu. C. de le. l. ex legato. sed an ipse conueniatur à creditoribus peculiaribus? videtur quòd non: vt C. an ser. ex suo fac. l. creditoribus. Econtra quòd sic, cum habeat peculium: infra, de dote præle. l. j. §. per contrarium. quare dicas: si est orcinus, potest conueniri, cum semper comitatum eum fuerit peculium, & sic hic, quãdo inter viuos fuit manumissus: secus si per fideicommis. fuit manumissus. tunc enim hæres tenetur, cum poterat deducere; quando manumisit, non ipse: vt infra, titu. j. l. j. §. ité hęres. & supra, de tribu. quod in hæredem. §. si seruo. & facit infra; de dona. l. fin. §. j. Accur.

Filiofamilias.] CASVS. Pater filium, quem habebat in potestate, hæredem instituit cum duobus aliis: & plegauit filio quædam prædia, vt erãt instructa cum seruis, qui tenebantur eidem patri in. c. an cæteri hæredes possunt filium de peculio conuenire? Et respon. quòd non. Idẽ dicit. l. vltima. Viuia.

d *Non competere.* nec ex sua persona, quia nihil crediderant: nec ex persona testatoris, quia dominus actionem non habuit: vt supra. e. & ancillarum. §. sed ipsi. & facit. j. e. l. fi.

Scum.] CASVS. Conueni Titium de peculio. vocatus ad ius, à Seio est exemptus Titius. cuius temporis peculium spectandum est, quæritur, & quomodo de eo condemnetur exemptus: vtrum quod habuerit tempore exẽptionis, an postea? Et rñ. q̃ illius æstimatio, quæ erat tempore exemptionis, consideratur. Viuia.

e *Eximeres.* licet desierit: vt supra, si quis cau. l. qui autem. §. illud. sed si creuit postea, tenetur vsque ad finem sententiæ: vt supra, eo. quæsitum. j. respon. Accursius.

f *Quod seruus.* Cum deduxerit. Io. facit infra, de fideius. si quis

ff. Vetus.

ceperunt, si inferatur postea cũ patre actio priuilegij. a

Manumittendo seruum inter viuos, censetur quis donare sibi peculium. actiones tamen peculiares nõ transeunt in ipsum, nisi cedantur. Pau.

LIII. IDEM libro vndecimo Quæstionum.

SI Sticho peculium, cũ manumitteretur b, ademptũ nõ est: videtur concessum. Debitores autem cõuenire, nisi mãdatis sibi actionib⁹, nõ potest c.

Pro eo quod seruus debebat domino, non competit actio de peculio hæredi domini contra illum, cui legatus est seruus cum peculio. l. d. cum. l. fi. j. eo. Pau. de Cast.

LIIII. SCAEVOLA libro primo Responsorum.

FIliofamiliàs vni ex hæredibus prædia prælegauit, vt instructa erant, cum seruis. hi serui domini debitores fuerũt. Quæsitũ est, an cæteris hęredibus aduersus eum actio de peculio competat. Respondit nõ competere d.

Qui vi eximit conuentum de peculio, tenetur actori ad interesse, quatenus erat in peculio tempore venditionis. Pau.

LV. NERATIVS libro primo Responsorum.

IS, cum quo de peculio agebam: à te vi exẽpt⁹ est. Quod tunc, cùm vi eximeres e, in [eo] peculio fuerit, spectari [oportet.]

Etiam id quod debet seruus domino pro debitore ipsius domini, deducitur: nomen tamen illius ex hoc efficitur peculiare, quia ille tenetur seruo: & per consequens computabitur in peculio. Pau.

LVI. PAVLVS libro secundo ad Neratium.

QVod seruus f me⁹ pro debitore meo mihi expromisit, ex peculio deduci debet g: & à debitore nihilominus debetur. Sed videamus, ne credendum sit peculiare fieri nomen eius: pro quo expromissum est. Paul⁹. Vtique, si de peculio agente aliquo, deducere velit: illud h nomen peculiare i facit.

A pro eo. §. j. Accursius.

g *Debet.* cum non sit mihi solutum adhuc. Accursius.

h *Illud.* scilicet dominus. & sic satisfacit. Accursius.

i *Peculiare.* vt teneatur seruo vel mandati, vel nego. gest. & mihi domino per seruum.

Si is de cuius peculio agitur, lite pendente decedat: quantum sit in peculio mortis tẽpore, inspicitur. si ei legetur peculium, tempus inspicitur, quo dies legati cedat, cũ omni incremento. sed si legetur extraneo: rerũ tantum incrementum accedit. Bartolus.

LVII. TRYPHONINVS libro octauo Disputationum.

SI filius, vel seruus, cuius nomine dumtaxat de peculio actum est, ante finitum iudiciũ decesserit: id peculiũ respicietur, quod aliquis eorum, cum moriebatur k habuit. Sed eum, qui seruum testamento liberũ esse iubet: & ei peculium legat: eius temporis peculium legare intelligi Iulianus scribit, quo libertas competit. ideoq; omnia incremẽta peculij, quoquo modo l ante aditam hæreditatem adquisita, ad manumissum pertinere. At si quis extraneo peculium serui legauerit, in cõiectura voluntatis testatoris q̃stionem esse: & verosimilius esse, id legatum, quod mortis tẽpore in peculio fuerit: ita, vt quæ ex rebus peculiaribus ante aditã hæreditatem accesserint, debeantur, veluti partus ancillarum, & fœtus pecudum. quæ autem seruo donata m fuerint, siue quid ex operis suis adquisierit: ad legatarium nõ pertinere.

Summata est. ẽ. ista lex: sed aliter potest sic summari, secundum Bald. Is cui legatur seruus hereditarius domini: pro debito domini non tenetur. Bartolus.

LVIII. SCAEVOLA libro quinto Digestorum.

VNi ex hæredib⁹ prædia legauit n, vt instructa erant cum seruis, & cæteris rebus o, & quidquid ibi esset. Hi serui domino debitores fuerunt, tam ex aliis causis, quàm ex ratiõe Kalendarij. Quæsitum est, an cæteris hæredibus aduersus eum pecuniæ ab his debitæ actio de peculio competat? Respondit, non competere p.

Si filius.] CASVS. Si pater vel dominus cõueniatur de peculio, & ante sententiã decesserit seru⁹, vel filius: inspicietur qd̃ erat in pecul. tẽpore mortis. hoc in prima. Si vero seruo libertate reliquit cũ peculio, inspicitur quod erat in peculio tẽpore aditæ hæreditatis. hoc in secunda. Si vero extraneo legauit serui pecu. inspicitur quod erat in peculio tẽpore mortis. & illud quod accrescit rebus peculiaribus ante aditã hæred. veluti partus ancillarũ, fœtus pecorum. & hoc in tertia. Si vero seruo aliquid det, vel aliquid acquisierit, nõ pertinebit ad legatarium. Vi.

k *Cum moriebatur.* & etiam posterius, si postea creuit: vt. j. tit. j. l. fi. quæ est cõtra. Vel dic, quòd dominus nõ potest augere: vt hic: sed per se potest augeri: vt ibi. Accursius.

l *Quoquo modo.* ex re peculiari, vel extrinseca. Ité ideo dicit, aditã, quia tũc cõpetit libertas: vt. C. de cadu. tol. §. in nouissimo.

m *Quæ autem seruo donata.* ratio differẽtię inter hũc & superiorẽ. §. est insti. de leg. §. si peculium. sed alia melior est. j. de pecu. leg. l. denique. §. fi.

n *VNi. Legauit.* id est, prælegauit.

o *Rebus.* quibusdam.

p *Non competere.* & est ratio, vt dixi. ẽ. proxi. l. filiofami.

QVANDO DE de peculio actio annalis est.

Prætor.] CASVS. Si pater, vel domin⁹ de peculio teneatur ex cõtractu serui, vel filij: & seru⁹ vel fili⁹ morte, vel emãcipatiõe, vel manumissione, vel alienatione potestatẽ dñi, vel patris fuerit egressus: intra an. cõuenietur pater, vel domin⁹ de pec. vel si dolo fecerit, quo min⁹ aliquid sit in peculio. hoc in prima. Quãdiu vero fili⁹ vel seru⁹ sit in potestate, de pec. actio ppetua est: eis aũt liberatis incipit esse ãnalis. & quod dicit, ppetua est, intellige. i. esse potest: vt si descẽdat ex causa, q̃ perpetua est. hoc in secunda. A quo autẽ tẽpore cõputetur? Et rñ. q̃ cũ vtilis sit, & obligatio sit conditionalis, ab eo tẽpore cõputabitur, & ex cõditione existẽte: nõ ex quo fili⁹ emãcipatus est, vel seru⁹ manumissus. hoc in tertia. Quæritur, quare prætor fecit hanc act. annalẽ? Et rñ. q̃ cũ morte, vel alienatiõe, extinguit pecu. sufficere putabat, q̃ vsq; ad annũ porrigit obligatio. [ALIENATIO.] Quia tetigit de emãcipatiõe

& manumissione, dicit in quibus hæc locum habeant, q̃ emancipatio pertinet ad filios: alienatio & manumissio ad seruos: mors ad vtrũque. hoc in prima. Sed quid si filiꝰ aliter, quàm per emãcipationẽ exierit de potestate, puta per dignitatẽ: nunquid actio de peculio erit annalis? dicitur, q̃ sic. hoc in secũda. Sed quid si morte patris, vel emãcipatione, vel deportatióe, sui iuris effectus fuerit: an intra annũ hæres patris, vel filius teneat de pecu? dicitur, q̃ sic. hoc in tertia. Sed quid si dñs nõ vendidit seruũ, sed donauit, vel p̃mutauit, vel in dotẽ dedit: an actio de pecu. detur? dicitur, q̃ sic. hoc ĩ quarta. Si dominꝰ qui tenebatur de peculio, seruũ legauit, & pecu. retinuit: hæres de pecu. tenebitur. hoc in prima. Si vero vni legauit seruũ, vel liberũ esse iussit, & alij peculiũ legauit: an teneatur hæres, vel seruus liber factus, vel ille cui peculiũ legatũ est, quæritur. Et rñ. q̃ neq; in manumissum, vel legatariũ dabitur act. de pecu. sed in hæredẽ: q̃a satis videtur penes hæredẽ esse peculiũ, quia tradendo illud legatario, liberationẽ consecutus est: cauere tamen debet legatariꝰ hæredi vt præstet eũ indemnẽ, si à creditoribus cõueniatur. q̃ si sine cautióe tradidit, imputet sibi ipsi: & conuenietur sicut dictum est. [*SI PRÆCEPTO.*] Si dominꝰ hærede ĩstituto, & ei seruo plegato cũ peculio ipsũ rogauerit de hæreditate restituẽda, ĩsque restituerit, si postea cõueniat: an creditoribꝰ peculiaribus de peculio, aut cõtra creditores peculia. sicut contra hæreditarios credi. posit obiicere excep. Treb. s. q̃ ipse nõ sit conueniẽdus, sed ille cui restituenda sit hæreditas, quæritur. Et rñ. q̃ nõ. & hoc in prima. An fideicõmissariꝰ teneatur? dicitur, quòd nõ: cũ ad eũ pecul. nõ venit: nec dolo fecit, quo minus haberet. hoc in secũda. Vi.

a *Alienatúsve.* nominatim pretio peculij accepto: vt. s. tit. j. l. si ex duobus. §. fi. Accursius.

b *Dolo.* vt supra, titu. j. l. si semel. in fi. quamdoque etiam sine dolo: vt infra, titu j. filiusfamilias.

c *In anno.* vt supra, de exerci. si tamen. in fi. Accursius.

d *Perpetua est.* id est, esse potest: vt infra, de statulibe. l. Labeo. nam si erat sui natura prius perpetua: & post nunc erit, aliàs tempore suo finitur: vt infra, eo. cum post. & facit. C. quod cum eo. l. ei qui.

e *Id est.* pro. s. ponitur. sic. j. de re iudic. sunt qui. Accursius.

QVANDO DE PECVlio actio annalis est.

TITVLVS II.

Quousque filius, vel seruus est in potestate domini, actio de peculio est perpetua: sed postquam exiuerint morte filii, vel serui, seu emancipatione, vel manumissione, vel alienatione serui: efficitur annalis. h. d. vsque ad. §. item hæres. Pau. de Castro.

I. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

PRætor ait: *Post mortem eius, qui in alterius potestate fuerit, posteáve, quàm is emãcipatus, manumissus, alienatúsve*[a] *fuerit, dumtaxat de peculio, & si quid dolo*[b] *malo eius, in cuius potestate est, factum erit, quò minus peculij esset: in anno*[c]*, quo primum de ea re experiundi potestas erit, iudicium dabo.* ℣ Quamdiu seruꝰ vel filius in potestate est, de peculio actio perpetua est[d]: post mortem autem eius, vel postquam emancipatus, manumissus, alienatúsve fuerit, temporaria esse incipit: id est[e], annalis. ℣ Annus autem vtilis computabitur. Et ideo, & si conditionalis sit obligatio: Iulianus scripsit, ex eo computandum annum, non ex quo emancipatus est, sed ex quo peti potuit conditione existente. Merito autem temporariam in hoc casu fecit prætor actionem. Nam quũ morte vel alienatione extinguatur peculium[f]: sufficiebat vsque ad annum produci obligationem. ℣ Alienatio autem & manumissio ad seruos pertinet, non ad filios[g]: mors autem tam ad seruos, quàm ad filios refertur: emancipatio vero ad solum[h] filium. Sed & si alio modo[i] sine emãcipatione desierit esse in potestate, annalis erit actio. Sed & si morte patris, vel deportatione, sui iuris fuerit effectꝰ filius: de peculio intra annũ hæres patris, vel fiscus[k] tenebuntur. ℣ In alienatione accipitur vtique venditor: qui actione de peculio[l] intra annum tenetur. Sed & si donauit seruum, vel permutauit, vel in dotem dedit, in eadem causa est.

In singularem successorem peculii, & nõ serui, non datur actio de peculio. hoc dicit. secundum intellectum glo. Pau. de Cast.

℣ Item hęres[m] eius, qui seruum legauit, non cum peculio. Nam si cum peculio[n], vel legauit, vel liberum esse iussit: quæstionis fuit[o]. Et mihi verius videtur, non dandam neque in manumissum, neque in eum[p], cui legatum sit peculium, de peculio actionem[q]. An ergo teneatur hæres? Et ait Cæcilius teneri[r], quia peculium penes eũ sit, qui tradendo id legatario, se liberauit. Pegasus autem caueri hęredi debere ait ab eo, cui peculium legatum sit: quia ad eũ[s] veniunt creditores. Ergo si tradiderit sine cautione: erit conueniendus[t].

Hæres qui restituit hæreditatem retento seruo cũ peculio, potest effectualiter cõuenire etiã perpetuo actione de peculio. Pau.

℣ Si pręcepto seruo & peculio, rogatus sit hæres restituere hæreditatem: si de peculio conueniatur, Trebelliani exceptione non vtetur[u], vt Marcellus tractans admittit. Is autem, cui restituta est hæreditas: non tenetur, vt Scæuola ait, cum peculium non habeat, nec dolo fecerit, quò minus haberet. ℣ vsufructu quoque extincto, intra annum actionem dãdam in vsufructuarium[x] Pomponius libro sexagesimoprimo scripsit.

Notabilis est hæc lex ad duo. si in libello proponantur duæ actiones, quæ electione tolluntur: procedit iudicium, si nõ opponatur. Item error in quem quis deducitur assertione aduersarij: potest corrigi post definitiuam sententiam. Bartolus.

℣ Quæsitum[y] est apud Labeonem, si cũ filius viueret, tu credens eum mortuum, annali actiõe egeris: & quia annus præterierat[z], exceptione sis repulsus: an rursus experiri tibi, dicimus. [*QVÆSITVM.*] CASVS. Creditor peculiaris filiisfa. credens eum decessisse, cũ tamẽ degeret intra annum, egit, & annali exceptione submotꝰ est: quia annus iã trãsierat. postea erat certꝰ de vita filij, quia nõ fuit mortuꝰ: an possit postea experiri cõperto, q̃ filiꝰ nõ decessit? Rñ. q̃ de peculio sic: non de in rẽ verso: quia annalis exceptio ad peculiũ, non ad de in rẽ verso actio. pertinet. Vi.

f *Extinguitur peculium.* scilicet defuncti, licet dicatur crescere ex seipso, quãtum ad actionem annalem: vt infra, eo. l. fi. quæ est contra. Item & peculium vicarij eius extinguitur: vt infra, titu. j. seruus. §. cum. Accursius.

g *Non ad filios.* nisi in casu: vt. C. de patri. qui fi. disl. j.

h *Solum.* vt non obstet. l. quotiens. in fi.

i *Sed & si alio modo.* puta dignitate: vt infra, titu. qui. mo. ius pa. po. solui. §. si filius.

k *Vel fiscus.* nisi deportatus fuerit.

l *De peculio.* tenetur scilicet si nominatim pretiũ pro peculio accepit: vt supra, titu. j. l. si ex duobus. §. fi. & l. sed & si quis. & facit. l. quotiens. §. fina. Azo.

m *Item hæres eius.* scilicet, tenetur de peculio.

n *Nam si cum peculio.* dic, quòd alij fuit legatum peculiũ, & alij seruus. & ita ponitur, cũ, pro, & aliàs falsum esset, quod hic dicitur: vt s. tit. j. l. quotiens. §. fin.

o *Quæstionis fuit.* an teneatur hæres, vel ille cui legatũ est peculiũ, vel seruus solus. Ac.

p *In eum.* l. hæredem.

q *Actionem.* directã vel vtilem: vt no. s. tit. j. si Sticho.

r *Cecilius teneri.* immo non tenetur: vt supra, titu. j. l. at cum. quæ est contra. sed distingue, an sit directo relicta libertas: quo casu ipse tenetur, cum directo peculium fuit consecutus: vt infra, de dote præleg. l. j. §. per contrariũ. an per fideicõmissum: quo casu imputatur hęredi, cum potuit retinere: vt hic, & infra, de tribu. quod in hęc. de. §. si seruo. Accur.

s *Ad eum.* l. hæredem.

t *Conueniendus.* & sibi imputet, cur sibi caueri non desiderauit: vt supra, de transac. ij.

u *Non vtetur.* immo videtur quòd sic: vt instit. de fideicommiss. hære. §. si quis. quæ est contra. sed peculium est vniuersitas incorporea & iuris, in qua actiones continẽtur: sed illud est verum de corpore aliquo, vel corporea vniuersitate, vt equitio.

x *In vsufructuarium.* l.

y *Quæsitum.* aliàs lex, & aliàs. §. Accursius.

z *Præterierat.* à tempore, quo mortuus dicebatur. Accursius.

BIU Cujas

a *Rectè actum est.* quomodo recte actum est, cum actionem de in rem verso non intendat: sed de peculio: vt in princ. huius.l. dicitur: vel quia noluit, vel non potuit, cum debuit eligere: vt supra, de tribu.quod in hærede.§. eligere? Respon.immo de in rem verso agit: quia cum egit de peculio, etiam quod in rem versum est petiisse videtur, vt dixi infra, titu.j.l.filius. ergo cum est absolutus ab actione de peculio, etiam in eo quod versum est, absolutus videtur: vnde conueniri non potest. Alij dixerunt, recte actum est, id est, agi poterit. sed hic nulla est discordatio. nam secundū hoc, quia de fundo meo aliquando potui agere, hodie non possum: quod non est verum. vel aliter. potest enim dici vtramque propositam fuisse, & de peculio, & de in rem verso: nec fuit ab aduersario coactus, vt vnam eligeret: quia pater de suo iure cōsidebat. sed secundū hoc ergo non egit actor recte, quia eligere debuit. sed expone, recte, id est, non obstante errore mortis filij. nam & post annum intendi potest nō obstante morte putatiua, vel naturali. Vel dic, quia ex vna causa: puta ex mutuo in decem egit de peculio: ex alia in quinque: ex locato de in rē verso. Itē opponitur: quia causa finita non debet allegari error: vt C. de iur. & fac.ign.l. error. in fi. quæ est cōtra. Sed illud est de rigore iuris ciuilis, non de æquitate: vt supra, de instit.ac.l. habebat. in fi.j. respon. Vel verius ibi de errore proprio errantis tantum, hic de communi. Vel dic, hic errabat in eo, quòd aduersario credidit: vt supra. quod cū eo.l. sed si.§.fi. ibi in eo casu, quòd sibi errando credidit. Ac.

b *Quia annua.* vbi scilicet, non esset error.

Cvm post.] CASVS. Sicut viuo filio perpetua est actio: & post mortem annua: sic vbi non est perpetua, quia.vj. mensium, vt est redhibitoria, viuo filio non datur intra annum, sed intra sex menses tantum, si tantum supererat moriente filio: alioquin tantum quantum supererat. hoc in prima. Idem dicendum est in omnib⁹ temporalibus actionibus. [SI SERVVS.] Seruus meus captus est ab hostibus. an creditores eius possint me post annum captionis eius conuenire? & respon. quòd sic. Vi.

c *Quemadmodum.* id est, sicut.

d *Ideo.* q.d. ergo vbi non erat perpetua viuo filio: non datur intra annum. & dic, quòd actio quæ est.vj. mensium, id est, quæ consueuerat durare per sex menses, erit post mortem filij intra tempus, quod supererat mortuo filio: non autem dico, quòd post mortem filij duret semper per sex menses. hoc enim esset falsum: vt supra, ex qui.cau.ma.l.sed & si per prætorem.§. quotiens. & de mino.l.fi.

e *Redhibitionis.* & sic sex mensium: vt infra, de ædil. edic. sciendum.§.finali.

Si actio prima durabat minus anno, nō restituitur annalis: sed tanti temporis cuius illa erat. hoc dicit. Pau. de Cast.

II. PAVLVS libro trigesimo ad Edictum. B

CVm post mortem filiifamiliàs annua aduersus patrem actio est, quemadmodū[c] aduersus eum esset perpetua, viuo filio: ideo [d] si ex causa redhibitionis[e] erat de peculio actio, sex mensium * erit post mortem filij. Idémque dicendum [est] in omnibus temporalibus actionibus.

Si speratur filius vel seruus redire in potestatem ex causa, quæ retro fingit, licet re vera exierit: actio de peculio non desinit esse perpetua. Pau.

Si seruus, cui creditum est, apud hostes sit: de peculio actio in dominum non anno finienda est, quādiu postliminio reuerti potest[f]. C

Licet desinat esse peculium seruo, vel filio exeunte potestatem: tamen adhuc largo modo potest dici peculium, quātum ad creditores peculiares, quousque sit eis satisfactum: & recipit augmentum, & etiam deminutionem ex ipsis rebus peculiaribus. Pau. de Cast.

III. POMPONIVS libro quarto ad Quintum Mucium.

DEfinitione peculij interdum vtendum[g] est, etiam si seruus in rerū natura esse desiit. & actionem prætor de peculio intra annum dat. Nam & D

f *Reuerti potest.* ar. supra, ad Mace. l.j.§. si pendeat. Accursius.

Definitione.] CASVS. Licet seruus, cuius nomine de pecu. dominus tenetur, decesit: vel alienatus fuit, & sic extinguatur pecu. tamen cum remanet definitio pecu. intra annum a tempore mortis, vel alienationis, vel manumissionis, in dominū dabit actio: quia post mortem potest augeri vel minui: puta in fœtu. Viuianus.

g *Vtendum.* vt definiamus esse peculium, licet extinctum fuerit: vt supra, eo.l.j.§. merito. quæ est contra. Accursius. * *vulg. vt in peculii fructibus*

h *Decessionem.* immo tempus mortis serui: vt supra, titu.j.l.pe.j. respon. quæ est contra. sed certe illud tempus scilicet mortis spectatur, & etiam istud: vt ibi dixi.

DE IN REM verso.

Quia triplex est actio ex edicto isto, & dixit supra, de vna.§. de peculio: subiicit de alia: vt.§. de peculio.l.1.§. est autē.

Sihi qui.] CASVS. Si ex cōtractu serui vel filiifa. qui peculiū nō habēt aliquid in rē patris, vel domini versum sit: de in rem verso est actio. hoc in prima. nec videtur actio de in rem ver. superfluere, quasi sufficiat * de pe. actio. quia potest fieri, vt in rem versum sit perpetua, & cesset de pecu. actio. quia nihil in pe. sit, quia dominus sine dolo malo ademit, vel morte serui extinctum est pe. & annus intra quem dominus cōuenietur de pec. præteritus est: & æquū est dari de in rem ver. quæ ppetua est, & hoc in secunda. Item si duo agant de pe. tertius de in rem verso: vel pone, quòd vnus vertit, alius non: & vterque egit de pec. plus consequetur is qui vertit, quàm is qui nō vertit: quia ille quaten⁹ est in pe. cōsequetur, vt sit sensus: quia quod in rē versum est, videat esse in pecu. domino ex hoc debitore peculiari cōstituto, inspecta persona hui⁹ creditoris, & retento hoc casu si vnus agat de pecu. prēueniens eū qui volebat agere de in rē verso: dicit q̄ nihil hui⁹ quod erat versum in rē domini, in peculiū conuersum est, cū pro suo solutum est: si tamen is qui egit de peculio, non sit totum cōsecutus, quia sibi debebatur: non cessat de in rem ver. act. Vi. * *promissa. Flo.*

i *Videatur.* in insti. quod cum eo.§. fi. & infra, tit.j.l.j. in prin. & supra, si cer. pe. si institorem.

k *Posse.* vt infra. e. filiusfami. in fi.l.

l *Ademit.* & tunc quādoque agitur: vt infra, eo. si filiusfa.

m *Extinctum.* desinit enim vt homo: vt supra, tit.ij. peculium. & supra, titu.j.l.j.§. merito.

n *Dolo malo.* aliud si dolo: vt.§. titu.ij. sed si damnū.§. præterea. & l. summa. in prin. & no. hic q̄ vtraque actio impeditur vel deficit propter id quod domino debetur: vt.j. eod. si pro patre.§. si domino. & hoc plus est in actione de peculio: quia & cum seruis & similibus debitum prædeduceretur: quod hic non dicitur.

o *Finita est.* vt hic, &.j. eo. si pro patre.§. idem tractat.

a *Vberiorem.* vt & aliàs supra, titu.ij. ex facto. §. plane. & hoc si agat de in rem verso: secus si de peculio: vt supra, de trib. procurator. §. plane si in eadem. Vel dic, vt litera velle videtur, etiam si de peculio agat. Accursius.

b *Præuentum.* facit supra, titu.ij. si vero. Accursius.

c *Quemadmodum.* scilicet videretur desinere esse vbi sit si esset versum in peculium, vel esset liberat⁹ ab actione de in rem verso. Ac.

Item si plures agant de peculio, proficere hoc ei, cuius pecunia in rem versa est, debet: vt ipse vberiorem[a] actionem habeat. Certè si præuentum[b] sit ab aliquo, & actum [est] de peculio: de in rem verso actio, an cesset, videndum [est.] Et refert Pomponius Iulianum existimare, de peculio actione perimi de in rem verso actionẽ: quia in peculium conuersum est, quod in domini rem erat versum, & pro seruo solutum est: quemadmodum[c] si ipsi seruo à domino fuisset solutũ: sed ita demum, si præstiterit ex actione de peculio dominus, qđ seruus in rem eius verterat. Cęterùm si non præstiterit: manet actio de in rem verso.

Non dicitur versum in vtilitatem alicuius, quando ille tantum erogat quantum accepit: hoc dicit cum prin. l. seq. & habetur istud summarium in l. ciuitatibus. infra, de lega. 1. Paul. de Cast.

II. IAVOLENVS libro duodecimo ex Cassio.

QVi nummis acceptis[d] seruum manumisit, agi cum eo de in rem verso nõ potest:[e] quia dãdo libertatem locupletior ex nũmis non fit.[f]

III. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

QVod si seru⁹ domino quãtitatem dederit, vt manumittatur, quam à me

Qui nummis acceptis. ab alio, non à seruo: vt differat à seq. l. j. respõ.

e *Non potest.* ratione horum nummorũ. Ac.

f *Non fit.* & quia cum seruo non est contractum: vt supra, quod cũ eo. l. j. & quia de huiusmodi contractibus nõ fuit cogitatum quando actio de in rem verso fuit inducta: vt infra, man. l. cum seruus. §. ꝙ si de suis.

Quod si seru⁹. CASVS princi. cõtinuatur cũ l. pcedẽti. [IN REM.] Si seruus accepit mutuum frumentum vt familia domini pasceretur: videtur in rem versum. hoc in prima. Idẽ est si accepit mutuam pecuniam, & creditoribus domini soluerit. hoc in secunda. Si vero ei soluit qui creditor non erat, & ita errauit sibi soluendo: an videatur in rem domini versum? dicitur, ꝙ sic: quia dominus etiam non ratam habendo solutionem, habet condi. inde. hoc in tertia. Si verò mutuam accepit pecuniam vt frumentum compararet, vt familia domini aleretur: videbitur &c. hoc in quarta. Idem est si accepit mutuam pecuniam, & in pecu. transfuertit: & statim in rem domini vertit. & quotiens liber homo si gereret negotia domini vel cum mandato vel sine, haneg. gest. actionem vel mandati: totiens si seruus gerens domini negotia contraxit, & ex contractu eius aliquid in rẽ domini versum fuerit: obligabitur dominus de in rem verso. hoc in quinta. vnde si seruus accipiat mutuum vt se aleret aut vestiret ad eum modum quo dominus consueuit seruum vestire: dominus tenebitur de in rem verso. idem est in filio. hoc in sexta. Si vero accepit mutuum, & domum domini picturis & loricationibus ornauit: an videatur in rem domini versum? dicitur, quòd non: sicut neque procurator si voluptarios tales sumptus fecisset, non repetet nisi quatenus vt liceat creditori abradere sine læsione prioris status domus domini: & hoc ea ratione, ne dominus sumptibus sic factis cogeretur domum distrahere, vel id soluat in quo domus precioſior est facta. & hoc in septima. Si vero accepit mutuum, & illud alij mutauit: an videatur in rem domini versum? Respõ. quòd sic, quia domino acquisitum est. quod verum est, si nomen illud peculiare non fecit, sed in rem domini conuertit: ita tamen vt si non expediat domino habere tale nomen, liberetur cedendo creditori actio. & in rem suam procuratorem eum faciat, hoc in octaua. [NECNON.] Si seruus volente A domino mutuatus pecuniam, vnguenta luxuriæ causa emit, vel alias delicias: an teneatur de in rem verso, quæritur. Et respon. quòd sic: quia nõ refert si fuit consumptum quod mutuatum est, bene vel male: dum tamen in eius negotiationem, & eo volente. hoc in prima. Si vero seruus mutuatus pecuniam frumentum ad alendam familiam domini comparauit, & ille in horreo domini deposuerit, & consumptum igni fuerit vel corruptum: an de in rẽ verso dominus tenetur? dicitur quòd sic. hoc in secunda. Idem est si seruum necessarium domino emisset, & decesisit. & hoc in tertia. sed si accepit mutuum quasi in rem domini versurus, nec in rem vertit: & sic creditorem decepit: non tenetur dominus. hoc in quarta. Quid autem si talis erat seruus qui solitus erat vertere, an noceat domĩo quo magis teneatur? Et respõ. quòd non: neque refert si ea mente accepit vt verteret, sed aliò vertit: vel non ea mẽte accepit. vnde curiosus debet esse creditor in quem casum mutuet: vt sic mutuet vt vertatur. hoc in quinta. [SIMVTVATVS.] Si seru⁹ ad vestes familiæ domini cõparandas mutuum accepit, & pecunia periit vestes tamen compauit: vtrũ venditori vel creditori detur act. de in rem verso, quæritur. & distinguitur: aut pecunia erat salua: quia creditor eam numerauit: & vestis perit: aut ecouuerso. primo agit creditor. secundo casu

mutuam acceperit: in peculium quidem hanc quantitatem non computari:[g] in rem autem [domini] videri versum, si quid plus sit in eo, quod seruus dedit, quàm est in serui pretio.[h]

Iste. §. vsque ad finem legis ponit quando dicatur versum in rem patris vel domini. & casus summarius istius. §. ponitur in ver. & regulariter dicimus. vbi iurisconsultus ponit optimam regulam, quando sit verum quòd actio de in rem verso cõpetat. Baldus.

B ¶ In rem autẽ versum videtur, siue[i] idipsum, quod seruus accepit in rem domini conuertit: veluti si triticum acceperit, & idipsum in familiã domini cibariorum nomine consumpserit: aut si pecuniam à creditore acceptam, dominico creditori soluerit.[k] Sed & si errauit in soluendo, & putauit creditorem eum, qui non erat, æquè in rem versum esse, Pomponius libro sexagesimoprimo ait: quatenus indebiti repetitionẽ C dominus haberet.[l] Siue[m] cum seruus domini negotii gerendi administrandíve causa quid gesserit, veluti si mutuatus sit pecuniam, vt frumentum compararet ad familiam alendam, vel si [vestimenta] ad vestiendam: siue[n] peculiariter mutuatus, postea in rem domi-

similiter & venditor agit: quia vestes ad familiam peruenerunt: & sic vna causa dominus incepit duobus teneri. Si vero tam vestis quam pecunia periit, vterque aget in hoc considerata amborum voluntate: quia ambo volebant in rem domini vertere: & hic domini occupantis id est litem conte. melior est conditio: quia iniquum est vtrique dominum de in rem verso debere condemnari. Viuianus.

D g *Non computari.* hoc ideo, quia non est domino data pecunia vt ad eam reddendam teneatur. aliàs fieret nomen peculiare vt supra, titu. ij. quam Tuberonis. §. fi. Accursius.

h *In serui pretio.* nota nõ intelligi quem lucrari nisi dãno dede- cto: vt. §. eo. l. j. §. fi. &. j. pro socio. Mutius. &. §. ad legem Rho. de iac. nauis. j. ibi, sed distinctio &c. Sed nũquid & superiori casu, præcedentis agitur hac actione in id quod dominus habet vltra pretium serui? Respondeo non: & quia ibi non fuit cũ seruo cõtractum: & propter aliam rationem: vbi ibi dixi.

i *Siue.* hoc siue respicit alia duo siue, quæ sunt infra, Accursius.

k *Soluerit.* hoc enim directo vertit: vt. j. de iure do. l. fi. fi. l. Ac.

l *Haberet.* in hoc differt à gestore negotiorũ, qui non imputat in debitũ, nisi dominus ratum habeat: vt. §. de nego. gest. l. fi quis aliena. & est ratio: quia condictio indebiti etiam inuito domino quæritur per seruũ, vt. j. de ver. oblig. l. seruus vetãte. sed per gestorẽ non, nisi sit ratum habitum. Et nota hic, ꝙ ideo ꝙ actio est domino quæsita, videtur versum: vt. j. e. §. idem Labeo. Accurs.

m *Siue.* & hoc siue respicit aliud inferius siue: & hoc secundo casu vertit per obliquum.

n *Siue.* Et hoc respicit superiora siue. & hoc secundo casu per obliquum vertitur.

BIU Cujas

ni vertit[pecuniam.]Hoc enim iure vtimur, vt etiã si prius in peculium [a] vertit pecuniã, mox in rem domini: esse de in rem verso actio possit. Et regulariter [b] dicimus, totiẽs de in rem verso esse actionẽ, quib⁹ casibus procurator mãdati: vel qui negotia gessit, negotiorũ gestorũ haberet actionẽ: quotiẽnsque aliquid cõsumpsit [c] seruus, vt aut meliorẽ rem domin⁹ haberet, * aut nõ deteriorẽ [d]. ℣ Proinde si seruus sumpsit pecuniam, vt se aleret, & vestiret secundũ consuetudinẽ domini, id est, vsque ad eũ modũ, quem dominus ei prẽstare cõsueuerat, in rẽ videri domini vertisse, Labeo scribit. Ergo idẽ erit & in filio. [e] Sed si mutua pecunia accepta, domũ dominicã exornauit tectoriis, & quibusdam aliis, quæ magis ad voluptatẽ pertinent, quàm ad vtilitatem: nõ videtur versum: quia nec procurator [f] hæc imputaret: nisi fortè mãdatum [g] domini aut volũtatẽ [h] habuit. Nec debere ex eo onerari dominũ, quod ipse facturus nõ esset. Quid ergo est? Pati debet dominus creditorẽ hæc auferre: sine domus suę videlicet iniuria: ne cogendus sit dominus vẽdere domum, vt quanti pretiosior facta est, id prẽstet. ℣ Idẽ Labeo ait, si seruus mutuatus nũmos à me, alij eos crediderit, de in rem verso dominũ teneri: quod [i] nomẽ ei [k] adquisitũ est. quam sentẽtiam Põponius ita probat, si nõ peculiare nomen fecit, sed quasi dominicę rationis[esset.]ex qua causa hactenus [l] erit dominus obligatus, vt si nõ putat sibi expedire nomẽ debitoris habere: cedat [m] creditori actionib⁹, [n] procuratorémq; eum faciat. ℣ Necnõ illud quoque in rẽ domini versum, Labeo ait, quod mutuatus seruus, domino emit volenti [o] ad luxuriæ materiam, vnguenta fortè, vel si quid ad delicias, vel si quid ad turpes sumptus summi nistrauit. Neque enim spectamus, an bono domini cesserit, quod cõsumptum est, sed an in negotiũ domini. Vnde rectè dicitur, & si frumentũ cõparauit seruus ad alendã domini familiã, & in horreo dominico reposuit, & hoc periit, vel corruptũ est, vel arsit: videri [in rem [p] domini]versum. ℣ Sed & si seruum domino necessariũ emisset, ísque decessisset, vel insulã fulsisset, eáque ruisset: dicerem esse actionem de in rem verso. ℣ Sed si sic accepit, quasi in rem domini verteret, nec vertit: & decepit creditorẽ: non videtur versum: [q] nec tenetur domin⁹, ne credulitas creditoris domino obesset, vel calliditas serui noceret. Quid tamen, si is fuit seruus, qui solitus erat accipiẽs vertere? Adhuc nõ puto nocere domino, si alia mente seruus accepit, aut si quum hac mente accepisset, postea aliò vertit. [r] Curiosus igitur debet esse creditor, quò vertatur [s].

Sufficit negotium vtiliter esse cœptũ, ad hoc vt actio de in rem verso copetat. Item si pluribus ex eadem causa copetit hæc actio, melior est conditio occupantis. Baldus.

℣ Si mutuatus sit pecuniã seruus ad vestem cõparandã, & nũmi perierint: quis de in rem verso agere possit? vtrũ creditor, an vẽditor? Puto autẽ, si quidẽ pretium numeratũ [t] sit creditorem de in rẽ verso acturũ, etsi vestis perierit. Si autem nõ fuit pretiũ solutũ, ad hoc tamen data pecunia, vt vestis emeretur, & pecunia, perierit vestis tamen familię diuisa est: vtiq; creditorẽ de in rẽ verso habere actionẽ. an & vẽditor [u] habeat, quia res eius perueneruntin rem domini? ratio [x] hoc facit, vt teneat. [y] Vnde incipit domin⁹ teneri ex vna causa [z] duobus. proinde & si tam pecunia, quàm vestis periit, dicendũ erit vtriq; dominũ teneri: quoniam ambo in rem domini vertere voluerunt. [a]

IIII. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

SEd dicendum est, occupantis [b] meliorem conditionem esse debere. nam vtrisque con-

a *Prius in peculium*. vt infra, eo. si res. §. placet. sed contra, infra, eo. & ideo. §. idem scribit. in fi. Et not. quòd non interest, directo an per obliquum fiat quid: vt & infra, de condi. institut. quæ sub conditione. §. si sub iureiurando. in fi. §. argu. infra, de vul. substi. qui liberis. §. hæc verba. Accursius.

b *Et regulariter*. no. regulam quæ contra intellecta falsa est. nã tũc demum hæc datur, vbi illæ competunt, sed nõ econtra: vt patet supra, eo. §. sed si errauerit. & infra, eo. si res. j. respõ. & §. idem ait. in fi. &. l. nam si hoc. & l. & ideo §. idẽ ait. in fi. §. sed ita vt posita est, vera est.

c *Consumpsit*. in rem dominicam vertendo. Accursius.

d *Deteriorem*. in his duobus casibus non est voluntas domini necessaria. fuerunt enim impensæ necessariæ & vtiles: vt infra, de verb. sign. l. impensæ. in voluptariis enim eius voluntatem vel præcedere vel sequi oportet: vt infra. e. §. sed si mutua. & §. necnon. & infra. l. si res. §. idem ait. &. §. quod seruus.

e *Et in filio*. cum eadem sit ratio: vt argu. supra, de iudi. sed & si restituatur. §. ex quibus. & insti. quod cum eo. §. & quia. & facit supra, ad Mace. sed Iulia nus. §. quod dicitur. & infra, eo. pater. &. l. fin. & l. ideo. §. illud plane. & l. filiusfam.

f *Nec procurator hæc imputaret*. vt infra, mandata. idemq;. §. idem ait. sed pati debet abradere: vt supra, de rei vind. in fundo. & infra, de impen. pro voluptariis. & l. quòd si hæc res.

g *Mandatum*. scilicet prius.

h *Voluntatem*. scilicet illo post, vt per ratihabitio nem. Accursius.

i *Quòd*. id est, quia. & facit supra, ea. l. §. sed & si errauerit. Accursius.

k *Ei*. s. domino.

l *Hactenus*. id est, interim.

m *Cedat*. cum ideo teneatur quia actionem habeat: vt supra, titu. ij. quod debetur. in fi.

n *Procuratoremque*. ĩ rem suam. Accursius.

o *Volenti*. bene dicit volenti. aliàs enim nõ est eius sumptus repetitio: vt supra, ea. l. §. sed si mutua. sed in volente fallit in duobus casibus: vt inter virum & vxorem: vt infra, de impen. l. pro voluptariis. & in minore: vt infra, man. si vero non re. §. si adolescens.

p *Videri in rem*. sufficit enim vtiliter cœptum: vt infra, eod. ff. Vetus.

A uus si in rem. & infra, ea. l. §. fina. &. l. si res. in fin. j. respon. & supra, de nego. gesti. sed an vltro. §. is qui. sed contra, infra, eo. si pro patre. §. versum. Sol. quod ibi dicitur, locum habet cum res versa est in rem domini: vnde competit actio de in rem verso: nisi postea versum esse desinat: vt quia seruus domini debitor factus est: vt infra eo. si pro patre. §. si domini. hic autem loquitur, cũ seruus vel alius per casum fortuitum impeditus est vertere.

q *Nõ videtur versum*. Arg. cõtra, infra. e. l. §. fi. in fi. Accursius.

r *Alio vertit*. secus si non alio vertit, sed casu periit: vt infra, eo. l. seruus.

s *Quo vertatur*. hoc speciale vt tantæ debeat esse diligentiæ, vt videat vbi expẽdatur. sic in eo pretio quod datur Ecclesiæ: vt. C. de sacrosan. eccl. aut. hoc ius. at in eo qui mutuat ad nauem, exigo minorem diligentiam: vt supra de exerci. l. fi. §. penul. In aliis autem generaliter medium teneo: vt infra de iur. & fac. igno. l. nec supina. & infra ad. l. Iuliam de adul. l. mariti. §. quæsitum. nisi in casu, vbi etiam debet dissimulare si scit: vt infra de noua. l. doli. in fin. Accursius.

t *Numeratum*. venditori vestis. Accursius.

u *Nam & venditor*. bona est ratio: quia tãtũ facit peruentio, quãtũ adhoc vt perueniat facta numeratio ad creditorem: vt supra, ea. l. §. vnde recte.

x *Ratio*. scilicet mea.

y *Vt teneatur*. scilicet creditori. nam de venditore constat.

z *Ex vna causa*. immo videntur duæ causæ: vna mutui: altera ex venditione. sed sic loquitur, quasi dicat ex vnica re versa, vel propter vnam rem versam: & quod dicit, duobus teneri, est contra, infra, eo. quamuis. sed ibi fideiussor non interuenit quasi in rem domini versurus: ar. infra, eo. & ideo. §. idem. in fi. §. Accursius.

a *Voluerunt*. sed hæc credulitas non videtur sufficere: vt supra, ea. l. §. sed si sic. quæ est cõtra. solu. ibi alio vertit: hic autem casu periit. Accursius.

b *Sed dicendum est occupantis*. scilicet in vltimo casu, quando periit vtraque. aliàs durum videtur. sed forte toleratur, etiam si prius ille agit cuius res periit: vt supra, eo. l. j. §. fin. Accursius.

Res.] CASVS. Si seruus mutuatus pec. domino non necessarias res comparauit: eatenus dominus tenetur, quatenus in facto pretium est seruorum: cum si necessarias emisset, insolidum debet teneri: nec refert his casibus, habuit dominus ratũ contractũ, siue non, quo minus teneatur de in rem verso. [QVOD SERVVS.] Si seruus domino aliquid emit: aut voluntate eius: aut nolente domino, sed eo postea ratum habente: aut nec eo volente, neque ratum habente. Primo casu tenet domin[o], quod iussu. Secundo, de in rẽ verso. Tertio, de peculio. [PLACET.] Nõ solum si seruus pecuniam immediate in rem domini verti: sed si primo in res peculiares: deinde in rem domini: tenebitur dominus de in rem verso. quod verum est, cum seruus gerit rem domini, & locupletiorẽ eũ fecit nummis peculiaribus. Sed quid si dominus postquam versa est in causam peculiarem, adimat seruo peculium: vel eum vendat cum pecu. nunquid tenetur dominus de in rem verso? dicitur, q̃ non: quia si hoc verum esset, quandocũque domin[o] locupletior esset factus, dominus deberet teneri de in rem verso: quod esset falsum. vnde si seruus donet domino rem peculiarem, actio de in rem verso cessabit. si vero mutuum accepit hoc animo vt verteret in rem domini, & huius propositi creditor pecuniam domino dederit, neque noluit eum sibi obligare: de in rem verso actio est. Viuianus.

demnari dominum de in rem verso, iniquum est. [a]

In rebus non necessariis verum pretium, in necessariis pretium conuentum inspicitur. Bartolus.

V. VLPIANVS libro vicesimo nono ad Edictum.

SIres domino non necessarias emerit seruus, quasi domino necessarias, veluti seruos: hactenus videri in rem eius versum, Pomponius scribit, quatenus seruorum verum pretium [b] facit: cum si necessarias emisset: insolidum [c] quãto venissent, [d] teneretur. ℣ Idem ait, siue ratũ habeat seruus contractum dominus, siue non: de in rem verso esse actionẽ. [e] ℣ Quod seruus [f] domino emit: si quidem voluntate [g] eius emit, potest quod iussu [h] agi. Sin verò non ex voluntate: si quidem dominus ratum habuerit, vel alioquin rem necessariam, vel vtilem domino emit: de in rem verso actio erit. [i] Si verò nihil eorum est: de peculio erit actio.

Diuiditur in duas partes. Primo, quando seruus gessit ab initio negotium peculiare. Secundo, quando ab initio gessit negotia domini. Secunda incipit in l. & ideo. ver. illud plane. & breuiter. hoc dicit. Si seruus ab initio peculiare negotium gerit, actio de in rem verso locum habet, si seruus in rem domini vertat animo dominum obligandi. secus si facto domini vel alterius, seu facto serui, non animo dominum obligandi. sed si ab initio gerit negotium dominicum: quocunque modo in rem domini vertatur, hæc actio habet locum. Bartolus.

℣ Placet non solum eam pecuniam in rem verti, quæ statim à creditore ad dominum peruenerit: [k] sed &[eam] quę prius fuerit in peculio. Hoc autẽ totiens verum est, quotiẽs seruus rem domini gerens, [l] locupletiorem eum facit nummis peculiaribus. [m] Alioquin [n] si seruo peculiũ [o] dominus adimat, vel si vendat eum cum peculio, [p] vel rem eius peculiarẽ, [q] & pretium exigat: non videtur in rem versum: [r]

VI. TRYPHONINVS libro primo Disputationum.

NAm si hoc verũ [s] esset: etiã antequam vẽderet rem peculiarem, de in rem verso teneret: quia hoc ipso, q̃ seruus rem in peculio haberet, locupletior fieret [t]. qd̃ apertè falsum est [u].

VII. VLPIANVS libro vicesimo nono ad Edictum.

ET ideo [x] & si donauerit seruus domino rem peculiarem: [y] actio de in rem verso cessabit: & sunt ista vera. ℣ Planè si mutuum seruus acceperit, [z]

a *Iniquum est.* vt hic, & infra, de reg. iur. l. bona fides. & de verbo. oblig. qui bis idem. & infra, de adimen. leg. l. iij. §. si quis Titio. sed arg. contra, infra, eo. l. si duobus.

b *Verum pretium.* id est, iustum. sic infra, de le. j. si fideiussor. §. fin. & instit. qui ma. non pos. §. semel. & facit infra, eo. si fundum.

c *Insolidum.* etiam eis consumptis vel perditis: vt hic, & supra, eo. l. iij. §. sed & si seruum. & infra, eod. seruus si in rem. & supra, de nego. gest. siue hæreditaria. Accursius.

d *Venissent.* id est, empti esset. Accursius.

e *Esse actionem.* in necessariis & vtilibus, vt diximus modo: at in voluptariis ita demum, si dominus habuit ratum, vel voluit: alioquin de peculio tantum: vt supra, eo. l. iij. §. sed si mutua. & §. necnon illud. & infra, proxi. §. Accursius.

f *Quod seruus.* si quidem venissetet, id est, emisset.

g *Voluntate.* præambula: vel ex voluntate sequen. Accursius.

h *Quod iussu.* nihilominus & de in rem verso: vt infra, eo. l. quidam. & hoc statim supponit, cum ratum est habitum negotium. ergo vbi in rem dominicam contrahit patre vel domino iubente, vel ratum habente, datur quod iussu, & de in rem verso. si in peculiarem, agitur quod iussu tantum. Sed quidam dicũt, quòd in re dominica datur quod iussu ita demum, si iussus diriga tur ad contrahentem cum seruo. si vero ad seruum, agitur de in rem verso tantum in re dominica: in peculiari quod iussu.

i *Actio erit.* scilicet insolidum: vt hic, & supra, proxi. §. & l. quòd si seruus. §. proinde si. & suprà nau. cau. sta. l. idem. §. si filius. Scilicet prout hic datur actio de in rem verso, quando ratum habuit, est contra, infra, quod iussu. l. j. §. si ratum. Sol. hic ratum habuit negotium dominicum: ideoque de in rem verso actio est. ibi peculiare: ideoque quod iussu actio datur, secundum quosdam. Vel dic, quòd non est contra.

k *Peruenerit.* eoipso quòd penes dominum est: vt infra, eo. quidam. in fi. & supra, eo. quòd si seruus. j. respon.

l *Gerens.* eo proposito vt dominum sibi obliget: vt infra, e. l. & ideo. §. idem ait. in fi. §. vel re ipsa cum obligat: quia non habet animum in contrarium: vt supra, eo. quòd si seruus. j. respon. & §. siue peculiariter. in casu tamen etiam si non habeat animum obligandi sibi dominum: tamen datur secũ contrahenti de in rem verso: vt si donet seruus domino rem. & tũc distinguitur an sic acceperit, vt vertat: vt tunc agatur de in rem verso: aliàs non: vt infra, eo. l. & ideo. §. plane si mutuam. quæ est contra.

m *Peculiaribus.* suo facto vertẽdo. Accursius.

n *Alioquin.* id est, si non domini, sed peculiare negotium gerit.

o *Peculium.* vt supra eo. quòd si seruus. §. siue peculiariter.

p *Peculio.* & ita plus habet propter peculiũ: siue nominatim accipiat pretium pro peculio, siue non.

q *Peculiarem.* scilicet vendat dominus.

r *In rem versum.* imo certe videtur: vt supra, de instit. l. & ideo. quæ est contra. Sol. vt ibi.

s *Nam si hoc verum esset.* quòd continuncumque esset dominus locupletior, etiam sine serui facto, de peculio teneretur. Accursius.

t *Fieret.* scilicet dominus.

u *Falsum est.* vt tunc semper de in rem verso teneatur: vt hic, & supra, ad Mace. l. sed & si pater. §. hoc senatusconsul.

Et ideo.] Continuatur prin. cum. l. superiori. CASVS in §. illud. est talis: Si dedi seruo tuo argentum vt faceret mihi pocula, & factis poculis decessit: an tenearis de in rem verso? dicitur, quòd non: quia vindicare poterit à quolibet possidente: res tamen peculiares effectæ sunt. [ILLVD.] Si seruus tuus alumnus filij tui odores comparauit, an teneatur creditoribus? dicit quidam, quòd sic. hoc in prima. Si vero à seruo tuo emi hereditatem, & creditoribus hæreditariis solui: & hæreditas à te euicta sit: act. ex empto consequar quod solui. hoc in secunda. Si vero seruus tuus teneatur mihi in. c. & per compensationem hæreditatem ab eo emi: & hæreditas euicta est act. ex empto: de in rem verso consequar quod mihi debebat. & hoc dicit Mela. author huius. l. dicit non competere act. de in rem verso in hoc vltimo casu, nisi eo animo gesserit seruus, vt in rem suam verteret. quæ autem actio competat, non aperit. tu dic, condic. sine causa: vt supra, si cer. peta. si & me. & supra, de condic. causa da. l. pe. & hoc in tertia. [SI FILIVS.] Si pro nepte tua filius accepit. x. mutuo, & ei in dotem dedit, an tenearis de in rem verso? dicitur, quod sic: si hoc animo filius dedit vt tuum negotium gereret. hoc in prima. an autem referat dederit filius sic mutuatus soror suæ, vel filiæ suæ, vel nepti suæ natæ ex alio filio? Respon. q̃ non. hoc in secũda. Idem est quòd dominus de in rem verso tenetur, si seruus mutuatus p̃ filia doté dederit. hoc i tertia. Quę dicta sunt i patre, vera sunt si aliàs pater erat donatur[a]. hoc i quarta. Vi.

x *Et ideo.* quia oportet q̃ seruus rẽ dñi gerat: & ita eũ sibi obligare velit saltem re ipsa, id est, q̃ nõ habeat animũ in cõtrariũ. Ac.

y *Peculiarem.* id est, quæ cum esset tradita seruo, aliquandiu in peculio fuit. Accursius.

z *Acceperit.* sic scilicet, tanquã versurus in rem domini, & creditore ad hoc mutuante: vnde nunquam fuit in peculio.

BIU Cujas

a *Soluit.* id est dat ex causa donationis.

b *Actio est.* vt .ff.e.si res.§. placet cõtra. sed speciale ĩ donatione, vt ibi dixi. & eodẽ modo respõ. ad aliud supra, ꝙ si seruus.§. sed & si sic. Item contra. ff. eo.l.si pro patre.§. idem tractat. Sol. vt ibi.

c *Pocula vindicare.* quasi dicat ideo non teneor de in rem verso ad pocula: quod dixit Mela: quia ea possum vindicare scilicet vt rem peculiarem. & ita est bona ratio, id est verum est quod est in ratione Melæ: sed dictum non. nec enim seruus ꝓposuit gerere negotium domini: quod est necesse. agitur ergo hic de peculio: vt supra, eo. si res.§. placet.

d *Erogauerit.* vt faciunt Iudæi. & facit supra, de relig. l. contra, & supra eo. quòd si seruus.§. placet. &.§. proinde. & infra. e. l. §. fin.

e *Creditoribus.* scilicet hæreditariis.

f *Ex empto.* quæ datur pro in rem verso. & sic no. quòd actio de in rem verso non est proprium nomen actionis: vt infra. e. si pro patre.§. plane si contemplatione. sic nec de peculio: vt supra de pecul. l. iij.§. cui congruit.

g *Peruenit.* de pretio scilicet ipsa liberatio actionis alicuius qua dominus nomine serui tenebatur.

h *Cesserit.* id est hæreditatem vendiderit.

i *Verteret.* si ergo non habuit animum, qualiter mihi in primo vel secundo casu consulitur? Respon. per condictionem sine causa: vt supra si cer. pet. l. si & me. & supra de condic. cau. da. l. pe.

k *Fuerit.* vt hic, &. ff. de iure do. ꝓfectitia.§. si filiusfa. & ff. e.§. illud plane. & ff. ad Mace. l. sed Iulia.§. & si filius. & l. filius. & ff. e. ꝓ si seruus.§. proinde. & continua duas sequentes leges cum hoc.§.

l *Si hoc animo.* vt hic, & supra prox.§. & l. si res.§. placet.

m *ET nihil Sororis.* eodem patre natæ, vt ita sit onus patris: vt infra, de admi. tu. l. cùm plures.§. j.

n *Si vero. Nõ fuerit.* cogit semper pater & auus: vt. ff. de col. bo. l. dedit. & C. de dot. ꝓmis. l. fi. ibi, neq; enĩ legis & c. nisi ĩ casu: vt hic: vt quia filia sit Iudęa[a] vel hęretica: vt. C. de hęre. l. cognouim[a]. ibi, cęteris liberis eorũ &c. & ibi, necessitatẽ ĩponimus &c.

Si pro patre.] CASVS. Si filius pro patre fideiusit, & soluit: tenebitur pater de in rem verso ei à quo mutuatus est vt soluat, hoc in prima. Idem est si animo nouandi filius subierit iudicium pro patre, & condemnatus mutuum accepit, & soluit. hoc in secunda. Vel dic & melius, ei teneri patrem qui cum filio litem contestatus est animo nouandi: quòd cum litis contest. à prima obligatione pater sit liberatus, & hoc ipso de in rem verso tenetur. idem est si filius obligationem patris animo nouandi in se transtulit, & eo nomine soluerit: quia pater tenetur de in rem verso, si non animo donandi filius pro patre se obligauit: & subaudi, maxime: quia idem esset si animo donandi: neque obstat supra, eo. & ideo.§. plane. hoc in tertia. Si vero pater de peculio conueniatur, & filius in se susceperit iudicium, & condemnatus mutuum acceperit & soluerit: pater de in rem verso tenetur vsque ad eam quantitatem, quæ erat in peculio. idem iuris est quo ad actio. de in rem ver. sola lit. contest. quod magis innuit, quòd idem sit vt sic condemnetur: quia si finita sit actio. de pecompetere potest de in rem verso actio. hæc sunt vera post condemnationem, scilicet quòd teneatur de in rem verso actione. idem est & ante cõdemnationẽ. & hoc in quarta.] *IN REM.*

A Si seruus accepit. x. mutuo, &. v. in rem domini vertit, in. v. tenetur dominus: si tota. x. in. x. tenebitur. sed in sortem, an in vsuras? distinguitur: aut vsuræ erant promissæ, & tenebitur ad vsuras. aut non, & non tenebitur. hoc in prima. Si vero seruo volenti gerere negotia domini non sui contemplatione, sed domini, qui quasi gerens negotium suum, id est domini mutauit: tenetur dominus nego. gest. act. non solum pro sorte, sed & pro vsuris. & hoc in secũda. [*VERSVM.*] Si seruus mutuatus. x. in rem domini vertit. & incontinenti dominus seruo soluit: an cõpetat de ĩ rẽ ver. actio? dicit, quòd non: quia nõ intelligitur versum, quod non durat versum. hoc in prima. [*SI TAMEN.*] Si dominus in præiudiciũ creditoris soluit seruo per dituro, de in iure stricto desinit esse versũ: sed de dolo aduersus dominum dabitur act. hoc in secunda. Quia si debitor peculiaris soluisset seruo in necem creditoris vel domini, nõ esset liberatus. hoc in tertia. [*SI DOMINI.*] Si seruus domini debitor mutuatus domino soluerit, eatenus non tenebitur dominus de in rem verso, quatenꝰ seruus debeat: in residuum autem tenebitur: verbi gratia, seruus debebat. xxx. & xl. mutuatus soluit creditoribus, vel domini familiã exhibuit: in. x. tenebitur dominus de in rem verso. Si vero solida. xl. seruꝰ debeat, nil videtur versum: neque dominus de in rem verso tenetur. Et bene dico, quòd in residuo tenetur, quia per actio. de in rem verso subuẽtum est aduersus lucrũ domini: quia nõ debet cũ alieno lucrari dãno: neq; vltra id quod versum est dari: vt. ff. de condic. inde. l. nã & natura. nõ autẽ refert, debuerit aliquid domino, aut postea factus est debitor: quia vtroq; casu desinit esse versum. idẽ est, si dominus postea soluit seruo, quod per seruũ in rem versum est. sed si donauit animo remunerãdi, durat, hoc est vt simpliciter donet, & durat versum: aut animo non remunerãdi, & euanescit. hoc in tertia. [*IDEM QVAERIT.*] Si vero. x. in rem domini vertit, & dominus ei mutuauit. x. & postea. x. erãt in peculio serui: an desinat esse versum: quia dominus ei. x. mutuauit, an nõ quia dominꝰ potest detrahere debitũ de peculio: an pro. v. detur de in rẽ verso actio, & illa. v. detrahat de peculio, quæritur. Et respõ. ꝙ cessat de in rẽ verso act. cũ seruus factus fuerit debitor domini. [*IDEM QVAERIT.*] Si seruus decẽ mutuatus in rẽ domini vertit, & dominus mutuauerit ei. x. postea: & ita desinat esse versum: deinde seruus eadẽ. x. in rẽ domini vertit: an act. extincta postea reuiuiscat? Respõ. ꝙ nõ. hoc in prima. Sed quid si pater & filius sint cõstituti duo rei ꝓmittẽdi, & filius mutuatus soluit: vel si quis iussu patris filio mutuauerit, & filius creditoribus soluit: an vtroq; istorũ casuum pater de in rẽ verso teneatur, quęritur. & distinguitur: aut ad patrem pecunia peruenit, & sibi liberatus sit per acceptil. aut nõ. in primo casu liberatur pater: secũdo nõ: quia filius soluẽdo suum proprium negotiũ gessisse videtur. Viuianus.

o *Fideiusserit.* sola fideiusio hoc nõ facit: sed solutio: vt. ff. e. si filiꝰ. & hic. quare ergo de fideiusiõe dicit? Respõ. ideo quia videbat magis ꝓ sua obligatiõe soluisse: vt. ff. mã. l. Papin. Itẽ huic respõso est cõtra. ff. e. qđ seruus. Solu. vt ibi. Itẽ cui hoc casu tenet pater? Rñ. illi qui ĩ hoc mutuauerit filio, vt tali creditori soluat. Vel dic qui fideiusserit animo nouãdi, hoc casu tenet ei apd̃ quẽ fideiusit.

Solueris.

B *In rem domini versum dicitur, quando versum est in causam in quã dominus erat versurus, licet non ex necessitate, sed ex consuetudine vel honestate, etiam si nullam sentiat vtilitatem: multo magis si ex necessitate, vel si vtilitatem sentiat. h. d. cum. l. sequen. Pau.*

ꝟ Si filius familiàs pecuniã mutuatus, ꝓ filia sua dotẽ dederit: ĩ rẽ versum patris videtur, quatenus auus ꝓ nepte datur[g] fuit[k]. Quæ sentẽtia ita demum mihi vera videtur, si hoc animo[l] dedit, vt patris negotium gerens.

VIII. PAVLVS libro trigesimo ad Edictum.

ET nihil interesse Pomponius ait, filiæ suæ nomine, an sororis, [m] vel neptis ex altero filio natæ, dederit. Idem ergo dicemus, & si seruus mutuatus fuerit, & domini sui filię nomine in dotem dederit.

IX. IAVOLENVS libro duodecimo ex Cassio.

C SI verò pater dotem daturus non fuit: [n] in rem patris versum esse non videtur.

Non videtur versum, si non durat versum. Bartolus.

X. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

D SI ꝓ patre filiꝰ fideiusserit, [o] pto, [f] quod ad dominũ peruenit. [g] Ego autẽ nõ puto deĩ rẽ verso esse actionẽ emptori: nisi hoc animo gesserit[h] seruus, vt in rem domini verteret. [i]

Si negotium potest pertinere ad patrem, & etiam ad filium: ita demum competit hæc actio, si filius illud gessit tanquam negotium paternum, non tanquam proprium. h. d. cum duabus. ll. sequen. Pau.

ꝟ Si filius familiàs pecuniã mutuatus, ꝓ filia sua dotẽ dederit: ĩ rẽ versum patris videtur, quatenus auus ꝓ nepte datur[g] fuit[k]. Quæ sentẽtia ita demum mihi vera videtur, si hoc animo[l] dedit, vt patris negotium gerens.

BIU Cujas

& creditori soluerit: [a] in rē patris videtur [esse] versum: quia patrē liberauit. Cui simile est, quod Papinianus libro nono quæstionū scribit, si filius quasi defensor [b] patris iudicium susceperit, & sit condemnatus: [c] de in rem verso [d] teneri [e] patrem. námque filius eum iudicio suscepto liberauit. [f] ℣ Idem tractat Papinianus, & si quod patrem dare oporteret, à filio sim stipulatus: & ita conuenerim filium. Nam & hic de in rem verso fore actionem, nisi si donare [g] patri filius voluit, dum se obligat. Quare potest dici, & si de peculio actionem, quasi defensor patris, susceperit: teneri patrem de in rem verso, vsque ad peculij quantitatem. Cuius sententiæ [h] id erit emolumentum, vt si finita sit actio [i] de peculio, de in rem verso conueniatur. Ego [k] & ante condemnationem, post iudicium patris nomine acceptum, de in rem verso patrem teneri puto. [l] ℣ In rem autem versum videtur, [m] prout aliquid versum est. Proinde si pars versa est: de parte erit actio. [n] Sed ℣ vtrum in sortem dumtaxat tenebitur dominus, an & in vsuras? Et si quidem promisit [o] vsuras, Marcellus libro quinto Digestorum scribit, dominum præstaturum. Sed si non sint [p] promissæ, vtique non debebuntur: quia in stipulatum deductæ non sunt. Planè si contemplatione domini pecuniam dedi non gerenti seruo negotia domini, [q] sed ipse [r] gerens: negotiorum gestorum actione [s] potero etiam de vsuris experiri. ℣ Versum [t] autem sic accipimus, vt duret versum. [u] Et ita demum de in rem verso cōpetit actio, si non sit à domino seruo solutum vel filio. Si tamen in necem creditoris, id est perdituro seruo, vel filio solutum sit: quamuis solutum sit, desinit quidem [esse] versum. æquissimum autem est, de dolo malo aduersus patrem, vel dominum, competere actionem. Nam & peculiaris debitor si fraudulenter seruo soluerit, quod ei debebat, non liberatur. [x]

Si pater vel dominus soluit debitum, non videtur in rem eius versum: & si pater vel dominus cedat: desinit versum: secus si donet nisi animo remunerandi. Bartolus.

℣ Si domini debitor sit seruus, & ab alio mutuatus ei soluerit: hactenus non vertit, quatenus domino debet, [y] quod excedit, verti. * Proinde si cum B domino deberet triginta, mutuatus quadraginta creditori eius soluerit, vel familiam exhibuerit: dicendum erit, de in rem verso in decem competere actionem: aut si tantundem debeat, nihil videtur versum. Nā vt Pomponius scribit, aduersus lucrū domini videtur subuentum. [z] Et ideo siue debitor fuit domino, cum in rem verteret: nihil videri versum: siue postea debitor esse domino cœperit: desinere versum. Idémque, & si soluerit ei. Plus dicit, & si tantundem ei donauit dominus, quantum creditori C soluit [a] pro se: si quidem remunerandi animo, non videri versum. [b] si verò aliàs donauit, durare versum. [c]

Euanescit actio de in rem verso, si dominus cedat seruo, & remanet actio de peculio: nec reconualescit, si postea seruus cedat. Bartolus.

℣ Idem quærit, si decem in rem domini vertit, & postea tantādem summam à domino mutuatus sit, habeat præterea & peculium decem, vidēdum ait, vtrum desiit esse versum. an verò, quoniam est peculium, vnde detrahatur * debitum, de in rem verso non tollimus actionem, an potius ex vtroq; [d] pro rata detrahimus? [e] Ego autem puto sublatam de in rem verso actionem: [f] cum debitor domini sit constitutus. [g] Idem quærit, si in rem tuam verterit, & debitor tuus factus sit, mox creditor eiusdem summę, quam tibi debuit, an renascatur de in rē verso actio, an verò ex postfacto non conualescat? Quod verum est. [h]

Si filius idem cum patre correus soluat, videtur in rem patris vertere quatenus de pecunia ad patrem peruenit. Bartolus.

℣ Idem tractat, an ex euentu [i]

---

a *Soluerit.* quod ab alio mutuo sumpsit: vel aliter: vt modo dixi. Accursius.

b *Defensor.* animo nouandi.

c *Condemnatus.* idem & ante condemnationem: vt infra, eo. §. ergo. Accursius.

d *De in rem verso.* quę vtilitas est huius actionis hoc casu, & sequētibus? Respon. primo directo, secundo per obliquum tenetur. Ac.

e *Teneri.* illi, scilicet qui contra filium animo nouandi litem contestatus est.

f *Liberauit.* vt. ĵ. de solu. l. solutioné. Acc.

g *Nisi donare.* immo & si donet, debet habere locum hæc actio: vt supra, eo. & ideo. §. plane si mutuum. quæ est cōtra. Sol. ibi quod dederat extraneus seruo, fuit versum in peculium: & idem postea seruus domino donauit: quo casu distinguitur, vt ibi. hic non sic. Alij vt. R. & Pla. subaudiunt hic, maxime: & ponitur nisi, pro si nō. Nam idem & si donare voluit. prima verior est. Sed cui hoc casu de in rem verso datur actio? Respon. ei qui in hoc filio crediderit, vt ℣ tali facto soluat: vel ei qui litem contest. est animo nouandi: vt supra, & infra.

h *Cuius sententiæ.* vt ℣ eo tantum quod in peculio est, detur de in rem verso. & facit. ĵ. eod. l. j. §. j.

† *Cōcor. tex. in. l. quamuis. C. de vsu. tex. in. l. bonæ fidei. C. de cōdic. indebi. cum similibus.*

i *Actio.* puta anno post mortem filij.

k *Ergo.* ad secūdum responsum legis refertur, & ad proximum. Accursius.

l *Puto.* illi. s. qui contra filium litem contestatus est, cum pater sit liberatus per huius nouationem: vt supra, ea. l. ij. respon.

m *Videtur.* quòd seruo mutuauit.

n *Actio.* vt inst. quod cum eo. §. in rem autē.

o *Promisit.* dominus, vel seruus.

p *Non sint.* & aliàs nō debētur: vt. C. de vsur. l. quamuis.

q *Negotiū domini.* quasi dicat, non dedi vt alius gereret: sed ego qui dedi, volui gerere. Accursius.

r *Ipse.* scilicet ego.

s *Actione.* in qua veniūt vsuræ ex mora: vt C. de vsur. l. in bonæ fidei.

t *Versum autem.* quod seruo mutuauit. Accur.

u *Duret versum.* not. quòd ita demum dicitur aliquid fieri fidu- & pro hoc est. ĵ. quod cuiusque vni. no. l. item. §. quòd si. & C. de nis qui his qui. vt indig. l. aliam. & l. pe. in fin. & in auth. de san. epi. §. sed hoc præsenti. col. ix. & j. de fideiuss. l. stipulatus es. in fi. & j. de hær. vel ac. ven. l. ij. §. illud. & j. de vsucap. sequitur. §. tūc. & ĵ. de inof. test. l. nā & si. §. hæredi. & ĵ. de mino. l. quòd si. §. restitutio. Sed ar. contra. ĵ. quod me cau. l. videamus. & l. si ipsa. & C. quando di. le. ce. l. cū vxori. & j. de duobus reis. l. eādem. §. sed si quis. Sol. obtinet primum, quando aliquid potest imputari illi qui facere debet. Secundū, quando non: vt arg. j. loca. l. maritus. Vel refert, an voluntariū fuit factum, vt tunc obtineat primum an necessarium, & tunc secundum: vt argu. infra, de sol. l. in pupillo. Accur.

x *Nō liberatur.* actione prima. Accursius.

y *Debet.* vt. ĵ. ad Macedo. l. sed Iulianus. §. non tamen. & ĵ. de dolo. l. seruus tuus. & j. c. l. quidam. in fin.

z *Subuentum.* per hāc actionem, subaudi. ergo cum non sit in lucro, non tenetur: sed an quod debeī his qui sunt in potestate, deducat? Respon. non. licet in actione de peculio deducatur: vt supra, de pecu. l. sed si dominum. §. præterea.

a *Soluerit.* scilicet dominus seruo: vt ĵ. eo. l. j. §. fin. Accursius.

b *Non videri versum.* quia desiit.

c *Durare versum.* similis distinctio fit infra, mandata. l. idémque. §. fi. & l. si vero non remunerandi.

d *Ex vtroque parte.* scilicet à domino per actionem de in rem verso, parte per actionem de peculio de aliis decem quæ erant apud seruum. & hoc non admittitur: vt subiicit, & supra, de nego. gest. l. Nesennius. in fine.

e *Detrahamus.* nos creditores peculiares, vel nos iurisconsulti ad petitionem creditorū peculiarium.

f *Actionem.* scilicet in totum.

g *Constitutus.* propter quod fit compensatio.

h *Quod verū est.* non cōualescere, quia actio semel extincta &c. vt. j. de so. l. qui res. §. areā.

i *Ex euentu.* id est ex eo quod

BIU Cujas

eo quod euenit, secundum quod in fi. huius legis distinguitur.

a *Mutuatus.* à Titio puta.

b *Credidisti.* quare contingit filium insolidum, patrem similiter insolidum quod iussu obligari: ad quam obligationé si filius mutuum acceperit in se, & sic patrem liberauerit, videtur de in rem verso pater teneri: qđ hic distinguitur, quę distinctio facit pro sententia nostra, quam dices infra, ad Velleia. vir vxori. in fi. & l. seq.

Quod seruus.] CASVS. Si seruus mutuatus creditori suo soluerit, nó obligat dominũ de in rem verso, sed soluẽdo liberat eum de pecu.

c *Solueret.* quod à Titio mutuũ accepisset.

d *In rem.* immo videtur quatenus patrem liberauit: vt supra, eod. l. proxi. ş. quare potest dici. Sol. ibi nomine patris fecit nouationem, hic autem suo nomine accepit pecuniam. Item argu. contra. ş. l. proxi. in fi. Sed ibi obligatio patris principalis ex suo facto, hic peculiaris.

Si fundũ.] CASVS. Si fundum vtilé emit seruus domino mutuatus decem: an teneatur dominus de in ré verso? Dicitur ꝙ sic, eatenus quaten[e] valeat fundus, secus esset si fundus esset domino necessari[o], & pluris quàm mutuatus est: quia neque in plus tenebitur, licet plus valeret quàm emptus sit.

e *Si fundum.* non necessarium, sed vtilem: vt ş. eo. si res. j. respon.

f *Quàm est emptus.* vt instit. manda. §. quod si minoris. & ff. de dona. inter virũ & vxo. quod autem §. idem ait. Acc.

Si in rem.] CASVS. Si habeam tecũ seruum communem, & in rem meã mutuatus vertit, an tenearis de in ré ver. quæritur? Et dicitur, quòd nó. s. eo casu, quando mutuatus apud te nó habet peculium. Sed in. l. sequen. affert casum in quo possum teneri, puta retẽto eodem casu, si tu non ademisti ei pecu. si conueniaris de pecu. & condemnatus soluis, recuperabis à me quod nó ademisti, cum in rem meã versum esset quod mutuũ accepit: & alia ratione: quia quod dominus debet seruo, computatur in pec. sed quod in rem meam versum est, debeo ego socius conuentus de pecu. & de eo tenetur, sed recuperabit à me. vt subiicit. Viuianus.

g *Iussit.* vt ff. tit. j. l. fin. §. j. Sed contra. ff. l. proxi. quæ continuatur cum ista, sed illa hanc determinat.

h *Marcellus notat.* id est, reprehendit, quasi indistinctum sit in. l. superiori. Vel dic, notat esse verum, sed sub distinctione, sit penes alium peculium, an non: quod in primum recidit sensum.

posit in rem patris filius vertere, veluti si duo rei pater & filius fuerint, & filius mutuatus[a] suo nomine soluat: vel si filio iussu patris credidisti, [b] & filius creditum tibi soluisset. Mihi videtur, si quidem pecunia ad patrem peruenerat, videri in rem versum. Quod si non fuit, & suum negotium gerens filius soluit: non esse de in rem verso actionem.

XI. PAVLVS libro trigesimo ad Edictum.

QVod seruus in hoc mutuatus fuerit, vt creditori suo solueret[c], non erit in rem[d] versum: quamuis actione de peculio liberatus sit dominus.

Si res ematur per filium, vel seruum, plus quàm valeat: eatenus dicitur versum, quatenus valet. si vero minus, non plus quàm sit empta. Paul.

XII. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

SI fundum[e] patri dominóve emit seruus vel filiusfamiliàs, versum quidem esse videtur: ita tamen, vt siue minoris sit quàm est emptus[f], tantum videatur in rem versum, quanti dignus sit: siue pluris sit, non plus videatur in rem versum, quàm emptus est.

Eo casu quo vnus ex sociis potest pro peculio quod est apud alterum, actione de peculio conueniri: eo casu potest conueniri pro eo quod in rem alterius versum est, si cessat actio de peculio. Bartolus.

XIII. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

SI in rem alterius ex dominis versum sit: vtrum is solus, in cuius rem versum est, an & socius possit conueniri, quæritur? Et Iulianus scribit eũ solũ conueniri, in cuius rem versum est, sicuti cum solus iussit[g]. Quam sententiam puto veram.

XIIII. IVLIANI libro vndecimo Digestorum Marcellus notat. [h]

INterdũ & propter hoc quod in rem alterius socij versum

A i *Interdum. De in rem verso.* id est de eo quod est versum, sed tamen actione de peculio: non de in rem verso.

k *Cum altero.* nam cum constat vnum ex sociis conueniri posse propter peculium quod est penes alium, quia recuperare potest ab alio pro quo exigitur: vt ş. de pecu. l. & ancillarũ. §. fi. & quod

est, de in rem verso[i] cum altero[k] agi potest: qui conuentus, à socio petere potest id in quo damnatus fuerit. [l] Quid enim[m] dicemus si peculium seruo ab altero[n] ademptum[o] fuerit? Paulus. Ergo hæc quæstio[p] ita procedit, si de peculio agi non potest.[q]

Filius constituendo, non dicitur in rem patris vertere, nisi soluat. Bartolus.

B XV. VLPIANVS libro secundo Disputationum.

SI filiusfamiliàs constituerit quod pater debuit, videndum est an de in rem verso actio dari debeat. Atquin non liberauit[r] patrem. Nam qui cõstituit: se quidem obligat, patrem verò non liberat. Planè si soluat post constitutum: licet pro se videatur soluisse[s], hoc est ob id quod constituit, in rem tamẽ vertisse patris meritò dicetur.

Qui agit actione de peculio, consequitur quod supereſt, deducto eo quod domino debetur: sed qui agit de in rem verso: consequitur quod supereſt in eo quod dominus dedit pro re. Bartolus.

C XVI. ALFENVS libro secundo Digestorum.

QVidam† fundum colendum seruo suo locauerat: * & boues ei dederat. cum hi boues non essent idonei: iusserat eos venire, & his nummis qui recepti essent, alios reparari. * seruus boues vendiderat, alios redemerat[t], nummos venditori non soluerat, postea conturbauerat[u]. qui boues vendiderat, nummos à domino petebat actione de peculio, aut quod in rem domini versum esset, cum boues pro quibus pecunia peteretur, penes dominum essent: Respõdit, nõ videri[x] peculij quicquã esse, nisi si quid deducto eo quod seruus domino debuisset, reliquum fieret. Illud sibi videri, boues quidẽ in rem domini

D dominus à venditore de pecunia conueniri posit, quæritur. Et respondetur quòd non, nisi plus sit in pecunia quàm domino debeatur. an autem de in rem verso? Respon. cum seruus factus sit debitor domini, desinit esse versum, nisi eatenus quatenus boues empti pluris sunt, quàm erant boues quos seruus vendidit. Viuianus.

t *Redemerat.* & acceperat.

u *Conturbauerat.* scilicet rationem domini. sic. ş. de instit. l. cuicũque. §. idem Labeo ait.

x *Non videri.* vt supra, de pec. sed si dam. §. peculium.

dominus seruo debet, cõputatur in peculio: vt ş. de pecu. quam Tuberonis. §. hæreditas. ergo id quod in rem domini versum est, in peculio est, quia in hoc seruus dominũ voluit cõstituere sibi debitorem: vt. ş. eo. si res. §. placet. & sic agetur de peculio cõtra aliũ in rem cuius versum non fuerit, ꝓ eo quod versum est in rem alterius.

l *Damnatus fuerit.* scilicet cum peculium est apud alterum.

m *Quid enim.* bene dixit interdũ, quid enim.

n *Ab altero.* s. in cuius rem non est versum. si enim adimatur ab eo in cuius rẽ versum est, nihilominus perpetuo tenetur: vt. ş. e. l. j. §. j.

o *Ademptũ.* & sic nulla est cõmunio peculij: vt. ş. tit. ij. l. item. in fi.

p *Quæstio.* scilicet superioris legis.

q *Non potest.* contra eum in cuius rem non est versum, quia ademptum sit: vt dixi. Accur.

Si filiusfamiliàs.] CASVS. Si pater teneatur alicui, & filius constituat se pro eodẽ soluturum, an de in rem verso teneat pater? Dicit Sting. aut soluit filius qui constituit pro patre, & patrem liberat, & tenetur de in rem ver. aliqui non. Viuianus.

r *Non liberauit.* vt. ş. 2. col. vers. de constit. pecu. l. vbi pone. C. de sic. ff. de adulte. l. j. §. fi publico. & ş. eod. si pro patre. j. respon.

ſ *Soluisse.* vt ff. manda. l. Papinianus.

† *Per istã. l. Bar. in. l. si cum dotem. §. fi. ff. solu. ma. decidit quæstionẽ. & Bal. ff. l. in rebus. in fi. col. vers. pone. C. de iure do.*

* *Flo. locauit*

* *Vulg. comparari*

QVidam.] CASVS. Tradidit seruo dominꝰ fundum ad colendũ, & boues: & cum idoneꝰ non esset, iussit dominus vt eos distraheret, & alios compararet. distraxit, & alios comparauit, sed pecuniam redactam ex venditione boum perdidit. nũquid

BIU Cujas

a *Versos esse.* vt supra, eod. si res. §. placet. & supra, quod met. causa. l. videamus.

b *Venissent.* & si cum intantum domini debitor erat factus, desinit versum quod verè erat versum: vt. ff. e. si pro patre. §. si domini.

c *Condemnari.* facit. ff. eo. quòd si seruus. j. respon. in fin. & no. q̃ stultus erat hic venditor, qui dominũ actione quod iussu nõ cõueniebat, qua poterat consequi totũ non obstantibus exceptionib⁹ quę hic assignantur. Item quare nõ vindicat boues, cum non sit pretiũ solutum: vt. ff. de tri. l. procuratoris. §. pe? Respon. fidem habuit de pretio, ideoque dominiũ transtulit. & sic nõ obst. supra, de peculio. l. deposui. j. respon.

Eruus si in rẽ.] C ASVS. Si seruus hoc proposito mutuatus pecuniam, vt in rem domini verteret, eã perdidit sine culpa sua, an dominus de in rẽ verso teneatur? Dicitur, q̃ sic, ad instar procu. vel gestoris negotiorũ, qui si pecuniam in rem domini impẽsurus perdidit, nihilominus tenetur act. mandati, vel neg. gest. dominus.

* *Flo. existimauit.*

* *Flo. perdiderat*

d *Seruus si in rem.* necessariam. Accursius.

e *Existimaui.* vt supra, eod. l. quòd si seruus. §. sed & si seruũ domino. Accursius.

f *Nam & si.* bona est parificatio: vt supra, eo. quòd si seruus. §. & regulariter. Accursius.

* *Halo. vel in tuã, vel ipsius rem.*

g *Cum Sticho.* Mutuaui. x. vicario. hic autem vertit in rem domini, aut in peculium vicarij, vel ordinarij: quod est & si in suũ propriũ vertat. primo casu agitur de in rem verso. & sic hæc actio habet per omnia naturã actionis de in rem verso, vt post mortem vtriusque etiam post annum detur: vt supra, eod. l. j. in prin. Item non deducitur quod domino debetur ab ordinario, licet quòd ipse vertens debet, faciat desinere, seu non videri versum: vt in fi. huius. l. Secundo casu, quando vertit in peculium ordinarij, dic quòd habet naturam actionis de in rem verso quo ad quid. nam videor contraxisse cum vicario cum quo vere contraxi. Item & cum ordinario in cuius rem versum est: vt supra, eod. l. j. j. respon. vnde inspecto vero contractu actio de in rem verso etiam mortuo vicario, & post annum durat: vt in princip. huius. §. at inspecto ficto contractu, quem videor fecisse cum ordinario, habet naturam actionis de peculio, vt mortuo ordinario ex cuius quasi contractu videor agere, sit annalis, sicut si iussu eius &c. Item deducit dominus sibi ab eo ordinario debitum: vt ibi, eadem &c. & est simile per omnia, si contraxi cum vicario iussu ordinarij. nam & hic vere contraho cum vno, ficte cum alio. & per omnia dic vt supra dixi. Sed oppono, quòd etiam si inspicitur contractus fictus, sit perpetua etiam post mortem ordinarij, non annalis, hac ratione, quia viuit vicarius, ergo & eius vicarij peculium viuit. Solu. & peculium ordinarij viuit perpetuo viuo isto vicario: cum vicarius & suum peculium sit in peculio ordinarij? Respon. mortuo ordinario moritur totum suum peculium, ergo & suum peculium vicarij moritur quod constat ab ordinario eum habere.

h *Contraxi.* mutuando sibi decem.

i *De peculio.* quæ datur secundo casu ex ficto contractu.

k *De in rem verso.* quæ datur primo casu.

l *Tuam.* & tunc de in rem verso insolidũ, nõ deducto eo quod domino debetur ab ordinario, vt in fi. huius. l. id autem quod ab eo vicario, sic: vt supra, si pro patre. §. si domini.

m *Pamphili.* & tunc de peculio ordinarij. ſ. Pamphili perpetuo viuo Pamphilo: vt subiicit. similis est distinctio. ff. de neg. gest. si pupilli. §. sed si ego.

n *Comprehendatur.* & petat.

o *Scilicet.* ad vtrũque casum se refert, scilicet siue in rem domini, siue in peculiũ ordinarij vertatur.

p *Agatur.* & post annũ: quod euenit in casibus in glo. magna notatis.

q *Quòd si Pãphilo.* ad dicẽdum quòd sit perpetua. Accursius.

r *Agam.* quasi ex cõtractu, quem fingor fecisse cũ ordinario. Ac.

f *Eius.* ordinarij.

t *Credidissem.* vicario. Accursius.

u *De cuius peculio.* Pãphili, quasi cum eo cõtraxerim. ff. eo. l. j. in fi. j. respon.

x *Agitur.* id est tractatur à nobis, dum tractamus de peculio ordinarij. vel proprie pone, quòd agitur de peculio vicarij quod viuo vicario finit morte ordinarij quia & hoc ipso moritur peculiũ & incõmutabiliter, cũ ammodo ab ordinario peculium habere non posit, vnde finitur, & resuscitari non potest, licet de nouo vicarius quæreret peculiũ, quia à domino non ab ordinario id habere videt quod denouo quereret.

y *Quando.* pro quia.

z *Ea res.* scilicet versa in peculium ordinarij, quod videtur esse in peculio vicarij, eo quòd ordinarius sit debitor vicarij per tãs versionem: vt no. ff. e. Marcel. vel ea res. i. obligatio in peculio. ſ. ipsius vicarij: quod etiã in idem recidit. vel tertio referas ad proximũ ea res. i. quæ iussu Pãphili est credita. & ratio est ista, quoniã ea &c. & ad idem tendit semper. q. d. de peculio Pamphili potest experiri intra annũ, siue in peculiũ ordinarij versum sit. siue eius iussu contractum. nec ob. quòd vicarius viuat. non enim potest agi de peculio vicarij. & quare? quia eius peculium mortuo ordinario cœpit esse nullum. quod dic: vt. ff. tit. j. l. j. §. merito. quod licet habebat per Pamphili constitutionem. secus si à domino.

a *Eius.* scilicet Stichi.

b *Maneat.* sed hic non manet cum mortuus est ordinarius: vt dixi. arg. tamen contra. ff. de iudic. filia. in fi.

c *Eadem ratio.* quia de peculio ordinarij, non de in rem verso, contra dominum agi potest ex ficto contractu.

d *Debet.* scilicet Stichus, sic vt. ff. si pro patre. §. si domini. Accur.

Quamuis.] C ASVS. Seruus mutuatus est pecuniam, vt in rẽ domini verteret. si tu pro eo fideiusseris, puta mutuatus est, vt emeret frumẽtum ad alendam familiam domini: an de in rem verso. vel de pe. ages, quæritur. Et respon. quòd de pecunia nomine frumenti crediti teneatur de in rem verso. Viuianus.

e *Dumtaxat.* scilicet nomine frumenti, & sic non est contra supra, eo. l. iij. in fi. nam agit fideiussor de in rem verso. hic pro pecunia, non pro frumento. Vel sol. vt ibi.

f *Idipsum.* scilicet frumentum. Accursius.

Filius fa.

verſos esse[a], sed pro ea re soluisse tantum, quãti priores boues venissent[b]: si quo amplioris pecuniæ posteriores boues essent, eius oportere dominum condemnari[c].

Ad hanc actionem sufficit negotiũ vtiliter cœptum, sicut in actione mandati & neg. gest. Bartolus.

XVII. AFRICANVS libro octauo Quæstionum.

SEruus[si] in rẽ[d] domini pecuniam mutuatus, sine culpa eam perdiderit: nihilominus posse cum domino de in rem verso agi existimaui*. [e] Nam & si[f] procurator meus in negotia mea impensurus, pecuniam mutuatus sine culpa eam perdiderit*: rectè eũ hoc nomine mãdati, vel negotiorum gestorum acturum.

De eo quod datur vicario, si in rem domini vertatur, agitur hac actione secundum eius naturam. si vero peculium ordinarii sit conuersum, respectu ordinarii habet hanc naturam: respectu domini naturã actionis de peculio. Bartolus.

VCum Sticho[g] vicario serui tui Pamphili contraxi[h]. Actio de peculio,[i] & [de] in rem verso[k] ita dari debet, vt quod vel in tuam[l] ipsius rem, * vel in peculium Pamphili[m] versum sit, cõprehendatur, [n] scilicet[o] etiã si mortuo, vel alienato Sticho agatur. [p] Quòd si Pamphilo[q] mortuo agam: [r] magis est, vt quamuis Stichus viuat, tamen de eo, quod in peculio Pamphili versum est, non nisi intra annum, quàm is decesserit, actio dari debeat. Etenim quodammodo de peculio Pamphili, tũ experiri videbor, sicuti si quid* iussu eius[f] credidissem, [t] experirer. Nec nos mouere debet, quòd Stich⁹ de cuius peculio[u] agitur, [y] viuat: quando[x] non aliter ea res[z] in peculio eius[a] esse potest, quàm si Pamphili peculium maneat. [b] Eadẽ ratio[c] efficiet, vtid quod in peculio Pamphili versum sit, ita præstari debere dicamus, vt pri⁹ eius, quod tibi Pamphilus debuerit, deductio fiat, quod verò in tuã rem versum fuerit, præstetur, etiam non deducto eo, quòd Pamphilus tibi debet. [d]

Actio de in rem verso competit ei, qui principaliter contrahit, vt in rem domini vertatur. Bartolus.

XVIII. NERATIVS libro septimo Membranarum.

QVamuis in eã rem pro seruo meo fideiusseris, quæ ita contracta est, vt in rem meam verteretur*, veluti si cum seruus frumentum emisset, quo familia aleretur, venditori frumenti fideiusseris: propius est tamen, vt de peculio eo nomine, non de in rem verso agere possis, vt vni* dũtaxat,[e] cum quo contractum est, de in rẽ verso sit actio, qui idipsum[f] credidit, quod in rem domini versum est.

Filiusfa.] CASVS. Si filiusfa. emat togam: deinde decedat, & pater in ea eum sepeliat: an de in rem verso teneatur, quæritur. Dicit Neratius, quòd sic: non de peculio, nisi dolum commiserit pater: & extúc quo togam in funus vertit, tenetur de in rem verso pater, non prius. reprehendit Pau. quòd non extunc, sed ex eo tempore quo emit, tenetur pater de in rem ver. neque propter hoc desinit esse versum, qua si filio interim patri cœperit esse obligatus, ob hoc quòd togam in funus filij conuertit, quia negotium suum fecit, quia funus est æs alienum patris: & sic intellexit Neratius, cum dicebat patrem de in rem verso teneri. In alio dicto reprehendit Paul. Neratium, quòd cum esset res peculiaris, & pater eam in negotium suum vertit, dedicando eam in funus filij: quia ad hoc tenebatur pater, conuenietur de pecu. pater, scilicet in quâ act. de pecu. veniet toga quę in ré patris versa est, & intra annum post mortem filij agere potest de in ré verso. Viuianus.

Si filius emit rem sibi necessariam, & extunc sibi ipsam rẽ pater in ipsius filii funus conuertit: in rem eius versa videtur. Itẽ in actione de peculio venit, quod in rem est versum: & sic post annum hæc actio est necessaria. h. d. Primo ponit duo dicta Neratii: vsque ibi, atquin. Ibi Paulus reprehendit Neratium in primo dicto, ostendens ex die emptionis, non ex die funeris, videri in rem versum: vsque ibi, funus enim. Ibi iurisconsultus secundum glo. ponit vnum dictum per quod respondet tacitæ obiectioni. s. quòd in funerando non desinit versum, vel ponit casum in quo dictum Neratii posset esse verum, secundum aliam lec. vsque ibi, factus. Ibi respondet notatis in secundo dicto, dicens hoc casu actionem de peculio habere locum, licet res desierit extare absque dolo. Bartolus.

XIX. PAVLVS libro quarto Quæstionum.

FIliusfamiliàs togam emit.[a] mortuo deinde eo, pater ignorans, & putans suam esse, dedicauit eã in funus eius. Neratius libro secundo responsorum ait, in rẽ patris versum videri. In actione autem de peculio, quod in rerum natura non esset, vno modo æstimari debere, [b] si dolo malo eius, [c] quo cũ agatur, factum esset. Atquin [d] si filio pater togam emere debuit, in rem patris res versa est, non nunc quo funerabitur, sed quo tempore emit. [e] Funus [f] enim filij, æs alienum patris est. Et hoc Neratius quoq;, qui de in rem verso patrem teneri putauit, ostendit negotium hoc, id est sepulturam, & funus filij, patris esse æs alienum, non filij. Factus est ergo [g] debitor peculij: quamuis res non exstet: vt etiam de peculio possit conueniri. In quam actionem [h] venit, & quod in rẽ versum est. [i] Quæ tamen adiectio tunc necessaria est, * cum annus post mortem filij excesit [k].

Si filia mutuum in alimenta conuertit, tenetur pater de in rem verso, si onus alimentorum ad patrem spectabat. h. d. istud principium cum. l. fi. Bartolus.

XX. SCAEVOLA libro primo Responsorum.

PAter pro filia dotem promisit, & conuenit vt ipse filiam aleret. Non præstante [l] patre: filia à viro mutuam pecuniam accepit, & mortua est in matrimonio. Respondi, si ad ea id, quod creditum est, erogatum esset, sine quibus aut se tueri, aut seruos paternos exhibere non posset: dandã de in rem verso vtilem actionem [m].

Promißio tutoris non tollit actionem de in rem verso contra pupillum. Bartolus.

SERVVS absentis reipublicæ causa, pupilli seruis pecuniam credidit, subscribente tutore, stipulatione in personam tutoris trãslata. [n] Quæsitum est, an aduersus pupillum cõpetat actio? Respondi, si cum in rem pupilli daretur, id in rem eius versum est, & quo magis actus seruorũ confirmaretur, tutor spopondit: posse nihilominus dici, de in rem verso cum pupillo [o] actionem fore.

XXI. IDEM libro quinto Digestorum.

FIliamfamiliàs duxit vxorẽ, patre dotem promittente: & cõuenit inter omnes [p] psonas, vti eã pater, aut ipsa se tueretur.

a *Emit.* si patris gerendo negotium, male dixit Neratius: si suo, tunc bene: vt supra, eo. & res. §. placet. & infra, colligitur. Accur.

b *Debere.* scilicet isto qui sequitur: vt. ſ. tit. j. l. j. j. respon. at hic dolo malo patris nó desiit esse in rerum natura. i. commercio hominum. & sic duo dixit Neratius. & quia videtur versa, sed tunc demũ cum fuit dedicata. & in hoc reprehenditur, quia debuit distinguere cuius gerendo negotiũ emit: vt. j. atquin &c. & ſ. e. si res. §. placet. secundum quod ipsa toga nó est in peculium computanda. quod est contrarium primo. nam quod in rem domini versum est, in peculium computatur. & ideo de hoc reprehenditur. j. ibi, factus est ergo &c. Vel dic in hoc secundo bene eum dixisse de peculio posse agi, sed vestem in peculio non computari, vel eius pretium: quod verum est.

c *Eius.* scilicet patris.

d *Atquin.* hic incipiunt verba Pauli, in rem patris: vt supra, eo. l. iij. §. proinde si seruus.

e *Emit.* Nec desinit esse versum per hoc quod videatur redire ad filium. funus enim &c. Accursius.

f *Funus.* bene dico quòd núc videtur versum quando emit, nec desinit ideo esse versum, quasi filius intantum cœperit esse obligatus patri ob hoc, quòd togam in filij factum conuerterit: vt. ſ. si pro patre. §. si domini. quia non filij, sed suum fecit negotium. funus enim &c. vt hic, & ſ. de reli. l. in patrem. Alij sic, bene dico cum debuit ei pater emere: aliàs si non debuit, quia bene vestitus erat, tunc versa videtur cum funeratur. funus enim &c. præterea à remotis videtur hoc dictum Neratij stare non posse, scilicet, quòd dedicando dicatur tunc verti in rem patris. nam aut hæc toga fuit filio necessaria, & tunc de in rem verso extunc: vt hic, & supra. l. iij. §. proinde. nec ideo conuenitur quia dedicauit, sed quia tantum debuit filio dare. aut non, & tunc si nomine suo filius emit, non datur de in rem ver. vt. ſ. eo. l. si res. §. placet. sed de peculio, in quo venit versum, vt hic subiicit. Si vero patris nomine: aut necessaria erat patri: & tunc insolidum extunc. aut vtilis: & tunc quanti valet, tenetur pater: vt supra, si res. j. respon. & l. si fundum. Si tamen postea vertit, quando nomine suo emit, scilicet filij: tenetur insolidum de in rem verso. nihilominus de peculio: vt hic dicitur. & sic hoc casu habet locũ quod dixit Neratius. *Flo. esset

g *Factus est ergo.* quia rem peculiarẽ filij accepit, & in suum, scilicet patris negotiũ vertit. sic ergo de peculio poterit cõueniri ratione huius obligationis peculiaris: vt hic dicitur, & supra, de pecu. quam Tuberonis. §. fi.

h *In quam actionem.* scilicet de peculio, vt si agam certi cõdictione de peculio, vel alia, veniat in hac actione & quod in rem domini versum est: vt hic, & supra, de pecu. l. j. §. est autẽ. & instit. quod cum eo. §. in rem autem. Item potest hoc inconuincibiliter probari. cum enim agitur de peculio: etiam id quod dominus naturaliter seruo debet, in peculio cõputatur, si forte in rem domini impendit: vt supra, de pecu. quam Tuberonis. §. sed & id quod. sic ergo cum agit actione de peculio, & de in rem verso agit, non tamen minuit domini priuilegium, nisi habeat formulam, scilicet vt de in ré verso proponat. Est enim alia formula de peculio, & alia de in ré ver. vt. C. de exerci. actio. l. ij. Accursius.

i *Versum est.* scilicet ipsa toga. Vel dic, id est eius æstimationem. nam ipsa toga nec est, nec dolo malo desiit esse in rerum natura, id est in commercio hominum.

k *Excesit.* & in aliis casibus etiam necessaria est: vt. ſ. eo. l. j. §. j.

Pater.] CASVS. Si pater pro filia promittat dotem, & conueniat inter ipsam & maritum vt eam alat: & patre non præstante alimenta maritus vxori suæ tradiderit vt se alat & vestiat: an de in rem ver. teneatur, quæritur. & dicitur, quòd sic. Hunc casum ponit lex vltima. [SERVVS.] Si seruus eius qui reipub. causa abfuit, seruo alicuius pupilli crediderit tutore subscribente instrumento contractus, & in se transtulit obligationem: an pupillus teneatur de in rem ver. quæritur. Et respõ. quòd sic, quia translatio obligationis facta in tutorem, nó fuit facta animo nouandi. Viuianus.

l *Non præstante.* scilicet alimenta, vt conuenerat. Accursius.

m *Actionem.* in patrem: vt hic, & j. eo. l. fi. in fin. & ſ. eo. quòd si seruus. §. proinde si seruus. Accursius.

n *Translata.* sed non nouata. alioquin non daretur de in rem ver. sic & ponitur supra, de offi. eius cui man. est iurisd. l. j. in fine.

o *Cum pupillo.* sic & infra, titu. j. l. ij. j. respon. &. C. quando ex fac. tu. l. si in rem.

p *Filiamfamiliàs. Inter omnes.* maritum & vxorem & patrem filiamfamiliàs. Mile pactum: vt supra, eo. l. pater. &. j. de except. doli. pater. j. respon. Accursius.

BIU Cujas

a *Creditæ.* id est, cõmiserat sibi marit⁹ tractare res suas familiares.
b *Mulieris retinet.* Ad hanc respon. non : vt supra, de condic. indebi. si non sortem. §. si centum. & etiam non retinet interim pro patre: vt. C. commoda. l. finali.
c *Vtilem.* id est, efficacem, sed ad id non respon. an res possint retineri. Sed dic, quòd non : vt. C. commo. l. sub prætextu.

QVOD IVSSV.

Quia supra, de peculio, & de in rem verso diximus: ponit, Quod iussu: vt supra, de pecu. l. 1. §. est autem.

MErito.] CASVS. Si iussu tuo seruus cõtrahat, obligaris insolidum quod iussu, quia tecũ quodãmodo contractũ videtur. hoc in prima. & nõ refert iusseris per nuntium, vel per epistolam, vel specialiter, vel generaliter. vnde si dicat dominus, quòd velit quòd cõtrahat cũ seruo suo, sufficit: nisi aliud postea conueniat. hoc in secunda. Sed an re integra dominus possit reuocare iussum? Dicitur, quòd sic : sicut est in mandato. hoc in tertia. [SED.] Si pater vel domin⁹ vt filij vel serui contrahant, mandauerint: tenẽtur quod iussu. Item si pater vel domin⁹ subscripsit chirographo serui vel filij, tenetur quod iussu. hoc in secũda. Sed quęritur si pater vel dominus fideiusserint ꝓ seruo vel filio, an teneantur? Dicitur, quòd nõ, quia fideiubendo non interuenit vt dominus, sed vt quilibet extraneus fideiussorio nomine obligatur. hoc ĩ tertia. Si vero inutiliter fideiusit, non tenetur quod iussu. hoc est in quarta. Si vero dominus ratũ habeat quod seruus, vel pater quod filius gesserit: tenetur quod iussu. & hoc in quinta. [SI PVPILLVS.] Si pupillo iubente contrahatur cum seruo, non obligatur quod iussu, nisi authoritas tutoris interuenit. hoc in prima. sed si is qui habet vsumfru. in seruo, iubeat: nunquid tenetur contrahenti quod iussu? Dicitur, quòd sic. hoc in secunda. Idem est in eo qui bona fide seruit. & hoc in tertia. [SI CVRATORE.] Si iussu curatoris prodigi &c. cum seruo eorum contrahatur, an teneatur? Et dicitur, quòd sic. & hoc in prima. An idem sit in procuratore vero? Et dicitur, quòd sic. & hoc in secunda. an hoc sit verum in procuratore falso? Et dicitur, quòd non : sed ipse procurator tenetur. & hoc in tertia. Vi.

Actio quæ iussu: an cũ alia cõcurrat.

Maritus ei mutuos nummos dedit, cum iustè putaret patrem eius ministraturum tantum salarium, quantum dare filiæ suæ instituerat. Eos nummos illa in vsus necessarios sibi, & in seruos, quos secum habebat, consumpsit: aliquantum & cum ei res familiares creditę [a] essẽt, ex pecunia mariti in easdem causas conuertit. Deinde prius, quàm pater salarium expleret, moritur filia. pater impensam recusat. maritus res mulieris retinet. [b] Quæro, an deĩ rem verso aduersus patrem actio competat? Respondit, si ad ea id, quod creditum est, erogatum esset, sine quib⁹ aut se tueri, aut seruos paternos exhibere non posset, dandam de in rem verso vtilem [c] actionem.

QVOD IVSSV.

TITVLVS IIII.

1. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

MErito ex iussu domini, [vel patris,] insolidum aduersus eum iudiciũ datur. nam quodammodo cũ eo contrahitur qui iubet. [d] Iussum autem accipiendum est, siue testatò [e] quis, siue per epistolam, siue verbis, [f] aut per nuntium, siue specialiter in vno cõtractu iusserit, siue generaliter. Et ideo & si sic contestatus sit, *quod voles cum Sticho seruo meo negotium gere, *periculo meo*: videtur ad omnia iussisse: nisi certa lex [g] aliquid ꝓhibet. Sed ego quęro, an reuocare hoc iussum antequam credatur, possit? Et puto posse: quemadmodũ [h] si mãdasset, [i] & postea ante contractum contraria voluntate mandatum reuocasset, & me [k] certiorasset. Sed & si mandauerit pater dominúsve: videtur iussisse. Sed & si serui chirographo subscripserit domin⁹: tenetur [l] quod iussu. Quid ergo si fideiusserit pro seruo? Ait Marcellus, nõ teneri quod iussu. quasi extraneus enim interuenit. Neque hoc dicit ideo, quòd teneatur ex causa fideiusionis: [m] sed quia aliud est iubere, [aliud fideiubere.] Denique idem scribit, & si inutiliter fideiusserit, tamen eum nõ obligari quasi iusserit. quæ sententia verior est.

Si ratũ habuerit [n] quis, quod seruus eius gesserit, vel filius: quod iussu actio in eum *datur. Si pupillus dominus [o] iusserit: vtique non tenetur, nisi tutore auctore iusit. Si iussu fructuarij erit cum seruo contractum, item eius cui bona fide seruit: Marcellus putat quod iussu dãdam in eos actionem. quã sententiam & ego probo. Si curatore adolescẽtis vel furiosi, vel prodigi iubente, cum seruo cõtractum sit: putat Labeo dandam quod iussu actionem

a *Creditæ.* id est, cõmiserat sibi marit⁹ tractare res suas familiares.
b *Mulieris retinet.* Ad hanc respon. non : vt supra, de condic. indebi. si non sortem. §. si centum. & etiam non retinet interim pro patre: vt. C. commoda. l. finali.
c *Vtilem.* id est, efficacem, sed ad id non respon. an res possint retineri. Sed dic, quòd non : vt. C. commo. l. sub prætextu.
d *Qui iubet.* sic & supra, tit. j. l. j. j. respon. in fi. & accipe hoc siue iussus dirigatur ad seruum, siue ad contrahentes. Ideoque si dominus seruo liberam administrationem cõcesit, tenetur quod iussu. nam qualitercumque dominus vel ratihabitione vel subscriptione voluntatem circa contractus accommodet, tenetur quod iussu insolidum : vt ex verbis huius legis apparet, si tamen iussus fuit in re peculiari. at vbi in re dominica : si dirigatur iussus ad contrahentem cum seruo, habet locum actio mandati: vt. C. manda. si tibi. sicque dixit. P. vnam non posse concurrere cum alia : sed Io. dicit quandoque concurrere, vt cum iussus ad contrahentem dirigitur in re peculiari vel dominica. quandoque non concurrere, vt cum ad seruum dirigitur. Accursius.
e *Testatò.* id est coram testibus inter præsentes.
f *Siue verbis.* inter præsentes, siue testibus. sic infra, man. l. j.
g *Certa lex.* id est, pactum in contractu postea appositum, vel proprie pone in donatione si seruus donet ex qua non agitur quod iussu : vt supra, de pac. l. contra iuris. §. si filius.
h *Quemadmodum.* ex hoc potest perpendi differentiam esse inter iussum & mandatũ. nam si est simile, vt hic: *ergo nõ idem, cũ nihil refert id cui idipsum simile est. Item ex eo quod subiicit, sed & si mandauerit &c. & ex eo quod est. C. quod cum eo. l. etiam. & l. si mãdator. & patet cuilibet, quia iussus importat necessitatem: vt insti. de Attili. tu. §. pe. Et no. proverbium: Rogatio dominj, præceptum est, sed mandatum, sponte quemneam obsequij præstationem, secundum Io. Item in eo quod hic dicit de certioratione, est ar. contra infra, de man. l. iiij. §. j. & de acquir. hære. l. si quis. §. pater. Sed certe hoc dicit hic vt per hoc magis appareat aliquis tãquam gressor mandati. nam & sine ea certioratione quod factum est nõ tenet, nisi in iudicio: vt. C. de satisda. l. vna.
i *Mandasset.* alicui libero.
k *Me.* cum illo libero contrahente: vt. C. de satisda. l. j.
l *Tenetur quod iussu.* qui ergo subscribit, cõ sciat. sentit. sic infra, de pig. fideiussor. §. pater. Sed arg. cõtra. ff. de pigne. ac. l. Gaius, &. j. de rescin. ven. si Titius. Sed ibi errãdo subscripsit. Et sic est argu. hic, q canonici subscribentes cõsentire videãtur. Ité quid si permiserit seruo ré peculiarẽ dare pignori, an teneat qd iussu
m *Ex causa fideiussionis.* ex ea causa bene tenetur : vt hic, & infra, titu. j. l. si domina. & supra, de instito. in eum. §. tabernæ. Item no. fideiubentem non videri consentire. Sed contra. C. de euic. l. exceptionem. in fi. Solu. ibi, vt confirmando & approbando hic vt extraneus, vt hic dicit. præterea & ideo ibi repellitur à vindicando, quia quem de euic. tenet actio, eundem agentem repellit exceptio : vt de euic. l. vindicantem. Item not. quod si contra seruus vel filius pro domino vel pro patre fideiubeat: dominus & pater quasi iusserit potest quod iussu conueniri: vt infra, de fideiuss. l. si dubitet. §. sed an. Accursius.
n *Si ratum habuerit.* scilicet tanquam pater, vel dominus : alias non: vt. j. l. proxi. in fi. Et no. hic, quòd ratihabitio mandato comparatur: vt hic, &. j. de reg. iur. l. hoc iure. §. j. &. C. ad Mace. l. fi. nisi in casibus quos dic vt. ff. dixi de insa. l. quid ergo. j. respon. non tamen agitur manda. vt. ff. de nego. gest. l. si pupilli. §. item quæritur. nisi in casu isto, vbi agitur quod iussu. Sed videtur, quòd hæc ratihabitio non facit insolidum teneri: vt supra, de nego. gest. l. si pupilli. §. sed si ego. quæ est contra. Solu. ibi. contractũ, vel quasi ab alio extraneo factum habuit ratum, hic à seruo. Item contra ad idem. j. de admini. tut. Lucius Titius Gaium. sed ibi non agnouit pater, sed consensit, vt aliàs consentit filio agenti, non tamẽ ideo se obligat: vt. C. de bo. quæ libe. l. fi. §. j. hic autẽ vt se obligat &c. Item contra supra, tit. j. si res. §. quod seruus. Sol. vt ibi. Accursius.
o *Si pupillus dominus.* id est, pupillus qui est dominus. & facit supra, de insti. l. verum. & de tribu. l. iij. §. fin. Accursius.

BIU Cujas

a *Idem est & in vero procuratore.* & facit supra, de instit. l. cui-cumque. §. fin. & l. fin. & infra. l. proxi. j. respon.

b *In ipsum.* mandati: vt infra. l. proxi. in fine.

Si tutoris.] CASVS. Si tutor iubet, vt cum seruo pupilli aliquis contrahat, & in vtilitatem pupilli creditum fuerit: tenebitur pupill⁹ quod iussu. hoc in prima. idem in ancilla & filia. [SIVS. SV.] Si iubeat aliquis vt cũ alieno seruo contrahat: cũ iussus sit inutilis, nõ tenebitur qđ iussit. Sed quid si seruus postea sit factus suus, quia eũ redemerit, an cõualescat actio quod iussu, quæ ab initio nõ tenuit? Dicitur, ꝙ nõ. hoc in tertia. Viuian⁹.

c *Esse dandã.* facit. ff. l. proxi. in fi. & ff. titu. j. l. pater. §. j. Accursius.

d *Actio.* vt supra, de pecu. l. & ancillarum. circa prin.

e *Si iussu meo.* actiõe, id est hac actiõe, quod iussu, nomine illius cõtractus quẽ fecit iussu meo: sed mandati teneor, cũ tam dominus, quàm quilibet alius ꝙ seruo se obligare postit mãdando & fideiubẽdo: vt. j. titu. j. si domina. & j. de act. emp. si seruus. §. fi. & facit ad hũc. §. j. de suspec. tut. l. iij. §. ꝙ si quid admisit. & ff. de noxa. ĩ delictis. §. si extraneus. Accur.

Dominũ.] CASVS. Si domin⁹ iubeat, vt seruo mutuetur sub vsuris semissibus: tenebitur cõsequẽs quatenus iussit, & nõ ĩ plus. hoc in prima. Sed quid si seruus citra domini voluntatẽ prędia domini obligat, nũquid tenet pignoris obligatio? Dicitur, ꝙ nõ. hoc in secunda. Viuianus.

f *Obligauit.* sed certe imò eo ipso ꝙ permisit pecuniã credi, & pignus retineri potest: vt C. ad Mace. si permittẽte. quę est contra. Sol. ibi vtrũq; permisit, & pecuniã accepi, & pignus dari. vel distingue[a] cum præcipit pater vel dominus dari pecuniã filiofa. vel seruo, vel etiam extraneo, an sit datum pignus: & tũc si sciat esse datũ, cõfirmet: vt ibi, & j. quibus mo. pign. ta. contra. l. si gratuitam. j. respon. si ignorat, non confirmat: vt hic. an postea datum fuit, & tunc non teneat, nisi & de hoc specialiter mandet. vt. d. l. si gratuitam. in fine. Accursius.

Si iussu.] CASVS. Si potestas Bonoñ. iubeat vt cũ seruo ciuitatis cõtrahatur, an teneatur quod iussu? dicitur ꝙ sic. Viuian⁹.

g *Contractum.* non in vtilitatem ciuitatis, aliàs ciuitas teneretur: vt supra. l. ij. in prin. & ipse durante officio. quid postea? Respon. vt no. infra, de admi. re ad ciui. perti. l. ij. §. in eum.

h *Posse.* & facit supra eodem. l. j. §. finali.

Si dominus.] CASVS. Si dominus accepturus mutuum iusserit seruo vel nuntio numerari, an teneatur quod iussu? dicitur quòd non, quia cum seruo non est contractum. hoc in prima. [SIVNVS.] Si tecum habeam seruum communem, & iussu tuo contrahat, tu solus teneberis. hoc in secunda. Si vero amborum iussu, quilibet nostrum tenebitur insolidum quod iussu, in eos quorum seruus fuerit. Idem [est] & in vero procuratore. [a] Sed si procurator verus nõ sit, in ipsum [b] potius dãdã actionem idem Labeo ait.

Ex iussu tutoris datur, quod iussu contra pupillum. Paul. de Cast.

II. PAVLVS libro trigesimo ad Edictum.

SI tutoris iussu seruo pupilli creditum sit: puto, si ex vtilitate pupilli fuerit creditum, in pupillum esse dandam [c] actionem quod iussit tutor. ſ Si iussu domini ancillæ: vel iussu patris, filiæ creditum sit: danda est in eos quod iussu actio. [d] ſ Si iussu meo [e] cũ alieno seruo cõtractũ fuerit, eumq; postea rede mero: quod iussu [actione] non tenebor: ne actio quę ab initio inutilis fuerit, euẽtu cõfirmẽt.

III. VLPIANVS libro secundo Responsorum.

DOminum qui iusit semissibus vsuris seruo suo pecuniã mutuam credi, hactenus teneri, quaten⁹ iusit: nec pignoris obligationẽ locũ habere in his prædiis quæ seruus non ex voluntate domini obligauit [f].

IIII. IDEM libro decimo ad Edictum.

SI iussu eius, qui administrationi rerum ciuitatis prępositus est, cũ seruo ciuitatis negotiũ cõtractũ [g] sit: Põponi⁹ scribit, qđ iussu, cũ eo agi posse. [h]

Quando pater, vel dominus, erit principaliter contracturus per seipsum: licet iubeat dari seruo vel filio, non agitur quod iussu, sed agitur ac si secum esset contractus celebratus: & si ex pluribus dominis vnus iubeat, contra ipsum solũ datur hæc actio. Paulus de Cast.

V. PAVLVS libro quarto ad Plautium.

SI dominus vel pater pecuniam mutuam accepturus, iusserit seruo filióve numerari: [i] nulla quæstio est, quin ipsi condici possit: imò hoc casu de iussu actio non competit. [k] Si vnus ex seruis dominis iusit cõtrahi cum eo, is solus [l] tenebitur. sed si duo iusserũt, cũ quouis ĩsolidũ agi potest: quia similes sunt duobus mãdãtibus. [m]

Digestorũ
seu Pandectarum, liber sextus decimus.

AD SENATVSCONSVLtum Velleianum. †

TITVLVS I.

Per Velleianum mulieribus intercedentibus paratur actio, & in veterem debitorem restituitur seu instituitur actio. h. d. cum sequentibus, in quibus iurisconsul. summauit totum titulum: & ponit hic casus, in quibus hic titulus locum non habet. Bartolus.

I. PAVLVS libro trigesimo ad Edictum.

VElleiano senatusconsulto [n] plenissimè comprehẽsum est, ne pro vllo [o] fœminæ interderent. Nam sicut moribus ciuilia officia adempta sunt [p] fœminis, & pleraque ipso iure nõ valent: ita multo magis adimẽdum eis fuit id officium, in quo non sola opera, nudumque ministeriũ earũ versaretur: sed etiã periculũ rei familiaris. Aequũ autẽ visum est, ita mulieri [q] succurri, vt ĩ veterẽ debitorẽ, aut in eum, qui pro se constituisset mulierẽ ream, [r] actio daretur. [s]

Velleiano senatusconsulto.] CASVS. Cauetur ne mulier intercedat: quia sicut ei interdicitur publicum officium, eodem modo intercessio. vnde si intercedat pro aliquo animo nouandi, vt in se transferat obligationẽ, liberatur: & ĩ veterem debitorem creditori restituetur vetus actio. Viuianus.

m *Mandantibus.* qui tenentur insolidum, sicut & fideiussores plures: vt infra, mandati. creditor. §. duobus. & ĩstit. de fideiuss. §. si plures. sed hodie mandatores & fideiussores pro parte tãtum conueniũtur: vt in authẽ. de duo. re. col. vij. vel verius illa auth. loquitur in pluribus reis principaliter pro se obligatis, nõ in his qui sunt accessorij insolidum obligationi alterius. ADDITIO. No. ex hac. gl. ꝙ auth. de duobus reis, non habet locum, nisi in principaliter obligatis, nõ in obligatione accessoria: quia tunc iura antiqua remanent incorrecta. & cum hac gl. cõ. Bald. hic. † *Belleianũ legit Angelus Politianus libro. 5. epistolarũ. epistola. 11.*

AD SENATVSconsultum Velleianum.

Dictum est supra, qualiter ex alterius contractu quis tenetur, nũc qualiter etiam ex suo non teneatur propter Velleiani exceptionem.

Velleiano senatusconsulto.] CASVS. Cauetur ne mulier intercedat: quia sicut ei interdicitur publicum officium, eodem modo intercessio. vnde si intercedat pro aliquo animo nouandi, vt in se transferat obligationẽ, liberatur: & ĩ veterem debitorem creditori restituetur vetus actio. Viuianus.

n *Velleiano senatusconsulto.* quod est. j. l. proxi. §. cuius senatusco. &c.

o *Ne pro vllo.* nisi in sex casibus: vt pro pecunia pro libertate danda: vt. C. eo. l. pe. Item pro dote: vt. C. e. l. fin. Item si renuntiet: vt infra. e. l. fin. §. pe. Item si accipiat pretium pro intercessione: vt. C. e. l. antiquæ. Item si decipiat, tenetur: vt infra. e. si decipiendi. Item si caueat secundo: vt. C. eo. si mulier. Vnde versus: Casibus in senis mulier spondendo tenetur. Pro libertate, pro dote, renũtiet, & si Decipiat, pretiũ capiat, caueatq; secũdo. Itẽ vij. si te, & si in rẽ suã: vt. j. e. sed si eũ. & l. aliquãdo. Itẽ &. viij. tenetur, vt si successerit ei pro quo intercessit: vt. j. e. l. quamuis. §. plane si mihi. Accursius.

p *Adempta sunt.* vt iudicia: vt. ff. de iudi. cũ prętor. §. fi. Item arbitria: vt. C. de arbi. l. fi. Item alia similia: vt. j. de reg. iu. l. ij. sed quędam potest habere, & ideo dicit, pleraque, vt tutelam filiorum: vt in auth. de hęre. ab intesta. §. ex his. col. ix. Item procurationem parentis: vt supra, de procura. l. fœminis. Accursius.

q *Mulieri.* animo nouandi intercedenti.

r *Ream.* cum ipsa non obligaretur.

s *Actio daretur.* vt. j. e. l. quamuis. §. quotiens. & §. si cum essem. etiam si creditor scienter eam accepit: vt. j. e. quidam. Accursius.

Et primo.

BIU Cujas

ET *primo.*] CASVS. Iure veteri succurrebatur mulieri tantum, si propter maritum intercesserit: postea senatusco. Velleiano succuritur ei siue pro marito siue pro alio intercesit: & illud senatusconsult. non est sine cõmendatione. [OMNIS.] Siue re, siue verbis, mulier se obligat. vnde si pro aliquo intercedere videatur, sibi succurritur. [SED ET SI MVLIER.] Conuenit me aliquis in iudicio, & mulier quædã se obtulit defẽsioni meę, & condẽnata est. quæritur, an ei subueniatur per senatusconsultum? Dicitur, quòd sic. Viuia.

a *Pro viris.* ideo specialius de viris fit mentio, quia ab eis facilius amore decipiebãtur: vt infra, de dona. inter vi. & vxo. l. j. & ideo hodie hoc casu ipso iure non tenet, quando pro viro fideiubet: vt in authen. vt nulli iudi. §. & illud quoque &c. col. ix. Accursius.

b *Sunt.* subaudi, de eo quod & cætera. Accur.

c *Quod Marcus.* quidam libri habent quæ, vt dicas verba quæ & cætera. Alij vt dicas, de eo quod &c. & est interpositio vsque illuc, quod ad fideiuss. & cætera. vbi incipiunt verba senatusconsul. secũdum H.

d *Quid de ea re.* quærendo à senatu.

e *Censuerunt.* aliàs, cõsuluerũt. i. interrogauerunt dicti cõsules cæteros senatores, vt dictũ est. Vel dic, quòd ipsi cõsules dederunt cõsiliũ, quod ab aliis postea est firmatũ: vel dic, quòd consuluerunt cæteri senatores respondendo consulibus. Ac.

f *Dationes.* cum ipsa accepit quod alius accepturus erat.

g *Detur.* scilicet quãdo pro maritis intercedunt: vt in princ. huius legis.

h *Cum eas.* ad sequẽtia. Accursius.

i *Arbitrari senatum.* sciendum est, subaudi. Accursius.

k *Seruetur.* circa omnes mulieres: vt infra, eod. l. prima. j. respon. Accursius.

l *Laudata.* Argu. pro allegantibus: vt supra, de origine iuris. l. j.

m *Suppositis.* scilicet, mulieribus. Vel dic, senatoribus, qui quotidie propter mulieres intercedentes inquietantur: vt argu. C. qui potiores in pignore habeantur. l. fin. j. respon.

n *Opitulatur.* scilicet senatusconsul. vt hic, & infra, eodem. si decipiendi. &. C. eo. si sine. in fine. & ad idem. C. si mi. se ma. di. l. ij. &. iij. & infra, de distra. pi. l. mulier. &. ff. eo. l. j. in fin. & infra, de reg. iu. in co. §. fina. & no. quòd solo vno casu videtur decipere: magis enim ille, quàm creditor mulierem decipit.

Hic ponitur ordo qualiter deuentum est ad hoc senatusco. & eius verba recitantur. &. h. d. Mulieri intercedenti paratur excep. per senatusco. Vellei. cuius verba hic referuntur. h. d. Et not. hic modum & ordinem in consilio. Primo enim fuit proposita quæstio. Secundo consulitur super ea. Tertio fit reformatio, & ita fiunt hodie reformationes. Bartolus.

II. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

ET primò quidem temporib[o] diui Augusti, mox deinde Claudij, edictis eorũ erat interdictum, ne fœminę pro virisa suis intercederent. postea factum est senatusconsultum quo plenissimè fœminis omnibus subuentum est. cuius senatusconsulti verba hæc sunt, b *Quòd Marcus c Silanus, & Velleus Tutor consules verba fecerunt de obligationibus fœminarum, quæ pro aliis rea fierent, quid de ea re d fieri oporteret:* * *de ea re* [vniuersi] *ita censuerunt.* o* † *Quod ad fideiussiones & mutui dationes f pro aliis,* [pro] *quibus interceſſerint fœminæ, pertinet: tametsi antè videtur ita ius dictum esse, ne eo nomine ab his petitio* [fiat,] *néve in eas actio detur, g cum eas h virilibus officiis fungi, & eius generis obligationibus obstringi non sit æquum: arbitrari senatum, i rectè atque ordine facturos* [eos,] *ad quos de ea re in iure aditum erit, si dederint operam, vt in ea re senatus volũtas † seruetur.* k Verba itaque senatusconsulti excutiamus, prius prouidẽtia amplissimi ordinis laudata: l qua opem tulit mulieribus, propter sexus imbecillitatem multis huiusce modi casibus suppositis, m atq; obiectis. Sed ita demum eis subuenit, si non callidè sint versatæ. Hoc enim diuus Pius & Seuerus rescripserunt. Nam deceptis, non decipientibus opitulatur. n Et est & Græcum Seueri tale rescriptum: ταῖς ἀπατώσαις γυναιξὶν τὸ δόγμα τῆς συγκλήτου βουλῆς οὐ βοηθεῖ. [id est Decipiẽtib[o] mulieribus senatusconsultũ auxilio nõ est.] Infirmitas enĩ fœminarũ, nõ calliditas auxiliũ sumit.*

Verbum, intercedere, comprehendit omnem obligationem omnino quã mulier pro alio suscipit. Bartolus.

¶ Omnis omnino obligatio senatusconsulto Velleiano comprehenditur, siue verbis, o siue re, siue quocumque alio cõtractu interceſſerint. P Sed & si mulier defensor alicuius extiterit: proculdubio intercedit. Suscipit enim in se alienãq obligationem: quippe cum ex hac re subeat condemnationem. r

Proinde neque maritũ, neque filium, neque patrem s permittitur mulieri defendere.

In hac. l. cum duabus seq. ponuntur tres casus in quibus cessat senatusco. Velleianum. Bartolus.

III. PAVLVS libro trigesimo ad Edictum.

SEd si eum defendat, qui dãnatus regressum ad eam habeat, veluti cum venditorẽ hæreditatis sibi venditæ, vel fideiussorem suum defendat: intercedere non videtur. t

Mulier intercedendo Velleiano iuuatur, si creditor interceſionem sciuerit: secus si ignorauerit. Item mulier soluens, vel donãs, non iuuatur. h. d. quam. l. no. quia limitat multum verba senatusco. Bartolus.

IIII. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

SEd si ego cum muliere ab initio contraxerim, cũ ignorarem, u cui x hoc* factum vellet: non dubito senatusconsultum cessare. & ita diuus Pius & imperator noster rescripserũt. Proinde si dum vult Titio donatum, acceperit à me mutuam pecuniam, & eam Titio donauit: cessat senatusconsultũ. Sed & si tibi donatura, creditori tuo nummos numerauerit: non intercedit. Senatus enim obligatæy mulieri succurrere voluit, non donanti. hoc ideo, quia facilius se mulier obligat, quàm alicui donat. z

Mulier rem suam agens, Velleiano non iuuatur. Bartolus.

V. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

A hoc est, quando ipsa scit se non teneri, & creditor ignorat: vt. j. e. si decipiendi. alias siue ipsa ignoret, & creditor scit, siue ambo ignorent: vt. j. e. l. vir vxori. siue ambo sciant. subuenitur ei. nec obhoc vltimo casu quia sciuit: quasi ideo videatur decipere creditorem, quia non videtur deceptus qui sciuit: vt. j. de act. empt. l. j. in fin. Accursius.

o *Verbis.* vel dicas hoc contractus ab alio factos, sed mulierẽ inter. vt. cedere: vel dicas ipsam Fla. eos feciſſe pro alio: vt infra, eo. quamuis. §. si cum essem. Accursius.

p *Interceſſerint.* siue mulier intercedat alio primo contrahente in hos cõtractus: siue ipsa sola cõtrahat pro alio: vt. j. eod. l. quamuis. §. si cum essem. Accursius.

q *Alienam.* ergo animo nouãdi interceſit.

r *Condemnationem.* ergo se obtulit: vt. ff. de procur. l. Plautius. aliàs repellitur quia fœmina, nõ quia intercedat.

s *Neque patrem.* nisi in casu: vt. ff. de procu. l. fœminis. & in alio: vt infra, de libe. cau. l. iij. Accursius.

Ed si eũ.] CASVS. Ego hæreditatẽ vẽdidi mulieri: si creditores hæreditarij me cõueniant, & ipsa me defendat: ei non succurritur: cum si condemnatus fuero, regressum habeam contra ipsam. Viuianus.

t *Non videtur.* vt infra, eo. l. aliquando. & l. si pro aliquo. &. C. eo. l. ij. & supra, qui ætiſd. cog. de die. §. j. Accur.

u *Ed si ego. Cum igno*
rarem. subaudi, maxime. nam idem fit cũ: vt. C. e. si fœnebris. & facit infra. e. si mulier tanquam. & l. bona fide. Accursius.

x *Cui.* id est, pro quo amico suo. Accursius.

y *Obligata.* scilicet alio.

z *Donat.* est enim genus a mulierum auxi- simum in donando: vt hic, &. C. de dona. nup. l. si à sponso. §. si spõsa. & infra, de dona. inter vi. & vxo. l. stipulata. in fi. Idem & in maribus: vt infra, de proba. l. cum de indebito. & infit. de dona. §. j. ibi, magis habetur & cætera. nisi fit ibi affectio paterna: vt. C. de patria. li. l. fin. & de bo. quæ libe. l. secũda. Vel

*Nec

*oporter, Flo.

*consuluerunt, Flo.

† Q. D. E. R. F. P. D. E. R. V. I. C. Vide de Baptistã Egnatium ca. 3. Racemationum.

† Iste text. est. no. secũdũ Bal. ad hoc quòd exceptiones Velleiani possint opponi per iudicẽ, etiam sine petitione ipsius p̃tis. hoc addito, quòd exceptio hu iusmodi cõpetit mulieri: competit & fideiussori. Bolog.

BIU Cujas

a *Nec interest. Numeret.* vt supra.l.proxi.§.finali. & infra,eodem.quamuis.§.plane.si mulier.

b *Vendiderit.* vt.C.eo.l.senatusconsul.in fine.

c *Alieno.* animo donandi: vt supra,proxi.dixit.

d *Esse.* vt repetat ab eo cui soluit, repetat tamen ab eo pro quo soluit si donatio nō valeat,quia viro.aliàs nec ab ipso.

NEc interest,pecuniam soluendi causa numeret, [a] an quālibet suam rem in solutum det. Nā & si vendiderit [b] rē suā: siue pretium acceptū pro alio soluit, siue emptorē delegauit creditori alieno: [c] non puto senatusconsulto locum esse. [d]

Mulier si fideiubet, vel alium fideiubere mandat: imatur Velleia. si recipiēs hoc sciuerit.h.d.cum.l.seq. quamquam. Bartolus.

VI. VLPIANVS libro vicesimo nono ad Edictum.

SI fideiussores [e] pro defensore absentis filij ex mandato matris eius interceſſerint, quæritur an etiā his senatusc̄ōsulto subueniatur? Et ait Papinianus libro nono quæstionum, exceptione eos vsuros: [f] nec multū facere, q̄ pro defensore fideiusserunt: cum contemplatione [g] mandati matris interuenerint. Planè, inquit, si[is,]qui accepit eos fideiussores, matrē eis mandasse ignorauit: [h] exceptionē [i] senatusc̄ōsulti replicatione doli repellendam[esse.]

VII. PAPINIANVS libro nono Quæstionum.

QVamquam igitur fideiussor doli replicatione opposita* defensionē exceptionis [k] amittat, nullā tamen replicationē aduersus mulierē habebit: quia facti non potest [l] ignorationem prætendere. Sed non erit iniquū, dari negotiorum gestorum actionē [m] in defensorem, quia mādati causa [n] per senatusconsultum [o] constituitur irrita, & pecunia fideiussoris liberatur. [p]

Liberatio pignoris nō est interceſsio. Bar.

VIII. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

QVāuis pignoris datio interceſsionem faciat [q], tamē Iulianus libro duodecimo Digestorū scribit redditionem pignoris, si creditrix mulier rem, quam pignori acceperat, debitori liberauerit, nō esse interceſsionem. [r]

Si mulier alicui promittit indemnitatem, non est interceſsio. Bartolus.

SI mulier interuenerit apud tutores filij sui, ne hi prædia ei [s] distraherent, & indemnitatem eis repromiserit: Papinianus libro nono quæstionum, nō putat eam interceſsisse: nullā enim obligationem alienam [t] recepiſse, neque veterem, neque nouam: sed ipsam feciſse hāc obligationem.

Mulier iuuatur Velleiano aduersus primum creditorem, & aduersus eum cui est delegata, licet Marcellus aliter distinxerit. Bartolus.

e *Si fideiussores.* apud actorē scientem ex mādato matris eos intercedere iudicatum solui. Accursius.

f *Vsuros.* vt hic,& infra, eo.l. quamuis.§.interdum. ibi, sed & si is &c. &.l.fin.§. si mulier ne ipsa.&. C. eo.l.mulierem.

g *Contemplatione.* vnde pro ea interceſsisse videtur: vt supra, de neg. gest.l.si pupilli.j.respon.&.§.sed si ego.

h *Ignorauit.* parcitur ignoranti, non scienti: vt hic, & infra, mā. l.si fideiussor.&.C.de euic.l.si fundum.

i *Exceptionem senatusconsul.* quam fideiussores opponunt: vt supra.l.proxi.in fine.

k *QVamquam. Exceptionis.* Velleiani: vt.s.l.prox.in fin.

l *Non potest.* vt dicat se ignorare mulierem mandasse. Et sic no. quòd non licet alicui in proprio facto errare: vt hic, & infra, locati. item quæritur.§. si falso.&.l.sed addes.§.j.& infra,de adquir.hære.cum falsum.sicut nec in rerum suarum qualitate: vt.C.de rescin.ven.l.quisquis maior.sed in alieno licet errare: vt infra,eo.l.antepe.& supra.l.proxi.in fi. & infra,pro suo.l. fi.& infra,de iur.& facti ignorantia.l.ij.

m *Actionem.* scilicet fideiussoribus. Sed quare non mandati cōtra eum agunt: vt infra,man.si pro te? Respon.nō fideiusserunt eo præsente. Vel dic,etiam si præsente: non tamen videtur mandare: cum illud obtineat quod videtur mandare, quando in rem præsentis fideiubet. primum verius est. nam hic bene fideiusserunt in rem præsentis, vt quia iudicatum solui promiserat, vel se obtulerat: vt supra, de procur.l.Plautius. aliàs nec hac actione teneretur: vt supra,de nego.gesto. item si cum.§.finali. Item hic gestor recuperabit per eandem actionem nego.gesto. à filio absente: vt infra,iudi.sol.l.iam tamen.§.in hac.& facit ad hoc responsum infra,man.l.si fideiussor.§.finali.& supra,si cer.pet.si & me.& supra, de nego.gest.l.quæ vtiliter.in fin.legis.

n *Mandati causa.* id est obligatio mandati qua tenetur mulier, fit irrita per senatusconsul. & ita hæc est ratio quare non teneatur mulier, quia tenetur defensor.& est alia, vt subiicit, quare teneatur defensor.

o *Senatusco.* quam opponunt fideiussores.

p *Liberatur.* defensor. Accursius.

QVamus.] CASVS. Si mulier pro alio pignus obliget, ei succurritur. si autem crediderit, & pignus restituat, ei non succurritur. [SI MVLIER.] Si tutori distrahēti fundum pupilli mater ei indemnitatem promisit: non subuenitur, quia fideiubere nō videtur. [INTERDVM.] Mulier p me interceſsit apud Titiū, & ei debitorem suū delegauit. Dicitur, quòd habet repetitionem vt debitor eius liberetur, & sibi restituatur ac si soluisset pecuniam indebitam. si autē delegatus mulieris debitor non erat, & conueniatur: habet exceptionē. [PLANE.] Mulier intercedere volebat, sed non interceſsit, sed delegauit debitorem suū. non ei subuenitur, neque delegato: quia si donandi animo creditori alicuius numerasset, senatusc̄on. non iuuaretur ad repetendū. si autē eū delegauit qui debitor nō erat, conentus ille habebit except. [QVOTIENS.] Clarus est, quia supra habitus est. addit tamen hoc, licet sit debitor liberatus per acceptil. nō eo minus in ipsum restituitur obligatio. [SI CONVENERIT.] Inter me & debitorem meum conuenit vt prō se expromissorem daret ita simpliciter, & accepto ei tuli. si postea mulierem dederit quæ intercedat, nihilominus conueniam eum vt reponat se in pristinam obligationē. [MARCELLVS.] Mulier fideiusit pro Titio. postea ego mulierē liberaui acceptil. an mihi nihilominus detur actio contra Titium? Dicitur quòd sic. Si autem mulier soluerit, & postea repetere non posit solutum: certe principalis debitor liberatur. Sed pone ibi, sed cum mulier fideiusit pro Titio, in tali casu quòd si soluisset non posset repetere. creditor accepto tulit huic mulieri. quæritur an reus releuetur? Et respon. quòd sic. [QVAMQVAM.] Eramus duo rei credendi, Titius scilicet & ego. mulier fideiusit apud me tantum pro reo. quæritur an Titio sit restituenda actio contra debitorem principalem sicut mihi? Et dicitur, quòd solum mihi, & non Titio. [SI MVLIERI.] Titius creditor habuit Mæuium debitorem, Berta fideiusit pro Mæuio apud Titium. postea Titius extitit huic Bertæ hæres. an nihilominus posit agere vt sibi restituatur act. in Mæuium? Et dicitur, quòd sic. ratio est in tex. Item nec hoc debitum computaretur in Falcidiam. Sed pone quòd mulier succesit debitori pro quo fideiusserat. an in eam detur actio? Dicitur quòd sic, scilicet actio restitutoria vel directa, quæ dabatur contra debitorē. [SI CVM ESSEM.] Subieci mulierē quæ à te accepit mutuam pecu. cum ego vellē accipere, postea interceſsi. mulieri succurritur, non tibi contra me datur restitutoria, sed perinde obligor, & eodem genere obligationis, quo ipsa. vnde potius institoria quàm restitutoria competit. Cætera sunt plana vsque ad.l.aliquando.in.§.de pignoribus. Viuianus.

q *Faciat.* vt quando mulier rem suam obligat pro alio: vt hic, &.C.e.senatusc̄on.§.j.&.l.si sine.§. primo.

r *Interceſsionem.* immò est gratificatio quædam, & ideo valet: vt supra, eodem. sed si ego.§.finali. &.C.eodem.l.etiam. &.l.iubemus. Accursius.

s *Alienam.* sic & infra. c. si mulieri soluero. & ita tenetur mulier hoc casu. Sed contra.C.eo.si mater.§.j. Sol. refert an promiſit

BIU Cujas

indemnitatem pupillo de eo quod debet vel debebit tutor: vel e- contra, promisit tutori de eo quod debet vel debebit ei pupillus: & in vtroque prædictorũ est intercessio, & sic non tenetur, vt in contraria lege. aut promisit tutori indẽnitatem de eo quod debet vel debebit pupillo, vel ecõtra promisit pupillo indẽnitatẽ de eõ quod debet vel debebit tutori, & in vtroq; istorũ tenetur, & cessat Velleian. vt hic, &. C. e. d. l. si mater. j. respõ. & j. eo. ti. tutor. in princ. vnde per senatusc̃. tollitur contrarium.

¶ Si mulier apud Primum pro Secũdo [a] interuenerit, mox pro Primo apud creditorem eius: duas intercessiones factas [esse,] Iulianus libro duodecimo Digestorum scribit: vnam pro Secundo apud Primum, aliam pro Primo apud creditorem eius: & ideo & Primo restitui obligationem, & aduersus eum. [b] Marcellus autem notat, esse aliquam differentiam, vtrum hoc agatur, [c] vt ab initio [d] mulier in alterius locum [e] subdatur, & onus [f] debitoris, à quo obligationem transferre creditor [g] voluit, suscipiat: an verò quasi debitrix delegetur, scilicet vt si quasi debitrix delegata est [h], vna sit intercessio. [i] Proinde [k] secundum hanc suam distinctionem, in prima [l] visione, vbi quasi † debitrix delegata est, exceptionem ei senatusconsulti Marcellus nõ daret. [m] Sed condemnata, vel ante condemnationem, [n] condicere vtique ei, à quo delegata est, poterit, [o] vel quod ei abest, vel si nondum abest, liberationem. [p]

Mulier intercedens siue soluat, siue delegat debitorem, repetit. si alium deleget, exceptione iuuabitur. Bartolus.

¶ Interdum intercedenti [q] mulieri & cõdictio competit, puta si contra senatusconsultũ obligata, debitorẽ [r] suum delegauerit. Nam hic ipsi cõpetit condictio: [f] quemadmodũ si pecuniã soluisset, condiceret. Soluit enim [t] & qui reũ delegat. Sed si is, qui à muliere delegatus est, debitor ei [o] nõ fuit, exceptione senatusc̃onsulti poterit vti. [n] quẽ admodũ mulieris fideiussor. [x]

¶ Planè si mulier intercessura [y] debitorẽ suum delegauerit, senatusc̃onsultum cessat: quia & si pecuniã numerasset, [z] cessaret [a] senatusc̃onsultum. Mulier enim per senatusc̃onsultũ releuatur: [b] nõ [in his,] quę deminuit [c] restituitur. Sed si eũ delegauerit, [d] qui debitor eius non fuit: fraus senatusconsulto facta videbitur, & ideo exceptio datur. [e]

Hic loquitur de alio remedio iuris consul. & dicit quòd mulier excluſa actio restituitur in veterem debitorem, licet liberatus sit contemplatione obligationis ſuſcipiendæ per mulierem. Bartolus.

¶ Quotiens pro debitore intercesserit mulier, datur in eum pristina actio [f], etsi ille prius actione nem in quibus casibus licet: vt. C. man. si pro ea. & secundum hoc illa verba, sed condemnata &c. non referuntur ad eum casum vbi est delegata vt debitrix. tunc enim condicere non potest cum se obligauit pro primo, aliàs sine non. vel agit antequam soluat, quia animo nouandi intercesit. Azo.

a *Pro Secundo.* ppria nomina sunt. & dic casum, quòd mulier prima & secunda vice intercesit animo nouandi, & q non erat mulier ex aliqua causa alicui eorũ obligata, & ideo cuilibet in suũ debitorem restituitur actio: vt hic, &. C. eo. si mulier. & hoc dicit Iulianus. at Marcel. in secunda interuẽtione distinxit, vtrum dominus primus delegauit mulierẽ, scilicet quasi debitricẽ ex prima interuentione. nec enim aliter fit delegatio, nisi eũ quis vt debitor meo me volẽte p̃mittit. an vero non sit delegatio facta, sed ipsa mulier animo nouandi promisit quod debebat dominꝰ primus, & ita ipsi nihilominus remansit ex prima interuẽtione, licet inutiliter, obligata, & primus est liberatus, in primo casu non habet exceptionem, quia non alienum sed suum onus subiisse videtur, quia per delegationem releuatur à prima interuentione facta, licet inutiliter, & ex ea nata fuit obligatio, & ita leuamẽ ex ea delegatione mulier cõsequitur. In secundo habet exceptionem Velleia. quia onus ipsius debitoris susceperit, & tantum onus, id est nullum leuamen. quia ex prima causa ipsa nihilominus remãsit obligata. sed licet in primo casu non habeat exceptionem contra creditorẽ primi, tamen contra primum habuit actionẽ vt liberetur, vel si soluerit, vt habeat quod soluit. Huius casus positioni nihil obstat, nisi quòd in litera est in prima fideiusione. debuit enim dicere, in secunda. sed in libro Io. est in prima, & ita planum est. q. d. in fideiusione quã fecit primo. Vel dic, quòd prima nõ notat ibi prioritatem, sed est adiectiuum illius proprij nominis, scilicet primi, vt ab Albrico Albricanus ac si diceret, in fideiusione Albricana. distinctionem vero Marcel. non approbo. sed Iulia. dictum sic: vt probatur, infra, eod. l. vir vxori. j. respon. & infra, de noua. & delega. l. doli ma. ex. §. diuersum. Ioan. & cætera quæ sunt contra me. vel si velis dicere Marcel. bene dixisse: pone quòd mulier erat suo nomine secundo obligata. si ergo pro secundo animo nouandi promisit, adhibeatur distinctio Marcel. & ita propie ponitur in prima fideiusione, & forte potest esse verum, quòd differentia est inter eos casus quos distinxit Marcel. vt in primo casu quem posuit, sit intercesio, in secundo non. sed ego nescio quis fuerit prosecutus eã distinctionem responsionis. l. scilicet vt cum quasi &c. certe eadẽ ratione potuit respondere, nulla est intercesio, vbi dixit, vna est intercesio. nam si vera debitrix est à secundo delegata, nõ est intercesio, & cum effectu tenetur primo. ergo eadem ratione si primus eam velut debitricem delegauit, non est intercesio, & cum effectu tenetur, nisi dixeris subterfugiendo, quòd loquitur vbi secundus delegauit eam quasi debitricem: primus vero non tanquã debitricem, sed quasi extraneam rogauit eam vt animo nouandi promitteret quod debebat ipse. & ita hic est secunda tantum intercesio, non autem delegatio. vnde mulier tanquam quilibet fideiussor, scilicet vt cum condemnata est, vel ante condemnatio-

† *Hunc locũ nobis restituit Ant. Aug. ex Pã de. Flo. tu il lum videto. lib. 2. cap. 2.*

b *Et aduersus eum.* si licet primum restituẽdam creditori suo.

c *Agatur.* in secunda intercesione mulieris.

d *Ab initio.* cũ se obligauit pro primo.

e *Locum.* l. primi.

f *Et onus.* scilicet tãtum, non leuamen. Ac.

g *Creditor.* primi.

h *Delegata est.* pro primo apud creditorẽ eius. nam illa delegatio qua se mulier vt debitricem obligauit, non est intercesio, secundum Marcellum.

i *Vna sit intercesio.* q secundo apud primum. Accursius.

k *Proinde.* loquitur auctor legis. Accur.

l *In prima.* sed in libro Ioan. est, in primi. & tunc planũ est. aliàs, in prima: & tũc expone vt modo dixi in glossa Marcell. *ADDITIO.* Prius corruptè legebatur, in prima fideiusione ad qđ respicit gloss.

m *Non daret.* scilicet contra creditorem primi. Accursius.

n *Vel ante condemnationem.* scilicet in aliis casibus in quibus agit fideiussor antequã soluat: vt. C. mã. si pro ea. nam ponit eam efficaciter teneri, vnde non agit ex beneficio Velleia. sed iure communi, vt dixi. vel agit antequam soluat, quia animo nouandi intercesit. sed secundum alium, quando vis tueri Marcel. dices loqui eo casu quando est intercesio, & prætextu Velleia. petit liberari, vel repetit. Accursius.

o *Poterit.* vt. C. de condic. inde. l. si citra vllam. &. j. de fideiuss. qui debitorem.

p *Liberationem.* quamdiu steterit in obligatione.

q *Interdum intercedenti.* scilicet tantum, non etiam soluenti. Acc.

r *Debitorem.* vel aliàs non debitorem.

s *Condictio.* incerti, vel sine causa, vt delegatus liberetur: vt. C. de condic. indebi. si citra. vel verius dic, pecuniam: vt subiicit.

t *Soluit enim.* id est soluere fingitur: vt infra, mã. l. inter causas, §. abesse. &. j. de ver. signi. l. verbum exacte. &. j. de fideiuss. qui debitorem. Accursius.

u *Poterit vti.* Arg. contra. j. de noua. l. si non debitorem.

x *Fideiussor.* quem constat iuuari: vt hic, &. C. eo. mulierem.

y *Intercessura.* nõ tamen intercesit: vt differat à superiori casu.

z *Numerasset.* s. non ex intercesione, aliàs contra: vt. j. proxi. §.

a *Cessaret.* quia non est intercesio.

b *Releuatur.* contra intercesionem.

c *Deminuit.* donando: vt supra, eo. titu. sed si ego.

d *Delegauerit.* mulier quæ non intercesserat.

e *Datur.* vt. C. eo. si vxor. diligenter ergo no. an mulier intercesserit vt detur ei condictio, siue soluerit, siue delegauerit suum, vel non suum debitorem? Sed si quæras, an delegato detur exceptio? distingue an fuerit debitor, vt tunc non habeat, alioquin habeat. vbi autem erat intercessura, sed non intercesit, siue soluerit, siue suum debitorem delegauerit, non iuuatur, nec etiam delegatus. sed si non suum, videtur fraus facta senatusc̃o. cum ipsa fugerit intercessura, & non intercesit. vnde creditori / quia in fraudẽ fecisse videtur, obstat exceptio. Accursius.

f *Pristina actio.* quia fuit acceptilatione sublata. sic infra, eo. sed si pro aliena. &. C. e. si mulier. &. j. eo. l. j. in fine.

BIU Cujas

a *Liberatus.* hoc prius acto quòd Berta mulier detur: sed infra, proxi. in genere dandus erat promissor: vt. C. eo. si mulier.

b *Expromissorem.* sic in genere, sed in superiori. §. expressit mulierem. Accursius.

c *Condici.* vel ipsum debitum quãdo purum erat, aliàs vt se reponat in obligationem: vt. ff. de condic. cau. data. l. si quis accepto tulerit. Accursius.

d *An talem det.* verba enim cum effectu sunt accipienda. Io. vt supra. pra, qui satisd. cog. de die. §. j. & l. quotiens. & ne quis eum qui in ius vo. l. si per alium. §. cere. Accursius.

e *Actio vtilis.* scilicet restitutoria danda à lege. Accursius.

f *Condictio.* s. sine causa de iure cõmuni, vel certi condic. sed in superiori. §. secus est.

g *Dimisit.* sic infra, de rebus eorum. si fundus. Accursius.

h *Sed cum.* scilicet cũ hoc sit quòd releuetur, vt dictum est, sequitur & tũc q mulieri &c. vt sic hæc duo paria sint. & dic, non posset repetere si solueret quando in rem suã fideiusserat, vel quando animo decipiendi, vel in similibus vbi cessat Velleia. vt dixi. ff. eo. l. j. in prin.

i *Non possit.* in superiori proximo casu dictum est à simili &c.

k *Quãquam in omnes.* scilicet reos debẽdi: vt infra. e. l. si pro vno.

l *Ei soli.* sed quare non alteri sicut in omnes? Respõ. quia nõ amisit alius actionem ex receptiõe mulieris, sed liberatio per nouationem facta vni, prodest omnibus: vt. j. de duo. reis. l. ij. &. ff. de pactis. l. si vnus. §. j.

m *Non possit.* quod videtur, cum creditor debitrici successerit, & sic obligatio sit extincta: vt infra, de solu. l. Stichum. §. aditio.

n *Non obligatæ.* s. maxime, vt. j. de fideiuss. hæres. §. quid si idem.

o *In Falcidia.* id est in ratione Falcidiæ.

p *Imputabitur.* contra legatarios: vt dicat, primo deducam quod mihi debuit defuncta, & ex reliquo prestabo relicta. non enim efficax erat debitum: alioquin secus: vt infra, ad. l. Fal. cum emptor.

q *Sed & directa.* Sed nonne sublata est accessoria, cum hæc succeptilatione liberat[a] sit, quàm mulier interceſſerit.

Paria sunt nullum dare expromissorem, vel dare mulierem. h. d. iste. §. Bartolus.

¶ Si conuenerit † cum debitore, vt expromissorem [b] daret, & acceptum ei latum sit: deinde is dederit mulierẽ, quæ auxilio senatusconsulti munita est: potest ei condici [c], quasi nõ dedisset. Quid enim interest, nõ det, an talem [d] det? Non erit igitur actio [e] vtilis necessaria: cum cõdictio [f] competat.

Acceptilatio facta fideiussori inutiliter obligato non liberat debitorem, sicut nec solutio, nisi sic solueret quòd repetere nequeat. Bartolus.

¶ Marcellus quoque scribit, si mulieri post interceſsionẽ acceptò tulerit creditor, nihilominus restitutoriam actionem ei dari debere. Inanem enim obligationem [ei] dimisit. [g] ¶ Si mulier post interceſsionem sic soluerit, ne repetere possit: iustè prior debitor actionem recusat. Sed cum [h] releuatur reus, si mulier sic soluit, vt repetere non possit [i]: & cum ei mulieri, quæ repetere nõ poterat, si soluisset, acceptò tulit creditor, similiter releuatur reus.

Muliere subducta actio restituitur in eos omnes qui per eius obligationem fuerunt liberati, non autem omnibus. Bartolus.

¶ Quamquam in omnes [k], qui liberati sunt, restituitur actio, nõ tamen omnibus restituitur: vtputa duo rei stipulandi fuerunt: apud alterũ mulier interceſsit. ei soli [l] restituitur obligatio, apud quem interceſsit.

Si creditor succedit mulieri, nihilominus actio restituitur in veterem debitorem. sed si mulier debitori, non est restitutio necessaria. Bartolus.

¶ Si mulieri hæres extiterit creditor, videndum, an restitutoria vti non possit [m]. Et ait Iulianus libro duodecimo restitutoria eũ nihilominus vsurũ. non immerito: cum non obligatæ [n] cum effectu successerit. Denique in Falcidia [o] hoc æs alienum non imputabitur [p]. Planè si mihi proponas, mulierem veteri debitori succesisse, dicendum erit, restitutoria eam cõueniri posse: sed & directa [q] actione. nihil enim eius interest, qua actione conueniatur.

Mulier ab initio cum alio contrahente, actio restituitur in veterem debitorem. Bar.

ff. Vetus.

A cedit debitori: vt infra, de fideiuss. hæres. §. j? Respon. non: quia hic animo nouandi interceſsit. & sic erat vtraque principalis, & ideo durat vtraque: vt infra, de duobus reis. si reus. Accursius.

¶ Si cùm essem tecum * contracturus [r], mulier interuenerit: vt cum ipsa potius contraham, videtur interceſsisse: quo casu datur in te [s] actio: quæ instituit [t] magis, quàm restituit obligationem: vt perinde obligeris eodẽ genere obligationis, quo mulier est obligata: verbi gratia, si per stipulationem mulier, & tu quasi ex stipulatu conueniaris.

Mulier subducta, actio non restituitur in eum qui ab initio non potuit obligari ipso iure vel in effectu. Bartolus.

¶ Illud videndum est, si mulier pro eo interuenit, qui si cũ ipso contractum esset, non obligaretur [u], an hac actione ille debeat teneri: vtputa si pro pupillo interceſsit, qui sine tutoris auctoritate non obligatur. Et puto non obligari [x] pupillum, nisi locupletior factus est ex hoc contractu. Item si minor vigintiquinq; annis sit, pro quo mulier interceſsit [y]: in integrũ restitutionem poterit implorare [z]: vel [si] filius [familiàs] contra senatusconsultum [a] contracturus [b] esset. *

IX. PAVLVS libro sexto Regularum.

SEd si pro alieno seruo intercedat [c]: quemadmodũ in patrefamiliàs prior ei restituitur * actio [d], ita in dominũ quoque restituenda [e] erit.

Restitutoriæ actiones & institoriæ dantur contra hæredem, & in hæredem. Bart.

X. VLPIANVS libro vicesimo nono ad Edictum.

HAe actiones [f], quæ in eos pro quibus mulier interceſsit, dantur: & hæredibus, & in hæredes & perpetuo cõpetunt [g]. habent enim rei persecutionem. cæteris quoque honorariis successoribus dabuntur, & aduersus eos.

Mulier non habet Velleianum, si creditor ignorauerit eam intercedere. Bart.

XI. PAVLVS libro trigesimo ad Edictum.

SI mulier, tanquam in vsus suos pecuniã acceperit, alij creditura: non est locus senatusconsulto. alioquin nemo cum fœminis cõtrahet [h], quia ignorari potest [i], quid acturæ sint.

XII. IDEM libro sexto Breuium.

IMmò [k] tunc locus est senatusconsulto, cum scit creditor eam intercedere. [l]

r *Contracturus.* scilicet tecum. *tibi. Flo.

s *In te.* pro quo est acepta pecunia.

t *Instituit.* vt supra. e. l. j. in fin. & j. e. l. quidã, & C. eo. l. senatus.

u *Non obligaretur.* scilicet propter solũ contractũ, nisi quid peruenisset ad eum, vel dolo fecisset: vt. j. depos. l. j. §. an in pupillum. Acc.

x *Nõ obligari.* sed institoria. siam restitutoria eos omnino credo conueniri posse.

y *Interceſsit.* prędicto modo.

z *Implorare.* cõtra institoriam.

a *Senatusconsul.* scilicet Macedo. Accur.

b *Contracturus.* & mulier contraxit. nam exceptionem habet filius, & ideo nõ tenetur institoria, nec restitutoria, sed nec mulier tenetur in prędictis casib⁹. Ac.

c *Sed si. Intercedat.* animo nouandi.

d *Actio.* vt. ff. l. proxi. §. quotiẽs. & j. eo. si mulier contra senatusconsultum.

e *Restituenda.* scilicet de pecu. vel de in rem ver. vt. j. eo. l. fi. in fine, secundum Azo. *Flo. est.

f *Hæ actiones.* scilicet institoria & restitutoria. Accursius.

g *Competunt.* id est cõpetere possunt. nam si primo erat temporalis, & talis restituitur: vt supra, de mino. l. fin. & infra. e. debitrix. §. si p eod. & idem no. ff. de capi. de. l. j. in fin. & ff. de exerci. l. si tamen. in fine. Accursius. *priorẽ reũ restituitur. Flo.

h *Mulier. Cõtrahet.* bona ratio, vt supra, de minori. quòd si minor. §. non semper. & l. & si fine. §. idem faciunt. Accursius.

i *Potest.* & iuste in alieno facto: vt infra, p suo. l. fin. in fine. Acc.

k *Immò.* non est locus quando creditor ignorat quid actum sit, immò cum scit fraudẽ committendo: vt si alij daturus erat, & mulier interceſsura, magis elegit mulieri dare daturæ alij postea. Accur.

l *Intercedere.* scilicet sic mutuum ipsa accipiendo, vt alij det.

Liquando.] CASVS in. §. de pignoribus. Certum est q mulier iuuatur, &

BIU Cujas

actio in veterem debitorem restituitur. sed an creditor hypothe. habeat, quæritur. Et dicitur, quòd sic. [*SI SVB CONDITIONE.*] Fideiusit mulier sub condi. vel in diem.an pendente condit. creditori restituatur actio in veterem debitorem? Et dicitur,quòd sic. Viuianus.

a *Alienam.*aliena dicitur, quia hæres tantũ conuenitur à creditoribus:sed sua, quia ipse tenetur ei reddere : vt C.de hære.ven.l.ratio. sic & vxor dicit domina ratione futuræ spei, & tamen non est domina constante matrimonio : vt. C. de iure do.in reb⁹.& insti.quibus alie . licet. in prin. & facit infra, quando appel. sit.l.j. §. in propria. &.C.eo.l. ij. &.§. eo.l.sed si eum.

b *Intercedat.* scilicet qui promisit iudicatum solui:& mulier pro eo: vt supra,qui satisd.cog. de die.§.j.

†*Transcribere, est ius nostrũ in aliũ trãsferre: vt transcribere fundum. i. iure* cessio *trade. Bud. ī.l.* *si vir vxori. de præscr. verbis.*

c *Noua actione.* M.alia quam prima.

d *Vtilis sit.* Sed cum sit facta nouatio,quare non est pignus liberatum:vt infra,de noua.l. nouatio.& argu. infra, de reg.iur.cum princi. palis. &. l. nihil. &. C. etiam ob chiro . pe. pi. re.pos. l. j. & infra , de solu. cum quis sibi.§.fi? Respon.principalis directa obligatio sublata est.aliàs enim non daretur restitutoria:sed tamen continuo , & sine aliquo interuallo restitutoria est à iure subrogata : vt infra,eodem.l. debitrix.§.j.Cum ergo semper durauerit principalis obligatio , siue directa , siue restitutoria,non est sublata hypothecaria , quæ habet suas conditiones : vt hic,& infra, de pigno. grege.§. etiam si.& infra.de exceptio.rei iud. l.penul.in fine. nec ob. quod de noua.opposui: quia illud est, quando nouatio efficaciter tenet : hic non,cum non desierit esse obligat⁹ directa vel vtili. Vel dic, in vtraq; idẽ : quod est veri⁹. & hic dicit vtilẽ hypothecariã durã. Ac.

Si obligatio in effectu spectat ad mulierem:licet sit intercessio , Velleiano non iuuatur. Bartolus.

XIII. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

A Liquãdo licet alienã [a] obligationem suscipiat mulier, non adiuuatur hoc senatusconsulto : quod tum accidit, cum prima facie quidem alienam, reuera autem suam obligationem suscipiat : vt ecce,si ancilla ob pactionem libertatis expromissore dato,post manumissionẽ idipsum suscipiat, quod expromissor debeat : aut si hæreditatem emerit , & æs alienum hæreditariũ in se transcribat : † aut si pro fideiussore suo intercedat [b].

Nouatio , quæ in effectu non valet , non perimit ius pignoris. Bartolus.

¶ De pignoribus prioris debitoris,non est creditori noua actione [c] opus : cũ quasi Seruiana(quæ & hypothecaria vocatur) in his vtilis sit [d] : quia verũ est conuenisse de pignoribus, nec solutam esse pecuniam.

Frustra expectatur conditio,cuius euentus nihil operatur. Bartolus.

¶ Si sub conditione [e],vel in diẽ mulier ꝓ alio intercesserit: etiã pendente conditione , volenti creditori cum priore [debitore experiri,] actio danda est restitutoria. Quò enim bonum est [f] expectare,cõditionem,vel diẽ: cũ in ea causa sit prior iste debitor, vt omnimodo [g] ipse debeat suscipere actionem?

Mulier e subducta restituitur actio in veterem debitorem,& in eius fideiussorẽ. Bar.

XIIII. IVLIANVS libro duodecimo Digestorum.

SI mulier contra senatusconsultum interceſſerit: æquum est non solum in veterem debitorem , sed & in fideiussores eius actionem restitui [h]. Nam cùm mulieris persona subtrahatur creditori propter senatusconsultum:integra causa pristina restituenda est.

Si mulier promittit alium ratum habiturum quod ipsa gesit , non iuuatur Velleiano. Bartolus.

XV. IDEM libro quinquagesimoprimo Digestorum.

SI mulieri soluero id, quod tibi debebam, & ab ea ratã rem te habiturũ stipulatus fuero, & fortè te ratũ non habente,agere ex stipulatu instituero: exceptio senatusconsulti quod de interceſsionibus fœminarũ factũ est,non proderit mulieri. Nõ enim videri potest alienam obligationẽ recusare: cum maneam debito obligatus, & ipsa de lucro [i] agat,ac potius reddere cogatur,quod nõ debitũ acceperat,quàm pro alio soluere.

Mulier non iuuatur Velleiano, si debitor sibi soluit,quod promisit. Bartolus.

XVI. IDEM libro quarto ad Vrseium Ferocem.

SI mulier contra senatusconsultũ Velleianũ pro me interceſsisset [k] Titio [l], egóq; mulieri id soluissem, & ab ea Titi⁹ eã pecuniã peteret:exceptio huius senatusconsulti nõ est profutura mulieri. neque enim eã pecuniã perdat:cum iam eã habeat.

Mulier & fideiussor eius Velleiano iuuantur:& in primum debitorem actio restituitur. Bartolus.

¶ Si ab ea [n] muliere † quæ cõtra senatusconsultũ interceſsisset, [o] fideiussorem accepissem:Gaius Cassius respondit, ita demum fideiussori exceptionem dandam , si à muliere rogatus fuisset. Iulianus autem rectè putat fideiussori exceptionem dandam, etiam si mãdati actionem aduersus mulierem non habet: quia totã obligationẽ [p] senatus improbat:& à prætore restituitur prior debitor creditori.

Si mulieri.] CASVS. Debebam tibi decẽ quæ mulier à me exegit,dicẽs se habere mãdatum: & ei soluì:& stipulatus sum te ratũ habiturum:ratum non habes:an si mulierem cõueniam actione ex stipulatu,competet exceptio Velleia? Et dicitur,quòd non : quia de lucro certat. Viuianus.

i *De lucro.* non audietur de præda solicita:vt infra, de admi.tu.si minoris . & facit infra . l. prox.&.l.si mulieri de. derim.Accursius.

Si mulier.] CASVS. Debebam tibi decem:animo nouãdi mulier in se sustulit obligationem, & ei soluit: an si tu conuenias eam, iuuetur? Et dicitur, q nõ. [*SI AB EA.*] Si mulier quę intercessit, fideiussorem dedit, subuenitur ei, & fideiussori subuenitur : & creditori restituitur actio in veterem debitorem.Viuianus.

k *Interceſsisset.* animo nouandi.

l *Titio.* id est, apud Titium.sic.ide in rem ver.quamuis.

m *Neque enim prosit.* s.hoc dicere,periclitari eam, cum pecuniam habeat : vt subiicit : & ita habeat ne eam perdat.

n *Si ab ea.* non habet. aliter in Maced. vt §.ad Mace.l.sed & ibi. tã. non solum.quæ est cõtra. Et est ratio, quia fideiussor, qui pro filio, interuenit animo donandi,non conuenitur:sic nullus conuenitur:sed hic licet fideiussori succurrat, restituì actio creditori à ge in priorẽ debitorẽ vt hic,&.j.eo.debitrix §.j. Vel idẽ est, vt hoc §.Vel tertio,vt ibi dixi.

o *Interceſsisset.* animo nouandi. Accursius.

p *Totam obligationem.* id est,etiã obligationem mulieris,pro qua mulier interuenit fideiussor:vnde fideiussor teneri non potest.

Vir vxori.] CASVS. Maritus vendidit vxori prædium pro paruo pretio : & eam delegauit suo creditori in eo pretio. Dicitur,quòd venditio nulla fuit : vnde creditori petenti obstabit exceptio. Verum distinguitur,vtrum creditor sciuerit mulierem delegatam , aut ignorauit : quia hæc distinctio locum habebit,cum creditor, cum muliere contraxit : quia tunc non subuenitur mulieri,si creditor ignorauerit. [*SI MVLIER.*] Obligasti mihi prædium pro. x. ago contra te hypothe. vxor tua dixit prædium esse sibi obligatum pro. x. nomine dotis. illa. x. sibi solui:ago postea hypothe. vxor dicit, prædũ esse sibi obligatum pro.x.nomine mutui : ego excipio,quòd voluntate sua possideo, numquid

Conditio,an semper , sit expectãda.

f *Quò enim bonum est.* Bonum quidẽ esset debitori,cum interim non conueniretur:sed dicitur non esse bonum, ideo quia si conditione extante non conueniretur, expectaretur conditio : vt supra,si cer.pet pecuniam.& infra, de fideiuss.l.penul. Sed cum hic foret conueniendus,etiam existente conditione, non est bonum, iniust.test.l.nam & si.& infra.c. debitrix.§.j. Sed argu . contra.j. de ædilitio edict. bouem.§.sed si sub conditione. & infra, man.si mandauero.j.respon. & infra , quando dies legati cedit.l.cum illud.&.l.huiusmodi.

g *Omnimodo.* etiam si extet conditio. Accursius.

BIU Cujas

nũquid replicare potest. Dicitur, quòd non: quia nesciui illa prædia sibi obligata pro alia pecu. [*MVLIER.*] Accepi mutuam pecuniam cum muliere in rem cõmunem: & nos insolidum obligauimus: an mulieri succurratur tanquam si fideiusserit pro parte mea? Distingue. siue diuisimus illam pecuniam: sed in refectione domus communis impẽsa est: & cõditio mulieris melior facta est: & iuuari nõ potest. sed si fideiusserit: pro parte quæ ad eam peruenit, obligabitur, & conuenietur pro illa: nõ quæ ad me peruenit: quia videtur fideiussisse.

Non sufficit creditori credere mulierẽ in rem suam intercedere, quando pro alio promittit, nisi diligentius perquisierit. Bart.

XVII. AFRICANVS libro quarto Quæstionum.

VIr vxori donationis causa rem viliori pretio addixerat[a], & in id pretium creditori suo delegauerat[b]. Respondit, venditionem nullius momẽti[c] esse: & si creditor pecuniam à muliere peteret, exceptionem[d] vtilem fore: quamuis creditor existimauerit, mulierẽ debitricẽ[e] mariti fuisse. Nec id cõtrariũ videri debere ei, q̃ placeat, siquãdo in hoc mulier mutuata est, vt marito crederet: nõ obstaturã exceptionẽ, si creditor ignorauerit[f] in quã causam mulier mutuaretur: quoniam quidem plurimum interfit, vtrum cum muliere quis[g] ab initio cõtrahat[h], an alienam obligationem in eam trãsferat[i]. tũc enim diligentiorem[k] esse debere.

Si mulieri consentienti obligationi rei sibi obligatæ pecunia soluitur: Velleiano nõ iuuatur. alias secus. Bartolus.

℣ Si mulier dixisset sibi rem dotis nomine obligatam[l], & creditor curasset ei[m] pecuniã dotis solui, qui* idem pignus acciperet, [cum] mulieri etiam pecunia credita deberetur[n]: si possessor creditor aduersus eam Seruiana[o] agẽtem exciperet, *si non voluntate*[p] *eius pignus datum esset*: replicationem mulieri senatusconsulti non profuturam[q], nisi creditor scisset[r], etiam aliã pecuniam ei deberi.

Si mulier cum alio mutuum, vt duo rei accipiunt in causam necessariam, Velleiano non iuuatur: sed in causam voluntariam eatenus iuuatur, quatenus ad alium pecunia peruenerit. Bartolus.

℣ Mulier & Titius, cum in rem communem mutuarentur: eiusdem pecuniæ rei facti[f] sunt. Nõ omnimodo[t] mulierẽ pro parte socij videri interceſsisse dicebam[u]. * Nam si ob eam causam mutuati fuerint, ex qua si creditor pecuniã non dedisset, maius damnum[x] mulier passura fuerat, veluti quòd communis insula fulta non esset, vel q̃ fundus communis in publicum committeretur[y]: potius esse, vt senatusconsulto locus non sit. At si in aliquam emptionẽ mutua[z] pecunia sit accepta[a], tunc pro parte interceſsionem factam[b] videri. & ideo creditorem partem dumtaxat pecuniæ à muliere petere posse. Quod si totum petierit, exceptione pro parte summouebitur.*

secundum Io. Vel hic erant socij: quo casu videtur fideiubere, vt repetãt actione pro socio: vel aliter, vt statim dices in magna glo. Vel hic fuit actum, vt vnus pro altero fideiuberet: argu. infra, de duo. re. l. reos. & hæc omnia, vt non obstent opi. Io. quam statim dices. Item quid si hoc plus valet dimidia rei emptæ, quàm tota pecunia? Respõ. adhuc dicam mulierem iuuari, cum color præsumitur. Item quid in superiori, si color fuit quæsitus, cum non reciperetur mulier, vt fideiussor: mulier sic se obligauit? Respõ. ei subueniri. sed in dubio non præsumitur color: tum, quia in reficiẽdo: tum, quia magna vtilitas: sed hoc casu in adquirendo. & hoc, secundum illam expositionẽ, prout color fuit quæsitus.

b *Interceſsionẽ factã.* dicit Io, & respõ. duos reos debendi non videri inuicem fideiubere, nisi sint socij: & sic si vnus soluat solidum, *Flo. dicerepetit act. nego. gest. *bat* quæ oritur ex solutione: nõ mandati, vel alia quæ oritur ex fideiuss. obligatione. sed quando sunt socij, tunc sic. Pro eis primũ est ar. ff. de arbi. si duo. & arg. j. de excep. l. exceptione. §. rei. Secũdũ arg. est. j. de duo. re. si ex duobus. in fi. & insti. de fideiuss. §. ité si ille. Et tertiũ. j. de duo. re. si duo. &. j. de cõpen. si quid. Quartũ. j. de fideiuss. Vrani[9]. vbi si succedo ego creditor vni reorũ debẽdi, alter liberatur pro *Flo. sumparte: cum erant socij: *mouetur* aliàs in nihilum liberatur: sed vbi succedo fideiussori, indistincte remanet obligatus reus: & ecõtra, si reo, indistincte liberatur fideiussor. Igitur in conreis, si videretur fideiubere, vno liberato liberaretur alter, vel in totũ, vel in nihilũ. Item ad prædicta, q̃ duo rei non videantur fideiubere, facit. j. de lib. leg. l. si quis decedens. §. nunc. & l. si quis reum. Item. j. rem ra. ha. l. j. & l. si quis vni. Item ar. est. C. si cer. pet. si in rem communem. Item. ff. de in rem ver. si pro parte. in prin. &. §. fi. &. j. man. creditor. §. j. Et vt breuiter loquamur, primum arg. in exceptione, secundum in condictione, tertium in cõpensatione, quartum in cõfusione obligationis per succesionẽ: vt. l. Vranius. sed. M. omnino econtra dicit eos fideiubere videri: vt si vnus soluat solidum, repetat ab alio actione mãdati. & pro eo est in auth. de duo. re. §. j. ibi, alterna &c. coll. vij. &. j. de duo. re. l. reos. Sed respõ. ibi est alterna fideiusio, vbi expresim agitur. Item pro eo, scilicet. M. est hæc lex: sed hic fuit color quæsitus hoc casu: sed superiori non præsumitur sic: vt fuit color, scilicet cum ipsa deberet intercedere pro Titio, scilicet pro dimidia, quæ ad eum esset peruentura: constituit se cũ eo ream. vnde & hic dicitur interceſsisse fictione huius legis pro parte: vt sic, licet vnus soluerit totũ, tamen pro parte sua ab alio repetere non possit: ar. ff. si quis cau. si duo. & de lib. leg. l. iij. &. j. de fideiuss. Vranius. &. j. rem ra. ha. l. j. & ij. Vel dic, non fuit color quæsitus: & tamen subuenitur, & nõ intercedit. nec ob. quod dicitur, interceſsionẽ factam &c. quia hoc verũ est, quo ad hoc vt ei succurratur: vere tamen nõ interceſsit. sic &. j. e. debitrix. ij. respon. Item & quando rem suã obligat: nam non intercedit: & tamẽ dicitur intercedere, vt iuuetur. Tu distingue, secundũ Az. an peruenerit ad vtrũque pecunia pro parte: & tunc quatenus ad aliũ peruenerit, videatur alter fideiusisse. an ad vnum tantum: & tunc alter insolidum videtur fideiusisse, & non sunt socij his casibus. nec enim potest dici societas, licet communiter se obligent: cum in cõmunes vsus eã non vertãt: & tũc alter

a *Addixerat.* in fraudem legis: vt cum valeret. xv. dedit pro. x.

b *Delegauerat.* scilicet mulierem. Accursius.

c *Nullius momenti.* inter vi. & vxo. scilicet, sed inter alios sic: vt. j. de do. inter virum & vxo. si sponsus. §. circa venditionem & de cõtrahen. emp. l. si quis donationis causa.

d *Exceptionem.* scilicet Velleiani.

e *Debitricem.* quæ nõ erat, quia nõ tenuit vẽditio.

f *Ignorauerit.* maxime. sic non ob. C. eo. si fœnebris. Alij dicunt, q̃ si ab initio sciuit, noceat ei: aliàs non. & facit ad hoc. ff. e. si mulier tanquam.

g *Quis.* s. creditor.

h *Contrahat.* vt in secundo casu.

i *Transferat.* vt in primo.

k *Diligentiorem.* scilicet creditorem. Accur.

l *Obligatam.* à viro. Accursius.

m *Ei.* scilicet mulieri.

n *Deberetur.* à marito, pro quo vere erat obligatum pignus: non autem pro dote, forte quia remissum fuerat: vel etiam pro dote erat, non curo.

o *Seruiana.* id est, quasi seruiana, quæ dicitur hypothecaria: vt instit. de act. §. item Seruiana.

p *Si non voluntate.* verba exceptionis.

q *Non profuturam.* nec aliam, nisi &c.

r *Scisset.* Tunc enim non videtur mulier decipere creditorem. sed certe nec tunc dabitur replicatio senatusc. mulieri: sed hypothecariam intendit nulla elidendã exceptione. cũ ergo hic dicit, nisi &c. Respon. illud, nisi, non inducit repetitionẽ omnium prædictorum: sed illud tantũ. s. replicationẽ non profuturam, vt prætermittat aliud senatuscõ. sic. j. man. idémque. §. si quis Titio. nam pro remissione pignoris nõ habet locũ senatusc. vt. C. e. etiam. & ff. l. quamuis. in prin. Vel dici potest, habere locum hic: quia passa est rem sibi obligatam obligari: sicut in re sua locũ habet: & aliud quando debitori remittitur: vt supra, eo. l. quamuis. in prin.

f *Facti.* scilicet insolidum.

t *Non omnino.* id est, non indistincte, sed distincte.

u *Dicebam.* ego iurisconsultus Africanus.

x *Maius damnum.* quàm esset pecunia.

y *Committeretur.* propter tributa forte non soluta.

z *Mutua.* id est mutuum acceperant hoc acto, vt socij sint: aliõquin non: vt. j. de fideiuss. si Titius. &. l. Vranius. contra.

a *Accepta.* colore quæsito. Io. cum tota pecunia ad Titium perueniret: sicut aliàs: vt arg. ff. ad Macedo. item si filius. aliàs incipit, sed Iulianus. §. idem ait. & ff. e. quamuis. §. si cum essem. Et tũc dic, pro parte, id est, pro toto: quia totũ peruenit ad Titium. Vel dic, quòd pro dimidia, quæ peruenie bat ad Titium, proposuerat fideiubere: sed creditor potius eam mulierem, vt conream accepit,

insolidum videtur fideiussisse. sed si non est diuisa, sed in communes vsus expensa, seruabis quod hic dicit, vt videatur fideiubere pro parte, siue ad emendum, siue ad fulciendum: licet altero casu mulier iuuetur, altero non. & sic non refert sint socij, vel non. & facit pro hoc. ff. de in rẽ verſ. ſi pro patre. §. fin. & ff. ad Macedo. itẽ si filius. §. j. Sed quid, si vnus maiorem partem habet in re, in quã impenditur? Respon. pro rata fideiussisse videt: vt idem sit in minori parte, quo ad minorẽ: & in maiore, quo ad maiorẽ. Et nota, quòd Azo accedit opinioni domini Mar.

a *Idem est.* quia sicut ff. habuit in dimidia: ita hic in totum. & sic est idem: sed nõ per omnia idem. Accur.

b *Duo rei.* hoc acto, vt socij sint, alioquin nõ: vt. j. de fideiuss. si Titi⁹. & l. Vranius. Accur.

c *Interceſſerint.* In quo casu muliere subducta Titius insolidum tenetur: vt. j. de fideiuss. si Titius. Sed hoc casu in totum subducitur: in superiori vero pro parte: & sic nõ est per omnia idem. Vel dic, idem per omnia. nã & hic & ibi in totum, quatenus interceſsit, eximitur. sed hic in totum interceſſit: ibi in partem. Ac.

XVIII. PAVLVS libro octauo ad Plautium.

IDem [est a,] & si pro debitore meo Titius & mulier duo rei b interceſſerint c.

Si mulier alicui pro propria obligatione indemnitatem promiſit, intercedere non videtur. ſecus pro obligatione alterius. Bart.

XIX. AFRICANVS libro quarto Quæstionum.

TVtor pupilli deceſſerat, hę rede instituto Titio. cũ de adeũda hæreditate dubitaret d, quoniam malè gesta tutela exi stimaretur, persuadente matre pupilli, vt suo periculo adiret, adiit: stipulatúsq; de ea [causa] est, indẽnem se eo nomine prę stari. Si ex ea causa Titius pupillo aliquid præstitisset, ísque matrẽ conueniret, negauit e exceptioni senatuscõsulti locum esse: quando vix f sit, vt aliqua apud eundẽ g pro eo h ipso interceſsisse intelligi possit. Nec disimilem i [esse] huic propositionis ex facto agitatã [quæstionem,] cum quidã vir prætorius deceſsisset duobus filiis superstitibus, quorum alter impubes esset, & alter legitimus k tutor fratri esset: & cũ * paterna hæreditate se abstinere vellet l mãdatu vxoris defuncti m, quæ mater pupilli esset: abstento pupillo, solum se hæreditati miscuisse: vbi n similiter se respondisse Iulianus ait, si ex ea causa o agẽte

*Flo. eum

pupillo damnũ eo nomine passus esset, nõ impediri eum senatuscõsulto, quo min⁹ à muliere rem seruaret. In proposita specie p & illud tractãdũ est, an is, qui mandatu mulieris adierit: si damnũ ob id patiatur, q̃ debitores hæreditarij soluendo nõ fuerint: senatusconsulto locus sit, quasi quodammodo eorum obligationes mulier susceperit. Magis autem est, vt ne ob hanc quidẽ causam senatuscõsultum locum q habeat, quando nõ ea mẽte fuerit, vt pro his r intercederet, sed tutoris f aduersus pupillũ, & cæteros fortè creditores indemnem hæredem t præstaret. Denique u, si ponamus mulierem in emptione hæreditatis eo nomine damnũ pati, q̃ debitores hæreditarij soluẽdo non sint: nulla (puto) dubitatio erit, quin senatuscõsulto locus non sit x: etiã si maxime creditoribus aliquantum præstiterit. Quid ergo, si cũ propterea de adeunda hæreditate dubitaret Titius, quòd parum idonea nomina debitorũ viderentur: mulier hoc ipsum repromisit, vt quãto minus à quoquo eorum seruari posset, ipsa præstaret? Prope est y, vt sit interceſsio.

Debitor delegatus à muliere intercedente: antequam soluat, tutus est Velleiano: & si agat, exceptione Velleiani repellitur. B.

V Cũ haberes z Titium debito-

TVtor.] CASVS. Titius gesit tutelam pupilli, & male: & decesit Seio hęrede instituto: noluit adire Seius, timens ne conueniretur. mulier promisit eum indemnẽ futurum: & hoc hæres ab ea stipulatus adiit: si aliquid præstitit pupillo: & voluit cõuenire mulierem, an obstet sibi Velleia. quęritur. Et respon. quòd non: quoniam vix &c. vt in litera. hoc in prima. Aliũ casum subiungit huic similem, qui talis est. Quidam nobilis habuit duos filios: pupillum, & maiorem: emancipauit pupillum, & eius legitimam tutelam gesit, & male. forte decesit vtroque hærede instituto: pupillus abstinuit se: maior fiduciarius tutor pupilli fratris sui noluit adire hæreditatem, dubitans ne conueniretur ex administratione patris. mater pupilli eadémque nouerca maioris promisit ei indemnitatem, si adiret: adiit. si conueniatur, an possit habere regressum contra mulierem, non ob. Vell? Et respon. q̃ sic. hoc in secunda. Sed in primo casu, quòd si damnificetur hæres, eo quòd debitores hæreditarij soluendo non sunt: nunquid est locus Vell. Dicitur, quòd non: quia non fuit eius propositi, vt pro debitoribus intercederet: sed non est locus Vell. quia in hoc casu ob hoc mulier non tenetur: sed ista, quia eius fuit propositi. vt hæres tutoris seruaretur indemnis aduersus pupillum, pro quo tenetur, nec est locus senatuscon. Vell. Istud probatur per simile: quia si mulier emit hæreditatem, & damnum patiatur: quia debitores hæreditarij soluendo non sunt: non propter hoc competit ei Vell. Sed quid? dubitauit adire Seius hæreditatẽ, quia credebat debitores esse non soluendo: & mulier promisit ei indemnitatẽ: an videatur interceſsio, vt sic Vell. sit locus? Et respon. quòd sic: quia hic interceſsit: quia hoc expresse promisit. Sed si non interceſsit, quia neque hoc actum fuit: nõ habet locũ senatuscon. vt. ff. ibi in illo verſ. in proposita. & hoc in tertia. [CVM HABERES.] Titius habebat debitorẽ: & Seiũ volebat habere fideiuss. Seius obtulit ei mulierem: noluit eã recipere propter Velleia. mulier volebat accipere centum à Sempronio, & soluere Titio pro

A Seio. Sempronius non habens pecuniam promisit Titio centum: & mulier confessa est se accepisse illa centum. si Sempro. petat pecuniam à muliere, an obstabit ei excep. antequam soluat? Dicitur, quòd videndum est, an Sempro. sit habẽdus loco fideiubentis pro muliere intercedente, vt sic ei sicut mulieri detur excep. Et distingue. aut re integra aliquid soluit, cum petit mulierem interceſsisse: aut postea soluit. si ante, Sempro. cõpetit excep. senatuscons. aduersus Titium, quia tuta est mulier aduersus Sempro. vt quidam dicunt. si postea, an mulieri aduersus Sempro. excep. Sempro. aduersus Titium condic. cõpetit: an perinde sit, ac si ab initio, cum Seio Sempro. cõtraxisset, ipsi mutuãdo: deinde Seius Titio soluisset: deinde Titius Sempro. mutuasset? & hoc magis est, dicit iurisconsul. respondendo quæstioni propositæ, vt scilicet nõ sit locus Vell. nec cum nõ intercedens mulier debitorem suum delegat: cum non posit: cui cõtradicit: vel quia videtur mulier ista alteram obligationem suscepisse. quod senatuscons. noluit. tu tamen tene aliam solutionem. Vtu.

d *Dubitaret.* scilicet Titius. Accursius.

e *Negauit.* scilicet ego Africanus. Sed videtur quòd male: vt. C. eo. si mater. §. j. quæst contra. Sol. vt dixi. ff. l. quamuis. §. j. Accur.

f *Vix.* id est nullo modo. Aliter accipitur vix supra, de iudi. vix.

g *Eundem.* scilicet aliũ, sed nec pro se: vt. ff. de fideiuss. hæres. §. seruo. & l. Vranius. Accursius.

h *Pro eo.* Titio.

i *Nec disimilem quæstionem.* scilicet ait Africanus, quæ quidem quæstio talis est, cum quidam &c.

k *Legitimus.* id est, fiduciarius. Accursius.

l *Vellet.* maior frater, semper subaudi.

m *Defuncti.* scilicet nouercæ suæ. Azo.

n *Vbi.* id est, in qua quæstione.

o *Si ex ea causa.* id est, aliqua: puta propter patrem, qui cum emancipasset eum, male gesit tutelam. Vel dic, quia ab hæreditate abstinuit. Accursius.

p *In proposita specie.* scilicet prima huius legis.

q *Locum.* quia non est opus.

r *Pro his.* scilicet debitoribus. Accursius.

s *Sed tutoris.* supple fecit ea mente, vt hęredem tutoris &c. ff. de excep. rei iudi. si cum arg. in prin. Accursius.

t *Hæredem.* scilicet Titium.

u *Denique.* non mirum si cesset Vellei. hoc casu quando conuenitur ab hærede propter pupillum & creditores: quia propter suã obligationem præstat. nam & in hoc casu cum emit hęreditatem, cessat. vel coniunge superiori casui. §. in proposita &c. Accursius.

x *Non sit.* licet esset opus. nam volebat ab emptione discedere: qui quasi emendo fideiusserit pro hæreditate.

y *Prope est.* nã non potest dici interceſsio proprie: quia fecit, nõ tam illis subueniendo, quàm isti consulendo. secundũ M. Vel dic, prope est. i. rationabile est. sic accipitur. j. de solu. Stichũ. §. pe.

z *Cum haberes.* aliam ponit quæstionem non minus diligenter.

BIU Cujas

a *Vellet.* animo nouandi.
b *Sequereris.* id est, non accepisti eam.
c *A me.* quarta persona: Sempronio puta.
d *Ignoranti.* idem si scienti: vt Cod. eo. l. si fœnebris. sed sine scrupulo voluit procedere.
e *A muliere.* scilicet, intercedẽte. Accursius.
f *Vt quemadmodũ.* scilicet, fideiubenti pro muliere: vt supra, eo. l. si mulier contra senatusconsul. §. fina.
g *Ne in mulierem.* quę etiam ipsa pro alio intercesserat. Accursius.
h *Ita mihi.* qui vere fideiussor non sum.
i *Paulo.* id est, parum habendum. hoc est vnũ argu. Aphricani, cui Iulianus non respon. sed tu respondebis, prout solues eius dictum. Ac.
k *Existimaui.* scilicet ego Aphricanus.
l *Non sit.* nec hoc, nec superiori casu.
m *Sicuti.* hoc est aliud arg. Aphricani, cui Iulianus respondet.
n *Mulier.* non existẽs ipsa obligata: vt supra, eo. quamuis. §. plane.
o *Quæ.* scilicet iã dicta, alias quem. s. casum.
p *Comparari ait.* scilicet Iulianꝰ de quo fuit habita mentio. ſ. ea. l. ij. rñ. Sed male dicit: & omnia verba sequẽtia sunt Iulia. & sic qđ dicit in fine q̃ certe &c. male dicit: & sic stamꝰ in respõsione, quã modo fecit Aphricanꝰ. Vel distingue, an creditor fuit hic machinatus: & tũc tenet, qđ hic dicit Iul. an non: & tunc tenet dictum Aphric. vt ar. j. eo. l. fin. §. antepe. sed secundũ hoc quod dicis habere locũ Vell. si creditor machinatus est. qualiter respondebis illi ar. quòd fuit tale, vt pinde debeat haberi in quæstione proposita, ac si pecuniam numerassem mulieri: & ipsa tibi, & tu mihi? respon. hoc casu subiicit pro alio: si ad machinationem creditoris fiat: quod probo. quia ego subij obligationẽ pro ea: vnde etiam ipsa onꝰ huius obligationis sustinet: vt infra, eo. si decipiendi. in. §. fina. ergo & ipsa subiisse videtur. Accursius.
q *Quando.* pro quia.
r *Transtulerit.* ex postfacto.
s *Noluit.* & sic hic mulier habet Velleia. secundum Iul.
t *Si pro vno reo.* De duobus. Accursius.
u *Intercesit.* scilicet animo nouandi: vt sic vterque liberetur. aliàs quare restitueretur? & facit. ſ. eo. l. quamuis. §. quãquam.

Si pro aliquo.] CASVS. Mulier pro Titio apud creditorẽ animo nouandi intercesit: illa pecu. in rem mulieris cõuersa est.

rem, & pro eo mulier intercedere vellet[a], nec tu mulieris nomen propter senatusconsultum sequereris[b]: petiit à me[c] mulier mutuam pecuniam, solutura tibi: & stipulãti mihi ꝓmisit, ignoranti[d] in quam rem mutuaretur: atque ita numerare me tibi iussit. deinde ego, quia ad manum nummos non habebam, stipulanti tibi promisi. Quæsitum est, si eam pecuniam à muliere[e] petã, an exceptio senatusconsulti ei prosit? Respondit. Videndum, ne non sine ratione dicatur, eius loco, qui pro muliere fideiusserit, haberi me debere: vt quẽadmodum[f] illi, quamuis ignorauerit mulierem intercedere, exceptio aduersus creditorem datur, ne in mulierem[g] mandati actio competat, ita mihi[h] quoque aduersus te vtilis exceptio detur, mihíque in mulierem actio denegetur: quando hęc obligatio *periculo mulieris futura sit. Et hæc paulo[i] expeditius dicẽda[sunt,] si priusquam ego tibi pecuniam soluerim, compererim eam intercesisse. Cæterum si ante soluerim, videndum, vtrùmne nihilominus mulieri quidem exceptio aduersus me dari debeat, & ego tibi condicere pecuniam possim: an verò perinde habendum sit, ac si initio ego pecuniam mulieri credidissem, ac rursus tu mihi in creditum isses. Quod quidem magis dicendum existimaui*[k]: vt sic senatusconsulto locus non sit[l]. sicuti[m] & cum debitorem suũ mulier[n] deleget, intercesioni locus non sit. Quæ[o] postea nõ rectè comparari ait[p]: quãdo[q] delegatiõe debitoris facta, mulier non obligetur: at in proposito alienam obligationem in se transtulerit[r]: quod certè senatus fieri noluit[s].

Actio restituitur contra omnes, qui ex interceſsione mulieris liberati sunt. Paul. de Cast.

XX. IDEM libro octauo Quæstionum.

SI pro vno reo[t] intercesit[u] mulier, aduersus vtrumque restituitur actio creditori.

Si mulier intercedit in rem suam animo nouandi: non iuuatur Velleiano. Bartolus.

XXI. CALLISTRATVS libro tertio Institutionum.

SI pro aliquo mulier intercesserit[x]: sed in rẽ eius, quod acceptum est, vertatur: * exceptio senatusconsulti locum nõ habet, quia nõ fit pauperior[y]. ¶ Item si quid liberaliter[z] fecerit, veluti ne iudicatus pater ei[a], propter solutionem vexetur: non erit tuta senatusconsulto [Velleiano.] Oneribus[a] enim earum senatus succurrit[b].

Mulier quæ ex interceſsione non damnificatur, Velleiano non iuuatur. Bartolus.

XXII. PAVLVS libro sexto Regularum.

SI mulieri dederim pecuniã, vt eam creditori meo soluat, vel expromittat: si eà ꝓmiserit, locum non esse senatusconsulto Pomponi[a] scribit, quia mãdati actione obligata, in rem suam[c] videtur obligari.

Mulier quæ scienter verum non respondit: Velleiano non iuuatur. secus si ignoranter. Bartolus.

XXIII. IDEM libro singulari ad senatusconsultum Velleianum.

SI mulier in iure interrogata responderit se hæredem esse: si sciens se hæredem non esse, respoderit: minimè[d] intercesisse videri: quia decepit. Quòd si existimauit se hæredẽ [esse,] & eo nomine decepta[e] responderit: in eam[f] actionem quidem dari plerique existimauerunt: sed exceptione senatusconsulti adiuuari.

Si mulier debitrix delegatur, non iuuatur Velleiano. secus si aliquid promittat creditori, ne recipiat suam delegationem.

XXIIII. IDEM libro singulari de Interceſsionibus Fœminarum.

A an habeat Vell. dicitur, q̃ non. Sed quid si accepit mutuo pecu. & patrem liberauit, qui tenebatur iudicati: nũquid habet Vell? Et rñ. q̃ nõ: quia nõ intercesisse videtur, sed donasse. hoc in secũda. Vi.
x *Intercesserit.* pro procuratore suo. Accursius.
y *Pauperior.* sic. j. l. ꝓxi. &. ſ. e. l. sed & si eũ. &. l. aliquando.
z *Liberaliter.* forte sine vsuris credẽdo. Vel dic, soluit pro patre, cũ nõ esset ꝓ eo obligata.
a *Oneribus.* fideiussoris.
b *Succurrit.* nõ donãti: vt. ſ. eo. sed si ego. in fi. &. j. eo. bona fi. §. fin. &. l. fi. j. respon. Acc.

Si mulieri.] CASVS. Habebam creditorem: dedi mulieri. x. vt caueret creditoribus, vel expromitteret: an habeat locum Velleia? Dicitur, quòd nõ: sed tenetur, cũ pecunia in rẽ suam versa est. Vi. * *Flo. veraretur*
c *In rem suam.* propter pecuniam. quæ ad eum peruenit sic. ſ. l. proxi. j. rñ. & l. si mulieri soluero. Accursiꝰ.

Si mulier.] CASVS. Titiꝰ tenebatur mihi in. c. decesit hærede relicto: volo conuenire hęredem. mulier interrogata, an esset hæres: respondit se hæredem esse. an non habebit locum Velle? Et distingue. aut animo decipiẽdi respõdit se hæredem esse, & non habebit locum Vell. aut nõ: quia credidit se hęredẽ esse. primo casu nõ est tuta: secundo sic. Vi.
d *Minime.* immo hoc casu magis, quàm in alio ſtercedere videtur: sed non videtur intercedere, vt iuuetur: qa decipit: vt subiicit. & j. eo. si decipiendi.
e *Decepta.* hanc eandem distinctionẽ adhibendã credo cũ respõdit seruũ alienum esse suum: vt infra, eo. si mulier inter.
f *In eam.* tãquam in hæredem. Accursius.

Debitrix.] CASVS. Mulier debebat mihi. x. delegaui eã creditori meo, & ei ꝓmisit: vtrum iuuetur Vell? Dicitur, q̃ non. sed si ꝓmisit aliquid ne delegẽt, certe iuuabit. [SI SENATVSCONSVLTI.] Mulier pro Titio intercesit, & soluit: an statim mihi in veterẽ debitorẽ debet restitui act. nõ expectato, q̃ cõdicat à me? & rñ. q̃ statim, ex quo intercesit. [SI PRO EO.] Tenebatur mihi Titius rediibitoria. intercesit mulier ꝓ eo animo nouãdi: restituitur postea act. pro rata tẽporis: vt si supererãt quatuor mẽses, act. mihi restituat pro eadẽ rata: licet statim postquã mulier intercesit, cum competierit restitutio à lege data: non tamen præscribitur contra act. donec ab homine fuero restitutus, secundum quosdam. sed verius est, vt currat tempus residuum à tempore interceſsionis,

tercessionis, quod idem est quod tempus restitutionis. Viuianus.

a *Non vtetur*.vt.C.e.l.ij.Accursius.

b *Promisit*.creditori,ne reciperet intercessionem.Accursius.

c *Intercessisse*.Melius dixisset contrarium.sed hoc ideo,quia cũ creditor habeat pretium intercessionis:ipsam intercessionem recepisse videt:vnde obstat ei exceptio.Acc.

d *Et non expectandã*. id est,q̃ soluat mulier, & repetat.Accursius.

e *Restituetur*.s.per iudicis officiũ,vt dicunt, non per legem: & hoc bene sequitur, post restitutionẽ.& quod dicit,quamuis &c. exponunt, impetrato.s. beneficio restitutionis:tu dic,quòd restitutio fit per legẽ ipso iure primæ actionis ad residuũ tempus,non totius: licet videretur, q̃ noua restituta deberet habere tãtum tempus, quãtum ab initio habuerit pro prima.Item & alia ratione videbatur eam perpetuã:quia fit à lege restitutio:vt instit. de perpe.ac. in prin. Sed tamen est cõtra:vt hic, &.ff.de minor.l.fi.

f *Quamuis*.quia dixit, post restitutionem, videbatur esse interuallum. & ad hoc aduersatur,quamuis.

g *Statim atque*.id est, postquam.

h *Competierat*. actio pristina.s.restituta per legem:vt dixi.

Si domina.]*CASVS.* Mulier iussit,vt seruo mutuaretur.tenebitur quod iussu, neque iuuabitur Velleia.si vero pro seruo fideiussit, nec in rem eius pecunia versa est,iuuabitur.

i *Honoraria*. scilicet quod iussu.

k *Tenebitur*.vt supra, quod iussu.l.iij.§.j.

l *Fideiusserit*.qđ potest facere dominꝰ pro seruo:vt instit.de fideiuss.§.j.

m *Fecerit*.vt si seruus accepit mutuam pecuniam ad conuertendũ in facta dominę: vt q̃ volebat de ea reficere domum dominę, vel quid aliud simile facere:& tunc si domina se obligauit pro seruo fideiubendo pro eo, bene tenet. sic & aliàs si fideiubendo faciat factum suum, bene teneretur: vt supra,eo.l.aliquando.

Si mulier.]*CASVS.* Seruus Titi fecit mihi damnum.volebam conuenire Titium act.noxali.mulier in iure confessa est animo intercedendi seruum suum esse: nunquid iuuabitur? Dicitur, quòd sic, si nõ animo decipiendi respondit. si vero credebat eum seruum suum esse sibi bo.fi.seruientem: non videtur intercessisse. Viuianus.

n *Vtetur*. hic distingue: vt supra, eo. si mulier in iure.

o *Intercessisse*. quia quodammodo dicit verum: vt infra, de adul.si postulauerit.§.de eo.Accursius.

Bona fide.]*CASVS.* Mutuaui mulieri.x. malens agere cum muliere, quam cum marito: ea conuertit in rem communẽ suam & mariti: an iuuetur Vell. quasi pro alio se obligauerit? Dicitur,quòd non.Cætera plana sunt vsque ad.l.Seia.

Debitrix mulier à creditore delegata:pro eo,cui delegata est, promisit. Non vtetur[a] exceptione.Sed si pecuniã promisit[b] ne delegetur, intercessisse[c] videtur.

Per senatusconsultum actio statim restituitur in pristinum debitorem, in eo statu, in quo erat.Bartolus.

℣Si senatuscõsulti beneficium interuenerit:vtrum statim,cum mulier intercesserit,actio in prio rem debitorem competit:an si mulier solutum condicat? Puto statim, & non expectandam[d] solutionem.℣Si pro eo,qui tẽporali actiõe teneretur, mulier interceſſerit,tẽporalis actio restituetur[e]:sic tamen,vt ex præcedenti causa continua tempora numerarentur post restitutionem:quamuis[f] statim, atq; interceſsit mulier,cõpetierat[h].

Iussus non est intercessio: sed fideiussio. Bartolus.

XXV. MODESTINVS libro singulari de Euerematicis.

Si domina seruo suo credi iusserit,actione honoraria[i] tenebitur[k]. Quòd si pro eo fideiusserit[l], exceptione senatuscõsulti Velleiani iudicio cõuenta,aduersus creditorẽ tueri se poterit,nisi pro suo negotio hoc fecerit[m].

Idem dicit,quod lex, si mulier.ff.eo.licet in terminis differat.Paul.de Cast.

XXVI. VLPIANVS libro trigesimoseptimo ad Edictum.

Si mulier intercedendi animo seruum alienum suũ esse responderit: quasi interceſserit,auxilio senatusconsulti vtetur[n]. Planè si pro bona fide seruiente sibi responderit, non videtur interceſsisse[o].

Velleia.non præiudicat ei,qui non putat mulierem intercedere Bartolus.

XXVII. PAPINIANVS libro tertio Responsorum.

Bona fide[p] personã mulieris in contrahendo secut[q], ob ea,quæ inter virum & vxorem accepta pecunia gesta sunt[q], exceptione senatusconsulti nõ summouetur.

Mulier contrahens cum seruo,Velleiano non iuuatur.Bartolus.

℣Cum serui ad negotiationem præpositi,cum alio contrahentes,personam mulieris, vt idoneæ sequũtur[r]:exceptio senatusconsulti dominum summouet: nec videtur deterior causa domini per seruũ fieri[s],sed nihil esse domino quęsitum[t],nõ magis quàm si litigiosum prædium seruus, aut liberum hominem emerit.

Mulier quæ intercedit in rem suã, Velleiano non iuuatur.Bartolus.

℣Vxor debitricem suam viro delegauit, vt vir creditori ei[u] pecuniam solueret. [Et] si fidẽ suam pro ea, quam delegauit, apud virum obligauerit: locũ exceptio senatusconsulti non habebit: quia mulier suum negotium gesit[x].

Verba enũtiatiua à testatore prolata, creditoribus non præiudicant.B.

XXVIII. SCAEVOLA libro primo Responsorum.

Seia mancipia emit, & mutuam pecuniam accepit sub fideiussore marito:eámque soluit venditori. postea maritus decedens non soluẽdo,in fraudem creditoris cauit testamento, se eã pecuniam vniuersam debere[y]. quæritur,an interceſsisse[z] mulier videretur? Respõdi,secundum ea quæ proponerẽtur,non interceſsisse.

Mulier quæ rem suam obligat, vt pecuniam pro alio soluat:iuuatur Velleiano aduersus creditorem scientem.Bartolus.

℣Fundum[a] vxoris suæ maritus obligauit Sempronio ob conductionẽ[b]. mox mulier à Numerio sua fide mutuam pecuniam acceptam sub obligatione eiusdem fundi, soluit statim Sempronio pro marito[c] suo. Quæsitum est, an aduersus senatusconsultum obligata[d] sit? Respondi, si Numerius scisset eam intercedere[e]: fore

p *Bona fide*. scilicet creditor.

q *Gesta sunt*. in simul in communem rem forte impendendo: vt supra, eo.vir vxo.§.fi. & facit.ff.eo.sed si ego.

r *Sequuntur*. accipiẽdo eam in fideiutricẽ.

s *Per seruũ fieri*. quod esse non potest: vt infra,depos.l.pe.

t *Quæsitum*. quod potest esse:vt.C.de acquir. pos.l.fi.

u *Creditori eius*. scilicet mulieris.Acc.

x *Gesit*.sic.ff.eo.si mulieri dederim.

Seia.]*CASVS.* Mutuaui mulieri.c. & maritus pro ea fideiussit: testamentum fecit matitus, in quo cauit se teneri mihi principaliter, & vxorem nomine fideiussorio: & hoc fecit in fraudem aliorum creditorum: vt tanto minꝰ esset de bonis suis, ex quibus eis satisfieret: an videtur interceſsisse ꝓpter mẽdacium viri? Dicitur, quòd non.[*FVNDVM.*] Vir fundum vxoris suæ obligauit pro.c. mulier accepit.c. à Titio, vt fundum liberaret.an videtur Velleia. locum habere: vt sic teneatur cum effectu Titio? Distingue. aut Titius sciuit eum accipere pecuniam in causam mariti: aut nõ. primo casu iuuatur:secundo non.Viuianus.

y *Debere*. principaliter: vt per hoc mulier,quod de suo soluit, repetat: vel per actionem manda. vel negest.& sic tanto minus aliis creditoribus soluetur: vel repetatur ab eo cui soluit,cõdictione sine causa.Acc.

z *Interceſsisse*.qa hoc verbis suis testator innuit: sed falsum erat: & ideo subiicit, non præiudicare veritati.Et *Falso* sic not. q̃ falsa verba tes testãtis nõ præiudicãt veritati:vt.ff.ad Syllã.si *præ* veritati:vt.ff.ad Syllã.si

quis in graui.§.j.&.ff.de pig.act.Gaiꝰ.&.C.de iur.delib.cũ aliꝙ.

a *Fundum*. scilicet non dotalem.

b *Conductionem*.cõduxerat maritus à Sempronio aliquam rem, pro cuius pensione præstãda obligauit maritus fundũ vxoris suæ.

c *Pro marito suo*.id est,pensione quam debebat maritus. Acc.

d *Obligata*. scilicet Numerio.

e *Intercedere*.i.hanc pecuniã in causam mariti accipere. sed videtur q̃ etiã si sciuit creditor,sibi nõ nocet:vt.C.e. si fœnebris. &.l.si aduersarius.quę sunt cõtra. Solu.hic iã erat res ei[ꝰ] obligata: ibi

BIU Cujas

ibi nó. Vel hic eo animo accepit, vt soluere in causam mariti: ibi non, sed mutauit postea voluntatem, secundum M. Vel refert hic se ad illam intercessionem quã fecit patiendo maritum rem suam obligare Sempronio: quæ est quasi intercessio: vt. C. eo. si sine. ibi, ad mutuum factum mulieri. vel hic fuit fraus facta senatusc. quia cũ fideiusserat pro marito, maluit creditor mulieri dare pecuniã: vt. ſ. eo. quamuis. §. si cũ essem. &. j. l. proxi. Ac.

a *Senatusconsulto.* Velleia.

Quidam.] CAVS. Titius mutuaturus pecu. duobus hæredibus Sempronij: non habés plenã fidem de eis, numerauit vxori testatoris: & ab ea accepit pignora. mulier numerauit hæredibus: & quasdam res accepit in pignore. an mulier iuuetur? Et respó. quòd sic: & subducuntur pignora: & dat institoria in hæredes. Sed nũquid res quas obligauit mulier, sint Titio obligatæ? Dicitur, quòd non de rigore iuris: secus de æquitate. [PAVLVS.] Mutuatur[9]. x. Titio, volebat Titius mihi dare mulierem fideiussoré. nolui: sed cum muliere contraxi: & postea Titius fideiusit. an iuuetur mulier? dicitur ꝙ sic: quia quicquid est in fraudem senatusco. factum, ratum habẽdum non est. Viuianus.

b *Dederit actionem.* ſ. restitutoriã: vt supra. e. quáuis. §. si cum essem. Et sic no. per hanc legem, quòd hæc institoria datur scienti creditori: sed non dolum cõmittẽti: vt. j. de fideiuſ. si. l. Titius. §. fin. Ac.

c *In res.* id est, nomine earum rerum.

d *Paulus respondit.* ſ. generaliter. & sic sit hic. §. vel sine. §. & dic, scilicet generalius.

Si decipiendi.] CAVS. Si mulier pro aliquo intercesit, induens vestes viriles, vt sic creditoré deciperet: an iuuetur? Dicitur, quòd non. [PROCVRATOR.] Ad mandatum mulieris aliquis pro Titio fideiusit. an iuuetur iste? Dicitur, quòd sic.

e *Decipiendi animo.* forte induit se veste virili. Accursius.

f *In dolum.* i. propter dolũ. & ex hoc collige, ꝙ creditor putabat eã teneri. aliàs nó videret decept[9]: vt. j. de re. iur. nemo videtur. & j. de act. ép. l. j. in fi. & est exẽplũ. ſ. si mulier ſ iure. &. j. l. fi. §. ãtepe.

g *Non excludit.* vt supra. e. l. j. §. verba. &. l. si mulier in iure. &. C. eo. l. si sine. §. fi. &. l. fœmina. Accursius.

h *Procurator.* scilicet mulieris.

i *Adiuuatur.* si creditor sciuit: alioquí nõ iuuat: vt. ſ. e. si fideiusso res. &. j. eo. l. fi. §. antepe. & facit. ſ. eo. si mulier cõtra senatusco. §. fi. &. l. tutor. in fi. aliàs non adiuuetur. ſ. procurator per Velleianũ.

k *Actio intercidit.* subaudi. nisi per Velleianum.

l *Si mulier. Repetere.* ab eo cui soluit. Accursius.

m *Agere.* contra eum pro quo fideiusserat.

n *Cauere.* forte non poterit probari mulierem soluisse.

o *Audienda est.* & sic in procuratore qui exceptionẽ in sua persona habet: vt infra, manda. idemque. §. pe. & sic. j. de fideiuſ. seruo inscio. &. l. seq. &. l. si seruus alij. &. ſ. de mino. si iudex. Accur.

Si mulier hæredi.] CAVS. Titio debebat mihi. c. decesit, & mulierem hæredẽ instituit, hæc mulier hæreditatẽ adiuit. an possit iuuari Vell. vt mihi non soluat ista. c? Rñ. ꝙ non: quia non per omnia mulier est priuilegiata, sicut minor xxv. an. nisi forte dolo meo creditoris hereditaté adierit. [SI MVLIER.] Intercesit mulier pro Titio, & pignora dedit. subducta muliere, in veteré debitoré act. pristina restituta, si mulier agit ratiõe pignoris, & pignus & fructꝰ pignoris restituent: & si deterior res facta est: dãnũ æstimabit. hoc in prima. Sed quid si creditor iure crediti vẽdat: an mulier possit ab emptore auocare? Dicit, ꝙ sic: quia posset à vẽditore: neq; debet esse melioris cõdit. emptor quàm vẽditor. hoc ĩ secũda. [ITEM SI.] Titi[9] tenebat mihi in. c. vxor sua dedit mihi fundũ in solutũ, vt accepto ferrẽ viro: si mulier vindicet fundũ auctoritate Vell. & excipiam quia vendita & tradita res est, replicabit ꝙ cõtra senatusco. Vell. celebrata erat vẽditio. hæc sunt vera, siue ego emerim, siue alium quem supposuerim qui emeret, vt sic mulier fundo suo careret. hoc in persona viri. idẽ est si pro alio quàm ꝓ viro ré suam tradidisset. [SI MVLIER.] Mãdauit mulier Titio vt fideiuberet ꝓ Scio, cũ ipsa non posset: an Titio cõpetat exce. Vell. Videtur, ꝙ nõ: quia totũ senatusco. loquitur de petitione nõ danda contra mulieré. Distingue. aut creditor recepit Titiũ in fraudẽ senatusc. vt ipsa nõ intercederet: & hoc sciuit, aut ignorauit. Primo casu obstat creditori excep. secundo nõ: nisi Titi[9] sciuisset quo casu non aget Titius mand. contra mulierem obstante Vell. & Titius creditoti erit obligatus. secus si Titius ignorasset. [SI MVLIER.] Mulier pro Titio intercesit animo nouandi & liberandi eum: creditor volens agere restitutoria aduersus Titium: obtulit se mulier, dicés se paratam subire iudicium: neque velle opponere Vell. an sit audienda? Et dicitur, quòd sic: & cauebit se non vsuram excep. Vell. [INTERCEDERE.] Si pro alieno seruo intercedat mulier, qui ciuiliter obligari non potest: an iuuetur? Dicitur, quòd sic. sed in dominum &c. vt in litera. Viuianus.

p *Hæreditatem.* sibi delatam. Accursius.

q *Alicuius.* mortui.

r *Vix.* id est, nullo modo. sic supra. e. l. tutor. in prin.

s *Id conceptum sit.* vt adeat mulier.

t *Mulier.* vt supra, de mino. l. si apud.

u *Etiam.* q. d. non solum rem.

x *Liberos.* id est, tanquam non obligatos.

y *Aestimetur.* scilicet damnum. Accursius.

Mulier intercedens iuuatur Velleiano: & actio restituitur in principalem debitorem & pignora. Bartolus.

XXIX. PAVLVS libro sexto-decimo Responsorum.

QVidam voluit hęredibus Lucij Titij mutuam pecuniam dare, & cum eis contrahere: sed quoniã facultates eorũ suspectas habuit, magis voluit vxori testatoris dare pecuniam, & ab ea pignª accipere. mulier eandem pecuniam dedit hæredibus, & ab his pignus accepit. Quæro, an intercesisse videat: & an pignora, quæ ipsa accepit, teneantur creditori? Paulus respondit, si creditor, cum contrahere vellet cum hæredibus Lucij Titij, cuitatis his, magis mulierem reã elegit: & in ipsius persona senatusconsulto quod de intercessionibus [fœminarum] factum est, locum esse: & pignora ab ea data non teneri. eas autem res, quas mulier ab iis, pro quibus intercedebat, pignori accepit: creditori mulieris obligatas nõ esse: sed non sine ratione prætorem facturum, si non tantum in persona subducta muliere,* in principales debitores dederit actionẽ[b]: sed etiã in res[c], q̃ mulieri obligatæ sunt. ſ Paulus respondit[d] ea, quæ in fraudem senatusconsulti quod de intercessionibus fœminarum factũ est, excogitata probari possũt, rata haberi non oportere.

Mulier decipiens non iuuatur Velleiano. Bartolus.

XXX. IDEM libro secundo Sententiarum.

SI decipiendi animo[e], vel cũ sciret se non teneri, mulier pro aliquo interceſſerit: exceptio ei senatusconsulti non datur. Actionem enim, quæ in dolum[f] mulieris competit, amplissimª ordo nõ excludit[g]. ſ Procurator[h] si mãdatu mulieris ꝓ alio interceſſerit, exceptiõe senatusconsulti Velleiani adiuuatur[i]: nec aliàs actio intercidit[k].*

Adeundo non videtur quis intercedere: nisi fraus creditoris interceſſerit. B.

XXXI. IDEM libro primo ad Neratium.

SI mulier,* quod ex interceſſiõe soluit, nolit repetere[l]: sed mandati agere[m], & cauere[n] velit de indemnitate reo: audienda est[o].

Velleianum prodest aduersus eum cum quo contraxit mulier, & successori eius ad rem & ad fructus. Bartolus.

XXXII. POMPONIVS libro primo Senatusconsultorum.

SI mulier hæreditatem[p] alicuius[q] adeat, vt æs alienum eius suscipiat: vix est[r], vt succurri ei debeat: nisi si fraude creditorum id cõceptum sit[s]. Nec enim loco minoris vigĩtiquinque annis circũscripti per omnia habenda est mulier[t].

Mulier, quæ intercedẽdo dedit pignora: potest ipsa vna cum fructibus & omni deterioratione repetere tam à creditore, quàm etiam ab alio qui habet causam ab eo. Pau.

ſ Si mulier rem à se pignori datam per interceſſionem, recipere velit: fructª etiã[u] liberos[x] recipit. Et si res deterior facta fuerit eo nomine, magis [est vt] æstimetur[y]. Sed si creditor, qui pignus per interceſſionẽ accepit, hoc alij vendidit: vera est

* *Flo. ne al. actio intercidat*

* *Flo. Paulus. si mulier*

a *Melioris conditionis.* Not. regulam: vt infra, de reg. iu. l. in his. §. non debeo. &. C. eo. si sciens. &. ff. de rei vind. l. redeptores. §. j.
b *Item si mulier.* scilicet intercessura.
c *Referret.* id est, accepto ferret. Vel dic id est compensaret.
d *Sed replicabitur.* immo videtur quòd non replicet: vt. C. eo. l. senatus. in fi. quę est cõtra. Sed ibi nec maritus emit, nec alium interposuit: sed mulier ipsa emptorem inuenit. Itẽ contra supra, eo. l. quãuis. §. interdũ. &. §. plane. Sed ibi voluit delegare: hic intercedere: quare secus si deinde.
e *Facta sit.* subaudi, recte excipieres tu ẽptor: sed quia est facta cõtra senatusconsul. Velleia. non recte excipis. Ac.
f *Quo,* pro vt. Accur.
g *Debitore.* alicuius.
h *Tradidit.* non animo donãdi. aliàs cõtra ff. e. sed si ego. &. l. seq.
i *Totus.* videtur quòd nõ potest. totꝰ enĩ &c.
k *Excludendum.* quid si ego mandatarius nesciui quòd faceret ad hoc vt alienam obligationemĩ se susciperet? Respon. forte non iuuatur mulier: ar. ff. e. si fideiuss. Vel q̃d si putabã ipsam posse ĩtercedere?
Velleiano mulier renuntiare potest.
l *Non vsuram.* Not. quòd potest renuntiari huic se. con. vt hic, &. C. quãdo mu. tu. of. fun. potest. l. fi. & ĩ aut. vt ma. debi. &c. §. quia vero. col. v. secus ĩ Maced. vt dixi supra, ad Mace. tametsi. & hoc accipe si est certiorata de beneficio sibi cõpetenti. aliàs non: vt supra, de transact. l. cum Aquilia. Sed si renuntiat, nũquid semper præsumitur certiorata? Argu. q̃ sic, insti. de fideiuss. §. fi. & de inuti. stip. §. si scriptum. Sed quid præsumemus in dubio? Dicere potest, q̃ cum ignoret leges quod ei permittitur: vt. C. de iur. & fac. igno. l. fin. quòd resignatio non valeat, secundum Iaco. Sed forte hic secus, cum non sit hoc beneficium restringendum: vt argu. infra, de li. & posthu. cum quidam. intercedere non possit scilicet ciuiliter: vt subiicit, & infra, de reg. iu. l. in personã seruilẽ. sed naturaliter sic. aliàs fideiussor accedere nõ posset: vt. j. de reg. iur. l. cũ principalis. & facit. ff. e. sed si q̃ alieno.

eorum opinio, qui petitionem dandam ei putant, & aduersus bonæ fidei emptorem: ne melioris conditionis [a] emptor sit, quàm fuerit venditor.

Si mulier vendiderit fundum pro alio: iuuatur Velleiano. Bartolus.

℣ Item si mulier [b] creditori viri fundum vendidit, & tradidit, ea conditione, vt emptor acceptã pecuniã viro referret [c], & hunc fundum vindicat: exceptio quidem opponitur ei de re empta & tradita: sed replicabitur [d] à muliere. *Aut si ea venditio contra senatusconsultum facta sit* [e]. & hoc procedit siue ipse creditor emerit, siue ĩterposuerit aliũ, quo [f] mulier ea ratione careat re sua. Idẽ est, & si nõ pro viro, sed q̃ alio debitore [g] rẽ suã tradidit [h].

Si alius mandato mulieris intercedit: exceptioni Velleiani est locus, si creditor hoc scierit. aliàs secus. Bartolus.

℣ Si mulier, ne ipsa ĩtercederet, alij mandarit, vt id faceret: an in huius persona locus huic senatusconsulto sit, qui rogatu mulieris id faceret? totus [i] enim sermo senatusconsulti ad petitionem non dandam aduersus ipsam mulierem, spectat. Et puto rem ita esse distinguendam, vt si quidem creditor, cui me obligaui, mandante muliere, hoc in fraudem senatusconsulti egisset, ne ipsa interueniret contra senatusconsultum, daret autem alium: excludẽdum [k] eum exceptione fraudis senatusconsulto factę. Si verò is ignorasset, ego autem scissem: tunc mandati me agentem cum muliere, excludendum esse: me autem creditori teneri.

Si mulier in iudicio exceptioni Velleia. renuntiat: Velleiano non iuuatur. Bartolus.

℣ Si mulier pro eo, pro quo intercesserit, iudicium parata sit accipere, vt non in veterem debitorem actio detur, quoniam senatusconsulti exceptionẽ opponere potest: cauere debebit, exceptione se non vsuram, [l] & sic ad iudicem ire. ℣ Intercedere [autem] mulierem intelligendum est, etiam pro eo qui obligari non possit: veluti si pro seruo alieno intercedit. Sed rescissa intercessione, in dominũ restituenda est actio.

DE COMPENSATIONIBVS.

Quia in creditis principalibus & accessoriis de quibus est dictũ, obiicitur compensatio: ideo de ea ponit. Vel, dixit de exceptione Velleia. nunc de ea quæ fit per compensationem.

Compensatio.]CASVS. Debebas mihi, x. ego tibi alia. x. si petas à me, obiiciam tibi compensationẽ: quæ necessaria est: quia magis ĩterest nõ soluere, quàm repetere solutũ.

m *Debiti.* ab vtraque parte. Accursius.
n *Inter se.* scilicet contrahentes.
o ℣ *Nusquisque. Cõpensare.* tantũ quantũ debet. Sed fallit hoc ibi in casibus: vt dices infra, eo. l. ob negotium. Accursius.
p *Deo. Interest.* propter laborem & expensas quæ fiũt in iudicio: & propter morã iudiciorum: vt supra, de pec. quod debetur. Et sic est bona ratio, vt hic, & infra, de fideiuss. l. si stipulatus esses. in fi. j. respon. Accursius.

DE COMPENSATIONIBVS.
TITVLVS II.

1. MODESTINVS libro sexto Pandectarum.

COmpensatio, est debiti [m] & crediti inter se [n] contributio.

II. IVLIANVS libro nonagesimo Digestorum.

VNusquisque creditorẽ suũ, eundemque debitorem petentem summouet, si paratus est compensare. [o]

III. POMPONIVS libro vicesimoquinto ad Sabinum.

IDeo compensatio necessaria est: quia interest [p] nostra, potius non soluere, quàm solutum repetere.

Fideiussor potest compensare quod debetur reo principali, & sibi. hoc dicit cũ. l. seq. Bartolus.

IIII. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

VErum est, (quod & Neratio placebat, & Põponius ait) ipso iure eo minus fideiussorem [q] ex omni contractu debere, quod ex compensatione reus retinere potest. Sicut enim cum totum peto à reo, malè peto: [r] ita & fideiussor nõ tenetur ipso iure in maiorem quantitatẽ, quam reus cõdemnari potest. [s]

V. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

SIquid à fideiussore petetur, æquissimum est eligere fideiussorem, [t] quod ipsi, an quod reo debetur, compensare malit. Sed & si vtrunque velit compensare, audiendus est.

VI. VLPIANVS libro trigesimo ad Sabinum.

q *Fideiussorem.* scilicet acceptum, postquã reus potuit cõpensare.
r *Male peto.* quia per exceptionem repellor: vt. ff. quando dies. vsusfruct. leg. ce. l. j. in fi. vn de patet quòd ipso iure nõ sit compensatio: vt dices infra. l. proxi. Circa fideiussorem tamen distingue hic, cũ fideiussor est acceptus: aut postquam compensare reus potuit, aut ante. Si post: aut in certam summam, aut ita: si deiubes pro illo quod ille debet? In primo casu tenetur: sed obiicit compensationem vt infra, de fideiuss. si stipulatus. quæ est contra. In secundo ipso iure non tenetur, vt hic in eo quod obiicitur cõpensatio à reo: quia verba cum effectu sunt accipienda: ar. infra, de ver. sig. si debitor. & l. creditores. & de verb. obli. l. eum qui. §. quotiens ibi, verum dices &c. & supra, ne quis eũ qui in ius vo. vi exil. li. per. §. docere. & infra, de iur. do. si ego. & ff. e. Si autem antequã reus compensare posset, acceptus sit fideiussor, tenetur insolidum, sed exceptionem compensationis habet: vt. C. de except. l. defensiones. & de fidu. tu. l. j. Acc.
s *Cõdemnari potest.* cõposita compensatione à reo.

SI quid.]CASVS. Debebas mihi x. & ego tibi alia. x. habui si deiussorem cui similiter ego tenebar: an fideiussor posit eligere, velit compensare debitum suum: an rei scilicet tui? Et respon. quòd sic. & hoc in prima. Sed & si velit vtrunque compensare: an sit audiendus? Respon. quòd sic. & hoc intellige vsque ad concurrentem quantitatem. hoc in secunda. Viuianus.
t *Eligere fideiussorem.* Fideiussor debitum suum & rei compensat: vt hic: sicut pater filij, & ecõtra, scilicet filius cõuenit id quod debetur patri, compensare potest. Item dominus serui: vt. j. eo. l. cum filio. & procurator in rem suam in tribus casibus: vt. j. eo. l. in rem. §. creditor. Item socius: vt. j. de duo. re. si duo. aliàs aliena debitum

BIU Cujas

debitum nemo compensat: vt.C.eo.eius.& infra,eo.l.in rem. §. creditor. Item nunquid compensatio valet ipso iure? quidam q sic: adeo vt hominis factum non sit necessarium.arg.pro eis insti.de act.§.in bonæ fi. & arg.C.eo.l.fin.in prin. Tu dicas in delictis fieri ipso iure: vt dices infra,eod.si ambo. Item quo ad impediẽdum cursum vsurarum:vt infra,eo.cum alter. Cum enim ipsæ debeãtur pro mora,nõ est in mora qui habet exceptionem: vt supra, si cert.pet.l. lecta.aliàs autem non ipso iure, sed demũ opposita ab homine.& ad hoc est infra,eo. quod Labeo. nam si ius compensaret, non esset in hominis potestate: quod ibi dicit. Item pro hoc est quod hic dicit, &. ff. l.prox.& quod dicitur fieri ipso iure, quandoque sup. si opponatur ab homine.

ETiam quod naturâ debetur, venit[a] in cõpẽsationẽ.

De debito in diem potest obiici compensatio, licet ante diem peti non possit. Pau.

VII. IDEM libro vicesimo octauo ad Edictum.

QVod in diem debetur, nõ compensabitur[b] antequã dies veniat, quãquam dari oporteat.[c]

Sententia lata super principali,nõ præiudicat in incidenti quod potest per se stare. Item ei qui succumbit in exceptione, opponitur exceptio rei iudi.si illud idẽ in modum actionis intentat. quod multũ no. Bar.

¶Si rationem compensationis iudex non habuerit, salua manet petitio. Nec enim rei iudicatæ exceptio obiici potest.[d] Aliud dicam, si reprobauit pensationem,[e] quasi non existente debito.tunc enim rei iudicatæ mihi nocebit exceptio.

Debitum litigiosum potest in compensationem deduci. Bartolus.

VIII. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

IN compensationem etiam id deducitur, quo nomine cum actore lis contestata est:ne diligentior quisque deterioris[f] cõditionis habeatur, si compensatio ei denegetur.

Illud quod peti poterat cum adiectione de peculio, deducitur in compensationem. hoc dicit.secundum glo. Bartolus.

IX. PAVLVS libro trigesimo secundo ad Edictum.

SI cum filiofamiliàs aut seruo contracta sit societas, & agat dominus vel pater: solidum per compẽsationem[g] seruamus:[h] quamuis si ageremus, dũtaxat de peculio præstaret.

Filius potest obiicere compensationẽ de eo quod debetur patri, si de rato cauet. Bar.

¶Sed si cum filiofamiliàs agatur:an, quæ patri debeantur, filius compensare possit, quæritur? Et magis est admittendum: quia vnus contractus[i] est: sed cum conditione,[k] vt caueat patrem suum ratum habiturum, id est,non exacturum, quod is compensauerit.

Negligentiæ ad negligentiam admittitur compensatio. Itẽ debita ex paribus causis compensantur. Bartolus.

X. VLPIANVS libro sexagesimo tertio ad Edictum.

SI ambo socij parem negligentiam[l] societati adhibuimus:dicẽdum est, desinere nos inuicem esse obligatos, ipso iure compensatione negligentiæ facta. Simili modo probatur, si alter ex re communi aliquid perceperit, alter tantam negligẽtiam exhibuerit, quæ eadem quantitate æstimatur, compensationem factam videri,& ipso iure[m] inuicem liberationẽ [cõpetere.] Si quis igitur cõpẽsare potens soluerit, condicere poterit,[n] quasi indebito soluto.

Debitum ex delicto compensatur. Bar.

¶Quotiens ex maleficio oritur actio, vtputa ex causa furtiua,[o] cæterorumque[p] maleficiorum: si de ea [re] pecuniarie agitur, q sic.hoc in prima.Idẽ in condictione furtiua,& non in actione furti pecuniariter: vt in primo casu.hoc in secunda. Sed quid si seruus tuus fecit mihi furtum, si conueniam te noxaliter, vel quòd des furem pro noxa, tu velis compensare: an sis audiendus, cum in alia manu sim debitor? Et respon.quòd sic. [*IN STIPVLATIONIBVS.*] Domus tua minabatur ruinam supra domum meam: & mea supra tuam: petij vt caueres mihi, & noluisti: si petas à me quòd tibi caueam: an possim obiicere compen? Dicitur, quòd sic. Sed quid si hincinde cautum sit, & damnum hincinde datum sit, cum agatur ex stipulatu: an damnum cum damno possit compensari? Respon.quòd sic. Viuianus.

a *Venit*,infra,eo.quęcunque.contra. Sol.vt ibi.Accursius.

QVod in diẽ.] CASVS. Si tenearis mihi in.x.debitis in diem: & ego tibi in.x.pure: si petas, non obstabit tibi compen. antequam dies veniat. licet statim debeatur: peti tamen non potest.

[*RATIONEM.*] Tenebaris mihi in. x. & ego tibi in.x. petij: neque opposuisti compensationem: imò opposita fuit:quod est verius, sed non reprobata: aliter non faceret mentionem de excep.rei iud. & mihi condemnatus es.an tuorum.x.remaneat tibi compen.integra,quæritur. Et respon.quòd sic:neque ob.tibi exce.rei iudi.hoc in prima. Si vero opposuisti, & iudex eam non admisit: sed pronuntiauit quòd non fieret: tibi petenti ob.rei iu.exce.hoc in secunda.

b *Non compensabitur.* vt infra,eo.si eo.si cum intra. Accursius.

c *Oporteat.* quia cessit dies: non tamen venit.

d *Obiici potest.* vt hic,& supra,de nego.gest.l.sinautem.§.si quocunque modo.& argu.supra,de his qui no.infa.l.Lucius. Sed argu.contra,supra,de condic.inde.l.fi.§.vlt.&.C.de fruc.& lit.expen.l. terminato.&.C.depo.l. iiij. Solu.illæ in accessoriis quæ non possunt durare sublato principali: vt infra, de reg.iur. l. cum principalis.

e *Compensationem.* id est quod non fiet dixit:quasi non &c.

f *Agere*. vt supra, de pac. iurisgentium. §. penul. Accursius.

g *Initium*. vt diximus supra, eo. quòd si rem. Accursius.

h *Actio*. vt infra, de stipu. seruo. l. si seruus communis sit omnium. Accursius.

i *Non teneri*. vt argu. supra, de condic. indebi. si vrbana.

k *Consumpserit*. scilicet Titius.

l *Condemnabitur*. scilicet actione ad exhibẽdum. Accursius.

m *Quia sciens*. bona ratio: vt infra, de act. emp. l. j. i fi. Accursius.

n *Numerauero*. scilicet eandem pecuniam quæ fuit deposita. sic & in superiori casu, & est similis distinctio huius. §. infra, mãda. si mãdauero. §. si mandauerim. Accursius.

o *Tenebor*. hoc si pecunia fuerit à domino consumpta: vt sic cadat in solutionem pecuniæ promissæ pro libertate: vt supra, si certum pe. l. rogasti. §. fin. &. l. seq. Accursius.

Depositarius quando de casu fortuito teneatur. Bartolus.

Lu. Ro. in suis sing. fo. 1. sing. 1. dicit istam glo. sin. post Bald. hic, ad hoc verbũ, omnino, impor tat ipso iure. adde istã glo. etiã dicit sing. Ale. in apostil. ad Bar. in. l. imperator. j. de iudi. de re fisci. & ibi plenissime per eum de dictionitatibus impor tantibus ipso iure.

BIU Cujas

dam hoc fieri superuacuo: vt infra, de euic.l. emptori.§.j. Tu dic, quòd non sit superuacuo. nam si sine cautione præstaret, cum iam sit ab altero mota controuersia, dolo videretur facere: vt infra, ad leg. Fal. dolo carere. Item quid si vterque paratus sit cauere? Respon. ille auditur, secundũ M. qui præuenit. Sed quid si ambo simul veniunt? Respon. locus erit gratificationi: vt ar. supra, de resi. l. fin. & infra, ad Syl. si quis in gratiui. §. si cum. & infra, de leg. ij. si quis seruum. §. si inter. secundum Io. Item quid si actum est, ne vni sine altero reddatur? Respon. & hoc seruatur: vt ar. supra, c. l. §. si conuenit.

a *Eum.* scilicet depositarium. Accursius.

b *Iniuriarum.* quid enim tam durum &c. vt C. quando & qui. quar. pars. l. ij. in fine. ideoque iniuriarum agitur: vt hic, & supra, ad. l. Aquil. si quis testamentum. §. ij.

c *Posse.* à testatore qui deposuit. Azo.

d *Depositi recte acturos.* vereor ne ex improbitate sua consequatur actionem. Ir. quod est contra. l. vt ifra, de fur. l. itaque. sed non oportet vereri: quia nõ ex improbitate sua, id est ex furto quod fecit, sed ex contractu quem iniuit, agit depositi. si opponas de eo quod dicitur infra, de fur. itaque. §. sed furti? Respon. illud ideo dicitur i actione furti, quia alteri est quæsita id est domino actio furti, quia eius interest. vnde denegatur actio furti. sed ex contractu non potest esse quęsita nisi contrahenti: vnde ei datur. & hac ratione datur violento interdictum vnde vi, si ab alio expellatur: quia ratione illius violętiæ domino dari non potest, cum non sit expulsus: vt hic, & infra, de vi & vi. ar. l. j. §. qui vi à me. & plus dicunt quidam, etiam rei vin. dari prædoni contra depositarium & commodatarium: quasi nõ possit obiicere de dominio, cum ab eo causam habeat: vt dixim^o supra, commo. l. ita. & facit supra, de iudi. non à iudice. & supra, de pig. act. si pignore. §. si prædo.

†*Concor. cũ hoc. §. glo. super verb. contra. in med. in. c. 2. extra eo. tit.*

**Flo. deposuerint*

e *Eorum.* scilicet prædonis, vel furis. Accursius.

f *Quòd.* id est, quia.

g *Complectatur.* vt infra, de fur. l. in actione furti. in prin.

h *Iuranti.* scilicet se nescire: vt infra, de fur. l. in actione. §. plane. & hoc quo ad hoc, vt recipiatur eius libellus. nam aliàs eius non esset libellus recipiendus, quia pondus in eo debet contineri: vt supra, de rei vin. l. si in rem. §. j. non quo ad sententiam hoc est, eum[a] qui depositum suscepit. Quòd si neuter hoc onus suscipiat: commodissimè dici ait, non cogendum esse à prætore iudicium suscipere. oportere igitur rẽ deponi in æde aliqua, donec de hæreditate iudicetur.

Qui tabulas testamenti depositas publice legerit, depositi & iniuriarum tenetur. h.d. Et prima datur ad interesse si quid interest. secunda datur, si non interest, ad æstimationem iniuriæ. Pau.

¶ Si quis tabulas testamenti apud se depositas, pluribus præsentibus legit: ait Labeo depositi actione rectè de tabulis agi posse: Ego arbitror, & iniuriarum[b] agi posse[c], si hoc animo recitatum testamentum est quibusdam præsentibus, vt iudicia secreta eius, qui testatus est, diuulgarentur.

Etiam prædoni res depositæ restituitur. Pau.

¶ Si prędo[d] vel fur deposuerit:* & hos Marcellus libro sexto Digestorum putat rectè depositi acturos[d]. nam interest eorum[e], eo quòd[f] teneantur.

Qui petit speciem argenteam, debet in libello inserere speciem & pondus: nisi se ignorare iurauerit. Bartolus.

¶ Si quis argentum vel aurum depositum petat: vtrum speciem, an & pondus complecti debeat? Et magis est, vt vtrũque complectatur[g]: scyphum fortè, vel lancem, vel pateram dicendo, & materiam & pondus addendo. Sed & si purpura sit infecta, vel lana: pondus similiter adiiciẽdum: saluo eo, vt si de quantitate ponderis incertũ est, iuranti[h] succurratur.

Qui vas plenum & sigillatum deponit: si res ostenderit, de rebus singulis aget depositi: si non ostenderit, similiter agere poterit. Bartolus.

¶ Si cista[i] signata deposita sit: vtrum cista tantum petatur: an & species cõprehendendę sint? Et ait Trebatius, cistam repetendam: non singularum rerum depositi agendum. Quòd pro eo dandam nisi postea probet. nam cum sit incerta petitio, non potest esse certa sententia: vt. C. de sen. quæ sine cer. quan. l. hæc sententia. sed nunquid eodem modo si dubitet de specie, succurritur? Respon. non: nec hæc lex hoc dicit, nec alia. Item est alia ratio: quia de quantitate magis quàm de specie dubitari potest: vt arg. C. de resein. ven. l. quisquis.

i *Si cista.* id est, scrinium, vt vocant Teuthonici. & dic signatũ & firmatum. Idem in quolibet sacco cum rebus ligato.

& si res ostensæ sunt, [fortè species vel vestes,] & sic depositæ: adiiciendæ sunt & species [&] vestis. Labeo autem ait, eum, qui cistam deponit, singulas quoque[k] res videri deponere: ergo & de rebus agere eum oportet. Quid ergo si ignorauerit is qui depositum suscipiebat, res ibi esse? Non multum[l] facere, cum suscepit depositum. Ego & rerum depositi agi posse existimo[m], quamuis signata cista deposita sit.[n]

Ex contractu filifamiliàs durante patria potestate potest conueniri tam filius in solidum, quàm pater de peculio. Pau.

¶ Filiumfamiliàs teneri depositi, constat: quia & cæteris actionibus tenetur. Sed & cum patre eius agi potest[o], dumtaxat de peculio. Idem & in seruo. Nam cum domino agetur. Planè & Iulianus scripsit, & nobis videtur, si eorum[p] nomine, qui sunt in potestate, agatur: veniet[q] in iudicium & si quid per eum in cuius iure sunt, captum fraudatúmve* est: vt & dolus eorum veniat, non tantum ipsorum cum quibus contractum est.

Plures depositarii ad rei restitutionem tenentur insolidum, & etiam de dolo si omnes dolum commiserint: secus si alter tantum. Bartolus.

¶ Si apud duos sit deposita res, aduersus vnumquemque eorũ agi poterit:[r] nec liberabitur alter, si cum altero agatur. non enim electione[f], sed solutione liberantur. Proinde si ambo dolo fecerint, & alter quod interest præstiterit: alter non conuenietur, exemplo duorum tutorum[t]. Quòd si alter, vel nihil, vel minus facere possit: ad alium peruenietur. Idémq; & si alter dolo non fecerit, & idcirco sit absolutus. nam ad alium peruenietur.[u]

Pluribus deponentibus eandem rem, fienda est restitutio secundum conuentionis formam. Pau.

k *Quoque.* vnde soluit totaliter pro cista.

l *Non multum.* vt ar. infra, de ac. emp. tenetur. j. respon. arg. contra infra, de acq. possi. peregre. §. Iulianus. & infra, de cõtrahẽ. emp. l. in lege. & infra, de euic. qui fundum.

m *Existimo.* & sic assentit Labeoni.

n *Deposita si.* & ignorauerit: sed tamen necesse sit quòd probet actor, quòd ibi fuerunt res quas repetit. Accursius.

o *Agi potest.* qui habet eũ in potestate. aliter, si emancipatus rem teneat: vt infra, eo. §. si filio. Accursius. *dat. sfre.*

p *Eorum.* scilicet filiorum. Accursius.

q *Veniet.* vt supra, de pecu. l. depositi. princ. & l. in bonæ fidei. & supra, cõmo. *sed mihi. §. *cæp. fra.* Accursius. *dat. sfre.*

r *Agi potest.* scilicet *Flo.* insolidum. Accursius.

s *Electione.* immo, vt infra, de duo. reis. l. ij. quæ est cõtra. So. quod ibi dicitur de ea petitione, intelligitur de ea quæ est cum effectu id est cum exactione. vel hic de his quæ obligãtur insolidum auctoritate legis: ibi verbis: vel ibi de ea petitione quæ fit animo nouandi, hic non: vt ar. infra, de noui rem. §. si duo. Accur.

t *Tutorum.* vno quorum conuento & exacto alter liberatur: vt infra, de tut. & rati. tra. si ex duobus.

u *Peruenietur.* & sic videtur, quòd insolidum teneantur ipsa re. vt infra, de duo. re. l. eãdem. quod quidam de plano concedunt. Alij distinguunt, an depositũ consistat in re indiuisibili: & tunc insolidũ. & sic erit hic ar. j. c. si duo. sicut & si duo ꝓmittãt idẽ, vel vni ꝑ, ꝓmissoris duo sunt hęredes: vt. j. de verb. ob. l. ij. §. j. aut in re diuisibili vtũc ꝓ partib⁹ agat, nõ ĩsolidũ teneãtur. tu dic semper teneri ꝓ partib⁹, nisi actũ sit, vt quilibet ĩsolidũ teneat: & sic fuit hic actũ: & j. d. l. eãdẽ. sicut est ĩ plurib⁹ hęredib⁹, qui ꝓ partib⁹ tenẽtur: vt. j. e. l. ĩ depositi. nec ob. §. cõmo. si vt cer. §. fi. Nã & ibi actũ erat. nec ob. j. de verb. obli. l. stipulatiões nõ diuidũt. Quod enĩ ibi dicit rẽ ꝓ parte

BIU Cujas

parte restitui non posse: verũ est, quãdo hoc actum erat. Item nõ ob. infra, eo. si duo. quia illud est casuale, quando quisque hæredum rem depositam interuertit: vt ibi dicit: aliàs pro parte: vt ẽ. l. dicitur. Accursius.

a *Pro qua eorum.* quod semper fieri intelligitur: vt infra, e. licet.

b *Interest.* quia diuisibilis est.

c *Mutare.* Not. quem posse mutare velle suũ, sic & infra, man. si quis alicui. §. j. &. l. si vero non remu. §. si mandauero. & de verb. obli. l. si quis stipulatus. Sed ar. contra supra, commo. in commodato. §. si cut. & infra, de leg. j. l. huiusmodi. §. Stichum. Ac. *ADDITIO.* Dic, quòd post obligationem contractus non licet mutare voluntatem circa id ad quod quis est obligatus alteri. sed si deposui apud te pecuniam reddendam post tempus, non sum tibi obligatus repetere ante tempus: ideo possum volũtatem mutare &c. secundum Bar.

d *Quod autem.* subintellige, ex eo quod dictum est.

e *Ignorans.* quod facile euenit. vt institu. de vsucap. §. sed tamẽ.

f *Nõ reddit.* & sic pretium rei meæ mihi redd. dit: vt supra, de peti. hæ. re. l. quòd si in diem. §. idem Iulianus ait. & supra, si cer. pet. l. si eum qui seruum.

g *Quid ergo si pretium.* iustum tamen, vt differat à sequenti. Accur.

h *Aut minoris præstabit.* si sine dolo sic fecit. aliàs tenetur: vt supra, de trib. illud. §. pe.

i *Vendidit.* subaudi, & non exegit. Accursius.

k *Lane. Culpa.* vt infra, titu. j. dolus. & ẽ. l. j. §. est autem apud. & infra, de leg. iij. non dubium. §. fi. & facit infra, e. l. si quis inficiatus. Accursius.

l *Causatus.* id est, dicens & allegãs. Accur.

m *Sed & si non sit hæres.* habendo ratũ in subsidiũ. Accursius.

n *Extorquebitur.* sic & infra, tit. j. idémque §. sed si pecuniam. & supra, de pe. hær. post senatus. & est hoc de summa æquitate: vt qui nõ est hæres, velut hæres teneatur, lucrum habẽdo tãtũ in subsidiũ. Ac.

I apud.]*CASVS.* Si in re deposita aliquid impensum fuerit, contraria depositi aget depositarius: in ipsa non iuratur in litem, neque in infamiam. [*IN SEQVESTRVM.*] Si duo litigant de re aliqua: & apud sequestrum deposita fuerit, ei reddet qui vincit. si nolit eam restituere, conuenietur depositi sequestraria: & si de loco conuenit, ibi debet fieri restitutio. hoc in prima. Sed si de pluribus locis conuenerit, in electione sua erit, vbi velit eam restituere. si non conuenit, denuntiandum est ei vt apud prætorem exhibeat. [*SI VELIT.*] Si sequester velit deponere officiũ depositionis, an possit? Dicit Põponi. q͡p sic, adito prætore, & denuntiatione facta iis qui apud eum deposuerunt: & ei restituet qui præsens erit. Dicit Vlpia. quòd officium quod semel suscepit, deponere non debet, nisi causa cognita, & tunc non est restituẽda ei res qui venit, sed deponetur in æde sacra. deíde exponit quid sit sequester. Viuianus.

o *Non iuratur.* nec in famat contraria: vt supra, de his qui no. infa. l. furti. §. fin. at in directa in litem iuratur: vt supra, eo. l. j. §. in depositi. & supra, de in litem iurando. l. in actionib⁹.

p *Conuenit.* alternatiue. Accursius.

q *Quòd si de pluribus locis.* Nota argu. quòd cum quis duo alternatiue promittit, vtrumque sit in obligatione: vt supra, de mi. & si sine. j. respon.

r *In arbitrio.* vt. j. de iure do. plerumq; . in fi.

s *Iustissima.* sic & infra, mã. inter causas. §. qui mãdatum. & supra, de arbi. l. iij. §. tametsi. &. l. licet. & de procũ. sed & hæ. §. penul. Accursius.

t *Deponi.* vt supra, eo. l. j. §. si pecunia. Accursius.

u *Proprie. Traditur.* vt infra, de verbo. signifi. sequester. & facit infra, eodem. l. licet. Accursius.

Si hominẽ.]*CASVS.* Deposui apud te seruum ligatum, vt de eo quæstio haberetur. misericordia ductus solui sti, & fugit. de lata culpa teneberis. idem si apud sequestrum homo erat depositus. [*DATVR.*] Si depositarius in re deposita dolose versatus fuit, & decesserit, tenebitur hæres de dolo: licet aliàs in puris delictis non tenetur hæres, nisi inquãtum ad eum peruenit: nisi litem cum defuncto fuisset contestatus. sed hìc dolus est admissus in contractu. vnde si vn⁹ est hęres, ĩsolidũ tenet. si plures, p͡p ea parte qua succederet. [*QVOTIENS.*] Apud Massariũ Titi⁹ rẽ suã deposuit. multi cũ eo cõtraxerũt. si Massari⁹ cedat bonis, primo satisfaciet Titio qui

†*Iuxta hãc definitionẽ est, quod Coll. lib. 2. noct. Att. cap. 15. scribit.*

A

B

C

D

f Sed si duo deposuerint, & ambo agant: si quidem sic deposuerunt, vt vel vnus tollat totum, poterit insolidum agere. Sin verò pro parte, pro qua eorum[a] interest[b]: tunc dicendum est, in partem condemnationem faciendam.

Potest quis repetere depositum ante tempus statutum. Bartolus.

f Si [sic] deposuero apud te, vt post mortem tuam reddas: & te cum, & cum hærede tuo possum depositi agere. Possum enim mutare[c] voluntatem, & ante mortem tuam depositum repetere. Proinde & si sic deposuero, vt post mortem meam reddatur: potero & ego, & hæres me' agere depositi. ego mutata voluntate.

Depositarius non tenetur nisi de dolo & lata culpa: & ideo re vendita per hæredem absque dolo, non tenetur, nisi de eo quod ad eum peruenit. Bartolus.

f Quia autem[d] dolus dumtaxat in hanc actionem venit: f quęsitum est, si hęres rem apud testatorem depositam, vel cõmodatã distraxerit, ignorans[e*] depositam vel commodatam, an teneatur? Et quia dolo non fecit, non tenebitur de re. An tamen vel de pretio teneatur, quod ad eum peruenit? Et verius est, teneri eum. Hoc enim ipso dolo facit, quòd id quod ad se peruenit, non reddit.[f]

II. PAVLVS libro trigesimoprimo ad Edictum.

Quid ergo si pretium[g] nõdũ exegit, aut minoris[h], quàm debuit vendidit[i]? Actiones suas tantummodo præstabit.

III. VLPIANVS libro trigesimoprimo ad Edictum.

Planè si posit rem redimere, & prestare, nec velit: nõ caret culpa[k]: quemadmodum si redemptam, vel alia ratione suã factã noluit prestare causatus[l] q͡p semel ignarus vẽdiderit.

IIII. PAVLVS libro quinto ad Plautium.

Sed & si non sit hæres[m], sed putauit se hæredem, & vendidit: simili modo lucrum ei extorquebitur[n].

In contraria depositi non iuratur in litem. h. d. Vel sic: In actionibus contrariis in quibus de fide rupta non agitur, non efficitur quis infamis. Bartolus.

V. VLPIANVS libro trigesimo ad Edictum.

Ei, apud quem depositum esse dicetur, contrarium iudicium depositi datur. In quo iudicio merito in litem non iuratur[o]. Nõ enim de fide rupta agitur, sed de indemnitate eius, qui depositum suscepit.

Contra sequestrum habet locũ actio qua tenetur rem exhibere in loco conuento, vel in altero ex his. Bartolus.

f In sequestrem depositi actio competit. Si tamen cum sequestre conuenit[p], vt certo loco rem depositam exhiberet, nec ibi exhibeat. teneri eum palam est. Quòd si de pluribus locis[q] cõuenit: in arbitrio[r] ei⁹ est, quò loci exhibeat. Sed si nihil conuenit, denuntiandum est ei, vt apud prætorem exhibeat.

Sequester non potest officium suum deponere sua sponte nisi ex causa, & tunc iudice intercedente. Bartolus.

f Si velit sequester officium deponere, quid ei faciendum sit? Et ait Põponius adire eũ prætorem oportere, & ex eius auctoritate denũtiatiõe facta his, qui eum elegerant ei rem restituẽdam qui præsens fuerit. Sed hoc non semper verum puto. Nam plerumque non est permittendum officium, quod semel suscepit, contra legem depositionis deponere, nisi iustissima[s] causa interueniente. Et cum permittitur, rarò ei res restituẽda est qui venit. sed oportet eam [rem] arbitratu iudicis apud ædem aliquam deponi[t].

VI. PAVLVS libro secundo ad Edictum.

Proprie autem[u] in sequestre est depositum, quod à pluribus insolidum certa conditione custodiendum reddendúmque traditur.[u]

In re aliena intempestiue misericordiã exercere, dolus præsumptus est. Bartolus.

VII. VLPIANVS libro trigesimo ad Edictum.

est plus priuilegiatus.& hoc si pure erat depositor qui deposuit: non autem vt repeteret vsuras, neque ante depositionem,neque post. Sed quid si plures deposuerunt, & successiue: an ordo spectandus sit, vt primo satisfaciat primo deponenti : & sic deinceps? Et respon. quòd non.hoc in secunda . Sed nunquid refert, extet pecunia apud eũ, an consumpta sit? Dicitur, quòd non. hoc i tertia.Sed quid si quidam ex deponentibus fuerunt missi in possessionem bonorũ: & alij postea venientes desiderant mitti: an sint audiendi? Dicitur, quòd sic, si restituát sumptus his qui primo petierũt mitti in possess.& in ea causa sumptus fecerũt. Viuianus.

SI hominem apud se[a] depositum, vt quæstio de eo haberetur,ac propterea vinctũ[b], vel ad malam mansionem extensum[c], sequester soluerit,misericordia ductus, dolo proximum esse quod factum est,arbitror[d]:quia cũ sciret cui rei pararetur, intẽpestiuè misericordiam exercuit: cum posset non susciperetalem causam,magis* quàm decipere.

Quando dolus defuncti purgatur per actionem descendentem ex contractu, hæredes tenentur insolidum,non attento quantum ad eos peruenit.h.d.quem. §. no.Bar.

¶ Datur actio depositi in hæredem ex dolo defuncti insolidum. Quamquam enim aliàs[e] ex dolo defuncti non solemus teneri, nisi pro ea parte quę ad nos peruenit: tamen hic dolus ex contractu[f],reique persecutione descendit: ideoque insolidum vnus hæres tenetur:plures verò ꝓ ea parte[g], qua quisque hæres est.

Quando nummularii foro cedunt,potior est causa deponentium, & vsuras non recipientium : & inter eos qui prior est tempore,non est potior in iure.h.d.Vel sic:Causa depositi præfertur cæteris etiam priuilegiatis, nisi deponens vsuras receperit. h.d. cum.l.seq.Bartolus.

¶ Quotiens foro[h] cedunt nummularij, solet primo loco ratio haberi depositariorum: hoc est eorum, qui depositas pecunias habuerint , non quas fœnore apud nummularios, vel cũ nũmulariis, vel per ipsos exercebant,& ante priuilegia . Igitur si bona venierint, depositariorum ratio habetur[i]:dummodo eorum, qui vel postea vsuras acceperunt, ratio nõ habeatur, quasi renuntiauerint[k] deposito. Itẽ quæritˇ,vtrũ ordo spectetur eorũ, qui deposuerũt:an verò simul omniũ depositariorũ ratio habeatur? Et cõstat simul admittẽdos.hoc enĩ rescripto principali significatur[l].

VIII. PAPINIANVS libro nono Quæstionum.

QVod priuilegium exercetur,non in ea tantum quãtitate, quæ in bonis argentarij ex pecunia deposita reperta est[m],sed ĩ omnibus fraudatoris facultatibus.idque propter necessarium vsum argentariorum ex vtilitate publica receptum est. Planè sumptus causa[n], qui necessariè fact[o] est, semper præcedit.nam deducto eo, bonorũ calculus subduci solet.

In actionibus bonæ fidei quilibet hæredum tenetur insolidum ex dolo seu facto proprio. Ex facto autem defuncti pro hæreditaria portione. Bartolus.

IX. PAVLVS libro septimodecimo ad Edictum.

IN depositi actione si ex facto defuncti agatur:aduersus vnum ex pluribus hęredibus ꝓ parte hęreditaria agere debeo. si verò ex suo delicto pro parte non ago[o]:merito, quia æstimatio refertur ad dolũ, quem insolidum ipse hæres admisit.

X. IVLIANVS libro secundo ex Minicio.

NEc aduersus cohæredes eius, qui dolo carent, depositi actio competit[p].

Depositum factum per seruum potest sibi restitui:& liberatur depositarius,nisi sciat, vel scire possit dominum non consentire, vel contradicere. Paulus.

XI. VLPIANVS libro quadragesimoprimo ad Sabinum.

QVod seruus[t] deposuit[q]:is apud quem depositũ est, seruo rectissimè reddet ex bona fide. Nec enim cõuenit bonæ fidei, abnegare id quod quis accepit: sed debebit reddere ei,à quo accepit: sic tamẽ, si sine dolo[malo]omnia* reddat:hoc est, vt nec culpę qui dẽ susꝑitio sit . Deniq; Sabinus hoc explicuit addẽdo: nec vlla causa interuenit, quare putare* possit,dominum reddi nolle[r]. hoc ita est,[&]si potuit suspicari,iusta, scilicet ratione mot[u]s[s].

---

a *Apud se.*scilicet qui non est sequester, sed simplex depositari[9].sed postea ponit casum in sequestro in tertia persona,ibi, vel ad malam mansionem &c.

b *Vinctum.*scilicet soueris.

c *Extensum.* scilicet apud sequestrum.Azo. Sed quare hic dicitur mala mansio?Dic, quia in carcere aliquo.

d *Arbitror.* vt supra, de dolo.l.& eleganter. §.idem Labeo. Accur.

e *Aliàs .* istud aliàs, non notat aliam speciem eiusdem generis: sed diuersum genus,scilicet actiones quę sunt ex maleficio:& sic aliàs extra contractum. Accursius.

f *Contractu.*idem si ex quasi contractu descéderet : vt. C. de negot. curatoris , Et sic no.ex dolo commisso in contractu teneri hæredem: vt hic, & infra, de act.& obli.l. ex contractibus.& l.ex depositi.& infra, de reg.iur. ad ea.§.fin.Sed hoc fallit in casibus : vt si dolus dedit causam contractui: vt insti.de perpe.& tem.ac.§. aliquãdo. [a] Itẽ fallit in actione in factum quæ datur contra mensorem: vt supra: si mẽs.fal.mo. di.l.iij.§. pen. [b] Itẽ fallit in tributoria : vt supra, de trib. l. illud. §. fina. [c] Item in actione in factum de edendo: vt supra,de eden.l. fin. quæ est anomala. [d] Item in stipulatione interposita causa iudicio sisti in locum actionis iniuriarum : vt supra, si quis cau.si eum.§. qui iniur. [e] Item in actione in factum de precario : vt infra, de preca.l.quæsitum.§.fin.quæ sunt omnes contra. & est ratio ibi, quia non transit ad hæredem ex contractu defuncti precarium: vt.C.eo.titu.cum precario. *ADDITIO.* Ista ratio displicet Bal. ideo dic aliter secundum eundem, quòd de precario actio non est ex contractu, sed est datiua.datur enim à prætore : vt notatur in.l.cum precario.§.j.infra,de preca.sed si ageret actione præscriptis verbis, quæ concurrit cum actione de precario : vt not. infra,de preca.l.ij.quam actionem de præscript.verb.certum est ex contractu oriri : vt in.l.iurisgentium. §. j. supra,de pact.tunc de actione dici, quòd daretur contra hæredem ex dolo defuncti : quod est notandum, secundum Bal.hic.

g *Parte .* id est quantum peruenit . Accursius.

h *Quotiens foro .*quia mortui litigare nolunt,sed bonis cedunt.f

i *Depositariorum ratio seruandam habetur.* Sed contra.in.Bal. fra,de priui.credit.si fil. ventri.§.in bonis. Solu.hic res depositæ expectabant : ibi non, quod non placet : vt infra.l. proxi. Vel admittuntur ante priuilegia personalia,sed postea realia.sed & quædam personalia eis præferuntur,vt dotis:vt.C. qui po. in pig. ha.l.fin.item funerariꝰ vt.ꝯ.de reli.& sumpt.fune.l.penul.Itẽ eius qui in refectionem rei credidit: vt infra, qui po. in pig.ha.interdũ. Vel dic vt ibi.

k *Renuntiauerint.* sic infra,de leg.cõ.l.si per emptionem.§.fina.

l *Significatur.*sed nõne etiam inter eos occupãtis melior est causa?Respon.sic:vt infra, de re iudi.ster eos. Ac.

m QVod priuilegii. Reperta est.ipsa extet : siue aliud ex ea emptum.

n *Sumptus causa.*l. ab his qui possessionẽ primo petierũt, & in possessionẽ sunt missi:vnde debet restitui eis,cũ aliis cõmunicẽt possessionẽ : vt.C.de bo.autho.iudi.posl.fin.§.& expensas. Vel dic sumptus factos à depositario.Accursius.

o *Non ago.*scilicet in solidum.

p NEc aduersus. Cõpetit.ꝓ dolo cohæredis. Accursius.

QVod seruus.]CASVS.Si seruus rẽ deponat,reddei:nisi appareat dominũ nolle ꝙ reddaˇ,secũdũ Sabinũ.Paul[9]dicit, ꝙ reddẽda sit:quia sufficit bonã fidẽ adesse.hoc in prima. Si vero ei[9]rei quã deposuit,seru[9]furtũ fecerit:si reddat credẽs dominũ inuitũ,nõ liberaˇ depositari[9].neq; refert,ei manẽti ĩ seruitute, vel libero facto res reddatur:quia semper cõtingit liberatio.idẽ in omni debitore soluente iusta causa ignorantiæ interueniente,

q *Deposuit.* bona fide : vt infra,e.l.bona fides.§.incurrit.

r *Nolle.*hic ergo erit in culpa:vt supra,si cer.pet.l.quod te.Acc.

s *Motus.*hic Sabinus statim corrigitur : cæterum sufficit &c.vt patet,

BIU Cujas

patet, infra, de sol. l. quod seruus. & l. si quis seruo. & infra, de fur. qui re sibi. sed pro eo erat supra, si cer. pet. quod te. in fi. & instit. de act. §. si quis agens. ibi, sane si tam &c. Accursius.

a *Fecerat.* domino.

b *Bona enim fides.* scilicet tantum.

c *Debitoribus.* qui soluunt iusta causa ignorantiæ interueniente, dissimulatione peculiaris, & dominici peculij, adhibéda: vt infra, de sol. l. quod seruus. & l. si quis seruo.

Si in Asia.] CASVS principij est plan⁹. [*DEPOSITVM.*] Si depositari⁹ alio rem depositam transferat, ibi reddet, vbi res est. Sed quid si is qui depositum petit transferri, petat suis sumptibus: an sit audiendus, quæritur. Et dicitur, quòd sic. quod obseruatur, & in actione ad exhibendum. [*QVEMADMODVM.*] Sicut in actióe ex stipulatu quę est stricti iuris, vel ex testamento post morā, id est, lit. contesta. res debita moram facienti perit: ita res deposita: vt si tępore accepti iudicij potest rem redde re, neque reddit: extūc suo sit periculo. Viuianus.

d *Qui deposuit.* secus in commodato: vt supra, commo. l. si vt cer. §. idem Labeo. quæ est contra: quia tantum gratia accipientis contrahitur.

e *Depositum.* id est rē depositam.

f *Eius est.* id est, extitit. secus si dolo illud transtulit.

g *Iudiciis.* puta si emi rem quæ erat Mutinæ, debet mihi ibi dari.

h *Romam.* quæ est cō munis patria: vt infra, ad munici. l. Roma.

i *Audiendus sit.* & nihil conuenit. Io.

k *Seruatur.* vt supra, ad exhib. sed si hæreditas. §. j. Item in actione in rem: vt supra, de rei vin. l. si res &. l. seq.

l *Cum sequestro.* ergo est secundæ declinationis, sicut magister: & facit accusatiuum sequestrum. alibi est tertiæ, & facit accusatiuū sequestrem: vt. C. e. l. propter.

m *Rei.* s. conuenti.

n *Periret.* vt infra, de lega. j. apud Iulianum. §. ipsius quoque.

o *Periculo.* etiam fortuiti casus, secundum Io. vt supra, de consti. pecu. qui autē. §. ij. & infra, de vi & vi arma. l. j. §. rectissimè. & l. penulti. & infra, de re iu. si homo. cum enim qui impedit ne depositarius restituat, teneatur deponenti de fortuito casu: vt in authen. de depósito & denun. §. j. col. vj. multo magis ergo is qui mihi obligatus est ex depósito: cum perfidius faciat. sed M. intell.

cæterum sufficit bonam fidem adesse. Sed & si ante eius rei furtum fecerat[a] seruus: si tamen ignorauit is, apud quem deposuit, vel credidit dominum nō inuitum fore huius solutionis: liberari potest. Bona enim fides[b] exigitur. Non tantum autem, si remanenti in seruitute fuerit solutum, sed etiam si manumisso, vel alienato ex iustis causis liberatio contingit, scilicet si quis ignorans manumissum, vel alienatū, soluit. Idémque & in omnibus debitoribus[c] seruandum Pomponius scribit.

Quod est ſiendum in re deposita, in dubio intelligitur expensis deponentis, nisi aliter actum sit. Bartolus.

XII. POMPONIVS libro vicesimosecundo ad Sabinum.

SI in Asia depositum fuerit, vt Romæ reddatur: videtur id actum, vt non impensa eius id fiat, apud quem depositum sit, sed eius qui deposuit[d].

Res ibi debet restitui, vbi deposita est: nisi alibi expensis petētis petatur. Bartolus.

℣ Depositum[e] eo loco restitui debet, in quo sine dolo malo eius est[f] apud quem depositum est. Vbi verò depositum est, nihil interest. Eadem dicenda sunt communiter, & in omnibus bonæ fidei iudiciis[g]. Sed dicendum est, si velit actor suis impensis, suóque periculo perferri rem Romam[h], vt audiendus sit[i]: quoniam & in ad exhibendum actione id seruatur[k].

Actio depositi sequestraria datur contra hæredes. Bartolus.

℣ Cum sequestre[l] rectè agetur depositi sequestraria actione: quam & in hæredem eius reddi oportet.

Post litem contestatam rei periculum pertinet ad depositarium. Bartolus.

℣ Quemadmodum quod ex stipulatu, vel ex testamento dari oportet, post iudicium acceptum cum detrimento rei[m] periret[n]: sic depositum quoque, eo die quo depositi actum sit, periculo[o] eius, apud quem depositum fuerit est: si iudicij accipiendi tēpore potuit[p] id reddere reus, nec reddidit.

Ab eā die quæ quis incipit habere iniustam causam litigandi, videtur dolo malo facere, & ad eum periculum spectat. Bar.

XIII. PAVLVS libro trigesimoprimo ad Edictum.

SI quis inficiatus sit non aduersus dominum, sed quod eum qui rem depositam petebat, verum procuratorem non putaret, aut eius qui deposuisset, hæredem: nihil dolo malo fecit. postea autem si cognouerit[q], cum eo agi poterit: quoniam tunc* incipit dolo malo facere, si reddere eam nō vult.

Pro re deposita non competit condictio antequam committatur dolus. Bartolus.

℣ Competit etiam condictio[r] depositæ rei nomine, sed non antequam quid* dolo admissum sit. Non enim quenquam hoc ipso, quòd depositum accipiat, verùm quòd dolum malum admiserit[s], condictione obligari [constat.]

Depositum est reddendum maiori parti hæredum. Bartolus.

XIIII. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

SI plures hæredes extiterint ei, qui deposuerit: dicitur si maior pars adierit[t], restituendam rem[u] præsentibus. Maiorem autem partem non ex numero vtique personarum[x], sed ex magnitudine portionum hę reditariarum intellegendā, cautela idonea reddenda.

Si res deposita periit eo modo quo esset peritura apud deponentem: depositarius liberatur. B.

℣ Siue autē cum ipso apud quē deposita [res] est, actum fuerit, siue cum hærede eius, & sua natura res ante rem iudicatā[y] interciderit, veluti si homo mortuus fuerit: Sabinus & Cassius absolui debere eum cum quo actū est, dixerūt: quia ęquū est* naturalē interitū ad actorē ptinere: vtique cū interitura sit[z]*

A ligit hunc. §. quando non erat interitura eodē modo penes actorem, non aliàs: vt infra, eo. l. si plures. §. fin. sed illa lex intelligitur aliter quàm ipse dixerit: vt ibi dices.

p *Potuit.* ac debuit.

Si quis.] CASVS. Si is qui rem deposuit decessit, & hæres eam sibi reddi petit: an si is ignorat eum hæredem esse, nec velit eam restituere antequam ei constet: an sit audiendus, quæritur. Et respō. quòd sic. Idē est in procu. neque ob hoc videtur dolum committere, hoc est si ipsum hæredem vel procu. esse negauerit. Viuianus.

q *Si cognouerit.* sic & supra, de tribu. illud. §. si tamen & infra, de doli. exce. l. ij. §. ité quia. & §. eo. l. plane. in fine.

r *Cōdictio.* scilicet furtiua, & sine causa.

s *Admiserit.* sed deposíti etiā prius: vt supra, e. l. j. §. idē Pōponius. **Flo. nunc*

Si plures.] CASVS. Si deponens plures hæredes reliquerit, maiori parti præsenti res restituenda est. Maior pars non dicitur ex numero personarum, sed* ex magnitudine portionum hæreditariarū. & est reddenda cum competenti cautela, vt depositarius seruetur indemnis. [*SIVE.*] Si cū depositario agatur, siue cum hærede, & ante sententiam & etiam litem motam, ne insurgant contraria, res intereat, absoluitur reus: †

t *Adierit.* ad repetendum depositum. Acc.

u *Restituendam rem.* etiam si sit diuidua. nā si indiuidua, etiā si vna adeat, ei restituitur: vt supra, eo. l. j. §. si pecunia. Accursius.

x *Personarum.* scilicet tantum. sic etiam est in creditoribus: vt supra, de pac. l. maioré. &. C. qui bo. ce. possl. fi. Accursius.

y *Rem iudicatam.* supple & ante motam controuersiam: aliàs contra: vt infra, de verb. obli. nemo. §. j. & de lega. j. cum res. §. fin. & supra, eo. l. si in Asia. §. fin. Sed alij dicunt speciale in depósito, cum* & alia multa specialia sint in eo: & sic intelligunt hic post moram etiam. sed prima verior, nisi iustam causam habeat litigandi: vt supra, de peti. hære. illud. vt propter impensas: vt supra, commo. in rebus. §. possunt. & infra, de fur. l. creditoris. nam tunc etiam post moram non tenetur de interitu: vt dicta. l. illud. Accursius.

z *Interitura esset.* subaudi, maxime. nam idem si non erat interitura, secundum Ioan. vt dixi. §. e. l. si in Asia. in fin. Sed M. hanc

Ista lex est intelligenda habere locū, secundū Bal. in *Flo. esset* *Flo. esset*

distinctionem semper etiam post moram admittebat, præterquá in iure & meticuloso: vt. C. quod metus cau. l. j. & facit pro eo. supra, de consti. pecu. l. si duo. §. ait prætor. & infra, de iur. do. l. si is. in prin. & supra, ad. l. Rho. l. fin. §. si ea. & supra, quod metus cau. l. si cum. §. quòd si homo. ibi: sed & sine culpa. vel hic iustam causam litigandi habet propter impensas. Accursius.

Virē.] CASVS. Deposuisti ré mea apud meipsum. an ego possim teneri depositi? Dicitur, q̄ non: & ponit exēplum. Viuianus.

a *Ex locato.* nullum istorum valet in re sua: vt hic, & infra, de regu. iur. l. neque pignus. & C. loca. qui rem. & infra, eo. l. bona fides. §. si tamē. & infra, de vsuca. l. ei à quo. sed videtur cōtra in precario: vt infra, de preca. l. certe. §. fina. & l. seq. sed & ibi fuit in alieno, id est in possessione quæ erat aliena scilicet creditoris.

Si is.] CASVS. Deposui rem meam apud Titium. Titius deposuit apud Mæuium. iste Mæuius commisit dolū. quæritur, ad quid mihi tenebitur Titius prim⁹ depositarius? Respon. quòd ad hoc, vt acti. cedat mihi contra Seium. Viuianus.

b *Tibi præstet.* quod sufficit: vt supra, de pecu. l. quod debetur. in fin. & supra. l. j. §. si vero tuo. & est ratio: quia de solo dolo tenetur. secus ergo in actione negot. gest. in qua venit etiam culpa, vbi non liberatur cedendo: vt supra, de nego. gest. nam & si. §. fi. quę est cōtra.

†*Facit in c. 2. gl. 2. p. pe. fi. in ver. si. consistit autem depositum. extra eo. titu.*

Licet.] CASVS. Vnus & plures deponere possunt scilicet cum est simplex depositum: apud sequestrum vero non nisi plures. & hoc fit in re litigiosa: & hic quilibet videtur de posuisse in solidum. secus in re cōmuni: quia quilibet pro parte sua deponit. [REI DEPOSITÆ.] Iste. §. satis clarus est, & leges seq. vsq; ad. l. si apd. Vi.

†*Cōcor. ff. c. 2. gl. 2. ff. si. in vers. it. rei depositæ. extra eo. titu.*

ea res, etsi restituta esset actori.

In re propria non consistit depositum: ideo depositi agi non potest. idem in commodato & precario. Bartolus.

XV. IVLIANVS libro tertiodecimo Digestorum.

QVi rem suā deponi apud se patitur, vel vtendam rogat: nec depositi, nec commodati actione tenetur: sicuti qui rem suam cōducit, aut precario rogat: nec precario tenetur, nec ex locato[a].

Deponens primus non habet actionem contra tertium depositarium, nisi prius ei fuerit cessa.

XVI. AFRICANVS libro septimo Quæstionum.

SI is, apud quem rem deposueris, apud alium eam deponat: & ille dolo quid admiserit ob dolum eius apud quē postea sit depositum, eatenus eum teneri apud quem tu deposueris, vt actiones suas tibi præstet[b].

Apud sequestrum plures tantum deponunt, & tunc possessio amittitur. Bartolus.

XVII. FLORENTINVS libro septimo Institutionum.

LIcet deponere tam plures quàm vnus possunt: attamen apud sequestrem non nisi plures† deponere possunt. Nā tum id fit, cum aliqua res in cō trouersiam deducitur[c]. Itaque hoc casu insolidum[d] vnusquisque videtur deposuisse. quod aliter est, cum rem communem plures deponunt. ſ Rei depositæ proprietas apud deponentem manet, †sed & possessio[e], nisi apud sequestrem deposita est. nam tum demum sequester possidet. Id enim agitur[f] ea de positione, vt neutrius [interim] possessioni id tēpus procedat.

Actio depositi in quatuor casibus contra hæredem ex dolo defuncti datur in simplum, & intra annum ex dolo hæredis secundum suam naturam. Bartolus.

XVIII. NERATIVS libro secundo Membranarum.

QVod*tumultus[g], incēdij, ruinæ, naufragij causa depositum est: in hæredem de dolo mortui actio est, [&] pro hæreditaria portione, & in simplum, & intra annum quoque. In ipsum, & insolidum, & in duplum, & in perpetuum datur.

XIX. VLPIANVS libro septimodecimo ad Edictum.

IVlianus & Marcellus putant filiumfamiliàs depositi rectè agere posse[h].

Depositarius, qui sine dolo & latæ culpæ desiit habere facultatem rei restituendæ, desinit posse condemnari. sed si recuperat, redincipit teneri. sed primo casu non tenetur cauere de restituendo. Pau.

XX. PAVLVS libro octauodecimo ad Edictum.

SI sine dolo malo rem depositam tibi amiseris: nec depositi teneris, nec cauere[i] debes, si deprehenderis, eam reddi. si tamen ad te iterum peruenerit, depositi teneris.

Emancipatus tenetur de depósito ante sibi facto. idem in seruo manumisso. Barto.

XXI. IDEM libro sexagesimo ad Edictum.

SI apud filiumfamiliàs[k] res deposita sit, & emancipatus rem teneat: pater nec intra annum de peculio debet conueniri: sed ipse filius. Plus Trebatius existimat, etiam si apud seruum depositum sit, & manumissus rem teneat, in ipsum[l] dandam actionem, non in dominum: licet ex cæteris causis in manumissum actio nō datur.

Si plures hæredes depositarii separatim dolum committunt, quilibet tenetur pro parte. vbi vero communiter, quilibet tenetur insolidum. sed si ad rei restitutionem agitur, condemnatio fit pro parte. h. d. secundum lect. quam tenet. Bartolus.

XXII. MARCELLVS libro quinto Digestorum.

c *Deducitur.* & vt reddatur vni, cōuenit: vt hic, & ff. e. l. ei apud quē. §. proprie. & ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor. §. fi. & j. de verb. sign. l. seqster. & agit præscriptis verbis, secūdū quosdā: vt. j. de præscri. verb. l. & si rē. §. fi. sed tu dic, depositi seqstraria: vt. ff. e. ei. §. j.

d *Insolidum.* secus quando plures rem communem deponunt: quia quilibet pro parte deposuisse videtur: vt subiicit, & supra, e. l. j. §. sed & si duo. & hic, vt subiicit, rei depositæ. Accursius.

e *Possessio.* sic & in commodato. vt supra, commo. l. rei. Accur.

f *Agitur.* tacite, vt hic innuit, nisi contra probetur, quod esse potest: vt infra, de acquiren. poss. l. interesse puto. Accursius.

g *Quod tumultus.* Potest intelligi in hærede depositarij causa tumultus, vt teneatur intra annum in simplum: vt sicut cu. pater intra annum non conuenietur: sed filius tenebitur. idem in seruo, si manumissus rem teneat, in ipsum non in dominum competit actio.

h *Vlianus. Posse.* nam hæc est vna de illis actionibus quæ iure veteri sibi dantur: vt supra, de iudi. l. si lōgius §. si filius. & infra, de actio. & obl. l. filiusfamiliàs. Accursius.

i *Sine. Nec cauere.* secus in actione ſ ré: vt supra de rei vin. l. ſ vero. §. Iulianus. quæ est contra. & est ratio: quia ibi cauet propter lucrum, quod lit. contē. sensit scilicet vsucapiē. nec enim sine one- re debet esse lucrum: vt infra, de instit. de leg. pa. tu. in fi. hic autem nullum est lucrum in re deposita: ideoque depositarius nullum sentit onus. Item secus in actione ad exhi, vt supra ad exhi. l. Celsus. §. fina. quæ est contra. Item secus in procuratore: vt infra, tit. j. l. si procurator. §. viti. quæ est contra. Sed est ratio, quia procurator durius astringitur, cum teneatur etiam de leuissima culpa: vt. C. man. à procuratore. At in de Deposito solus dolus ve- nit: vt supra. l. j. §. ar ſ dolo. cibaria tantum. Item secus, cus in condictione ob causam: vt supra, de cō dic. ob cau. si pecunii. §. item si quis in fin. §. Item secus in aliis bonæ fi. iu. vt supra, de iudi. l. in omnibus. Accursius.

Si apud.] CASVS. Si res apud filiumfa. deponatur, & emancipatus rē teneat, & depositi tenetur, & de pe-

k *Si apud filiumfa.* sic & infra, pro soc. l. si id quod. §. fin.

l *In ipsum.* scilicet manumissum. Sed contra supra, de neg. gest. Pomponius in negotiis. & supra, eo. l. j. §. si apud. & C. an seruus ex suo fac. o. l. j. Sol. hic speciale, vt hic innuit, licet ex cæteris &c. Alij dicunt, quòd hic conuenitur ratione præsentis possessionis, non autem ratione eius quem in seruitute habuit: vt arg. supra, de iudi. non aliàs. §. fi. Vel dic, quòd hic conuenitur rei vindic. nō vero actione depositi, quę est ex contractu: quod videtur consonare cum eo quod habes supra, eo. l. j. §. si apud. Accursius.

BIU Cujas

Si duo.] CASVS. Si depositarius decedat duobus hæredibus relictis: & rem depositam dolo interuertunt: an insolidum teneantur? quæritur. Et distinguitur: aut erat res diuidua: puta. x. erãt deposita: &. v. tractauerunt: & singuli in partes conueniuntur: quia plus actoris non interest. sed in indiuidua quilibet tenetur insolidum ad rem restituendam: cuius nisi integra fiat restitutio, cõdemnatio pro partibus fiet.

SI duo hęredes rem apud defunctum depositã dolo interuerterint: quodã vtique casu in partes tenebuntur. Nam si diuiserint decem milia [a], quę apud defunctũ deposita fuerant, & quina milia abstulerint [b], & vterque soluendo est, in partes obstricti erunt [c]. nec enim amplius actoris interest. Quòd si lancem conflauerint, aut cõflari ab aliquo passi fuerint, aliáve quæ species dolo eorum interuersa fuerit: insolidum cõueniri poterunt, ac si ipsi seruandã suscepissent [d]. Nam certè verum est, insolidum quémque dolo feciſſe: & nisi pro solido, res [e] non potest restitui. Nec tamen absurdè sentiet qui hoc putauerit. planè, [f] nisi integræ rei [g] restitutione, eum cum quo actum fuerit, liberari non posse, condemnandum tamen, si res non restituatur [h], pro qua parte hæres exstitit.

In hac actione admittitur computatio expensarum. Bartolus.

XXIII. MODESTINVS libro secundo Differentiarum.

ACtione depositi conuẽtus seruo constituto [i], cibariorum nomine apud eundem [k] iudicem vtiliter experietur.

Commendatum & depositum idem sunt: item actione depositi vsuræ veniunt à tempore moræ: etiam si pecunia numerata deponitur, licet depositi terminos egrediatur. Bartolus.

XXIIII. PAPINIANVS libro nono Quæstionum.

LVcius Titius Sẽpronio salutem. Centum nummos, quos hac die commendasti mihi, adnumerante seruo Sticho actore, esse apud me, vt notũ haberes, hac epistola manu mea scripta tibi notum facio. quos* quando voles, & vbi vòles, cõfestim tibi numerabo. Quæritur propter vsurarũ incrementum? [l] Respõdi, depositi actionem locum habere. Quid est enim aliud commendare, quàm deponere? [m] Quod ita verũ [n] est, si id actum est, vt corpora nummorum eadem redderentur. Nam si, vt tantũdem [o] solueretur, conuenit, egreditur ea res depositi notissimos terminos. [p] In qua quæstione, si depositi actio non teneat [q], cum conuenit tantumdem, nõ idem reddi: rationem vsurarum haberi, non facilè dicendum est. Et est quidẽ constitutum in bonæ fidei iudiciis, quod ad vsuras attinet, vt tantumdem possit officium arbitri, [r] quantum stipulatio. Sed contra bonam fidem, [s] & depositi naturam est, vsuras ab eo desiderare temporis ante moram, qui beneficiũ [t] in suscipienda pecunia dedit. [u] Si tamen ab initio de vsuris præstandis conuenit, [x] lex contractus seruabitur. [y]

Qui me præsente rem meam recipit, depositi actione tenetur. Bartolus.

XXV. IDEM libro tertio Responsorum.

DIe sponsaliorum, aut post ea, res oblatas puellæ quæ sui iuris [z] fuit, pater suscepit. hęres [a] eius, vt exhibeat, rectè cõuenietur etiã [hac] actione depositi. [b]

In depositio pecuniæ numeratæ veniunt vsuræ à tempore moræ. Bartolus.

QVi pecuniam apud se non obsignatam, [c] vt tantũdem redderet, depositam, ad vsus proprios conuertit: post moram in vsuras quoque iudicio depositi condemnandus est. [d]

Decem milia. & sic diuisibilis. sic. ff. e. l. in depositi. &. j. de administ. tuto. l. tres tu. circa prin. ibi, plane, si pecunia & cætera.

b *Abstulerint.* cõtrectando & conuertendo in suum vsum, quilibet sua quinque milia.

c *Erunt.* quilibet in media. s. quinque milia. & sic agitur, & fit condẽnatio pro partibus.

d *Suscepissent.* & sic cõtraxissent. secus si non contraxissent: quia tũc pro partibus: vt. ff. eo. l. j. §. si apud duos.

e *Res.* s. si extaret.

f *Plane.* id est certe.

g *Rei.* indiuisibilis cõtrectatæ. Accursius.

h *Nõ restituatur.* No. actionẽ insolidum: cõdemnationẽ vero pro parte, in hoc casu: in pecunia vero ideo aliud, quia pro parte tantum, non insolidum videntur eam cõtrectasse & habuisse: vt. ff. si cer. pet. nam & si fur. §. fin. Sed in specie contra: quia licet habuerit eam pro parte, tamen insolidum eam contrectauit animo lucrandi: vt & quãdo plures subripiũt: & ideo tenetur ratione delicti insolidum, sed cõsiderata naturali & primordiali qualitate actionis depositi: quæ est vt pro partibus teneantur: vt no. supra, eo. l. j. §. si apud. quilibet liberatur præstando interesse pro parte. secus ergo in furibus: quia ibi nõ potest hæc qualitas assignari. Item secus in istis hæredibus si conueniantur non actione depositi: sed condictione furtiua. & facit. j. de præto. stipu. l. prætoriæ stipulationes. Accursius.

Actione.] CASVS. Si in seruo deposito sumptum fecerit depositarius: contraria depositi conueniet deponentem.

i *Constituto.* apud se depositarium.

k *Eundem iudicem.* vel etiam apud alium: vt supra, commo. in commodato. §. j.

Lucius.] CASVS. Seruus Sempronij. c. tradidit Lucio Titio: Lucius Titius misit literas Sempronio: quibus significauit, quòd habebat ex numeratione serui. c. quæ promisit sibi numerare vbi vellet, & quando vellet. quis contractus sit. s. an mutuum, an depositum? quęritur. Quæstio sit propter incrementum vsurarum. Et respon. quòd si actio erat, quòd eadem. c. redderẽtur, depositum est. sed si tantũdem, egredietur naturam depositi: sed nõ aperit sit depositũ, an non. Verum proinde cum conuenit, vt non idem, sed tantumdem reddatur: non facile est vt veniant vsuræ,

A cùm in strictis iudiciis &c. vnde ex mora in hoc casu debentur: alioqui non, nisi ab initio aliter conuenisset.

l *Incrementum.* quis contractus sit, depositum, an mutuum.

m *Quàm deponere.* vt infra, de verborum significatio. l. commẽdare. aliter accipitur infra, man. si vero non remunerandi. §. cum quidam. Accursius.

n *Verũ.* indubitãter.

o *Tantumdem.* id est tantum si cõsumpta esset. Accursius.

p *Terminos.* est tamen depositum: vt infra. l. proxi. §. qui pecuniam. &. l. Publia. §. j. in fine. sunt autẽ notissimi termini cp depositor neque dominium neque possessionẽ amittit: vt supra, eo. licet. §. rei. & idem debet reddi: vt supra, si cer. pet. l. ij. in principio. & infra, loca. l. in naue.

q *Non teneat.* sed tamen tenet, vt dixi.

r *Arbitri.* id est, iudicis. & facit supra, de nego. gest. l. quia tantũdẽ.

s *Sed contra bonam fidem.* prosequitur quando idem: & idem etiam quando non idem debet reddi.

t *Qui beneficium.* custodiæ.

u *Dedit.* id est, fecit.

x *Conuenit.* ad casum quando tantumdem: vt infra, eo. Publia. §. j. in fin. vel ad illum quando idem potest referri, puta à die tali in antea tenearis ad vsuras.

y *Seruabitur.* nam in bon. fi. iudi. vsuræ ex solo pacto incontinenti habito debentur: vt infra, de vsuris. cum quidam. §. ex locato. Acc.

Die sponsa.] CASVS. Deposui apud te pecuniã nõ obsignatam, vt tantũdem redderes: non cp hoc expressum fuerit: quia tũc secus. post morã iudicio depositi cõuẽtus teneberis ad vsuras.

z *Sui iuris.* aliàs secus: quia tantum naturalis obligatio esset nata cõtra patrem: vt supra, de condic. inde. l. frater à fratre. §. quæsitum.

a *Hæres.* scilicet patris.

b *Depositi.* hoc quando præsente puella accipit pater: aliud si ignorante: vt supra, de nego. gesto. l. si fideiussor, §. si ignorante. quæ est contra. ADDITIO. Dic, quòd ibi puella non fuit præsens: vnde non potest dici depositum: hic vero erat præsens, secundum Bar. hic.

c *Non obsignatam.* hoc ideo, vt & cætera.

d *Condemnandus est.* vt infra, eo. l. Quintus. &. l. si sacculum. §. finali. si ergo depositi agitur vbi conuenerit inter eos vt tantumdem redderetur, quomodo sciã detur actio ex mutuo, vel ex deposito: nisi dicas, secũdum quod est actum inter eos. sed pone nil actum. Ad hoc respon. quòd hic non cõuenit expressè vt ea vteretur, præsumitur tamen quòd voluerit ea vti, quia pecuniam nõ obsignatam reliquit: & ideo depositi agitur inspecto initio: vt supra, eodem. l. prima. §. idem Pomponius quærit si tibi mandauero. si vero expressè conuenisset vt si vellet, vteretur: demum

cum vtitur,& sit mutuum,& de mutuo agitur: vt supra,si cer. peta.l.quod si ab initio.

Ex pacto appositio in traditione rei meæ quæ durat,alteri quæritur vtilis actio. Bar.

XXVI. PAVLVS libro quarto Responsorum.

PVblia Mæuia,cum proficisceretur ad maritum suum, arcâ clausam cum veste, & instrumentis commẽdauit † Gaiæ Seiæ: & dixit ei: Cum salua sanáve venero,restitues mihi:certè si aliquid mihi humanum[a] contigerit, filio meo, quem ex alio marito suscepi, [restitues.] Defuncta ea intestata,[b] desidero,[c] res commendatæ cui restitui debeant, filio,[d] an marito? Paulus respondit,filio.

In contractibus bonæ fidei, ex solo pacto nudo debentur vsuræ. Bartolus.

VLucius Titius ita cauit:† ἔλαβον, καὶ ἔχω εἰς λόγον παρακαταθήκης τὰ περιγεγραμμένα τ̃ ἀργυρίου δηνάρια μυρία: καὶ πάντα ποιήσω καὶ συμφωνῶ καὶ ὁμολογῶ, ὡς περιγέγραπται. Θ σωσεθέμω χορηγῆσαί σοι τόκον ἑκάστης μνᾶς ἑκάστου μηνὸς ὀβόλοις τέσσαρας, μέχρι δ ἀποδόσεως παντὸς τ̃ ἀργυρίου. [id est, Suscepi,habeóque apud me titulo depositi suprascripta denarium argenti decem milia: méque ad præscriptum omnia præstaturũ,& promitto,& profiteor:conuentione scilicet inita,vt quoad omne argentũ red datur, in singulos menses, singuláque libras vsurarũ nomine quaternos tibi obolos submínistrem.] Quæro, an vsuræ peti possunt? Paulus respondit, eum contractum, de quo quæritur, depositæ pecuniæ modũ excedere:[e] & ideo secundũ cõuentionem,vsuræ quoq; actione depositi peti possunt.

REi communis nomine cũ socio furti agi potest[k], si per fallaciã, dolóve malo amouit, vel rem communem celandi animo contrectet. Sed & ꝑ socio actione obstrict⁹ est: nec altera actio alterã tollet. Idémque in omnibus bonæ fidei iudiciis dicendum est[l].

XLVI. PAVLVS libro sexto ad Sabinum.

Ei communi.]CASVS. Si socius rẽ cõmunem cõtrectet: & furti, & pro socio actio cõpetit: neque altera alterã tollit. idem in omnibus bo. fi. iudi. vt cõpetat furti ex ea cõtrectatione: vt in act. mãda. locati. neg. gest. tutelæ. si tamen pro socio actũ fuerit, tollitur cõdictio furti. nec tamen facile presumitur, quòd socius faciat causa furãdi, vel celandi: sed potius iure suo, & ratione suę partis quã habet in re societatis. vnde si seruum cõmunẽ vnus sociorũ celauerit: non tenetur lege Flauia propter prędictã præsumptionem: verũtamen si probetur eũ suppressisse, tenebitur. & hoc dicit. l. illa, merito. quia cõiungitur cum. l. sed si ex causa. & cõtinue debet legi cũ duabus seq. vsque ad. §. si damnum. & ille. §. continuatur cum tribus. ll. seq. quæ planæ sunt. Viuianus.

k *Agi potest.* vt infra, de fur. si socius.

l *Dicendum est.* vt furti: cõpetebat & ex eo contractu. & sic etiã in cõmodato secundũ hoc, vt si rei cõmodatæ tibi feceris furtũ, vtraque tenearis, nec vna per alterã tollitur: vt hic, &. ĵ. de act. & obli. l. qui seruũ. Sed contra. ĵ. de fur. is cui. vbi dicit tolli cõmodati ipso iure, si furti est actũ. Ité si cõmodati dicitur ibi, ꝙ furti actio tollitur per exceptionẽ. Sol. hic non tollitur scilicet ipso iure: sed per exceptionẽ: vt ibi. vel ibi actor sciuit rẽ esse furtiuã. Vel speciale est ibi in actione cõmodati: & ideo quia accipienti cõmodatũ, grauius obligatur quàm aliquis alius: quia de leuissima culpa: & ideo in hoc releuetur. sed hoc nõ valet. quia & procurator ęque obligatur, cũ etiã de leuissima culpa teneatur. vt. C. manda. l. à procuratore. licet quidã dicãt contra. & tamen in procuratore vna per alterã non tollitur: vt. ĵ. l. proxi. Vel distingue, an agitur propter rẽ tantũ actione cõmodati: an ꝓpter interesse. nã si propter rẽ, postea furti agetur. aliàs non, secundũ Ir. Vel dic secundũ V. an feci mentionẽ furti, vel ago cõmodati ꝓ illa re in qua furtũ fecisti, & tunc non agã postea furti. an non: & tunc potest. Vel dic, speciale in cõmodato, alia ratione: quia si dolo etiã cõmodatarij res absit: tamen postea præstita æstimatione litis, cõgitur cõmodatario cedere actionem: vt. ĵ. de re iudi. l. in depositi, sic ergo postea furti non aget. sed & hoc non placet: quia non tã tũ cõmodatario, sed etiã depositario, qui de solo dolo tenetur, cedit actio: vt ibi dicitur. multo magis ergo cediturmandatario, qui de omni culpa tenetur. nã & prædicta. l. in depositi. generaliter est intellecta in omnibus bo. fi. iudiciis. Solue ergo, & dicas, ꝙ in. d. l. de fur. fuit actũ actione furti, id est condictione furtiua: & sic tollitur cõmodati: vt. ĵ. l. proxi. sed si ex causa. j. respon. & hic bona solutio. Hodie vero etiã furti & cõmodati tolluntur sola electione, licet alij dẽtur postea: vt. C. de fur. l. fin. §. j. Ité ei quòd dicit, vnã per alterã non tolli, prout ad mãdatũ refertur: vt hac. l. & infra. l. proxi. est contra. C. de fur. l. j. vbi dicitur, vel mandati, vel furti eligi. nam electione tolluntur. Solu. ibi loquitur cum alius, non actor mandauerat: & ideo datur electio agenti: vel vt mandatum ratum habeat: & ex eo agat, vel furti, dicens alios sine sua voluntate contrectasse. vtrumque autem non potest facere, quia contraria sunt. nam si agit mandati, ratam habet contrectationem. si furti, non agit mandati, & non habet ratã. hoc enim in actione furti intenditur, nec debuisti contra meam voluntatem pecuniam contrectare. & cum agit postea mandati, videtur approbare contrectationem: sicque vt sibi contrarius repellitur: vt infra,

BIU Cujas

vt infra, quando ap. sit. l. ij. §. sed si alius. & supra, de peti. hære. si testamentum. in fi. quia ratione eiusdem contrectationis & mandati quasi sit mandatum, & furti quasi non sit mandatum, experitur. hic autem actor gestionem mandauerat: procurator deinde inuito domino res contrectauerat. si agit vtraque, non ideo sibi cõtradicit: & ideo admittitur: vt hic dicitur, & supra, titu. j. si mãdauero. §. si tibi. Itẽ contra supra, nau. cau. stabu. l. idem. §. fi. Sol. vt ibi. Accursius.

a *Idem est & in colono.* qui res domini in prædio consistentes celat animo furandi. Ac.

b *Sed si ex causa. Aquilia.* vt supra, ad legem Aquil. sed & si communem. & l. seq.

c *Sed actione. Vtraque actio.* Sed nonne actio. l. Aquil. pœnalis est post ificiationem, item & sine inficiatione? Respon. licet sit pœnalis, rei tamen æstimationẽ persequitur: vnde postea non intenditur: vt j. de act. & obli. qui seruũ. §. fin.

d *Merito autem adiectum est.* scilicet illud quod sequit: vt. ff. e. l. rei communis.

e *Inire.* notabilis est hęc præsũptio: vt hic, & ff. de ser. cor. l. si quis seruum communem. in fi. j. respon. & infra, de in iur. item apud Labeo. §. si communem. & infra, de reg. iur. semper in dubiis. Sed ar. contra infra, de leg. ij. vnũ ex familia. §. si de Falcidia. & C. quando & qui. quar. pars. l. ij. ĩ medio legis. vbi dicit, ꝙ naturale vitiũ est negligi quod cõmuniter ponsidetur: sed tamẽ si quid in ea fiat, aliter præsumitur: vt hic dicitur.

f *Et ideo.* q. d. quia quasi re sua abuti videtur: ideo videamus si seruum cõmunem suppresit, vel alio modo in legem Flauiam incidit: vt. C. ad. l. Flaui. de pla. l. pe. an socio teneatur? Et videtur quòd non. nam ratio facit, vt non teneatur, scilicet prima facie propter notabilem præsumptionẽ: vel ratio. ff. ne ꝓpter solũ vsum teneatur. sed si vẽdiderit, tenet: vt hic subiicit, verũ si plagiũ &c.

Cum duobus.]*CASVS.* Duobus vicinis erat quidã fundus cõiunctus, & erat cuiusdã tertij. alter vicinus mãdauit alteri vt emeret, vt pars cõiuncta suo prædio daretur: & idem qui mandauit, statim emit. quęritur, an alteri vicino cui mandauit, teneatur cõmunicare. Dicitur, ꝙ facti est quęstio. nã ex eo ꝙ ita simpliciter mãdauerat, nulla est act. alteri vicino cõtra vicinũ. sed si actũ fuit inter eos vt emeretur, vt tãquam cõmune negotiũ in eo emẽdo gereretur: in eo casu tenetur sibi communicare excepta parte cõiuncta suo prædio: venit enim in istud iudiciũ bona fides: & alter socius alteri tenet prẽstare dolũ & culpã. [*SIIN COEVNDA.*] Inter aliquos cõtrahitur societas. vnus cõfert pecuniã vel alias res: puta agrũ in cõmune colendũ: vel pecora pascẽda: alter operã & industriã: verbi gratia, vnus dabat porcum in cõmune pascendum, vel vineam colendam: vt fructus participaret: quæritur an talis socius culpam præstare debeat? Dicitur quòd sic. sed & si socius rei cõmunis nocuit, dicitur, ꝙ culpa venit. [*DAMNA.*] Si aliquis accepit pecus pascendum causa societatis, æstimationem ipse præstare non debet, si fato intercidat. dãna enim fatalia quę accidũt imprudẽtibus & ignorantibus, non præstantur. vnde si aggressura latronum, vel incẽdio, perierunt, damnum cõmune erit: nisi dolus & culpa imputari possit. contrarium est si furto ꝑdiderit hoc casu, quia custodiam debebat solus præstare. [*QVIDAM.*] Duo contraxerunt societatẽ vt sagariam negotiationem exercerent, puta vel salis, vel saccorum, vel vilium pannorum: & cũ alter profectus esset, incidit ĩ latrones, & amisit pecuniam communem, & aliam quam secum habebat, & serui sui vulnerati fuerunt. dicitur quòd damnum toti[9] pecuniæ pertinet ad alium socium scilicet pro parte: quia nõ periisset, nisi secum cõtraxisset societatẽ. Idẽ esset si dedit aliquid vt seruus curaretur, quia totum commune erit. idem est si naufragio res perierunt cũ in naui non posuerunt nisi res consuetas ad nauigium. nam sicut lucrũ pertinet ad socium: ita & damnum. [*CVMERANT.*] Duo argentarij contraxerunt societatem in argentaria tantum. alter socio rum aliquid acquisiuit ex alia negotiatione. vtrum hoc communicetur cum socio? Respon. quòd non. Viuia.

g *Mox ipse.* scilicet qui mandauerat emi.

h *Vicinus emeret.* vt procurator.

i *Vicino.* quia licet potestatem emendi vicino concesserim, retinui tamen: vt arg. j. de dam. infec. l. j.

k *Tenebor.* nisi is cui mãdatum est, dolo vel culpa emere noluerit. tunc enim & ipse teneretur: & ita compensatione obiecta forte nihil ei præstaretur: vt infra, ea. l. §. si quis societatem. Azo.

l *Deducta.* id est retenta.

m *Mandaueram.* scilicet mihi emẽdam. Et no. quòd mutat personas ab eo quod in prin. dixerat, cũ primo in tertia: nũc ĩ prima.

n *Culpam.* scilicet vt eam diligentiam quam in suis præstabat tempore contractæ societatis, præstet nunc in societate: nisi & modo maiorem quàm tunc præstet in suis. sed in deposito semper ĩspicit qualẽ nũc ĩ suis exhibeat: licet ĩ pri. erat diligẽtior: vt hic, & ĩsti. e. §. fi. & ĩsti. qui. mo. re cõtrahi. obli. §. pen. & j. e. l. soci[9] socio.

o *Qui in coeunda.* Vel dic vnã societatẽ de terra, & bobus, & ĩter eosdẽ. Vel dic duas, vnã de terra, & aliã societatem de bestiis. Ac.

p *Artem.* scilicet colendi terram cum bobus: quos pretio meo emeram: vt in primo exemplo.

q *Operámve.* pascendi boues meo pretio emptos: vt in secundo exemplo. Azo. vt infra, loca. si quis domum. § si quis vitulos.

r *Pollicitatori.* i. pollicẽti artẽ colẽdi, vt ſtatí dixit. *ADDITIO.* Politori

Contra mandatum vni factũ veniens, conueniri non potest: secus si contra contractum societatis venerit. h. d. Nam in primo potest pœnitere, in vltimo nõ. Bartolus.

LII. IDEM libro trigesimoprimo ad Edictum.

CVm duobus vicinis fundus coniunctus venalis esset: alter ex his petiit ab altero, vt eum fundum emeret, ita vt ea pars, quæ suo fundo iuncta esset, sibi cederetur. mox ipse[g] eum fundum ignorante vicino emit. quæritur, an aliquam actionem cũ eo vicinus habeat? Iulianus scripsit implicitam esse facti quæstionẽ. Nam si hoc solum actum est vt fundum Lucij Titij vicin[9] emeret[h]. & mecum communicaret, aduersus me, qui emi, nullam actionem vicino[i] competere. Si verò id actum est, vt quasi commune negotium gereretur: societatis iudicio tenebor[k]: vt tibi, deducta[l] parte, quam mandauerã[m], reliquas partes præstem.

In hoc iudicio venit dolus & culpa. Bartolus.

ꝟ Venit autem ĩ hoc iudicium pro socio, bona fides. Vtrum ergo tantum dolum, an etiam culpam[n] præstare sociũ oporteat, quæritur? Et Celsus libro septimo Digestorũ, ita scripsit, socios inter se dolum & culpã præstare oportet.

Si vnus ponit rem, & alius operam in societate, venit etiam dolus & culpa. Bar.

ꝟ Si in coëunda[o] societate (inquit) artem[p] operámve[q] pollicitus est alter: veluti cum pecus in commune pascendum, aut agrum politori[r] †damus, in cõmune quęrẽdis fructibus: nimirũ ibi etiam culpa præstãda est.

† *Ad hũc locum vide Anto. August. lib. 4. cap. 9.*

BIU Cujas

Politori legendum est, vt est Florentiæ. Erant autem politores, qui agros excolere, atque polire cõsueuerãt. Nonius enim Marcellus sic ait: Politiones agrorum, cultus diligentes, vt polita omnia dicim⁹ exculta, & ad nitorẽ deducta. Enni. Satyra. lib. iij. Testes sunt lati campi, quos gerit Africa terra politos. & Annali. ix. Rastros détefabres carpsit causa poliẽdi agri. Varro: Quid mirũ ex depolitionibus eiciuntur, hic i cœnaculo pocilito recipiũtur. Ad hęc Pompeius Fest. lib. iiij. ait. Depolitum perfectum. quia omnes perfectiões, politiones antiqui vocabant.

† *Ex hac clausula, pũtiũ enĩ &c. sententiã vix elici posse dicit Budæus hic: nisi quis hũc sensum esse putarit, operæ pũtiũ enim &c. pro eo quod* a *Pretium enim.* scilicet, *magni æstimandũ est, & magni pendẽdum.*

Pretium enim [a] operæ, artis est velamentum. Quòd si rei cõmuni socius nocuit, magis admittit culpã quoque venire.

In actione pro socio quis non tenetur de casu fortuito, etiam si receperit rem æstimatam. Item furtum, in dubio, præsumitur cõmitti culpa eius cui res est subtracta. h. d. iste. §. Baldus.

℣ Damna, quæ imprudẽtibus [b] accidunt: hoc est damna [c] fatalia, socij non cogentur præstare. [d] ideoque si pecus æstimatum datum sit, [e] & id latrocinio, aut incendio perierit: commune damnum est, si nihil dolo aut culpa acciderit eius, qui æstimatũ pec⁹ acceperit. Quòd si à furibus subreptum sit [f], pprium eius detrimentũ est: quia custodiam præstare debuit, qui æstimatum accepit. hæc vera sunt: & pro socio erit actio, si modo societatis contrahendæ causa pascenda data sunt, quamuis æstimata. ℣ Quidam † sagariam [g] negotiationem coierunt. alter ex his [h] ad merces comparandas profectus, in latrones incidit, suamque pecuniã perdidit: serui eius vulnerati sunt: réque proprias perdidit. dicit Iulianus damnum esse commune: [i] ideoque actione pro socio damni partem dimidiam agnoscere debere tã pecuniæ, quàm rerũ cęterarũ, quas secum nõ tulisset [k] socius, nisi ad merces cõmuni nomine cõparãdas proficisceretur. Sed & si quid in medicos impensum est: pro parte socium agnoscere debere, rectissime Iulianus probat. Proinde & si naufragio quid periit, cũ non aliàs merces, quàm naui solerent aduehi: damnum ambo sentient. Nam sicuti [l] lucrũ, ita damnum quoque commune esse oportet, quod non culpa socij contingit.

Societas vnius negotiationis, non porrigitur ad aliam negotiationem. Bartolus.

℣ Cum duo erant argentarij socij: alter eorum aliquid separatim quæsierat, & lucri senserat. quærebatur, an commune esse lucrum oporteret? & Imperator Seuerus Flauio Felici in hæc verba rescripsit: Etiam si maximè argentariæ societas inita est: quod quisque tamen socius non ex argentarię* causa quæsiit, id ad communionẽ non pertinere [m], explorati iuris est. Papinianus quoque libro tertio responsorum ait, Si fratres [n] parẽtum indiuisas hæreditates ideo retinuerint, vt emolumentum ac damnum in his commune sentirent: [o] quod sed aliter in actione mandati: vt supra, man. inter causas. §. non omnia. secundum quosdam. Aldricus autem dicit idem: vt mandator teneatur de his rebus quas non detulisset mandatarius nisi mandatum suscepisset: de aliis autem non agit, sicut nec solus. Azo. & ibi plene diximus: sed quantum ad medicos bene est sec⁹: & est ratio vt ibi no.

† *Iste tex. est sing. adhoc, q̃ culpa facere nõ videtur, qui facit vt solet fieri. hoc probat iste tex. ad finẽ ibi, solerent aduehi. Bolog.*

a *De sago & sagaria negotiatione, vide Budæũ. ſ. titu. de pe. l. i.*

b *Imprudentibus.* id est ignorãtibus. Vel dic, id est prouidere nõ potentibus: vt infra, de admini. re ad ciui. perti. l. ij. §. si eo tempore. Vel dic, id est valde: vt sic augmentatiue ponatur: vt infra, de liber. & posthu. l. Gallus. §. ille. Accursius.

c *Damna.* fatalia: vt subiicit. Accursius.

d *Præstare.* nec mater, quo minus legatum percipiat: licet facto pariat monstrosum: vt, j. de verbo. sig. l. quæret aliquis.

e *Datum sit.* sic vt pretium eius reddatur si lata vel leuis culpa acciderit: vt tunc non dubitaretur: aliàs etiam fortuitũ casum præstaret: vt supra, commo. l. si vt certo. §. commodatum. Vel dicas aliter, vt diximus infra, de ælti. ac. l. j. §. finali.

e *Datum sit.* partiario colono. Accursius.

f *Subreptũ sit.* ſ. culpa socij interueniente. Et no. q̃ quidã sumunt hinc arg. q̃ furtum nũquam sine culpa, saltem leuissima, fieri potest: sed verius contrariũ est: vt. j. de furtis. l. eũ. §. idẽ scribit. Quid enim si vxor nocte marito surripit: vel potatio sibi datur, cui opiũ sit immixtũ? Et sic not. q̃ furtũ plerũque culpa fit: sed tamen quãdoq; contra. Itẽ latrocinium quod proxi. ſ. inter casus fortuitos numerauit, plerumque sine culpa. & dicuntur latrocinantes qui in syluis stant, vt spolient transeuntes. fures, de nocte in domibus: vt in auth. vt nul. iudi. §. pe. col. ix. &. C. depoſi. l. j. Accursius.

g *Quidam sagariam.* [a] id est salis vel sale: vel saccorum: vel vilium vestium attritarum. secundum. H.

h *Alter ex his.* quid si vterque captus fuerit, & vn⁹ euasit? adhuc puto idem. Item quid si vnus ab amicis redemptus fuerit? Respõ. distinguitur an animo remunerandi, vt tunc agat. aut nõ, sed donandi animo, & tunc nõ agit: vt arg. ſ. titu. j. idẽque. in fi. & l. seq. l. si vero non re. in prin. Accursius.

i *Commune.* sic supra, ad l. Rho. de iac. l. j. &. ij. §. æquissimum.

k *Non tulisset.* optima consideratio. sic & supra, fami ercisc. un. l. ex parte. in princip. Accursius.

l *Sicuti.* vt. j. lo. si mercces. §. antepe.

m *Non pertinere.* vt supra, proxi. respon.

n *Si fratres.* [C ASP.] Fratres dimiserunt hæreditatem paren. indiuisam, vt omne damnum & lucrum inde commune esset. dicitur, quòd si aliunde aliquid alter eorũ quæsiisset, non erit propterea commune. Item quæritur aliud: pone quòd conuenit inter Flauium Victorem, & Vellicum Asianum, q̃ de pecunia Victoris fierent monumẽta ex industria Asiani: & ex pec. quæ ex venditione redigẽt, certa quantitas pertinebit ad Victorem: & alia ad Asianum propter operã suam. dicitur quod * Flo. a. est locus act. pro sogenitaria cio. [IDEM.] Inter fratres coitum fuit voluntarium cõsortium, vt stipendia & cæteta communia essent, dicitur quòd redigentur in commune iudicio societatis, quanquam hæc frater emancipatus non cogetur conferre manenti in potestate fratri suo: quia & si in potestate esset, haberet ea tantũ præcipua. [IDEM RESPONDIT.] Dicit iurisconsultus q̃ nullus potest cõtrahere societatẽ vt vltra mortem suã porrigatur: quia nemo potest sibi tollere libertatẽ supremi iudicij. i. vltimæ voluntatis. Item rñ. in tali quæstione, si Lucius refecerit partes insulæ cõmunis, quis ipse posset ex ratione recuperare pecuniã cum certis vsuris intra quatuor mẽses: (quod ob hoc dicitur, quia post id tẽpus potest habere dominiũ illius insulæ) potest tamen etiã agere pro socio. finge enim q̃ maluit suũ recuperare, quàm dominium insulæ. Sed quęret aliquis, quare oratio diui Marci finiuit vsuras intra quatuor mẽses? dicitur, q̃ hoc fecit quia post id tẽpus dedit dominium. & hoc dicit vsq; ad. §. si quis societatẽ. [SI QVIS.] Si duo coierunt societatẽ ad emendũ: & res quæ emi debuit, non sit empta dolo vel culpa alterius: dicitur q̃ tenetur pro socio: & si dies sit adiecta, neque emptum fuit intra diem sine culpa sui socij: nil præstabitur ab altero. Item venit in act. pro socio, vt si in rem cõmunẽ impenderim, recuperem sumptus. Item scripsit Mela: duo vicini semipedes contulerunt, forte quilibet medium pedem, vt concraticium parietem inter se facerent ad sustinenda vtriusq; onera: dein de ædificato pariete alter non patitur in eum immitti. bene agetur pro socio. Itẽ si emerunt areã ne officeret luminibus: nisi alter præstet quod cõuenit, venit actio pro socio. [SI PLVRES.] Sciendũ est, q̃ licet plures sint societates, cõstat hoc iudiciũ sufficere ad omnes societates. [SI QVIS EX SOCIIS.] Si aliquis ex sociis ꝓfectus fuerit: recuperat fabulorã & iumẽtorũ sumptus & vecturarũ, siue ꝓpter suã personam, siue propter merces conductas. Cætera sunt plana vsque ad l. si id. Vi.

n *Si fratres.* aliàs lex, & aliàs. §. qui incipit, Papinianus. Accur.

o *Sentirent.* multo magis ergo si hoc non fuit actum.

BIU Cujas

aliunde quæsierint, in commune non redigetur.[a]

Vt obseruetur pactum societatis, competit actio pro socio. Baldus.

¶Item ex facto[b] consultum respondisse se ait libro tertio responsorũ. Inter Flauiũ Victorẽ & Vellicum Asianũ placuerat, vt locis emptis pecunia Victoris, monumenta fierent opera & peritia Asiani, quibus distractis, pecuniã Victor cum certa quantitate[c] reciperet: superfluũ Asianus acciperet, qui operam in societatem contulit. Erit pro socio[d] actio.

Quando inter fratres contracta est voluntaria societas, quilibet alteri debet conferre in illud quod emãcipat[g] fratrib[g] existentibus in potestate conferre tenetur. Bal.

¶Idem Papinianus eodẽ libro ait: si inter fratres[e] voluntariũ consortium initũ fuerit:[f] & stipendia,[g] cæteraque salaria[h] in cõmune redigi iudicio societatis: quamuis filius emancipat[g][i] hæc non cogatur conferre fratri, inquit, in potestate manenti: quia & si in potestate maneret, præcipua ea haberet.[k]

Non valet pactum per quod libera testamenti facultas impediatur, etiam per indirectum. Bartolus.

¶Idem respondit, societatem non posse vltra mortem porrigi: & ideo[l] nec libertatẽ de supremis iudiciis constringere qs poterit, vel cognatum vlteriorem proximiorib[g] præferre[m].

Habens plures vias, potest eligere leuiorem. Bartolus.

¶Idem respondit, Socius, qui cessantis cessantiúmve portiones insulæ restituerit[n], quamuis aut sortem cum certis[o] vsuris intra quatuor menses, postquam opus refectum erit recipere potest[p], [in] exigendoq; priuilegio vtetur[q], aut deinceps propriam rẽ habebit. potest tamen [&] pro socio agere ad hoc, vt consequatur[r], quod sua intererat. Finge enim malle eum magis suum consequi, quàm dominium insulæ. Oratio enĩ diui Marci idcirco quatuor mensibus finit certas vsuras, quia post quatuor [menses] dominium dedit[s]. ¶Si qui societatem[t] ad emendum coierint: deinde res alteri[g] dolo vel culpa empta non sit: pro socio esse actionem constat. Planè si conditio sit adiecta[u], *si intra illum diem venierit*[xx]: & dies sine culpa socij præterierit: cessabit actio pro socio. ¶Item si in cõmunem[y] riuum reficiendũ impensa facta sit: pro socio[z] esse actionem ad recuperãdũ sumptum, Cassius scribit. ¶Itẽ Mela scripsit, si vicini semipedes inter se contulerũt, vt ibi cratium† parietem inter se ædificarent ad onera vtriusque sustinenda: deinde ædificato pariete, alter in eum immitti non patiatur: pro socio agendum. Idemque & si aream in commune emerint, ne luminibus suis officeretur: & alteri tradita sit, nec præstet alteri, quod conuenit: pro socio actionem esse. ¶Si plures sint inter eosdẽ societates coitæ: ad omnes societates sufficere hoc vnum iudicium[a] constat.

Impensæ factæ per socium occasione societatis, societati imputantur. B.

¶Si quis ex sociis propter societatem profectus sit, veluti ad

ficat. Quid autem si suo nomine tantum? Respon. omnia remedia eidem denegantur, & donare præsumitur: vt. C. de ædi. pri. l. si is contra quem. Item quid si communi nomine refecisti altero absente? Respon. Prima duo remedia cessare videntur: quia contumacia non interuenit: tertium autem ad interesse necessarium est impetrandum vel per actionẽ pro socio, vel cõmuni diuidun. vt. ſ. communi diui. si ædes cõmunes. &. ſ. eo. l. pro socio. §. si tecum. Item quid si non est socius? Respon. secundum Io. duorum primorum habet electionem, cũ sit societas incidens.

ſ *Dominium dedit.* nũquid ipso iure etiam sine sententia? Arg. quòd non. ĵ. de reg. iur. id qđ nostrũ. litera tamen ista contrarium innuit: nec mirum: quia lex plerũque trãsfert dominiũ: sicut est in vsucap. & in legato: & in fideicommiſ. vt not. infra, de fũ. do. l. si fundũ. Itẽ quid de possessione? Respõ. penes contumacem socium permanere. nam sæpe transit in aliquem dominium sine possessione: vt in dominio rerum legatarum, & hæreditariarum: vt infra, de acqui. poſſ. l. j. §. veteres. &. l. cum hęredes. Item in rebus cõmissis in fiscum, & vacantibus: quod ex eo apparet, quia præscriptio currit in talibus rebus contra fiscũ. vnde probatur fiscum nõ posſidere, sed alium, id est præscriptorem: vt infra, de publi. & vecti. l. cõmissa. & de iure fiſ. l. j. §. an bona. &. §. diu[g]. &. §. præscriptio. &. l. imperator. & de vsucap. l. sine possessione. & de. præscri. xxx. an. l. male. & est ratio, quia possessio plurimum facti habet: & ideo sine facto nostro non amittit: facto vero nostro interueniente facilius amittitur qꝫ dominium: vt supra, ex qui. cau. ma. l. denique. & infra, de acqui. posſeſ. l. posſideri. §. in amittenda. &. l. si id quod. §. fi. &. l. peregre. §. quibus. &. l. si quis vi. §. differentia. & l. naturaliter. §. nihil.

* *Flo. ueniret Dominium quandoque sine possessione transfertur.*

† *Quis paries cratici[g] dicatur, pulchre Bud. hic.*

a *Redigetur.* sic ergo econtra in damno: vel expensis: vnde si vnus commisit maleficium, non soluit de cõmuni: vt infra, eo. §. fi.

b *Idem ex facto ait.* Papinianus.

c *Cum certa quantitate.* i. quotitate. ſ. tertia lucri vel quarta. quantitas enim alia est ad oculũ designatiua: alia ad intellectum: aliquin non societas sed fœnus contractum videtur. sic & ponit quãtitas p quotitate supra, man. si remunerandi. §. Maurus.

d *Pro socio.* si societatem esse voluerit. aliàs pscri. ver. vt hic, & supra, eo. si margaritam. & infra, de prescrip. ver. si tibi rem. Accursius.

e *Si inter fratres.* aliàs hic incipit lex, aliàs. §.

f *Initum fuerit.* vt ex quacũque causa quæsitum comunicarent: secus si simpliciter: vt. ſ. eo. l. iij. §. j. &. l. coiri.

g *Stipendia.* quæ militibus dantur: vt. C. de procu. l. qui stipendia.

h *Salaria.* quæ vexillariis vel similibus dãtur: quæ in castrẽsi peculio computantur.

i *Emancipatus.* iure prætorio ad succedendum admissus.

k *Haberet.* cũ sint castrensia: vt. ĵ. de col. bo. l. j. §. nec castrẽse. & . §. sed an. Accursius.

l *Ideo.* scilicet quòd vltra mortẽ non porrigitur. si enim porrigeretur, necesse esset vt mihi ostẽderetur psona in qua post mortem tuam consentirẽ: quod si faceres, quasi cõstringerem illam tibi habere hæredem. libertatem autem supremi iudicij quis sibi auferre nõ potest: vt hic, & infra, de hære. instit. l. institutio. ſi. C. de pactis. l. pactũ quod dotali. secundũ Azo. Vel dic, quia si vellẽ ad hæredem meum extendere: & nolles mecum in illum hæredem cõsentire, haberem necesse alium instituere, forte vlteriorem proximiori præferendo.

m *Præferre.* non facto testamento. si autẽ testamento facto præferre velit, potest: vt supra, de inoffi. test. l. j. quæ est cõtra. Vel dic, non potest cogi vt præferat prædicto modo.

n *Restituerit.* id est refecerit, & communi nomine.

o *Certis.* aliàs, centesimis Accursius.

p *Recipere potest.* in his quatuor mẽsibus currunt vsuræ: & postea est dominus: & pro rata anni computantur centesimæ.

q *Vtetur.* quia in refectionem impendit: vt. j. qui po. in pig. habe. l. interdum. Accursius.

r *Consequatur.* scilicet sibi debitum: vt. ſ. quod cum eo. l. j. & sic no. quòd qui plures habet vias: si leuiorem eligit, mos ei geritur: vt hic, & supra, de rei vin. l. quòd si possessor. Et not. diligenter ex hoc. §. quod tantum contra contumacem habent locum tria auxilia, scilicet petitio sortis cum vsura centesima vsque ad quatuor menses: item dominij translatio: item interesse præstatio, quia dicit supra, cessantis cessantiúmve, siue vnus socius est, vel plures: vt C. de ædi. pri. si vt proponis. & ita si communi nomine alter ædi-

t *Si quis societatem.* ad emendum etiam vnam rem: vt infra, eo. l. actione. §. item si societatem.

u *Adiecta.* pacto societatis.

x *Venierit.* id est, esset empta.

y *Item si in communem.* ex causa societatis pro socio vel cõmuni diuidundo supra, eo. pro socio. §. si tecum. Azo.

z *Pro socio.* quia gratia societatis & negotiationis fecerant illud pactum: secus si non esset societas, quia tunc communi diuidundo, non pro socio, agitur: vt supra. e. l. quibus. Item not. hic vnum sociorum facere altero inuito: vt supra, communi diuidun. si ædes. Sed contra in eo. titu. Sabinus. Sol. Hoc dictum fuerat hic inter eos.

a *Vnum iudicium.* sed hoc causa dirimendarum litium: quod iustitiæ est consentaneum: vt supra, si cer. peta. quidam. Azo.

plures

plures sunt tamen actiones: & sic pro pluribus hæreditatibus A vno fami.erciscun.iudicio agitur: vt Co.famil.erciscun.l.bona. & supra,famil.erciscun.l.hæredes.§.item si plures.& infra,de act. empt.& vendi.l. non est nouum.

a *Meritoriorum*. id est,hospitiorum. Azo.sicut & in procu. vt supra,man.idemque.§. idem Labeo.

b *Socium omnium*.scilicet expresse:vt supra, eo.l.iij.§.j.secus si simpliciter: vt.ff.e.l.coiri.

*Flo. pensi

c *Causis*.vt ex furto:vt infra.e.l.proxi.

d *Per contrarium*. nō refert se ad proxi.

e *Consecuturum*. sufficit enim qualitercumque damnatur:vt in vēditore hæreditatis: vt infra, de hære.vel act. vend.l.ij.§. solet.

f *Debere*. vt infra,de regu.iur.l.quod quis.& l.quod à quoquam. & infra,eod. adeo.§. penu.& supra communi diuid.l.si is cum quo.

g *Id consequi*. quia videtur magis propter absentiam, & sic propter culpā, quàm quòd nō habeat ius condemnatus: vt infra,de euic.l.

*Flo.ibidē si ideo.

h *Sarciendum*. sic ergo iniuria facta socio, contingit socium alterum: quod non est inter emptorem & venditorem: vt infra, de euic.l.si per īprudētiā.

Iniuria socio facta socio tangit.

i *Quod*.Redit ad.§. idem.

k *Oportere*.id est, non cogitur.

l *Fœda communio*. vt ff.de fideiuss.si à reo.§.fi.

m *Collatum*. sponte. Accursius.

n *Quod enim*. Pro certe.

o *Damnatus*. sic infra, de hære.vel ac. ven.l.ij.§. denique.

p *Si igitur. Oportet*. similis distinctio scientiæ & ignorātiæ est infra,loc.& condu. item quæritur.§.si fullo.&.l. si vno.§. quid tamen. &.C.de ser.fugi.l. quicunque.

q *Lucrum*.vt & supra, e.si nō fuerint.§.fi. Ac.

r *Nec quicquam. Societate*. vt supra, e.l.omne æs.&.l.seq.

† *Attamen ob æquabilem prædæ partitionē Bargulum latronē magnas opes habuisse refert Cic.lib.1.Off.*

s *Idémque*. videtur referri ad primum respō. supra.l.cum duobus.§. sociū. Vel dic ad.§. ibidem.& ad præcedentes proximas.ll. sed prima verior.

t *Turpibus*.turpes vocat actiones,quæ famosæ sunt,vel non famosæ, dum tamen ex famosa causa descendant: vt serui corrupti.nec enim omnis turpis est famosa:vt not.C.de inoff.test.l.fratres.&.C.de dig.l.ij.li.xij.

*Flo.colla tasit

merces emendas: eos dumtaxat sumptus societati imputabit, qui in eam[rem]impensi* sunt. Viatica igitur & meritoriorum a,& stabulorum,iumentorum,[&]carrulorū vecturas, vel sui,vel sarcinarū suarū gratia, vel merciū, rectè īputabit.

Socius omnium bonorum omnia conferre tenetur præterquam ex illicito quæstu quæsita, damna vero suo delicto prouenientia societati non imputat.& inhonestarum rerum societas nulla cōtrahitur.& si quæstus illicitus communicatus fuerit spōte,& communicans fuerit ex delicto damnatus, partem recuperat à socio.h.d.vsque ad.l.si id quod. Baldus.

B

V Socium vniuersa in societatē conferre debere Neratius ait, si omnium bonorū socius sit: & ideo siue ob iniuriā sibi factā, vel ex lege Aquilia,siue ipsius, siue filij corpori nocitū sit: conferre debere respondit. Idem* ait, socium omnium b bonorū non cogi conferre,quæ ex prohibitis causis c adquisierit. Per contrarium d quoque apud veteres tractatur,an socius omniū bonorum, siquid ob iniuriarū actionem damnatus prēstiterit, ex cōmuni cōsequatur,vt præstet. Et Atilicinus, Sabinus[&] Cassius responderunt, si iniuria iudicis damnatus sit: consecuturum e. si ob maleficiū suū, ipsum tantum damnum sentire debere f. Cui congruit, quod Seruiū respondisse Aufidius refert, si socij bonorum[omniū] fuerint, deinde vnus cum adiudicium non adesset, damnatus sit: non debere eum de cōmuni id cōsequi g. si verò præsens iniuriam iudicis passus sit, [id] de communi sarciendum h.

C

D

LIII. IDEM libro trigesimo ad Sabinum.

Quod i autem ex furto, vel ex alio maleficio quæsitū est, in societatem non oportere k conferri,palam est:† quia delictorum turpis atque fœda communio l est. Planè si in medium collatum m sit*, cōmune erit lucrum:

LIIII. POMPONIVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

Quod enim n ex maleficio contulerit socius:non aliter recipere debet, quàm si dānatus o sit.

LV. VLPIANVS libro trigesimo ad Sabinum.

Si igitur ex hoc cōuētus fuerit,qui maleficiū admisit:id quod cōtulit,aut solū, aut cum pœna auferet.*Solū auferet,*si mihi apponas,insciēte socio,eū in societatis rationē hoc cōtuliſſe. Quòd si sciēte[eo,]etiam pœnā socium agnoscere oportet p. Aequum est enī, vt cuius participauit lucrum q, participet & damnum.

LVI. PAVLVS libro sexto ad Sabinum.

Nec quicquā interest, vtrū manēte societate r prēstiterit ob furtum, an dissoluta ea. Idemque s est in omnibus turpibus t actionibus: veluti iniuriarum,vi bonorū raptorū,serui corrupti,& similib u,& in omnib v pœnis pecuniariis, quæ ex publicis u iudiciis accidunt.

LVII. VLPIANVS libro trigesimo ad Sabinum.

Nec prętermittēdū esse,Pōponius ait ita demū hoc esse verum x,si honestæ† & licitæ rei y societas coita sit. Cæterū si maleficij societas coita sit,constat nullā esse societatē. Generaliter enī tradit, rerū inhonestarum nullam esse societatem.

Si res perit antequam societas sit contracta, perit ei cuius est: si post contractam societatem, perit communiter.h.d. vel sic: Si societas sit re, rerū ipsarum collatione perficitur: si sit per cōtractū, non dicitur perfecta, nisi celebretur contractus. Bartolus.

LVIII. IDEM libro trigesimoprimo ad Edictum.

Si id, quod quis in societatē contulit, extinctum sit: videdū[est,]an pro socio agere possit? Tractatum[id]ita est apud Celsum libro septimo Digestorum ad epistolam Cornelij Felicis: cū tres equos haberes, & ego vnum: societatem coiuimus, vt accepto z equo meo quadrigam venderes, & ex pretio quartam a mihi redderes. Si igitur ante venditionem equus meus mortuus sit:non putare se Celsus ait societatem manere, nec ex pretio equorum tuorum b partem deberi. non enim

u *Ex publicis*. ex quibus agitur ciuiliter in factum: vt infra,de fal. qui nomine. Accursius.

x *Nec prætermittendum. Verum*. scilicet vt deducantur collata ex societate: vt supra,eo.si igitur. Azo.

y *Rei*. non illicitæ:sicut nec mandatum: vt.ff.man.si re.§.rei turpis.& nec emptio:vt.ff. de contrahen. empt.l. quod sæpe.§.sed venenum.& ar.ff.famil.erciscūdū.cęteræ.§.mala. Accursius.

*Id quod.]C ASVS. Si societas cōtracta fuerat ĩter duos, tractatum est si id quod alter **Flo. cōtulit,inter ciderit:an foret. duret societas. verbi gratia,ego habebā tres equos,tu vnum.cōtrahimus societatē equorum, vt quadrigā vēdere:& tu haberes quartam partem,& ego tres partes:dicitur q̄ si moriatur equus tuus ante vēditionē q̄ soluta est societas: quia non contraxim⁹ societatem animo habendæ quadrigæ: sed vendendæ. [IDEM CELSVS.] Si in pecunia contraximus, id est ad merces emendas pecuniam cōtulimus,& pecunia periit antequam merces emeramus:si iam communicata erat pecunia, vtrique perit: sed ante cōmunicationem si alter solummodo destinauerit, & pereat forte ea, sibi soli perit.& h. d. [SI FILIVS. FAMILIAS.]Quidam contraxit societatem cum filiofa.& ille emancipatus fuit.quæritur an duret eadem societas? Dicitur quòd sic: sed duabus actionibus agetur: vna contra filium cum patre: alia contra patrem:& de eo quod gessit dum fuit in potestate & ante emācipationem, agetur cum vtrisque:de eo quod post emancipationem gessit, agetur cū solo filio.& hoc dicit. [SI SERVVS] Si seru⁹ societatē coeat, & dominus eum vendat: finitur societas,& altera incipit.de eo quē gessit seruus ante venditionem, cū domino ageſ.de eo quod post, cū emptore.& secundū eandem distin. socius vtring; tenetur. Viui.

*Genera societatis non desinunt esse, licet deficiant ea, ex quibus constiterunt. Cuiac.

z *Accepto*.quem non accepisti:vel si accepisti, non vt esset communis est datus: sed vt eo vendito pretium cū aliis esset commune.

a *Quartam*. scilicet portionem.

b *Tuorum*. scilicet postea venditorum. Azo.

Cuiac.

BIU Cujas

habendæ quadrigæ, sed vendendæ coitam[esse a]societatē. Cæterùm si id actum dicatur, vt quadriga fieret, eaque communicaretur, tuque in ea b tres partes haberes, ego quartam: non dubiè adhuc socij sumus.

¶Item Celsus tractat, si pecuniam cōtulissemus ad mercem emendam, & mea pecunia periisset: cui perierit ea? Et ait, si B post collationem euenit, vt pecunia periret (quod non fieret, nisi societas coita esset) vtrique perire: vtputa si pecunia cùm peregre portaretur ad mercem emendam, periit. Si verò ante collationem, posteaquam eam destinasses, tunc perierit: nihil eo nomine consequeris, inquit: quia non societati periit c.

Filius emancipatus potest pro socio conueniri ipse: & pater de peculio. Bartolus.

¶Si filiusfamiliàs societatē coierit, deinde emancipatus à patre fuerit: apud Iulianum quæritur, an eadem societas duret: an verò alia sit. Si fortè post emācipationem in societatem durat tum est: Iulianus scripsit libro quartodecimo Digestorū eandem societatem durare d. Initium e enim[in]his cōtractibus inspiciēdum[est.]Duabus f autem actionibus agendum esse: vna aduersus patrem, altera aduersus filium. Cū patre, de eo, cuius dies ante emancipationē cessit. Nam eius temporis, quo post emancipationem societas durauit: nihil præstare patrem oportet g. cum filio autem de vtroque h tempore, id est de tota societate. Nam & si quid, in- D quit, socius filij post emancipationē filij dolo fecerit: eius, nō patri, sed filio actio danda est.

Alienatione extinguitur societas, quæ videtur tacitè redintegrata si in eodē actu manumissus perseuerat. Bartolus.

¶Si seruus meus societatem cū Titio coierit, & alienatus in ea dē permanserit: potest dici alie natione serui, & priorem societatem finitam, i & ex integro alteram inchoatam: atque ideo & mihi, k & emptori l actionē pro socio competere m: item tam aduersus me n, quàm aduersus emptorem ex his causis, quæ ante alienationem inciderunt, dandam actionem: ex reliquis aduersus emptorē solū.

Non potest conueniri vt societas transeat ad hæredem, nisi in societate vectigalium. Bartolus.

LIX. POMPONIVS libro duodecimo ad Sabinum.

A Deo morte socij soluitur societas, vt nec ab initio pacisci possimus, vt hæres etiā succedat societati o. hæc ita in priuatis societatibus. *at in societate vectigalium nihilominus manet societas, & post mortem alicuius: sed ita demum, si C pars defuncti ad personam hęredis eius adscripta p sit, vt hæredi quoq; cōferri oporteat q. Quod ipsum ex causa æstimandum est. Quid enim si is mortuus sit r, propter cuius operam maximè societas coita sit: aut sine quo societas administrari nō possit s? ¶Quod in alea aut adulterio perdiderit socius: ex medio nō est laturus t. Si quid verò dolo nostro socius damni ceperit: à nobis repetet u.*

In hac actione post moram veram, vel fictam, veniunt vsuræ & interesse contra socium: secus contra hæredē socii. Bartolus.

LX. IDEM libro tertiodecimo ad Sabinum.

SOciū, qui in eo, quod ex societate lucrifaceret reddēdo morā adhibuit, cùm ea pecunia ipse vsus sit: vsuras x quoq; eū pstare debere, Labeo ait y. sed quando act. de pecu. est an. l. j. §. primo.

A Deo.]CASVS. Si contracta fuit societas inter duos, finitur morte alterius: adeo quòd etiam per pactum fieri non possit, vt hæredes succedant in societatem. hoc in societatibus priuatis. sed in societate vectigalium bene valet societas post mortem: ita demū si pars defuncti peruenerit ad hæredē: quia hoc iter cōeuntes actum sit: ita quòd ei oporteret conferri: sed finitur etiam societas in his societatibus, si mortuus fuit is sine cui o opera nō durabat societas: sicque neq; huiusmodi societas porrigitur ad hæredes sine cognitione. [QVOD IN ALEA.]Eram p duo socij. vnus nostrū lusit ad taxillos, & perdidit centum aureos: vel deprehēsus in adulterio, spoliatus est. an restituetur ei hoc damnum iudicio societatis? dicitur, quòd non.

a *Coitam esse.* venditio enim quadrigę non est facta vtpote cum meus equus perierat: & sic non remansit quadriga, sed triga: vt infra, de lega. ij. peculium. §. quadrigæ. & ita damnū equi mei qui ante contractam societatem periit, ad me tantum pertinet. in altero vero casu damnum contingit iam cōtracta societate: ideoque commune est: vt supra, fa. ercis. & puto. §. id quod. & l. qui erat. §. si autem. Azo. & eadē distinctio & iuris diuersitas seruatur infra, proxi. §. secūdum Ioan. Et not. ar. hic, pro his qui dant vaccas in societatem, vt licet vacca moriatur, nihilominus in vitulo ex ea nato remaneat societas, secundum Azo.

b *Et in ea.* Primo, in prima persona. Secundo, in tertia. Tertio, in secūda loquitur de perdente.

c *Periit.* sic. s. proxi. §.

d *Durare.* facit supra, de capi. demi. l. eas. &. s. de insti. l. in eū. §. j. sed contra infra proxi. §. Sol. vt ibi.

e *Initiū.* vt supra, mā. si procuratorē. in fine. j. respon. & supra, depositi. l. j. §. si seruus deposuit.

f *Duab.* quia duę personæ: non quia duæ societates, sed vna.

g *Oportet.* imò videtur teneri, sicut de primo gestis: vt supra, de neg. gest. l. Pomponius in negotiis. quę est cōtra. Sol. duabus agitur actionibus, vna contra patrem: & ita spectatur initium vsque dum durat scilicet vsq; ad emācipationem: altera contra filiū: & ita in ea dānatur inquantum facere potest, etiam de gesto post emancipationē: & ita spectatur initium, vt ibi. vel verius aliud est ī illa actione, quæ est ex quasi contractu: quia ibi tantum ex voluntate mea obligatio contrahitur: vnde obligat prout poterat tūc obligari ispecto initio, quātū ad cōmodū vel incōmodū. aliud in vero contractu, vt hic dicit. nā eius temporis &c. ergo non spectatur principiū. vel solue, vt ibi plene diximus.

h *De vtroque tempore.* vna actione tantum: in qua inspicitur initium: vt in contraria. Item contra patrem alia, vt etiam in ea inspiciatur initium, scilicet vsque dum durat. durat autem vsque ad emancipationem, id est pro eo quod gerit vsque tunc. Accursius.

i *Finitam.* supra, proxi. §. contra. Solu. aliud est in filio, qui & ante emancipationem potest obligari, & obligatur: seruus vero nec ante nec post alienationē obligatur: sed nec dominus quondam post alienationem serui potest eius nomine obligari.

k *Et mihi.* domino serui.

l *Emptori.* qui est caput serui obligati.

m *Competere.* contra socium serui.

n *Aduersus me.* dominum primum intra annum: vt supra, ff. Vetus.

o *Societati.* vt supra, e. l. nemo. & infra, eo. l. verum. §. in hæredem.

p *Adscripta.* tria vidē vt tur exigenda vt socie- *ad hæredē*
tas transeat ad hæredē. *trāseat, tria*
Primum est, vt aliqui *requirun-*
publica conducant ve- *tur.*
ctigalia. Secundum, vt *Flo. socie*
sic conduxerint, quòd *tatibus ait.*
hæredes succedant in *In so-*
conductione & societate. Tertiū est, vt persona succedens idonea sit. potest addi & quartum: vt ipsi socij nō tā tum cum locatore vectigalium, sed etiam inter se paciscātur quòd hæredes ī societate succedant.

q *Oporteat.* vt socio.

r *Sit.* ī pacto quo cōducant à locatore vectigalis.

s *Non possit.* cum hæres non sit talis. Accursius. **Flo. repetat*

t *Laturus.* vt supra, eo dem. l. cum duobus. §. finali.

u *Repetet.* vt supra, cō muni diui. l. si is cū quo.

Socium.]CASVS. Si socius lucrifaciat pecuniam communem, & moram in ea præstanda adhibeat: præstabit vsuras huius pecuniæ, non tamen sicut vsuras: quia non attenditur debitus modus vsurarum, sed quantum sociorum interfit: secus si vsus non sit pecunia, aut moram non fecerit, sed post mortem socij illud interesse non veniet, cum dissoluta sit societas. [SOCIVS.]Alter socius erat cum seruis vēnalibus: cum ipsi vellent fugere, oppositi se. vulneratus fuit. dixit Labeo quòd expensa medicorum non communicabitur expensis aliis: quia nepensa communicaretur, nec conferretur sibi aliquid ideo quòd hæreditatem vel legatum habere desiisset propter societatem, si hęres erat institutus. sed Iulianus corrigit: quia bene communicabitur expensa sociorum. hoc dicit cum. l. sequenti. Viuianus.

x *Vsuras.* id est interesse.

y *Labeo ait.* sic in negotiorū gestore: vt. s. de negotiis gest. l. qui

BIU Cujas

sine. Item in creditore: vt supra,de pigneratitia actione.l.quamuis.§. finali. Item not.hic,quòd huic lucro quod est accessio,datur alia accessio. Sed contra argu.C.de vsu.rei iu.l.finali.vbi dicit vsurarum non præstari vsuram.Sed hic non præstatur hæc accessio vt vsura,sed vt interesse:vt subiicit.Vel licet appelletur lucrum,non tamen est accessio,ex quo non vertitur in suum vsum: vt ſ.titu. primo.l. idemq; §. denique.

a *Non quasi vsuras.* id est non seruato vsurarum modo: cum forsan hic plus sit quàm vsurarum modus pateretur: vt.ſ.de eo quod cer.lo. l.ij.§.fi.alias enim i bo. fid.iudiciis veniũt vsuræ, quæ minores in regione frequentãtur: vt infra,de vsu.l.j.in princip.&.l.& in contraria. Not.etiã hic vsuras vt interesse peti: aliàs quãdoque petũtur vt sors: vt.j. de administratione tutorum.l.tutor qui repertorium. §. si quas vsuras. & hac ratione iure canonico pessimè quidam eas defendunt. sed videtur etiã quòd vsuræ possint peti: vt infra,de vsu.l.j.§.j. quæ est cõtra. Solu.hic pro lucro: ibi pro sorte vsura petit. Vel dic q̃ hic si magis vellet actor vsuram legitimã,quòd potest petere: vt dicto §.si quas vsuras. & supra,titu.j.l.idemque.§. denique.

b *Nullam talem.* bene dicit talem, scilicet vt lucri post mortẽ quæsiti & non redditi æstimetur interesse socij: vt supra,proximè dixit.facti tamen sui rationem reddere debet: & lucrũ post mortem quæsitum reddere debet hæres: vt supra,eo.l.& acti. & infra,eo.l.actione. §. si incertam rem.quæ sunt contra.

c *Societas.* vt ad hæredem non transeat: vt supra, eo.l. societatem.§.fin.& supra,de his qui no.infa.l.furti.§. j. Accursius.

d *Labeo ait.* sed male: vt infra.l.proxi.

e *Propter societatem.* sic & supra,de pecu. eo tempore.in fine.& supra,de eden.l.antepe.§.finali. Accursius.

f *Eum.* scilicet socium.

g *Prætermisisset.* socius.

h *Donatum esset.* non tamẽ sic vt cõmune in societate esse vellet qui instituit siue donauit:sed quia timebat ei futurã damnosam societatem,vel alia huiusmodi causa. & facit infra,ſo.ma.l.ſi vero. §. item quicquid.& infra,ad Trebel.l.debitor.in fine.

i *Ecũdũ. Quod & verũ est.* quia propter cõmune negotiũ ꝓcurandũ hoc cõtigit: & hoc nisi in culpa fuerit.sed quid in aliis exẽplis supra positis? Respõ. vbi cõtẽplatione societatis cõpẽdiũ cõtingit:si quidẽ omniũ bonorũ sit socius, sine dubio cõmunicatur:vt fieret etiã si cõtẽplatio societatis habita nõ fuisset:vt.ſ.eo. l.iij.§.j.& in.l coiri.sed & si sit vnius rei tãtũ socius:dico tamẽ cõmunionẽ faciẽdã:quia ex rebus societatis quæsitũ videtur: vt argu.j.de acquirẽ.hęredi.l.aditio.§.fi.sed & hoc in superiori.l.non teneret:quia nõ vt societati acquireretur,fuit ibi institutus:vt ibi dixi.vbi autẽ in odiũ societatis quis eũ hęredẽ nõ instituit:tũc dico nõ esse æstimandũ lucrum nõ quæsitũ:vt.ſ.dixi.& sic nil de supradictis corrigitur,nisi q̃ hic specialiter dicitur:quare ergo stare prohibetur:vt.C.de testa.sancimus. Sed opponitur,cur autem aliter in compendio,propter societatem quæsito, dicit? Respon. ideo quia lex superior,& illa aditio, & aliæ inductæ aperte hoc volunt:& est ratio,quia lucro studere necesse est,non damno.sic ergo non æstimatur lucrum non quæsitum:licet æstimetur damnum,quod sentit ex vulnere,cũ resisteret seruis: vt argu.ſ.ad leg. Rho.de iac.l.ij.§.porro autem.& est ratio: quia hic se interposuit vt socius,& aliquid fecit ad commodũ societatis: ibi nihil horũ factum est, secundum Azonem.

non quasi vsuras[a], sed quòd socij interfit, morã eum nõ adhibuisse. Sed si aut vsus ea pecunia non sit, aut moram non fecerit:contra esse.Itẽ post mortẽ socij nullã talẽ[b] ęstimationẽ ex facto hæredis faciendã:quia morte socij dirimat̃ societas[c].

Damna & lucra contemplatione societatis obuenientia sint communicanda: secus si contemplatione personæ obueniunt: licet huius societatis fuerit occasio. Bartolus.

B ¶ Socius, cùm resisteret cõmunibus seruis venalibus ad fugã erumpentibus, vulneratus est. impensam,quam in curando se fecerit, non consecuturum pro socio actione Labeo ait[d]:quia id non in societatem, quamuis propter societatem[e] impẽsum sit, sicuti si propter societatem eum[f] hæredem quis instituere desiisset,aut legatum prætermisisset[g],aut patrimonium suum negligentius administrasset. Nã nec compendiũ, quod propter societatem ei contigisset, veniret in mediũ: veluti si ꝓpter societatẽ hæres fuisset institutus, aut quid ei donatum esset[h].

LXI. VLPIANVS libro trigesimoprimo ad Edictum.

SEcundum Iulianum tamẽ, & quod medicis pro se datum est:recipere potest. Quod verum est[i].

Si pretium rei communis cum socio putatiuo diuiserim: à vero socio ille putatiuus conuenitur, non ego: cum partem pretii receperim. Bartolus.

LXII. POMPONIVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

SI Titius, cum quo mihi societas erat, decesserit: egoq; cum putarem Titij hæreditatem ad Seium pertinere, communiter cum eo res vendiderim, & partem pecuniæ ex venditione redactę ego, partẽ Seius abstulerit: te, qui reuera Titio hæres es,partem à me* redactæ pecunię societatis iudicio non consecuturũ[k], Neratio & Aristoni placebat:quia meę[l] dũtaxat partis pretia percepissem. Neq; interesse, vtrũ per se[m] partes meas vẽdidissem, an cõmuniter cũ eo, qui reliquas partes ad se ꝓtinere diceret. alioquin[n] euẽturũ, vt etiã si duo socij rem vẽdiderint, vnusquisque[eius] quod ad se peruenerit: partẽ alteri societatis iudicio præstare debeat.Sed nec te ex parte,quã hęreditatis petitiõe fortè à Seio consecuturus sis,quicquã mihi præstare debere: quia quod ad C Seium peruenerit, tuarum partium pretium sit: nec ad me habentem meum, quicquam ex eo redire debeat[o].

Socius non condemnatur nisi quatenus facere potest, vel dolo desiit posse facere: quod beneficium ad fideiussorem vel hæredem non transit. Bartolus.

LXIII. VLPIANVS libro trigesimoprimo ad Edictum.

VErum est, quod Sabino videtur,etiam si non vniuersocius.hic autem hoc non proponitur. Et ad hoc est argu.contra supra,fami.erciscun.item Labeo.in princ.

l *Quia meæ.* non enim aliud quàm meam partem vendidi, neque vendere proposui. Accursius.

m *Per se.* id est seꝑatim.

n *Alioquin.* vt quod seruatur in putatiuis, seruetur in veris.

D o *Debeat.* quod est falsum:vt supra,ſi cer.pet.a.l.nam & ſi.§.fin.

l *Sed ad exhibẽdum. Ex vendito.* sic ergo ex vendito agitur ad id quod in vẽditione non venit : vt.C.de act.emp.l.ij.in fi. Acc.

m *Sed &. Accesit.* ex re venditoris, vel ex re serui vicarij.

n *Vicarii.* quẽ habebat in peculio. Accur.

Qui tabernas.]CASVS. Vẽdidi tibi tabernas meas argentarias, & cætera quę sunt in loco publi. quæritur, an vendam tibi solum? Et dicitur, quòd non, sed ius tabernę:cum ipsæ tabernæ publicæ sint, quarum vsus priuatus est:& ille intelligitur venditus. Viuianus.

o *Qui tabernas argentarias.* id est,vbi argentum vendebatur.

p *Publicæ sunt.* vbi talia vendebantur.sic & in legato:vt infra,de leg.j.l.senatus.§.fi.&.l.si domus.§.fi. Accursius.

CVm in lege.]CASVS. Si vendo tibi domũ,& dico,vti seruitutes sunt, ita sint:dubium potest esse vtrum domui meæ debeatur seruitus, an ipsa debeat : & ideo contra me fiet interpretatio, vt potius ei debeatur quàm debeat, quia ambigua est oratio. Viuianus.

q *Nocet.* vt.j.e.ea quæ.§.fi.& supra, de pac.l.veteribus. &.§.eo. Labeo.hoc est,vt potius recipiantur stillicidia venditarum ędiũ: vt supra,de serui.vrba.prædi.si arborem.§.fi.& facit infra,de reg. iur.l.in contrahenda.& infra,pro empt.l.ij.§.cum Stichum.

Si in emptione.]CASVS. Si fundus vẽditus est,& emptor dicat Stichum accesisse,& de alio senserit emptor, de alio vẽditor: quem elegerit venditor dabitur.an autem refert plus fuit in accessione quàm in re? Et respon.quòd non. [OMNIVM.]In isto.§. traditur regula, quia emptio consistere potest omnium rerũ quas possidemus:& persequi potest.in illis autem in quibus natura,ius gentium, vel mores non patiuntur commercium, venditio contrahi nõ potest.& de hoc subiicit exẽplum.liberum hominẽ sciẽs emere non possum:& si dicam,cum seruus erit,non est talis casus expectãdus.item in re furtiua si vẽditor ignorabat,emptor autem scit,non obligatur vẽditor. Si tamen agat ex vendito,nihil cõsequetur,

quetur, nisi præstiterit quod conuenit. Si autem emptor ignorabat, obliga. est vtrobique, & ita scripsit Papinian. [*REI.*] Emo rem meam non valet emptio, nisi emo simpliciter possessionem quam habet venditor, & in quo vincat me iudicio possessorio. [*ALIA.*] Si emo vinum, alia causa est gustandi, alia mensurã di. nam gustus proficit, vt liceat probare vel improbare. mensura autem proficit, vt sciatur quantum venditur. sed post mensuratione non improbat. [*SI EMPTIO.*] Vedo Stichũ aut Pãphilum. his verbis: sit venditus Stichus aut Pamphilus. dicitur, quòd in venditoris potestate est qué velit tradere. sed si vnus decesserit, alter est in obligatione. & ita primus est periculo véditoris: secũ

† *Bal. not. ista tex. qđ inspicitur illud qđ est principale: licet accessorium sit maioris valoris.*

d periculo est emptoris. vnde si ambo mortui sunt, pretium debetur: quia vnus fuit periculo emptoris. & idé erit si electio emptoris sit, dummodo hoc solum constitutum sit in arbitrio suo quem velit, non hoc an velit emere. [*TVTOR.*] Si tutor velit emere rem pupilli sui, nõ valet emptio. idé in curatore & pcuratore, & aliis qui aliena negotia gerunt. Vinianus.

a *Dictum sit.* scilicet ab emptore, & sic obscuritas debebit nocere illi.

* *Hal. ex emerunt,* † *Idé prohibitũ. Deut. 24. cap.*

b *Senserit.* id est, sensisse dicitur. Ioã. sic. C. de here. instit. l. iij. & C. de quæstio. l. iij. aliàs cõtra, supra, eo. in venditione. vel hic in accessoriis.

c *Intellexerit.* immo videtur contra, supra, eo. l. Labeo. & l. proxi. & de pac. l. veterib⁹. & j. de reg. iur. l. in contrahenda. Solu. hic ab emptore fuit dictum.

d *Refert.* scilicet aliàs. & sic innuit casum cũ non homo, sed alia res accedit. Alioquin contra: vt infra, de ædil. edic. l. iustissime. quæ est contra. Item aliud in fideiussoria obligatione: vt institu. de fideiuss. §. fideiussores. quæ est contra. Acc.

e *Habere.* ciuiliter.

f *Possidere.* scilicet naturaliter.

g *Natura.* vt homo liber.

h *Gentium.* vt sacer, vel religiosus locus.

i *Mores.* vt res publicæ in publico vsu: vt institu. eod. §. finali.

k *Admittenda est.* vt insti. de inutil. stip. §. j. & j. de sol. qui res. §. aręã. in prin. & j. de fideicom. liber. l. generaliter. §. si libero.

l *Dixerimus.* vt supra, eod. l. nec emptio.

m *Expectare.* quia casum aduersamque fortunam liberi hominis expectare neque ciuile, neq; naturale ius est: vt. j. de verb. ob. inter stipulantẽ. §. sacrã. sed libertas etiã libero homini relinqui potest: vt. j. de fideicom. libert. l. generaliter. §. si libero. Ac.

Libertas libero homini relinqui potest.

n *Furtiuum.* siue aliàs surreptum, siue ipsa contrectatione, quia venditur: vt quia res mobilis est: vt institutio. de vsucap. §. furtiuæ. item idem in deposito & commodato distinguitur, secundum Ald. Sed quid si vterque scit rem alienam, non furtiuam? Respon. valet: vt supra, eodem. l. rem alienam.

o *Præstet.* scilicet emptori. & sic not. quod emptor aliquid cõsequitur excipiendo, quod non consequitur agendo. sic & supra, de compen. si cum filio famil. Item in domo combusta secus seruatur: vt infra. e. domum. Accursius.

Dissensus circa accessoria, contractum non vitiat: & in dubio sit interpretatio cõtra creditorem. B. & B.

XXXIIII. PAVLVS libro trigesimotertio ad Edictum.

SI in emptione fundi dictum sit[a] accedere Stichũ seruũ, neque intelligatur quis ex pluribus accesserit, cum de alio emptor, de alio venditor senserit[b]: nihilominus fundi venditionem valere constat. Sed Labeo ait eum Stichum deberi, quem venditor intellexerit[c]. Nec† refert[d] quanti sit accesio, siue plus in ea sit quam in ipsa re cui accedat, an minus. Pleráque enim res aliquando propter accesiones emimus: sicut cùm domus propter marmora & statuas, & tabulas pictas ematur.

Omnia quæ possunt haberi & possideri, possunt vendi: secus si non possunt haberi & possideri. Baldus.

¶ Omnium rerũ quas quis habere[e], vel possidere[f], vel persequi potest, venditio rectè fit: quas verò natura[g], vel gẽtiũ[h] ius, vel mores[i] ciuitatis commercio exuerunt,* earum nulla venditio est. ¶ Liberum hominem† scientes emere nõ possum⁹. Sed nec talis emptio aut stipulatio admittenda est[k], cũ seruus erit: quamuis dixerim⁹[l], futuras res emi posse. Nec enim fas est eiusmodi casus expectare[m].

Rei quæ est furtiua in ipso contractu, vel eius executione, non tenet emptio vtroque sciente vitium, vel emptore solo: sed scientia solius venditoris non officit. Bal.

¶ Item si emptor & venditor scit furtiuum[n] esse quod venit, à neutra parte obligatio contrahitur. Si emptor solus scit, non obligabitur venditor: nec tamen* ex vendito quicquam consequitur, nisi vltro quod conuenerit præstet[o]. Quòd si venditor sciuit, emptor ignorauit: vtrinque obligatio contrahitur. & ita Põponius quoque scribit. ¶ Rei suæ emptio tunc valet, cum ab initio[id] agatur, vt possessionem emat quam fortè venditor habuit, & in iudicio possessionis potior[p] esset. ¶ Alia causa est degustandi: alia metiendi. Gustus enim ad hoc proficit, vt improbare[q] liceat: mensura verò non eo proficit, vt aut pl'[r], aut minus veneat: sed vt appareat quantum ematur.

Si fiat venditio plurium rerum alternatiue, erit in potestate venditoris quæ res sit vendita: & si duæ res vendantur alternatiue, prima perempta altera remanet in venditione. Baldus.

¶ Si emptio ita facta fuerit, *esto* mihi emptus Stichus, aut Pamphilus:* in potestate est venditoris quem velit dare: sicut in stipulationibus[s]: sed vno mortuo, qui supereſt dandus est: & ideo prioris periculum ad venditorem, posterioris ad emptorem respicit[t]. Sed & si pariter decesserunt, pretium debebitur[u]. vnus enim vtiq; periculo emptoris vixit. Idem dicendum est, etiam si emptoris fuit arbitrium quem vellet habere: si modo hoc solum arbitrio eius commissum sit, vt quem voluisset, emptum haberet: non & illud, an emptum haberet[x]. ¶ Tutor rem pupilli emere non potest[y]. idemque porrigẽdũ est ad similia, id est,

* *Hal. ex emptus*

p *Potior.* scilicet emptor, alij id est, venditor, & facit infra, de ac. qui. poss. si aliquis. * *Hal. ex enim*

q *Vt improbare.* non ergo post mensurã improbare licet, sicuti post gustum ante mensurã, siue vt species, siue vt quãtitas venierit. Azo.

r *Aut plus.* id est, maiori pretio.

s *In stipulationibus.* nã in alternatiuis electio est promissoris: vt hic, & supra, de eo qđ certo loco. l. non vtique. j. resp. & etiã potest mutare voluntatem: vt infra, de verborum obligatio. l. eum qui certarum. §. fi. Accursius.

t *Respicit.* sic infra, de leg. j. & cum res. & C. de peri. & com. rei vé. l. mortis.

u *Debebitur.* scilicet venditori.

x *Haberet.* quia tunc non tenet contractus: vt. C. eodem. l. in ven- * *Filiæ* dentis. Accursius.

y *Nõ potest.* immo videtur quòd sic potest: vt Cod. e. l. cum ipse. contra. Sol. hic de eo dicit qui administrauit, ibi non: vt argu. j. de aucto. tut. l. tutores quibus. Vel melius cum plures sunt tutores, valet emptio ab initio facta alterius tutoris auctoritate: vt arg. infra, de aucto. tut. l. iij. & v. §. sed & si cũ. aliàs non: vt hic. Vel dic, quod palam & bona fide potest à pupillo emere, & sibiipsi auctor fieri, nõ autem clam: vt argu. j. de admini. tut. l. nõ existimo. & de auct. tut. l. pupill⁹. §. sane. ij. & hęc habent locum in omni officio publico, vel priuato. aliàs puniuntur vt hic, & infra, eo. l. non licet. Item opponit de eo quod est infra, de admini. tut. l. tutor rerum. in fin. vbi dicit pupillum rẽ vindicare non posse, quam sibi tutor accepit de bonis eius, & prætiorationibus pupilli intulit. Sed respon. ibi est ideo, vel quia vilis capta sit ab hærede tutoris, vel quia bona fide accepit fructus tales: non quia ipse tutor poterat emere à seipso: nisi ipse faciat palam, & bona fide: vt prædicta. l. de auct. tut. l. v. §. j. & §. sane. Vel dic, non potest vindicare, nisi reddat pretium quod in suam vtilitatem peruenit: argu. C. de præ. mi. si prædium. Accursius.

QVod sæpe.] CASVS. Dicitur, quòd emptio valet etiam sine arris. [ILLVD.] Imperfecta est emptio ita contracta, habeas emptum quanti volueris, vel quanti arbitratus fueris. [VENENI.] Vendidi venenum. an valeat emptio? quidam dixerunt quòd non, sicut societas & mandatum flagitiosę rei non valet. sed ista sententia ita dentum vera est, si tale sit venenum quod nullo modo vtile posset esse, cum adiectione alterius materiæ. sed si potest aliàs medicamentum ex eo confici: bene valet venditio. [SI QVIS.] Habebam seruum qui fugerat. mandaui

BIU Cujas

mandaui amico meo peregrinanti, quòd eum quærat & vendat. si inuenerit & vendiderit, non facio contra senatusco. Libonianum (quo cauetur vt non vendatur seruus in fuga constitutus) quia vendo: neque amicus meus facit contra senatus. quia vendit. videtur enim præsentem vendere, & recte emptor contrahit negotium. [*SI RES.*] Si vendita res periit furto penes venditorem, quæritur cuius sit periculum? attendendum est quid de custodia cõuenit. si enim nihil cõuenit, in eo casu talem diligentiam præstare debet venditor, qualem bonus paterfa. præstaret in rebus suis: quam si præstiterit, securus erit ab emptore, vindicationem tamen rei & condictio. cedere debet emptori. Sed pone, quòd res sua nõ erat, & vendidit quod non habet: non potest cedere, scilicet vindicationem & cõdictionem. nunquid eo ipso damnabitur? Respõsio huius quęstionis nõ est in litera: & secundum omnes respondetur quòd dãnatur: quia si suam rem vendidisset, potuisset emptori actiones suas cedere. [*IN HIS.*] Cum vinũ vel quid aliud quod in põdere numero vel mensura consistit, aut in genere, aut in quantitate seu specie venditur: secundo casu post mensurationẽ trãsit periculum ad emptorem, primo casu stat tim post celebratũ cõtractum. Viuianus.

a *Eundentius.* nam est arg. emptionis ~~futurę~~: vt institu. eo. in prin. sic & in scriptura, quia & sine ea valet quod agitur: vt infra, de fide instru. l. pen. data autem arra, si emptor pœnitet, perdit quod dedit. Si venditor, reddit in duplum: vt institut. eo. §. j. sed an nihilominus ad interesse agitur? Quidam vt Ioan. & Bul. quòd sic. Azo, quod non: quia videntur renuntiasse agere ad interesse. Item qua actione agitur ad arras reddendas? Respon. condic. ex lege: vt Cod. de fide instru. l. contractus. vel iudicis officio. actione autem ex empto agitur, quando est sine scriptis. aliàs non, nisi scriptura tota completa: quia tunc demum est perfecta venditio: vt. d. l. contractus.

b *Emptum.* Not. tria. aut enim pretium confertur in arbitrium alterius eorum, & tunc non valet. vt hic. aut contractus, & tunc non valet: vt. C. eo. l. in vendentis. aut res, vel eius qualitas: & hoc potest fieri: vi insti. eo. §. pe.

c *Societas.* vt supra, pro socio. nec prætermittendum. Acc.

ad curatores, procuratores, & qui negotia aliena gerunt.

XXXV. GAIVS libro decimo ad Edictum Prouinciale.

QVod sæpe arræ nomine p emptione datur, non eo pertinet, quasi sine arra cõuentio nihil proficiat: sed vt euidentius [a] probari possit conuenisse de pretio.

Non valet venditio, si pretii quantitas in emptoris voluntatem, vel arbitrium cõferatur. Bartolus. B

¶ Illud constat imperfectũ esse negotium, cum emere volenti sic venditor dicit: *Quanti velis, quanti æquum putaueris, quanti æstimaueris, habebis emptum* [b]. Veneni mali quidam putat non contrahi emptionẽ: quia nec societas [c] aut mandatum [p] flagitiosæ rei, vllas vires habet. quæ sententia potest sanè vera videri de his, quæ nullo modo adiectione alteri' materiæ, vsui * nobis esse possunt. De his verò, quæ mixta aliis materiis adeo nocendi naturã deponunt, vt ex his antidoti [e], C & alia quædam salubria medicamenta conficiantur, aliud dici potest. ¶ Si quis amico peregre eunti mandauerit, vt fugitiuum suum quærat, & si inuenerit, vendat: nec ipse contra senatusconsultum [f] cõmittit, quia non vendidit: neque amicus eius, quia præsentem vẽdidit. * emptor quoque, qui præsentem emit, rectè negotiũ gerere intelligitur.

Venditor tenetur præstare custodiam in re vendita: & si sine culpa sua perdatur, nõ tenetur nisi vt actionem cedat: quam si cedere nõ potest, sine culpa tenetur. Bartolus. D

¶ Si res vendita per furtum perierit, prius animaduertendum erit, quid inter eos de custodia rei conuenerat: si nihil appareat cõuenisse, talis custodia desiderãda est à vẽditore, qualem bonus paterfamiliàs suis rebus adhibet [g]. Quã si præstiterit, & tamen rem perdidit: securus esse debet: vt tamen scilicet vindicationem rei & condictionẽ exhibeat emptori [b]. Vnde videbimus in personam eius, qui alienam rem vendiderit, cùm is nullam vindicationem aut condictionem habere * posit [i], ob id damnandus est: quia si suam rem vendidisset, potuisset eas actiones ad emptorem transferre.

In his quæ venduntur vt species, periculum est emptoris incontinenti: in his quæ venduntur vt pondus, numerus, vel mensura, est periculum emptoris, cum distinctionẽ quæ hic habetur. Bartolus.

¶ In his, quæ põdere, numero, mensuráve constant, veluti frumento, vino, oleo, argẽto: modo ea seruantur quæ in cæteris, vt simul atque de pretio conuenerit, videatur perfecta vẽditio [k]: modò vt etiã si de pretio conuenerit, non tamen aliter videatur perfecta venditio, quàm si admensa & adpensa, adnumeratáve sint. Nam si omne vinum, vel oleum, vel frumentum, vel argẽtum, quãtumcũque esset, vno pretio venierit: idem iuris est, quod in cæteris rebus [l]. Quòd si vinum ita venierit, vt in singulas amphoras: item oleum, vt in singulas * metretas: item frumentum, vt in singulos modios: item argentum, vt in singulas libras certum pretium diceretur: quæritur, quando videatur emptio perfici? quod similiter scilicet quæritur & de his, quæ numero constant [m], si pro numero corporum pretiũ fuerit statutum. Sabinus & Cassius tunc perfici emptionem existimant, cum adnumerata, admẽsa, adpensáve sint [n]: quia vẽditio quasi sub hac conditione videt fieri, vt in singulas * metretas, aut in singulos modios, quos quásve admensus eris: aut in singulas libras, quas adpẽderis: aut in singula corpora, quæ

d *Mandatum.* vt supra, manda. si remunerandi. §. rei.

e *Antidoti.* nomen medicamenti. & facit infra, de verb. sig. l. qui venenum.

f *Contra senatusconsultum.* Libonianum. Vel dic, quòd non habemus nomen eius: & cauetur in eo quòd nemo vendat seruum in fuga constitutum: vt hic, & C. ad leg. Fal. de pla. l. in fuga. & infra, de pla. l. sciendum.

g *Adhibet.* licet ipse suis rebus talem nõ adhibeat: vt ifra, de peri. & commo. rei vend. l. custodiam. & institut. eo. §. cum autem.

h *Emptori.* actionem etiam furti qui venditori competit: vt infra, de fur. l. eũ qui. in prin. & l. si vendidero. & infra, de act. emp. si ea res. in prin. Accursius.

i *Habere posit.* damnandus est? Respon. & certe ob idipsum dãnandus est: quæ est litera Pisana. Vel si non habes hoc, lege interrogatiue: & supple, qd iuris sit? Et rñ. ob id ipsum. Item quod dicit q in re aliena non potest cedi condictio: verum est ratiõe dominij: sed ratione possessionis potest: vt. §. de condic. tri. l. ij. sed ob id non liberatur. Item no. quòd imputatur ei qui cedere non potest actionẽ, cum debeat cedere: vt hic, & infra, de solu. Stichum. §. penul. & j. de admi. tu. si pupillus alterum. sic & infra, loca. l. si quis domum. in princ. &. l. hæc distinctio. Sed arg. contra. infra, de fideiuss. si stipulatus. §. si ex duobus. Accursius.

k *Perfecta venditio.* quantum ad periculũ. sic. &, C. de peri. & cõmo. rei ven. l. ij. Accursius.

l *In cæteris rebus.* hoc ita in vino si & degustatio interceserit, secundum Bul. vt infra, de pericu. & commo. rei vẽ. l. j. §. j. & l. si quis vina. Et idem in qualibet alia re quæ venditur ad saporem: vt post degustationẽ demum sit emptoris periculum. Sed tu dic etiã in vino, quòd statim etiam ante degustationem cum venditur in specie, vt in cæteris rebus: vt hic, & supra, proxi. §. nec ob. d. l. infra, de pericu. & cõmo. rei ven. l. j. §. j. quia ibi de periculo conuenit: & si quidem intra tempus, bene est: aliàs intelligitur vsque ad degustationẽ. si autem nil de periculo cõuenerit, seruatur quod hic dicitur. Item nõ ob. dicta lex, si quis vina. quia loquitur ibi in vino vendito ad mẽsuram, quod erat degustandum post diem certum.

m *Constant.* vt oues.

n *Adpensáve sint.* hoc nisi steterit per emptorẽ quo minus hæc fiant.

* *aliàs, habere posit, an ob id dãnandus sit? & certe ob id ipsum dãnandus est: quia &c.*

* *Flo. singulos*

* *Flo. singulos*

BIU Cujas

fiant: vt infra, de peri. & com. l. si per emptorem. §. si verbi gratia.

a *Adnumeraueris.* scilicet pretium constituatur. Sic ergo sub hac conditione videtur fieri, si hæc mensurentur, vel appendantur, vel numerentur: vt hic dicit. ergo pendente conditione periculum peremptionis est venditoris, sed deteriorationis est emptoris: & sic acoris vel mucoris: qđ B. plane concesit & in qualibet alia conditionali venditione: vt infra, de pericu. & cómo. rei ven. l. quòd si pendéte. Sed certe hoc est falsum. & idem Bul. postea more sapientis mutauit consilium. nã indistincte omne periculum est venditoris: vt hic. Et sic aliud erit in hac conditione tacita quàm in aliis: quia vẽditori datur facultas etiam per corbes tantumdem effundere: & sic potest se facile periculo liberare: vt infra, de pericu. & commo. rei vend. l. j. in fin. Accursius.

adnumeraueris [a]. Ergo & si grex venierit: si quidem vniuersaliter vno pretio, perfecta videtur, postquam de pretio conuenerit. si verò in singula corpora certo pretio: eadem erunt, quæ proximè tractauimus. ¶ Sed & si ex doliario † pars vini venierit, veluti metretæ centum: verisimum est (quod & constare videtur) antequam admetiatur [b], omne periculum [c] ad venditorem pertinere. Nec interest, vnum pretium omnium centum metretarum insimul* dictum sit: an in singulas eas.* Si quis in vendendo prædio confinem celauerit, [d] quem emptor si audisset, empturus non esset: teneri [e] venditorem [dicimus.]

† *De vino doliario, aut qđ idẽ est, doliari pulchrè Bud. j. de peri. & cõ. rei ven. l. 1. §. vlti.*

* *Flo. in semel*

* *Flo. singulos eos.*

b *Admetiatur.* & degustetur. nam hæc duo sunt necessaria: vt infra, de peri. & commo. l. si quis vina. §. ex hoc apparet. ibi, difficile & cætera. in prin. l. primæ no. Accursius.

c *Omne periculum.* nó ergo solum per emptionis, sed etiam acoris & mucoris. Item nó solum si pars pereat, sed & si totum illud dolium: vt hic. & hoc nisi emptor fuerit in mora. vt infra, de peri. eu. & commo. l. si per emptorem. §. si verbi gratia. Accursius.

d *Confinem celauerit.* id est malum [a] vicinũ: quos vicinos tenetur dicere, si sunt mali: vt hic: vel si hoc ita actum sit: non aliàs: vt infra, eod. l. cum seruo. §. fin. ac ipsos terminos agri semper tenetur dicere: vt. j. de ac. empt. l. Titius hæres.

a De cõmoditate seu incõmoditate à vicino: pulchrè L. Columella de re rustica. lib. 1. ca. 3. & apud Erasmũ in chiliadibus in expositione illius prouerbii: Aliquid mali propter vicinum malũ.

e *Teneri.* s. ad interesse. Accursius.

XXXVI. VLPIANVS libro quadragesimotertio ad Edictum.

CVm in vẽditione quis pretium rei ponit, donationis causa non exacturus [f]: non videtur vendere. [g]

Quando pretium incertum in aliquem casum certificandum confertur: non perficitur vẽditio si certificari non possit. Bar.

XXXVII. IDEM libro tertio Disputationum.

SI quis fundum iure hæreditario sibi delatum, ita vẽdidisset: *Erit tibi emptus tãti, quãti à testatore emptus est*: & mox inueniatur non emptus, sed donatus testatori: videtur quasi sine pretio facta venditio. Ideoque similis [h] erit sub conditione factæ venditioni: quæ nulla est, si conditio defecerit. [i]

Valet donatio commixta venditioni: licet ei intercidat donatio: nisi inter prohibitos. Bartolus.

Cvm in venditione.] CASVS. Si aliquis venditor apponat pretium in venditione causa donationis: non videtur vendere. Viuianus.

f *Non exacturus.* secus si poneret, exacturus, & postea remitteret: vt infra, loca. l. si tibi habitationem. quæ est contra. Item hic quando vtraque pars in hoc consensit. Sed quid si venditor tantum hoc gerebat in animo, ne exigeretur pretium? Respon. vterque alteri obligatur. licet enim tibi proposui donare, non tamen donaui.

g *Non videtur vendere.* vt ex empto vel vendito agatur: vt infra, loca. & condu. l. sicut emptio, & supra, pro socio. l. v. in fi. sed tamen est donatio: vt. C. eo. l. empti. Accursius.

Si quis.] CASVS. Vendidi tibi fundum, qui hæreditario iure mihi deferebatur: & ita dixi: Vendo tibi fundum talem quanti emptus fuit à testatore. apparet postea quod testator non emit, sed sibi donatus fuit. quasi sine pretio venditio est: & ita nulla quasi sub conditione facta, deficiente conditione.

h *Similis.* non est vere conditio: cum in præteritum conferatur: vt supra, si cer. pet. itaque.

i *Si conditio defecerit.* secus in legatis, quibus adiecta falsa causa, vel etiã demonstratio, non nocet: vt insti. de legat. §. huic. Acc.

Si quis donationis causa.] CASVS. Vendidi tibi equum pro. v. qui valebat. x. an valeat venditio? Dicit huiusmodi venditionem valere. alias non, cum tota venditio donationis causa fit. si enim viliori pretio fiat: valet nihilominus, nisi inter virum & vxorẽ. & hoc dicit. Viuianus.

XXXVIII. IDEM libro septimo Disputationum.

SI quis donationis causa minoris vendat, venditio valet. Totiens enim dicimus in totum venditionem non valere, quotiens vniuersa venditio donatiõis causa facta est [k]. quotiens verò viliore pretio res donationis causa distrahitur, dubium non est, venditionem valere. Hoc inter cæteros. Inter virum verò & vxorem donationis causa venditio facta pretio viliore, nullius momenti est [l].

Emptio rei suæ non valet, etiam si ematur à creditore cui obligata est. Bal.

XXXIX. IVLIANVS libro quintodecimo Digestorum.

SI debitor rem pigneratam à creditore redemerit, quasi suæ rei emptor actione ex vẽdito non tenetur [m]: & omnia [n] in integro sunt creditori [o]. Verisimile est eum, qui fructum oliuæ pendentis vendidisset, & stipulatus est [p] decem pondo olei quod* natum esset [q]: pretium [r] constituisse ex eo, quod natum [s] esset, vsque ad decem pondo olei. idcirco solis quinque collectis, non amplius emptor petere potest, quàm quinque pondo olei, quæ collecta essẽt. [& hoc] à plerisque [t] responsum est. [u]

Renuntiatio facta post terminum conuentionalem, nullius est momẽti. h. d. Itẽ per vniuersalem renuntiationem satisfit termino, si aliud non est actum expresse. h. d. ista. l. quam no. Bartolus.

XL. PAVLVS libro quarto Epitomarum Alfeni Digestorum.

QVi fundum vendebat, in lege ita dixerat, vt emueniisset. sic. ẽ. de condic. inde. si non sortem. §. si decem. Vel dic, stipulatus esset scilicet pretium. x. pondo &c. vt hic sint casus genitiui. & hoc si non est pro. aliàs planum.

k *Facta est.* vt supra, eo. l. cum in venditione. Accursius.

l *Nullius momenti est.* vt supra, ad Velle. l. vir vxori. & infra, de iur. do. si res. in princ. Hoc tamen si principaliter donare intendebat. secus si principaliter vẽdere: quia tunc eatenus irritatur, quatenus fuit donatio: vt infra, de dona. inter virum & vxo. si sponsus. §. circa. Accursius.

Si debitor.] CASVS. Emi rem à Titio, quam ei pignerauerã, an teneat ac. ex vendito? Dicitur quòd non. [VERISIMILE.] Vendidi alicui fructũ oliuæ meæ pendentis pro. x. põdo olei quod natum esset. Dicitur quòd verisimile est ita constitutum pretiũ esse, vt si. x. colligeret, si- * aliàs, qđ ue. x. nascerẽtur. x. præ- natũ esset, starentur: si tantum. v. pretium cõprestarẽtur. v. quæ col- stituisse &c. lecta essent. & hoc à quibusdã respõsum est.

m *Non tenetur.* ad pretium.

n *Omnia.* tam in actione reali, quàm in actione personali: vt hic, & supra, de pig. ac. l. debitor. Sed contra, supra, man. l. si mandauero. §. si hi. Solu. ibi alium supposuit: non ipse debitor emit. Accursius.

o *Venditori.* aliàs creditori.

p *Et stipulatus esset.* id est promisisset, siue cõueniisset. sic. ẽ. de condic. inde. si non sortem. §. si decem. Vel dic, stipulatus esset scilicet pretium. x. pondo &c. vt hic sint casus genitiui. & hoc si non est pro. aliàs planum.

q *Esset.* scilicet pretium.

r *Pretium.* nunc respondet. Accursius.

s *Ex eo quod natum.* quia hæc verba quod natum erit, causam taxationis obtinent: vt. j. de tri. vi. & oleo lega. l. v. Azo.

t *Aplerisque.* subaudi, etiam. Accursius.

u *Responsum est.* sed & pretium plus quàm pro. v. non soluetur: & si soluerit, per condic. sine causa repetitur. Accursius.

Qvi fundum.] CASVS. Vendidi Titio fundum: & dixi. eiugera esse: & in pacto ita cõuenit vt emptor intra. xx. dies mensuraret fundum: & nisi mensuraret intra tempus statutum, fides venditionis solueretur, id est vt venditor vlterius de pretio refundendo non teneretur, nec emptor mensurauit: sed dixit quanto minorem esse credebat intra diem mensurationis præfixum: & pretium accepit: postea vendidit, & inuenit longe in minori esse quàm dixerat. quæritur, an hoc recuperet

à primo

à primo venditore? Disting. si fuit actum vt intra.xxx.dies proximos renuntiaret: quod postea renuntiauit, sibi non proficit. sinautem actum fuerit quòd metiretur intra.xxx.proximos, & renuntiaret quandocumque: in eo casu recuperat si post multos annos renuntiauit. [*IN LEGE.*] Vendidi tibi fundum: & in pacto dixi aquam accessuram, quæritur, an iter ad aquam reddere debeam? Dicitur quòd sic: quia id actum videt. [*OVI AGRVM.*] Vendidi agrum & dixi esse. xviij. iugerum: & conuenit vt certũ pretiũ solueretur pro quolibet iugere super hoc inuento per mensurationem. Dicitur quòd si.xx. iugera inueniantur, pro.xx. pretiũ soluatur. [*FVNDI.*] Vẽdidi fundum, & excepi frumenta manu sata. q̃ritur, an videatur exceptum frumentum natum ex stipula? Dicitur quòd considerandũ est quid actum sit: quia ex verbis non sunt illa exempta: sicut neque illa q̃ sunt ex sacco saccarij, vel aliàs ex ore auib[p] cecidissent. [*CVM FVNDVM.*] Si vendo fundum, & excipio frumentum vel fructũ omnem, videor excipere arundinem, & syluam cæduam, quæ loco fructuum sunt. [*DOLIA.*] Ego procurator vendidi fundũ: dixi accessura dolia domini quæ ibi erant empta de peculio: an autẽ accedent? Dicitur q̃ sic. [*ROTA.*] Si ædificia sint vendita: accedit rota per quam aqua trahitur: quia ædificij est sicut situla. Viuia.

a *Soluta esset.* id est vt non teneatur emptori.

b *Accepit.* id est recepit à venditore: quia minorem modum inuenerat. Accursius.

c *Vendidit.* scilicet emptor.

d *Quàm putauerat.* scilicet, in prima mensuratione.

e *Triginta proximis.* hic distinguitur: sed quamquam obscure ponatur hic distinctio, potest sic clare dici vt dicas: an dixit, ĩtra.xxx. dies renũtia quanto sit minor: an quòd sit minor, vt ex litera obscure colligitur. Vel dic secundum Ioan. an dixerit vt metiretur & renuntiaret intra.xxx.dies: an dixerit vt metiretur intra.xxx. dies: & renuntiaret scilicet quádocũque. & sic nõ fit repetitio.xxx.dierum. Et sic est arg. contra insti. ad le. Aquil. §. hoc tamẽ capite. Itẽ no. quòd hæ interpretationes habent locum, cum non apparet quid actũ est: vt. j. de actio. emp. l. ij. Item quando venditor fuit ignorans modũ. aliàs perpetuo tenetur: vt. j. de act. emp. l. emptorem. §. Iulia. Mensor autem si dolo fecit protractionem istã, tenetur de dolo: vt. s. si mẽ. fal. mo. di. l. si mensor. in prin. Accursius.

ptor in diebus triginta proximis fundum metiretur, & de modo renũtiaret: † & si ante eã diem non renuntiasset, vt venditoris fides soluta esset[a]. Emptor intra diem mensuræ, quo minorem modum esse credidit, renũtiauit: & pecuniam pro eo accepit[b]. postea eum fundum vendidit[c]: & cum ipse emptori suo admetiretur, multo minorẽ modum agri, quàm putauerat[d], iuenit. Quærebatur,* an id, quod minoris esset, consequi à suo venditore posset? Respondit, interesse, quemadmodum lex diceretur. Nam si ita dictum esset, vt emptor diebus triginta proximis[e] fundũ metiatur, & domino renuntiet quanto modus agri minor sit: quo post diem trigesimum renuntiasset, nihil [esse] ei profuturum. Sed si ita pactum esset, vt emptor in diebus proximis[f] fundum metiatur, & de modo agri renuntiet[g]: & si in diebus triginta renuntiasset minorem modum agri esse[h]: quãuis multis post annis, posse eum, quo minoris modus agri fuisset, repetere.

Vnum accessorium trahit ad se aliud accessorium. Baldus.

¶ In lege fundi aquam accessuram dixit[i]. quærebatur, an etiam iter aquæ accessisset? Respondit, sibi videri id actum esse: & ideo iter quoque venditorem tradere oportere.[k]

Cum fundus venditur ad mensuram, si plus fuerit inuentum quàm fuerit dictum, pro toto debetur pretium. Baldus.

¶ Qui agrum vendebat, dixit fundi iugera decem & octo esse: & quod eius[l] admensum esset,* ad singula iugera certum pretiũ stipulatus erat. [m] viginti inuenta sunt. Pro viginti deberi pecuniam, respondit. ¶ Fundi venditor frumenta manu sata receperat[n]. in eo fundo ex stipula seges erat nata. quæsitum est, an pacto contineretur. Respondit, maximè referre, quid actum esset. Cæterùm secundum verba esse* actũ, quod ex stipula[n] nasceretur: non magis, quàm si quid ex sacco saccarij[p] cecidisset, aut ex eo quod auibus ex ore[q]* cecidisset, natum esset.

Appellatione fructus continentur etiam arundines. Baldus.

¶ Cum fundum quis vendiderat, & omnem fructum receperat: & arundinem cæduam, & syluam[r], in fructu esse respõdit. ¶ Dolia, que in fundo domini essent, accessura dixit[s]. etiam ea[t], quæ seruus, qui fundum coluerat, emisset: peculiaria emptori accessura * respondit. ¶ Rota[u] quoque, per quam aqua traheretur: nihilominus ædificij est, quàm situla.

Modus adiectus contractui, contractum non suspendit: & actione ex eo contractu quis modum implere cogitur. secus in conditione. Bartolus.

XLI. IVLIANVS libro tertio ad Vrseium Ferocem.

CVm ab eo, qui fundum alij obligatũ habebat, quidam sic emptum rogasset, vt esset is sibi emptus, si eũ liberaret,* dũmodo ante kalendas Iulias † liberaret: quæsitum est, an vtiliter agere posit ex empto in hoc, vt venditor eũ liberaret? Respondit. Videam[v], quid inter ementem & vendẽtem actum sit. Nam si id actum est, vt omnimodo intra kalendas Iulias venditor fundum liberaret: ex empto erit actio, vt liberet. Nec sub conditione[x] emptio facta intellegitur: veluti si hoc modo emptor interrogauerit, *erit mihi fundus emptus, ita vt eũ intra kalendas Iulias liberes:* vel *ita, vt eũ intra kalẽdas [Iulias] à Titio redimas.* Si verò sub conditione facta emptio est, non poterit agi, vt conditio impleatur. [*MENSAM.*] Vendidi coopertam mensam argento ei qui credebat eam solidam. Dicitur quòd non valet vẽditio: & pecunia data pro hoc, condicetur. Viuianus.

f *In diebus proximis.* scilicet triginta.

g *Renuntiet.* scilicet quandocumque. Accursius.

h *Agri esse.* sed non tantum quanto minor erat.

i *Dixit.* scilicet venditor.

k *Oportere.* tanquã accessoriũ: vt. j. ea. l. in fi. & l. fistulas. j. rñ. & s. de relig. si vẽditor. & s. de serui. vrba. prædi. l. binas. & de serui. rustic. prædi. itẽ. §. qui habet. & infra, de act. emp. si venditor. §. fi.

l *Eius.* s. fundi, etiam si vltra dictã mensuram sit: vt statim innuit. * *Hal. non esse*

m *Erat.* s. venditor.

n *Receperat.* aliàs enĩ emptor ẽ sequerẽtur: vt j. de act. empt. l. Iul. §. si fructibus. & C. de ac. emp. l. fructus. & s. de vsufr. l. si pendentes. j. rñ. * *Flo. aera*

o *Stipula.* quam vulgariter stopolã appellamus. s. quãdo inde sectũ est frumẽtũ: vt. j. de ver. sig. sylua. §. stipula.

p *Saccarii.* i. alutarij sunt, q̃ deferunt saccos.

q *Exore.* i. rostris, de quo non fuit cogitatũ. & sic non intelligitur exceptũ: vt. s. de trãsac. l. cum Aquiliana. * *Flo. cessiua*

r *Syluam.* s. cæduam.

s *Dixit.* s. procurator domini mandato.

t *Ea.* scilicet dolia.

u *Rota.* vt in palatio dñi Accursij: vbi rota est per quã trahit aqua.

u *Rota.* facit. s. ea. l. §. in lege. & infra, eo. l. si aquæductus.

CVm ab eo.] CASVS. Habebã librum meum obligatũ penes aliquem: vendidi eum Titio: si luero librũ intra kalend. quæritur, an posit Titius agere cõtra me act. ex empto vt librũ luã intra kalend. Distinguit quid actum fuerit inter emptorem & venditorem. si enim actum fuerit quòd ego venditor omnino luerem, tunc bene potest me conuenire. verbi gratia, si ita dictum fuerit ab emptore: erit mihi fundus emptus si intra kalẽdas redimas: in hoc casu tenetur ex empto redimere venditorem: neque intelligitur vẽditio sub conditione contracta. Si vero sub cõditione fuerit facta vẽditio: tũc non potest agi cum eo * *Flo. liberasset* † *Hũc locũ explicat elegãter Anto. Aug. li. 4. cap. 14.*

v *Sub conditione.* vt sit mihi empt[o] si eum liberaueris. Nã cõditio per si, modus per vt, causa per quia, ponitur: vt hic, & infra, de cõditionibus & demõst. falsa. §. fin. quandoque tamen vt, pro conditione ponitur: vt ar. infra, de condit. & demon. l. à testatore. in fi. Et est ratio quod non potest agi: quia conditio in potestatem, hoc est in voluntatem suam erat collata. alias si ex alterius fa-

BIU Cujas

cto penderet:si staret per istum, contra esset: vt infra,eo.l.si mihi bibliothecam.quæ est contra.Accursius.

a *Mensam.* æneam,vel ligneam.

b *Nulla est emptio.* immo contra:vt supra, eo.quid tamen.Solu. nulla est quo ad æs:sed quo ad aurum sic. Vel distingue an possit separari: & tunc valet etiam in auro vel argento:vt ibi.an non:& tunc non valet etiam in auro vel argento:vt hic. Vel distingue qđ prævalet:vt si argentū, valeat:si æs,non valeat. Vel dic, cp hic specialiter fuit actum vt insolidum esset argentea. Vel melius: nō est emptio quantum ad rem: id est,æs.dicitur tamen aliqua fauore emptoris,ne decipiatur:vt institu.eo.§.fi. Acc.

Flo. pugnaverit

Domini.]CASVS. Si dominus velit vendere seruum suum vt pugnet cum bestiis: neque potest per se,neque per procuratorem, etiam criminosum seruum.

c *Saltem.* ponitur ibi pro etiam.Accursius.

d *Vendere.* scilicet hoc pacto quod subiicit. & infra, ad.leg. Cornel. de sic.l. cireūcidere.§. seruo. Item facit insti. de his qui sunt sui vel alieni iur.§.fin.Acc.

**Fl.vēdit.*

Ea,quæ.]CASVS. Vēdebam seruum. commēdabam eum de his quæ palam apparebant: quia eum dicebam speciosum,vel domum bene ædificatam. ista talia quæ commēdandi causa dicebam, cum publica sint, non obligant venditorem. aliàs si dicam seruum artificem, vel literatū, cum hęc palam nō sint, bene obligabor. Idem est in aliis quibusdam pollicitationibus:si ꝓmitto seruum sanum, cum monoculus sit:nō obligabor : cum emptor aperte videat cp monoculus est. vnde cum de sanitate stipuletur, videtur de cæteris partibus serui stipulatus: non de illa de qua seipsum decipit.[DOLVM.] Venditor debet hoc præstare quòd dolus à se abfuerit in venditione: vnde generaliter de dolo tenetur commisso in contractu: siue fallendi causa, cum obscurè loquitur,siue insidiose obscuritatem dissimulat.Viuianus.

†*Hunc locū latè explicat Cic. lib.3.offc.*

e *Non ignorauerit.* vel scire potuerit. & dicas plene vt supra, de dolo.l.quod venditor.Accursius.

f *De sanitate stipuletur.* generaliter. Sed si nominatim stipulatus est eum videre, quamuis sciebat eum non videre, tenebitur venditor: quia hoc conuenit: sicut is qui sciens emit fugitiuum, & stipulatur non esse fugitiuum: vt infra, de except. do. apud Celsum.§.item Labeo scribit, si quis fugi.quæ est cōtra.Vel dic, quòd ibi pretium fuit stipulatus, hic non:sed tantum de sanitate.Accursius.

g *Fallendi.* vt si dicat equum non ascendere arborem: vt sic non teneatur ideo quia non ascendit pontem.Vel si dicat emptor, non est seruus artifex, & venditor statim subiiciat: ego promitto.Accursius.

h *Dissimulat.* scilicet tacendo, vel in aliis verbis se intromittendo: vt infra, de ac.empt.l.j.§.j.Accursius.

pleatur. Mensam[a] argēto coopertam, mihi ignoranti pro solida vendidisti imprudens. nulla est emptio[b]: pecuniáque eo nomine data condicetur.

XLII. MARCIANVS libro primo Institutionum.

DOmini neque per se, neq; per procuratores suos possunt saltem[c] criminosos seruos vendere[d], vt cum bestiis pugnent.* & ita diui fratres rescripserunt. B

Commendatio generalis non obligat cōmendantem: & promissio generalis non refertur ad id quod emptor sciebat. Bartolus & Baldus.

XLIII. FLORENTINVS libro octauo Institutionum.

EA, quæ cōmendandi causa in venditionibus dicuntur: si palam esse appareāt,venditorem non obligant, veluti si dicat seruum speciosum,domum bene ædificatam. At si dixerit hominem literarum,vel artificem: [hoc] præstare debet. Nam hoc ipso pluris vendidit*. ſQuædam etiam pollicitationes venditorē non obligant, si ita in promptu res sit, vt eam emptor non ignorauerit[e]: veluti si quis hominem luminibus effossis emat, & de sanitate stipuletur[f]. Nam de cætera parte corporis potius stipulatus videtur,quàm de eo, in quo se ipse decipiebat.ſDolum malum à se abesse præstare venditor debet: qui non tātum in eo est, qui fallēdi[g] causa obscurè loquit:sed etiā, qui insidioſè obscurè dissimulat.[h]†

XLIIII. MARCIANVS libro tertio Regularum.

SI duos quis seruos emerit[i] pariter vno pretio, quorū alter ante venditionem* mortuus est: neque in viuo constat emptio[k].

XLV. IDEM libro quarto Regularum.

LAbeo libro posteriorum scribit, si vestimenta interpola quis pro nouis emerit, Trebatio placere, ita emptori præstandum quod interest[l], si ignorans interpolla emerit. quam sententiam & Pomponius probat: in qua & Iulianus est, qui ait, si quidem ignorabat venditor, ipsius rei nomine teneri.[m] si sciebat, etiam damni, quod ex eo contigit[n]: quemadmodum si vas aurichalcum* pro auro vendidisset ignorās,tenetur,vt aurum quod vendidit,°, præstet.

Officialis in loco vbi administrationem gerit, contractus per se vel per alium facere non potest. Bartolus.

XLVI. IDEM libro singulari de Delatoribus.

NOn licet ex officio[p], qđ administrat quis, emere quid vel per se, vel per aliam personam[q]: alioquin non tātum rem amittit, sed & in quadruplum[r] conuenitur, secundum constitutionem Seueri & Antonini. & hoc ad procuratorem quoque Cæsaris pertinet. Sed hoc ita se habet, nisi specialiter quibusdam hoc cōcessum* est.[s] C

Iura realia accedunt rei sine aliqua expressione. Baldus.

XLVII. VLPIANVS libro vicesimonono ad Sabinum.

Si duos.]CASVS. Vendidi Titio duos seruos vno pretio licet pro decem. si vnus moriatur: an in superstite remaneat venditio,quæritur. Et dicitur quod non.Viuianus.

i *Emerit.* putans vtrumque viuere,cum vnus tantum viueret.

k *Constat emptio.* forte quia non esset emptus, nisi vtrumque simul: arg. infra, de in diem addic.quòd si vno.§.Celsus,& institu. ad leg. Aquil.§ his autem verbis. Alioquin cōtra:vt.j.eo.l.domū. Item contra,supra, eo. quid tamen.Sol.hic nō errauerunt:licet crediderunt eum viuere:sed supra,sic.Accursius. ** Fl.vt dixerunt*

Abeo.]CASVS. Vendidi vestimenta mea antiqua pro nouis: emptor qui putabat esse noua,agere potest contra me quamuis ego ignorem vetera.Additur,si aurichalcum pro auro venderem: quòd etiā ignorans teneor vt aurum quod vendidi tradam. Viuianus. ** Hal. aurichalcum*

l *Interest.* scilicet eū melior sit noua vestis: sicut & nouum mancipium: vt infra, de ædil. edict.l.præcipiunt.Ac.

m *Teneri.* scilicet actione ex empto, quāto minoris esset emptus si sciisset:vt infra, de act.empt.l.Iulianus. in prin.Accursius.

n *Cōtigit.* vt quia forte vendidit alij: & emptori promisit pœnam si ea inueniret interpolata: vt.j.de act.empt. Iulianus.circa princ.

o *Quod vendidit.* id est, quia putabat vendere, ac si scisset tunc omne dānum: vt.ff.p. xi. & actione de dolo: non ex empto secundū M.cum nulla sit venditio.Accursius. ** Fl.ce ipsum*

Non licet.]CASVS. Tutor & curator & procurator, vel quicūque alius,nō possunt emere ex officio quod administrāt aliquid,neq; per se,neque per interpositā personā.& si fecerint,tē emptā amittent:& quadruplū prestabūt.quod est in procuratore Cæsaris.hoc enim specialiter quibusdā certis psonis cōcedit.Vl. D

p *Non licet ex officio.* vt ab eo cuius gerit officium publicū vel priuatum:vel etiam ab eo qui de sua iurisdictione est: vt hic, & C.de contrac.iudi.l.j.& supra, si cer.pet.l.principalibus.Sed cōtra.C.eo.cū ipse.Solu.vt dixi.§.eo.si in emptione.§.fi.Itē cōtra, infra,de admi.tu.l.quotiens.§.non tātum.Sed ibi in pecunia mutua speciale vt tutor sibi possit soluere,& mutuum sumere.

q *Personam.* C.quod metus cau.si per impressionē.fic & in auth. de alie.& emp.§.œconomos.coll.ix.

r *In quadruplum.* quod forte fisco applicatur: vt infra,de iur.fi. l.aufertur.§.quòd à præside.

s *Concessum est.* à lege: vt in casu qui est infra, eo.titu.l.qui officij. Vel à principe in priuilegium.hoc tamen videtur reprobari.C.de contrac.iudi.l.j.

Si aquæductus.]CASVS.Si ductus aquæ cōperat domui meæ, & eā vendā:illud ius trāsit ad emptorē,etiā si nihil dictum sit sed & fistulæ per quas trāseunt,licet extra ædes sint.sed & si ductus aquæ

aquæ nó transeat, quia sit tempore amissus, tamen fistulæ & canales ad emptorem pertineant. & hoc dicit cum duabus. ll. seq. Vi.

a *Prædio.* vrbano forte. Accursius.

b *Dictum sit.* vt infra, de euic. l. penul.

c *Licet extra.* Hic ergo nota quòd ratione accessionis aliquid debetur: vt infra, eo. l. fistulas. & infra, de leg. iij. vxorem. §. legauerat. & l. cui. & l. prædiis. §. penul. & §. fin. & C. de dona. ante nup. l. si constante. §. pactũ. & infra, de act. emp. l. si vẽditor. §. fi. & dixi. ẽ. eo. qui fundum. §. j.

d *Quòd.* i. quia. Acc.

Abeo.] CASVS. Vendidi alicui bibliothecam: & ipse emit si decuriones Cápani locum vendidissent sibi. si per me stetit quòd ipse non impetrauit à Campanis quòd locum venderent: an ex vendito agere possim vt soluat pretium? Dixerunt quidã quòd prescriptis verbis actio locum habet. dicit iurisco. quòd recte habet locum actio ex vẽdito: cum videatur esse completa conditio, cũ per emptorem stetit q̃ non completur. Vi.

e *Bibliothecam.* id est vas quoddam: vel armariũ in quo libri reponuntur: vt. j. de leg. iij. librorũ. §. sed & si bibliothecã. & habet tres significationes: vt ibi.

f *Vendidissent.* id est, parati essent, vel voluerunt vẽdere. sic infra, de verb. obl. si stipulatus sim. & sic non est cõtra. ẽ. eo. l. cum ab eo. Accursius.

g *Verbis agi.* contra me, vt impleatur vẽditio: non inspecto quasi non sit impleta conditio: quia pro impleta habetur, vt subiicit: vt supra de contrahenda emptio. l. hęc venditio. & infra, de verb. oblig. l. in executione. §. fi. & infra, de condit. & demõst. l. iure ciuili. Accursius.

Itora.] CASVS. Si fundus vẽdatur, & litora vel viæ publicæ vel loca sacra circunstent: illa, cum nullius sint, venditioni nõ accedunt: nisi conueniat ab initio, quo casu à venditore præstanda est cautio. Viuianus.

h *Litora.* quæ si sint maris, communia sunt: si fluminis, tunc publica: vt institu. de re. diui. §. & quidem. Accursius.

i *In modum.* qui est præstandus à venditore. Accursius.

k *Publica.* scilicet alia: aliàs autem non cedunt: vt hic, & infra, de pericu. & commo. rei ven. l. id quod. §. j. Accursius.

Senatus.] CASVS. Si domũ suam distrahat particulatim quis. vt sic plus cõsequatur, cum hoc à senatu prohibeatur: emptor duplum præstabit fisco. si tamen pretium soluit, repetet à venditore: quia in persona sua in irritum recidet venditio: neque refert vendidit quis domum propriam, an alienam. Viuianus.

l *Senatus.* factum à Viola & Pau. consulibus: vt infra, de ff. Vetus.

SI aquæductꝰ debeatur prædio [a]: & ius aquæ transit ad emptorem, etiam si nihil dictũ sit [b]: sicut & ipsæ fistulæ per quas aqua ducitur,

XLVIII. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

LIcet extra [c] ædes sint.

XLIX. VLPIANVS libro vicesimonono ad Sabinum.

ET quãquam ius aquæ non sequatur, quod [d] amissum est: attamen fistulæ & canales dum sibi sequuntur, quasi pars ædium ad emptorem perueniunt. & ita Pomponius libro decimo putat.

Conditio habetur pro impleta quantum ad illum contrahentem per quem stat. hoc dicit. Bartolus.

L. IDEM libro vndecimo ad Edictum.

LAbeo scribit, si mihi bibliothecam [e] ita vendideris, si decuriones Campani locum mihi vẽdidissent [f], in quo eam ponerem: & per me stet, quo minus id à Campanis impetrem: non esse dubitãdum, quin præscriptis verbis agi [g] possit. Ego etiam ex vendito agi posse puto, quasi impleta conditione, cum per emptorẽ stet, quò minus impleatur.

Circunstantiæ agri quæ non sunt iuris priuati, nec cedunt emptori: non computantur in modum agri. h. d. Iaco. But.

LI. PAVLVS libro vicesimoprimo ad Edictum.

LItora [h], quæ fundo vendito coniuncta sunt, in modum [i] [agri] non computantur: quia nullius sunt, sed iure gentium omnibus vacant: nec viæ publicæ, aut loca religiosa, vel sacra. Itaque vt proficiant, vẽditori caueri solet, vt viæ, item litora, & loca publica [k] in modum cedant.

Quis non potest vendere ædificia domorum causa discooperiendi, vel demoliendi. Baldus.

LII. IDEM libro quinquagesimoquarto ad Edictum.

SEnatus [l] censuit, ne quis domũ villámve dirueret, quo plꝰ sibi adquireret [m], néve quis negotiandi causa eorum quid emeret, venderétve. pœna in eum, qui aduersus senatusconsultum fecisset, constituta est: vt duplum [n] eius, quanti emisset, in ærarium inferre cogeretur: in eum verò, qui vendidisset, vt irrita fieret venditio. Planè si mihi pretium solueris: cum tu duplum ærario debeas, repetes à me [o]: quòd [p] à mea parte irrita facta est venditio. Nec solum huic senatusconsulto locus erit, si quis suam villam vel domum, sed & si alienam vendiderit.

Ad hoc vt dominium transeat in emptorem, paria sunt pretium esse solutum, vel fideiussorem datum, vel esse aliter satisfactum. Baldus.

LIII. GAIVS libro vicesimo octauo ad Edictum Prouinciale.

VT res emptoris fiat, nihil interest, vtrum solutum sit pretium, an eo nomine fideiussor datus sit. Quod autem de fideiussore diximus: plenius acceptum est, si qualibet ratione venditori de pretio satisfactũ est: veluti expromissore [q], aut pignore dato [r] perinde* sit, ac si pretium solutum esset.

LIIII. PAVLVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

REs † bona fide vendita, ꝓpter minimam causam inempta fieri non debet. [s]

LV. IDEM libro secundo ad Edictum Aedilium Curulium.

NVda [t] & imaginaria venditio pro non facta est: &

A leg. j. cætera. §. fin. Accursius.

m *Adquireretur.* ex negotiatione. aliàs. i. si vt ponat in aliã domũ, licet: vt. C. de ædi. priua. l. ij. Quãdoque non licet, etiam si nõ fiat causa negotiationis: vt si legauerit quis marmora quę tũc sunt iuncta, vel quæ postea ab hærede iniunguntur: vt. j. de leg. j. cætera. §. j. & l. senatus. j. rñ. Econtra quãdoque licet: vt. j. de dona. inter virũ & vxo. l. Marcellus. & j. de leg. j. senatus. §. j. Itẽ ad opus publicum: vt. j. de damno infec. l. fi. in fi. Accur.

n *Duplum.* immo videtur q̃ in simplũ emptor, & in simplum vẽditor puniatur: vt. j. de dam. infe. l. fi. j. rñ. quæ est cõtra. Sol. immo cõcordat si bene intelligatur. Nam si emptor pretium non soluit adhuc, & habet rem: tenetur in duplũ: vt hic. Et ratione vnius simpli est pœna venditoris, cum irrita sit quo ad eũ vẽditio: vt hic subiicit. Si autem non habet rem, nec pretium soluit, tũc quilibet in simplum: vt ibi. Si autẽ & pretium soluisset: & rem nõ haberet: tũc venditori in duplum: & erit pœna emptoris ratione vniꝰ simpli. Alij dicũt quod ibi vterque sciebat illicitum contractum: hic emptor solus. Acc.

o *Repetes à me.* ſ. pretium quod dedisti.

p *Quòd.* id est quia.

VT res.] CASVS. Si vendo alicui rem: & trado, ad hoc quod fiat res emptoris, requiritur quod pretium solutum sit, vel fideiussor datus ꝓ pretio: vel largius quocũque modo sit facta fides de pretio venditori, vt quia expromissorẽ habet, vel pignus. Viuianus.

q *Expromissore.* inter- † *In hũc lo-* ueniẽte animo nouãdi. *cum Alex.*

r *Dato.* supple vt per- *ab Alex.* inde &c. & facit. ẽ. eo. *lib. 6. Gen.* qđ vendidi. & insti. de *dierũ. ca. i.* re. di. §. venditæ. Ac.

Res.] CASVS. Si res bona fide vẽdatur, & deceptus fuerit emptor: propter mĩnimam causam venditio facta non rescinditur. Viuianus.

l *Venditus.* scilicet pro decẽ. Vel dic, quòd nullum aliud pretium fuit, nisi mercés conductionis: vt infra, de act. empt. l. Titius. §. j.

CVm manu.] CASVS. Vendidisti mihi fundum, & excepisti sata: an illa videantur excepta quæ omni anno seminari solent: non quæ in perpetuum? Dicitur, quòd sic: alioquin si vineæ essent in eo fundo, exceptæ viderẽtur: quod esset absurdũ. [HV-

BIU Cujas

respondetur, quòd non personaliter. Viuianus.

a *Obligationis.* existente conditione. At sine pacto non potest fideiussor emere: vt supra, man.l.si mãdato.§.j.& facit infra, de pig. l.si fundus.§.fin. Sed contra. C. de pact. pig. l.j.& fina.

b *Non esse.* scilicet personaliter, cum personalis obligatio nõ sequatur fundum: vt.j.ad Treb. l.j.§.si hæres. & ff.de iudi.l.si fideicommissum.§.tractatũ. Sed an fundus sit obligatus, hic non dicit. & sic nõ est cõtra. ff. de vsufruct. l.hactenus.&.l.si pẽdẽtes. §. si quid cloacarij. Vel: si dicas hoc prædium non obligatum, adhuc tamen non contradicet: quia illud in specialibus & fauorabilibus præstationibus loquitur: vtputa alimẽtis vel reipu. hic vero non de talibus. Item facit. j. de ann.leg.l.Gaius. vel hic de iure scripto. Itẽ contra. ff. de ali.leg.l.ij. Sol. vt ibi. Accursius.

DE IN DIEM addictione.

Supra in genere dixit de pact. inter emp. & vẽ. nũc specialiter de quodã, scilicet addictionis in diẽ: vt vendo tibi rem hoc pacto, quòd si aliquis in diẽ talem meliorẽ cõditionem attulerit, quòd sit inẽpta.

IN diem.] CASVS. Cum sit vẽditio sub pacto addictionis in diẽ: quæritur, an vẽditio sit cõditionalis: vel pura. & refert quid actũ sit, quia si dicas: si alius offerat mihi meliorẽ conditionem, sit inempta: pura consistit emptio: sed resoluitur sub hac conditione, si alius &c. & interim dominꝰ emptor est: vt supra, de rei vindi. l.si quis. & fructꝰ vsucapit: & res interim periculo suo perit. Si vero dicatur sic: perficiatur emptio, si nõ offeratur melior cõditio, est conditionalis: & interim venditor est dominꝰ: emptor vero neque vsucapit, neq; fructus suos facit: & periculo venditoris res interim perit. Viuianus.

e *Meliorem.* melior dicitur: vt.j. eo. l.iij.§.fi.

d *A domino.* id est ab emptore, qui interim est dominus, secundum quosdam: licet male secundum alios: quia sub conditione fuit facta: & ideo non fuit dominus medio tempore: vt infra. l. proxi. Dic ergo à domino, id est, à venditore. prima vero placet: vt infra. l. proxi. nota.

c *Abeat.* id est recedat.

f QVotiens. *Resoluitur.* vt & in simili casu: vt supra, de contrahen. emptione. l.iij. Accursius.

g *Conditionalis.* Quid ergo si non appareat? Respõdetur. attende verba. nam si ita dicat, sit inempta, vel discedatur ab emptione, si alius meliorem conditionem attulerit, pura est, sed resoluitur sub conditione: vt hic, & infra, de lege commiss. l.j.&.ij.

iussor creditori, iusit prædia empta esse, quæ creditoribus obligauerat. Quæro, cum non sit liberatus Lucius fideiussor à Titio: an si soluerit creditori, empta haberet suprascripta prædia? Respondit, si non vt in causam obligationis [a], sed vt empta habeat, sub conditione emptio facta est: & contractam esse obligationem.

Obligatio personalis non sequitur fundi possessorem. Bartolus.

LVcius Titius, pmisit de fundo suo centum milia modiorũ frumẽti annua præstare prædiis Gaij Seij. postea Lucius Titius vẽdidit fundum additis verbis his: *quo iure, quáque conditione ea prædia Lucij Titij hodie sunt, ita veneunt, itáque habebuntur.* Quæro, an emptor Gaio Seio ad præstationẽ frumẽti sit obnoxius? Respondit, emptorem Gaio Seio, secundum ea, quæ proponerẽtur, obligatum non esse [b].

DE IN DIEM ADdictione.

TITVLVS II.

1. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

IN diẽ addictio ita fit, *ille fundus centum esto tibi emptus, nisi si quis intra kalendas Ianuarias pximas meliorẽ [c] cõditionẽ fecerit, quo res à domino [d] abeat [e].*

II. VLPIANVS libro vicesimo octauo ad Sabinum.

QVotiens fundus in diẽ addicitur, vtrũ pura emptio est, sed sub conditione resoluitur [f]: an verò conditionalis [g] sit magis emptio: quæstionis est. Et mihi videtur verius, interesse quid actũ sit. Nã si quidẽ hoc actũ est, vt meliore allata cõditione [ab emptione] discedat: erit pura emptio, quæ sub conditione resoluitur. Sin autem hoc actũ est, vt perficiatur emptio, nisi melior cõditio adferatur: * erit emptio cõditionalis. Vbi igitur, secundum quod distinximus, pura vẽditio est: Iulianus scribit, hũc cui res in diẽ addicta est, & vsucapere posse, & fructus, & accessiones lucrari [h], & periculum [i] ad eum pertinere si res interierit:

III. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

QVoniam post interitum [k] rei iam nec adferri possit melior conditio.

IIII. VLPIANVS libro vicesimo octauo ad Sabinum.

VBi autẽ conditionalis venditio est, negat Põponius vsucapere [l] eum posse: nec fructus ad eum pertinere.

Perempta re principaliter vendita, non admittitur addictio super fructibus: sed super alia re secum vendita principaliter, admittitur. Bartolus.

IDẽ Iulianus libro quintodecimo quærit: si res in diẽ addicta interciderit, vel ancilla decesserit: an partꝰ, vel fructus eius nomine adiectio admitti possit? & negat admittendam adiectionem: quia alterius rei, quàm eius quæ distracta est, non solet [m] adiectio admitti. Idẽ Iulianus eodem libro scribit. si ex duobus seruis viginti venditis, & in diem addictis, alter decesserit: deinde vnius nomine qui supereſt, emptor extiterit, qui supra viginti promitteret: an discedatur à priore contractu? Et ait dissimilem esse hanc speciẽ partus speciei [n]: * & ideo hic discedi à priore emptione, & ad secundam perueniri.

Resoluto iure emptoris per pactum addictionis in diem, resoluitur ius eius qui ab eo recepit. Bartolus.

SEd & Marcellus libro quinto Digestorũ scribit, purè venditio, & in diẽ addicto fundo: si melior conditio allata sit, rẽ pignori esse desinere [o], si emptor

A Et hoc innuit verbum discedere, vel inempta esse, quasi voluerit eam semel emptam esse. Sed si dicat, vendo, nisi alius & cætera. vel sic: sit tibi empta, nisi alius &c. quia ibi verba præsentis temporis ponuntur, statim perficiũt emptionẽ. quod enim de præsenti est, vel de præterito, non est in suspenso quo ad esse suum: est tamen in suspenso quo ad resolutionem, quæ inducitur verbis sequentibus: scilicet, nisi &c. vt * Fla. supra, pro empt. l.ij.§. si rature in diem. & ff. eod. l.j. Si autem verba ponantur quæ suspendãt, vel suspendere possunt emptionem: nec denotent eius perfectionem, vt sic perficiatur emp. nisi &c. nam verbum, perficiatur, est extensiuum, hoc est, conditionales vt hic, & infra, de actio. & oblig. l. obligationum fere. §. conditio. In vltimis vero voluntatibus, siue à principio sub cõditione legetur, siue pure legatum sub cõditione adimatur: idem est, quia semper est conditionale: vt infra, de condi. & demõst. quibus. §. quidã Titio. & de adim. leg. l.si legatum pure. & infra, de leg. iij. fideicommissa. §. sic fideicommissum. Accursius.

B

C

D

h *Lucrari*, nisi aliam postea meliorẽ afferat conditionẽ: vt.j. eo. l. itẽ quod dictum. Accur.

i *Et periculum.* sic & infra, de præscrip. verb. l. apud Labeonem. §. j. dominus enim est interim: vt supra, de rei vindi. si quis. & infra, eo. l. fi. §. sed & Marcellus. Sed quid si conditionalis sit? Respondeo test in periculo aliud dici, scilicet vt periculũ non pertineat ad emptorem, nec etiam fructus, sed ad venditorẽ ar. infra, de peri. & cõmo. rei vend. quod si pendẽte. Sed cũ pereat eo momento, quo certum sit alium non allaturum meliorem cõditionem, non spectat periculum ad venditorẽ arg. .j. de verb. oblig. l. in illa. &. l. cum Papinianus. circa prin. Accur. * Fla. Spero

k QVoniam post interitũ. de quo. ff. px. dixit. Ac.

l VBi autem. *Vsucapere.* vt.j. pro empto. l.ij.§. si sub conditione. Sed si conditio deficiat, numquid vtetur vẽditor accessione temporis quo fuit apud emptorem? Respon. sic: vt infra, de adquiren. posses. l. Pomponius. §. si is qui precario. Accursius.

Si res in.] CASVS. Si ancilla vendatur sub pacto addictionis in diem: an addictio extendatur ad partum? Respon. quòd non: quia alterius rei &c. Idem est de fructu rei quæ interiit post venditionem factam sub pacto addictionis in diem. Viuianus.

m *Non solet.* id est, non debet. Accursius.

n *Partus speciei.* de qua modo. ff. proxi. diximus. Accursius.

o *Desinere.* nõ. desinere pignus: vt hic, & infra, qui. mo. pig. vel hypo.

BIU Cujas

hypo.fol.l.iij.Sed cõtra.j.de ædil.edic.bouem.§.pignus. Solu.ibi emptor ex voluntate redhibet:hic ex necessitate. Item not. quòd ex solo pacto dominium rei transfertur: sicut &.ff.de rei vin.l.si quis hac.Sed contra.C.de pac.inter empto.& vendi.l.qui ea.Sol. ibi non fuit pactum legis commissoriæ,vel addictionis in diẽ,sed quoddã aliud: & ideo dominium per pactum nõ transfertur:vt.C.de pac.l.traditionib⁹. Ac.

a *Dominus esset.* Immo videtur in bonis vẽditoris:vt.j.ad leg. Falci. statuliberi.quæ est cõtra. Sol. ibi sub conditione facta fuit vẽditio. hic pure facta fuit:vt.ff. l.ij.in fi. Vel quo ad Falcidiam computatur:ibi in bonis venditoris.

Eũ qui emit fundũ.] CASVS. Si in re empta aliquis vi vel clam ædificauerit:an emptor habeat interdictum? Et respondetur, quòd sic: sed allata meliori cõditione, illud actione ex vẽdito præstabit quod actione illa interdicti cõsecutus fuerit. [MELIOR.] Iste respicit superiora. Dictum erat supra.e.l. quòd emptio prior resoluitur meliori allata conditione.q̃ritur ergo,quando melior conditio videatur afferri? Et dicit iurisc̃ultus, quòd melior affertur conditio, cum pretium additur,vel cũ maior solutio offertur. Idem est,si persona magis idonea accedat ad emptionem. Idem est, si leuioribus conditionibus emptor accedat, qui forte satisdationẽ non petet. Arguit generaliter, quòd idẽ est dicendum vbicumque allata conditio proficit vẽditori: quia licet vilior sit cũ offeratur emptori: ea tamen sibi remittuntur,quę grauiora vidẽtur. Quod enim dicitur, fructus manere penes emptorẽ priorem interim perceptos: locum habet, cum secundus emptor nõ accedat: tunc enim ad secundum emptorẽ pertinent. Et hoc dicit cũ duabus.ll.sequentibus, vsque ad.§.si quis.

b *In diem.* resoluenda emptione. Accursius.

c *Vtile.* id est,efficax: vt infra, quod vi aut clam. l. is qui in puteũ. §.si fundus.

d *Si falsus.* id est, simulator: quia licet emere sibi nollet, simulabat tamen: vnde nullus dicitur emptor: vt supra, tit.j.l.nuda.&.j. de verb.sign. Paulus.

eum fundũ pignori dedisset. Ex quo colligitur, quòd emptor medio tẽpore dominus esset[a]: alioquin nec pignus teneret.

Qui emit rem purè sub pacto addictionis in diem: habet interim actiones competẽtes ratione rei,quas cedere tenetur.hoc dicit.

¶Idẽ Iulianus libro octagensimooctauo *Digestorũ scripsit: eum, qui emit fundum in diem [addictum,]interdicto, *quod vi aut clam*, vti posse.nã hoc interdictum ei cõpetit,cuius interest opus nõ esse factũ.Fundo autẽ, inquit,in diem[b] addicto,& cõmodum, & incõmodum omne ad emptorem pertinet,antequã venditio transferatur:& ideo si quid tunc vi aut clam factũ est: quamuis melior cõditio allata fuerit,ipse vtile[c] interdictũ habebit.Sed eam actionẽ sicut fructus,inquit,quos percepit, venditi iudicio præstaturum.*

Non committitur pactum addictionis in diem, nisi verus emptor existat, & meliorẽ afferat conditionem.hoc dicit.

¶Cùm igitur tunc recedatur ab emptione,vbi purè cõtrahitur: vel tunc non impleatur,vbi sub conditione fit, cum melior cõditio sit allata:si falsus[d] emptor subiectus[e] sit, eleganter scribit Sabinus priori rem esse emptã: quia non videatur melior cõditio allata esse, nõ existẽte vero emptore. Sed etsi existat alius [verus]emptor,meliorẽ tamen conditionem nõ adferat: æquè dicendum erit, perinde haberi, ac si non existeret[f].

Nota istum.§.ex quo declaratur optime, quando dicatur melior conditio afferri. & tene ipsum menti. Bal.

¶Melior autẽ conditio adferri videtur,si pretio sit additũ.Sed & si nihil pretio addatur, solutio tamẽ offeratur facilior[g] pretij,vel maturior:melior conditio adferri videtur. Præterea si loc⁹ oportunior[h] soluẽdo pretio dicatur:ęquè melior conditio allata videtur. & ita Pomponius libro nono ex Sabino scribit. Idem ait, & si persona idoneior[i] accedat ad emptionem,æquè videri meliorẽ conditionem allatã [esse.] Proinde si quis accedat eiusdem pretij emptor, sed qui leuioribꝰ emat conditionibus, vel qui satisdationem nullã exigat: melior cõditio allata videbitur. Ergo idẽ erit probandum*, & si viliori pretio emere sit paratus, ea tamen remittat,quæ vẽditori grauia erant in priore emptione.

A e *Subiectus.* à venditore. Accursius.
f *Non existeret.* vt infra,eo.l.si venditor.j.respon.
g *Facilior.* vt per bonos campsores. Accursius.
h *Locus oportunior.* nam his modis dicitur plus: vt institu. de actio.§.plus autem.

V. POMPONIVS libro nono ad Sabinum.

QVidquid enim ad vtilitatẽ venditoris pertinet:pro meliore cõditione haberi debet.

VI. VLPIANVS libro vicesimooctauo ad Sabinum.

B ITem quod dictum[k] est, fructus interea captos emptorẽ priorem sequi: totiens verũ est, quotiens nullus emptor existit, qui meliorem conditionem afferat,vel falsus existat. Sin verò exstitit emptor posterior: fructus refundere priorem debere constat:sed venditori[l]. & ita Iulianus libro quadragesimooctauo Digestorum scripsit.

Si melior conditio sit allata à tertio, vẽditio statim resoluitur,& fructus ad venditorẽ redeunt.sed si prior emptor adhuc afferat meliorem, præfertur secundo, & noua emptio contrahitur, nec fructus recuperat: nec est res addicenda secundo emptori,nisi certiorato priori, si meliorem afferre vult. hoc dicit vsque ad.l.Sabinus.

C ¶Si quis extiterit, qui meliorem conditionẽ adferat,deinde prior emptor aduersus eum licitatus sit,& penes eum emptorem manserit[m]: dubitari poterit,vtrum fructus[n] ipse habeat, quasi nulla meliore cõditione allata: an verò venditoris sint: licet eadẽ sit persona, quæ meliorem cõditionem attulerit[o]. Quod ratio facere[p] videtur.interim tamen quid acti sit.& ita Pomponius scribit.

VII. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

D LIcet autem venditori, meliore allata conditione,addicere posteriori:nisi prior paratus sit plus adiicere.

VIII. IDEM libro trigesimotertio ad Edictum.

NEcesse autem habebit vẽditor, meliore conditione allata, priorem emptorem certiorem facere: vt si quid alius adiicit,ipse quoque adiicere possit.[q]

Licet melior conditio sit allata, non resoluitur venditio, si venditor eam non admittat:nisi in fauorẽ emptoris,vel tertii fuerit pactum appositum.h.d.cum.l.sequen.

i *Idoneior.* quod facit plus esse, cum non minus ex fide,quàm ex facultatibus quis sit idoneus: vt infra,de verb. *dum*, obliga. si quis stipulatus.§.fi. Accursius. *Hal.dict.

k *Item quod dictum.* ff. eo.l.ij.in fin.Accur.

l *Venditori.* vt infra, eo.l.imperator.ergo & econtra venditor pretium cum vsura restituet: vt argu. infra, de ædil.edic. illud.§. condemnatio. Accursius.

m *Mãserit.* scilicet res.

n *Fructus.* medio tẽpore perceptos.nã post addictionem sunt emptoris: vt infra, de iure fisci.l.fin.& infra,de act. empt. Iulianus.§.si fructibus.

o *Attulerit.* quę & prima erat.

p *Facere.* vt sint venditoris, non emptoris: vt infra.e.l. imperator.

q *Necesse. Adiicere possit.* intra tempus in adiectione comprehensum, non vltra, nisi restituatur: vt supra,de mino.l.si in emptione. Quod autẽ dico ipsum priorem emptorem admitti, potest dici quando sic fuit dictum,si fuerit conditio melior allata,vt hic:secus si sic, & si alius meliorem cõditionẽ attulerit: quia tunc nõ emptor,sed extranei tantũ admittũtur: vt.j.locat. quí insulam.§.fi. Acc.

Abinus.] CASVS. Si vẽditio facta fuerit,

BIU Cujas

rit, vt res empta sit, si melior conditio non afferatur: bene potest venditor reiicere vltimam conditionem, & sequi primam tanquã meliorem: & durabit prior emptio, nisi nominatim actum esset, vt liceret emptori recedere allata meliori cõditione: tũc enim dissolueret emptio, etiã si véditor nõ velit sequi vltimã cõditionem.

a *Sequiq; primã.* quia vnicuique licet renuntiare his quæ pro se introducta sunt: vt. C. de pac. l. pe. & infra, tit. j. l. ij. Accursius.

Sed si.] *CASVS.* Si pign⁹ distrahat sub pacto addictionis ĩ diẽ, & alius meliorem conditionem afferat, & eã nolit creditor recipere: iniuriam facit debitori. Sed quid si secũdus emptor erat inops? poterit creditori priori sine periculo vẽdere. Viuian⁹.

Quod autem.] *CASVS.* Si res distrahat sub pacto addictionis in diẽ, & alius meliorem conditionem afferat: & res ei ita data sit: an similis pactio possit recipi: vt scilicet à secundo auferatur, si tertius meliorẽ conditionem attulerit? Dicit Sabinus, q̃ non. est ratio: quia prioris emptoris, id est, prioris pollicitatoris, qui secũdus emptor dicitur, statim fit res irreuocabiliter: & ideo recesit à priore emptore: alioquin nisi res fieret eius plene, à prima emptione non videtur recessum. Iulian⁹ dicit: quid actũ sit refert: vt si actũ sit cum emptore vt possit sibi res auferri, & dari tertio meliorem conditionem afferenti: hoc possit venditor facere.

[*ITEM.*] Si qui rem sibi communem distrahãt sub pacto addictionis in diem, & duo addixerint alicui meliorem conditionem afferenti: & terti⁹ nolit adiectionem accipere, distrig. aut vno pretio distraxerunt: aut diuersis pretiis: puta vn⁹ pro. v. ali⁹ pro. x. terti⁹ pro. xv. & tunc duę partes perueniunt ad secundum emptorem: tertia remanet penes primum. Si vno pretio, penes primum emptorem remanebit: sicut si aliquis vni totum vendat sub pacto addictionis in diem, deinde adiecto pretio alij vendidit. in primo ergo casu dicit Celsus, scilicet cum tres vendunt, & hæc egerunt: si primus emptor nolit, nisi totam rem habere, non habebit eam rem quam socius posteriori emptori addixit.

[*VERVM.*] Si duo vendant rem communem sub pacto addicti. in diem: si vnus ex venditoribus meliorem afferat conditionem, quia ratione partis socij potuit consistere emptio: an auferenda sit priori, & danda posteriori. Et respon. quòd sic. Hoc dicit vsque ad. l. si venditor. Viuianus.

b *Addictus.* id est, cum primo esset allata conditio melior, & est ei datus: dicit Sabinus, quòd plus non recipitur similis pactio, etiam si paciscatur cũ secundo, & hac ratione defendit, quia prioris emptoris, id est, primi pollicitatoris, qui secũdus est emptor, statim fit res irreuocabilis. & bene dico, quòd fit statim eius: & ideo recessum est à prima. nam si non fieret eius plene, nec à prima videretur recessum: vt hic subiicit. nam de hac scilicet prima emptione receditur, eũdo ad semiplenã: vt hic, & j. de rescin. ven. si id quod j. respõ. & nõ videtur datũ quod nõ irreuocabiliter datur: vt. ĩ. de pig. ac. si quasi. & j. de fideiussori. stipulatus es, in fi. nã demũ cũ plene approbat secũdũ, recedit à primo: vt j. e. si véditor. §. sed & si neuter. vel propriè ponitur, primi emptoris. Accursius.

IX. VLPIANVS libro vicesimo octauo ad Sabinum.

SAbinus scribit, licere vendi tori meliorem cõditionem oblatam abiicere, sequíque primam [a] quasi meliorẽ. & ita vtimur. Quid tamẽ, si hoc erat nominatim actum, vt liceret resilire emptori, meliore conditione allata? Dicendũ erit dissolutam priorem emptionẽ, etiã si venditor sequẽtẽ nõ admittat. B

X. IVLIANVS libro tertiodecimo Digestorum.

SEd si proponatur à creditore pignus in diem addictũ: non potest videri bona fide negotium agi, nisi adiectio recipiatur. Quid ergo est si inops [est] emptor, & impediendę tãtummodo vẽditionis causa interuenit? Potest creditor sine periculo priori emptori addicere.

Potest ei qui meliorem attulit conditionem, res addici sub eodem pacto addictionis in diem. Baldus.

XI. VLPIANVS libro vicesimo octauo ad Sabinum.

QVod autem Sabinus scribit, fundum in diem addici non posse rursus, qui semel fuerit in diem addictus [b], ratione eiusmodi defẽdit, quia prioris (inquit) emptoris statim fit, scilicet quasi non videatur melior conditio allata, si nõ securè secundo emptori fundus addicitur, sed alia licitatio prospicitur [c]. Sed Iulian⁹ libro quĩtodecimo digestorum scripsit, interesse multum, quid inter cõtrahentes actum sit: nec impedire quicquam vel hoc [d] agi, vt sæpi⁹ fund⁹ collocetur [e]: dũ vel prima, vel secũda, vel tertia adiectiõe res à vẽditore discedat. C D

Si res à pluribus fuerit vendita diuersis pretiis, sub pacto addictionis in diem: potest per aliquos exerceri pactum aliis nolentibus. sed si vno pretio, tunc per contradictionem vnius impediuntur alii. h. d. cũ. l. seq.

ITem quod Sabinus ait, si tribus [f] vendẽtibus duo posteriori [g] addixerint, vnus non admiserit adiectionẽ, hui⁹ partẽ priori [emptori,] duorũ posteriori emptã: ita demũ verũ est, si variis ptiis [h] ptes suas distraxerũt,

XII. POMPONIVS libro nono ad Sabinum.

ET si dispares [i] partes vendentium fuerint.

XIII. VLPIANVS libro vicesimo octauo ad Sabinum.

QVod si vno pretio vẽdiderint, dicẽdũ est totã priori emptã manere: quẽadmodũ si quis mihi totũ fundũ ad diem addixisset, postea verò pretio adiecto dimidiũ alij addixerit [k]. Celsus quoque libro octauo digestorum refert Mucium, Brutũ, Labeonemq;, * & Sabinũ ita existimare: ipse quoque Celsus idem ꝓbat, & adiicit [l], mirari se à nemine animad uersum [m], q̃ si prior emptor ita cõtraxit, vt nisi totũ fundũ emptũ nollet habere [n]: nõ habere eũ [o], eã partẽ emptã, quã vnus ex sociis posteriori emptori addicere noluit. Verũ est autẽ, vel vnũ ex vẽditoribus [p] posse meliorẽ adferre conditionẽm. Emere enim cum tota re etiam nostram partem possumus [q].

Si res addicitur secundo, qui plus nõ obtulit, prima venditio non rescinditur, & vẽditor vtrique remanet obligatus. sed si plus obtulit, rescinditur: licet secundus non sit soluendo: si tamen ab emptore fuit dolosè submissus, vẽditori cõtra eũ succurritur. Bar.

XIIII. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

SI venditor simulauerit meliorem allatam cõditionem, cum minoris, vel etiam tantidẽ

Si vendidit.] *CASVS.* Vendidit mihi aliquis sub pacto illo, q̃ si melior cõditio afferretur, q̃ res esset inépta: & venditor simulauit meliorẽ cõditionẽ, cũ nõ esset: & vendidit alteri, vel minoris, vel tãtidẽ: an sit obligatus, quæritur. Et dicitur, q̃ vtrique erit obligatus. Sed ponamus, q̃ emptor primus subiecit minus idoneũ emptorẽ: an vẽdita sit? sine dubio à priore emptione recessum est: sed véditor deceptus habet actionẽ quãti sua interest cõtra emptorem primũ à quo deceptus est. in hac actione venient fructus quos percepit prior emptor interim, & si quid dolo vel culpa sua fundus deterior factus sit. Sed ponamus, q̃ nullũ subiecit, neque emptor, neque véditor: sed véditor pro maiori pretio vẽdat ei qui nõ erat soluẽdo. certe recessum est à priori emptione. Idẽ si pupillo vẽdat sine tutore, vel filiofami. vel seruo alieno. si autem seruo proprio, vel domino rei: isto casu venditio nõ valet: & nõ est recessum à priori vẽditione. sed si vẽdat alieno seruo putãs eũ liberum:

a *Sequiq; primã.* quia vnicuique licet renuntiare his quæ pro se introducta sunt: vt. C. de pac. l. pe. & infra, tit. j. l. ij. Accursius.

Sed si.] *CASVS.* Si pign⁹ distrahat sub pacto addictionis ĩ diẽ, & alius meliorem conditionem afferat, & eã nolit creditor recipere: iniuriam facit debitori. Sed quid si secũdus emptor erat inops? poterit creditori priori sine periculo vẽdere. Viuian⁹.

Quod autem.] *CASVS.* Si res distrahat sub pacto addictionis in diẽ, & alius meliorem conditionem afferat: & res ei ita data sit: an similis pactio possit recipi: vt scilicet à secundo auferatur, si tertius meliorẽ conditionem attulerit? Dicit Sabinus, q̃ non. est ratio: quia prioris emptoris, id est, prioris pollicitatoris, qui secũdus emptor dicitur, statim fit res irreuocabiliter: & ideo recessit à priore emptore: alioquin nisi res fieret eius plene, à prima emptione non videtur recessum. Iulian⁹ dicit: quid actũ sit refert: vt si actũ sit cum emptore vt possit sibi res auferri, & dari tertio meliorem conditionem afferenti: hoc possit venditor facere.

[*ITEM.*] Si qui rem sibi communem distrahãt sub pacto addictionis in diem, & duo addixerint alicui meliorem conditionem afferenti: & terti⁹ nolit adiectionem accipere, distrig. aut vno pretio distraxerunt: aut diuersis pretiis: puta vn⁹ pro. v. ali⁹ pro. x. terti⁹ pro. xv. & tunc duę partes perueniunt ad secundum emptorem: tertia remanet penes primum. Si vno pretio, penes primum emptorem remanebit: sicut si aliquis vni totum vendat sub pacto addictionis in diem, deinde adiecto pretio alij vendidit. in primo ergo casu dicit Celsus, scilicet cum tres vendunt, & hæc egerunt: si primus emptor nolit, nisi totam rem habere, non habebit eam rem quam socius posteriori emptori addixit.

[*VERVM.*] Si duo vendant rem communem sub pacto addicti. in diem: si vnus ex venditoribus meliorem afferat conditionem, quia ratione partis socij potuit consistere emptio: an auferenda sit priori, & danda posteriori. Et respon. quòd sic. Hoc dicit vsque ad. l. si venditor. Viuianus.

b *Addictus.* id est, cum primo esset allata conditio melior, & est ei datus: dicit Sabinus, quòd plus non recipitur similis pactio, etiam si paciscatur cũ secundo, & hac ratione defendit, quia prioris emptoris, id est, primi pollicitatoris, qui secũdus est emptor, statim fit res irreuocabilis. & bene dico, quòd fit statim eius: & ideo recessum est à prima. nam si non fieret eius plene, nec à prima videretur recessum: vt hic subiicit. nam de hac scilicet prima emptione receditur, eũdo ad semiplenã: vt hic, & j. de rescin. ven. si id quod j. respõ. & nõ videtur datũ quod nõ irreuocabiliter datur: vt. ĩ. de pig. ac. si quasi. & j. de fideiussori. stipulatus es, in fi. nã demũ cũ plene approbat secũdũ, recedit à primo: vt j. e. si véditor. §. sed & si neuter. vel propriè ponitur, primi emptoris. Accursius.

c *Prospicitur.* hoc dixit Sabinus: sed Julian⁹ corrigit, quãdo hoc esset actum, quod potest secundo, tertio, & quandocunque agi.

d *Vel hoc.* etiam cum primo emptore, nam cum secundo & tertio non est dubium.

e *Collocetur.* sub pacto addictionis in diem.

f *Si tribus.* aliàs lex: aliàs. §.

g *Posteriori.* id est, emptori secũdo dederint.

h *Si variis pretiis.* maxime. vel variis, id est diuisis. Accursius.

i *Et si dispares.* maxime si dispares, nã tũc facili⁹ accidit, vt sit varietas in pretio.

k *Quod si vno.* *Alii* *Fla. Lo. addixerit.* sed bene, quia hæc addictio Sabini est resoluit priorem cõtra Iulianũ, si pro parte plus afferatur, quàm prius fuerat datum pro tota re: vt supra, eo. l. iij. §. ij.

l *Et adicit.* scilicet Celsus.

m *Animaduersum.* in primo casu quando diuisis pretiis fuit vendita: & sic non falleris.

n *Nollet habere.* id est, non vult habere, nisi habeat totum.

o *Nõ habere eum.* sc. totũ: vt diximus. Io. vt. ĩ. de contrahen. emp. si duos. & l. arborib⁹. & j. de ędil. edic. cũ eiusdẽ. & l. ędiles. §. si iumẽta. & j. de sol. si quis alij. & ĩ. mã. l. ita vt omnes. §. quòd si fundum. & ĩ. de mino. l. tutor. §. j.

p *Ex vẽditoribus.* idẽ in emptoribus: vt infra, eo. cum in diem.

q *Possumus.* sic. ĩ. mãda. q negotia. §. fi. & j. de acq. re. do. quędã.

r *Si venditor.*] *CASVS.* Vendidit mihi aliquis sub pacto illo, q̃ si melior cõditio afferretur, q̃ res esset inépta: & venditor simulauit meliorẽ cõditionẽ, cũ nõ esset: & vendidit alteri, vel minoris, vel tãtidẽ: an sit obligatus, quæritur. Et dicitur, q̃ vtrique erit obligatus. Sed ponamus, q̃ emptor primus subiecit minus idoneũ emptorẽ: an vẽdita sit? sine dubio à priore emptione recessum est: sed véditor deceptus habet actionẽ quãti sua interest cõtra emptorem primũ à quo deceptus est. in hac actione venient fructus quos percepit prior emptor interim, & si quid dolo vel culpa sua fundus deterior factus sit. Sed ponamus, q̃ nullũ subiecit, neque emptor, neque véditor: sed véditor pro maiori pretio vẽdat ei qui nõ erat soluẽdo. certe recessum est à priori emptione. Idẽ si pupillo vẽdat sine tutore, vel filiofami. vel seruo alieno. si autem seruo proprio, vel domino rei: isto casu venditio nõ valet: & nõ est recessum à priori vẽditione. sed si vẽdat alieno seruo putãs eũ liberum:

BIU Cujas

rum:videtur recessum à priori venditione. [PRAETER.]Si res distrahitur sub pacto addict.in diem:nõ cõsequitur secundus emptor fructus quos prior emptor medio tẽpore percepit, sed ad vẽditorẽ pertinent: & si in hac secũda venditione minus pretiũ, vel tãtũ quãtũ erat ĩ prima vẽditione, afferat:an sit recessum à prima, quasi meliori oblata cõditione? Et respõ. quòd non. Viuianus.

a *Obligatus.* nã nõ est discessum à prima:vt.ff. e.l.vbi.§. cum igitur.

b *Et fructus.* &, pro etiam.q.d.non tantum interesse in ipsa re, vt subiicit, sed etiam fructus: vt hic, & supra, eo.item quod.in princ.

c *Abitum est.*id est, recessum. & penultima syllaba corripitur.

d *Comprobauit.* Not. comprobat, qui malũ scienter elegit: vt insti tu.de act.§.huic autem. in fi.&.ĩ.de fideiuſ.qui satisdare.in fi.&.ff.mã. inter causas.§. abesse. Sed ar.contra.ĩ.de his qui.vt ĩdig.l.cũ quidã.

e *Pluris.* quàm prior emptor. Accursius.

f *Emptione.* hoc si pupillus saltẽ naturaliter potuit obligari: quia maior erat ĩfante: vt.ĩ. de noua.l.j. aliàs non discreditur à prima: vt hic subiicit.

g *His casibus.*non ergo prior resoluit, quæ vera fuit, per eam quæ nulla est.

h *Cõtra se habebit.*quia resoluitur prima. Acc.

i *Egenti emptori.* de quo habuisti modo.ff. §.sed si neuter. Accur.

k *Sequitur.*secundum emptorem. Accursius.

l *Eum non sequantur.* sed secundum emptorem.q.d.hic. §. venditor non præstat fructꝰ secundo emptori:& au fert priori:& sic in hoc videtur semper condi tio melior afferri: & ꝓ hoc etiam si tãtundem pretij & non plus afferatur, videtur tamẽ melior conditio:quod remouet.

m *Et venditorẽ.*vt ob hoc posit recedi à prima: vt tali modo adiiciatur melior cõditio.

SI prædio.]CASVS. Distracto ꝑdio sub pacto addictionis ĩ diẽ: si ante diem venditor decedat: siue hæredem habeat, siue non, post diem remanebit penes emptorem priorem: cum non existat cui melior possit afferri conditio:secus si intra diem addic.venditori aliquis hęres existat.[SI FVNDVS.]Si fundus distrahatur sub pacto &c.& alius offerat melioré cõditionẽ,quia quædã adiiciũtur secundæ venditioni quæ non erant in prima: an pro illa meliori cõditione sit recessum à prima emptione? Et respõ.ꝙ non:si res adiectæ nõ valeãt minus quàm pretiũ adiectũ in secũda venditione. Itẽ si plus pretij adiiciatur, vt in lõgius tẽpus solutio differatur allata: quia nõ id agitur inter emptorẽ & venditorem[m].

Iacente hæreditate venditoris, non potest melior conditio afferri.

XV. POMPONIVS libro nono ad Sabinum.

SI prædio in diem addicto, ante diem vẽditor mortuus sit: siue post diem hæres ei existat, siue omnino non existat[n], priori[emptori]prædium emptum est: quia melior conditio allata, quæ domino placeat, intelligi non potest:cũ is, qui vendidat, nõ existat. Quòd si ĩtra diẽ addictionis* hæres existat: melior cõditio ei adferri potest[o].

Non dicitur melior cõditio afferri, quãdo verus emptor recompẽsatur pro eo quòd plꝰ afferat in re, vel tẽpore solutionis. Bar.

¶Si fundus in diẽ addictꝰ fuerit pluris[p], vt quædam ei accedãt, quę non accesserint priori emptori:si nõ minoris sint hæ res, quàm quò pluris postea[q] fundus venierit[r], prior vẽditio valet, quasi melior conditio allata non sit, si minoris sint. Idémque æstimandum est, si dies longior pretij soluendi data[f] fuerit:vt quæratur, quantũ ex vsura eius tẽporis capi potuerit[t].

Sicut fructus percepti per emptorem meliori conditione allata restituuntur venditori:ita & econuerso ipsi primo emptori debet reddi quod impendit.

XVI. VLPIANVS libro trigesimo secundo ad Edictum.

IMperator Seuerus rescripsit: Sicut fructꝰ in diẽ addictę domus, cũ melior conditio fuerit allata, vẽditori restitui necesse est[u]:ita rursus quæ prior emptor medio tẽpore necessariò ꝓbauerit erogata, de reditu retineri: vel si non sufficiat, solui ęquũ est. Et credo sensisse prĩcipẽ de empti[&]vẽditi actiõe[x].

Si duæ res vendantur duplici pretio hoc pacto, vt aliquid adiiciatur ad pretium: illius venditio resoluitur ad cuius pretiũ fuit additum: quod si non apparet, neutra. Bar.

XVII. IVLIANVS libro quintodecimo Digestorum.

CVm duo serui duobꝰ separatim[y] denis in diẽ addicti recessum à vẽditione? refert an fiat adiectio.x.ꝓ pretio vniꝰ tãtũ, an.v.ꝓ pretio vniꝰ: &.v.ꝓ pretio alteriꝰ. Primo casu ille sit inéptus cui adiecta sunt.x.& eũ habebit secũdꝰ emptor, priore emptore habente aliũ. Secũdo casu vtrũq; habebit secundus emptor. ꝙ si non appareat cui facta sit adiectio, stabitur primę emptioni. Vi.

A strahatur, & tantum interusurium redigi possit ex pretio prioris venditionis, quãtum est pretium adiectum in secunda venditione longiore tempore soluendum: an sit recedendum à prima emptione, quasi meliori conditione allata. Et respon. quòd non.

n *Non existat.* Not. hæreditate iacente non posse meliorem cõditionem afferri, licet sit loco personę: vt arg. infra, de stip. ser. l. seruus hæreditarius.

o *Potest.* Not. ꝙ in persona hæredis condi tio adimpletur: arg. cõtra.ĩ.de cõdi.& demõ. à testatore. ADDITIO. Sol. secundũ Bal. hic, quia ibi in vltima volũtate, vbi nõ trãsit cõditio, nisi mora præcedat: hic autẽ in cõtractibus. Nec ob. ĩfra, de verb. oblig. l. qui Romæ. §. Augeri. quia ibi conditio erat coarctata ad vitam: & ideo nõ trãsit secũdũ eũdẽ. Bal.

Conditio in persona hæredis admitti potest pleri.

*Flo. adiectionis

p *Pluris.* id est, maioris pretij. Accursius.

q *Postea.* s. quàm prius.

r *Venierit.* in secunda emptione. Accursius.

s *Data.* secũdo emptori, qui aliquid plus dat.

t *Capi potuerit.* vt si tãtum potest colligi vsurarum nomine ex præsenti pecunia data, quãtum est adiectio pecuniæ longiore tempore soluendæ: non dicatur melior conditio allata. alioquin contra dicatur. Accursius.

IMperator.]CASVS. Re distracta sub pacto addic. si melior cõditio afferatur, fructus quos prior emptor percepit, venditor restituere debet. Sed quid si impenderit, nunquid habet reditus retentionẽ pro impensis? Respon. ꝙ sic. & si fructus non sufficiãt, vt hoc fiat: vẽditori ex vendito, emptori ex empto competit actio. Viuianus.

u *Necesse est.* vt.ff. e. itẽ quod dictũ est. in prĩci. & infra, de iur. fis. l. fi. in principio H.

x *Actione.* s. vt ea agatur ad hæc pacta seruãda & similia: vt.ff. tit. j. l. qui fundũ vendidit.

CVm duo.]CASVS. Vẽdidi tibi vnũ seruum pro.x. Titio alium pro.x. sub pacto videlicet, meliore cõditione allata venit alius qui offert ꝓ vtroq;.xxx. an sit

a *Quina.* id est pretio vniuscuiusque quinque.
b *Seruus.* scilicet tantum.
c *Ad vtrius.* id est, ad cuius.
d *Addiderit.* secundus emptor. Azo.
e *Non videbitur.* Nota ergo, quòd in dubio nil valet: vt hic. Idē in datione tutoris: vt si nō apparet quis: vt. j. de testa. tute. l. duo. Idem in legato: vt. j. de reb. dub. l. si fuerit. Idem in institutione heredis: vt j. de hære. insti. l. in tēpus. §. fi. Idē in adeūda hæreditate, si de cōditione testatoris dubitet, vel de viribus testamenti, sit verum vel falsum: vel iuribus: quia nescit quod prius, & quod posteri⁹ sit factū: cum sint duo idē dicētia: vt. j. de adquir. hær. sed & si de sua. j. &. ij. respō. &. l. cum falsum. &. l. eū qui duobus ré. Idē in duobus cōcurrentibus: vt. s. ad legem Aquil. sciētiam. §. cum stramenta. sic &. s. de vsufruc. sed & si quis. §. interdum. Arg. cōtra. j. de acceptila. l. plurib⁹.

Cum in diem.] CASVS. Eramus duo socij: Titius vendidit nobis fundū sub pacto addic. in diem: ego obtuli meliorē conditionem: vtrū etiā pro mea parte sit recessum à vēditione istius fundi? Et respon. quòd sic. Viu.

f *Parte.* quā emit. Az.

Fundo.] CASVS. Fūdo distracto sub pacto, si secundus plus offerat: & venditor aliud tantūdem eidem fundo adiiciat, quod est maioris q̄ sit pretiū adiectū: nō est recessum à prima emptione: vt. s. e. si prędio. Si fundus autem sit minor, an videat recedere à priore emptione? Et respō. q̄ sic, si vēditor in dolo nō erat.

** Vulg. addictio.*

g *Applicito.* qui est minoris, quàm pretiū adiectum. alioquin non discederet à priori emptione: vt. s. eo. si prædio. §. si fundus.

h *Dolo caret.* Si enī ob hoc tātū feciſſet, vt noceret emptori priori, nō vt sibi cōsuleret: cōtra esset: vt. j. de aqua plu. arcē. l. j. §. deniq;.

i *Venditori.* id est rei venditæ prius. Accursius.

Prior.] CASVS. Re distracta sub pacto, & meliore conditione allata: an primus emptor possit agere contra secundum pro pretio quod soluerat venditori: nisi eum delegasset ei, quæritur. Et respon. quòd non. Viuianus.

k *Non potest.* nisi in subsidiū, primo debitore existente non soluendo: vt. C. quando fis. vel pri. debi. sui debi. l. ij. iij. &. iiij.

DE LEGE COMMISSORIA.

Hic etiam est quoddam pactum speciale quod in venditione apponitur: sed in pignoribus reprobatur: vt. C. de pac. pigno. l. fi.

Si fundus.] CASVS. Si res ea lege distrahatur, vt nisi pretium sua die soluatur, quòd res sit inempta: an pura, an conditionalis sit venditio? Et respon. quòd pura.

sint, & extiterit, qui pro vtroq; triginta det, refert vnius pretio decē an singulorū quina[a] adiiciat. secundū superiorem adiectionē is seruus[b] inemptus erit, cuius pretio adiectio facta fuerit: secundū posteriorem adiectionem, vterque ad posteriorē emptorem pertinebit. Quòd si incertum sit, ad vtrius[c] pretium addiderit[d]: à priore emptione non videbitur[e] esse discessum.

Vnus ex emptoribus potest afferre meliorem cōditionē: & tota emptio nouatur. Bal.

XVIII. AFRICANVS libro tertio Quæstionum.

CVm in diem duobus sociis fundus sit addictus: vno ex his pretiū adiiciente, etiam pro ipsius parte[f] à priore vēditione discedi rectius existimatur.

XIX. IAVOLENVS libro secundo ex Plautio.

FVndo in diem addicto, si postea pretium adiectū est, & venditor alio fundo applicito[g], eum ipsum fundum posteriori emptori addixit, & id sine dolo malo fecit: priori emptori obligatus nō erit. Nam quamuis non id tantum, quod in diē addictū erat, sed aliud quoque cum eo venierit: tamen si venditor dolo caret[h], prioris emptoris causa absoluta est. Id enim solum intuendum est, an priori venditori[i] bona fide facta sit adiectio *.

Prior emptor non habet actionem contra secundum: quia personalis actio non sequitur fundum. Bartolus.

XX. PAPINIANVS libro tertio Responsorum.

PRior emptor post meliorē conditionem oblatam, ob pecuniam in exordio venditori de pretio solutam, contra secundum emptorem, citra delegationem iure stipulationis interpositam, agere non potest[k].

A l *Commissoria.* id est, commissi: siue eius pactum locum habeat, quando vendo tibi rem, & trado: & si non solueris hinc ad mensem, quòd res sit inempta. Accursius.

m *Videatur.* vt infra, de vsucap. pro emp. l. ij. §. Sabinus. Sed pactum addictionis in diem quandoq; facit cōditionalē, quādoque resoluitur sub cōditione: vt. s. titu. j. l. ij. Acc.

DE LEGE COMMISSORIA.

TITVLVS III.

Quando apponitur pactum legis commissoriæ, venditio est pura: sed resoluitur sub conditione: & istud pactum apponitur in fraudem venditoris: ideo venditor potest vti isto pacto volens: inuitus autem non cogitur. l. d. vsque ad. l. si fundus. Bald.

I. VLPIANVS libro vicesimo octauo ad Sabinum.

B SI fundus commissoria[l] lege venierit: magis est, vt sub cōditione resolui emptio, quàm sub conditione contrahi videatur[m].

II. POMPONIVS libro trigesimoquinto ad Sabinum.

CVm venditor fundi in lege ita cauerit: *si ad diem pecunia soluta non sit, vt fundus inemptus sit:* ita accipitur inemptus esse fundus, si venditor inemptum eū esse velit: quia id venditoris causa caueretur. Nam si aliter acciperetur: exusta villa in potestate emptoris futurum [esset,] vt nō dando pecuniam C inemptum faceret fundum, qui eius periculo fuisset:

III. VLPIANVS libro trigesimo ad Edictum.

NAm legem commissoriam quæ in venditionibus adiicitur, si volet, venditor exercebit: non etiam inuitus[n].

Pactum legis commissoriæ non facit conditionalē emptionem, sed eam resoluit. Bal.

IIII. IDEM libro trigesimosecundo ad Edictum.

SI fundus lege commissoria venierit, hoc est, vt nisi intra certum diem pretium sit exsolutū, inemptus fieret: videamus quemadmodum venditor agat tam de fundo, quàm de his quæ ex fundo percepta sunt: itémq; si deterior fundus effectus sit facto emptoris. Et quidem finita est emptio: sed iā decisa quæstio D quod dedit, perdidit, eo q̄ reliquam partem ad diem non soluit. [ELEGANTER.] Vendidi tibi fundum sub pacto. l. commisso. si adueniente die non fuit soluta pecunia: ego possum exercere cōmissoriam, & rescindere venditioné. Si volo exercere cōmissoriam, vel petere pretiū, dicitur hic, q̄ ab initio alterū eligere debeo: & vno electo ad alterum redire non possum. Sed ponamus, q̄ in. l. com. pacto ita dicit emptor, quòd si non soluatur sua die, fundus esset inemptus: & adiecit. q̄ si venditor minoris extūc alteri vendat: q̄ emptor hoc damnum sibi reficeret. tenebitur ad hoc actione ex vendito competente. [MARCEL. LIBRO VICESIMO.] Si vēdam tibi sub pacto vt fundus sit inemptus, nisi ad diem solueris: quæritur, an debeam te interpellare: an debeas offerre vltro si vis euitare commissoriam? Dicitur, quòd offerre debes: si non habes cui offeras liberatus es.

Competere.

l *Commissoria.* id est, commissi: siue eius pactum locum habeat, quando vendo tibi rem, & trado: & si non solueris hinc ad mensem, quòd res sit inempta. Accursius.

m *Videatur.* vt infra, de vsucap. pro emp. l. ij. §. Sabinus. Sed pactum addictionis in diem quandoq; facit cōditionalē, quādoque resoluitur sub cōditione: vt. s. titu. j. l. ij. Acc.

Vm venditur.] CASVS. Si venditor vendat sub pacto legis cōmissoriæ: si pecunia soluta nō fuerit ad certum diem: hoc ita accipitur, vt sit soluta pecunia: non sit fundus inemptus, sic volēte vēditore. si autē emptor vellit inemptū esse: nō potest inuito venditore: quia hoc pro vēditore statutū est: aliàs esset in potestate emptoris qui emit villā, vt ea exusta non solueret pretiū: & ita esset inempta: quod esse nō potest: cū fundus fuerit periculo suo: nā venditor legē commissoriā quę in venditionibus dicitur, exercebit volens, nō etiam inuitus. & hoc dicit cū l. sequen. Viuianus.

n *Nam legem. Etiā inuitus.* quia qđ fauore &c. vt. C. de leg. & consti. quod fauore. &. j. de ser. expor. l. iij. &. s. de mino. si index. &. s. titu. j. Sabinus. Sed contra, infra, de peri. & cōmo. rei ven. si vina. Solu. vt ibi.

Si fundus.] CASVS. Si vendā Titio fundum sub pacto. l. cōmissoriæ. i. vt fundus sit inemptus, si pretiū nō soluatur certo tēpore, & ipse nō soluat: qualiter agere possum q̄ fundo & fructibus quos recepit in fundo, vel si deterior factus fuerit sua culpa? Dicitur, q̄ decisa est illa quęstio, q̄ habet locū actio. ex vēdito: licet vēditio soluta fuerit. Est tamē verum, q̄ interdū emptor lucrifacit fructꝰ quos interim percepit secundū sententiā Neratij, quę humana est, scilicet cum ipse aliquam partē pretij soluerit: quia pretiū

BIU Cujas

a *Competere.* vt supra, de cõtrahen. emp. l. sed Celsus. §. si fundus. & supra, tit. j. l. imperator. & forte de illo respon. dicit hic.
b *Pretium.* id est, partem pretij: vt statim subiicit.
c *Perdidit.* ideo quòd ad diem statutum reliquum non soluerit. id enim verisimile est actũ inter eos, ꝙ emptor & pretiũ & arras per legẽ amittat. Azo.
d *Exercere.* vel in arra, vel in reuocatione rei, vel aliquo alio ꝓut conuentum est: vt. j. e. si per emptorẽ. Sed an ad hoc cogi possit per officiũ iudicis? Respõ. sic: ar. C. de inge. manu. l. diffamari.
e *Variare.* nõ permittitur variare: ar. contra ꝙ tra. j. de colla. bo. l. nõ nunquam. in princi. & de hoc dixi. ſ. de procu. in causæ.
f *Exigat.* vt supra, de cõtrahen. emp. sed Celsus. §. si fundꝰ. Azo. Sed quid si non conuenit? Respon. non ageretur. Arg. tamẽ, quòd tacite semper videamur conuenire, cum sit consuetum: vt hic, & infra, de ædil. edic. ꝙ si nolit. §. quia assidua. ADDITIO. Tu dic, quòd ea quæ solita sunt fieri & apponi in cõtractibus, non præsumuntur nisi probentur, qñ aliquid adiiciũt obligationi: vt dicit ista gl. quam tenemẽti, secũdum Bal. hic.
g *Offerre.* sic debitor sub pœna: vt. C. de cõtra. & commit. stipu. l. magnam. sic & sub vsura. vt. j. de vsu. pecunię. §. fi. & ex causa emphy. vt. C. de iur. emphy. l. pen. §. j. Item iudex à quo appellatur, apostolos sine petitione dare debet: vt. C. de appel. l. cos. §. fin. Sed econtra quãdoque exigitur interpellatio: vt. j. quorũ leg. l. fi. §. j. &. j. de colla. bo. si quis filium. §. stipulatio. Accur.

L*Ege.*]CASVS. Si vendo fundum, & adiicio vt inemptus sit, nisi pecunia soluaẽ sua die: & soluta non fuerit statuta die: emptio resoluitur. fructus emptor, licet suo iure suos fecerit, restituere debet: quia nihil remansurum est penes eum.
h *Reuenisset.* id est, inemptus factus esset.
i *Nihil penes.* vt. ſ. tit. j. imperaror. & l. itẽ qđ dictum. in prin. & ſ. eo. si fundus. nisi in casu: vt ſ. eo. l. si fundus. §. j.

D*E lege.*]CASVS. Iurisc̃õsul. interrogatus super hac. l. com. tradit naturã huius legis: quia si pacto. l. com. nõ pareatur, & stet per emptorẽ: vẽditor si velit, potest vti cõmissoria, & emptor amittit si quid arræ nomine dedit, vel simili modo ab eo recepit

est, ex vendito actionem cõpetere[a]: vt rescriptis imperatoris Antonini, & diui Seueri declaratur. ℣ Sed † quod ait Neratius, habet rationem, vt interdũ fructus emptor lucretur, cum pretium[b] quod numerauit, perdidit[c]. Igitur sentẽtia Neratij tũc habet locum, (quæ est humana) quando emptor aliquã partem pretij dedit.

B *Eligens inter contraria, variare non potest. Bald.*

℣ Elegãter Papinianus libro tertio Respõsorum scribit, statim atque cõmissa lex est, statuere venditorẽ debere, vtrum cõmissoriã velit exercere[d], an potius pretiũ petere, nec posse si cõmissoriam elegit, postea variare[e]. ℣ In commissoria etiam hoc solet conuenire, vt si venditor eũdem fundum venderet: quanto minoris vendiderit, id à priore emptore exigat[f]. erit itaq; aduersus eum ex vendito actio.

Vbi non est appositus certus terminus, nõ est necessaria interpellatio. Baldus.

C ℣ Marcellus libro vicesimo dubitat, vtrum commissoria tunc locum habeat, si interpellatus non soluat: an verò si nõ obtulerit? Et magis arbitror offerre[g] eum debere, si vult se legis commissorię potestate soluere. quod si non habeat cui offerat, posse [eum] esse securum.

Antequam existat conditio huius pacti, emptor efficitur dominus fructuũ quos percepit: sed ipsa existente restituere tenetur. Bartolus.

V. NERATIVS libro quinto Membranarum.

LEge fundo vendito dicta, vt si intra certum tempus pretium solutum nõ sit, res inempta sit: de fructibus quos interim emptor percepisset, hoc agi intellegendũ est, vt emptor interim eos sibi, suo quoq; perciperet. Sed si fundus reuenisset[h], Aristo existimabat venditori de his iudicium in emptorẽ dandum esse: quia nihil penes[i] eum residere oporteret ex re, in qua fidem fefellisset.

VI. SCAEVOLA libro secundo Responsorum.

A venditor. [*POST DIEM.*] Si pacto. l. com. non obseruato vẽditor non vtatur cõmissoria: si partẽ pretij petat, amplius cõmissoria vti non potest: quia non licet variare, & vna via electa, ad aliam redire non potest. & hoc dicit cum. l. sequen. Viuianus.
k *De lege.* aliàs incipit, de lege commissoria. aliàs, si per emptorẽ.
l *Accessurũ.* vt ruta & cæsa. nam cum rescissa sit in principali: nec tenet in accessorio. Acc. m *Accepisset.* idem est si tantum petiit, & non habuit, secũdũ quosdã: vt. j. l. proxi. Vel dic, ꝙ ibi petiit & habuit. Et not. ꝙ pecuniã petẽdo legi renũtiat: vt hic, & C. de pact. inter empto. & vendito. l. cõmissoriæ. & ſ. eo. si fundus. §. elegãter. sic petitor hereditatis habendo pretium rei: vt. ſ. de peti. hæredi. sed & si lege. §. fina. sic depositor accipiẽdo vsuras, suo renũtiat priuilegio: vt. ſ. depos. l. si hominẽ. §. quotiens. sic. j. de fideiusso. *Flo. & si seruus ali. & ſ. man. si præcedẽte. in fi. & ſ. de tribu. qđ in hærede. §. j. & ſ. de inoffi. testa. l. nihil. §. si à statulibero.

DE lege[k] cõmissoria interrogatus ita respõdit, si per emptorẽ factum sit, quo minus legi pareretur, & ea lege vti vẽditor velit: fundos inemptos fore: & id quod arræ vel alio nomine datũ esset, apud vẽditorẽ remansurum. ℣ Idem respõdit, si ex lege [cõmissoria] inempti sint fundi: nec id quod accessurum[l] dictũ est, emptori deberi. ℣ Post diẽ lege commissoria cõprehensum vẽditor [legem dictam non exercuit, sed] partem reliquę pecunię accepit. Respõdit, si post statutum diẽ reliquæ pecuniæ venditor legẽ dictam non exercuisset, sed * partẽ reliqui debiti accepisset[m], videri recessum à commissoria.

Si post terminum solutionis venditor recipiat pretium, videtur renũtiare legi commissoriæ. hoc dicit. cum. l. seq. Bal.

VII. HERMOGENIANVS libro secundo Iuris Epitomarum.

POst diem commissoriæ legi præstitutum, si vẽditor pretium petat[n], legi commissoriæ renũtiatum videtur: nec variare, & ad hanc redire potest.

VIII. SCAEVOLA libro septimo Digestorum.

MVlier fundos Gaio Seio vendidit, & acceptis arræ nomine certis pecuniis, statuta sunt tempora solutioni reliquę pecuniæ: quibus si nõ paruisset emptor, pactus est, vt arrã perderet, & inemptæ villæ essent. Die statuto emptor testatus est, se pecuniam omnem reliquam paratũ fuisse exsoluere: & sacculum cum pecunia, signatorũ signis obsignauit: defuisse autẽ venditricem: posteriore autem D die nomine fisci testato conuẽtum emptorẽ[o], ne antè mulieri pecuniã exsolueret, quàm fisco satisfaceret. Quæsitum est, an fundi non sint in ea causa, vt à vẽditrice vindicari debeant ex conuentione venditionis*? Respondit, secundum ea quę proponerẽtur, non commisisse[p] in legem venditionis emptorem.

DE HAEREDITATE vel actione vendita.

TITVLVS IIII.

DE HAEREDITATE VEL actione vendita.

Dictum est supra, de venditione rerum corporalium: nunc de venditione incorporalium. Accursius.

m *Venderet*. non autem induxit emptorem dolo ad contrahendum:quia tunc ipso iure esset nullus cōtractus : & vt supra,de dolo.si quis affirmauerit. Accursius.

Cū dolus daret causā cōtractui bonæ fidei. gl. & ibi Ange. & Ia. in §. actionum insti. de act.

n *Persuasit*. dictus villicus non persuasit vt venderet,sed vt minimo venderet: vt supra,de dolo.si quis affirmauerit.& sic nō est

contra.

BIU Cujas

contra.C.de rescin.vēn.si dolo.vbi rescinditur tota, quatenus de facto processit:quia dolus dedit causam contractui.

a *Oportet.*q.d.nolo teneri.Accursius.

b *Decepisset.* & sic in solidum,etiam si extra rem sit interesse: vt supra.e.§.si vero. Sed contra. C.e.l.si minor.vbi quãto minoris tenetur tantum.Sol.ibi sciuit tãtum: hic sciuit, & fraudem in obscure loquendo adhibuit.vel vt ibi.

c *Locupletior.*ex eo enim semper tenetur:vt hic,& supra,de dolo.l. si ex dolo.&dixi.supra, de trib.l.iij.§.Iulianus.

d *In residuum.* immo & ipse pupillus,si tutor est soluẽdo:vt.j. de admini.tu.l.fi.& infra, de euic.l.illud.§.j.&infra, ne vis fiat ei.l.j.§. hoc edicto.quæ sunt contra.Sol. dicunt quidam quòd inquantum locupletior est,in tantũ tenetur ex sua ꝑsona: sed ex persona tutoris etiã vltra. Sed tu dic, [a] ꝙ tenetur vltra:sed liberatur cedendo actionẽ: vt supra, de tribu.l.iij.§.quãuis.maxime quia interest eius litibus & cætera.vt supra, de minor.l.minor.xxv.an.& facit.j. de reg.iur.l.neque ex interdicto.

a Sequitur Bart.

e *Perpetuo.* id est, etiã administratione deposita.Ioan.

f *Dolo.* idem si culpa forte:arg.C. vnde vi.l. meminerint. aliàs autẽ si nec dolo nec culpa, bene transfertur: vt supra, si qs cau.l.fi.&.C. de admi.tuto.l.cũ quidam.quæ sunt contra. Accursius.

g *Offerri pretium.* & solui.argu.ĩfra,eo.l.qui pendentem.secundum Pla.& apud alium deponitur,si forte habeat eũ suspectum: [b] vt infra, de solu.si solutur[9].

b Idẽ Pau.

h *Retinere potest.*No. suam rem sibi obligari, & secundum M.falsum est:vt.ꝛ.de pig. act.l. si rem alienam. est ergo quasi pignus, non vere pignus.& sic intelligitur:vt infra, de ædil. edic. quod si nolit.§. idem Mar.& supra, de hære.ven.l.hæreditatis vẽditæ.& supra,de cõtrahen. emp. fistulas.§. qui fundum. sic ecõtra emptor tenet pretiũ do nec venditor tradat:vt infra, eo.qui pendentem.Accursius.

Res sua quandoque sibi obligatur.

i *Exceptionem.*.Argu.cõtra.j.de vulg.substi.ex facto.§.Iulian[9].

k *Distractus.*i.venditus est.idem est si quolibet alio modo fuerit alienatus:vt infra,quæ in frau.cre.l.si fraudator.§.fructus.

l *Exploratum est.* hoc quando ipsemet venditor coluerat. si autem locauerat alij:subiicit.Accursius.

m *Ei cedere.* id est, venditori soluet colonus: sed venditor

lationem præstare oportet, [a] id emptorem dare,facere, præstaréque oportere: ex empto eum teneri, quasi decepisset [b] emptorẽ. Quę sentẽtia vera est.

Ex dolo tutoris ipse conuenitur,non pupillus, nisi inquantum factus est locupletior.h.d.Bartolus.

¶Sed cum in facto,proponeretur, tutores hoc idem feciſſe, qui rem pupillarem vendebãt: quæstionis esse ait, an tutorum dolum pupillus præstare debeat? & si quidem ipsi tutores vendiderunt:ex empto eos teneri, nequaquàm dubium est. Sed si pupill[9] auctorib[9] eis vẽdidit,intantum tenetur, inquãtum locupletior [c] ex eo factus est:tutoribus in residuum [d] perpetuò [e] condemnãdis: quia nec transfertur in pupillũ post pubertatem, hoc quod dolo [f] tutorum factum est.

Actio ex empto non competit cum effectu, nisi pretio integre soluto.h.d. vel aliter:Ex cõtractu vltro citroque obligatorio non potest effectualiter agi, nisi quis totum cõtractum ex parte sua impleuerit.Bar.

¶Offerri pretium [g] venditori ab emptore debet,cum ex empto agitur. & ideo & si pretij partem offerat: nondum est ex empto actio[ad rem acquirendam.] Venditor enim quasi pignus retinere [h] potest eam rem, quam vendidit. Vnde quæritur,si pars sit pretij soluta,& res tradita postea euicta sit: vtrùm eius rei consequetur pretiũ integrum ex empto agens:an verò quod numerauit? Et puto magisid,quod numerauit,propter doli exceptionem. [i]

Fructus extantes seu pendentes videntur venditi vendita re: pensiones & cætera quæ debentur occasione rei, non ex re, debentur venditori, licet cedere teneatur emptori.Bartolus.

¶Si fructibus iam maturis ager distractus [k] sit:etiam fructus emptori cedere, nisi aliud conuenit, exploratum est. [l] ¶Si in locatis ager fuit,pensionesvtique ei cedent [m] quid locauerat.Idẽ [est]& in prædiis vrbanis, nisi si quid nominatim conueniſſe

Ei cedere. id est, venditori soluet colonus: sed venditor emptori dabit: scilicet quæ cucurrit post venditionem.& sic benetrahen.emp.si cum fundo.& infra,eo.§.in his. & supra,de cõperis. Alij dicunt, [c] quòd non ponitur aduersatiuè, nisi ad factũ. & dicunt cedere debere, scilicet venditorem emptori ius petendi pensionis.potest tamen emptor si vult colonum deducere:vt supra,de vsufru.arbores. §.quidquid. &.C.locat. l.emptorem.Accur.

*Præstanda est.*hoc si res non interierit.aliquin emptori non est actio:quia interitu speciei est liberatus venditor.Argu. potest pro hoc induci supra,ad le. Aquil.l.huic scripturę. in prin.& supra,si quadru. pau. fe. di.l.j.§. si post.&.§.planè. Argu. contra infra,ea.l.§. idẽ Celsus.Accursi[9]. *ADDITIO.*Tu dic,quòd ibi pretium succedit loco rei: hic non, secũdum Bart.

Accende. vt & infra, de aqua plu.arcen. l. post venditionem. Accursius.

Aut clam. vt infra, quod vi aut clam.l.is qui.in prin.&.§.si postea.in fi.§.

*Si quidem scienſ.*hic videtur ad mensuram facta venditio:quia tũc commodum & incommodum omne ante mẽsuram spectaret ad vẽditorem: sed vbi vendidit sciens, est quod imputetur ei:vnde adimitur ei commodum. Azo.

Non competere. Sed nonne quod accreuit, lucro emptoris cedere debet: vt insti.de contrahen. emp.§. sed & si post emptionem? Respon.hic ad mensurã fuit facta venditio.Item iste propter temerariam assertionẽ nõne tenebitur: vt supra, ea.l.§.quid tamẽ si signo rauerit? Respon. non ibi enim affirmauit cũ nihil emptori poterat imputari.latens enim erat vitium: at hic imputat emptori cur modum agri non mensurauit. Vel dicas [t] quod non agitur ex empto, vt hic dicitur, ad interesse subaudi, agitur tamen ad pretium pro rata: vel agitur quanto minoris. vel hic fuit actum vt non agatur nisi ad pretium: vt supra, eo.l.emptorem.§.qui autẽ. vel hic ad mensuram.& facit infra,eo.si in qualitate.

Ex empto. vt & infra,de act.& obli.l.ex promissione.& infra, de euic.l.si vendideris.

Culpam. vt supra, eo.emptorem.§.si quis.& de cõtrahen.emp. l.si cum fundum.

Totum.

¶Sponatur.¶Sed & siquid prẽterea rei venditæ nocitum est, [n] damni fortè infecti, vel aquæ pluuiæ arcendæ, [o] vel Aquilię, vel interdicti quod vi aut clã. [p] Item si quid ex operis seruorũ, vel vecturis iumentorum, vel nauium quæsitum est, emptori præstabitur, & si quid peculio eorum accesit: non tamen si quid ex re venditoris.

Alluuio superueniens ante traditionem, prodest venditori ad mensuram si fuit ignorans: secus si sciens.Bartolus.

¶Si Titius fundũ, in quo nonaginta iugera erant, vendiderit:& in lege emptionis dictum est,in fundo centum esse iugera:& antequam mod[9] manifestetur,decem iugera alluuione adcreuerint: placet mihi Neratij sententia, existimantis,vt si quidem sciens [q] vẽdidit,ex empto actio competat aduersus eum: quamuis decem iugera adcreuerint: quia dolo fecit: nec dolus purgatur. si verò ignorans vendidit:ex empto actionem non competere. [r]

Causa lucrativa cum non lucrativa cõcurrit.hoc dicit.Bartolus.

¶Si fundum mihi alienum vẽdideris,& hic ex causa lucrativa meus factus sit:nihilominus ex empto [s] mihi aduersus te actio competit.

In hac actione venit dolus & culpa circa ipsam rem, & circa accessoria.hoc dicit.Bartolus.

¶In his autem,quæ cum re empta præstari solent: non solum dolum, sed & culpam [t] præstãdam arbitror. Nam & Celsus libro octauo digestorum scripsit,cum conuenit,vt venditor præteritam mercedem exigat, & emptori præstet: non solum dolum, sed & culpam eũ præstare debere.

Qui emit partem rei quam venditor habebat communem cum alio, pro indiuiso tenetur recipere illud quod ex diuisione proueniet ad venditorem.h.d.Pan.de Cast.Vel sic, secundum Bar. Quando pars pro indiuiso actione personali debetur:illud quod ex diuisione debitori obueniet, ex vigore

Ex dolo tutoris ipse conuenitur,non pupillus, nisi inquantum factus est locupletior.h.d.Bartolus.

Actio ex empto non competit cum effectu, nisi pretio integre soluto.h.d. vel aliter:Ex cõtractu vltro citroque obligatorio non potest effectualiter agi, nisi quis totum cõtractum ex parte sua impleuerit.Bar.

Fructus extantes seu pendentes videntur venditi vendita re: pensiones & cætera quæ debentur occasione rei, non ex re, debentur venditori, licet cedere teneatur emptori.Bartolus.

Qui emit partem rei quam venditor habebat communem cum alio, pro indiuiso tenetur recipere illud quod ex diuisione proueniet ad venditorem.h.d.Pan.de Cast.Vel sic, secundum Bar. Quando pars pro indiuiso actione personali debetur:illud quod ex diuisione debitori obueniet, ex vigore

BIU Cujas

Totum. collige ex hoc.§.quòd inuitus quis cogitur emere & vendere. sic & institu. de his qui sunt sui vel alieni iur.§.fi.&.C.de contrahen. emp.l.inuitum.&.l.dudum.&.C.de communi ser.ma. l.j.& supra,de reli. si quis sepulchrum.& supra, communi diui.l. communi diuidundo.§.fi.& in auth. de alic. & emphy.§. si vero. col.ix. secundum prædictum modum.& infra, de iur.do.l.cum in fundo.§.si fundus.&.j. de publi.l.cotem.§.fin. & infra, de leg.j.l. & si æquo.& supra, de pig. act.l.quamuis.

b *Emptoris.* i. quātum pertinet ad venditorē & emptorem. nam vēditor non tenetur tūc: nec ergo nunc: sed ille à quo fuit adiudicata, bene tenetur: vt.C. fami.ercis.si familiæ.& C.communia vtriusq; iud.l.si fratres. & sic alius tenetur quàm qui dederit. & sic in simplum pretij seu æstimationis tenetur: vt infra, de euic. si pl^{a}.§.si iussu.

c *Restitui debet.* scilicet emptori. Sed nonne à venditore serui donatum tanquam ex re venditoris profectū id apud eum residere debet: vt supra.e.l.§.item si quid.in fi? Respon.[a] aut donauit vt seruo proprio, vt scilicet haberet in peculio,& tūc sibi habebit dominus: idémque venditor: aut tanquam alieno, & tūc nihil: vt infra, de acquiren re do.l.per seruum §.j.secundum.Azo.

d *Et legata omnia.* illius enim debet esse lucrum cuius est periculum, scilicet emptoris: vt hic, & infra, de hære.instit.l.qui filio.§.ij. &.l.seq.& supra,commo.l.si is qui.§.si quē. &.j.de ędil.edic.l.cum autem.§.fi.

e *Nec distinguendum est.* Sed cur non distinguitur,cum si contemplatione vēditoris instituatur ex re sua, adeundo hæreditatem sibi quærere videtur: vt infra, de acquiren.hæredi.l.aditio.in fi.& infra, de vulga. sub.l. sed si plures.§.in arrogato. ea verò quæ ex sua re quæruntur, non restituit: vt supra.e.l.§.item si quid? Respon.non b distinguitur an contēplatione emptoris vel serui relinquatur: sed distinguendum est, an contemplatione vēditoris tantum, vel serui, vel emptoris detur: vt & supra,de vsufruct.l.sed & si quid donetur. Accursius.

f *Oportet.* vt institu.e.§.pretium. Accursius.

g *Post diem.* non ante: vt infra, de vsur.l.libertatis.§.j. &. C. de vsur.l.ij. Sed cur dicit post traditionem: nonne fructus spectant ad emptorem venditione contracta: vt.C.e.l.curabit.&.l. fructus. ergo ab eo tempore debet prēstare vsuras.cum enim hoc solum debeat spectari, an habeat facultatem fructus percipiendi, vt sequenti.§.dicitur: iste vero potest facere vt possit: ergo iam intelligitur posse: vt infra,de reg.iur. qui potest? Respon. quidā vt Ot. & alij quòd interest an emptor percipiat fructus per se, vt tunc teneatur ad vsuras, etiam à tempore contractus: an per alium, vt tunc teneatur à tempore traditionis tantum argu.pro his supra, de pig.act.l. si pignore.§.si prædo. in fi. Tu dic[c] melius, quòd est in arbitrio emptoris, accipiat fructus à tempore venditionis: vt tunc à tempore contractus præstet vsuras: quia fructus consequēdo à tempore contractus, perinde habetur ac si tradita fuisset. an relinquat eos: & tunc præstabit à tempore traditionis: nec potest vēditor emptori obiicere culpam: quia fructus non percepit: cum ex ea culpa lucrum sentserit. Azo.

c *Approbatur per B. Sal. & est mēte tenēda secundum Pan.*

h *Precaria sit.* Sed cū debeat emptorem vēditor præstare potiorem in lite possessionis: vt supra, eo.l.emptorē.§.j. ad quid precaria possessio vendita, pro tradita habetur? Respon. quantum ad hoc vt postea teneatur ad vsuras, non autem vt venditor liberetur ab actiōe ex empto. d Item quomodo fructus precariæ possessionis facit suos,cum precario tradito seruo non quærat emptori ex operis: vt supra de pericu. & commo.rei vē. l. serui.& infra, de acquiren. re.do.l. quæsitum? Azo respon. vt dixi in.d.l.serui. *ADDITIO.* Dic, quòd facit suos fructus naturales & industriales: sed non ciuiles, vt ibi, secundum Pau.

d *Idem. B. Albe. & Pan.*

i *Impensum.* sic supra, de pig.act.si seruos.hęc enim & similia onera emptor agnoscit. sicut fructuarius: vt supra, de vsufru. si pendentes.§.pe.

k *Reus.* id est,expromissor.

l *Consecuturum.* valet ergo hoc pactum: vt infra,de pact.do.l.si pater dotem.§.si fundo. & supra, de contrahen.emp.l.hæc venditio.§.fi. Accursius.

m *Vtili.* hoc si erat institor, secundum Ioan. vt supra, de nego.gest.liberto.& supra, de instito. sed & si quis. in prin. aliās non:

eiusdem obligationis debetur. Bartolus.

¶Idem Celsus libro eodē scribit: Fundi, quem cum Titio communem habebas, partem tuam vendidisti: & antequam traderes, coactus es communi diuidundo iudicium accipere. si socio fundus sit adiudicatus: quantum ob eam rem à Titio consecutus es, id tantum emptori præstabis. Quòd si tibi fundus totus adiudicat^{a} est, totum, [a] inquit, eum emptori trades: sed ita, vt ille soluat quod ob eam rem Titio condemnatus es: sed ob eam quidē partem quam vendidisti, pro euictione cauere debes, ob alteram autem tātum de dolo malo promittere. Aequum est enim, eandem esse conditionem emptoris, [b] quæ futura esset, si cum ipso actū esset cōmuni diuidūdo. Sed si certis regionib^{a} fundum inter te & Titium iudex diuisit: sine dubio partem, quæ[tibi] adiudicata est, ēptori tradere debes.

Quicquid lucratur seruus venditoris, pertinet ad emptorem.h.d. Bartolus.

¶Si quid seruo distracto venditor donauit ante traditionē? hoc quoq; restitui debet: [c] hæreditates quoque per seruū adquisitæ, & legata omnia: [d] nec distinguendum[est,] [e] cuius respectu ista sint relicta. Itē quod ex operis seruus præstitit venditori, emptori restituēdū est: nisi ideo dies traditionis ex pacto prorogatus est, vt ad venditorem operæ pertinerent.

Actio ex vendito competit venditori ad pretium, & etiam ad vsuras pretii, à tempore traditionis rei etiam precario factæ: competit etiam ad alia quæ æquum est venire in hoc contractu, quæ enumerantur vsque ad.§.si procurator.h.d. vsque ad illum.§.& hucusque tractauit de actione ex empto, quæ competit emptori. hic incipit tractare de actione ex vendito.h.d.

¶Ex vendito actio venditori competit ad ea consequenda, quæ ei ab emptore præstari oportet. [f] Veniunt autem in hoc iudicio infra scripta: in primis pretium quanti res venit: item vsuræ pretij post diem [g] traditionis. nam cum re emptor fruatur, æquissimum est, eum vsuras pretij pendere. ¶Possessionem autem traditam accipere debemus, & si precaria sit[h] possessio. Hoc enim solum spectare debemus, an habeat facultatem fructus percipiendi.

Sumptus facti in re vendita, per actionem ex vendito repetuntur. h.d. iste.§. secundum Bartolum.

¶Præterea ex vendito agendo consequetur etiā sumptus, qui facti sunt in re distracta, vt puta si quid in ædificia distracta erogatum est. scribit enim Labeo & Trebatius, esse ex vendito hoc nomine actionem. Idem[est,] & si in ægri serui curationem [quid] impensum est ante traditionem: aut si quid in disciplinas, [in]quas verisimile erat etiam emptorem velle impendi. Hoc amplius Labeo ait, & si quid in funus mortui serui impensum[i] sit, ex vendito consequi oportere: si modò sine culpa venditoris mortem obierit. Item si conuenerit, cùm res veniret, vt locuples ab[eo] emptore reus[k] detur: ex vendito agi posse, vt id fiat.

In actione ex empto venit illud quod deuenit in pacto incontinenti appositio. hoc dicit. Bartolus.

¶Si inter emptorem prædiorum & venditorem conuenisset, vt si ea prædia emptor hæresve eius pluris vendidisset, eius partem dimidiam venditori præstaret: & hæres emptoris pluris ea prędia vendidisset: vēditorē ex vendito agendo partem eius, quo pluris vendidisset, consecuturum. [l]

Ex venditione procuratoris dominus obligatur, & sibi actio quæritur. hoc dicit. Bartolus.

¶Si procurator[rem] vendiderit, & cauerit emptori: quæritur, an domino, vel aduersus dominum actio dari debeat. & Papinianus libro tertio respōsorum putat, cum domino ex empto agi posse vtili[m] actione, ad exemplum institoriæ actionis, si modo rem vendē-

BIU Cujas

a Displicet P. quia pro curator adquirit domino actionē sine cessiōe ex re domini, secundū eundē Pau.

non: [2] vt arg. supra, de procur. l. procurator qui pro euictione. & l. quod procurator. & infra, de reg. iur. l. quo tutēla. §. fi. & infra, de acqui. poss. l. possessio quoque. §. sed & si possessio. Sed arg. contra. j. de euic. si cum venditor. §. fi. sed secundum hoc quare dicit ad exemplum institoris cum vere sit institor? Rñ. quia in vna re tantum vendenda fuit institutus. vnde non [b] propriè institor dicitur: vt supra, de instito. l. in eū. in princ. Habet ergo locum quod hic & sequen. respon. dicit, quòd domino detur actio si procurator est non soluendo: [c] vt. s. de insti. l. j. in fi. & l. ij.

b Sequūtur Alb. Bal. & Pau.

c Idē si soluendo, secūdum Pau.

d Vtraque lectura placet Pau.

† Glo. in. c. cū dilecti. in fi. extra de empt. & vē. dicit per istū. §. quòd quandoque nō tenet cōtractus: & tamē ex eo agitur.

e Sequitur Bar.

f Sequitur glos. Alb. B. B. P. & Sal.

g Idē Bar. & Pau.

Ex empto. id est, ex vēdito. Io. vt & infra. e. veteres. & sic loquitur eodem casu quo supra, quando dominus mandauit vendi. Alij pōnunt [d] nouum casum: vt supra dixi quādo dominus mādauit vendi. hic econtra quando aliquis mandauit emi: & sic ex empto proprie ponitur. & secundum primam positionem remanet quæstio sabbatina: si dominus mandauit emi, an actio domino detur? Videtur, q̄ sic subuenitur domino sicut cōtrahentibus cū institore: vt. s. de insti. l. j. Sed arg. contra supra, de exerci. act. l. j. §. sed econtrario. Primū tamen verius. in iudiciis verò indubitabile est actionem dari domino ex contractu ꝓcuratoris: vt supra de ꝓcur. l. i causæ. in fine.

Excedit. & ita in eo quod non excedit, valet: vt hic innuit, & C. de do. l. si quis ar. §. sed in omnibus. in eo quod est vltra, non: sicut in quolibet pecuniario debito pœna vltra legitimum modum vsurarum promissa nō valet: vt. C. de vsu. cū allegas. & infra, de vsuris. l. pecuniæ. in prin. & l. pœnam. Sed contra. s. de peti. hære. l. vtrum. in fi. Sol. [e] illa secundum istam: quia nō excedebat legitimā vsuram. Item contra infra, eo. l. Lucius. & C. de transac. l. promissis. & infra, de euic. l. sciendum. Solu. [f] ibi pœna apponebatur facto vel donationi speciei: hic autem quantitati. Item an hoc est verum semper quod hic dicit? Respon. secundum Io. & Bul. non. Sed si erat solitus venditor fœnerare: arg. infra, de vsu. qui semisses. §. fi. Sed ibi quando per negligentiam currebant: hic autem ex promissione: vnde dic æquius, secundum Azo. quòd semper præsumitur fraus [g] ex quantitate pecuniæ quæ excedit legitimum modum. Sed secundum nos qui dicimus vsuras non præstari per aut. de ec. ti. §. j. nū-

dam mandauit. ergo & per cōtrarium dicendum est, vtilē ex empto [2] actionem domino cōpetere.

Quando pœnā consistens in quātitate, solutioni quantitatis adiicitur, in fraudem vsurarum videtur adiecta. Bartolus.

¶ Ibidem Papinianus respondisse se refert, si conuenerit, vt ad diem pretio non soluto, vēditori duplum præstaretur: in fraudem constitutionum videri adiectum [id,] quod vsurā legitimā excedit: [b] diuersamque causam commissoriæ [legis] esse ait: cū ea specie, inquit, non fœnus illicitum contrahatur: sed lex contractui [c] non improbata dicatur.

Ex contractu facto cum procuratore colludente, vel cum minore, potest agi vt voluntas domini discernatur. h. d. Bar.

¶ Si † quis colludente procuratore meo, ab eo emerit: an possit agere ex empto? [d] Et puto hactenus [agēdum], vt aut stetur ēptioni, aut discedatur. Sed & si quis minorē vigintiquinque annis circunuenerit: [e] & huic hactenus dabimus actionem ex empto, vt diximus in superiore casu.

Claudicat contractus si fiat cum pupillo sine tutoris auctoritate. Bar.

¶ Si quis à pupillo sine tutoris auctoritate emerit, ex vno latere constat cōtractus. nam qui emit, obligatus est pupillo: pupillū [autē] sibi non obligat. [f]

Per hanc actionem cogitur quis facere quod deuenit in ipso contractu incontinenti appositō. Item qui habet actionem, ad cōmodum alienum agere cogitur. Bar.

¶ Si venditor habitationem exceperit, vt inquilino liceat habitare, vel colono vt perfrui liceat ad certum tempus: magis esse Seruius putabat ex vendito [g] esse actionē. Denique Tubero ait, si iste colonus damnū dederit, emptorem ex empto agentem cogere posse venditorem, vt ex locato cum colono experiatur: vt quidquid fuerit consecutus, emptori reddat.

Aedibus distractis veniunt omnia ipsis adfixa, & quæ ibi sunt ad perpetuū vsum ædium. secus in his quæ ad tempus. Vendito fundo veniūt omnia quæ sunt intra fundum ad perpetuam vtilitatem fundi. h. d. cum. l. sequen. vsque ad. l. veteres. Bar.

¶ Aedibus [h] distractis vel legatis ea esse ædium solemus dicere, quæ quasi pars ædium, vel propter ædes habentur, vt puta puteal:

XIIII. POMPONIVS libro trigesimoprimo ad Q. Mucium.

B Id est [i], [id] quo puteus* operitur.

XV. VLPIANVS libro trigesimosecundo ad Edictum.

Fvnes, [k]* & labra, [l] salientes, [m] fistulæ quoque, quæ salientibus [n] iunguntur, quamuis longè excurrant extra ædificium, ædium sunt. Item canales. Pisces autem, qui sunt in piscina, non sunt ædium, nec fundi:

XVI. POMPONIVS libro trigesimoprimo ad Q. Mucium.

NOn magis, quàm pulli, aut cætera animalia, quæ in fundo sunt.

C

XVII. VLPIANVS libro trigesimosecūdo ad Edictum.

Fvndi [o] nihil [aliud] est, nisi quod intra [p]* se tenet. Aedium autem multa esse, quæ ædibus adfixa non sunt, ignorari non oportet: vt puta seras, claues, claustra. [q] Multa etiam defossa [r] esse, neque tamen fundi, aut villæ haberi: vt puta vasa vinaria, [s] torcularia: [t] quoniam hæc instrumenti magis sunt etiam si ædificio cohærent [u] Sed & vinum & fructus perceptos villæ non esse constat. ¶ Fundo vendito vel legato, sterquilinium* & stramenta ēptoris & legatarij sunt: ligna autem venditoris vel hæredis: quia nō sunt fundi, tametsi ad eam rem cōparata sunt. In sterquilinio* autem, distinctio Trebatij probanda est: vt si quidem stercorandi agri causa comparatum sit: emptorē sequat. si vendendi, venditorē: nisi si aliud actum est. nec inter

D

c Lex contractui. scilicet vt res inempta esset, & pretium apud me remaneret, & si quid erit solutum inde: vt supra, de lege commiss. l. si fundus. Accursius.

d Ex empto. contra me dominum vtili: vt supra. §. si procurator. ité contra ꝓcuratorē.

e Circunuenerit. re ipsa: vnde restituitur minor: vt infra, de mino. l. etiam. §. j. aut ergo in totum remanet, aut in totum destruitur: vt supra, man. l. si procur. §. j. & de mino. l. tutor. §. j. &. C. si aduer. transac. l. j. &. ij.

**Fla. pœnā*

f Obligat. nisi sit locupletior: vt. C. de vsuca. pro empto. l. fi. & sic not. hic quòd claudicat cōtractus. sic inst. de auct. tut. §. j. Sed ar. in contra. supra, proxi. §. h & supra, de arbi. l. Die quæsi cum dies. §. pe. in fi. & hoc est sic supra, de rescin. ven. l. j. & l. si id quod. §. fin.

quid obligat. cedēdo hic. pille sce. dum Bar.

g Ex vēdito. Sed nūquid liberatur cedēdo actionem colono? Respō. sic: vt supra, de pec. l. quod debetur. Item no. hic ad factum agi ex vēdito: vt supra, eo. l. tenetur. §. j. Accurs⁹.

**terra. Fla.*

h Aedibus. hucusque dixit quid veniat in actione ex empto & vēdi. nunc incipit dicere quid veniat. & sic de singulis rebus: vt in legib⁹ sequentibus.

Domo vendita quæ domo vendita quid ve-

i Id est. puta: aliàs, subaudi. Accurs⁹.

k Fvnes. quibus aqua trahebatur.

l Et labra. i. imagines per quas distillat aqua.

m Salientes. id est, aquæ quæ de monte fluunt. & ladō saliunt: vt infra. l. proxi. §. item constat.

** fontē. * flumi. fl.*

n Salientibus. sc. quis.

** fontē.*

o Fvndi. scilicet rustici. sed infra stim ponit pro vrbano: quia cōmune verbum est: vt infra, de verbo. sig. l. quæstio. Azo.

p Intra. vt &. j. de dq. posf. l. iij. §. item seras.

q Claustra. à instrumenta quę claudunt domū, vel aliquam eius partem: vt ostia & portæ, quæ non adhærent, sed de nocte ponebantur tantum ad claudendum.

r Defossa. id est, affixa.

s Vinaria. aliàs vinaria, & aliàs salinaria. Accursius.

t Torcularia. vbi vinum premitur.

u Cohærent. immò videtur cedere domui: vt supra, de contrahē. emp.

BIU Cujas

est, in stabulo iaceat, an aceruus sit. ¶ Quæ tabulæ pictę pro tectorio [a] includuntur, itē quę crustæ marmoreæ, ædium sunt. reticuli [b] circa columnas, plutei [c] circa parietes, item cilicia [d] vela, ædium non sunt. Item quod insulę causa paratum est, si nondum perfectum est, quāuis positum in ædificio [e] sit, nō tamen videtur ędium esse. [f] ¶ Si ruta & cæsa † excipiantur in vē ditione: [g] ea placuit esse ruta, quæ eruta sunt: vt harena, creta, & similia. cæsa ea esse, vt arbores cæsas, & carbones, & his similia. Gallus autem Aquilius (cuius Mela refert opinionē) rectè ait, frustra in lege venditionis de rutis & cæsis contineri: [h] quia si non specialiter venierunt, ad exhibendum de his agi potest. [i] Neque enim magis de materia cæsa, aut de cæmentis, aut de harena cauendū est venditori, quàm de cæteris quę sūt pretiosiora. ¶ Labeo generaliter scribit ea, quæ perpetui vsus causa in ædificiis sunt, ædificij esse: quæ verò ad præsens, non esse [k] ædificij: vt puta fistulæ, temporis quidem causa positæ, non sunt ædium: verūtamen si perpetuò fuerint positæ, ædium sunt. ¶ Castella [l] plumbea, putea, opercula puteorū, epistomia [m] * fistulis adplumbata, aut quæ terra continentur, quamuis non sint adfixa, ædium esse constat. Item constat sigilla, columnas quoque, & personas, [n] ex quarū * rostris aqua salire solet, villæ esse. ¶ Ea, quæ ex ædificio detracta [o] sunt, vt reponantur, ædificij sunt. At quæ parata sunt, vt imponātur, nō sunt ædificij. ¶ Pali, qui vineæ causa parati sunt: antequam collocentur, fundi non sunt: sed qui exempti sunt [p] hac mēte, vt [iterum] collocentur, fundi sunt.

XVIII. IAVOLENVS libro septimo ex Cassio.

GRanaria, quæ ex tabulis fieri solent, ita ędium sunt, si stipites eorum in terram defossi sunt. quòd si supra terrā [q] sunt, rutis & cæsis cedūt. ¶ Tegulæ, quæ nondū ædificiis imposita sunt, quamuis tegendi gratia allatæ sunt, in rutis & cæsis habentur. Aliud iuris est in his, quæ detractæ sunt, vt reponerentur, ædibus enim accedunt. [r]

XIX. GAIVS ad Edictum Prætoris titulo de Publicanis.

VEteres in emptione venditioneq; appellationib' * promiscuè vtebantur. [f]

B XX. IDEM libro vicesimoprimo ad Edictum Prouinciale.

IDem est & in locatione, & conductione.

Qui vendit partum nasciturum, qui nasci non poterat: tenetur ad interesse si sciebat. Paul. de Cass.

XXI. PAVLVS libro trigesimotertio ad Edictum.

SIsterilis ancilla sit, cui' partus venit, [t] vel maior annis quinquaginta [u], cum id emptor ignorauerit: ex empto tenetur venditor [x].

Vendens prædium tributarium scienter, tenetur emptori ignoranti ad interesse. si autem ignorant: r, nō tenetur in aliquo. h.d. secundum intellectum glo. Paul.

C ¶ Si prædij venditor non dicat de tributo, sciēs tenetur ex empto. quòd si ignorans non prędixerit, quòd fortè hæreditarium prædium erat: non tenetur. [y]

Licet venditio non valeat: emptori tamen decepto datur actio ex illa ad interesse. h.d. Paul. Vel sic, secundum Bart. Licet emptor decipiatur in qualitate: actionem tamen ex empto habet contra venditorem. Bartolus.

¶ Quamuis supra diximus, [z] cū in corpore consentiamus, de qualitate autem dissentiamus, emptionem esse: tamen venditor teneri debet, quanti interest [emptoris,] non esse deceptum: & si venditor [a] quoque nesciet: veluti si mensas quasi citreas [b] emat, quæ non sunt.

D *Contra non agentem agitur ad interesse quod est circa rem, non ad id quod est extra rem: nec eius habetur ratio. h.d. Vel sic: Interesse petitur propter moram in non tradendo: & non habetur ratio interesse extrinseci. Bartolus.*

¶ Cùm per venditorem steterit quò minus rem tradat: omnis vtilitas emptoris in æstimationem venit, quæ modo circa ipsam rem consistit. Neque enim si potuit, ex vino puta, negotiari, & lucrum facere: id æstimandum est, [c] non

A ¶ VEteres vtebantur. vt & infra, prō empt. qui fundū. §. qui bona fide. & C. si seruus extero se emi man. l. j. & C. de pac. ex conuentione. Accursius.

SI sterilis.] CASVS. Vendidisti mihi partum Arethusæ, cum eam scires non posse parere. ego credebā, quòd sic. teneberis ad interesse. cętera plana sunt vsque ad. §. cū per ven. [CVM PER VENDITOREM.] Vēdidisti mihi ré quādam, frumētum vel vinū, puta: & nō tradidisti. agam ad interesse. s. circa rem, scilicet quātum plus valuit vinum: non extra rem, scilicet quòd dicam quòd negotiatus essem de vino, * *Aliàs,* vel frumēto, vel quòd familia necata sit fame, *Vet. emptio nū venditio* eo quòd retardata est *nūq; app.* traditio. Viuianus.

t *Venit cum ea.* sed hoc non valet: quia non emuntur vt pariant ancillæ: vt supra, de peti. hær. l. & ancillarū. Dic ergo, [c] emit quis partū futurum ancillæ. *c Ista est de mente Albe. & P.*

u *Quinquaginta.* quæ etiam à iure præsumitur quòd nō possit parere: & si contra fiat, est miraculum: vt hic, & C. de legi. hęr. si maior.

x *Venditor.* etiā ignorans: [d] quia asseuerauerat eam prægnanté. *d Quo casu tenetur ad restitutionē pretii. secūdum P.*

y *Non tenetur.* vt. C. de act. emp. l. si minor. contra. Solu. ibi asseuerauit: hic non. Vel ibi scire potuit, hic non: quia hæreditarium fuit prædium: vt infra, de regulis iur. l. qui in alterius. & de hoc dixi plene supra, eo. l. Iulianus. §. j.

z *Diximus.* vt supra, de contrahen. emp. l. in venditionibus. §. inde quæritur.

a *Et si venditor.* Et sic no. quòd dicitur contractus nullus in præiudicium vnius partis. quandoque non in alterius: vt diximus de illo qui dolo dat causam contractui: vt. §. de dolo. l. & eleganter. Acc.

b *Citreas.* id est, pretiosa materia. Ac.

c *Æstimandum est.* Nota regulam: non attendi lucra, sed damna: vt hic, & infra, de dam. infec. l. Proculus. & infra, de aqua plu. arcen. l. j. §. sicut. & l. si in meo. & infra, de fur. l. si is cui commo. & infra, de iniur. l. iniuriarum. §. si quis de honoribus. & infra, de dona-

a *Immo dic* emp. l. dolia. & infra, loca. sed addes. §. illud. quę sunt contra. Sol. *quòd tunc* si sunt immobilia, vel quasi, cedunt: aliàs non: vt infra, eodem. l. *ædium* granaria. & ifra, de tri. vi. & ole. le. l. iij. §. j. & infra, de acquir. re. *quando sunt* do. l. Titius.

Pro tectorio. i. sub eodē tecto. & facit. j. de verbo. signi. l. penul.

b *Reticuli.* id est, instrumenta quibus solet suspendi amphora: vt infra, de iis qui dependent. l. & supra, de iis qui deiec. l. si vero. §. penul.

c *Plutei.* id est, instrumēta quibus scribitur: & vulgo dicuntur scanella: & solēt poni iuxta parietem in sustēta culo quodam. Azo.

d *Cilicia.* quæ causa arcendi ventos & pluuiam ponūtur: vt infra, de fun. instru. l. quæsitum. §. si domus. Azo.

e *In ædificio.* i. apud vel infra, nō in opere.

f *Ædium esse.* vt. j. eo. §. fi. Sed arg. contra. j. de auro & arg. leg. l. & si non sunt. §. quid ergo. *ADDITIO.* Dic, quòd ibi loquitur in vltima voluntate. hic in venditione, secundum Albe.

g *In venditione.* scilicet fundi.

h *Contineri.* quia non cedunt nisi dicatur: vt hic, &. §. de contrahen. emp. in vendendo. §. Quintus. & infra, de verbo. sig. l. in rutis.

i *Potest.* vt supra, ad exhiben. Celsus. §. idem Iulian⁹. ex vēdito quoq; potest agi: vt. C. eodem. l. ij. in fine.

k *Non esse.* sicut nec in generali fundi obligatione continetur: vt infra, de pigno. l. debitor.

l *Castella.* loca vnde prouenit aqua: vt. j. de aqua quoti. & æsti. l. j. §. pe. quæ loca cedunt domui: vt hic & supra, de contrahen. empti. fistulas. Accursius.

m *Epistomia.* id est, in superiori parte posita. ab epi, quod est supra. Azo.

n *Personas.* id est, imagines paruas.

o *Detracta.* facit infra, de leg. iij. prędiis. §. pe. &. §. fi. Sed arg. contra. j. de verbo. signifi. l. vinaria. & l. malum. §. fi. & l. penul.

p *Exempti sunt.* vt infra. l. proxi. §. fi.

q *Granaria. Supra terrā.* id est, domui non affixa. sic &. j. de acqui. re. do. l. Titius. Sed contra. §. eo. l. fundi. in princ. Solu. vt ibi. Accursius.

r *Accedunt.* vt supra. l. proxi. in fi.

BIU Cujas

dona. inter vi. & vxo.l.si sponsus.§.si maritus hæres. & supra, de peri.& commo.rei ven.l.fin.&.C.de sen.quæ pro.l.vna.§.pe.Sed specialia sunt multa contra dictã regulam:vt infra,de euic.l.venditor.&.ſ.ad legem Aquil.si seruum meum.&.l.inde Neratius.& inſt.ad leg.Aquil.§.illud.&.ſ.de eo quod cer.lo.l.ij.§.fi. & infra, tit.j.si in leg.§. colon⁹. &.j. rem ratam ha.l. si commissa.&.j. ne quid in loco pu.l.ij. §. merito.&.C.arbi.tu.l.quicquid. quæ sunt contra. arg.Sed omnia sunt specialia: sed hodie secus: vt.C.de sen.quæ p eo. in fi.Ac.*ADDITIO.* Dic, quòd immo in illa.l.quo ad interesse lucri cessantis nihil est immutatum, secundum Bar.Bal.& Sali.ibidé.

Fl.haberẽ

a *Non seruorum.* Sed cur non sequitur pretiũ familiæ,sicut & domus quæ corruit: vt.ſ. eo.Iulianus.§.j.quæ est contra? Sol.vt ibi:quia peius est[a] male tradere, vt ibi : quàm nullo modo tradere,vt hic dicitur.Accursius.

a Sequũtur hãc glo. Albe. B.P. & Sali.

b *Fit obligatio.* scilicet ex causis prædictis.

c *Crescat.* ex causa sequenti.hodie sic : vt.ſ. de arbi.Celsus.§.fi.Sed arg. contra. j. de dam. infe.l. si finita. §. fin. & l. sequenti. Accursius. *ADDITIO.* Tu dic, quòd non contrariatur subtiliter intuenti, secundum Albe.

d *Ex vendito.* vt supra,de contrahen.emp. l.qui fundum. &.C. de pactis inter emp.& vẽdi.l.ij.Accursius.

e *Eares.* id est, conuentio.

f *Quàm mihi.* An per hoc mihi vendere teneatur? Dixi. ſ. si quis cau.l.si eum.§.fi. Acc.

g *Præstare.* ſ.maluit.

h *Voluntatis.* No.permitti inconstantiam:vt infra, de verb. ob.l.eũ qui certarum. & infra, de bo.pos.contra tabu. l. nonnunquam. & infra, de lega.j. l. huiusmodi.§.Stichum.& supra, de vsu & ha.diuus. §.licet.& infra,de condit. & demon. l. pater Seuerinam.in fin.Sed contra supra, de procur.l.in causæ. in prin. & de hoc plenè ibi dixi. Accursius. *ADDITIO.* Tu dic quòd ibi erat vna administratio : hic vero erant duæ obligationes, secundum Bartolum.

Incõstantia quandoque permittitur.

i *Præstare.* sed vno & eodem anno non potest partem pecuniæ soluere, & in reliqua anni parte pati eum habitare : [b] vt arg. infra, de leg.j.si ex toto. §. fin. & supra, de condict. inde. si non est mẽti sortem.§.fin.

b Clo.sequũtur Bar. P. & tenenda secundũ Bal.

k *Non esse.* scilicet alterius. vt infra, de iur.do.l. plerumque. in fin.Accursius.

magis,quàm si triticum emerit, & ob eã rem, quòd non sit traditum, familia eius fame laborauerit. Nam pretium tritici, non seruorum [a] fame necatorum consequitur. Nec [enim] maior fit obligatio, [b] quòd tardius agitur : quamuis [æstimatio] crescat, [c] si vinum hodie pluris sit. merito : quia siue datum esset, [hoc] haberet* emptor, siue non: quoniam saltem hodie dandum est, quod iam olim dari oportuit.

Actio ex hoc cõtractu datur ad id quod deuenit in pacto incõtinenti apposito. Pau. de Cast.

¶ Si tibi fundum vendidero, vt eum conductum certa summa haberem : ex vendito [d] eo nomine mihi actio est, quasi in partem pretij ea res [e] sit. Sed & si ita fundum tibi vendidero,vt nulli alij eum,quàm mihi [f] venderes:actio eo nomine ex vendito est,si alij vendideris.

In obligationibus annuis,alternatiue cõceptis,licitũ est quolibet anno variare.Bar.

¶ Qui domum vendebat, excepit sibi habitationem, donec viueret, aut in singulos annos decẽ.Emptor primo anno maluit decem præstare, secundo anno habitationem,præstare. [g] Trebatius ait,mutandę voluntatis [h] potestatem eum habere: singulísque annis alterutrũ prę stare posse: & quamdiu paratus sit alterutrum præstare, [i] [tamdiu]petitionem non esse. [k]

Deceptus in qualitate fundi, agit ad interesse, sicut deceptus in mensura. Pau.

XXII. IVLIANVS libro septimo Digestorum.

SI in qualitate fundi vẽditor mentitus sit,non in modo eius : tamen tenetur emptori [l]. Pone enim dixisse eũ quinquaginta iugera esse vineę,& quinquaginta prati : &[in vinea minus,]in prato plus inueniri: esse tamen omnia centum iugera.

Qui manumittit seruum venditum,tenetur emptori ad interesse : in quo venit quicquid haberet si manumissus non esset. h. d. Vel aliter: Propter necessitatem præcedentis contractus, valet pactum de futura successione. Bart.

XXIII. IDEM libro tertiodecimo Digestorum.

SI quis seruum, quẽ cum peculio vendiderat, manumiserit:nõ solum peculij nomine, quod seruus habuit tempore, quo manumittebatur,sed & eorum,quæ postea adquirit,tenetur [m]. Et præterea cauere debet, quidquid ex hæreditate liberti ad eum peruenerit, restitutum iri [n].* Marcellus notat [o]: Illa præstare vẽditor ex empto debet, quæ haberet emptor, si homo manumissus non esset. Non continebuntur igitur[ea,] quæ si manumissus non fuerit, adquisiturus non esset. [p]

Res empta per seruum fructuarium, adquiritur ei ex cuius peculio soluitur pretiũ, si soluatur vsufructu durante: aliàs indistincte quæritur domino. Bart.

XXIIII. IVLIANVS libro quintodecimo Digestorum.

SI seruus, in quo vsusfructus tuus erat, fundum emerit: & antequã pecunia numeraretur, capite minutus [q] fueris : quãuis pretiũ solueris, [r] [tamen]actionem ex empto non habebis, [s] propter talem capitis deminutionem : sed indebiti actionẽ* aduersus venditorem habebis. Ante capitis autem deminutionem nihil interest,tu soluas, an seruus ex eo peculio, quod ad te pertinet. Nam vtroque casu actionem ex empto [aduersus venditorem]habebis.

Fl.refe

Hãc glo. dissentit

l *Si in qualitate. Emptori.* vt infra, eod.l.si duorum. &.l.si vendito fundo.

Si quis seruum.] *CASVS.* Si seruum vendidi tibi Stichum cum peculio,& postea eum manumisi antequam traderem : teneor tibi ad interesse : quod inspicitur circa personam serui : & circa potero habere act.ex empto? Dicitur, quòd non, propter capitis demi.nõ autem refert ante ca.de.siue ego soluã, siue seruus meus: quia vtroque casu habeo act.ex empto.[*SERVO.*]Seruus Titij vendidit mihi hominẽ vel fundum,& fideiuss. dedit.quæritur,ad quid tenetur iste fideiuss? Respon.q̃ ad id tenetur,ad quod teneretur si pro libero fideiussisset. & arguit à simili,vt in textu. Viui.

m *Tenetur.* si in præteritũ sunt quæsita,antequam scilicet nũc agatur, sed pro futuris cauetur.

n *Restitutum iri.* fit ergo hic cautio de hæreditate futura. & sic est contra.C.de pac.l.fin. Sol.ideo pactum de futura successione hic accipere valere, quia non sponte, sed necessitate imponitur propter precedentem contractum validum, ex quo mihi tenebaris seruum tradere. vnde quia fidem fregisti,caues de eo qđ ex hæreditate sua perueniet reddi : argu. supra,pro socio.l.ij.§.de illo.Vel aliter hic consentiente liberto vsque ad finem vitæ suæ. Vel dic, illa determinat istam:quia hoc vetus,illud nouum.Vel melius dic, vbi emptor succedit. non agitur inter eos. hoc enim non valet:sed agitur vt teneatur ei restituere quod ad eum peruenit.Prima solu.potior omnib⁹ est, secundum Azo.

Fl.refe

o *Notat.* non reprehendendo,sed addẽdo.

p *Nõ esset.* puta lucratus est ex dignitate quã seruus habere non potest. & sic nimis large locutus est Iulia.secundum Ioan. & facit.ſ.de mino.l.verum.in prin. &.ſ.de pecul.si postea quam.&.j.ſolu.matri.l. si vero.§. ité quicquid. Accursius.

Hãc glo. dissentit

q *Minutus.* maxima vel media,per quas duas finitur vsusfructus: vt insti.de vsufruct.§.finitur.

r *Solueris.* scilicet post capitis deminutionem.

s *Non habebis.* vt & arg. infra,de adquir.re.do.l.si seruus.immo videtur q̃ sic : vt supra,de vsufruct.sed & si quis.§.interdum.quæ est contra,ibi:quid ergo si amisso, &c. Solu.hic amisit capitis deminutione vsumfructum, & propter suum delictum,indignus est ergo ammodo quid ex vsufructu consequi : sed ibi alio modo vel non vtendo vel rei interitu:arg.infra.de an.leg.Mæuia.j.respon.

Adesse.

BIU Cujas

Ab eo qui ex re mea factus est locupletior, possum condicere: & ipse à me quod expendit repetit. Bart.

VSeruum tuũ imprudens à fure bona fide emi: is ex peculio, quod ad te pertinebat, hominem comparauit,* qui mihi traditus est. Posse te eum hominẽ mihi condicere Sabinus dixit. Sed si quid mihi abesset[a] ex negotio, quod is gessisset, inuicem me tecum acturum de peculio. Cassius veram opinionem Sabini retulit: in qua ego quoque sum.

Qui fideiubet pro seruo vẽdente, tenetur sicut si fideiuberet pro libero homine. Bart.

VSeruo vẽdente hominem, fideiussor vẽditionis omnia præstare debet, in quę obligaretur, si pro libero fideiussisset.[b] Nã & in dominum actio sic datur, vt emptor eadem consequatur, quæ libero vendente consequi debuisset: sed vltra peculij taxationem dominus non condemnatur.[c]

Si venditor re non tradita agit ad pretium, exceptione repellitur post rem traditam. si emptorem impedit, aliis actionibus competentibus conuenitur. Bartolus.

XXV. IDEM libro quinquagesimoquarto Digestorum.

QVi pẽdẽtem[d] vindemiam emit: si vuam legere[e] prohibeatur[f] à venditore: aduersus eum petentem[g] pretium, exceptione vti poterit, [h]*si ea pecunia*[i], *qua de agitur, non pro ea re petitur, quæ venit, neque tradita*[k] *est.* Cæterum[l] post traditionem, siue lectam vuam calcare, siue mustum eueherе prohibeatur: ad exhibendum, [m]vel iniuriarum[n] agere poterit, quemadmodum si aliã quamlibet rem[o] suam tollere prohibeatur.

XXVI. ALFENVS VARVS libro secundo Digestorum.

SI quis, cum fundum venderet, dolia centum, quæ in fundo esse adfirmabat, accessura dixisset: quamuis ibi nullum dolium fuisset, tamen dolia emptori debebit.[p]

XXVII. PAVLVS libro tertio Epitomarum Alfeni.

QVidquid venditor accessurum dixerit, id integrũ ac sanum tradi oportet: veluti si fundo dolia accessura dixisset: non cassa, sed integra dare debet[q].

Lex ista multum famosa & clara esset de se, nisi glo. infuscarent eam, quæ recitant lec. antiquorum, & eorum dicta & opiniones quæ sunt phantasticæ. licet etiam tangant veram lec. in fi. glo. quæ incipit, tria fuerũt hic pacta: tamen illa non prosequitur: licet incidenter de ipsa faciat mẽtionem in glo. magna, & etiam in glo. parua super verbo, conuenit. cætera quæ dicunt, concernunt primam lec. antiquorum, quæ non potest sustineri, secundum ergo veram lect. hoc intendit: Licet stipulatio pœnalis sit commissa: præcedens tamen obligatio & actio iure nouationis non est sublata, sed ex ea agi potest: & si actor fuit consecutus nomine interesse tantum quantum erat in pœna, tollitur stipulatio pœnalis ope exceptionis. Si vero actum fuerit ad pœnam, exactione secuta tollitur obligatio, & actio prima competens ad interesse ipso iure vsque in concurrentem quantitatem. sed si interesse sit maius, nec ipso iure, nec ope exceptionis: sed potest illud tolli cum pœna. h. d. ista lex magistralis, quæ semper allegatur. Paul. de Cast.

XXVIII. IVLIANVS libro tertio ad Vrseium Ferocem.

PRædia[r] mihi vendidisti: & cõuenit,[s] vt aliquid facerẽ: quod si non fecissem, pœnam[t] promisi[u]. Respõdit.[x] Vẽditor, antequam pœnã ex stipulatu[y] tio pacto, scilicet pœnali, per acceptionem actor repellitur. Sed contra: si primo ex stipulatu est actum ex stipulatione secũda, quæ est tertium pactum: tollitur ipso iure ex vendito, nisi in id quod excedit. Dic ergo, prædia &c. Vel melius pone casum, quòd hic quæritur, an tollatur stipulatio pœnalis: quod planius est. & non oportet dici, secundum pactum stipulatione vestiri. & secundum istam positionem supple omnes inferiores glossas. Accursius.

---

a *Abesset.* vt si soluissem pretium, secundum quosdam: sed hoc non potest referri ad superiorem positionem casus: quia supra posuit de peculio proprietarij solutum. Dic ergo seruum emptum de meo pastum, secundum Azo. & dixi plene circa hoc supra, si cer. pe. l. cum fundum. §. seruum.

b *Fideiussisset.* vt inst. de fideiuss. §. j.

c *Non condẽnatur.* nec vltra tenetur: vt. j. de lib. cau. videamus.

d *Qui pendentem.* id est, quas pendẽtes pro vindemia.

e *Legere.* id est colligere. vnde versus: fur aurũ, virgo flores, mare nauta, libellos Clericus, æquiuoce singula quisque legit. secũdum Hug. in lego.

f *Prohibeatur.* scilicet emptor. Accur.

g *Petentẽ.* scilicet vẽditorem. Accursius.

h *Potuerit.* s. emptor.

i *Si ea pecunia.* hæc erant verba exceptionis, bene ageres si non ea &c. sic econtra excipit venditor: vt. s. eo. l. Iulianus. §. offerri. &. j. de ædil. edic. l. ædiles etiam. §. fin. &. l. illud. j. respõ. potest etiam hic emptor ex empto agere: vt. j. e. l. Quintus. & s. de rei vin. l. si ager.

k *Tradita.* sed quia petitur pro ea re q̃ tradita non est, non potest agi.

l *Cæterum.* Posset hic quæri, an hoc secundo casu fuit solutum pretium? Dic, quòd sic. aliàs posset venditor retinere rem loco pignoris: vt supra, eo. l. Iulianus. §. offerri.

m *Ad exhibendũ.* quia potestatem habet exhibendi: vt. s. ad exhiben. l. Celsus. in prin.

n *Iniuriarum.* vt &. j. de iniur. l. iniuriarũ. §. si quis me. &. s. depositi. l. j. §. si quis ita.

o *Rem.* in qua non dicat se habere aliquod ius, nec habet etiã possessionẽ. aliàs habet rei vindicationem.

Si quis.] CASVS. Vendidi tibi fundum, & dixi: dimitto tibi dolia. c. quæ sunt in eodem fundo, & tamen nulla dolia ibi sunt. quæritur, an debeam tibi. c. dolia? Dicitur, quòd sic. Viuianus.

p *Debebit.* immo videtur quòd sola quæ sunt ibi, vel si nullũ est, nullũ debeatur: vt. j. de leg. j. si seruus legatũ. §. qui quinque. Solu. hic affirmauit esse in fundo: ibi vero solum dixit, lego. x. quæ in arca habeo, cũ sola. v. essent. vnde tenetur hic propter temerariã asseueratione: vt. s. eo. l. Iulianus. §. item qui furem. Accursius.

q *Quicquid. Debet.* etiam si nihil sit dictum: vt. s. eo. l. tenetur. §. si vas. &. j. de ædil. edi. l. proinde Pompo. sed contra. infra, eo. l. pe. in fi. Sol. vt ibi. & hic nulla erãt: vt. s. l. proxi.

Prædia.] CASVS. Titius vendidit mihi prædium: & appositum est ei pactum vt relocarem ei. si non repromisi. x. nomine pœnæ, facta traditione non reloco. quæritur qualiter me conueniet? Et respon. potest agere ex empto. Secundo, pacto ex vendito actione informata vt relocem, vel ad interesse, per quam viã tollitur petitio pœnæ ex secunda stipulatione per exceptionem: & tantum est interesse quod nunc consequitur, quantum est pœna in secunda stipulatione & edicto. si primo agit ad pœnã, quod potest, tollitur ex vendi. ad interesse iure ipso, cum iam non interest: nisi interesse excederet pœnam. Nam tunc agitur ex vendito ad id quod plus est in interesse. Viuianus.

r *Prædia.* [a]Sex casus not. super tribus actionibus ex vendito informatis: & ex stipulatu ad idem: & ex stipulatione ad pœnam. Dic ergo: ex stipulatu prima tollitur per exceptionem pacti ex vendito. [b]sed econtra ipso iure. primus in tex. secũdus in glo. Itẽ ex stipulatu pœnalis actione ex vendito tollitur per exceptionem. Sed ecõtra quarto, ipso iure. primus in glo. [c]secundus in tex. Item prima ex stipulatione per secundam, & secunda per primam per exceptionem: quando non fit nouatio: quia hoc est actum: vt infra, de except. do. l. apud. §. Labeo. & isti duo nec in tex. nec in glo. [d]de actione autem ex empto & vendito, quæ ex primo pacto oritur, nihil hic dicitur.

a *Hæc est nouæ additio, secundũ Albe. B. & B.*

b *Immo ipso iure, secũdũ B. & Bal.*

c *Et i tex. secundũ diuersas lecturas.*

d *Immo & in textu & in glo. secũdum dum diuersas lecturas.*

r *Prædia.* tria fuerunt hic pacta vestita. Istud primũ fuit vestitũ consensu quo mihi vendidisti prædium. Secundum, quo conueni per stipulationem vt relocarem tibi. Tertiũ pœnale, si non fieret quod in secundo cõuenerat. Ex primo, agitur vno modo ex empto, & ex vendito. Ex secundo, duobus modis: actione ex stipulatu: itẽ actione ex vendito informata à primo pacto. Ex tertio agitur tantum ad pœnam, & vno modo. In hac ergo lege fuit actũ, vt impleretur quod in secundo pacto conuenerat actione ex vẽdito informata: & quæritur, an tollatur ex stipulatu quæ competit ad idem? Et dicit, quòd si est cõsecutus actor tãtum quantũ est in tertio pacto, scilicet pœnali, per acceptionem actor repellitur. Sed contra: si primo ex stipulatu est actum ex stipulatione secũda, quæ est tertium pactum: tollitur ipso iure ex vendito, nisi in id quod excedit. Dic ergo, prædia &c. Vel melius pone casum, quòd hic quæritur, an tollatur stipulatio pœnalis: quod planius est. & non oportet dici, secundum pactum stipulatione vestiri. & secundum istam positionem supple omnes inferiores glossas. Accursius.

s *Conuenit.* per stipulationem incontinenti subiectam. vnde vetus actio ex vendito fuit informata: vel melius, nudo pacto incontinenti apposito.

t *Pœnam.* ex stipulatu, scilicet ex stipulatione secunda, secundum primum.

u *Promisi.* per stipulationem secundam, quod est tertium pactũ: secundum alium, per stipulationem pœnalem. Accursius.

x *Respondit.* scilicet auctor huius legis. Accursius.

y *Ex stipulatu.* s. actione, vt fiat quod conuenit. Sed ad quid habetur respectus ad stipulationẽ pœnalẽ? Respon. quia illa pœnalis actio loco actionis ex vendito succedit: & per hanc ex vẽdito tollitur

BIU Cujas

QVi insulã triginta conduxerat: singula cœnacula ita locauit,* vt quadraginta ex omnibus colligerẽtur. dominus insulæ, quia ædificia vitium facere diceret, demoliebat eam. Quæsitum est, quanti lis ęstimari deberet, si is, qui totam conduxerat, ex conducto ageret? Respondit. si vitiatum ædificium necessariò demolitus esset, pro portione, quanti dominus prædiorum locasset, quòd eius [d] tẽporis habitatores habitare [e] nõ potuissent, [in]rationem duci, & tanti litem æstimari. [f] Sin autem nõ fuisset necesse demoliri: sed quia melius ædificare vellet, id fecisset: quãti conductoris interesset [g] habitatores ne migrarent, tanti condemnari oportere.

Conductori fit remissio mercedis pro rata temporis quo re frui non potest, etiam si alteri gratis concessit. h. d. Bartolus.

℣ Aedilis [h] ĩ municipio balneas conduxerat, vt eo anno municipes gratis lauarẽtur. post tres mẽses incendio facto [cõbustæ [i] sunt.] Respondit posse agi cum balneatore [k] ex conducto, vt pro portione temporis, quo lauationem non præstitisset, pecuniæ contributio [l] fieret.

Flo. ad in. lapi. erit,

Fl. pret.

r *Redemptori.* id est, conductori.

s *Septem.* scilicet aureos. Azo.

t *Opus.* id est, domo perfecta demum.

u *Imperfectum.* ædificiũ nondum consummatum: sed nõ nisi pro cõsummatis pedibus. Io. sed alij dicunt etiã nõ factũ æstimari: sed hoc quomodo potest ęstimari quod non est.

Qui animal conductum onerat pondere grauiori: hac actione tenetur. Bartolus.

℣ Qui mulas ad certum põdus oneris locarat*: cum maiore onere conductor eas rupisset, cõsulebat [m] de actione. Respõdit vel lege Aquilia, vel ex locato rectè eum agere: sed lege Aquilia tãtum cum eo agi posse, qui tum mulas agitasset: ex locato etiam si alius eas rupisset [n], cum conductore rectè agi [posse.]

Pensio quæ præstatur ad mensuram tantum, pro rata operis facta peti potest. hoc dicit. Bartolus.

℣ Qui ædẽ faciẽdam locauerat, in lege dixerat: *Quod in opus lapidis [o] erit, * pro lapide & manus [p] pretio [q] * dominus redemptori [r] in pedes singulos septem dabit [s]*: quæsitũ est, vtrũ factum opus [t], an etiã imperfectũ [u] metiri oporteret? Respõdit etiam imperfectum.

Exceptio violẽtiæ intelligitur de ea quæ infertur ab extraneo: nõ de ea quæ à se vel à suis infertur. Bartolus.

℣ Colonus [x] villam hac lege acceperat, vt incorruptam redderet, præter vim & vetustatem [y]. coloni seruus villã incendit nõ fortuito casu. Non videri eam vim [z] exceptam respõdit: nec id pactum esse, vt si aliquis domesticus eã incendisset, ne præstaret: sed extrariã [a] vim vtrosque excipere voluisse.

Actio oneris aduersi non habet locum in re quæ remanet locatoris, & cum actione alia non concurrit. Item debitor quantitatis respectu certæ speciei liberatur, si illa species casu interiit. h. d. Primo ponit thema & quæstionem. Secundo ponit quædam argumenta faciẽtia ad determinationẽ quæstionis. Tertio determinat quæstionem. Secunda ibi, respondi. Tertia ibi, secundum quæ. Bartolus.

XXXI. IDEM libro quinto Digestorum à Paulo Epitomatorum.

IN nauem Saufeij [b] complures frumentũ confuderant [c]. Saufeius vni ex his frumentum reddiderat de communi [d]: & furti. & qui sciẽs accepit tenet furti. an aũt periculũ fruméti amissi sit nautæ, quod fuit prima quæstio? Dicit, q̃ nõ. si nõ fuit in culpa primę redditionis: nõ autẽ fuit in culpa q̃ vni restituit primo. Vi.

x *Colonus.* casu incẽsæ sunt. Azo.& incipit respondere.

y *Vetustatẽ.* superfluũ videtur pactũ istud, cũ de his & sine pacto nõ teneatur. *Fl. ret:*

z *Eam vim.* igitur incendium est vis.

a *Extrariã.* in generali sermone ergo non continetur persona loquentis: vt &.ſ.de act. empt.l.si mercedẽ. §. fi. &.ſ.communia præd.l. quicquid. & de sena.l.j. in fi.&. C.de solu.l.inquisitio. Sed ar. cõtra.j. de ædil. edic. l. quod si nolit. §.j.&.ſ. de in dié addi.l.q̃ si vno. §. fi. & l.antepe.&.j.de pign.l. Paulus. §. fi. Accursius.

IN naue.] CASVS. Multi mercatores miserunt fruméta in naue Saufeij, qui erat nauta, & fecit aceruum cõmunem cõueniendo vt ex illo aceruo cuilibet redderetur tanta quantitas quãtam ibi misit: & cũ nauis ad portum venisset, reddidit vni: & antequã redderet aliis, nauis periit cum alio fruméto. quæritur an nautæ sit periculũ. & antequam soluat, duo præmittit. Primo q̃ rerum locatarũ duo sunt genera. nã quandoque trãsit dominiũ, vt si do argẽtũ vt facias vas ex hoc vel ex alio. quandoque nõ: vt in veste data posſidenti: secundũ q̃ rerũ depositarum duo sunt genera. nã quandoque trãsit dominium, vt in pecunia deposita ad dominum: quãdoq; nõ. ex quibus colligitur tertium. ſ.q̃ dominiũ fruméti fuit factũ Saufeij. & ideo rectè reddidit. secus autẽ si fuisset separatũ, & vni reddidisset quod esset alterius, tũc tenereẽ nauta locati &

Fl. ret:

b *Saufeii.* nomen est exercitoris.

c *Confuderant.* id est, contribuerant.

d *De communi.* sed hic expone, cõmuni. i. de aceruo cõmuni omnium. factum enim erat cõmune dominorum volũtate permixtũ: vt insti. de re. di. §. q̃ si frumentum. &.ſ.de rei vin.l.si frumentum. permansit ergo cõmune: & cum vni reddit, eodem momento fit Saufeij, & desinit. sic.j.de dona. inter vi.& vxo.l.quæ autem. §. fi. & de adqui. hære. placet. secundum R. Vel dic, de cõmuni, id est, communiter dato: & sic non fuit commune, sed ab initio factum Saufeij. & hæc planior: vt infra, quippe quod nautæ &c.

Perierat.

BIU Cujas

nauis perierat[a]. Quæsitum est, an cęteri pro sua parte frumenti cum nauta agere possunt oneris auersi[b] actione? Respondit, rerũ locatarum duo genera esse: vt aut idem redderetur, sicuti cum vestimenta fulloni curanda locarentur[c]: aut eiusdem generis redderetur: veluti cum argentũ pustulatum[d]* fabro daretur, vt vasa fierent[e]: aut aurum, vt anuli[f]. ex superiore[g] casu* rem domini manere: ex posteriore[h], in creditũ[i] iri. Idẽ iuris esse in depositо. Nam si quis pecuniam numeratam ita deposuisset, vt neque clausam,* neque obsignatam traderet, sed adnumeraret: nihil aliud eum debere, apud quem deposita esset, nisi tantumdem pecuniæ solueret[k]. Secundum quæ[l] videri triticum factum Saufeij, & rectè datum[m]. Quod si separatim tabulis, aut beronibus,[n]* aut in alia cuppa clausum vniuscuiusque triticum fuisset, ita vt internosci posset, quid cuiusque esset, non potuisse[o] nos[p] permutationem facere: sed tum posse eum, cuius fuisset triticum, quod nauta soluisset, vindicare[q]: & ideo se improbare actiones oneris auersi, quia siue eius generis essent merces, quæ nautæ traderentur, vt continuo eius fierent, & mercator in creditum iret, non videretur onus esse auersum: quippe[r] quod nautæ fuisset, siue eadem res, quæ tradita esset, reddi deberet: furti[s] esse actionẽ locatori: & ideo superuacuum[t] esse iudicium oneris auersi. Sed si ita datum esset, vt in simili re solui posset[u]: cõductorem culpam dumtaxat[x] [præstare] debere[y]. nam in re, quæ vtriusque causa contraheretur, culpam deberi: neque omnimodo[z] culpam esse, quòd vni reddidisset ex frumento: quoniam alicui primum reddere eum necesse fuisset, tametsi meliorem eius cõditionem faceret, quam cæterorum[a].

Successor singularis non tenetur stare colono, nec colonus ei. Bartolus.

XXXII. IVLIANVS libro quarto ex Minicio.

QVi fundũ colendũ in plures annos locauerat, decessit, & eum fundum legauit. Cassius negauit posse cogi[b] colonum, vt eum fundum coleret: quia nihil hæredis interesset. quòd si colonus vellet colere: & ab eo, cui legatus esset fundus, prohiberetur: cum hærede actionem colonum habere[c]: & hoc detrimentum ad hæredẽ pertinere: sicuti si quis rem, quam vendidisset, necdum tradidisset, alij legasset: hęres eius emptori & legatario esset obligatus.

Si conductor frui non potest re absque culpa locatoris, fit remissio mercedis pro rata. si locatoris culpa interueniat, ad totale interesse tenetur. Bartolus.

XXXIII. AFRICANVS libro octauo Quæstionum.

SI fundus, quẽ mihi locauẽris, publicatus sit[d]: teneri te tam eam omnino dicimus. sed F. & R. dicunt eam habere locum etiam hodie. Sed ad quid, secundum eos, dabitur? Respõ. ad ea ad quæ darentur locati & conducti quando onus receptũ est in auersione: vt infra, ad l. Falci. l. in ratione. §. incertæ.

a *Perierat.* cum toto frumento quod remanserat.
b *Oneris auersi.* an est hoc proprium nomen actionis? quidam dicunt quòd non: sed actio locati sic appellatur, quando quis conduxit suo periculo: quod reprobatur: ideo dic quòd est proprium nomen actionis. nam si esset idem quòd locati, ergo competeret cum actione furti: vt. ſ. e. si merces. §. culpæ. & j. eod. si locatum. quod non est in hac actione: vt. j. ea. l. §. quòd si separatum. in fi. Itẽ quando habet locum actio oneris auersi? Respon. quotiens onus alienum vel dolo vel culpa submergeretur. ab auerto auertis, id est remoueo. & dicitur auersi, & nõ aduersi. vel dicitur aduersi, ab aduersitate: & tunc habet locum cum conductor in se recipit periculũ: & postea res periit, vt plerũque fit: vt infra, eo. & hæc distinctio. & supra, de pericu. & com. rei ven. si quis vina. §. si aduersione. hic autem videbatur recepisse: cum in genere sit in frumento acerui contracta obligatio. hodie autem hæc actio locum nõ habet: vt dices. j. eo. §. quòd si separatim.
c *Locarentur.* & hæc est propriè locatio: vt j. eo. l. non solet.
d *Pustulatum.* quidam libri habẽt pusillatum. id est, purgatum & pusillum factũ propter putredinem extractam. aliàs ponderatum: aliàs, purgatum: aliàs, purum datum.[a]
e *Vasa fierent.* ex hoc, vel ex illo. Azo.
f *Anuli.* vt fierent de eodem auro, vel de alio simili.
g *Ex superiore.* quando datur vt idem reddatur.
h *Ex posteriore.* quando datur vt eiusdem generis reddatur.
i *In creditum.* scilicet generale: vt supra, si cer. pet. l. j. sic econtra conductor quandoque transfert dominium in locatorem: vt supra, eo. item si pretio. §. cum insulam.
k *Solueret.* est ergo depositum: sed ego reditur eius terminos notissimos: vt. ſ. depos. l. Lucius Sempronio. & l. diem. §. j. Accursius.
l *Secundum quæ.* scilicet dicta in secundo casu.
m *Datum.* i. redditum. & sic cessat arg. oneris aduersi actio locũ non habet: sic ecõtra infra, de verb. signifi. verbum reddendi. nisi specialiter contrarium caueatur: vt supra, depos. l. j. §. eleganter.
n *Beronibus.* forte æneis vasis. b Accursius.
o *Non potuisse.* id est, non est credendum, vel dicendum, increditum itum esse hoc casu: nisi manifestissime illud appareat.
p *Nos.* scilicet inuitos: quia ignorantes eramus de facto Saufeij.
q *Vindicare.* item agi potest ex locato: vt supra, eo. item quæritur. §. & si pallium. & etiam furti contra suscipientem scienter, & contra dantem.
r *Quippe.* id est, quia: ac si dicat, non debet sustinere onus aduersum cuius merces fractæ sunt restitutæ.
s *Furti.* contra Saufeium qui sciens inuito domino cõtrectauit.
t *Superuacuum.* hac ratione semper cessat: quia locati semper cõpetere potest actio, propter culpam conductoris: vel furtum, seu delictum: sed nec alibi dicit lex eam locum habere: & ita exuffla-

x *Dumtaxat.* non etiã casum: licet transit in creditum. quod est not. dignum: licet aliter sit dictum regulariter culpam esse nisi forte studiose fecisset. Et sic no. quòd locus est gratificationi. Accursius. *Gratificationi quãdoq; locus est.*
y *Debere.* & aliàs præstare.
z *Omnimodo.* id est, nullo modo in culpa est: potuisset autem esse in culpa, si ita esset depositũ, vt neutri redderet sine altero. Et no. hic arg. quod non intelligitur quis esse in culpa si facit quod necesse habet facere: vt hic, & infra, ad Syll. si quis in graui. §. si cum omnes. & infra, de leg. j. l. vnum ex fa. §. si de Fal. Accursius.
a *Quam cæterorũ.* quia suum saluum haberet.

Qui fundum.]CASVS. Locaui tibi fundũ in quinquenniũ: in medio alij legaui, & decessi. hæres meus non aget ammodo cõtra colonum vt colat, quia sua non interest: tũc legatarius potest deiicere colonum: & colonus aget contra hæredem ad interesse: & sic hæres tenetur duobus, scilicet legatario ad fundum, & colono ad interesse: vt in hoc alio casu. ecce vendidi rem, & eãdem legaui: hæres meus legatario & emptori tenetur. Viuianus.
b *Cogi.* scilicet ab hærede locatoris: de legatario autem non dubitabatur: quia non succedit in ius defuncti, sed hæres. Accursius.
c *Habere.* vt infra, de leg. j. l. nil proponitur. §. fin. & ag. supra, eo. si merces. §. qui fundum.
d *Publicatus sit.* forte vt militibus assignetur: vt. ſ. de rei vindi-

Si fundus.]CASVS. Locaui fundum: postea est publicatus: teneor ad remissionem mercedis. Secundo idẽ si locaui domum ædificandam, & corruit solum. Tertio idem in vẽditione, scilicet si vendidi domum, & publicata postea sit: teneor ad restituendum pretium: sicut & superioribus casibus ad remittendũ mercedẽ. nã quãdo prohiberis frui ab eo à quo nõ possum te defendere, ad remissionem mercedis teneor: aliàs ad omne interesse. Quarto inducit simile: vt ecce locaui domum: eam destruo vt reficiã. nam refert vtrum poteram reficere sine destructione, & teneor ad omne interesse: an necessario feci, & tũc ad exonerationẽ mercedis. Quinto dicit hæc esse vera si credens meũ, locaui: aliàs si alienum sciẽs, teneor ad omne interesse. [CVM FVNDVM.] Ego & Titius habebamus fundũ cõmunem: conuenimus vt alternis annis vterẽmur quisque suo anno pro parte alterius: vnus in fine anni destruxit sic fundum, vt anno sequenti nõ producat fructum. & dicit q alter agit loc. p sua parte, & cõmuni diui. pro parte vero alterius agit ex cõducto ad interesse. Secundo dicit idẽ si ego vnum, & tu alium fundum habuimus, prędicto modo. hoc dicit cum. l. seq. Vi.

item si verberatum. §. præterea si forte. vel ex causa maleficij alicuius. Accursius.

a *Vt mihi frui.* hoc idem determinatur statim infra ibi, similiter ergo &c.

b *Locasses.* locauit ergo opus faciendum: vt mihi pro toto opere præstaret mercedem.

c *Nihilominus.* vt pro eo quod de opere feci antequam rueret, mercedē præstes: & ita interitus est ad damnum locantis: vt infra, eo.l. Martius.

d *Teneris ex empto.* immo videtur quòd non, cū omne periculū pertineat ad emptorē post * *Flo. tenea vis* vēditionē: vt.ſ.de peri. & com. rei ven.l.necessario. in princ. &.l. id quod. So. speciale est in casu publicationis: vt hic. Item cōtra: vt.j.de euic. Lucius. vbi specialiter in hoc casu loquitur. Sol. hic ante traditionē, ibi post. Vel hic ex maleficio vēditoris publicatus erat: ibi nō.

e *Vt pretium.* tibi solutum. alij dicūt à fisco acceptum, quod est falsum, cum nil sit à fisco forte acceptum.

f *Lucrum.* vt.ſ.eo.l.ſi in lege. §. colon⁹. Azo. est autem hic casus specialis vt lucrū veniat, sicut & aliàs: sed regulariter contra: vt dixi.ſ. de eo quod certo loco.l.ij.§.fi.

g *Debebis.* nisi sciēs alienum, vt suū locauit: vt.ſ.eo.l.ſi vno.§.pe.& j.e.l. & hæc distinctio. in fin.j.respon.&.ſ.e.ſi quis domum. quæ sunt cōtra. similis distinctio est etiam.ſ.eo.l. qui insulam. in princ. &. §.j. item facit. ſ.e. ité quæritur. §. exercitu. &.l. nos videamus.

h *Et hæc distinctio. Auersione.* i. recepto à conductore periculo vel aduersitate. Sed nō- † *Vide in hunc locum Ant. Aug. lib.3.c.6.* ne tunc cōductor periculum violētiæ, vel casus fortuiti sensit: vt.ſ. eo. ité quæritur. §. si gēma? Respon. non: quia culpam etiā leuissimā videtur promisisse, nō casum: vt.j.e.l. opus. §. quod vero. Accursius.

i *Prohibeat.* quia ille insolidū tenetur: vt supra, eod.l. ſi quis domum. §. quid tamen.

k *Consulto.* aduerbium est, id est, studiosè.

l *Ex conducto.* immo videtur hę actiones cessare: vt.ſ. communi diuid.l.ſi cōuenit. quę est contra. Solu. hic cōuenerūt certo pretio prius cōstituto, vt hic dicit. ibi vero sine pretio cōuenerunt, vt alternis annis fruerentur. vnde non potuit stactione ex conducto, vt mihi frui[a] liceat: quamuis per te non stet, quò minus id præstes: quēadmodum, inquit, si insulam ædificandam locasses[b] & solum corruisset: nihilominus[c] teneberis. Nam & si vendideris mihi fundum: ísq; priusquam vacuus traderetur, publicatus fuerit: teneris * ex empto[d]. quod hactenus verum erit, vt pretiū[e] restituas, non vt etiā id præstes, si quid pluris mea interſit, eum vacuū mihi tradi. Similiter igitur & circa conductionem seruādum puto, vt mercedē quam præstiterim, [mihi] restituas: eius scilicet temporis, quo fruitus non fuerim. nec vltra actione ex conducto præstare cogeris. Nam & si colonus tuus fundo frui à te, aut ab eo prohibetur quem tu prohibere, ne id faciat possis, tantum ei præstabis, quanti eius interfuerit frui: in quo etiam lucrum[f] eius continebitur. Sin verò ab eo interpellabitur quem tu prohibere propter vim maiorem aut potentiam eius non poteris, nihil amplius ei quàm mercedem remittere, aut reddere debebis[g],

XXXIIII. GAIVS libro decimo ad Edictum Prouinciale.

PErinde ac [si] latronum incursu id acciderit.

XXXV. AFRICANVS libro octauo Quæstionum.

ET hæc distinctio conuenit illi quæ à Seruio introducta, & ab omnibus ferè probata est, vt si auersione[h] † insulam locatam dominus reficiendo, ne ea conductor frui possit, effecerit: anima duertatur, necessariò nécne id opus demolitus est. Quid enim interest, vtrū locator insulę propter vetustatem cogatur eā reficere, an locator fundi cogatur ferre iniuriam eius quem prohibere non possit? Intelligēdum est autem nos hac distinctione vti de eo, qui & suum prædium fruēdum locauerit, & bona fide negotium contraxerit: non de eo qui alienum prædium per fraudem

A re sine mercede in pecunia conuenta: vt.ſ. depoſi.l.j.§.ſi quis seruum. vel melius hic improprie dicitur locatio. sic etiā dicitur. C. e.ſi olei. & ideo datur præscript. ver. actio. vt infra, de præscript. verb.l.naturalis. §. at cum do. Accursius.

m *Damnum.* quasi dicat sic. Accursius.

locauerit, nec resistere domino possit, quò minus is colonum frui prohibeat[i].

Inter socios eiusdem rei, si sit locatio alternis annis, habet locū actio ex locato, & etiam actio ex conducto, & illa quæ ex cōmunione descendit. Bartolus.

¶ Cum fundū communem haberemus*, inter nos conuenit, vt alternis annis certo pretio eum conductum haberemus. tu cum tuus annus exiturus esset, consultò[k] fructū insequentis anni corrupisti. Agam tecū duabus actionibus, vna ex conducto[l], altera ex locato. Locati enim iudicio mea pars propria, conducti autem actione tua dumtaxat [pars] propria in iudiciū veniet.* Deinde ita notat: Nónne [id] quod ad meam partem attinebit, communi diuidundo [iudicio] præstabitur à te mihi damnū[m]? Rectè quidem notat[n], sed tamen etiam Seruij sententiam verā esse puto, in * eo scilicet vt cum alterutra actione rem seruauerim[o], altera perimatur. Quod ipsum simplicius[p] ita quæremus[q], si proponatur, inter duos, qui singulos proprios fundos haberent, cōuenisse, vt alter alterius [fundum] ita conductū haberet*, vt fructus mercedis[r] nomine pensarentur[s].

Qui suscipit in se periculum operis, tenetur quoad opus approbetur: & qui debet opus ad mensuram, tenetur quoad mensuretur. quod intelligitur de periculo saltem leuissima culpa contingente. h.d. B. Primo loquitur, quando interuenit culpa leuissima: vsque ibi, si tamen. Secundo, quando nulla culpa interuenit, vsque ad.l.ſi prius.

XXXVI. FLORENTINVS libro septimo Institutionum.

OPus † quod auersione[t] locatum est: donec adprobetur, conductoris[u] periculo est. Quod verò ita conductum sit, vt in pedes[x] mensuráſve præstetur[y]: eatenus conductoris periculo est, quatenus admensum non sit: & in vtraque[z] causa nociturum locatori, si per eum steterit quò minus opus adprobetur[a], vel admetiatur. Si tamen vi maiore opus prius interciderit quàm adprobaretur: locatoris periculo est,

n *Notat.* non reprehendendo quod est dictum, sed quod minus dictum. Accursius.

o *Rem seruauerim.* id est, interesse. Azo.

p *Simplicius.* id est, manifestius. Accursius.

q *Quæremus.* id est, inueniemus in proximo casu. *Flo.

r *Mercedis.* conuētæ. *mus,

s *Pensarentur.* id est, compensarentur. Acc.

Pus.] CASVS. Locaui tibi domum faciendam, vt do nec approbaretur, esset tuo periculo. seruabitur pactum. idem si tacite hoc conueniat, vt quia dixi pro omni pede quem mihi mensurabis, dabo tibi.x. nam tuum periculum est do *Fl. nec mensures. Tertio, si fuero in mora, vel approbandi, vel mensurādi: desinit esse in suo periculo. Quarto exponit primā duo dicta, scilicet quòd periculum sit conductoris, nisi adueniat casus fortuitus: tūc enim locatoris est, si modo erat probabile. aliàs est conductoris: vt infra. l. proxim. Viuianus. * Fl

t *Opus quod auersione.* id est, vt periculum ad conductorem spectet. *Flo

u *Conductoris.* si eius *rent culpa leuissima interue † Lu nit. ad hanc enim pro *suis* ficit hæc pactio: vt in- *15.ſi* fra, ea.l.§.ſi tamen &c. *ri.* 4 Item si approbandū nō *leg.i* erat: vt infra, eo.l. prox. *iuncti* Et sic not. hic manifeſte periculum non accipi pro fortuito casu, *culi* sed pro eo vbi saltē le *nit c* uissima culpa fuit: vt su *tuto* pra, commo. si vt certo. §. nunc videndum. *tat ib* Sed arg. contra. supra, *quo* eo.l. item quæritur. §. si *in no* gemma. & dic vt ibi di *terpr* xi. sic ergo pactum ad- *Pa* uersionis, vel simile cul *uersio* pam leuissimam com- *quid* prehendit, non casum *hend* fortuitum.

x *Vt in pedes.* scilicet singulos.

y *Præstetur.* scilicet merces. Accursius.

z *In vtraque.* scilicet cum suo periculo quis conducit: & tamen in singulas mensuras est merces conuenta.

a *Adprobetur.* vel mensuretur, in secundo casu. sic infra, eod.l. Martius. &.l.fin. Azo.

Locatori,

BIU Cujas

a *Locatori.* si approbandum erit, aliàs non: vt infra. l. proxi.
b *Sua cura.* etiam ad exactissimam diligentiam. hoc enim facit periculi receptio, non tamen vt casum præstet: vt hic, & supra, cómo. l. si vt certo. §. cómodatum. & dixi in prin. huius legis. Acc.
c *Si priusquam. Ad locatorem.* etiam vt præstet mercedé nihilominus. Azo. & intellige. l. quando opus aduersione fuerit locatum. Accursius.
d *Deberet.* idem si nó debuit approbari, non tamé vitio operis erat: vt. j. eod. in. l. ea lege. §. fin. & l. fin. & facit. j. de dam. infec. l. fluminú. §. j. Accursius.
e *Qui operas. Debet.* si non fuit cum alio: vt. s. e. sed addes. §. fin. & supra, de offi. asses. l. diem. Idem si potuerunt esse, argu. huius legis. Accur.
f *Non stetit.* vt & infra, de annu. leg. l. Mæuia. in prin. & s. ad leg. Rho. de iac. l. fi. in prin.
g *Non steterit.* secus si steterit per eos: vt. C. de códic. ob causam. l. aduocationis. De hac materia plene diximus supra, eo. l. si vno. §. ité cum quidam. Accur.
h *Non debét.* vt &. C. de códic. ob cau. l. pen. & j. de variis & extraord. cog. l. j. §. diuus.
i *Non solet.* Dic casum, quòd dominus rem suam conducédo non amittit dominium: vt hic, &. C. eod. qui rem. Vel dic, quòd locator nó transfert dominium per locationem, quia nó hoc agitur. fallit in casu: vt supra, eo. in naue.
k *Qui mercedem. Custodiæ.* id est, si cóting at propter custodiam nó adhibitam: & sic ad exactissimam diligentiam. Ioan. aliàs, nisi specialiter pro custodia mercedem reciperet, tenetur de leui culpa: vt supra, nau. cau. sta. l. idé. §. si gratis. &. l. nauta. Ac.
l *Sed de damno. Iulianus ait.* vt infra, de dam. infec. l. fluminú. §. hæc stipulatio. &. §. idé Seruius. Sed arg. contra in eo. titu. l. qui bona. §. cum inter.
m *Possit.* certè nulla: vt hic, &. C. de pig. act. l. quæ fortuitis. & supra, de act. empt. l. si ea res. & supra, commoda. l. ad eos.
n *Interdum posse.* aliàs, interdum posse, & aliàs interesse: vt scilicet teneatur de damno dato ab alio. hoc est siue custodire potuit &c.
o *Custodire potuit.* quo casu tenetur: vt supra, eo. l. in lege. in fin. & l. qui insulam. §. qui mulas.
p *Custos.* cuius factum debet conductor præstare: vt supra, nau. cau. sta. l. fi. in principio.
q *Si locatum tibi. Subripias.* scilicet contrectando contra meam

ff. Vetus.

niſi ſi aliud actum ſit. Nó enim amplius præstari locatori[a] oporteat, quàm quod sua cura[b] atque opera consecutus esset.

XXXVII. IAVOLENVS libro octauo ex Cassio.

SI priusquam locatori opus probaretur, vi aliqua consumptum est: detrimentum ad locatorem[c] ita pertinet, si tale opus fuit, vt probari deberet[d].

Locator operarum debet habere mercedem totius temporis, si per eum non fiat. idé in aduocato. Bartolus.

XXXVIII. PAVLVS libro Singulari Regularum.

QVi operas suas locauit: totius temporis mercedem accipere debet[e], si per eum non stetit[f], quò minus operas [suas] præstaret. Aduocati quoque si per eos non steterit[g], quò minus causam agant, honoraria reddere non debent[h].

Qui locat rem suam, non transfert dominium in conductorem. h. d. Pau. de Cast.

XXXIX. VLPIANVS libro secundo ad Edictum.

NOn solet[i] locatio dominium mutare.

Qui promisit custodiam, tenetur de periculo, & dãno dato ab alio quod potuit per custodiam reparari. h. d. cum. l. seq.

XL. GAIVS libro quinto ad Edictum Prouinciale.

QVi mercedem accepit pro custodia alicuius rei: is huius periculum custodiæ[k] præstat.

XLI. VLPIANVS libro quinto ad Edictum.

SEd de damno ab alio dato agi cum eo non posse, Iulianus ait[l]. Qua enim custodia cõsequi potuit, ne damnũ iniuria ab alio dari possit[m]? Sed Marcellus interdũ[n] agi* posse ait, siue custodiri potuit,[o] ne dãnum daretur, siue ipse custos[p] damnum dedit. quæ sententia Marcelli probanda est.

Hæc actio concurrit cum actione furti & leg. Aquiliæ. tamé altera quis debet esse contentus. h. d. cum. l. seq.

A voluntatem aliter quàm acceperis: vt arg. instit. de oblig. quæ ex delic. §. placuit.
r *Si vulneraueris. Esse debet.* vt hic, & infra, de act. & obli. l. qui seruum. §. si is. Sed contra, infra, de priua. delic. l. ij. Sed ibi semper est vna pœnalis mere, quę non tollitur per rei persecutoriam. hic autem ambæ rei persecutoriæ. Item ibi ex diuersis delictis, hic vnum.

XLII. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum.

SI locatum tibi seruum subripias[q]: vtrũque iudicium aduersus te est exercendum, locati actionis, & furti.

XLIII. IDEM libro vicesimoprimo ad Edictum.

SI vulneraueris seruũ tibi locatum: eiusdem vulneris nomine legis Aquiliæ, & ex locato actio est, sed alterutra contentus actor esse debet[r]. ídque officio[s] iudicis cõtinetur, apud quem ex locato agetur.

XLIIII. VLPIANVS libro septimo ad Edictum.

LOcare seruitutẽ nemo potest.[t]

Damnum datum à seruis locatoris, non venit in hac actione. Bartolus.

XLV. PAVLVS libro vicesimosecundo ad Edictum.

SI domum tibi locauero, & serui mei tibi damnum dederint, vel furtum fecerint: non teneor tibi ex conducto[u], sed noxali actione.

Damnum datum ab homine locato, non venit in hac actione, sed locatori nil potest imputari.

SI hominem tibi locauero, vt habeas in taberna: & is furtum fecerit, dubitari potest, vtrum ex cõducto actio sufficiat, quasi lõge sit à bona fide actum[x], vt quid patiaris detrimenti per eam rem quam conduxisti: an adhuc dicendum sit, extra causam conductionis esse furti crimen, & in propriam[y] persecutionem cadere hoc delictum. quod magis est[z].

Non valet locatio facta vno nummo. Bartolus.

XLVI. VLPIANVS libro sexagesimonono ad Edictum.

SI quis conduxerit nummo vno, conductio nulla est[a]: quia & hoc donationis instar inducit.

Ex hoc contractu possunt constitui duo rei, nec habebunt beneficium diuisionis secundum ista tempora. sed beneficium cessionis sic. h. d. hodie vero habent beneficium diuisionis per auth. de duobus reis. in corpore.

s *Officio.* scilicet exceptione proposita: vt dicta. l. qui seruum. Ac.
t *Locare.*] CASVS. Habeo seruitutem eundi per agrum alienum quẽ volo alij locare: non possum. Viu.
u *Nemo potest.* vel dominus rei, vel cui debetur seruitus prædialis. & hoc in seruitutibus rerum. secus in personalibus: vt in vsufru. & similibus: vt supra, de vsufruct. l. arboribus. §. ij. & instit. de vsu & ha. §. minus. quę sunt contra. differunt & in alio reales à personalibus: vt infra, de pig. l. si is qui. §. pe. &. §. fin. Accursius.
x *Si domum.*] CASVS planus est vsq; ad. §. si hominem. [SI HOMINEM.] Locaui tibi hominem, vt haberés eum in bútica tua, vel alia negotiatione. is furtũ tibi fecit. quæritur, an teneor tibi ex conducto, vel etiã act. noxali? Et respon. quia noxali teneor tibi. l. secunda est. Viuianus.
y *Ex conducto.* Sed econtra, si serui conductoris damnum dederint in re locata, ex locato erit actio in conductorem: vt supra. e. l. videamus.
z *Actum.* hoc, scilicet vt &c.
a *In propriã.* furti noxalem.
b *Quod magis.* scilicet vt in propriam persecutionem cadat, cum certam personam ignorans eam vitiosam locaui, alioquin contra: vt supra, de pig. act. l. si seruus datus pig. & supra, cómo. l. penul. sed si incertam, contra est: vt supra, eod. l. cum in plures. §. seruum meũ. secundum Azo.
a *Si quis conduxerit. Nulla est.* vt infra, de adquir. pos. l. si quis ante. §. fin. Sed contra. j. de iure do. l. si vsu. Sol. ibi speciale, quia ex necessitate fit. Sed cur secus in venditione quæ valet facta pretio minori causa donationis: vt supra, de contrahen. empt. l. si quis donationis. & infra, de dona. inter vi. & vxo. si sponsus. §. circa? Respon. & ibi forte non valet in vno nummo, vel tam viliter facta.

Cum apparebit.] CASVS. Locaui rem duobus, vel vendidi. an cambo teneantur insolidum? Dicunt quidã, si soluendo sunt, tenentur pro partibus, sed verius est vt insolidum, iure isto. Viu.

XLVII. MARCELLVS libro sexto Digestorum.

CVm apparebit emptorē[a] cōductorémve pluribus[b] vendentem vel locantem, singulorū insolidum intuitū personam: ita demū ad præstationem partis[c] singuli sunt compellendi, si cōstabit esse omnes soluendo: quāquam fortasse iustius[d] sit, etiam si soluendo omnes erunt, electionem conueniendi quem velit, nō [esse] auferēdam actori, si actiones suas aduersus cæteros præstare non recusetᵉ.

Potest quis locare quod conduxerat, & in hac actione contra non restitentem iuratur in litem. Bartolus.

XLVIII. IDEM libro octauo Digestorum.

SI cui locauerim faciendum quod ego conduxeram, cōstabit habere me ex locato actionemᶠ. ¶ Qui seruū conductum, vel aliam rem nō immobilem nō restituit: quanti in litē iuratumᵍ fuerit, damnabitur.

Tutor vel curator ante redditas suas rationes prædia Cæsaris conducens, vt falsarius punitur. Ac. P.

XLIX. MODESTINVS libro sexto Excusationum.

Οἱ ἐπίτροποι γενόμενοι ἢ κατάστορες, πρὶν ἐκτίσαι τὰς κηδεμονίας, μισθωταὶ [τῶν τοῦ] Καίσαρος [χωρίων] γενέσθαι κωλύονται. Κἂν τὶς ἀποκυρώσῃ τοῦτο, προσέλθῃ τῇ μισθώσει τῶν τοῦ Καίσαρος χωρίων: ὡς παραχωρήσας κολάζεται. τοῦτο ἐκέλευσεν ὁ αὐτοκράτωρ Σεβῆρος. Κατὰ ταῦτα δὲ καὶ οἱ ἐγχειρίζοντες * ἐπιτροπὰς ἢ κουρατορίας. εἶεν * κεκωλυμένοι μισθοῦσθαι καὶ παρὰ τὸ ταμείου χωρία. [id est. Tutores curatoréve constituti, priusquam officij sui rationes reddant, prohibentur, ne quid de patrimonio Cæsaris cōductum habeāt. ac si quis id dissimulās, nihilomus ad cōducenda Cæsaris prædia accesserit: perinde, vt falsarius pœna adficitur: hócq; sanxit imperator Seuerus. Secū dum quæ sanè prohibiti erunt, & à fisco conducere, qui tutelam curámve gerunt.]

Qui, ignorat qualitatem personæ, non punitur, si cum eo contraxit tanquam cum quolibet. B.

L. IDEM libro decimo Pandectarum.

SI ignorans[h] quis militi quasi pagano locauerit: exigere illum posse probandum est. non enim contemnit[i] disciplinam, † qui ignorauit militem.

Pretium appositum pro locatione, non extenditur vt ei noceat. Bartolus.

LI. IAVOLENVS libro vndecimo Epistolarum.

EA lege[k] fundum locaui, vt si nō ex lege coleretur, relocare eum mihi liceret, & quo minoris[l] locassem, hoc mihi præstaretur: nec conuenit vt si pluris locassem, hoc tibi præstaretur: & cum nemo fundum colebat, pluris tamē locaui. quæro, an hoc ipsum præstare debeam? Respōdit. In huiusmodi obligationibus id maximè spectare debem[m], quod inter vtrāque partem conuenit. Videtur autem in hac specie id silentio cōueniſſe, ne quid præstaretur, si ampliore pecunia fundus esset locatus, id est, vt hæc * conuentio pro locatore[m] tantummodo interponeretur.

Qui locauit operas suas vt certum opus faceret: tenetur de operis vitio, siue vna pensio, siue in singulos dies præstita fuerit. qui autem operas suas singulis diebus locat, nec ad certum tempus se astringit, de vitio operis non tenetur. h. d. quem. §. no. quia est singularis. Bartolus.

¶ Locaui opus faciendum ita, vt pro opere redemptori certam mercedem in dies singulos darem. opus vitiosum factū est[n], an ex locato agere possim? Respondit. si ita opus locasti[o], vt bonitas eius tibi à cōductore adprobaretur[p]: tametsi cōuenit, vt in singulas operas certa pecunia daretur: præstari tamen tibi à conductore[q] debet: si id opus vitiosum factum est. Non enim quicquam interest, vtrùm vno pretio opus, an in singulas operas [certa pecunia] locaretur, * si modo vniuersitas[r] consummationis ad conductorem pertinuit. Poterit itaque ex locato cum eo agi, qui vitiosum opus fecerit: nisi si ideo in operas singulas merces constituta erit, vt arbitrio domini opus efficeretur[s]. tum enim nihil cōductor præstare domino de bonitate operis videtur.

Si in quantitate mercedis erretur, statur voluntate eius, qui mercedem recipere debet. Bartolus.

LII. POMPONIVS libro trigesimoprimo ad Qu. Mucium.

SI decem tibi locem fundum, tu autem existimes quinque te conducere: nihil agitur[t]. Sed & si ego minoris me locare sensero, tu pluris te conducere: vtique non pluris erit conductio, quàm quanti ego putaui[u].

Qui fideiubet pro conductore conductoris, principali domino non tenetur. Bartolus.

LIII.

a *Cū apparebit emptorem.* id est, venditorem, & conductorem, id est locatorem: vt hic, &. ſ. tit. j. l. idē est. Vel proprie pone, vt qui emit rem, locet pluribus eādem rem, vel qui conduxit: vt. j. e. l. insulam. in prin. & redde singula singulis.

b *Pluribus.* simul. Ac.

c *Partis.* scilicet mercedis rei.

d *Iustius.* scilicet iure isto: vt hic, &. j. de duo. re. l. eandem. &. C. e. l. si diuisa. §. j. & ar. ſ. eo. ité quęritur. §. duo rei. Sed hodie iniquus est: vnde corrigitur quod hic dicitur: vt in authen. de duo. re. §. j. coll. vij.

e *Non recusset.* scilicet pro parte, non autem insolidum: arg. ſ. de pecul. l. quæsitum. in. §. ij. Accursius.

f *SI cui. Actionem.* scilicet vtilem: vt. j. de verb. obli. l. stipulatio ista. §. ité si quis locauerit. quod expone vt ibi, nemo enim &c. vt. C. eo. l. nemo.

g *Iuratū.* est enim bonæ fidei, & ideo in litem iuratur: vt hic, & supra, de in litē iuran. l. in actionibus. prius enim possesio est restituenda, & post de proprietate litigetur: vt. C. eo. l. si quis cōductiōis. hodie etiam in duplum tenetur, qui rem nō restituit sine iudicio: vt C. eo. l. conductores. &. C. vnde vi. l. non abre. Accursius.

h *SI ignorans.* secus si sciens esset: vt. C. eo. l. miles. &. l. fi. Azo.

i *Contemnit.* Sic ergo nō contemnit clericalem habitum, qui clericū laici more incedentem verberat, vel castigat: vt ar. C. de. de epi. & cle. l. generaliter. & ar. eius quod de domina dicitur more meretricio incedente: cui si quis fuerit iniuriat[s], nō tenetur: vt. j. de iniur. l. item apud Labeonē. §. si quis virginem.

k *EA lege.* ſ. qua dictum erat.

l *Minoris.* id est, minore mercede accepta.

m *Pro locatore.* & ideo quia eius fauore interposita est cōuentio, nō eodem iure vtetur aduersarius in casu conuerso. Est tamē arg. cōtra insti. pro socio. §. illud. Item no. hic, quòd aliquid potest quis postulare, cujus contrariū † Hu non esset postulaturus. Cti ra Sed argu. contra. C. de pulch sol. l. penult. Item facit plica huic respon. supra eod. stot. item quæritur. §. si in Æth lege. Accursius.

n *Factum est.* propter vitiosam materiam, vel propter imperitiam faciētis, & sic culpa redēptoris, non autem propter vitiū soli naturale: vt. j. e. l. Martius.

o *Locasti.* mutat personas de prima ad secundam.

p *Approbaretur.* arbitrio boni viri: vt. ſ. eo. l. si in lege. in prin. Ac.

q *A conductore debet.* quantum interest.

r *Vniuersitas.* id est, si vniuersum opus perficere debuit. Azo.

s *Efficeretur.* i. ideo in singulos dies conduxit operas: vt si aliquando desistat, refutet eum: & sic factum est. vnde cum cōsummato opere videat singulis diebus approbasse, nō potest reprobare: vt supra, de neg. gest. l. Pomponius. Accursius.

t *SI decem. Agitur.* in eius præiudicium.

u *Putaui.* si bene notaueris, ille non potest recedere, q de minori summa sensit. nec ob. j. de ver. oblig. l. j. §. pen. vbi in stipulatione dicitur, quòd siue respondeat in minus, siue in plus, valet vsque ad cōcurrentem quātitatem: quia illud ibi fit sine alterius dāno, quod hic nō esset. Item ideo hic non valet, quia cōsentire debēt cōtrahentes: vt. j. de act. & obli. l. in omnib[9]. & plene dixi. ſ. de cōtrahen. empt. l. in venditionibus. Accur.

QVI fideiusſor.] C A catu SVS. Quidā cōduxit à principe reditus vnius prouinciæ: postea aliqua prædia de fiscalibus illius prouinciæ locauit alij, & accepit fideiuſ. hic fideiuſ. non tenetur fisco. Viuianus.

*Flo. χαρίζοντες
*Flo. ἐσὶν
*Clericū laici more incedētē casti gare licet.
*Flo.

a Pulchre Bude⁹ hic, quis mãceps dicatur, diſcurrit. tu illũ vide.

a *Apud mancipem.* id eſt, apud conductorem publicarum ſalinarum: vt. C. de vec. & cõ. l. ſi quis ſine perſona. & ſic manceps publicum prædium locabat. vel largius hic ponitur pro publicano, qui forte in quinquennium à principe conduxit: vt. C. eo. l. ſi cum Hermes. & particulatim relocat: vt hic dicit. Accurſius.

b *Non tenetur.* licet mancipi teneatur.

c *Manent.* vt & ſupra, eo. ſi in lege. §. j.

LIII. PAPINIANVS libro vndecimo Reſponſorum.

QVi fideiuſſor extitit apud mancipem [a] pro colono publicorum prædiorum, quæ manceps ei colono locauit: reipublicæ non tenetur [b], ſed fructus in eadem cauſa pignoris manent. [c]

Fideiuſſor qui in omnem cauſam intercedit, vel fideiubet iudicatum ſolui, vel indemnitatem promiſit: tenetur ad ſortem & vſuras etiam officio iudicis venientes. h.d. vel breuius: Qui fideiubet in omnẽ cauſam, tenetur de vſuris & omni quantitate. Bar.

LIIII. PAVLVS libro quinto Reſponſorum.

QVæro, an fideiuſſor conductionis etiam in vſuras non illatarum [d] penſionum nomine teneatur, nec proſint ei conſtitutiones [e], quib⁹ cauetur eos qui pro aliis pecuniam exſoluunt, ſortis ſolũmodo damnum agnoſcere oportere? Paulus reſpondit, ſi in omnẽ cauſam cõductionis etiã fideiuſſor ſe obligauit: eũ quoque exemplo coloni, tardius illatarum per moram coloni pẽſionum præſtare debere vſuras. Vſuræ enim in bonæ fidei iudiciis, & ſi non tam ex obligatione proficiſcantur, quàm ex officio iudicis applicentur [f]: tamen cum fideiuſſor in omnẽ cauſam ſe applicuit, æquũ videtur, ipſum quoque agnoſcere onus vſurarum: ac ſi ita fideiuſſiſſet, *in quantum illum condẽnari ex bona fide oportebit, tantum fide tua eſſe iubes?* vel ita, *indemnẽ me præſtabis* [g]?

Promiſſio de non expellendo, intelligitur, ſi colonus in ſolutione penſionis per biennium non ceſſauerit. Bartolus.

℣ Inter locatorem fundi & cõductorem conuenit, ne intra tempora [h] locationis Seius cõductor de fundo inuitus repelleretur: & ſi pulſatus eſſet, pœnam decem præſtaret Titius locator Seio conductori: vel Seius conductor [i] Titio, ſi intra tempora locationis diſcedere vellet, æquè decem Titio locatori præſtare vellet. quod inuicem de ſe ſtipulati ſunt. Quæro, cum Seius conductor biẽnij [k] continui penſionem non ſolueret, an ſine metu pœnæ expelli poſsit? Paulus reſpondit, quamuis nihil expreſſum ſit in ſtipulatione pœnali de ſolutione penſionum: tamen veriſimile eſſe, ita conueniſſe de non expellendo colono intra tempora præfinita, ſi penſionibus paruerit [l], & vt oportet, coluerit: * & ideo ſi pœnam petere cœperit is qui penſionibus ſatis non fecit, profuturam locatori doli exceptionem.

Æſtimatio facit tranſire periculum rei in accipientem. Bartolus.

℣ Paulus reſpondit: Seruus qui æſtimatus [m] colonæ adſcriptus eſt, ad periculum colonæ pertinebit: & ideo æſtimationem huius [n] defuncti ab hærede colonæ præſtari oportere.

Domini horreorum non tenentur de effractura, niſi cuſtodiam promiſerint: cuſtodes tamen exhibere tenẽtur. h.d. quod no. Bartolus.

LV. IDEM libro ſecundo Sententiarum.

DOminus horreorum effractis [o] & cõpilatis [p] horreis non tenetur, niſi cuſtodiam eorum receperit [q]. Serui tamen eius cum quo contractum eſt, conſtitutiones loquebantur cum in incertam ſummam interuenit. & ſic etiam ſoluitur ſupra, de eo quod cer. lo. l. centum. & l. ſi. Item contra Io. ſi fideiuſsit pro eo quod eum dare oportet, ergo non tenetur de vſuris currentibus poſtea: vt. ĵ. de verb. obl. ſi à colono? Rñ. non fideiubet ſic. tunc enim nõ tenetur de futuro, ſed ita, fideiubeo: tunc etiam futura ſors, nedũ vſura, venit: vt ſupra, de iudi. l. non quemadmodum. vbi autem in quãtitatẽ certam interceſsit, vltra teneri non poteſt: vt. s̃. qui ſatisda. cog. l. ij. §. fin. Item cõtra Io. C. quod cũ eo. l. ſi mandator. ſed ibi ſubaudi, maxime. nam idẽ ſi non ſpecialiter omnibus conſenſit. Item contra Io. eſt infra, ad municip. libertus. §. fi. Sed ibi in quantitatem certam, vel quaſi certam, interceſsit. ſ. rẽ publicam ſeruare indemnem: vnde vltra non tenetur. Vel dic ſpeciale in his qui pro officialibus reip. fideiubent: vt infra, ad municip. l. Lucius. §. Paulus. Ac.

a *Apud mancipem.* id eſt, apud conductorem publicarum ſalinarum: vt. C. de vec. & cõ. l. ſi quis ſine perſona. & ſic manceps publicum prædium locabat. vel largius hic ponitur pro publicano, qui forte in quinquennium à principe conduxit: vt. C. eo. l. ſi cum Hermes. & particulatim relocat: vt hic dicit. Accurſius.

b *Non tenetur.* licet mancipi teneatur.

c *Manent.* vt & ſupra, eo. ſi in lege. §. j.

d *Non illatarũ.* id eſt, non ſolutarum.

e *Conſtitutiones.* quas non habemus, niſi dicas leges quas ſtatim cõtra Io. inducam, eas eſſe conſtitutiones.

f *Applicentur.* vt ſupra, de nego. geſt. quia tantũdem. quod in obligatiõe fideiuſſoris nõ habet locum, cum ſit ſtricti iuris. Accurſius.

g *Præſtabis.* quod tãtũdem valet. & diſtingue hic plenius, cum fideiuſſor interceſsit: ſi dicat pro ſorte iſta, nõ tenetur in vſuris: vt infra, de fideiuſſ. l. fideiuſſores ma. §. j. & ſupra, qui ſatisda. cog. l. ij. §. fi. ſed ſi pro parte ſortis, nõ tenetur in pl⁹: vt. ĵ. de fideiuſſ. l. ſi fideiuſſor ſortis. ſed ſi pro vſuris tãtũ, non tenetur pro ſorte: vt. s̃. de pign. ac. l. ſolutum. §. ij. & infra, vt leg. vel fideicõ. no. ca. l. pe. ſed ſi ſimpliciter interceſsit, vt puta fideiubeo pro iſto, diſtinguit P. an ſint vſuræ debitæ per ſtipulationem: an per pactum, an per officiũ iudicis, vt in bo. ſi. cantractu. In primo caſu. ſ. quãdo vel per ſtipulationẽ, vel per pactũ, tenetur & pro ſorte & pro vſuris. In ſecundo, quãdo per officiũ iudicis: pro ſorte tantũ, cum non ſint in obligatione: vt. s̃. de eo quod cer. lo. centũ. Io. vero dicit ſemper eũ in vſuris teneri, ſi ſimpliciter interceſsit, quaſi videantur omnia ſolenniter acta: vt inſti. de fideiuſ. in fi. & pro eo. ĵ. de fideiuſſ. ſi quis pro eo. §. ſi numm os. & l. amiſsi. §. fideiuſſores. & ĵ. de admi. re ad ci. perti. l. ij. §. pe. & §. fi. & ĵ. vt le. no. ca. l. j. §. belliſsime. & l. pe. & ĵ. rem pu. ſal. fo. l. ſi poſtea. & C. de vſur. pu. l. ij. vbi vnus tutor etiam in vſuris tenetur pro mala geſtione alterius. quamquam ibi quaſi pro ſeipſo teneri videatur, ꝙ eum ſuſpectum non remouerit: vt ibidem dicitur. Sed contra Io. eſt in primis: quia quomodo fideiuſſor tenetur ad vſuram quæ debetur ex officio. i. cum ipſe fideiuſſor teneatur actione ſtricti iuris? Rñ. ipſe conuenitur propter moram alterius, non propter moram ſuam, tamen ex promiſsione ſua. Item contra Io. eſt princ. huius legis, nec proſint &c. licet & ibi in modum oppoſitionis cui reſpondeatur, inducatur. Sed reſpon. illæ

b *Non tenetur.* licet mancipi teneatur.

c *Manent.* vt & ſupra, eo. ſi in lege. §. j.

d *Non illatarũ.* id eſt, non ſolutarum.

e *Conſtitutiones.* quas non habemus, niſi dicas leges quas ſtatim cõtra Io. inducam, eas eſſe conſtitutiones.

f *Applicentur.* vt ſupra, de nego. geſt. quia tantũdem. quod in obligatiõe fideiuſſoris nõ habet locum, cum ſit ſtricti iuris. Accurſius.

g *Præſtabis.* quod tãtũdem valet. & diſtingue hic plenius, cum fideiuſſor interceſsit: ſi dicat pro ſorte iſta, nõ tenetur in vſuris: vt infra, de fideiuſſ. l. fideiuſſores ma. §. j. & ſupra, qui ſatisda. cog. l. ij. §. fi. ſed ſi pro parte ſortis, nõ tenetur in pl⁹: vt. ĵ. de fideiuſſ. l. ſi fideiuſſor ſortis. ſed ſi pro vſuris tãtũ, non tenetur pro ſorte: vt. s̃. de pign. ac. l. ſolutum. §. ij. & infra, vt leg. vel fideicõ. no. ca. l. pe. ſed ſi ſimpliciter interceſsit, vt puta fideiubeo pro iſto, diſtinguit P. an ſint vſuræ debitæ per ſtipulationem: an per pactum, an per officiũ iudicis, vt in bo. ſi. cantractu. In primo caſu. ſ. quãdo vel per ſtipulationẽ, vel per pactũ, tenetur & pro ſorte & pro vſuris. In ſecundo, quãdo per officiũ iudicis: pro ſorte tantũ, cum non ſint in obligatione: vt. s̃. de eo quod cer. lo. centũ. Io. vero dicit ſemper eũ in vſuris teneri, ſi ſimpliciter interceſsit, quaſi videantur omnia ſolenniter acta: vt inſti. de fideiuſ. in fi. & pro eo. ĵ. de fideiuſſ. ſi quis pro eo. §. ſi numm os. & l. amiſsi. §. fideiuſſores. & ĵ. de admi. re ad ci. perti. l. ij. §. pe. & §. fi. & ĵ. vt le. no. ca. l. j. §. belliſsime. & l. pe. & ĵ. rem pu. ſal. fo. l. ſi poſtea. & C. de vſur. pu. l. ij. vbi vnus tutor etiam in vſuris tenetur pro mala geſtione alterius. quamquam ibi quaſi pro ſeipſo teneri videatur, ꝙ eum ſuſpectum non remouerit: vt ibidem dicitur. Sed contra Io. eſt in primis: quia quomodo fideiuſſor tenetur ad vſuram quæ debetur ex officio. i. cum ipſe fideiuſſor teneatur actione ſtricti iuris? Rñ. ipſe conuenitur propter moram alterius, non propter moram ſuam, tamen ex promiſsione ſua. Item contra Io. eſt princ. huius legis, nec proſint &c. licet & ibi in modum oppoſitionis cui reſpondeatur, inducatur. Sed reſpon. illæ

h *Intra tempora.* ſtatuta inter eos, puta quĩquennium.

i *Conductor.* ſub hoc tenore verborum cõprehenſorum pacto, ſi intra &c.

k *Biennii.* nõ. in colono ſimplici bienniũ conſiderari: vt infra. c. l. cum domini. Idem in emphytheuta eccleſiæ: vt. C. de ſacroſanct. eccle. auth. qui rem huiuſ modi. at in emphyteuta pſiuati triennium: vt C. de iur. emphyt. l. ij. quod intellige in eo caſu, quando cõuenit de non expellendo. & maius tempus comprehẽſum erat biennio. Arg. contra. ĵ. eo. cum domini. Vel dic, ꝙ hic habebat ius in re, quia conduxit in decennium.

l *Paruerit.* repellitur qui penſionẽ non ſoluit: vt hic, &. C. eo. l. ij. & infra, eo. l. cũ domini. niſi iuſta ſit cauſa retentionis: vt. ĵ. eo. colonus. & l. cum in plures. in prin. Item no. hic quædam tacite ſubintelligi: vt. s̃. de ſerui. l. ſi cui. Accurſius.

m *Æſtimatus.* vt colono tranſacto anno reſtitueret eius æſtimationem, & ſic quaſi emiſſe videtur: vt ſupra, eo. l. cum fundus. quod eſt dictum tacite ſic teneri.

n *Huius.* ſerui defuncti. ſcilicet ſine dolo coloni: vnde non tenetur in plus, niſi in pretium: vt infra, de fur. ſi ſeruus communis. §. circa. Accurſius.

Dominus horreorum.] CASVS. Locaui tibi horreum vt ibi ponas quaſdam tuas merces. effractum eſt, & merces ſubtractæ, non teneor, niſi promiſi cuſtodire, ſed teneor facere copiam ſeruientium meorũ vt torqueantur. Cætera plana ſunt vſque ad. l. cum domini. Viuianus.

o *Effractis.* à furibus, vel à latronibus, de quibus cognoſcit præfectus vigilum: vt. s̃. de offi. præfec. vig. l. nam ſalutem. §. j.

p *Compilatis.* id eſt, ruptis.

q *Receperit.* ſi nihil promiſerit locator, & ſciente conductore cuſtodes adhibuit, licet ſecundum Azo. de ſciẽtia tali per legẽ

Tacite quæ dã ſubintelliguntur, quæ nõ expreſſe.

BIU Cujas

non probetur. Item si custodiæ renũtiauit cõductor, licet secundum Azo. de hoc casu non sit dubium: ad hoc solũ tenetur in prædictis duobus casibus, vt custodes exhibeat: vt. C. eo. l. ex diui. &. l. nostra. subaudi, si non dolo adhibuit. Idem dicitur cum claues tradidit conductori: vt arg. ff. de contrahen. empt. l. clauibus. nam ibi se liberat, quantum ad custodiam. Idem & si custodem adposuit cõductor: vt supra, cõmo. l. si vt certo. §. pe. secũdum Io. cum autem nihil horum interuenit, iure communi de leui culpa tenetur. sed si ꝑmisit custodiam, etiam de leuissima: vt supra, eo. l. qui mercedem. & l. sed de damno. & inst. de contrahen. empt. §. quòd si fugerit. si autẽ specialiter cauit casum, de casu: vt. C. de negg. gest. l. negotium. &. C. commo. l. j. quidam, vt M. dicunt idem esse, & si generaliter promisit. Io.

a *Potest.* vt supra, eo. l. sed addes. §. si inquilinus. & infra, eo. l. colonus. & argu. C. manda. l. j. Accursius.

b *Ex conducto.* id est, ex locato.

c *Seruetur.* vt. ff. eo. l. si in lege. §. si domus. Ac.

CVm domini.] *CASVS.* Locaui tibi horrea pro decem singulis annis in quinquẽnium: & cum dubitarem, an aliquid ibi haberes: petij à iudice aperiri, vt videã an sim securus de mercede. & iuste peto, si biennium iam transiuit. Viuianus.

d *Aperire.* scilicet insulas & horrea. Acc.

e *Quorum interest.* domini dico, quorum interest. vel dic à publicis personis, quorum interest, id est, ad quorũ officium pertinet.

f *Biẽnii.* Sic ergo diu, pro biẽnio ponitur: vt hic dicitur, & supra, eo. l. quæro. §. j. sed aliàs ꝑ decennio: vt infra, qui & à qui. ma. li. si cum ergo. §. Aristo.

QVi domum.] *CASVS.* Habeo domum, & iuxta eam quandam areã. vicinus meus volẽs ædificare, conduxit à me aream illam vt ibi crẽtam poneret iuxta murum meum ad altitudinẽ muri mei. altius cõgesit vicinus meus: ita quòd assumpto humore aquæ murus meus vitiat[g] est. ago ex locato, non Aquilia: quia nõ directo datur damnum, sed per obliquum. Viuianus.

* *Flo. præstituto mandato ad perstillatorum legeret Budæ. hic, aut aliquid simile. tu illũ videto. pulchra enim quædã in hanc legem disserit*

propter ædificiorum notitiam, in quæstionem peti possunt.

Quod inquilinus expendit in meliorãdo domum: potest à domino repetere. Bar.

¶ In conducto fundo si conductor sua opera aliquid necessariò, vel vtiliter auxerit, vel ædificauerit, vel instituerit, cum id non conuenisset: ad recipienda ea quæ impendit, ex cõducto cum domino fundi experiri potest.[a]

Qui rem conductam deseruerit ante tẽpus, domino ad interesse tenetur. Bar.

d *Quod si faciam.* & ideo de dolo. Sed certo immo & vbi est ciuilis, vt in do vt des, videt q̃ hęc de dolo locum habeat: vt.C.de do.l.cum proponas. quæ est contra. Sol. ibi fuit facio vt des. licet enim accepi ancillam, & seruum dedi vt manumitteres: attamen hæc datio pro facto habetur quasi ego videar manumisisse. Item in hoc facio vt des, videtur dandam præscri.ver.vt.C. de transact.l cum mota. So.ibi erat do vt facias, licet ibi pręuentum fuerit in faciendo. vnde nihilominus datur præscrip. verbis. Vel dic, vt statim dices, quia ibi aliquid tibi aderat cui factum fuerat: hic non. Sed quæro, quare in contractu facio vt des, non datur actio præscrip.ver. sicut in superioribus? Respon. secundum Azo.immo datur nisi in casu, scilicet cum tale sit factum vt mihi absit, & tibi non adsit: vt.C.de dolo.cum proponas. Et ita intelligitur hic. aliàs autem bene potest dari prescri. ver. cum ratio diuersitatis reddi non possit: vt infra, de verbo. ob.l.à Titio. Et hoc modo potest intelligi, quod est.C.de transactio.l.cum mota. vt modo dixi. Sed hanc distinctionem reprobat Alb.& Io.& Ir. arg.C.de trãsact.l.actione. & infra.e.solent. in fin. sed in vtraque est sol. Alij vt Io. reddunt talem rationem: quia inueniretur inæqualitas. nam ille qui dat, potest repetere quod dedit, & etiam agere præscrip.ver. ad interesse. at ille qui facit, quod factum est, nequit repetere. ne ergo inæqualiter cõstituatur actio, recurritur ad actionem de dolo. sed hoc non valet, quia idem inueniretur in do vt facias: nam ibi est inæqualitas prædicta. sed ipsi dicunt, quòd tunc non facile contingit vt præueniat in faciendo: & ideo non facile datur ei condictio. Io. dicit factum grauius quàm datum: & ideo durius agitur contra rumpentem fidem: vt infra, de pœnis.in.l.seruorum.§.fi. quod nõ placet. Est ergo ratio prima bona: quia vestienti contractum actio debet dari præscrip.ver. Vestire autem dico cum ex eo quod facio, aliquid tibi adest: alioquin datur actio de dolo. Hæc ratio fallit in facio vt facias: vt si de manumittendo conuenit vt manumitteres: vt infra, ea.l.in fin. Sed ibi est alia ratio: quia cõuenit. a Sed si dedi tibi seruum, vt seruũ tuũ manumitteres, & manumisisti: & is, quẽ dedi, euictus est: si sciens dedi, de dolo b in me dandam actionẽ, Iulianus scribit. si ignorans, in factum c ciuilem.

In facio vt des, non habet locum actio præscriptis verbis: sed ad actionem de dolo recurritur. Bartolus.

¶ Quod si faciam, d vt des e: † & postea, quàm feci, cessas dare: B nulla erit ciuilis actio: & ideo de dolo dabitur.

Ex contractu facio vt facias, oritur actio præscriptis verbis quæ habet similitudinem cum actione mandati. Bartolus.

¶ Sed si facio, vt facias: hæc species tractatus f plures recipit. nã si pacti sumus, vt tu à meo debitore Carthagine exigas, ego à tuo Romæ: vel vt tu in meo, ego in tuo solo ædificem: & ego ędificaui, & tu cessas: in prio re specie* mandatum quodammodo interuenisse videtur g: sine quo exigi pecunia alieno nomine non potest. Quamuis enim & impendia sequantur h, C tamen mutuum i officium præstamus. Et potest mãdatum ex pacto etiam naturam suam excedere. Possum enim tibi mandare, vt & custodiam mihi præstes k, & non plus impendas in exigendo, quàm decem. Et si eãdem quantitatem impendefactum est in obligatione ab alia parte: vnde agitur ad interesse. Sed nonne transactio est facio vt des, & tamen non datur actio? Respon. quia non impleuit: vt supra, de condic. inde. & eleganter.§.pe. Item contra supra, de condic. ob cau.l. dedi.§.ij. vbi datur condictio. A

rimus: * nulla dubitatio est l. Sinautem alter fecerit m: vt & hic mandatum interuenisse videatur, quasi refundemus * inuicem impensas. neque enim de re tua tibi mãdo. Sed h [hoc] tutius o erit, & in insulis fabricandis, & in debitoribus exigendis, præscriptis verbis dari actionem: quæ actio similis p erit mandati actioni: quemadmodum in superioribus casib⁹ locationi & emptioni.

Ista est vltima particula in qua determinatur quæstio proposita in principio huius legis.& .b.d. In facio vt facias: datur actio præscrip.verb.in qua venit quantum interest mea fieri quod conuenit. quòd si illud interesse cessat, quanti interest mea nõ fecisse. item habere libertum, non est ius æstimabile. Bartolus.

¶ Si ergo hęc sunt, vbi de faciẽdo ab vtroque conuenit q, & in proposita quæstione, idẽ dici potest: & necessariò r sequiẽ, vt eius fiat condemnatio, quãti interest mea seruũ habere, quẽ manumisi f. An deducendum erit, quòd libertum habeo? Sed hoc non potest æstimari t.

Error in nomine contractus, non vitiat contractum. Bartolus.

VI. NERATIVS libro primo Responsorum.

INsulam hoc modo, vt aliam insulam reficeres, vendidi u. Respondit, nullam esse venditionem: sed ciuili intentione incerti x agendum est y.

* *Flo. pendet*

e *Vt des.* aliquid in spẽ.

f *Tractatus.* i. quęstiones. sic exponitur .ff. si pars hęre.peta.l.fi.in.fi.

g *Videtur.* quod falsum est: quia non fuit gratuitum. vnde infra dicit dandam præscrip. ver. Accursius. * *Flo. damus*

h *Sequantur.* sic non repetẽdo: quia à nullo repetuntur expensæ. Accursius.

i *Mutuum.* quod non impedit mãdatum, sed merces.

k *Præstes.* in re locata: & ita locatio immutat naturam suam. loquitur enim per simile. Vel dic, in mandato loqui, vt ex pacto de leui culpa, non de leuissima teneatur. nam nisi dicat contrarium, semper de leuissima tenetur, secundum nos: ar.C.mã. l.à procuratore. sed secundum alios qui dicunt in mandato tantũ leuem culpam venire, planum est. *Loc. quãdo natura immu*

l *Dubitatio est.* has enim ego tibi & tu mihi videris restituere impensas: vnde videtur esse mandatum. Azo.

m *Feceris.* si maiores sumptus facit vnus q̃ ali⁹: magis est, subaudi, vt hic & cætera. quicquid dicit, allegando dicit. Azo.

n *Sed.* vsque nunc dictũ est allegando, nunc sententiando. Ac.

o *Tutius.* nec enim actio mandati datur: quia mandatum non fuit gratuitum. Azo.

p *Similis.* non tamen ideo dicitur bo.fi. sed ideo, quia quæ veniunt in illa de dolo, culpa lata, vel leuissima, vel leui: & in ista veniunt. Et no. quòd in omnibus his contractibus innominatis obseruo vt id in singulis veniat quod venit in eo cui est simile in culpa: vt supra, depo.l.j.§.in conducto. & in vsuris: vt infra, eo. Titius. & vt iuretur in litem forte: vt supra.§.at cum do.in fi.

q *Conuenit.* vt detur præscrip.ver.actio ad interesse. D

r *Necessario.* cũ ratio diuersitatis reddi non potest: vt.ff. de verb. oblig.à Titio.in fi.& dixi de hoc.ff.ad leg.Aquil.illud. Accursius.

s *Manumisi.* non dicit quanti interest illum manumitti: quia non potest sic inspici interesse: ar.contra supra.e.l.§.si autem rem do. vel quod in plus mihi expedit.

t *Æstimari.* non enim est, id est, fingitur quòd non sit locupletior qui libertũ habet: vt hic, &.ff. de reg.iur.l.nemo.§.j.&.ff. quibus ad li.procla.non lic.l.ij.in fi. Sed contra.ff. de act.emp.idẽque. in fi. Solu. hic non debet æstimari q̃ libertum habeo, cum manumisionem fecerim non vt meæ sed vt tuæ satisfacerem voluntati. potius ergo tibi debes imputare, qui me ad hoc faciendũ induxisti: nec modo idẽ vis adimplere: at ibi emptor manumisit, prio arbitrio suæ volũtati satisfaciendo, vnde quod ex eo sibi prouenit, secum compensare debet, secundum Azo. Itẽ potes super hac l. distinguere de pactis appositis in contractibus innominatis, vt plene dixi.ff. de contrahen.emp.l.pacta.in fi.glo. Accursius.

u INsulam. Vendidi. id est, dixi me vendere.

x Incerti. id est, præscriptis verbis, quæ datur ad incertum, id est, ad interesse: vel vt fiat quod conuenit. Azo.

y *Agendum esse.* vt fiat quod conuenit: vt.ff. si vir. Accursius.

Si tibi

BIU Cujas

a *Si tibi decẽ dedero.* vt speciẽ: alioquin succederet cõstitutio: & faceret eũ libertũ: vt. C. si man. ita fu. alie. ne prosti. l. iiij. Ac.

b *Si dominus seruum. Argueretur.* fecisset, necne. Azo.

c *Aestimatum.* si nõ est æstimatum, agitur ob causam tantũ: non ad æstimationem, quæ facta non est: vt supra, de condic. ob cau. l. penul.

d *Ciuiliter.* id est, præscriptis verbis. Accur.

e *Tunc enim.* si deprehensus fuisset. Azo.

f *Datam.* i. si iam esset soluta domino. Ac.

g *Tametsi.* i. quamuis.

h *Lege.* id est pacto.

i *Probaretur.* vt. C. eo. l. rebus. Accursius.

Vbi cessat interesse fieri quod conuenit: recurrimus ad condictionẽ ob causam. Bar.

VII. PAPINIANVS libro secundo Quæstionum.

SI tibi decẽ dedero [a], vt Stichum manumittas, & cessaueris: confestim agam præscriptis verbis, vt soluas, quãti mea interest: aut si nihil interest, cõdicam tibi, vt decem reddas.

Vbi est do vt facias & des: oritur actio præscrip. verb. vt fiat qđ cõuenit. Bar.

VIII. IDEM libro vicesimo septimo Quæstionum.

SI domin' seruum, cum furti * argueretur [b], quæstionis habẽdæ causa æstimatum [c] dedisset, neque de eo compertum fuisset, & is non redderetur: eo nomine ciuiliter [d] agi posse: licet aliquo casu seruum retenturus esset, qui traditum accepisset. Potest enim retinere seruũ, siue dominus pro eo pecuniam elegisset, siue in admisso deprehensus fuisset. tunc enim [e] & data tam [f] æstimationem reddi à domino oportere. Sed quæsitum est, qua actione pecunia, si eam dominus elegisset, peti posset? Dixi, tametsi [g], quod inter eos ageretur, verbis quoque stipulationis conclusum non fuisset: si tamen lex contractus non lateret, præscriptis verbis incerti & hic agi posse: nec videri nudum pactum interuenisse, quotiens certa lege [h] dari probaretur [i].

Liberatus ob causam, conuenitur hac actione vt faciat quod conuenit. Bar.

IX. IDEM libro secundo Responsorum.

OB eam causam [quis] acceptò [k] liberatus, vt nomen Titij debitoris delegaret: si fidem contractus non impleat, incerti actione [l] tenebitur. Itaq; iudicis officio non vetus [m] obligatio restaurabitur [n]: sed promissa præstabuntur, * vt condẽnatio [o] sequetur.

Ista lex & sequens non loquitur de actione præscriptis verbis vel in factum, quæ oritur ex contractu: sed ex quasi contractu vel delicto. & breuiter hoc intendit: Cautio omissa repetitur per actionem incerti, & actionem in factum. Bartolus.

X. IAVOLENVS libro tertiodecimo Epistolarum.

PArtis tertiæ vsumfructum [vxori quis] legauit [p]. hæredis bona ab eius creditorib' distracta sunt: & pecuniam, quæ ex æstimatione [q] partis tertiæ fiebat, mulier accepit fruendi causa: & per ignorantiam stipulatio [r] prætermissa est. Quæro, an ab hærede mulieris pecunia, quæ fruendi causa data est, repeti possit, & qua actione? Respondi, in factum actionem [s] dari debere.

Vbi deficit lex Aquilia: suppletur actione in factum. Bartolus.

XI. POMPONIVS libro trigesimonono ad Q. Mucium.

QVia actionum [t] non plen' numerus est: * ideo plerũque actiones in factũ desiderantur. Sed & eas [u] actiones [x], quæ legib' proditæ sunt, si lex iusta ac necessaria sit, supplet prætor in eo, quod legi deest: quod facit in lege Aquilia, reddendo actiones in factũ accommodatas [y] legi Aquiliæ [z]: idque vtilitas eius legis exigit.

Actio præscriptis verbis datur vt fiat quod conuenit in pacto incontinenti apposito. Bartolus.

XII. PROCVLVS libro vndecimo Epistolarum.

SI vir vxori suæ fundos vendiderit, & in venditione cõprehensum est, cõuenisse inter eos, si ea nupta ei esse desiisset, vt eos fundos, si ipse vellet [a], eodem pretio [b] mulier trãsscriberet [c] viro: in factum existimo iudicium esse reddendum. idq; & in aliis personis obseruandum [est [d].]

Si res vendenda tradatur certo pretio, vt superfluum lucretur venditor: hac actione agetur. Bartolus.

XIII. VLPIANVS libro trigesimo ad Sabinum.

SI tibi rem vendendam certo pretio dedissem, vt quo pluris vendidisses, tibi haberes: placet neque mandati [e], neque pro socio [f] esse actionem, sed in factum, quasi alieno * negotio gesto: quia & mandata gratuita esse debent: & societas non videtur contracta in eo, qui te nõ admisit sociũ distractionis, sed sibi certum pretium excepit.

Vbi res ad meliorandum traditur vt quod melioratur diuidatur: si dominiũ trãsfertur in totũ, erit actio præscrip. ver. aliàs si dominium non transfertur in totum sed in partem, tunc erit societas. B.

f *Stipulatio.* de reddendo finito vsufructu.

f *In factũ actionem.* immo videtur dari incerti: vt. ff. de vsufr. earũ rerũ quæ vsu cõsu. hoc senatus. §. si pecuniæ. quæ est cõtra. Solu. hic non in pecunia, sed in solo fuit relict' vsusfru. legataria tamẽ accepit pecuniã prętermissa stipulatiõe: vnde decurrit ad actionẽ in factũ, vel ciuiliter ibi agit cõdictiõe incerti ad ipsam cautionẽ, qđ est incertũ. nã est in facto: hic ad certum. i. ad pecuniã, secundũ Azo. finito vsufru. Vel hic accepit legataria pecuniã à creditoribus: & ideo agitur in factũ: vt. ff. ad exhi. Iulianus. §. si tibi. ibi, ab hærede &c.

Quia actionũ.] CASVS. Euenit quãdactiones ex verbis prætoris supplétur per ius ciuile: & idé de ciuilibus. Exéplũ primi sit, in albo corrupto, ꝑ quo daẽ act. in factum prætoria. sed si dũ proponitur albũ, corrũpitur: cessant verba: vnde ius ciui. supplet. Exéplũ secũdi est in. l. Aquilia, quę quãdoque defecit, vt quãdo dissoluis seruũ misericordia mot'. nã deficit Aquil. & daẽ in factum à iure ciuili. Cætera sunt plana í tex. vsque ad. l. solent. Vi.

t *Quia actionem.* ſ. specialiũ à prætore introductarum: vt. ff. de iur. omni. iu. si quis id. §. q̃ si dum. Azo.

u *Sed & eas.* non solũ supplétur actiones prętoriæ, sed & certę leges quæ supplét, possunt dici prætoriæ: ar. ff. de noxa. electio. & l. si plurium. §. j. & ifra, ad. l. Fal. l. j. §. ad eos. Azo.

x *Actiones.* sed nõ plures sunt actiões in factũ accõmodatę legi Aquiliæ. cõuertas ergo pluraleĩ singulare, hoc est actiões in actionẽ. Ac.

y *Accõmodatas.* vt & ff. ad. l. Aq̃l. si seruũ meum. in fi. Et no. hic q̃ vbi deficit lex, alij supplét. sic. j. deteſti. l. quę-ſitum. & l. ſcio.

z *Aquiliæ.* vt insti. ad lc. Aquil. §. fi. Ac.

a *Si vir. Vellet.* ſ. vir.

b *Si Pretio.* ſ. reddito mulieri.

c *Trãſſcriberet.* i. ꝑ eodẽ ptio ei restitueret [a].

d *Obſeruandũ eſt.* vt & C. de pac. inter emp. & vẽ. l. ij. & facit. ff. e. l. insulã. Et dic, transſcribere. id est, pro eodẽ pretio restitueret. Accur.

e *Si tibi rẽ. Neq; mãdati.* vt &. ff. mãda. si remunerãdi. §. si apud.

f *Pro ſocio.* ſi non fuit animus societatis ineundæ: vt. ff. pro ſocio. l. ſi margaritam. Ac.

Emptio-

Flo. furto

Flo. præſidium

Flo. esset

Flo. alio

a *Vide Bud. hic pul chrè interpretantem quid sit trãſſcribere.*

BIU Cujas

a *Emptionem.* immo videtur emptio: vt supra,de act.emp.l.tenetur. §. ij. Sol.ibi fuit vendita pro pretio: sed hic tantum ad hoc data vt partem ædificij reficeret.

b *Desinit.* in totum.in partem autem desinere potest: vt supra, pro soc.l.j. §. in societate. Hic autem desiit dominus esse insolidum tradendo.

c *Dedero.* id est, tradidero.

d *Communicaretur.* idē de fructibus: vt. C.de pac.l. si pascenda.

e *Abhorrere.* id est, differre.

f *Quod hic.* id est, in hoc casu quem proxime posuimus.

g *Dicturum.* id est, dicendum.

h *Pertinere.* insolidū.

i *Vel ipsa.* sub alternatione. Azo.

k *Areæ.* totius. Azo.

l *Eadem.* vt sit societas. Accursius.

m *Qui seruādarum. Suarum.* scilicet tantum: vt infra, subiicit. sed & si sine causa &c. Si vero causa communis periculi vitandi faciat, non in totum sed pro parte tenetur ad collationē. Accursius.

n *Nulla tenetur.* scilicet directa, vel de stricto iure: sed de æquitate tenetur si fecit sine causa vel dolo: vt subiicit.

*Flo.contulerit si ergo cum causa, non tenetur: vt hic. Sed contra supra, ad leg. Rhod. de iac. l. ij. Sol. quod hic dicit, non tenetur, verum est illi cuius merces proiectæ sunt: vt hic. tenetur tamen magistro: vt ibi. Vel hic non proiecit dominus, vel nauta, sed alius: ibi autē dominus. Vel hic causa sui: ibi causa cōmunis vitādi periculi. & ideo agitur ex illa. l. Rhodia ad æstimationem. Vel ibi fecit causa suarum mercium: & ideo in factum generali. prima placet.

o *In factū.* nō Aquil. subsidiaria: quia nō fuit in culpa: sed generali tenetur. Fecit enim causa suarum mercium: & ideo in factum generali tenetur domino mercium proiectarū ad interesse. Quilibet enim diligens paterfa. fecisset ita: quia proiectæ merces erant viles & ponderosæ: proiicientis autem erant pretiosæ, & non ponderosæ: cū ergo ei nulla obiici potest culpa, non ex lege Aquilia, sed generali in factum tenetur. Die ergo sine causa, quo ad me dominum proiectarum mercium: suberat tamen causa, quo ad proiicientē. Si autē debuit potius suas proiicere, quàm meas: tenetur ex. l. Aquil. propter culpam vel dolum: & hæc in factum actio excludit actionem de dolo: cum & ipsa subsidiaria sit: & etiā in locum ipsius actionis de dolo deficiētis subiiciatur. Ac.

p *De dolo.* id est, le. Aquil. propter dolum: vt supra, ad. l. Aquil. si seruus. §. si quis. & infra. §. proxi. Azo.

q *In factum.* subsidiaria leg. Aquil.

r *Seruata.* scilicet le. Cor. de sic. vt supra, ad l. Aquil. inde Nerati. §. si dolo.

s *Agendum.* subsidiaria leg. Aquil. vt supra, ad le. Aquil. si seruus. §. si quis de manu. & infra, de acquir. re. do. l. in laqueum. in fi.

t *Actionem.* immo occurrit actio ad exhibē. vt. ff. ad exhi. l. Iulia. §. glans. quæ est contra. Sol. ibi dolo: hic sine dolo pauit.

u *De pastu.* proprium nomē actionis: quę habet locū cū in tuo tuā glandē meo pecore depasco: vt hic, &. C. ad. l. Aquil. l. fi. Sed quid si mea pecora in tuo glādes tuas pasta fuerūt fine mea immissione? Respon. habet locum forte de pauperie. Accur.

x *Iniuriæ.* quia fortè matura erat glans: vt. ff. ad. l. Aquil. si seruus seruum. §. si oliuā īmaturā.

y *Itaq;.* vt supra, ad. l. Aquil. l. qui occidit. §. si quis alienum.

Solent.]CASVS. Si dicas mihi seruum meum fugitiuum, opus bonum operatus es: & non teneris furti. sed si accipis pretium ob indicium, iuste accipis. si accipis promissionem pretij pro indicando: agere potes præscriptis verbis, vel de dolo. Vi.

z *Cōdictionem.* ob turpē causam: vt. ff. de cōdic. ob. tur. cau. l. iiij. ī fi.

a *Adprehēsūsque esset fugitiuus.* Fuit ergo facio vt des: ex quo tātū de dolo datur actio, se cūdū Io. & secūdū hoc verbū nisi, quod est. j. legas correctiue. Vel dicas, q̄ fuit do vt facias; licet fuerit prœuentum in faciendo: vt. C. de transac. l. cum mota. & quod dicit nisi, mutat casum quando fuit facio vt des: & tale factū ex quo faciēti abest: & alteri non adest: cæterum si ei non abest, vel alteri adest, datur præscrip. ver. vt dixi. ff. e. l. naturalis. §. quòd si faciam. & secūdum hoc, nisi nō intelligitur correctiue. Vel verius, nō tantum non ob. immo est pro nobis. nam hic alteri adest, & datur præscrip. ver. & literam lege vt dixi, nisi &c.

b *Permisisti. Cretam.* ex causa donationis. Accursius.

c *Replerem.* ex terra.

*Fl. sim. poss. Vide lib. 1. ge. 1.

*Fl. ni in.

*Fl. quid

incerti.

ℱ Iulianus libro vndecimo Digestorum scribit, Si tibi areæ meæ dominium dedero[ea lege,]vt insula ædificata, partem mihi reddas: neque emptionē[a] esse, quia pretij loco partem rei **meæ recipio**: neque mandatū, quia non est gratuitum: neque societatem, quia nemo societatem contrahendo rei suę dominus esse desinit[b]. Sed si puerū docendum, vel pecus pascendum tibi dedero[c], vel puerum nutriendum, ita vt si post certos annos veniisset, pretium inter nos communicaretur[d]: abhorrere[e] hæc ab area, eo quòd hic[f] dominus esse non desinit, qui prius fuit. competit igitur [g] socio actio. Sed si fortè puerum dominij tui fecero, idē se, quod in area, dicturum[g]: quia dominium desinit ad primum dominum pertinere[h]. Quid ergo est? in factum putat actionē Iulianus dandā, id est, præscriptis verbis. Ergo si quis areæ dominiū non transtulerit, *sed passus sit te sic ædificare, vt cōmunicaretur vel ipsa[i], vel pretium[eius,]erit societas. Idémque & si partis areæ[k] dominiū transtulerit, partis non, & eadem[l] lege ædificare passus sit.

Qui me damnificat sine causa, si quidem dolose, tenetur mihi actione de dolo: si autem non dolose, tenetur actione in factum. Pau. de Cast.

XIIII. IDEM libro quadragesimoprimo ad Sabinum.

QVi seruādarum mercium suarū[m] causa alienas merces ī mare proiecit: nulla tenetur[n] actione. sed si sine causa id fecisset, in factum[o]: si dolo, de dolo[p] tenetur.

Quando datur damnum de non corpore in non corpus: non cōpetit actio legis Aquiliæ directa, sed in factum surrogata. hoc dicit cum. §. seq. Pau.

ℱ Sed & si seruum quis alienum spoliauerit, ísque frigore mortuus sit: de vestimentis quidem furti agi poterit: de seruo verò in factum[q] agendum, criminali pœna aduersus eum seruata[r]. ℱ Sed & si calicem argenteum quis alienum in profundum abiecerit[ídque] dāni dandi causa, nō lucri faciendi: Pōponi[s] libro septimodecimo ad Sabinum scripsit, neq; furti, neque damni iniurię actionē esse: in factum tamen agendum[t].

Actio de pascuis pecorum non habet locum, quando fructus mei qui cadunt in alieno depascuntur: sed ad actionem in factum recurritur. Bartolus.

ℱ Si glans ex arbore tua in meū fundum cadat, eámque ego immisso pecore depascam, Aristo scribit, non sibi occurrere legitimā actionē[u], qua experiri possis*. nā neq; ex lege duodecim tabularū de pastu[u] pecoris, quia nō in tuo pascit: neq; de pauperie, neq; dāni iniurię[x]*agi posse. in factum itaque[y] erit agendū.

Pretium conuentum pro indicando furem, potest peti actione præscriptis verbis: nisi dolus indicātis intervenerit. Bartolus.

XV. IDEM libro quadragesimosecundo ad Sabinum.

SOlent, qui nouerunt seruos fugitiuos alicubi celari, indicare eos dominis, vbi celentur: quæ res non facit eos fures. Solent etiam mercedem huius rei accipere, & sic indicare. Nec videtur illicitum esse hoc, quod datur. Quare qui accepit: quia ob causam accepit, nec improbam causam: non timet condictionem[z]. Quòd si solutū quidem nihil est, sed pactio intercessit ob indicium: hoc est, vt si indicasset, adprehēsūsq; esset fugitiuus[a], certū aliquid daretur: videam[b], an possit agere? Et qui dē cōuētio ista nō est nuda, vt quis dicat ex pacto actionē nō oriri: sed habet in se negotiū aliquod.*ergo ciuilis actio oriri potest, id est, præscriptis verbis: nisi si quis[&]in hac specie de dolo actionem competere dicat, vbi dolus aliquis arguatur.

Ex contractu facio vt des, & do vt facias: oritur actio præscriptis verbis: nisi datum fuerit propter pecuniam: & sic actio ex empto daretur. Bartolus.

XVI. POMPONIVS libro vicesimosecundo ad Sabinum.

PErmisisti mihi cretā[b] eximere de agro tuo: ita vt eū locū, vnde exemissem, replerē[c].

BIU Cujas

a *Incerti.* id est præscriptis verbis. Accursius.
b *Ad exhibendum.* & rei vin. vt infra, de dona. qui saxum. sed & iniuriarũ: vt supra, de act. emp. l. qui pendentem. Sed certe immo videntur hæ cessare: cum dicat lex dari de dolo, quæ in subsidiũ tantum datur: vt supra, de dolo. l. si cum mihi. quæ est contra. Solu. hic exemerat, & dominus factus fuerat: supra tãtum sumptum fecerat. Accursius.
c *Permisisti.* ex causa donationis.
d *De dolo.* Sed hodie datur condictio ex lege si hæc permissio facta fuerit causa donationis: vt. C. de dona. si quis argen. §. penul. & sic cessat de dolo. Acc.

SI gratuitam.]C *ASVS.* Accommodaui tibi domum vsu non designato: dubium est an sit cõmodatum, vel precarium: & ideo datur mihi præscri. ver. Viuianus.
e *Habitationẽ.* id est, domum plenam, non specificato vsu ad quẽ vtatur domo. Azo.
f *Tutius.* si dubitetur sit commodatũ: an precarium. Differũt enim hæc inter se: vt diximus supra, commo. l. in commodato. §. sicut. & est pro hoc supra, eo. l. j. & sic cessat commodatum, cum vsus non fuerit dictus: & propter dubium, secundum Azo. Vel dic, secundum Io. quòd nihilominus habet locum commodati. nam & domus commodatur: vt supra, commo. l. j. §. j. Accursius.
g *Ego.* scilicet dominus. Azo.
h *Venditorem.* id est, te qui accepisti margaritas vendendas.
i *Tuum esse.* nisi venales habebam: vt supra, si cer. pet. rogasti. Azo. Sed videtur idistincte periculum respicere accipientem, ex quo æstimatas accepit: vt supra, de æstima. act. l. j. in fin. Sol. vt ibi. Accur. *ADDITIO.* Dic, secundũ Bar. quòd hic fuit dictum quòd restituantur margaritæ, aut pretium earum dumtaxat. Vel dic, quòd æstimatio hic fuit facta pro quanto venderetur, nõ eo animo q̃ emptionẽ faceret, vel faceret transire periculũ: ibi secus.
k *Præscriptis verbis.* quando non apparet qui rogauerit: & culpa cõmissa fuit. Accur.
l *Si rem.* aliàs lex, & aliàs. §.
m *Si ignorem.* sic ergo actor vt certam actionem eligam: vt & dixi supra, loca. l. cum in plures. §. vestimenta. circa prin.
n *Condicere.* condictione furtiua. Azo.
o *Culpam.* exactam seu leuem. Azo.
p *Periculum.* ideo vsque ad exactissimam, vel leuissimam. Azo.

exemi, nec repleo. quæsitũ est, quam habeas actionem? sed certum est, ciuilem actionem incerti[a] competere. Si autem vendidisti cretam, ex vendito ages. q̃ si post exemptionem cretæ repleuero, nec patiaris me cretã tollere: tum agam ad exhibendum[b], quia mea facta est, cùm voluntate tua exempta est.

Ex contractu facio vt des, vel do vt facias, si aduersario nihil quæritur: non cõpetit actio præscriptis verbis, sed de dolo. Bar. B

℣ Permisisti[c] mihi, vt fererem in fundo tuo, & fructus tollerem: seui: nec pateris me fructus tollere. Nullam iuris ciuilis actionem esse, Aristo ait: [sed] an in factũ dari debeat, deliberari posse. sed erit de dolo[d].

Quando non constat quis contractus fuerit celebratus, constat tamen quòd aliquis fuit celebratus: datur actio præscriptis verbis. Paul. de Cast.

XVII. VLPIANVS libro vicesimo octauo ad Edictum.

SI gratuitam tibi habitationem[e] dedero: an commodati agere possim? & Viuian[s] ait, posse: sed est tutius[f] præscriptis verbis agere. C

Aut res datur vendenda gratia venditoris: & susceptor tenetur de dolo, & lata culpa: aut datur gratia susceptoris, & tenetur etiam de leuissima: aut gratia vtriusque, & de leui tenetur: & eius gratia dicitur contractus celebratus qui rogauit. h. d. quem casum nota. Bartolus.

℣ Si margarita tibi æstimata dedero, vt aut eadem mihi adferres, aut pretium eorum: deinde hæc perierint ante venditionẽ: cuius periculum sit? Et ait Labeo (quod & Põponi[s] scripsit) si quidem ego[g] te venditorẽ[h] rogaui: meum esse periculum. si tu me [rogasti:] tuum [esse[i].] si neuter nostrum, sed dumtaxat consensimus; teneri te hactenus, vt dolum & culpam mihi præstes. actio autem ex hac causa vtiq; erit præscriptis verbis[k].

Si res datur inspicienda, & ignoratur vbi sit, ad hanc actionem recurritur, vel aliis actionibus potest agi: & in hac actione venit culpa, habita consideratione eius cuius gratia sit celebratus contractus. Bar.

A Sed verius est quando sui causa accepit, vt ad exactissimam teneatur ad instar commodati: vt supra, commo. si vt certo. §. nunc videndũ. & agat furti, si ei surripiat: vt. j. de fur. l. rem inspiciẽdã.
q *Dolũ.* vt &. s. cõmo. l. cum qui. §. si rẽ. &. l. si vt certo. §. iterdũ.
r *Prope.* non enim causa custodiæ datum est: ideoque non est proprie depositum.

℣ Papinian[s] [quoq;] libro octauo Quæstionũ scripsit. Si rem[l] tibi inspiciendam dedi, & dicas te perdidisse: ita demum mihi præscriptis verbis actio competit, si ignorem[m] vbi sit. Nam si mihi liqueat apud te esse, furti agere possum, vel condicere[n], vel ad exhibendũ agere. Secundũ hęc, si cui inspiciendũ dedi, siue ipsius causa, siue vtriusq;: & dolum & culpã[o] mihi præstãdã esse dico, propter vtilitatem: periculũ[p] nõ, si verò mei dumtaxat causa datũ est, dolũ[q] solũ: quia prope[r] depositum hoc accedit.

Si cõmodo vt cõmodes, agitur præscriptis verbis: quia cõmodatũ nõ est gratuitũ. Bar.

℣ Si cùm vnũ bouem haberem, & vicin[s] vnum: placuerit inter nos, vt per denos dies ego ei, & ille mihi bouem commodaremus, vt opus faceret: & apud alterũ bos periit[f]: cõmodati nõ competit actio, quia non fuit gratuitũ commodatum: verum præscriptis verbis agendũ est[t].

Is cui res inspicienda conceditur: de casu fortuito non tenetur. Bartolus.

℣ Si cùm mihi vestimenta venderes[u], rogauero vt ea apud me relinquas, vt peritioribus ostenderem: mox hęc perierint vi ignis, aut alia [vi] maiore, periculum me minimè præstaturum. ex quo[x] apparet vtique custodiam[y] ad me pertinere.

Qui accipit rem ab vno dandam alteri in causam certæ victoriæ, vel in alium euentum: actione præscriptis verbis dare tenetur. h. d. cum. l. seq. Bartolus.

℣ Si quis sponsionis[z] †causa anulos acceperit, nec reddit victori[a]: præscriptis verbis actio in eum competit[b]. Nec enim recipienda est Sabini opinio: qui condici, & furti agi ex hac causa putat. Quemadmodũ enim rei nomine, cuius neque possessionẽ, neq; dominiũ victor habuit, aget furti[c]? Planè si honesta[d] causa spõsionis fuit: sui anuli dumtaxat repetitio erit. D

XVIII. IDEM libro trigesimo ad Edictum.

SI apud.]C *ASVS.* Dedi tibi. x. vt dares Titio, si indicaret mihi seruum meum qui fugerat. si non indicauit, conueniam te præscriptis verbis vt reddas. si ego, & ille qui debebat indicare, deposuerimus supradicto pacto: agam depositi sequestraria. Viuianus.

s Papinian. *Si quis sponsionis.* sci. licet vt qui melius curreret, vel melius iactaret lapidem, haberet anulos. *a Sponsio hic iuriscõsulto dicrã esse: & quæ pro aliis in currendo, saliendo, vel alio modo positis fiat, licito ludendo: non ad aleas vel ad magidem: vt hic subiicit, plane &c. & supra, de ale. l. solent. &. l. quibus. &. l. quod i cõuiuio. in prí. Idem est & si per eum nõ stat quo minus vincat: sed per aduersariũ nolentem facere quod conuenit, vt supra, de dolo. si oleum.*
t *Agendum est.* vt & ist. loca. §. j. Accursius.
u *Venderes.* id est, vendere velles. Accursius.
x *Ex quo.* collige quia vtriusque gratia celebratus est. Azo.
y *Custodiam.* id est, diligentiam exactissimã, vel immo exactam: cũ vtriusque gratia fiat: vt supra, hac. l. §. si rem dixi. Accursius.
z *Si quis sponsionis.* sci. licet vt qui melius curreret, vel melius iactaret lapidem, haberet anulos. *a Sponsio hic iuriscõsulto dicrã esse: & quæ pro aliis in currendo, saliendo, vel alio modo positis fiat, licito ludendo: non ad aleas vel ad magidem: vt hic subiicit, plane &c. & supra, de ale. l. solent. &. l. quibus. &. l. quod i cõuiuio. in prí. Idem est & si per eum nõ stat quo minus vincat: sed per aduersariũ nolentem facere quod conuenit, vt supra, de dolo. si oleum.*
a *Victori.* qui vincit aliquem in currendo, saliendo, vel alio modo ludendo: non ad aleas vel ad magidem: vt hic subiicit, plane &c. & supra, de ale. l. solent. &. l. quibus. &. l. quod i cõuiuio. in prí. Idem est & si per eum nõ stat quo minus vincat: sed per aduersariũ nolentem facere quod conuenit, vt supra, de dolo. si oleum.
b *Competit.* & arbiter ex hac causa pronuntiare cogitur: vt supra, de arbi. litigatores. §. quid ergo si res.
c *Aget furti.* q. d. nullo modo: vt hic: & infra, de fur. si vendiderо. §. fi. &. l. si is qui rẽ. §. j. &. ij. &. j. de vsur. si homo. & arg. infra, de †distra. pig. l. j. in fin. Sed nonne creditori, fullo-ni, sarcinatori, commodatario, competit furti actio: & tamen alij possidẽt: vt ist. de oblig. quæ ex delic. nascun. §. furti? Itẽ creditori qui habet specialem hypothecam: vt infra, de fur. si is qui rem? Respon. isti agunt: vel quia saltem detinent: vel quia ius habent in re, quod non habet iste victor.
d *Si inhoneſta.* respectu spondentium inter se: vnde & no. qui recipit, repetenti obiicere turpitudinem non potest. Azo.

Recipiens turpitudinẽ, repetenti obiicere non potest.

BIU Cujas

SI apud te pecuniã deposuerim[a], vt dares Titio, si fugitiuum meũ reduxisset: nec dederis, quia nõ reduxit: si pecuniã mihi nõ reddas, melius[b] est præscriptis verbis agere. nõ enim[c] ambo pecuniã ego & fugitiuarius[d] deposuim', vt quasi apud sequestrem sit depositum[e].

Si res vendenda datur vt pretium in mutuum conuertatur: si non venditur, vel pretium non recipitur: actione præscriptis verbis agitur. Bartolus.

XIX. IDEM libro trigesimoprimo ad Edictum.

ROgasti me, vt tibi nũmos mutuos darẽ. ego cũ nõ haberẽ, dedi tibi rem vẽdẽdã[f], vt pretio vtereris. si nõ vẽdidisti: aut vẽdidisti quidẽ, pecuniã autẽ non accepisti mutuã[g]: tutius est ita agere, vt Labeo ait, præscriptis verbis, quasi negotio quodã ĩter nos gesto ℞ prij cõtract'. ℣ Si prędiũ ℞ te[h] obligauero: deĩde placuerit[i] inter nos, vt mihi fideiussorẽ præstares[k], nec facias: meli' esse dico, præscriptis verbis[l] agi[m]: nisi merces[n] interuenit. Nam si interuenit: ex locato[o] esse actionem[p].

Qui rem experiendam recipit: quicquid ex re interim lucratur, domino reddere debet. Bartolus.

XX. IDEM libro trigesimosecundo ad Edictum.

APud Labeonẽ quęritur: si tibi equos venales experiẽdos dedero, vt si ĩ triduo displicuissent, redderes: tuq; desultor[q] in his cucurreris, & viceris: deĩde emere nolueris: an sit aduersus te ex vẽdito actio? Et puto veri' esse, ℞ scriptis verbis agẽdũ[r]. nã inter nos hoc actum [est,] vt experimentum gratuitum acciperes, non vt etiam certares.

Si res datur experienda: emptione perfecta datur ex vendito: aliàs præscriptis verbis. Bartolus.

℣ Itẽ apud Melã quæritur: si mulas tibi dedero, vt experiaris: & si placuissent, emeres: si displicuissent, vt in dies singulos aliquid præstares: deinde mulæ à grassatoribus[f] fuerint ablatę in tra dies experimenti, quid esset prędstãdũ? vtrum pretiũ & merces, an merces tãtũ? Et ait Mela interesse, vtrũ emptio iam erat contracta[t], an futura[u]: vt si facta, pretium petatur: si futura, merces[x] petatur. sed non expri mit[y] de actionib'. Puto autem, si quidem perfecta fuit emptio, competere ex vendito actionem[z]: si verò nondum perfecta esset, actionem talem, qualem aduersus desultorẽ[a] dari.

Is cui res inspicienda datur, non tenetur de casu contingẽte cũ res deportatur: sed de dolo & culpa hac actione tenetur. Bar.

℣ Si cũ emere argentum velles, vascularius ad te detulerit, & reliquerit: & cum displicuisset tibi, seruo tuo referendum dedisti, & sine dolo malo & culpa tua perierit: vascularij esse detrimentum[b], quia eius quoque causa sit missum. Certè culpam eorum, quibus custodiendum perferendúmve dederis, prędstare te oportere, Labeo ait: & puto prędscriptis verbis actionem in hoc competere.

Glossa hic tractat vnam materiam, de qua plene per docto. in l. ex placito. C. de rerum permu. dixi plene in vna distinctione suprà, de condic. ex l. & ibi reperitur vna distinctio quæ multa dicit: sed non ponit veritatem. Bartolus.

XXI. IDEM libro secundo Disputationum.

QVotiẽs[c] deficit[d] actio vel exceptio, vtilis[e] actio vel exceptio [danda] est[f].

Si suscipitur opus faciendum gratis: est mandatum. si propter mercedem in pecunia, est locatio. aliàs est contractus innominatus. Bartolus.

XXII. GAIVS libro decimo ad Edictum Prouinciale.

SI tibi poliẽda farciẽdáve vestimẽta dederi: si quidẽ gratis hãc operã te suscipiente, mãdati est obligatio: si verò merce de data, aut cõstituta, locationis cõductionísq; negotiũ geritur. Quòd si neq; gratis hãc operã susceperis, neq; ℞ tin' aut dabis, nec ago præscriptis verbis, quia nec ambo &c.

a *Depoſuerim.* i. posuerĩ, & sic trãstulerĩ dominiũ. aliàs quomodo A personalis actio prędscriptis verbis daret: vt quia qualibet persona li act. ita res petit tradi, vt fiat accipiẽtis: vt ĩstit. de act. §. sic itaq;.
b *Melius.* scilicet ad aliam actionem currere.
c *Non enim.* non datur depositi: quia nec ambo &c.
d *Fugitiuarius.* aliàs fugitiui ĩdicarius. & aliàs fugitiuarius, id est, ille qui fugitiuum reducere debuit vel indicare.
e *Depoſitum.* nec ego solus: quia ℞ prietatem transtuli. Accursius.

Rogasti me.] CASVS. Pro te gratis obligaui prędiũ meum hoc pacto vt fideiuss. dares de luẽdo. ago prędscrip. ver. ago vt des fideiuss. sed si accepi mercedem ℞ obligãdo: tũc ex locatione actione ĩformata, & nihilomin' prædscri. ver. Viuianus.
f *Vendendam.* puta lãcem. Accursius.
g *Mutuã.* aliàs si accepisti, agitur ex mutuo: vt supra, si cer. pet. rogasti. & dic accepisti scilicet ab emptore mutuam, id est, quæ erat futura mutua.
h *Pro te.* mandante.
i *Placuerit.* incontinenti. Accursius.
k *Præstares.* prædij liberandi causa.
l *Præscriptis verbis.* & mandati. nam ex pacto est informata. Azo.
m *Agi.* vt fideiussorem des. Accursius.
n *Merces.* propter hoc quia ego pignoraui fũdum pro te.
o *Ex locato.* nihilominus prædscri. ver. vt. ĩ. de æsti. ac. l. fin. Item caue quia locaui rem hic, nõ factũ: tũc enim si factũ, distingueretur an consueuerit locari, vel nõ: vt. ĩ. e. naturalis. §. at cũ do. quæ est cõtra. *ADDITIO.* Pro solu. huius contrarij debes intelligere quòd tũc fuit locata res ipsa: & non factum pignoratitium fuit locatum &c. secundum Bar. hic.
p *Actionẽ.* informatã vt fideiussorem des.

Apud.] CASVS. Venalem equum meum tibi dedi experiendũ, cũ velles eum emere: & si intra triduum displiceret, mihi redderes: interim tu cucurristi ad palmam & vicisti. si tibi displiceat: mihi reddes lucrum cum equo.

q *Desultor.* id est, certator.
r *Agendũ.* scilicet vt præstet quod eo nomine accepit. nec enim quæstum facere ex ea re debet: vt hic. & supra, cõmo. l. si is qui. §. si quem, & arg. supra, de in diem addic. l. j. &. ij. &. iij. Accursius.
f *Grassatoribus.* id est, furibus.
t *Contracta.* quia dixit sibi placere. Accursius.
u *Futura.* quia dixit sibi non placere.
x *Merces.* propter hoc ego impignoraui fundum pro te.
y *Non exprimit.* Mela.
z *Actionẽ.* informatã: vt fideiussorem des, vel vt prędiũ liberes.
a *Desultorem.* id est prædscri. ver. vt in prin. huius. l. dicitur.
b *Detrimentum.* vt & supra, commo. l. argentum.

Quotiẽs.] CASVS. Si deficit actio ℞ pter dubiũ cõtractum: agitur in factum, quæ dicitur vtilis, & sic generalis. Vel dic, ciuilis: vt. ĩ. de æsti. ac. l. j. ĩ prĩ. Cætera plana sunt vsq; ad. l. Titi'.
c *Quotiens.* ad euidentiam huius. l. not. quòd quãdoque deficit actio in contractibus, quandoq; in delictis. & quã docunque deficit actio in delictis, vel quasi, & est æquũ actionem dari: cõpetit actio de dolo: vt. ĩ. de dolo. l. j. §. j. &. C. de dolo. l. ij. Si autem deficit in cõtractibus: aut nominatis, aut innominatis. si in nominatis, vt in mutuo: tunc competit certi condictio: vt. ĩ. si cer. pet. l. certi cõdictio. in prin. Si in innominatis, vt ĩ contractu do vt des: & do vt facias: facio vt facias: & ex permutatione dat ac. prædscri. ver. vt supra, eo. naturalis. ĩ contractu autem facio vt des, datur de dolo: vt in ea. l. naturalis. dicitur. §. quòd si. Vel distingue secundũ quosdam, quòd aut fuit in dolo: & tunc datur de dolo, vt ibi. aut nõ fuit in dolo: & tunc datur prædscri. ver. vt in contractibus aliis innominatis. Ad quam distinctionem facit supra, e. solent, secundum vnũ intellectum. Quandoque autem ĩuenitur casus aliquis ex quo non secundum verba. l. sed secundum eius sententiam competit actio in factum, de quã hic loquitur. Et de hoc potes ponere duo exempla supra, eo. l. qui seruandarum. j. respon. &. §. j. & etiam. §. iij. Quandoque autem ex noua lege vel cõstitutione aliquid introductum est, cui nõ cõpetit aliqua nominata actio ĩ iure: & datur tũc condictio ex lege. & sic intelligitur. ĩ. de cõdic. ex lege l. j. & sic per prædicta patet diuersitas harum actionũ. Accursius.
d *Deficit.* ex verbis legis.
e *Vtilis actio.* in factum. & dic duobus modis. Primo deficit propter incertitudinem cõtractus: & sic datur in factum ciuilis: vt. ĩ. de æsti. act. l. j. in prin. & supra, e. l. ij. &. iij. &. iiij. Vel dic, actione in factum generali: quæ in variis &c. vt. C. de fac. sanc. eccle. l. sancimus. & de hac actione in factũ plene dixi. ĩ. e. in rubri.
f *Vel exceptio danda est.* æquitate suadente actionem dari, vel

a Desultores erat, inquit Bulg. hic, qui duos equos absq; ephippiis agentes

BIU Cujas

vel exceptionem. Accursius.

a *Si tibi. Præscriptis verbis.* vt insti. loca. & condu. §. j.

b *Duo secundum.* id est, iuxta.

c *Respiceret.* qui rogauit. Ioannes.

d *Illi excidit.* cui ostensus erat. Ioannes.

e *In factum actione.* id est, præscri. ver. si in culpa fuit. Accursius.

Titi⁹.] CASVS. Dedi tibi. xxx. habitis pactis vt fœnerares ad vsuras. x. den. pro libra. & de vsuris solueres quoddã tributũ annuũ quod soluere tenebar fisco: & si supereſſet, solueres mihi: si defuerit, solueres ex sorte. & si vltra sortẽ solueres, dixi q̃ tibi redderó. postea fœnerasti, & tributum soluisti: & aliquid tibi supereſt: qua act. repetã, quærit. Et antequam soluat, dicit q̃ si esset mutuum, nó deberetur mihi superfluum prędicte vsurę citra vinculũ stipulationis: sed in nostro casu videtur mãdatũ, nisi esset actum vt si vltra semisses vsuras acciperes, tuũ esset, & nó ex pacto incótinẽti apposito. si ĩ stipulatione, possum petere. & q̃ nó sit mutuum, ꝓbat vna ratione: quia si perdis sortẽ, nõ teneris, si sine dolo & culpa amiseris: quod nó esset ĩ mutuo. Item illa ratione: quia fuit actũ vt etiã de sorte deminueres: quod in mutuo non est: quia totũ est reddẽdũ: & ideo videtur mãdatũ: tamen dicit in dubio agi præscriptis verbis.

f *Dedit.* vt negotietur ex eis, & lucrum quærat sub forma quam statim dicit.

g *Ex reditu.* id est, ex vsuris. sic enim statim appellantur.

h *Quod.* ſ. tributum.

i *Pendere.* i. præstare.

k *Debet.* ſ. reipublicę.

l *Vsuris.* id est vt lucrũ vsuræ semis expẽdatur pro mãdate. si vero minus percipiĩ, solũ quod percipitur soluit.

m *Vt id.* id est, residuũ ex vsuris. Accursius.

ta aut constituta sit merces: sed eo animo negotiũ gestũ fuerit vt postea tãtũ mercedis nomine dareẽ, quãtũ ĩter nos statutũ sit: placet quasi de nouo negotio in factũ dãdũ esse iudiciũ, id est p̃scriptis verbis [a]actionẽ.]

Perdens rem alienam sui culpa, tenetur actione in factum, si alia actio non supereſt. Paul. de Cast.

XXIII. ALFENVS libro tertio Digestorum à Paulo Epitomatorum.

DVo secundum[b] Tiberim cũ ambularẽt: alter eorum ei qui secũ ambulabat, rogatus anulũ ostẽdit, vt respiceret[c]. illi excidit[d] anulus, & ĩ Tiberim deuolutus est. Respõdit, posse agi cum eo in factum[e] actione.

Si pecunia datur vt ex eius vsuris tributa dãtis soluãtur, cõtractus innominatus est: ideo actione præscriptis verbis agitur: & periculũ pecuniæ ad repetẽtẽ nõ pertinet. Bar.

XXIIII. AFRICANVS libro octauo Quæstionum.

TItius Sẽpronio triginta dedit[f]: pactíq; sunt, vt ex reditu[g] ei⁹ pecuniæ tributũ, quod[h] Titi⁹ pẽdere[i] deberet[k], Sẽpronius præstaret, cõputatis vsuris[l] semisib⁹: quãtoq; min⁹ tributorũ nomine præstitũ foret, quàm earũ vsurarum quãtitas esset, vt id[m] Titio restitueret, [&] quod ampli⁹ præstitũ esset, id ex sorte decederet: aut si & sortẽ & vsuras summa tributorũ excesisset: id quod ampli⁹ esset, Titius Sẽpronio præstaret: neq; de ea re vlla stipulatio ĩterposita est. Titi⁹ cõsulebat, id quod ampli⁹ ex vsuris Sẽproni⁹ redegisset[n], quàm tributorũ nomine præstitisset[o], qua actione ab eo cõsequi posset? Respondit pecuniæ quidẽ creditæ[p] vsuras nisi in stipulationẽ deductas non deberi[q]: verùm in ꝓposito videdũ, ne nõ tã fœnerata pecunia ĩtelligi debeat, quàm quasi mãdatũ inter eos cõtractũ: nisi quod vltra semissem[r] cõsecutur⁹[s] esset. Sed nec[t] ipsius quidẽ sortis petitionẽ pecunię creditę[u] fuisse: quãdo[x] si Sẽproni⁹ eã pecuniã sine dolo malo vel amisisset, vel vacuã habuisset: dicẽdum, nihil eũ eo nomine[y] præstare debuisse. quare tutius esse, præscriptis verbis in factũ actionẽ dari, præsertim cũ illud quoq; cõuenisset, vt quod amplius præstitũ esset, quàm ex vsuris redigereẽ, sorti decederet: qđ ipsum, ius & causam pecunię creditę excedat[z].

Si operæ pro operis dantur: hac actione agitur. Bartolus.

XXV. MARCIANVS libro tertio Regularum.

SI operas fabriles[a] quis serui vice mutua dediſſet, vt totidẽ reciperet: posse eum præscriptis verbis agere: sicuti si penulas[b] dediſſet, vt tunicas acciperet: nec esse hoc cõtrariũ[c]. q̃ si per errorẽ operę[d] ĩdebitę datæ sunt, ipsæ[e] repeti non possunt. nã[f] aliud dãdo, vt aliud reddat, obligari iure gẽtiũ possumus[g]. ¶ Quod autẽ ĩdebitũ datur: aut ipsum repeti debet, aut tãtũdẽ ex eodẽ genere. quorũ neutro modo operæ repeti possunt[h].

Si trado tibi rem vtendam, vt eandem restituas: dicetur contractus commodati. Si vero vt restituas tantundem pondere, vel eandem, aut tantundem: dicitur contractus innominatus. Bartolus.

XXVI. POMPONIVS libro vicesimoprimo ad Sabinum.

SI tibi scyphos[i] dedi, vt eosdẽ mihi redderes: cõmodati actio est. si vt põd' argẽti redderes, quãtũ in illis esset, tãti dẽ põderis petitio est p actionẽ præscriptis verbis, tã boni tamẽ argẽti, quàm illi scyphi fuerunt. sed si vt vel hos scyphos, vel vt eiusdẽ põderis argẽtum dares, conuenit: idem dicendum est.[i]

A inter emp. & vẽ. l. initio. Sed in hac lege quomodo debẽtur vsuræ ex pacto incótinenti apposito, cũ sit stricti iuris præscri. ver. semper: nisi in duobus casibus? Respon. habetur pro bo. fi. cum sit similis ei puta mandato, quod est bo. fi. vt supra, eo. naturalis. §. fin.

r *Semissem.* quem retinere debebat vt solueret reipublicæ.

s *Cõsecutur⁹.* ſ. Sẽproni⁹: qa tũc cũ certꝰ sit q̃ habebit lucrũ, non videt mãdatũ, qđ esse debet gratuitum: vt. ſ. mã. l. j.

t *Sed nec.* nũc soluit.

u *Creditæ.* i. mutuatæ.

x *Quando.* pro quia.

y *Eo nomine.* i. vsurarũ, quia erãt ex reditu præstãdæ: qui cũ sit nullus, ex eo non præstabuntur: sed nec de sorte præstabuntur.

z *Excedit.* quia mutuum est cum traditur vt tãtundem reddatur. hic autem minus quandoque redderetur.

Operas.] CASVS. Cõueni tibi dare. x. operas serui mei Stichi, vt tu des totidem serui tui Pãphili. agã præscri. ver. vt des, si ego dedi. Secũdo, si dedi vnã vestẽ, vt des aliã: agã eadẽ act. Tertio opponitur ad primum hoc modo: Legitur alibi q̃ si solui operã indebitã, credẽs debitã, q̃ nõ possum repetere eãdẽ, neq; similiter simile, scilicet alterius hominis. & ideo cũ condico æstimationẽ: quomodo ergò pro operis serui mei Stichi petã operas alterius? Et respon. q̃ hoc expresse hic agitur: at in dicto casu agitur cõtra, scilicet q̃ ipsa eadẽ repetatur. tacite enim cũ indebitũ soluo, ago vt id, aut tantũdẽ, reddat. Vi.

a *Fabriles.* vtputa pictorias, vel etiam artificiales. Accursius.

b *Penulas.* genus vestis. Accursius.

c *Cõtrariũ.* ideo, quia hic non idem vel eædẽ operæ in eodem genere, sed aliæ petuntur.

d *Operæ. fabriles.* Nã de officialib⁹ cõstat qa nec ipsæ, nec æstimatio earum debetur: vt. ĩ. de condic. inde. si nõ sortẽ. §. libertus. in princ.

† *Hãc. l. erudite declarat Alcia. lib. paradoxon. 3. cap. 19.*

e *Ipsæ.* nec aliæ.

f *Nam.* nunc soluit contrarium.

g *Possumus.* ſ. ex conuentione: vt fuit in primo casu huius legis.

h *Repeti possũt.* ſ. vt aut ipsę reddãt, aut totidẽ eiusdẽ generis: reddit tamẽ o parũ æstimatio: vt. d. l. si nõ sortẽ. §. libert⁹. circa mediũ.

i *Tibi. Dicendum est.* scilicet vt præscri. ver. actio competat. Sed cur non fuit mutuum, cum in quantitate simili reddi debeãt? Respon. quia vt species dati sunt scyphi. Azo.

Finit tertia digestorum pars.

SEQVITVR QVARTA DIGESTORVM PARS, quæ continet libros singulares octo.

DE PIGNORIBVS ET HYPOthecis, qualiter ea contrahantur: & de pactis eorum.

Cõtinuatio. *Supra de principalibus obligationibus tam nominatis quam innominatis dixit: nunc de accessoriis, id est, pignoribus & hypothecis pertractat. Accursius.*

Digestorũ seu Pandectarum

Liber vicesimus.

DE PIGNORIBVS, ET HYPOTHECIS, ET qualiter ea contrahantur: & de pactis eorum.

TITVLVS I.

Obligatio generalis porrigitur ad bona præsentia & futura: sed obligatio certæ rei non contrahitur etiam in illa re postea debitoris effecta, si creditor sciens fuerit. Bartolus.

1. PAPINIANVS libro vndecimo Responsorum.

Onuentio.] CAVS. Obligatio potestfieri omnium bonorum præsentium & futurorũ. [IN SPECIE.] Dedi tibi pignori rem alienã in specie, puta fundũ: tu sciens alienam, accepisti: certum est quòd non obligat tibi. Quid autem si postea dominiũ illius fundi acquisiui: an sit tibi obligatus? Dicit iurisc. q̃ non faciliter tibi obligabitur: poteris tamen eam retinere donec tibi satisfaciam. [SERVO.] Si tibi seruũ meũ obligaui, non poteris vendere eius peculiũ, nisi de hoc etiam conuenerit. Viuianus.

*Flo. adquiserat

Conuentio generalis in pignore dãdo bonorum [a] vel postea quæsitorum, recepta est [b]. In speciem [c] autem alienę rei collata conuentione, si non fuerit ei, qui pignus dabat, debita: [d] postea debitori dominio quæsito, difficilius [e] creditori, qui non ignorauit alienum, vtilis actio dabitur: sed facilior erit [creditori] possidenti retentio.

Obligato seruo non intelligitur obligatum peculium tunc vel postea quæsitum: ideo per creditorem non potest vendi. Bartolus.

¶ Seruo pignori dato, peculium eius creditor, citra conuentionem specialiter super eo conceptam, frustra distrahit: nec interest, quando [f] seruus domino peculium adquisierit.*

Difficilis. §. & h.d. Fundo obligato non veniunt in obligatione fructus à bonæ fidei emptore postea percepti: & vsucapio triennii, ius pignoris non extinguit. h.d. Primo ponit vnum dictum. Secundo ponit vnam obiectionem ad dictum. Tertio illi respondet. Secunda ibi, pignoris. Tertia ibi, quod in fructibus. Bartolus.

¶ Cum prædium pignori daretur: nominatim, vt fructus quoque pignori essent, conuenit. [g] eos consumptos [h] bona fide, emptor [i] vtili [k] Seruiana restituere non cogetur. [l] Pignoris [m] etenim causam nec vsucapione [n] perimi placuit: quoniam quæstio pignoris [o] ab intentione dominij [p] separatur. Quod in fructibus dissimile est, qui nunquam debitoris [q] fuerunt.

Valet pactum quòd non solutis vsuris, fructus cedant loco vsurarum: sicut quòd non solutis minoribus vsuris, currant maiores. Bartolus.

a *Bonorum*. scilicet præsentium.

b *Recepta est*. q.d. nõ solum specialiter vnã rem, sed & generaliter omnia bona sua potest quis obligare, & præsentia & futura: vt hic, & C. quę res pign. obl. pos. l. fin. Azo.

c *In speciẽ*. id est, ĩ speciem quę est aliena res, veluti in alienũ fundũ.

d *Debita*. id est, obligata. Azo. Vel melius propriè: vt infra, qui po. in pig. ha. l. iij. §. cum ex. Accursius.

teneri:licet liberam peculij sui administrationem habeāt: a sicut nec donare eis cōceditur. b non enim vsquequaque habēt liberam administrationē. c Facti tamē est quæstio, si quærat, quousq; eis permissum videatur peculium administrare d.

Res cuius non est aliàs commercium, nō potest obligari.Bartolus.

VEam rem quam quis emere non potest e, quia commerciū eis non est,iure pignoris accipere nō potest f: vt diuus Pius Claudio Saturnino rescripsit.

Sicut res litigiosa non potest alienari, ita nec pignori dari.Bartolus.

VQuid ergo si prędium quis litigiosum pignori acceperit g, an exceptione summouendus sit? Et Octauenus putabat, etiam in pignoribus h locum habere exceptionem. quod [ita] ait Scæuola libro tertio variarum quæstionum procedere,vt in rebus mobilibus i exceptio locum habeat.

Obligans rem pro muliere, vel filiofamiliàs contra senatusc on. habet priuilegiū quod habent & illi.h.d. Vel sic: Quando exceptio porrigitur ad fideiussorem: porrigitur etiam ad pignus datum ab alio. Bartolus.

II. GAIVS libro singulari de Formula Hypothecaria.

SI alius pro muliere quæ interceserit, dederit hypothecam, aut pro filiofamiliàs, cui contra senatusconsultum creditum est: an his succurratur, quæritur? Et in eo quidem qui pro muliere obligauit rem suā, facilius dicetur succurri ei:sicuti fideiussori huius mulieris eadem datur exceptio k. Sed & in eo qui pro filiofamiliàs rem suam obligauit: eadem dicenda erunt, quæ tractātur & in fideiussore l eius.

Secundus creditor in ius prioris creditoris non succedit, nisi sit actum: & cum actum est, succedit in pignus, & in potestatem vendēdi.h.d. Primo ponit vnum dictū. Secundo ex illo vnam quæstionem determinat. Tertio vnam aliam format, & eā determinat. Secunda ibi, quo casu. Tertia ibi, denique.B.

III. PAVLVS libro tertio Quæstionum.

B ARisto Neratio Prisco scripsit: Etiam si ita contractū sit, vt antecedens m dimitteretur n: non aliter in ius pignoris succedet o, nisi conuenerit, vt sibi eadem res esset obligata. Neque enim in ius pignoris* succedere debet p, qui ipse nihil cōuenit de pignore.quo casu emptoris q causa melior efficietur. Denique si antiquior creditor de pignore vendendo cum debitore pactum interposuit, posterior autem creditor de distrahendo omisit r, nō per obliuionem, sed cum hoc ageretur, ne posset vendere s: videamus, an dici possit, hucusque tansire ad eum ius prioris,* vt distrahere pignus t huic liceat. Quod admittēdum existimo. Sæpe enim, quod quis ex sua persona non habet, hoc per extraneū habere* potest u.

Quando est in potestate debitoris, an pfi ciatur obligatio: illud tempus perfectionis inspicitur, non initium. secus si in eius potestate non esset.Bartolus.

IIII. IDEM libro quinto Responsorum.

TItius cum mutuam pecuniam accipere vellet à Mæuio, cauit ei,& quasdam res hypothecæ nomine dare destinauit.deinde postquam quasdam ex his rebus vendidisset, acce-

s *Vendere.* ex sua hypotheca.

t *Pignus.* ex persona prioris. & vt hoc plene scias: distingue an velit soluere secundus creditor, vel extraneus, vel ipse debitor.Primo casu secundus creditor succedit loco primi sine omni pacto,dummodo soluat pecuniam priori, vel consignet & deponat: vt.C.qui po.in pign.habean .l.j. & infra, titulo.j.l. potior.§. finali. & Codi. de his qui in prio.cred.lo.suc. l.vltima. In secūdo casū, quando scilicet extraneus soluit, necesse est apponi pactum vt primi loco succedat:& quòd sit obligatum: vt Co. de his qui in prio. cre.lo.suc.l.prima.& de priui.fisci cum. Tertio casu,quādoipse scilicet debitor soluit: aut de suo:& tūc nulla est succesio.aut de aliena pecunia:& tunc vt ille cuius pecunia liberatur, succedat ius pignoris prioris creditoris quatuor sunt necessaria.Primum quòd conueniat vt sint ei obligata. Itē vt in locum primi succedat. Item vt ad hoc mutuet. Item requiritur vt ipsa pecunia perueniat ad primum creditorē.his quatuor interuenientibus succedit in locū primi vt possit vendere etiam si cōtrarium actum est: vt hac lege dicitur. Item vt in ordine temporis præferatur his quibus ille præfertur: vt infra, titulo primo.l. si prior §.à Titio.&.§.si tertiꝰ. Item in priuilegiū personalium actionum, in quod forte & sine hoc succedit:vt ifra, de ces. bo.l. secunda. Sed nūquid eadem hypotheca datur secundo, quæ primo dabatur? Respō. non: quia illa sublata fuit solutione,sed est p omnia similis naturæ. Item quomodo ex pacto debitoris & secundi mutuātis succeditur primo? Respō. quia primꝰ creditor videtur cōsentire accipiendo pecuniam.

Credi cūdus locū p succe plura runtu * Fl prim* * ali gnor* * Fl tere*

u *Potest.* no.ergo quòd aliqua per alium cōsequor, quæ per me non possum consequi: vt hic,& infra,de fur.l.his enim.&.ĭ.de ædi.edict.l.cum autem.§.fi.& infra,de bono.poss. contra tabu.l.iij. §.plane.&.l.non putauit.§.sed & si exhæredatus. & infra, de bo. lib.filius. & infra,ad.l.Falci.l.pen.§.finali.& supra,de transact. & post.§.j.in principio.& supra,man.l.si mandauero tibi.§. si hi. & infra,de lib.leg.si is qui duos.& infra,de acqui.hære.l. cum hæreditate. Sed arg.contra.C.quod metus causa. si per impressionem. & infra,de vsuca.l.Labeo.§.sed & per eum. & infra, de do.inter vir.& vxor.l.iij.§.non tantum.& infra,de bo.lib.l.qui in seruitute.&.l.quæritur.&.ŝ.de mino.l.iij.§. sed an hoc auxilium. & no. plenius.ĭ.de administ.rerum ad ci.perti.l.ij.§.j.

Per a quæd sum q me no

Titius.] CASVS. Volebas accipere à me pecuniam mutuam: & confectum est instrumentum spe futuræ numerationis, & quasdam res mihi obligare destinasti. medio tempore scilicet ante numerationem & post cautionem interpositam

vnam

BIU Cujas

vnam ex his rebus vendidisti: postea numeraui: an res distracta mihi remaneat obligata, quæritur. Et respon. quòd non: quia pignoris obligatio referenda est ad tempus quo fiebat numeratio, vt res quæ in bonis tuis tũc fuerunt, intelligantur obligatæ. Vi.

a *Pecuniam.* à creditore. Accursius.

b *Non accipere.* vt. ff. si cer. peta. qui pecuniam.

c *Habuerit.* vt. ff. ti. j. l. j. in fi. & l. potior est. in prin. Accursius.

d *Creditor. Relegatur.* nec tenec obligatio: vt. C. e. qui filios. hoc tamen fallit tunc, quando distrahi permittit: vt. C. de pa. qui fi. dist. l. secunda.

QVI POTIORES in pignore & cætera.

Qui dotem.] CASVS. Promisi centum in dotẽ pro muliere aliqua, & pepigi tecum de dote restituẽda soluto matrimonio: & rem mihi obligasti, & tibi numeraui: medio tempore post numerationẽ primam, & ante secũdam eandem alij obligasti: quis nostrum in pigno re potior sit, quæritur. Et videtur quòd ego essem potior: quia ad integra. c. exoluẽda obligatus sum: neque est referẽda pignoris obligatio ad id tẽp[o] quo fieri debuit residuæ quãtitatis numeratio: sed ad initium contractus siue promissionis. neq; est iste casus similis illi casui illius. l. ff. ti. proxi. l. pe. vbi potior est secũdus prior: quia hoc casu potior sum: neque est in viri potestate vtrum velit accipere dotem, vel non: & sic neque restituere: quod si esset, relinqueretur mulier indotata: quod esse non potest. Vi.

e *Accepit.* à marito.

f *Dedit.* i. obligauit.

g *De pignore.* quis potior esset in eo.

t *Compellitur.* est & alia ratio, quia nõ potest commodum non accipere, cũ onera matrimonij sustineat, vt subiicit: vt ar. infra, de ver. sig. l. Nepos Proculo. distinguitur ergo secundum Azo. vtrum in potestate debitoris sit se non obligari: in quo casu spectatur tempus numerationis: vt supra, titu. j. Titius. an non: in quo casu tempus spectatur conuentionis: vt hic, & supra, de pign. l. si fundus. §. j. & infra, eo. qui balneum. in princ. & §. j. & ij. Itẽ hæc distinctio locum habet in principali debito. sed eo contracto nõ spectatur in vsuris, potuerit, vel non potuerit, debitor in eas incidere: vt infra, eo. Lucius.

i *Tempora.* quod videbatur: vt. j. e. creditor. §. si idem.

k *Contractæ.* ab initio: vt argu. C. de bo. quæ libe. l. cum oportet. §. finali. Accursius.

l *Redderet.* id est, ne acciperet & ita non redderet. Accursius.

m *Videatur.* quod esse nõ debet: vt & ff. de condic. ob cau. l. si donaturus. §. fi. & j. de exceptio. do. l. apud. sed & si mulier. Ac.

Qui generaliter.] CASVS. Potior est is cui generaliter obligata sunt alicuius bona quàm is cui specialiter obligata

pit pecuniam[a]. Quæsitum est, an & prius res venditę creditori tenerentur? Respondit, cũ in potestate fuerit debitoris, post cautionem interpositam pecuniam non accipere[k]: eo tempore pignoris obligationẽ cõtractam videri, quo pecunia numerata est: & ideo inspiciẽdum, quas res in bonis debitor numeratæ pecuniæ tempore habuerit.[c]

v. IDEM libro quinto Sententiarum.

CReditor, qui sciens filiũfamiliàs à parente pignori accepit, relegatur[d].

QVI POTIORES IN PIgnore vel hypotheca habeantur: & de his, qui in priorum creditorum locum succedunt.

TITVLVS IIII.

Quando in potestate debitoris est pecuniam non recipere, tempus solutionis inspicitur. quando non est in potestate, tempus obligationis contractæ inspicitur. Bar.

I. PAPINIANVS libro octauo Quæstionum.

QVi dotem pro muliere promisit, pignus siue hypothecã de restituenda sibi dote accepit[e]. subsecuta deinde pro parte numeratione, maritus eandem rem pignori alij dedit[f]. mox residuæ quantitatis numeratio impleta est. Quærebatur de pignore[g]. [Responsum est:] Cum ex causa ꝓmissionis ad vniuersæ quãtitatis exsolutionem, qui dotẽ promisit compellitur: [h] non vtique solutionum obseruanda sunt tempora[i], sed dies contractæ[k] obligationis. nec probè dici [potest,] in potestate eius esse, ne pecuniam residuã redderet[l], vt minus dotata mulier esse videatur[m]. Alia causa est eius, qui pignus accepit ad eam summam, quam intra diẽ certũ numerasset: ac fortè priusquam numerasset, alij res pignori data est.

Prior in tempore præfertur posteriori, siue generalem siue specialem hypothecam habeat: nisi aliter actum sit. Bartolus.

II. IDEM libro tertio Responsorum.

QVi generaliter bona debitoris pignori accepit, eo potior est, cui postea prædium ex his bonis pignori datur: quamuis ex cæteris pecuniam suam redigere possit[n]. quòd si ea cõuẽtio prioris fuit, vt ita demum cætera[o] bona pignori haberẽtur, si pecunia de his, quæ generaliter accepit, seruari non potuisset: deficiente[p] secunda conuentione, secundus creditor in pignore postea dato, non tam potior, quàm solus[q] inuenietur.

Pignora in obligatiõe nouante repetita, intelliguntur repetita cum priuilegio prioritatis. Bartolus.

III. IDEM libro vndecimo Responsorum.

CReditor[r] acceptis pignoribus, quæ secunda conuẽtione secundus creditor accepit, nouatione[s] postea facta[t] pignora priorib[9] † addidit. Superioris tẽporis ordinẽ manere primo creditori placuit, tãquã in suum locum succedenti.

Si primo obligetur res debita, secundo eadem effecta propria: prior in tempore præfertur, nisi secundus in locum debentis rem successerit. Bartolus.

CVm ex causa mãdati prędiũ Titio, cuius * negotium fuerat gestum, deberetur: prius quàm

n *Possit.* immo videtur potior qui specialẽ habet: vt. C. de pig. l. ij. Sol. hic de iure stricto: ibi de æquitate: immo verius ibi alius casus est. ibi em obligauerat debitor omnia bona generaliter vni, & eidem quædam specialiter. hic autem tantum generaliter: vnde in omnibus est potior. hic generaliter: vt hic, & C. eo. l. si generaliter. Accursius.

o *Cætera.* quæ sunt excepta de generali cõuentione. & sic mutat casum.

p *Deficiente.* quod est cũ ex aliis satisfieri potest: vt argu. j. de nau. fœ. l. fœnerator.

q *Solus.* immo videntur simul in eo admitti: vt. j. e. idemque. §. si tibi. quæ est contra. Solu. [a] ibi simul acceperunt: hic diuersis temporibus. vel vt ibi.

[a] *Istam sol. sequitur Bar. hic.*

CReditor.] CASVS. Rem tuã mihi pro decẽ obligasti. deinde alij obligasti, & pro aliis. x. & animo nouãdi: & stipulatus sum vtraque. x. & accepi pignora. quis nostrum potior sit, quæritur. Et respon. quantum ad prima pignora obligata ꝓ meis x. ego sum potior. quãtum ad alia decem secundus potior. [CVM EX CAVSA.] Rogaui vt fundum mihi emeres: emisti. antequã traderes eum mihi, Titio obligaui, & post traditionem alij. quis sit potior, quæritur. Et respon. quòd primus. [POST.] Certis regionibus fundus diuisus est. & quia partem meæ partis habebat creditor adhuc obligatã, volui vt caueret socius de ea liberanda: & cõuenit vt si non liberaret, liceret mihi partem dimidiam illius partis quæ ex diuisione ad me venit, huic distrahere: quia contractum est pignus rectè: & prior creditor non præfertur, neque concurret: quia dimidiam fundi pro indiuiso obligando socius partem meam me non consentiente non poterat obligare: vnde prius non fuerat obligata. Viuianus.

† *al. pignoribus.*

* *Flo. cui*

r *Creditor.* scilicet prior.

s *Nouatione.* mutuauit enim forte iterum pecuniam, & nouum instrumentum est factum animo nouandi primam obligationẽ tã in personalibus quàm in pignoribus, & stipulatus est creditor primã & secundã pecuniã animo nouãdi, & accepit postea & alia pignora: per quod videbatur ꝙ secũdus creditor cui inter primum contractũ & hunc secundũ prima pignora erãt obligata, esset potior. quod remouet hic, quantũ est in primis pignorib[9], & pecunia primo super his data, non autem in plus, vt hic, & ff. e. si prior. in prin. & l. fi. j. respon. & arg. infra, de separa. l. debitor.

t *Facta.* scilicet à primo creditore.

BIU Cujas

a *Ei.* scilicet Titio.
b *Traderetur.* à procuratore. Accursius.
c *Apparuit.* vt & argu. supra, de rei vin. l. si à Titio. Sed contra. ff. eo. qui balneum. §. fina. vbi dicit quòd non confirmatur obligatio facta tunc, quando non erat res obligantis. Solu. hic saltē erat debita: ibi non: vt argu. ff. de pign. l. j. in princi.
d *Qui negotium.* cui procuratori Titius pignori esse conuenerat, & ita potior erat priore: vt. C. e. l. licet. Sed hoc non placet: quia cū procuratoris fuerat res, ei obligari non potuit. Dic ergo q̄ procurator habebat exceptionem contra dominum: vt. ff. qui. mo. pign. vel hypo. sol. l. j. ergo contra creditorem primū. & idem in eo qui soluit procuratori: vt. ff. de pri. cre. l. si ventri. §. fi. non autem contra primum creditorem, vel alium, haberet hypothecariā.
† *Bal. in. l. creditores. ff. C. de pig. dicit hic esse casum & nō alibi ad hoc q̄po. q̄t̄ potestas & auctoritas de ingrediē do bona facultate & auctoritate propria, operatur hypothecam: de quo dicto Bal. & tex. valde exclamat satis supq̄; satis Franc. Cremonēsis in suis sing. in secundo singulari. aduerte tamen ad ea q̄ dicūtur hic & nouis interp. Bolog.*

ei[a] possessio traderetur[b], id pignori dedit: [ac] post traditam possessionem idem prædiū alij denuo pignori dedit. Prioris causam esse potioré apparuit[c], si non creditor secundus pretiū ei, qui negotium[d] gesserat, soluisset: verum in ea quantitate, quam soluisset, eiúsque vsuris potiorem fore constaret[e], nisi fortè prior ei pecuniā offerat. quòd si debitor aliunde pecuniam soluisset, priorem præferendum.

Facto pacto quòd liceat vendere, intelligitur res obligata. Item pignus in parte indiuisa durat pro indiuiso, etiam post diuisionem inter socios factam. h. d. & est fortis. §. Bartolus.

¶ Post † diuisionem regionibus factam, inter fratres conuenit, vt si frater[f] agri portionē[g] pro indiuiso pignori datam à creditore suo non liberasset, ex diuisione quæsitæ partis partem dimidiam alter[h] distraheret. Pignus intelligi contractum existimaui: sed priorem secundo non esse potiorem: quoniam secundum pignus ad eam partem directum videbatur, quam vltra partem suam frater non consentiente socio non potuit obligare[i].

Ius secundi creditoris confirmatur, si pignus seu ius primi liberatur solutione, vel compensatione, vel alio modo. Bartolus.

IIII. POMPONIVS libro trigesimoquinto ad Sabinum.

SI debitor, antequam à priore creditore pignus liberaret, illud idem ob pecuniā creditam alij pignori dedisset: & antequā vtrique creditori solueret debitum, rē aliam[k] priori creditori vendiderit, * creditumq́ue pensauerit cum pretio rei venditæ: dicendum est, perinde haberi debere, ac si priori creditori pecunia soluta esset. nec enim interesse, soluerit, an pensauerit. & ideo posterioris creditoris causa est potior.

Ratione causæ posterior potest esse potior priore: veluti si ad rem conseruandam posterior creditor debitori crediderit. h. d. cum. l. sequen.

V. VLPIANVS libro tertio Disputationum.

INterdum † posterior [creditor] potior est priore[l], vtputa si in rem istam conseruandā impensum est, quod sequēs credidit: veluti si nauis fuit obligata, & ad armandā eam rem, vel reficiendam ego credidero[m]:

VI. IDEM libro septuagesimotertio ad Edictum.

HVius enim[n] pecunia saluā fecit totius pignoris causam. Quod poterit quis admittere, & si in cibaria nautarum fuerit creditum, sine quibus nauis salua peruenire non poterat[o]. Item si quis in merces sibi obligatas[p] crediderit, vel vt salua fiant[q], vel vt naulum exoluatur[r]: potior[f] * erit, licet posterior sit. nam & ipsum naulum potius * est. Tantūdem dicetur & si merces[t] horreorum, vel areæ[u], vel vecturæ[x] iumentorum debetur. nam & hic potior * erit.

In re empta per tutorem ex pecunia pupilli, præfertur pupillus anterioribus creditoribus, quatenus ex eius pecunia sit solutum. h. d. secundum vnam lecturam. nec per hoc aliqua iniuria fit creditori primo. nam quia debitor non haberet rem nisi ex pecunia pupilli emptæ esset, merito pupillus præfertur. Bartolus.

a *Ei.* scilicet Titio.
b *Traderetur.* à procuratore. Accursius.
c *Apparuit.* vt & argu. supra, de rei vin. l. si à Titio. Sed contra. ff. eo. qui balneum. §. fina. vbi dicit quòd non confirmatur obligatio facta tunc, quando non erat res obligantis. Solu. hic saltē erat debita: ibi non: vt argu. ff. de pign. l. j. in princi.
d *Qui negotium.* cui procuratori Titius pignori esse conuenerat, & ita potior erat priore: vt. C. e. l. licet. Sed hoc non placet: quia cū procuratoris fuerat res, ei obligari non potuit. Dic ergo q̄ procurator habebat exceptionem contra dominum: vt. ff. qui. mo. pign. vel hypo. sol. l. j. ergo contra creditorem primū. & idem in eo qui soluit procuratori: vt. ff. de pri. cre. l. si ventri. §. fi. non autem contra primum creditorem, vel alium, haberet hypothecariā.
† *Bal. in. l. creditores. ff. C. de pig. dicit hic esse casum & nō alibi ad hoc q̄po. q̄t̄ potestas & auctoritas de ingrediē do bona facultate & auctoritate propria, operatur hypothecam: de quo dicto Bal. & tex. valde exclamat satis supq̄; satis Franc. Cremonēsis in suis sing. in secundo singulari. aduerte tamen ad ea q̄ dicūtur hic & nouis interp. Bolog.*
e *Constaret.* & non in plus: vt. j. eo. qui à debitore. & ff. titu. j. l. iij.
f *Vt si frater.* qui obligauit.
g *Portionem.* quę peruenit ad fratrē qui non pignorauit. quæ est in dimidia suæ dimidię p indiuiso. alia enim dimidia obligata non poterat esse: vt hic. & infra, qui. mo. pig. vel hypo. sol. si consenserit. §. fin. & ff. communi. diui. l. si quis pu. §. si fundus.
h *Alter.* cuius pars à fratre erat obligata.
i *Obligare.* i. ad eā quę peruenit ad obligatā à fratre. & sic nō poterat esse obligata. secundus ergo solus reperitur in pignore: vt supra, eo. l. qui generaliter. in fi.

SI debitor.] CASVS. SRem tuā mihi obligasti: deinde alij. rem quandam mihi vendidisti: an prior creditor in pignore potior sit? Et respō. quòd sic: quia nihil refert debitor soluerit, an cōpensauerit.
k *Rem aliam.* sed quid si eandē? Respon. poterit secundus adhuc ei offerre: vt. C. si antiquior cre. l. j. §. j. Accursius.

INterdum.] CASVS. Casus assignat in quibus posterior creditor potior est: vt si mihi nauem obligasti: deinde alius in nauis refectionem tibi. x. mutuauit: quia ille potior est. Idem si credidit in cibaria nautarum. Idem est si in nauim propter merces vehendas nautarum. Idem est si ego primo credidi, & pupillus postea. & hoc cum mihi facta fuerat generalis hypo. & pupillus credidit in emptionem prædij. in quo ille potior est. Si autem tu debitor partem solueris. l. pro pretio rei emptæ, pupillus. l. crediderit: ego & prior creditor, scilicet pupillus in pignore concurremus. [SITIBI.] Si quæ habes & habiturus es, mihi obligaueris: deinde prædium cum in tuum dominium peruenerit, quia emere voluisti, Titio obligasti: quis nostrū potior est? Et respon. quòd ambo cōcurrimus: neque mihi proficit quòd tua pecunia quæ mihi generali hypotheca obligatur, prædium emptum est, quo magis potior sum: & intellige cum generalis & specialis hypotheca simul facta fuerit, ne sit contra supra, eo. qui generaliter. vel dic & vebeat tacitū pignus, vt dictū est. quidā tamen dicunt q̄ non habet tacitā hypothecam. Et sic dicunt speciale q̄ priuilegiū personale prę ferat pignorib[9]. Itē quid si ad faciendā domū credo idem: vt. j. de priui. cre. quod quis. & in auth. de æquali. do. §. his consequēs. in prin. sed cōtra dico. & illas intellige vt dixi modo exponi. §. his cōsequēs. leges em tacitā inducētes, de reficiēte, nō faciēte dicunt: vt hic, & ff. ti. ij. l. j. & ar. j. de iti. actuq; priu. l. iij. §. pe.
l *Priore.* hoc verum est secundum quosdam, si prior habet tantum generalem tacitam hypothecam: secus si specialem expressam. hoc verum est secundum Io. immo secundum Azo. & si specialem sicut & is cui[9] pecunia res est empta quam ei pignori esse cōuenit, præfertur prio * Flo. veri habenti specialem: vt dicerā, C. e. licet. & in auth. de æquali do. §. his consequens. in prin. col. vij. Item hoc est verū, nisi prior habeat hypothecam, & priuilegium inter personales actiōes: vt in dote dicitur: vt in authen. de æqua. do. §. his cōsequēs. in fine. §. col. vij. tunc ei præfertur mulier ꝓpter duo. scilicet propter priuilegium, & propter tempus: aliàs, id est iure cō † Facit ad hāc. l. gla. muni. vel id est, nisi hęc duo essent pro ea, potior est hic quàm mulier, cum hic priori habenti expressam præferatur, vt dictum est: mulier non. in vers. ar. cōtra. in. c. l. extra de maioris & obedien.
m *Crediderо.* Tria enim habeo priuilegia. Vnū, quia in personalibus præferor actionib[9]: vt. ff. si cer. pe. l. creditor &. j. de priui. cre. l. si vētri. §. j. & l. qui nauem. Secundū, quia tacitum pignus: vt hic, & supra, qui. mo. pign. ta. cōtra. l. j. & j. eo. l. idēque. ij. rñ. secus autē in eo cuius pecunia res est empta: vt. C. de pig. l. quamuis ea. nisi sit pupillus: vt infra. l. iij. & nisi sit actum: vt. C. e. l. licet. & his duobus modis potest itelligi auth. de æquali. do. §. his cōsequēs. in prin. col. vij. vel etiam circa personalem actionem. Tertiū, quia præferor primo habenti expressam hypothecam, vt in omnibus his exēplis, & j. l. proxi. Sed contra in hoc. C. eo. eos. vbi dicit habentes pignora præferri chirographariis. Sed certe hic non est chirographarius: cū ha * Flo. potior. * Flo. potius * Flo. potentior
n *Hvius enim.* mutatio personarum.
o *Non poterat.* sicut nec artes doceri sine magistris: nec iura reddi sine iudicibus: vt supra, de origi. iur. l. ij. §. post originem. & facit. C. de ali. præ. l. finali.
p *Obligatas.* alij tamen ante.
q *Fiant.* à custodibus.
r *Exoluatur.* pro eis.
s *Potior.* cui talia debentur.
t *Merces.* id est pensio. Azo.
u *Areæ.* in qua repositæ sunt res obligatæ.
x *Vecturæ.* cū res alij obligatas super iumenta mea deduli. Ac. Idemq; Priuilegium personale præferatur pignori præfertur.

BIU Cujas

a *Demq; Comparata.* per tutorem ementem pro pupilla rem alij cuidam obligatam. ipse enim pupillus emptor potior erit creditore priore. Accursius.

Ista gl. est no. & mēti tenenda. Bal. in hoc quod dat intellectū. l. 1. vt propo-nis. C. de rei ux.

b *Res fuerit.* [a] quæ alij prius generali obligatione verborum fuerat obligata. & nota quòd duo habet hic pupillus priuilegia. Vnum, quia tacitā habet hypothecā: quod non est in alio: vt. C. de pig. l. quamuis ea. Secūdum, quia præferī priori creditori. sed videtur non esse aliquod istorum in eo speciale: quia idem videtur in maiore: vt. C. eo. l. licet. & in auth. de æquali. do. §. his consequens? Respon. immo non esset idem: quia dictæ leges loquūtur in eo casu quādo ad hoc ipsum data est pecunia vt inde res emātur: & sic obligetur: qđ hic non fuit: vel exponе vt modo notaui. Itē opponitur: cum res pupilli pecunia ēptę sint, quomodo poterūt sibi obligatę esse: vt. C. arb. tu. l. curator. & quando ex fac. tu. vel cu. l. Rñ. ibi non dicitur q̄ sint fuę: sed quòd potest eas eligere per actionē tutelæ: nec sunt in veritate suæ, & ideo sunt obligatę ꝑ pecunia si eas eligere non vult: vt C. de ser. pig. da. ma. l. si tutor. quæ dico in pupillo, & in milite seruā tur: vt. C. de rei vind. l. si vt proponis. & de dona. inter virum & vxo. l. secunda.

c *Cuiusdā.* scilicet pupilli. in alia enim parte de pecunia debitoris.

d *Comparata est.* vt in nummis acceptis mutuo à pupillo ipse potior sit: in superfluum antiquior. Accursius.

e *Et Titio.* insimul vtrique. alioquin contra: vt supra. e. l. qui generaliter. Azo. Sed certe immo videtur idem & si diuersis temporibus: cum tunc quando peruenerit in suum dominium, incipiat vtrique obligari: vt ar. infra. e. qui balneum. §. fi. lex autem superior generaliter loquitur in eo qui habet iam omnium dominium: & de hoc no. infra, de iur. fisc. l. is qui.

f *Non enim multum.* immò nihil. quippe &c. vt subiicit: & infra, de fur. l. qui vas. in fin. & supra, de pig. l. si fundus. §. si duo. & Co. in qui. cau. pign. ta. contra. l. quamuis. & ar. contra supra, de peti. hære. l. si rem.

g *Facit.* pro primo creditore.

h *Nummos.* qui erant obligati priori. Accursius.

i *Si pignus specialiter.* si vero generaliter, non: quia in hoc fiscus priuilegium habet. quod falsum est: vt Cod. de remiss. pig. l. si ignorante. secundum Ir. Dic ergo specialiter id est, expressim. secus forte si tacite: ar. infra. ad. l. Corne. de fal. l. j. §. tutores. nisi in muliere, vt. C. de priui. fis. l. quāuis. in fi. secūdū Azo.

k *Respublica.* scilicet alicuius ciuitatis. sic accipitur infra, de publi. sed & hi. §. j. Accursius.

l *Præferuntur.* scilicet fisco similiter & reip. præferuntur priuati, si postea respublica pignori accepisset: vt. C. qui pot. in pign. ha. l. si fundum. Accursius.

Qui balneum.] CASVS. A kal. Ianuarij vsque ad kal. Maij balnea tibi locaui: & seruū mihi obligasti: medio tēpore eū-

ff. Vetus.

VII. IDEM libro tertio Disputationum.

Idemque est, si ex nummis pupilli fuerit res comparata [a]. Quare si duorum pupillorum nummis res fuerit [b] comparata: ambo in pignus concurrēt pro his portionib⁹, quæ in pretium rei fuerint expēsæ. Quòd si res non in totum ex nummis cuiusdam [c] comparata est, erit concursus vtriusque creditoris, id est & antiquioris, & eius cuius nummis comparata est [d].

Si duobus res simul obligatur sub conditione quæ simul extitit, ambo concurrunt in pignore. Bartolus.

¶ Si tibi quę habiturus sum obligauerim, & Titio [e] specialiter fundum, si in dominium meū peruenerit, mox dominiū eius adquisiero: putat Marcellus cō currere vtrumque creditorem & in pignore. Non enim multum [f] facit [g], quod de suo nummos [h] debitor dederit: quippe cum res ex nummis pigneratis empta, non sit pignerata, ob hoc solum, quòd pecunia pignerata erat.

Respublica vel priuatus prior in tempore, præfertur fisco in iure. Bartolus.

VIII. IDEM libro septimo Disputationum.

Si pignus specialiter [i] respublica [k] acceperit, dicendum est, præferri eam fisco debere, si postea fisco debitor obligatus est: quia & priuati præferuntur [l].

Tempus conuentionis inspicitur, si non est in potestate debitoris an debitum contrahatur, vel conditio impleatur. sed si in eius fuerit potestate, tempus quo cedit, & venit dies obligationis, inspicitur. Bartolus.

IX. AFRICANVS libro octauo Quæstionum.

Qvi † balineum ex kalendis [m] proximis conduxerat, pactus erat, vt homo Eros [n] pignori locatori esset, donec mercedes soluerentur. Idem [o] ante kalendas Iulias eundem Erotem alij ob pecuniam creditam pignori dedit. Consultus, an aduersus hunc creditorem petentem Erotem, locatorem prætor tueri deberet? respondit, debere [p]. licet enim eo tempore homo pignori datus esset, quo† nondū quicquam pro conductione deberetur [q]: quoniā tamen iā tūc in ea causa Eros esse cœpisset, vt inuito locatore ius pignoris in eo solui non posset [r]: potiorem eius causam habendam. ¶ Amplius, etiam sub cōditione creditorem tuendum putabat aduersus eum, cui postea quicquā deberi cœperit [s]: si modò non ea conditio sit, quæ inuito [t] debitore impleri non possit. Sed & si hęres ob ea legata, quę sub conditiōe data erāt, de pignore rei suæ conuenisset [u], & postea eadem ipsa pignora ob pecuniam creditam pignori dedit [x]: ac postea conditio legatorum exstitit: hic quoque tuendum eum, cui prius pignus datum esset, existimauit [y].

A dem alij obligasti: quis potior sit, quæritur. Et rñ. q̄ ego qui locaui, licet eo tēpore quo obligatus fuit cōductor secundo, nihil potui petere ex cōductione: cū neque venit, neq; cessit dies: tamen pignoris obligatio ad tēpus conductionis referenda est, id est initium, vt me inuito alij obligare non possit. [SED SI.] Testator aliquid mihi legauit si nauis venerit ex Asia. cauit mihi hæres de restituendo legato aduenіente conditione, & rem quandam mihi obligauit. eandem rē obligauit alij secundo: & extitit postea conditio. quis nostrū potior fit, quæritur. Et respon. q̄ ego legatarius, cum cō ditio sit talis quæ inuito hęrede possit impleri. secus si non posset: vt si aliquis rem suam obligauerit si ei pecunia numeretur: qua nō subsecuta, si medio tēpore obligauerit alij, & ille pecuniam numeret: licet postea primo numerauerit, tamē potior est secundus: quia in potestate debitoris fuit, acciperet, neene. & hoc dicit superior ꝑ proximus. &. §. amplio. [TITIA.] Mulier quędam rem non suam mihi obligauit, deinde alij. postmodum domina effecta, marito æstimatam dedit in dotem: & mihi pecuniam meam soluit: an in persona secundi pignus cō ualescat: cum desinat mihi teneri? Et respō. quòd non: quia nullo tempore res fuit mulieris, cum eam obligauit: & quod dicitur q̄ incipiat teneri secundo, & primo desinat teneri: tunc locum habet, cum res fuit in bonis debitoris eo tempore quo desinit teneri primo: quod non est in hoc casu: quia neque tempore quo mihi soluebatur: neque tempore obligationis erat in bonis mulieris. & hoc si maritus ignorabat rem secundo creditori esse obligatā: quia secus si sciret. Viuianus.

† *Hūc legē explicat ele gāter Ant. Au. lib. 4. cap. 14.*

† *Hic videtur tex. ex. & hoc dicit superior ꝑ ſſus q̄ pē proximus. &. §. amplio. sio debet sol ui & fine animi. ad quod cōcor. tex. & l. ædē. C. loca. text. ad idē & l. si ædes. §. sed cū in annum.*

m *Ex kalendis.* scilicet Ianuariis vsque ad aliàs kalendas Ianuarias.

n *Eros.* proprium nomen.

o *Idem.* scilicet conductor. Azo.

p *Debere.* Sed contra videbatur: vt supra, titu. j. Titius. quæ est contra. Sol. ibi erat in potestate cuiuslibet tam creditoris quàm debitoris non accedere ad contractum: vt supra, si cer. pe. qui pecuniam. hic non: vt. C. de act. & oblig. sicut.

q *Deberetur.* vt peti posset. Azo.

r *Non posset,* secus ergo si posset. & sic est contra, infra, eo. l. Lucius Titius. ibi solues.

s *Cœperit.* vt & infra, eod. l. potior. §. primo.

t *Inuito.* vt puta si tibi numeratū fuerit. inuitus enim debitor nō cogitur nummos à creditore accipere: vt infra, eo. potior. j. rñ.

u *Conuenisset.* quia obligauit legatario pro legato soluendo aduenіente die. Accursius.

x *Dedit.* scilicet hæres.

y *Existimauit.* scilicet Africanus, & est ratio: quia non est in potestate hæredis hæc conditio: vt supra, proxi. respon. aliàs contra, supra titu. j. l. Titius.

BIU Cujas

Pignus super re aliena contractum non potest confirmari, si tempore quo causa cõfirmationis euenit, res in bonis debitoris non reperiatur. Bartolus.

¶ Titia prædium alienum Titio pignori dedit, pòst Mæuio[a]: deinde domina ei[a] pignoris facta, marito suo in dotem æstimatum dedit. Si Titio soluta sit pecunia, non ideo magis Mæuij pignus cõualescere placebat. tunc enim priore dimisso, sequentis cõfirmatur pign[o], cum res[b] in bonis debitoris inueniatur[c]. In proposito autem maritus emptoris[d] loco est: atque ideo, quia neque tunc cũ Mæuio obligaretur, neque cũ Titio solueretur, in bonis mulieris fuerit: nullum tempus inueniri, quo pignus Mæuij cõualescere possit. [e] hæc tamẽ ita, si bona fide[f] in dotem æstimatum prædium maritus accepit, id est, si ignorauit Mæuio obligatum esse[g].

In pignoribus captis ex causa iudicati, qui prior est in tempore, potior est in iure. Bartolus.

X. VLPIANVS libro primo Responsorum.

SI & iure iudicatum[h] [est,] & pign' in causam iudicati ex auctoritate eius, qui iubere potuit, captum est: priuilegiis[i] tẽporis[k] fore potiorem hæredẽ eius, in cuius persona pignus constitutum est.

Si obligatio conditionalis purificetur, retro non trahitur, si fuerit conditio potestatiua. secus si casualis. Bartolus.

XI. GAIVS libro singulari de Formula Hypothecaria.

POtior est in pignore, qui prius credidit pecuniam, & accepit hypothecam, quamuis cum alio antè conuenerat, vt si ab eo[l] pecuniam accepisset,* res esset ei[m] obligata: & ab hoc

a *Pòst Mæuio.* non simpliciter, sed ita cum Titio desierit esse obligatum. sic & ponitur infra, eodem. l. si prior. §. à Titio. aliàs ita conualesceret in vno sicut & in alio eo tempore quo cœpisset esse suum dominium, & vtrique pro parte esset obligata: vt supra, de pign. l. si fundus. §. si duo. & supra, eo. idemque. in fin. Vel dic q̃ hic Mæuius erat sciens alienam, & alteri obligatam. Sed quomodo fuit Titio obligata? Respon. erat debita mulieri: vel vt supra, de pign. l. si fundus. §. aliena. vel creditor ignorauit: vt supra, de pign. l. prima. in prin. Accursius.

b *Cum res.* not. l. regulam.

c *Inueniatur.* tempore quo debet cõfirmari. Accursius.

d *Emptoris.* maxime si æstimatum prædium accepit: vt Codice, de iure dotium. l. quoties. nam si inæstimatum: idẽ quo ad hoc: habebit ergo liberum: vt supra, titulo. j. l. Aristo. j. rñ.

e *Posit.* supra, titu. j. l. creditor. §. primo. cõtra. Solu. vt ibi. Acc.

f *Bona fide.* maxime. hoc enim equidem potest impedire hypothecariam actionem, vel inducere. ius enim actoris tantum est intuendũ: vt supra, si pars hæreditatis petatur. l. prima. §. primo. & infra, de iure fisci. l. est decretum. Accursius.

g *Obligatum esse.* scilicet prædium.

Si & iure.] CASVS. Conueni debitorẽ meum, & condemnatus est: quia noluit parere iudicatis. missus fui in pos. rerum suarũ per executorem auctoritate iudicis. si veniat alius creditor cui tenebatur actione aliqua personali, an sit potior me in pignore, quæritur. Et respon. quòd non, sed tam hæres meus quàm ego potiores sumus. Viuianus.

h *Iudicatum.* id est, q̃ sententia valet.

i *Priuilegiis.* non loquitur hæc lex de aliquo pignore vel hypotheca cõuentionali: sed iudiciali tantũ: in qua dic quòd si egi cõtra debitorẽ meum ex quacũq; causa: & post condẽnationem fui auctoritate iudicis missus in possessionem: postea etiam alij creditores veniant: ego & hæres meus potiores sumus quolibet alio qui prætenderet dissimilem hypothecam posteriorem. Si autem prætenderet similem possessionem: tunc aut est mecum eiusdem tituli: vt quia sumus ambo legatarij: & tunc cõmunicabo cũ postea veniente: vt. j. vt in pos. lega. is cui. §. qui prior. vel ambo petemus nobis caueri: vt. j. de dam. infec. l. si finita. §. Iulianus. vel ambo ex contractu: vt. C. de bo. aucto. iu. pos. l. fi. §. j. quæ sunt cõtra. aut diuersis titulis sumus, vt vnus ex cõtractu, & alius est legatarij: & tũc qui prior est admissus, anteponit aliis: vt hic, &. C. c. l. ij.

k *Temporis.* quia prius fuit ei obligatum. & hoc siue secũdus habeat ex conuentione, siue ex adiudicatione. Idem econtra. nã qui

Flo. acceperit, sit res obligata: licet ab hoc postea accepit. pot.

A prior est tẽpore, potior est in iure: licet nullũ priuilegiũ allegauit.

Potior est.] CASVS. Conuenimus inter nos quòd mutuarem tibi. x. & tu mihi certam rem pignori dares. postea tu accepisti pecuniam ab alio, & eandem rem illi obligasti. si postea à me pecuniam accipis, quæro quis nostrum potior est in pignore? Et rñ. q̃ ille qui post nostrã cõuentionẽ mutuauit. non est autem idem si sum stipulatus pecuniã sub condi. & cum pignore. nam si tu postea pendẽ. condi. pignus illud alij obligasti, existẽte condi. ero potior in pignore. & ratio est in textu. [SICOLONVS.] Locaui tibi fundũ: & conuenit vt inuecta à te mihi tenerẽtur. antequã intulisti, alicui obligasti: & postea induxisti. quis nostrũ potior sit, quærit. Et rñ. q̃ posterior. Cætera satis plana sunt vsque ad l. si prior. Vi. l. *Ab eo.* primo sub hac conditione: vt. ff. e. ti. l. qui balneum. §. amplius. ij. respon.

B poſtea acceperat. poterat eñ, licet antè conuenit, non accipere[n] ab eo pecuniam. Videamus, an idem dicendũ sit, si sub conditione stipulatione facta, hypotheca data sit: qua pendente, alius credidit purè, & accepit eandem hypothecam, tunc deinde prioris stipulationis existat conditio, vt potior sit, qui postea credidisset. Sed vereor, num [o] hic aliud sit dicendum. Cum enim semel conditio extitit, perinde habetur ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est, sine cõditione facta esset. Quod & melius est[p].

Iste. §. potest cadere sub præcedenti summario. Vel dic: licet obligatio principalis sit pura, si tamen obligatio pignoris est sub conditione potestatiua contracta: tempus existentis conditionis inspicitur. Bartolus.

¶ Si colonus conuenit, vt inducta in fundum, illata, ibi nata, pignori essent: & antequã inducat, alij rem hypothecæ nomine obligauerit, tunc deinde C eam in fundum induxerit: potior erit, qui specialiter purè accepit: quia non ex conuentione priori obligatur, sed ex eo[q], quod inducta res est: quod posterius factum est.

Si obligantur partus vel fructus futuri, requiritur quòd res sit in bonis debitoris tẽpore obligationis. Bartolus.

¶ Si de futura re conuenerit, vt hypothecæ sit[r], sicuti est de partu: hoc quæritur, an ancilla conuentionis tẽpore in bonis fuit debitoris: & in fructib', si conuenit, vt sint pignori, æquè quæritur, an fund', vel ius D vtendi fruendi[f], conuentionis tempore fuerit debitoris.

Posterior creditor habet ius offerendi priori, & sibi pignus confirmare. Bartolus.

n *Non accipere.* vt & supra, si cer. peta. l. qui pecuniã. & ff. tit. j. l. pe.

o *Num.* id est, an.

p *Melius est.* vt. ff. e. l. qui balneum. §. ampli' j. rñ. & no. hoc referri ad tẽpus contractus cõditione postea existẽte: vt hic, & ff. de peri. & cõmo. rei ven. l. q̃ si pẽdente. in princi. & j. de mili. test. l. quod dicitur. & j. de fur. si quis vxori. §. fi. & ff. de contrahen. emp. l. nec emptio. & infra, de nau. fœ. l. nihil. in prin. Sed arg. cõtra. ff. de vsufruct. l. si fur. Sol. vt ibi notaui.

q *Ex eo.* Sic ergo nihil operatur conuẽtio, sed inductio: vt. C. lo. l. certi. respon. esto, sed causa tollendæ dubitationis videtur posita: ar. infra, de vsu. si stipulatus. & supra, man. l. qui mutuam. Vel aliter spectatur tempus inductionis: quia conditionis euentus pendebat de potestate debitoris: & ideo non spectatur tempus conuentionis: vt supra, eo. qui balneum. j. respon. & l. j. & supra, titu. j. l. pe. operari autem potest conuentio, quia etiam ignorante domino illata sunt pignori.

r *Hypotheca sit.* quod fieri potest supra, de pig. & quæ nondum sunt. in prin. Accursius.

Vsumfructum potest vsufructuarius obligare vsufructuario.

f *Vtendi fruendi.* nã potest vsufructuarius obligare suũ vsumfructũ: vt ff. de pig. l. si is qui. §. pe. Sed videtur q̃ nõ sufficiat fuisse in bonis debitoris tũc tẽporis, vt si apud aliũ postea sit cõceptus & natus partus, & satus fructus & natus: vt & supra, de pi. l. Paul'. §. fi. Sed respon. quòd tempore obligationis hic erant concepta & sata. Sed adhuc fallit in fructuario de quo hic dicitur. nam nõ pertinent ad eum fructus, etiam si sint maturi, antequã eos percipiat: vt instit. de re. di. §. is vero. Sed dic q̃ probatur hoc quòd tempore obligationis fuerit dominus vsusfructus, non solũ nunc. nam alterum non sufficit sine altero: vt hic, & supra, de pi. si superauus.

BIU Cujas

ratus. &.l.& qui nondū sunt. §. quod dicitur. Item contra. ff. de acqui. re. do. l. fi. vbi dicitur non inspici tempus conceptionis, sed partus tantum. Sol. ibi nil de pignore proponitur, sed de domino tantum. sed illud potest dici in præiudicium domini primi: non autem hæc considerantur in præiudicium creditoris: vt hic.

a *Soluatur*. vt. C. e. l. j. Sed an idē si prior creditor possidens secūdo creditori offerat? Rñ. sic. nā debet licere, qđ cuilibet extraneo liceret: vt. ff. quib. mo. pi. vel hypo. sol. Paul⁹ respon. §. fi. Azo.

b *Creditor. Si nō*. verba exceptionis.

c *Possidēte*. scilicet secundo creditore.

d *Replicabit*. s. si nō ante esset mihi obligata.

e *Poterit*. id est, debebit. Accursius.

f *Possessor*. scilicet primo creditori.

g *Ex præfatis*. vno vel altero, vt rem restituat, vel æstimationem. vel dic, in ipsa sorte tantū, vel interesse, vel quātū in litem fuerit iuratū. & secundū hoc præfatis, respicit quod plerūque est dictū in tractatu de pignoribus, maxime. ff. de pig. l. si & fundus. §. in vindicatione. & l. si inter. §. fi.

h *Creditori*. à debitore.

i *Vtrūque*. i. personā & rem obligauit.

k *Vnde si*. quia tūc demum potior est, cū in priore contractu de pignore nihil conuenit: vnde &c. & qđ dicit, in diem. s. incertum, id est, sub conditione.

l *Quin potior*. qui cōuenit in diem: vt. ff. eo. potior. §. j. Accursius.

m *Tertius est*. vt &. j. c. l. quærebatur.

n *Pecunia autem*. ablatiui absoluti.

o *Secundo loco*. huic nō rñ. sed dic in dubio videri remittere: vt infra, quib. mo. pig. vel hypo. sol. l. Paulus.

Si prior.] CASVS. Mutuaui tibi. x. & rem tuā mihi obligasti: deinde Titio eandem obligasti, & pro aliis. x. cādem rem interim mihi obligasti: & cum aliis pignoribus animo nouandi stipulatus sum vtraque. x. quis nostrum potior sit: quæritur. Et rñ. cp ego: ideoque rem obligatā vendere possum, nō oblata pecunia à Titio: & hoc verū est in primis. x. in aliis qequid. ff. prima. x. cōsecutus fuero, Titio restituam, cū in suis potior sit & prior me. [SCIENDVM.] Rem tuā mihi

¶ Si paratus est posterior creditor priori creditori soluere, qđ ei debetur, videndum est, an competat ei hypothecaria actio, nolente priore creditore pecuniam accipere. Et dicim', priori creditori inutilem esse actionem, cum per eum fiat, ne ei pecunia soluatur[a].

Prior in tempore contra secundum creditorem agentem habet exceptionem: & cōtra excipientem replicationem ex prioritate temporis. Bartolus.

XII. MARCIANVS libro singulari ad Formulam Hypothecariam.

CReditor, qui prior hypothecam accepit, siue possideat eam, & alius vindicet hypothecaria actione: exceptio priori vtilis est, *si non*[b] *mihi antè pignoris hypothecæve nomine sit res obligata*: siue [ab] alio possidente[c] prior creditor vindicet hypothecaria actione, & ille excipiat, *si non conuenit, vt sibi res sit obligata*: hic in modum supra relatum replicabit[d]. sed si cū alio possessore creditor secundus agat: rectè aget, & adiudicari ei poterit[e] hypotheca: vt tamen prior cum eo agendo auferat ei rem.

Qui soluit litis æstimationem primo creditori: non liberatur à secundo. Bar.

¶ Si, quoniam non restituebat rem pignoratam possessor[f], cōdemnatus ex præfatis[g] modis, litis æstimationem exoluerit: * an perinde secundo creditori[h] teneatur, ac si soluta sit pecunia priori creditori, quæritī? Et rectè puto hoc admittendū esse.

Qui prior de hypothecariis creditoribus conuenerit, potior est alio qui prius conuenit de debito. Bartolus.

¶ Si primus, qui sine hypotheca credidit. post secundum, qui vtrūque[i] fecit, ipse hypothecam accepit: sine dubio posterior in hypotheca est. Vnde si[k] in diem de hypotheca cōuenit: dubiū non est, quin potior[l] sit, licet ante diem cum alio creditore purè de eadem re conuenit. ¶ Si idem bis, id est, ante secundū, & post eū crediderit: in priore pecunia potior est secundo: in posteriore tertio est[m].

Si res obligata alteri obligetur de voluntate creditoris, quo ad illum prior hypotheca inutilis est: quoad alios, inspicitur quod actum est. Bart.

¶ Si tecum de hypotheca paciscatur debitor, deinde idem cum alio tua voluntate: secundus potior erit. pecunia[n] autē soluta secundo, an rursus tenea tur tibi, rectè quæritur. Erit autem facti quæstio agitāda, quid inter eos actū sit: vtrum vt discedatur ab hypotheca in totum, cum prior concesit creditor alij obligari hypothecam: an vt ordo seruetur, & prior creditor secundo loco[o] cōstituat.

Potest quis in suummet locū succedere: & ratio prioritatis facit vt possit quis inuito alio pignus vendere. Bar.

¶ Papinianus libro vndecimo respondit. si prior[p] creditor postea nouatione facta, eadē[q] pignora cum aliis[r] accepit: in suum locum cum succedere[s]. sed si secundus non offerat pecuniam, posse priorem vendere[t], vt primam tantum pecuniam expensam ferat, non etiam quam postea credidit: & quod superfluum ex anteriore credito accepit[u], hoc secundo restituat[x].

Secundus creditor habet rem obligatam tam pro credito suo, quàm pro sorte & vsuris quas primo creditori soluit. Bartolus.

¶ Sciendum est, secundo creditori rem teneri etiam inuito debitore, tam in suum debitum, quàm in primi creditoris, & in vsuras suas, & quas primo creditori soluit[y]: sed tamen vsurarum, quas creditori primo soluit, vsuras non consequetur. nō enim negotiū alterius gessit[z], sed magis suum[a]. & ita Papinianus libro tertio responsorū scripsit: & verum est.

Secundus creditor contra omnes est potior, excepto primo. Bartolus.

¶ Si simpliciter[b] conueniſſet secundus creditor de hypotheca: ab omni possessore eam auferre poterit[c], præter priorem creditorem, & qui ab eo emit.

Tertius qui succedit in locum primi, potior est secundo. Bartolus.

¶ A Titio † mutuatus[d], pactus est cum illo, vt ei prædium suū pignori hypotheceve esset. deinde mutuatus est pecuniam à Mæuio, & pactus est cum eo, vt si Titio desierit prædium teneri, ei teneatur. tertius deinde aliquis dat mutuā pecuniā tibi[e],

A obligasti, deinde alij. si ille secūdus mihi soluat, quatenus res obligata sibi teneat: qritur. Et rñ. cp tenebitur non solū propter suū, sed etiā ppter vsuras vsurarū quas soluit: quia non debitoris, sed suū gessit negotium soluendo: vt. s. esset potior, & solus in pignore. [SI SIMPLICITER.] Si rem tuā mihi primo obligasti: deinde Titio: & cōuenit Titi⁹ simpliciter vt res esset sibi obligata: tunc cū desiisset tenere, eam à quolibet possidente auocare poterit prætorquā à me vel ab eo qui à me emit. secus si esset dictum vt desineret mihi teneri: quo casu posset auocare ab ēptore. [A TITIO.] Tertius qui succedit in locum primi, potior est secundo. Cætera plana sunt vsque ad. l. insulā. Viuianus.

p *Si prior*. aliàs. l. si prior. & aliàs scipit. §. Pōponius. vel Papi.

q *Eadem*. quæ primo accepit.

r *Aliis*. scilicet pignoribus.

s *Succedere*. videbatur prorsus extincta: vt infra, de noua. l. nouatio. quæ est contra. Sed contrarium est, quia in eodem statu reponitur: vt hic, & supra, eo. creditor acceptis. in prin.

t *Vendere*. facit pro lege ista. ff. tit. j. l. j. circa prin. Sed in fine huius. l. contra. Solu. vt ibi. Accursius.

u *Accepit*. ex pignore.

x *Restituat*. vt infra. e. l. quærebatur. sed qua actione? Respon. in factum forte.

y *Soluit*. vt. C. de pig. l. secundus creditor. & infra, titu. j. l. v. & ar. infra, ad Treb. l. deducta. §. qui post tempus. Ac.

z *Gessit*. in actione enim ne. ge. & vsurarum vsuræ quas gerēdo negotium dependit, veniunt. quo ad eū enim etiam totum est sors.

a *Suum*. quia suū, ideo non agit: vt & supra, man. l. antepe. §. ad eū. Sed ar. cōtra. ff. de vsufru. l. & si absentem.

b *Si simpliciter*. id est, sine tali conuentione: vt tunc demū esset obligata, si esset pecunia soluta priori creditori. Azo. vt infra, proxi. §. nā tunc à nullo peteret nisi liberata sit à primo.

c *Poterit*. quantum enim ad omnes alios pertinet, iste potior est: vt & ar. supra, si serui. vindi. loci. §. cōpetit. Accursius.

d *Mutuatus*. scilicet Mæuius.

e *Tibi*. mutat pſonas.

† *No. casum notabilē & mentī tenēdum, secundum Bald. quia cōmuniter contra eum respondetur.*

BIU Cujas

vt Titio solueres, & paciscitur tecum vt idem prædium ei pignori hypothecæve sit, & locũ eius subeat.* num hic medius[a] tertio potior est, qui [b] pactus est, vt Titio soluta pecunia, impleatur conditio, & tertius de sua negligentia[c] queri debeat? Sed tamen & hic tertius creditor secundo præferendus est[d].

Non solum qui soluit, sed qui patitur pignus vendi vt priori seu potiori soluatur, potest in prioris creditoris locũ succedere. Bar. B

℣ Si tertiꝰ creditor pignora sua[e] distrahi permittat, ad hoc, vt priori pecunia soluta, in aliud pignus priori succedat: successurum[f] eum Papinianus libro vndecimo responsorũ scripsit. & omnino secundus creditor nihil aliud iuris habet, nisi vt soluat priori[g], & loco eius succedat.

Potest prior impedire secundum volentẽ vendere, licet ipse vendere nõ possit. Bar.

℣ Si priori hypotheca obligata sit, nihil verò de venditione cõuenerit, posterior verò de hypotheca vendenda conuenerit: verius est priorem potiorem esse. Nã & in pignore placet, si prior cõuenerit de pignore, licet posteriori res tradatur, adhuc potiorẽ esse priorem[h]. C

Ista lex legitur duobus modis: vno modo secundum gl. secundum quam h.d. Conuentio facta super debito inter plures diuidendo, porrigitur ad pignora si vtrique sufficiunt. aliàs cui primum debet solui debitum, præfertur in pignore: nisi aliud sit actum h.d. Et diuiditur in tres partes. Primo ponit thema. Secundo incipit respondere distinguendo quæstioni resultanti ex thema te. Tertio ponitur circa hoc dictum Pauli iurisconsul. Secunda ibi, pignorum. Tertia ibi, Paulus. Vel sic summatur secundum alium modum legendi: Conuentio quòd pignora pertineant ad vtrumque, intelligitur eo ordine quo solui debitum principale debet, nisi aliud actum sit. Bartolus. D

XIII. PAVLVS libro quinto ad Plautium.

Si quis per fundum.]CASVS. Habebas fundum communem cum Titio & Seio: tu solus constituisti mihi seruitutem itineris: postmodum alij duo socij tui nolunt consentire. dicitur hic, quòd teneris mihi euict. nomine. Viuianus.
Cedentibus. vt. j. eo. l. ſi fundum. §. j. & cõtrariũ ibi signabis. Ac.

BIU Cujas

a L. Vcius Titius. intulit. scilicet hæres emptoris.
b Adsignatas. quod faciunt quandoque principes modico dato possessori gratia honoris: vt supra, de rei vin. item si verberatum. §. ij. Accursius.
c Pertinere. immo videtur, quòd sic: vt supra, loca. si fundus. quæ est contra. Sol. hic secuta fuit traditio: ibi non, secundũ Azo. Vel hic erat publicatus ex delicto emptoris: ibi ex delicto venditoris, secundum Ioannem.
d Simplæ. puta promittis mihi hominem, quem vendis mihi, esse noxa solutum: & dic, quòd ad priuatas non ad noxas publicas pertinet. priuatæ sũt ex priuatis delictis, publicæ ex publicis: vt pro adulterio, homicidio, & similibus. vt supra, titu. j. quis sit fugitiuus. §. qđ autem. ibi, noxas autem &c. & ifra, de verb. sig. l. hæc stipulatio. Sed cõtra ifra, eo. tit. de verb. sig. l. si plures. §. fin. Vbi dicit, quòd appellatione noxæ omne delictũ cõtinet. Sol. hic restringit ratione cõtract⁹ vẽditionis super quo apponitur hic stipulatio.
*Noxæ appellatione omne delictum continetur. *Flo. noxæ*
e Nõ posse. dicẽdũ est.

QVidã.]CASVS. Titius, Mæuius, & Seius erant hæredes instituti. Titius solus vendidit omnia prædia hæreditaria, & pretij partẽ alij cohęredes receperunt: si postea prędia ista fuerint euicta, vtrũ cohæredes Titij teneantur de euicti? Respõdit, ꝙ si præsentes fuerunt, videntur consensisse: & ideo tenẽtur. Viuian⁹.
f Vendidit. præsentibus cæteris cohęredib⁹, nec cõtradicẽtibus.
g Adfuerunt. immo non eo ipso, sed quia pretiũ receperunt per quod videntur voluisse. vnde nec vindicare possunt, & tenentur de euictione: vt hic, & infra, de do. excep. l. apud. §. quæsitum est, si cum fundi. & infra, de dona. inter vi. & vxo. l. seruus cõmunis. in fi. secus si non voluissent: vt infra, e. ex mille. §. fin. & supra, de contrahen. emp. l. rem alienam. ex prædictis patet, quòd male ponitur hic illud generale, præsens intelligitur consentire. tamen quidam ponunt hic: & pro eo est arg. infra, de admi. tu. l. ij. & supra, loca. l. item quæritur. §. qui impleto. & arg. infra, de fideiuſ. tut. l. cũ ostendimus. §. fin. Arg. contra, supra, communi di. l. Sabinus. Et arg. cõtra, supra, qui. mo. pig. vel hypo. sol. sicut. §. non videtur. & supra, de pig. act. l. Gaius. & supra, de pigno. si fideiussor. §. penul. & supra, manda. qui patitur. & infra, de spon. l. in sponsalibus. §. fin. & infra, de leg. ij. Titia. §. Lucia. Et potest dari quædam generalis responsio ad omnia contraria: vt infra, de re iudi. sæpe. §. cur autem. secundum Azo. Accursius.
h Dissenserunt. immo plus fecerũt. quia pretiũ receperũt: vt dixi.

Bonitatis.]CASVS. In. l. ista cũ duabus. ll. seq. tractatur de eodem. Et dicitur sic: Si vendo tibi fundum, & promitto tibi duplam vel simplam euictionis nomine: siue totus fundus euincitur, siue pars: teneor ex stipulatione simplæ vel duplæ, inspecta bonitate quæ erat tempore venditionis: non cum res euincitur. sed si forte venditor promisit tibi duplã euictionis nomine quãti res nunc est, vel pluris incipiat esse, tunc si res cœpit: & ideo si fundus creuit per alluuionem, inspicietur bonitas quæ est per alluuionem. Viuianus.
i Bonitatis. Lex ista nec in actione ex empto locum habere potest: quia in ea tempus euictionis spectatur: vt infra, e. euicta re

partẽ pretij intulit. a Cum in re siduã quãtitatem hęres emptoris cõueniretur, quæstionem retulit, dicens has possessiones ex præcepto principali partim distractas, partim veteranis ĩ prẽmia adsignatas b. Quęro, an huius rei periculũ ad vẽditorẽ pertinere possit? Paulus respõdit, futuros casus euictionis post cõtractã emptionẽ ad venditorem nõ pertinere c: & ideo secũdum ea quæ proponuntur, pretium prædiorum peti posse.

Verbum noxa, prolatum in contractu priuato, restringitur ad primam noxam tacitam. hoc dicit.

℣ Ex his verbis stipulationis duplæ vel simplæ d, *eum hominẽ quo de agitur, noxa* e *esse solutum*: venditorem conueniri nõ posse c pro pter eas noxas quæ publicè coërceri solent.

Not. istam. l. quòd eo ipso quòd probatur pretii perceptio ex certa scientia, probatur venditio. hoc dicit. Bartolus.

XII. SCAEVOLA libro secundo Responsorum.

QVidã ex parte dimidia hæres institutus, vniuersa prędia vẽdidit f, & cohæredes pretium acceperũt. Euictis istis, quęro, an cohęredes ex empto actione teneãtur? Respondi, si cohæredes præsentes adfuerunt g, nec dissenserunt h, vi

A vendita. nec in actione ex stipulatu: quia vt ipsi dicunt, in ea non habetur ratio bonitatis: vt infra, e. ex mille. §. j. Itẽ secundum nos qui dicimus rationem haberi bonitatis in ea, saltem eius bonitatis quæ erat tempore contractus, non videtur posse stare quod de alluuione dicitur: quia in actione ex stipulatu venire non debet: sicut nec partus postea edit⁹: vt. j. e. si prægnãs. Item si ageretur ex empto propter alluuionẽ, non debet inspici tempꝰ quo accessit, sed quo euincitur. quare dicas has tres leges loqui in actione ex stipulatu, & tertiam scilicet illã, sed si quid in eo casu cum promisit de dupla pro re principali, & rebus quæ accedunt vel accedent. Azo.

deri vnumquemque partẽ suã vendidisse.

XIII. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

BOnitatis i æstimationem faciendam, cum pars euincitur, Procul⁹ rectè putabat, quæ fuisset venditionis tẽpore, non cum euinceretur:

XIIII. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

B NOn in dimidiam k quantitatem pretij:

XV. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

SEd si quid l postea alluuione accessit: tempus quo accedit, inspiciendum [est.] ℣ Si vsusfructus euincatur: pro bonitate fructuum m æstimatio faciẽda est n. Sed & si seruus euincatur, quãti minoris ob id prædium o est, lis æstimanda est.

Illa quæ accedunt rei venditæ, veniunt solum in actione ex empto. Bartolus.

XVI. POMPONIVS libro nono ad Sabinum.

C EVicta re vẽdita, ex empto erit agẽdũ de eo quod accessit p: quemadmodũ q ea quæ empto fundo nominatim r accesserũt, si euicta sint [ĩ simplũ,] simplum præstatur s. ℣ Duplæ stipulatio cõmitti dicitur tunc, cũ res restituta t est petitori, vel dãnatus est litis æstimatione u,

k *NOn in dimidiã.* licet dimidia euicta sit pro diuiso: quia forte pars euicta melior erat, vel deterior: vt. ŝ. eo. l. j. Accursius.
l *Sed si quid.* Quidã dicũt hãc legem loqui ĩ actione ex empto: quod stare non potest.
m *Fructuum.* percipiẽdorum. nã ideo plus valet res quæ plures reddit fructus: vt in authẽ. de ecc. titu. §. sin autem annale.
n *Faciẽda est.* ĩ actione ex empto, & in stipulatu loqui potest.
o *Prædium.* cui inhæret seruus: vt arg. ŝ. de cõtrahen. emp. si in emptione. Accursius.

EVicta.]CASVS. Ancillam prægnantem vẽdidisti, & de dupla cauisti. apud me perit. partus euict⁹ est: an agere possim de dupla? Et respõ. quòd nõ, sed ex empto ad ĩteresse: sicut eo euicto quod specialiter fundo accessit. [DVPLAE.] Trib⁹ modis cõmittitur stipulatio duplę: si aliquo agente cõdẽnatus fuerit emptor vt restituat, & restituit: vel si non restituit, sed æstimationem. & si cecidit à possessione, & petierit, & succubuit. [SI SERVVS.] Seruũ mihi vẽdidisti, & de dupla cauisti, & sanũ esse: fugitiuum ꝓmisisti nõ esse: an nõ obstãte eo ꝙ agã de dupla seruo euicto, agere possum redhibitoria, vel quanto minoris ꝓpter vitiũ vel fugã: quæritur. Proculus dicit referre an iterfuit mea cũ fui dominus: an cũ nõ fui. Primo casu agitur. Secũdo nõ: quia in nullo pauperior sum: cũ dominus nõ sum. Primo casu stipulationem quã acquisiui, amittere nõ possum, neque euictione, neque manumiſ. &c. Item & si interesset mea cum dominus non fui: non tenetur mihi inquantum ad prẽsentem operam: licet dubium fuerit quantum apud me fuerit permansurus. Et hæc omnia dicit allegãdo. in fine dicit, quòd ad omne quod mea interest, vel interfuerit post stipulationẽ, agere possum, & corrigit præmissa.

p *Accessit.* tacitè, vt partꝰ qui est in ventre: sed de eo quod principaliter venditum est, agitur etiam ex duplæ stipulatione: sed de his quæ accedunt tacite vel expresse, ex empto tantum: vt hic, & supra, de act. emp. l. ex empto. §. si quis rem vendiderit. Accursius.
q *Quemadmodum ea.* hic accipe si, quod est infra: & hoc siue tempore venditionis, siue ante, siue post.
r *Nominatim.* secus si generaliter. vt supra, eo. l. serui.
s *Præstatur.* per actionem ex empto.
t *Restituta.* fuit ergo tradita. aliàs non committitur, licet quidam contra: vt not. infra, de excep. do. l. iij. Item quid si non tradiderit? Respon. vt infra, de excep. l. iij. Accursius.
u *Æstimationem.* Hic est contra infra, eo. l. si cum venditor. §. si secũd⁹. Sol. hic dãnat emptor ĩ litis æstimatione. vnde nõ licet ei

BIU Cujas

habere. ibi vero venditor factus est procurator in rem suam, qui mandati non habet regressum: quare emptori licet habere.

a *Ab emptore.* Hic est contra. infrà, eo. l. si rem quam. §. si duplę. Solu. ibi per suam culpam cecidit à possessione, hic non.

b *Absolutus.* fortè quia suam probauit possessionem.

c *Duplă.* pro euictione, non de sanitate vel fuga: quod patet: vt. j. quod si sanum esse &c. Vel dicas hic de fuga, & similib⁹ stipulatum: vt infra proxi.

d *Agere.* scilicet quã to minoris, vel ex stipulatu, si de vitiis fuit promissum.

e *Euictus.* forte hypothecaria, vel confessoria ratione vsusfru. Ac.

f *Factus.* cum dominus esset venditor: vt infra, de acquir. re. domi. l. traditio.

g *Non esset.* quia non fuit actoris. Accursius.

h *Cœpi.* ex causis superioribus.

i *Manumissione.* scilicet contingente, nõ ob meum factum, sed quia statuliber erat: alioquí contrarium est. ŝ. tit. j. si hominem. &. j. eo. si seruum cuius. Azo.

k *Causa.* necessaria alienatione interueniente: vt si cõductio rei mihi *Flo. ob ea* venditæ, & alij legatæ sub conditione extiterit. Accursius.

l *Quòd si sanum.* ita videtur dici, si tamen stipulatus est esse sanum: aliter potest dici. nam semper allegando dicit vsque illuc: summam autem &c.

m *Ad præsentẽ vsum.* vt propter operas: vt. ŝ. tit. j. l. iustissime. §. fin.

n *In obscuro.* scilicet interesse.

o *Et an.* scilicet ignorantibus repete.

p *Promisissem.* scilicet sanum.

q *Summam.* omissis supradictis ineptis.

r *Tantum.* scilicet interesse.

s *Consequar.* etiam si non est factus meus. & hoc interesse liquet iam euicto homine. Sed si nondum sit euictus, nõ apparet, quòd operas propter morbum, vel fugam, sit amissurus. quod ergo poterit interesse considerari? Respon. agitur semper forte pro præterito. & sic pluries, sicut ex cautione damni infecti: vt infra, rem ra. habe. si procurator. Accursius.

Vindicantem.] CASVS. Si venditor velit vindicare rem à se venditam, repellitur except. doli, licet dominium eius alio titulo acquisiuit. Cætera clara sunt vsque ad. §. si homo in. l. sed & si stipulatio. Viuianus.

t *Conatur.* scilicet sic veniendo contra factum suum: vt dixi. ŝ. de adop. post mortem. immo debet eam confirmare cũ potest: nec debet distrahere: vt hic, &. ŝ. de act. emp. si quis alienã. &. j. de vsu cap. l. cum vir. & arg. ŝ. de rei vin. si à Titio. & ar. ŝ. de pig. act. rem alienã. in prin. & arg. ŝ. de pig. l. j. ij. respon. & ar. ŝ. de distrac. pig. l. & si is. Sed cõtra hãc regulã est. C. de agri. & cen. quemadmodũ. lib. xj. vbi idé venditor vindicat, vel reuocat quod vendidit. Sed ibi ideo, quia cõtra legem erat facta venditio. Item. C. de li. cau. l. j. similiter est cõtra. Sed ibi respon. similiter. Vel speciale est ibi fauore libertatis. Item tertium contra. j. qui & à qui. l. si seruo. vbi manumissor alieni serui extitit hæres domino, & nõ confirmatur libertas. Sed certe licet ibi non confirmetur, nõ tamen potest manumissor venire contra. Item contra supra, e. l. qui à pupillo. & infra, eo. sed & si stipulatio. §. j. Sol. ibi specialia sunt fauore libertatis. Item not. hic ex hac. l. & prædictis regulam talem: quem de euictione tenet actio, eundem agentẽ repellit exceptio. & pro hac regula. C. ne cũ repet. de re. alie. non alie. l. j. *Exceptio* etiã hæc regula. C. *quem* u *Eligere.* vt. C. de re. *actio de re* alie. non alie. l. venditri *tenet.* ci. Accursius.

x *Sed & si exceptio omissa.* Sed si sit omissa sua culpa, est condẽnatus. ergo nihil debet consequi: vt infra, eo. si rem. §. si duplæ. & infra, de reg. iur. quod quis. in fi. j. respon. hãc culpam non potest sibi imputare venditor: cũ ex ea lucrum senserit id est rem: vt infra, de iur. do. cũ in fundo. §. quod si mulier. sed si omisit exceptionem, & sic sciẽter reddidit: ergo non debet vnquam repetere: vt supra, de condic. indeb. l. j. quæ est contra. Solu. hic habet emptor actionẽ & excep. vt supra, l. proxi. & hic restituendo rem solam, exceptioni renuntiare videtur: remanet ergo actio sibi, maxime cum sciat suũ ius durare: vt supra, qui. mo. pig. vel hypo. sol. sicut. §. nõ videtur. in. l. autẽ contraria habebat conuentus solam exceptionem, & forte illam tãtum facti siue intẽtionis, vel etiã iuris. vnde cum soluendo illi renũtiare videatur, sibi nihil remanet.

y *Opposita.* Sed nonne tũc iniuriam passus est: ergo agere non debet: vt. j. eo. si per imprudentiam. j. respon. quæ est cõtra? Respon. venditor non potest allegare cõtra eũ secũdũ se per iniuriã iudicatum. arg. infra, de leg. j. si seruus plurium. §. j.

z *Ea.* scilicet exceptione.

Sed & si stipulatio.] CASVS in. §. si homo. Hominem mihi vendidisti, quem credebas seruum, cum liber erat. de dupla cauisti, si euincerer: & apparuit liber, & eũ hæredẽ instituisti. si in libertatẽ ꝓclamet, eũ ipsum de euictione habeo obligatũ. Viuia.

a *Sed & si stipulatio.* de euictione.

b *A Titio.* & traditus fuerit mihi. Accursius.

c *Liberum.* post traditionem reperiens eum liberum.

d *Ipsum.* tanquam hæredem venditoris. & sic libero homine euicto in libertatem de euictione agitur: vt hic, & supra, manda. l. si procuratorem. §. si liber.

e *Habebo.* sed nonne potest remoueri exceptione rei venditæ & traditæ ex persona eius cui successit? Respon. vtique. sed per se replicabit nullam fuisse venditionem liberi hominis. Vel dic fauore libertatis hoc esse: vt supra, eo. l. qui à pupillo. Accursius.

Fvndũ meũ.] CASVS. Obligaui tibi fundũ, & Titio eũdẽ vendidi, & ab eodẽ postea emi, qui mihi de dupla cauit. an ista cautio de dupla sic large intelligatur, vt si à me euincatur, teneatur mihi Titius nomine euict. ad duplã, quæritur. Et respon. ꝙ non: quia illud videtur exceptum. vnde & si non excipiatur à Titio, quòd nolit teneri, si à me euincatur: si agam tamen euictionis nomine, repellet me Titius per exceptionẽ doli mali. Viuianus.

vel possessor ab emptore[a] conuentus absolutus[b] est.

Si res sit euicta ratione dominii, non potest agi quanto minoris, etiam propter vitium: secus si non ratione dominii. sed ad damnum occasione vitii receptum indistincte potest agi. Bartolus.

Si seruus cuius nomine duplam[c] stipulati sumus, euictus fuerit à nobis: an ob id quòd fugitiuus vel sanus non fuerit, agere[d] nihilominus possimus, quæritur. Proculus videndum ait[l], ne hoc quoque interfit, vtrùm tum euictus[e] sit, cùm meus factus[f] nõ esset[g]: an tum cùm meus factus esset. In eo enim casu quo meus factus est, statim mea interest, quanto ob id deterior est. Et quam actionem semel ex stipulatu habere cœpi, [h]eam nec euictione, nec morte, nec manumissione[i], nec fuga serui, nec vlla simili causa[k] amitti. At si in bonis meis factus non sit: nihil ob id, *quòd fugitiuus sit, pauperior sim: vtpote cum in bonis meis non sit. Quòd si sanum[l] esse, erronem non esse, stipulatus essem: tantum mea interesse, quantum ad præsentem[m] vsum pertineret: tametsi [id] in obscuro[n] esset, vt pote ignorantibus nobis, quandiu eum habiturus essem: & an[o] futurum esset, vt eum quisquã aut à me, aut ab eo, cui vendidissem, cuíve similiter promisissem[p], euinceret. Summam[q] autem opinionis suæ hanc esse, vt tantum[r] ex ea stipulatione consequar[s], quanti mea interfit, aut post stipulationem interfuerit, eum seruum fugitiuum non esse.

Habes hic regulam, quòd quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. vide in glo. Bartolus.

XVII. VLPIANVS libro vicesimonono ad Sabinum.

VIndicãtem venditorẽ rem quam ipse vendidit, exceptione doli posse summoueri, nemini dubium est, quamuis alio iure dominium quæsierit. Improbè enim rem à se distractam euincere conatur[t]. Elige re[u] autem emptor potest, vtrũ rem velit retinere, intentione per exceptionem elisa: an potius re ablata, ex causa stipulationis duplum consequi.

XVIII. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

SEd & si exceptio omissa[x] sit, aut opposita[y] ea[z], nihilominus euictus sit: ex duplæ quoque stipulatione, vel ex empto potest conueniri.

XIX. VLPIANVS libro vicesimonono ad Sabinum.

SEd & si stipulatio[a] nulla fuisset interposita: de ex empto actione idem dicemus. Si homo liber, qui bona fide seruiebat, venierit mihi à Titio[b], Titiúsque eum hæredem scripserit quasi liberum[c], & ipse mihi sui faciat controuersiã: ipsum[d] de se obligatum habebo[e].

Nota, quòd quando res euincitur facto empteris, etiam antecedente emptione, non tenetur venditor. Bartolus.

XX. POMPONIVS libro decimo ad Sabinum.

a *Eo nomine.* scilicet pignoris.
b *Obligareris.* id est, aggrauareris. Accursius.
c *Des.* scilicet promittendo in duplum, si res esset euicta.
d *Pro me.* ne tenearis ideo, quòd &c. Accursius.

SI seruus.] *CASVS.* Seruum alienum vendidisti mihi, & de dupla cauisti: antequã euinceretur, decesit. an committatur stipulatio de dupla, quæritur. Et dicitur, q̃ non. & causam reddit. si tamẽ dolũ in vẽdendo cõmiseris: quia alienũ sciens vendidisti, teneberis: vt. ff. de act. empt. seruus qui à me. §. fina. [*VNDE IVLIANVS.*] Alienum seruum mihi vendidisti, & de dupla cauisti, si euinceretur. cõuentus cõstitui te procuratorem, & litis æstimationẽ p̃stitisti. succũbis. an cõmittatur stipulatio de dupla, quæritur. Et dicitur, quòd non: quia si tu agas act. man. contra me, litis æstimationẽ quam præstitisti, à me non consequeris. Item neque mihi seruus ablatus est: si tamen ego cõuentus litis præstiti æstimationem, commissa fuit stipulatio de euict. & cũ mihi seruũ habere non liceret, si pretium eius non soluissem, potius eum habeo seruum ex ista secunda emptione cum æstimationẽ præstiti, quàm ex prima. ergo regula intelligitur, tunc demũ tenetur vẽditor de euictione, cũ emptori ré habere non licet ꝓpter euictionẽ. [*IDEM IVLIANVS.*] Seruũ mihi vẽdidisti, & de dupla cauisti. conuentus euictionis nomine, & causa pẽdente culpa mea seruo fugam accipiente condemnatus sum ad interesse petitoris: an contra te statim regressum habeã de euictione, quæritur. Et respon. q̃ non: quia non propter euictionẽ, sed propter fugam mihi seruũ habere non licet. Si autem culpa mea non fugerit, & petitori cauerim de eo restituendo, non committetur stipulatio, nisi eum apprehendero & restituero. vnde quando litis æstimatio suffertur, sufficit apprehensio vt committatur stipulatio. secundo necessaria est apprehensio & restitutio. Viuianus.

e *Si seruus venditus decesserit.* ante lit. contesta. vt. C. eo. si quis tibi seruum. secus si post: vt. C. de asser. tol. l. fi. & supra, de rei vind. l. vtique. quæ sunt contrariæ. Accursius.
f *Committitur.* licet sit alienus.
g *De dolo.* id est, exceptio nomine doli. Accursius.
h *Poterit.* etiam ante euictionem: vt supra, de act. empt. seruum quem à me. §. fin.
i *Agi.* ex empto, ad redhibendum pretium.
k *Euictionem.* vt infra, eod. tit. habere licere.

FVndum meũ obligaui: deinde alienaui tibi, vt eo nomine[a] non obligareris[b]. Si eũ postea abs te emam, & satis pro euictione mihi des[c], excipiendum [est à] cautione, quòd pro me[d] obligatus sit: quia etiã non excepto eo, agendo eo nomine cõtra te, doli mali exceptione posim summoueri.

Collige tres casus. aut non licet habere rem vel æstimationem emptori propter euictionem: & habet locũ actio pro euictione: aut propter aliud omnino, non propter factum euincentis non licet emptori habere: & tunc non committitur, vt hic probatur. aut non licet habere ex alia causa quàm euictionis: & tamen speratur, quòd etiam in causam euictionis conuincatur: & tunc cum in illam fuerit redditum, habet locum. ante non: vt in. §. Iulianus. infra, ea. l.

XXI. VLPIANVS libro vicesimonono ad Sabinum.

SI seruus vẽditus decesserit[e] antequam euincatur, stipulatio non cõmittitur[f]: quia nemo eum euincat, sed fatum* humanæ sortis. de dolo[g] tamen poterit[h] agi[i], si dolus interceserit. Inde Iulianus libro quadragesimotertio [Digestorum] eleganter definit, duplæ stipulationem tunc committi, quotiens res ita amittitur, vt eam emptori habere nõ liceat propter ipsam euictionẽ[k]. & ideo ait, si emptor hominis, mota sibi controuersia, venditorẽ dederit procuratorẽ, ísque victus litis æstimationẽ sustulerit: stipulationem duplæ non committi: quia nec mandati actionem procurator hic idémque venditor habet, vt ab emptore litis æstimationem cõsequatur[l]. Cum igitur neque corpus, neque pecunia emptori absit, non oportet committi stipulationem, quamuis si [emptor] ipse iudicio accepto victus esset, & litis æstimationem sustulisset, placeat committi stipulationem, vt & ipse Iulianus eodem libro scripsit[m]. Neque enim habere licet eum, cuius si pretium quis non dedisset, ab aduersario auferretur. Prope[n] enim hunc[o] ex secũda emptione, id est, ex litis æstimatione, emptori habere licet: non ex pristina. ℣ Idem Iulianus[p] eodem libro scribit: Si lite contestata[q] fugerit homo culpa possessoris, damnandum* quidem esse possessorem[r], sed non statim eum ad venditorem regressurum, & ex duplæ stipulatione acturum: quia interim non propter euictionẽ, sed propter fugam ei hominem habere nõ licet[s]. Planè, inquit, cum adprehenderit possessionem fugitiui: tunc committi stipulationem Iulianus ait. Nam & si sine culpa possessoris fugisset, deinde cautionib⁹ interpositis absolutus esset, non aliàs committeretur stipulatio, quàm si adprehensum hominem restituisset. Vbi igitur litis æstimationem obtulit: sufficit adprehendere. vbi cauit: non prius, nisi restituerit.

XXII. POMPONIVS libro primo ex Plautio.

SI pro re pupilli[t], quã emit, litis æstimationẽ tutor non ex pecunia pupilli, sed ex suo præstiterit: stipulatio de euictione pupillo aduersus venditorem committitur[u].

Iste. §. est subtilis: & loquitur quando res quam emi, non euincitur à me, sed ab eo cui concessi: & dicit, quòd ex hoc habeo regressum contra venditorem meum. Bartolus.

℣ Si pro euictione fundi, quem emit mulier, satis accepisset: & eundem fundum in dotem dedisset: deinde aliquis eum à marito per iudiciũ abstulisset: potest mulier statim agere[x] aduersus fideiussores euictionis* nomine, cum per iudicium non sit euictus: sed aget ex empto ad simplum. Viuianus.

A l *Cõsequatur.* vt & infra. e. si cum venditor. §. si seruus.
m *Scripsit.* vt supra, eod. l. euicta. §. j.
n *Prope.* id est, ferè. videtur potius quòd ex hac secunda, quæ est quasi emptio: vt. j. pro empt. l. ij. habeat emptor, quàm ex prima. prope autem ideo dicit, quia possessori huic à petitore de euictione non cauetur. vt supra, de rei vin. l. ex diuerso. §. petitor. & ff. de condic. furt. si seruus. §. cauere.
o *Hunc.* seruum.
p *Iulianus.* aliàs. §. Iulianus. & aliàs. l. si lite.
q *Cõtestata.* inter euincẽtem, & possessorem.
r *Possessorem.* quanti aduersarij interest, sci- *Flo. damlicet in litis æstimatio- natus quidẽ nem. Accursius. erit possef-*
s *Non licet.* no. ergo *sor, duas habere eum afflic- Afflictiotiones, scilicet vnam nes duas propter culpã: scilicet quis habequia præstat litis æsti- re potest. mationem: aliam propter serui absentiã: quia scilicet non agit: aliàs esset contra. supra, ad legem Rho. de iac. l. natuis. §. fin.

SI pro re pupilli.] *CASVS.* Tutor nomine pupilli emit rem, & duplam stipulatus est. cõuentus tutor litis æstimationẽ de suo præstitit: an contra venditorem pupillus nomine emptiõis regressum habeat, quæritur. Et dicitur quòd sic. ratio est: quia pupillus actione contraria tutelæ tenebitur tutori ad pecuniæ restitutionem. [*SI PRO EVICTIONE.*] Mulieri fundum vendidisti: & euictionis nomine fideiussorẽ dedisti. Titio nupsit, & eum in dotem dedit: à marito euictus est: aget mulier contra te: quia minorẽ dotem habere incepit: vt quia maritus æstimationem soluit, & minus quàm fuerit eius pretium, vt sic fundum restituat. Si autem mulier antequam euinceretur decesit: & stipulatus est maritus de dote lucranda: aget maritus contra hæredes mulieris: & ipsi contra vẽditorem. si autem domino fundi nupsit, sti- * *Flo. empulatio non committi- ptionis*

t *Si pro re pupilli.* vt credebat, quia emerat eius nomine eam. Vel dic, quòd euicta fuit per confessoriam, vel hypothecariam: aliàs si per iniuriam esset euicta, cum esset pupilli, secus esset. Accursius.
u *Committitur.* tenetur enim contraria tutelæ ad reddendum pecuniam: vt. j. de contra. iu. tu. l. quid ergo. §. contrarium.
x *Agere.* vt & infra, de iu. do. l. quamuis in bonis. & maritus, & pater eius: vt. j. e. l. pater. sed si conueniatur maritus, quæritur vtrũ debeat maritus mulieri denuntiare, & mulier suo actori: quod videtur esse necessarium. Item si condemnatur maritus, numquid mulier statim agit de euictione contra euictorem, an prius con-

BIU Cujas

demnabitur ipsa marito? Primum tamen videtur verius, secũdum quosdam: arg. infra, eod. l. si seruum emero. Vel distingue secundum Azo. inter actionem ex empto, & actionem ex stipulatu. In prima necessarium non est primo damnari mulierem. in secunda sic: vt infra, eo. si cum venditor. §. si secundus. *ADDITIO.* Pro intellectu istius glo. aduerte secundũ Bal. hic, quòd quãdo transfero rem in aliũ non simpliciter, sed in ea aliquod ius mihi reseruo: puta concedo rem in dotẽ, in emphyteusin, vel in feudum: isto casu eo ipso, quòd res euincitur ab eo, qui habet causam à me, perimit illud, quod erat mihi reseruatum, & stipulatio de euictione committitur: & hoc est, quod dicit iste text. q mulier statim efficitur indotata: & per consequens sibi habere nõ licet. quandoque ego trãsfero rẽ in alium simpliciter, & nullũ ius mihi in ea reseruo: & isto casu licet euincatur res ab eo, qui habet causam à me, tamẽ mihi nihil abest propter illam euictionem: & ideo est necesse, q ego condemner, & soluam sibi: aliàs actionẽ de euictione non haberem: secundum regulam traditam per Iulianum. ff. l. proxi. §. Iulianus. ad idem. ff. e. l. §. j.

a *Fundus esset.* subaudi, & nihil aliud habet in dote. sed quomodo desinit esse dotalis: licet æstimatio soluatur petitori: cum fundus apud maritũ remaneat? Respon. bene, cum hic sit expensa necessaria: vt infra, de iu. do. si is qui. §. quod dicitur. & de impen. in re. do. fac. l. quod dicitur. & arg. supra, de pe. hæred. l. vtiles. Item quomodo committitur stipulatio, cum non ipsi mulieri: vel suo hæredi, sed alij. scilicet viro habere non liceat: vt & infra, de verbo. obliga. l. stipulatio ista. §. sicut autem. quæ est contra: maxime in eo quod dicitur infra. l. proxi? Respon. quòd ibi dicitur non committi: sed habere, alij non licet: præter stipulatorem: vel eius hæredem siue successorem, intellige prorsus alium. at qui habet ab eo causam, non est alius: cum de euictione hæres, vel ipsa si viuit teneatur. aliud ergo si causam lucratiuam haberet.

b *Sed & si post mortem. Regressus.* scilicet per hæredem mulieris. Accursius.

c *Maritus.* quia dotem lucratus est: & bona est ratio: vt j. eo. l. si seruum emero. & ff. de mino. l. sed vbi restitutio. Accursius.

d *Ex stipulatu.* nomine euictionis. Accursius.

e *Non tamẽ ei consequens.* scilicet quod videbatur propter prędictam rationem, quia mulier efficitur indotata.

f *Seruum.* tanquam ex emptione, & ex dote. Accursius.

g *Euictum esse.* ergo non committitur, nisi iudicio accepto. Sed contra. j. eod. si emptori. Sol. vt ibi.

h *Actionem.* ad simplũ: vt hic, & j. ad. l. Fal. l. cum emptor. Acc.

SI seruum.] *CASVS.* Seruum mihi vendidisti, & de dupla cauisti: eum manumisi: an agere possim suo nomine, quæritur. Et dicitur quòd non. Si autem quis libertum suum eum dixerit, egerit & obtinuerit, agam ex empto: quia eum libertum habere non licebat: contra venditorem ad interesse. Eodem modo, si seruo fuerit fideicommissaria libertas relicta, aget ex empto. h. d. cum. l. sequen. Viuianus.

mine, quasi minorem dotẽ habere cœpisset, vel etiam nullã, si tantũ maritus obtulisset, quãti fundus esset[a].

XXIII. VLPIANVS libro vicesimonono ad Sabinum.

SEd & si post mortem mulieris euincatur, regressus[b] erit ad duplæ stipulationem: quia ex promissione maritus[c] aduersus hæredes mulieris agere potest, & ipsi ex stipulatu[d] agere possunt.

XXIIII. AFRICANVS libro sexto Quæstionum.

NOn tamen ei consequens[e] esse, vt & si ipsi domino nuptura in dotem eum dederit, committi stipulationem dicamus: quamuis æquè indotata mulier futura sit: quoniam quidem etiam si verum sit, habere ei non licere seruum[f], illud tamen verum non sit, iudicio eum euictum esse[g]. Ex empto tamen contra venditorem mulier habet actionem[h].

XXV. VLPIANVS libro vicesimonono ad Sabinum.

SI seruum, cuius nomine duplam stipulatus sis, manumiseris: nihil ex stipulatione cõsequi poteris: *quia non euincitur, quò minus habere tibi liceat, quem ipse antè voluntate tua perdideris.[i]

XXVI. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

i *Perdideris.* vt supra, titu. j. si hominem. sic & quando pro derelicto habuit: vt & infra. l. fin. Accursius.

k *Sed hoc nomine. Ex vendito.* id est, ex empto ad interesse: vt & supra, de act. empt. l. Titius cum. §. ergo cum meminissem. Sed contra. supra, de præscript. ver. l. naturalis. §. fina. Solu. ibi non æstimatur hoc, q manumissum habeo libertum, in odium eius pro quo manumisi: quia nõ vult parere contractui: hic æstimatur, quia nõ habeo libertum eũ quẽ ex iure contractus habere debeo.

l *Scierit.* maxime. sed tunc etiã ante euictionem agit: vt supra, de act. empt. l. seruum quẽ sciens. Accursius.

m *Manumittere.* qui potuit cogi: vt j. de fidei. cõ. lib. l. generaliter. §. quotiens autem fideicom. Accursius.

SEd hoc nomine, quòd libertum quis non habeat, ex vẽdito[k] actionem habet, si scierit[l] venditor alienum se vendere. Sed & si ex causa fideicommissi emptor coactus fuerit eũ manumittere[m]: ex empto actionem habebit.

Si emptor fuit repulsus à vindicãdo propter exceptionem procedentem ex sua persona, non agit de euictione: secus si ex persona venditoris. h. d. cum. l. seq.

B XXVII. POMPONIVS libro vndecimo ad Sabinum.

HOc iure vtimur, vt si exceptiones ex persona emptoris obiectæ[n] obstant, venditor ei non teneatur. Si verò ad personam venditoris[o] respicient: cõtrà. Certè nec ex empto, nec ex stipulatione duplæ, nec simplæ actio competit emptori, si exceptio ei ex facto ipsius[p] opposita obstiterit.

XXVIII. VLPIANVS libro octogesimo ad Edictum.

SEd si ex vtriusque[q] persona, & auctoris, & emptoris exceptiones obiicientur, interC erit, propter quam exceptionem iudex contra iudicauerit: & sic aut[t] committetur, aut nõ committetur stipulatio.

XXIX. POMPONIVS libro vndecimo ad Sabinum.

SI rem, † quam mihi alienam vendideras, à domino redemerim, falsum esse (quod Nerua respondisset) posse te à me

Hoc iure.] *CASVS.* Seruum meũ vendidisti, à possessione cecidi, petij, possessori detuli iuramentum, & iurauit seruum meũ nõ esse: an mihi agenti cõtra te ad duplam, obstabit exceptio, quæritur. Et dicitur, quòd sic. à contrario si venditor fecit hoc. si autẽ tam emptor, quàm vẽditor cũ possessore fecerint pactum de non petendo, considerabit iudex, ex cuius persona competit except. vt sic obstet emptori agenti, vel non. h. d. cum. l. sequen. Viuianus.

n *Obiectæ.* scilicet emptori agenti contra alium possidẽtem: velu- † *Intellige* ti si emptor possessori *tuisti test.* detulerit iusiurandum: *vltra Bal.* & iurauit rem empto- *hic procedere* ris non esse: vel etiam *nõ solum in* fecit pactũ de non pe- *eo, qui emit* tendo: vel in simili casu impetrauit ius iniquum cõtra alium: cum *secũdo à re* ipse conueniretur ab alio ex simili causa. *ro domino*

o *Venditoris.* scilicet tantum, nõ aliter: quia venditor fecit præ- *rei sed quę* dicta, quæ dixi modo fecisse emptorem: vel quia agenti emptori *cũque re-* Publiciana exceptio domini j obiiciatur: vt. ff. de Publi. l. fina. *do rem ha-*

p *Ipsius.* scilicet emptoris. Accursius. *buerit à re-*

q *Sed si ex vtriusque.* vt quia vterque fecit pactum de non pe- *ro domino,* tendo possessori: vel vterque detulit iusiurandum. Sed quo- D *siue ex cau-* modo ex persona auctoris obiicitur emptori exceptio: vt j. de ex- *sa lucrati-* ce. do. apud. §. de auctoris euictione? Respon. si est rei cohærens, *ua, siue ne-* potest, vt hic: si personæ, vt doli, non: vt ibi. *cessa:* nã eo

r *Et sic aut.* quod si non appareat, dici potest venditorem ab- *nibus istis ca-* solui: arg. j. de verb. obli. si seruum. §. sequitur. vel si superfit iu- *sibus nõ te-* dex, ad eum recurrendum: vt infra, de appellationi. l. ab executore. si non absoluitur venditor. Vel dic, condemnandum, nisi pro- *netur ad ꝑ-* bet propter exceptionem ex persona emptoris apposita condẽ- *me, qui ire* nandum emptorem: vt. C. de asser. tol. l. fin. in fin. Accursius. *vendidit.*

SI rem quam.] *CASVS.* Alienam rem mihi vendidisti: pretium *Belog.* non recepisti: comperi rem alterius fuisse, & ei pretiũ solui: an possis agere contra me act. ex vẽdito ad pretium? Et dicitur quòd non, quia hoc bo. fi. non cõuenit, vt pretium consequaris: & eam à domino nactus sim. [*SI DVPLAE.*] Rem mihi vendidisti: per culpam meam à possessione cecidi. petij, & succubui: an cõtra te regressum habeã, quæritur. Et respon. quòd non: cum dominus fuisti, cum vendidisti: & rem retinere potui: licet petere nõ potui: puta ob exceptionẽ rei iudi. secus si sine culpa mea à possessione cecidi. [*QVOLIBET.*] Emptor venditori denuntiare debet quotiens

quotiés agitur, vt res euincatur: sed quo tẽpore fieri debeat, quæritur. Et respõ. q̃ non est tempus præfinitum, sed ante litem contesta. & post, potest fieri huiusmodi denuntiatio, sed non prope sententiam: cum tunc non sit locus defensioni. Viuianus.

a *Agentem.* licet nondum soluerim: & potest hoc dici, secũdum Io. cum sciens alienum vendidisti, & non tradidisti. tũc enim & ante euictionem pretium solutum repeterem: vt supra, de act. emp. si seruus quem. §. si. vel cum emi à colono, vel depositario, qui nullã habet possessionem: si quidẽ redimam à domino, magis sum laudãdus: aliter autem videtur iniquũ defraudari pretio conuento. Vel secundũ Ir. indulgendũ est emptori, qui bonam fidem agnoscendo calumniam euitans eam à domino redemit: secus si soluisset, quia non repeteret.

*Flo. peti *poterit

pretium consequi ex vendito agentem [a], quasi habere mihi rem liceret, Celsus filius aiebat: quia [b] nec bonæ fidei conueniret, & ego ex alia causa rẽ haberem. ¶ Si duplæ stipulator ex possessore petitor factus & victus sit: quam rem, si posideret, retinere potuerit, petere *autem vtiliter non potuerit:* vel ipso iure promissor duplę tutus erit, vel certè doli mali exceptione se tueri poterit: sed ita, si culpa, vel sponte duplæ stipulatoris possessio amissa fuerit [c]. ¶ Quolibet tempore venditori renuntiari potest, vt de ea re agenda adsit: quia non præfinitur [d] certum tempus in ea stipulatione, dum tamen ne prope ipsam condemnationem [e] id fiat.

xxx. Idem libro vicesimonono ad Sabinum.

SI emptori, qui stipulatus sit, furtis noxísque solutum esse, hæres extiterit is, cui seruus furtum fecerit: incipit is ex stipulatu actionem [f] habere: quemadmodum, si ipse alij præstitisset.

Stipulatus sanum esse, vel furem non esse, non continet, quod verbum sonat. sed interesse: & tot sunt stipulationes, quot sunt illa, quæ continet: & ex illa agi potest: quia continet interesse diuerse. Bartolus.

xxxi. Vlpianvs libro quadragesimosecundo ad Sabinum.

SI ita quis stipulanti spõdeat, *sanum esse, furem non esse, vesperilionem* † *non esse*, & cætera: inutilis stipulatio quibusdam videtur: quia si quis est in hac causa [g], impossibile est, quod promittitur. si non est, frustra est [h]. Sed ego puto verius hanc stipulationem, *furem non esse, vesperilionem non esse, sanum esse*: vtilem esse [i]. hoc enim continere, quod interest horum quid esse, vel horum [k] quid non esse. Sed & si cui horum fuerit adiectum [l], præstari, multo magis valere stipulationem: alioquin stipulatio, quæ ab ædilibus proponitur [m], inutilis erit: quod vtique nemo sanus probabit.

xxxii. Idem libro quadragesimosexto ad Sabinum.

QVia dicitur [n], quotiés plures res in stipulationẽ deducũtur, plures esse stipulationes: an & in duplæ stipulatione hoc idem sit, videamus: [puta] cũ quis stipulatur, [*furem non esse,*] *fugitiuum non esse, erronem non esse,* & cætera, quę ex edicto ædilium curulium promittuntur: vtrum vna stipulatio est, an plures? Et ratio facit, vt plures sint. Ergo & illud procedit, quod Iulianus libro quintodecimo Digestorum scribit: Egit (inquit) quãti minoris propter fugam serui, deinde agit propter morbum. id agendum est, inquit, ne lucrum faciat emptor, & bis eiusdem vitij æstimationem consequatur [o]. Fingamus emptũ decem: minoris autem empturum fuisse duobus, si tantum fugitiuum esse scisset emptor: hęc consecutum [p] propter fugã. mox cõperisse, quòd non esset sanus: similiter duobus minoris empturum fuisse, si de morbo nõ ignorasset. Rursus consequi debebit duo. nam & si de vtroque simul egisset, quatuor esset cõsecuturus: quia eum fortè, qui neque sanus, & fugitiuus esset, sex tantum esset empturus. Secundum hæc, sæpius ex stipulatu agi poterit, neque enim ex vna stipulatione, sed ex pluribus agitur.

xxxiii. Idem libro quinquagesimoprimo ad Sabinum.

SI seruum emero, & eundem vẽdidero [q], deinde emptori ob hoc fuero cõdemnatus [r], quia tradere non potui euictũ:

a *Agentem.* licet nondum soluerim: & potest hoc dici, secũdum Io. cum sciens alienum vendidisti, & non tradidisti. tũc enim & ante euictionem pretium solutum repeterem: vt supra, de act. emp. si seruus quem. §. si. vel cum emi à colono, vel depositario, qui nullã habet possessionem: si quidẽ redimam à domino, magis sum laudãdus: aliter autem videtur iniquũ defraudari pretio conuento. Vel secundũ Ir. indulgendũ est emptori, qui bonam fidem agnoscendo calumniam euitans eam à domino redemit: secus si soluisset, quia non repeteret.

b *Quia.* ratio est.

c *Amissa fuerit.* veluti per negligentiã possessionem amissam: quę vacans ab alio occupata fuit vendita: vel alio titulo alienata bonæ fidei emptori, & vsucapta: vt insti. de vsuca. §. quod autem. vel quia venditor iurauit nõ esse domini, eo deferente. Item not. hic, quod quis sua culpa sentit: ab alio non recuperat: vt hic, & infra, si cui plus quàm per le. Fal. l. iij. §. si legatarius. &. §. fin. & §. item si ipse. in fi. §. & ff. de pecu. si postquam. Sed contra. ff. eod. euicta. §. j. Sol. vt ibi.

d *Præfinitur.* scilicet à iure. vnde no. quod lex non determinat, nec equat Budæo: vt &. C. de diuer. rescript. l. falso. & facit ad hanc denuntiationem. j. eo. si ideo. §. fin. & l. Herennius. &. l. si fundo tradito. §. fina. & C. eod. l. emptori. &. l. si permutationis. &. j. eo. l. si dictum. §. pe. in fin. Sed contra. j. de lega. iij. l. qui cõcubinam. §. hæres. vbi dicit ante iudicium denũtiandum. Solu. ibi accipitur iudicium pro sententia. & sic concordat. Vel speciale in euictione legatorum: vt ibi. Itẽ quid si non denuntiauit in prima causa: denuntiauit tamen in causa appellationis? Respon. si quidem omnia sunt auctori integra, vt quia testes habet: & nihil deperit, potest denuntiari ei: argu. infra, de op. lega. l. vj.

† *Quid (in-quit Budæo) sit versipellem lega-mus? missi vẽ-tilionẽ cum intelligamus, qui interdiu exi-liter videt, & vesperi tũtam aciẽ habet. In scriptis autẽ nostris exẽplia legitur, vespillonẽ. & ita legẽdum censet Baptista Pius in cõment. in Sidonium Apollin. quo loco hãc vocẽ explicat. In Pand. tamẽ Floren. legitur, vispellionem.*

e *Condemnationem.* id est, dum non sit renuntiatũ allegationibus, vel testes aperti. & facit. C. de tempo. & re. app. l. iij. in fin. Accur.

f *Actionem.* & sic sine iudicio committitur. Sed contra. supra, eo. l. non tamen. Sol. ibi de stipulatione duplæ pro euictione: hic pro alia. item non videtur agi posse alia ratione: quia nihil ei abest: vt supra, de ac. emp. si seruus mihi. j. respon. quæ similiter est contra. Solu. hic videtur ei abesse: cum actionem habeat, quæ propter successionem ei competere desiit: vel vt ibi. Itẽ obstat, quia videt sublata per confusionem: sed contrarium est. nã quodammodo videtur exegisse: & sic cõmittitur ei stipulatio, vt hæredi.

g *Sic ita. In hac causa.* id est ægritudine.

h *Frustra est.* ſ. querela, & frustra promissio.

i *Vtilem esse.* id est valere. & in casu est necessaria: scilicet si emptor hæc vitia sciat: quia aliàs nõ ageret: vt infra, de do. except. apud. §. idem Labeo scribit.

k *Vel horum.* ergo interesse est in obligatione: licet nõ promisit se daturũ, vel facturũ: sed ita esse. Sed nõne factũ alienũ videtur promittere? Respõ. vt dixi instit. de inuti. stipul. si quis alium. Accursius.

l *Adiectũ.* scilicet promittis interesse, si quid horũ est, quod esse nõ debeat: vel si quid non est, quod esse debeat: vt argu. ff. si quis cau. si procurator.

m *Proponitur.* id est q̃ præcipiunt proponi ædiles: vt. ff. titu. j. si venditor. Accursius.

n *Quia dicitur.* in multis legibus: vt institu. de inuti. stipu. §. quotiens. &. j. de verb. oblig. vbi autem non apparet. §. pe. &. l. scire debemus. &. l. quotiés. & hoc scilicet quando omnes numeramus. secus, si dicã omnes has.

o *Consequatur.* vt &. ff. ad leg. Aquil. sed & si prior. & infra, de reg. iur. l. bona fi. &. ff. titu. j. quod si nolit. §. si quis egerit. &. ff. de act. emp. l. ex empto. §. etiam. & j. e. l. cum fundo.

p *Consecutum.* fingamus, scilicet emptorem &c.

q *Si seruum. Vendidero.* sed non tradidi; & tunc die, actione ex empto cõdemnari ad interesse: vt supra, de act. empt. l. j. vel non potui de iure, tradidi tamẽ, & euicta fuit emptori meo: & ego fui cõdemnatus actione ex empto nomine euictionis. nam vtroque casu agam contra meum auctorem: & secundum vtrumque quæritur, quid si non &c.

r *Condemnatus.* actione ex empto ad interesse. Accursius.

r *Condemnatus.* quid si nondum condemnatus, nec condemnari posim: vt quia sic vendidi, ne de euictione tenear, vel de pretio? Respon. hæc litera innuere videtur, quòd non cõmittatur. sed ar.

contra

Si emptori.] CASVS. Seruum mihi vendidisti: non fugitiuum, & noxis obnoxium non esse promisisti. furtum fecit ante vẽditionem Titio à me hæredi instituto: an Titius contra te agere possit, quæritur? Et dicitur, quòd sic, perinde ac si Titius noxali iudicio serui nomine conuentus condemnatus esset, vel de-

BIU Cujas

cõtra.ff.e.si pro re pupilli.§.j.&.j.eo.l.minor.§.si seruus tuus.Ac.

a *Stipulatio.* contra venditorem meum, licet emptori meo res non fuerit euicta

SI mancipium.] CASVS in.§. si cõmuni. Vendidi seruũ quasi proprium, cum tibi & Titio esset communis: mihi vendidisti, & de dupla cauisti. Titio agẽti communi diui. contra me, & communem probanti, seruus adiudicatus est. an contra te agere possum de euictione, quæritur. Et dicitur q̃ sic: neque obstat q̃ non egit rei vin. quia non interest & cætera. Dubiũ fuit, quia nõ videbatur posse agi de euictione, cũ pro parte non committitur stipulatio de dupla: vt infra, eo.l.si dictum.[DVPLAE.] Stipulatio non solum, si res vẽdita per rei vin. euincatur, intelligitur euicta: sed cum spes nõ est, quòd ad emptorem redeat: quia si debitor idemq̃ venditor pecuniam soluerit creditori, & agat emptor ad duplam contra debitorem eundemq̃ vẽditorem: repelletur, per except. quia emptor poterit rehabere rem. hoc dicit cũ.l.sequẽ. Cętera plana sunt vsque ad.§.si simplã.in.l.ẽptori. Vi.

b *Faciente.* puta prostituente. idem & si vẽdidit sine hac lege alij: vt.j.de iure patro. l. diuus. in princip.

c *Manumisisse.* quãtũ ad incommodum, non quantum ad cõmodũ: vt.ff.de in ius vocã. sed & si.§. prostituta. Ac.

d *Actum esset.* sed nõne debet hic agi prius rei vin. vt infra, de except. l. fundi? Respon. hic non fuit opposita exceptio de præposterationẽ: de qua dicit in l. illa. sed si non oppositum fuit, nonne fuit in culpa: & sic non agit: vt infra, eo. si per imprudentiam? Respon. non, quia fuit de apicibus iuris [a]: vt supra, man. si fideiussor. §. quædam. ADDITIO. Bal. hic opponit contra glo. quòd processus non videtur valere, quia fuit omissus ordo. Sed solue, secundum eundem Bal. quia est ordo diuersarum causarum, non vnius causæ ad seipsam. dicit tamen Bar. infra, de testa. si quæramus. quòd ordo omissus vitiat processum circa dea Lud. Ro. & Ale. in l. si cõstãte. in. 19. col. istã glo. reputarũt sin. ad hoc, q̃ cisoria, secus circa præparatoria: quod est not. tamen contra eũ facit ca. exhibita. extra de iudi. exceptio ex cussionis est de apicibus iuris: & id eo secũdum eos nõ potest opponi: vbi agitur de bono & fauore publico. Bolog.

committitur [duplæ] stipulatio [a].

Si emptor desinat rem habere propter factum suum, non agit de euictione.

XXXIIII. POMPONIVS libro vicesimoseptimo ad Sabinum.

SI mancipium ita emeris, ne prostituatur: & cum prostitutum fuisset, vt liberum esset: si contra legem venditionis faciente [b] te, ad libertatem peruenerit: tu videris quasi manumisisse [c]: & ideo nullum aduersus venditorẽ habebis regressum.

Etiam si per iudicium diuisoriũ res fuerit ablata emptori, agit ad euictionẽ. Bar.

Si communi diuidundo mecum actum esset [d], & aduersario seruus [e] adiudicatus sit, quia probauit eum communem esse: habebo ex duplæ [f] stipulatione actionem [g]: quia non interest [h], quo genere iudicij euincatur, vt mihi habere non liceat.

Stipulatio duplæ committitur etiã si per Seruianam, & sic non ratione dominii, res auocetur emptori: sed ea liberata à creditore obstat exceptio. h.d. cum. l. seq.

Duplæ stipulatio euictionem non vnam cõtinet [i], si quis dominium rei petierit, & euicerit: sed & si Seruiana actione experiatur.

XXXV. PAVLVS libro secundo ad Edictum Aedilium Curulium.

EVictus autem à creditore tũc [k] videtur, cum fere spes habendi abscisa est. Itaque si Seruiana actione euictus sit, cõmittitur quidem stipulatio: sed quoniam soluta à debitore pecunia, potest seruum habere [l]: si soluto pignore venditor cõueniatur, poterit vti doli exceptione [m].

XXXVI. IDEM libro vicesimonono ad Edictum.

NAue aut domo * empta, singula cæmenta, vel tabulæ emptæ non intelliguntur [n]: ideoq̃ nec euictiõis nomine obligatur vẽditor [o], quasi euicta parte.

XXXVII. VLPIANVS libro trigesimosecundo ad Edictum.

EMptori duplam promitti à venditore [p] oportet: nisi aliud conuenit: non tamen, vt satisdetur [q], nisi specialiter id actum proponatur: sed vt repromittatur. [r] Quod autẽ diximus duplam promitti oportere: sic erit accipiendum, vt non ex omni re id accipiamus, sed de his rebus, quę pretiosiores essent, si margarita fortè, aut ornamenta pretiosa, vel vestis serica, vel quid aliud non contemptibile venierit. * Per edictum autem curulium, etiã de seruo [s] cauere [t] venditor iubetur. Si simplam pro dupla per errorem stipulatus sit emptor: re euicta, consecuturum eum ex empto, Neratius ait, quanto minus stipulatus [u] sit, si modo omnia facit ẽptor, quæ in stipulatione continentur [x]. quod si nõ fecit [y], ex empto id tantum consecuturum, vt ei promittatur [z] quod minus in stipulationem [a] superiorem deductum est.

m *Exceptione.* ergo differentia est, qua actione euincatur res: & facit quod no.j.de exce.do.l.fideiussor.

n *Naue. Intelliguntur.* vt tabula euicta agatur.

o *Venditor.* ex stipulatu, sed ex empto: vt infra, de vsuca. l. eum qui. & .ff. de act. emp. emptorem. §. si quis rẽ. Sed contra est .ff.e.l.j. vbi ex stipulatu agitur. Solu. potest dici, quòd in his, quæ incõmodã recipiunt diuisionem, sit speciale: sicut & in homine: vt.j.eo. si dictum. §. in stipulatiõe. Vel dic plene, vt ibi diximus. Accursius. * Flo. de mu

Emptori.] CASVS in princi. est plan. [SI SIMPLAM.] Rem mihi vendidisti, & de simpla promisisti, quamuis debuissem stipulari de dupla, cũ crederem rem pretiosam non esse, cum esset: si euincatur, agam ex empto, vt aliam simplam consequar: & hoc si tibi denuntiaui. si nõ, cõsequar vt de alia simpla repromittas: & hoc cũ res non est euicta. Vi.

p *A vẽditore.* distrahẽte: & sua voluntate, nõ necessitate: quia tunc * nec simplam etiã promittit: vt supra, fami. erci. l. qui erat. * Flo. re neat

q *Satisdetur.* nisi in casu, vt plene diximus. ff. eo. l. illud quæritur.

r *Repromittatur.* ſ. tãtum, vt hic, &.j.de prẽto. stipul. l.j.§. stipulatio duplæ. &.j.eo. si dictum. circa princ.

s *De seruo.* forte non distincto eo, sit pretiosus, an nõ, propter dignitatẽ hominis: vt. ff. tit.j.l. iustissime. & quę sit pretiosa, vel nõ, sũmatim cognoscitur: vt

t *Cauere.* de dupla.

u *Stipulatus.* & ita hoc casu datur ex empto ad duplum: quod est notandum. Vel dic, ad vnum simplum datur ex empto: ad aliud ex stipulatione interposita de simplo.

x *Continentur.* tacitè. ſ. denũtiatione faciẽda, & cõpetenti tẽpore.

y *Fecit.* i. nõ denũtiauit. & ita nec ex ẽpto, nec ex stipulatu aget.

z *Promittatur.* hoc in eo casu, quãdo non est euicta, secundũ Al. & sunt prope sententiã. alij cautionẽ ex abundanti interponendã dicunt: vt & alibi.j. de le.ij.l. peto. §. fratre. sed certe nũquam est interponenda cautio aliquo loco, vbi non sit necessaria: vt.j.vt le. vel fideicõ. no. ca. l. hæc stipulatio. §. diuus. & supra, de procu. l. non cogendum. hic ergo committitur si res iterum euincatur ab emptore nacto possessionem, vel ipso emptore ab alio possessore petente: nec enim sequitur, si non committitur propter hanc euictionem: ergo non committitur propter secundam, secundũ Ioã. Vel dic, vt promittatur, & detur simpla statim, secundum Hu. de porta Rauennata. in ea enim simpla emptor non deliquit, nõ denuntiando, cum eam petere non poterat: & sic nõ perdidit, quod non habet: sed aliam simplam & interesse sic: vt. C. eo. emptor. Vel dic, vt promisit, & postea statim petatur.

No.dicitur esse in culpa ille, qui minus subtiliter perquirit de iure auctoris sui.Bar. & .l.d.Licet sententia lata sit contra emptorem: si tamen res non est ablata,nec auferri potest, non agit de euictione. l.d.

LVII. GAIVS libro secundo ad Edictum Aedilium Curulium.

HAbere licere rem videtur emptori,* & si is qui emptorem in euictione rei viceperit, ante ablatam vel abductã[p] rem sine successore decesserit: ita,vt neque ad fiscũ bona peruenire possint, neque priuatim à creditoribus distrahi.tunc enim nulla competit emptori ex stipulatu actio: quia rem habere ei licet.[q] Quod cùm ita est, videamus,num & si ab eo, qui vicerit,donata legatáve res fuerit emptori, æquè dicendum sit ex stipulatu actionem non nasci[r], scilicet si antequã abduceret, vel auferret, donauerit, aut legauerit[f]: alioquin

* *Flo.ẽptor*

sententia: vt. ſ. eo. vindicantem. &. l. ſed ſi ex. ſecũdum Azo. *ADDITIO.* Cõclude ex hac gloſ. q̃ aut agitur ex ſtipulatione habere licere: & tũc refert, moueat cõtrouerſiã vẽditor, vel tertius: aut ex ſtipulatione duplæ, & tũc ambulant pari paſſu, ſecũdũ Bal. hic.

a *Non poteſt.* vt &. j. eo. l. emptori poſt euict. Sed contra. j. de excep. do. ſi fideiuſſor. Solu. ibi fundum, & omne intereſſe paratus erat dare. hic ſolum fundũ. vel hic in alia ſtipulatione quàm ibi: vt dices infra, eo. l. emptori. Accurſius.

HAeres.] *CASVS.* Teſtator legauit mihi ſeruum in genere: hæres tradidit mihi Stichũ, & promiſit de euic. quia credebat hæreditarium: tandem eſt euictus mihi: agam actione prima ex teſtamento, ac ſi non eſſet mihi traditus. Vi.

b *Nominatim.* id eſt in genere. ſi autem certus eſt, talis dãdus eſt, qualis eſt: vt. j. de le. j. ſi à ſubſtituto. &. l. ſi legati ſerui. &. l. ſi ſeruus Titij. &. l. ſi dominus. §. j. & ſupra, eo. ſi is qui. niſi ſciens alienam, vel niſi coniunctæ perſonæ: vt inſti. de leg. §. non ſolum. Et hæc vera, ſi denuntiauit hærẽdi antẽ iudiciũ: vt. j. de leg. iij. l. qui concubinã. §. hæres. aliter in venditiõe: vt ſupra, eo. ſi rem. §. fi. Vel pone iudicium pro ſententia, quod tutius eſt, quia promptum eſt iura iuribus concordare. Item quod dicitur, in ſeruo in genere relicto: idem in ſubalternatione: vt. j. de leg. j. quæ de legato. Ac.

SIres.] *CASVS.* Emi à Titio domum pro. c. deinde deceſſit. quidam (puta Seius) me hæredem inſtituit, & à me legauit illam domũ dandã Cornelio. poſtea eſt euicta per dominum. quæritur an Cornelius poſit de euictione agere contra aliquem? Et dicit, quòd non. nam contra me non, quia in ſpecie fuit legata. contra Titium à quo emi non, niſi in duobus caſibus. primus quando ceſſi iura mea Cornelio contra Titium. Item in alio quãdo cedo coactus, quia teſtator meus mihi iniunxit vt cederem: quo caſu teneor cedere bona hæreditaria quæ ob ipſum ſunt hypothecata.

c *Ame.* hærede inſtituto à quodam.

d *Niſi ceſſæ.* gratuito ſcilicet ſpontanea voluntate mei, qui ſum hæres. ſed nec ego videor agere poſſe, niſi in caſu: vt infra, eo. l. pater. Sed nũquid cogar cedere, quia ſine meo incommodo eſt? Reſpon. vt no. ſupra, eo. l. in creditore. Item quod eſt inutile mihi, aliis eſt vtile: vt not. C. de iure do. l. fi. in prin. nec mirum, quia plerumque alter vendit, & alter tradit, & alter de euic. tenetur, vt creditor & iudex.

e *Caſu.* ſubaudi, in quo.

f *Hypothecas.* tacitas ſcilicet in rebus defuncti, qui hæredem rogauit cedere actiones: vnde hæres habet neceſſe cedere.

g *SI in venditione. Oporteat.* hoc cum fuit dictũ, vel ex certa ſciẽtia fuit omiſſum ne dupla promitteretur, vel præſtaretur. alioquin agetur perpetuo vt dupla promittatur: vt ſupra, eo. l. ij. & ſupra. e. l. emptori. §. fi.

h *Et ex natura.* &, pro id eſt. Vel dic, ſtipulatus erat à venditore

semel commiſſa ſtipulatio reſolui non poteſt[a].

Quando ſeruus legatur in genere, & traditur alienus, agitur ex teſtamento rẽ euicta. Bartolus.

LVIII. IAVOLENVS libro primo ex Plautio.

HAeres ſeruum non nominatim[b] legatum tradidit: & de dolo repromiſit. poſtea ſeruus euictus eſt. agere cũ hærede legatarius ex teſtamento poterit, quamuis hæres alienũ eſſe ſeruum ignorauerit.

LIX. POMPONIVS libro ſecundo ex Plautio.

SIres, quam à Titio emi, legata ſit à me[c]: nõ poteſt legatarius, conuentus à domino rei, venditori meo denuntiare, niſi ceſſæ[d] ei fuerint actiones, vel quodam caſu[e] hypothecas[f] habeat.

LX. IAVOLENVS libro ſecundo ex Plautio.

SI in venditione dictum non ſit, quantum venditorẽ pro euictione præſtare oporteat[g]: nihil venditor præſtabit, præter ſimplam euictionis nomine, & ex natura[h] ex empto actionis, hoc quod intereſt[i].

LXI. MARCELLVS libro octauo Digeſtorum.

SI quod à te emi, & Titio vẽdidi, voluntate mea Titio tradideris: de euictione te mihi teneri, ſicuti ſi acceptam[k] rem tradidiſſem, placet.

LXII. CELSVS libro viceſimoſeptimo Digeſtorum.

SI rem, quæ apud te eſſet, vẽdidiſſem tibi: quia pro tradita habetur[l], euictionis nomine me obligari placet. ℣ Si ei qui mihi vẽdiderit, plures hæredes exſtiterint, vna[m] de euictione obligatio eſt: omnibúſque denuntiari[n], & omnes defendere[o] debent: [&] ſi de induſtria non venerint in iudiciũ[p], vn⁹ tamẽ ex his liti ſubſiſtit[q]: * propter denuntiationis[r] vigorẽ, & prædictam abſentiã, omnibus vincit, aut vincitur[ſ]: rectéque cum cæteris agã, quòd euictiõis nomine victi ſint. ℣ Si fundũ, in quo vſusfructus Titij erat, qui ei relictus eſt quoad viueret[t], detracto[u] vſufructu ignorãti mihi vẽdideris, & * Titius capite deminutus fuerit, & aget Titius ius ſibi eſſe vtendi fruendi[x]: competit mihi aduerſus te ex ſtipulatiõe de euictione actio: quippe ſi verũ erat[y], quod mihi dixiſſes in vẽditione, rectè negarem Titio ius eſſe vtendi fruendi.

LXIII. MODESTINVS libro quinto Reſponſorum.

HErennius Modeſtinus reſpondit, nõ obeſſe ex empto agẽti, quòd denuntiatio ℣ euictione interpoſita nõ eſſet, ſi pacto ei remiſſa[z] eſſet denũtiãdi neceſſitas. ℣ Gaia Seia fundum à Lucio Titio emerat: & quæſtione mota fiſci nomine, auctorem laudauerat, † & euictione ſecuta fund⁹ ablatus, & fiſco adiudicatus eſt vẽditore[a] periculũ euictionis præſtari ſibi, ſed nõ in certam quantitatem. aget ergo in ſimplum ex ſtipulatu, & ex empto ad intereſſe. Ac.

i *Intereſt.* Not naturam actiõis ex empto eſſe, vt detur ad interesse: vt. C. eo. l. nõ dubitatur. &. ſ. de actio. ẽpt. Titius. in fi.

k *SI id quod à te. Acceptam.* quaſi breui manu: vt ſupra, ſi cer. pet. l. ſingularia. in fine.

SIrem.] CASVS in §. ſi ei. Titius vendidit mihi fundũ ℣. c. qui decedens tres habuit hęredes: omnes inſolidum tenentur defendere, non tamẽ quilibet poteſt defendere pro tertia. Secundo dicit, aliis ceſſantibus ſtudioſe, hic ſi vincit, omnibus prodeſt. ſi perdit, omnibus nocet: vt quaſi re legitime euicta de euictione agam & eõtra alios. [*SI FVNDVM.*] Vendidiſti mihi fundum in quo vſusfruc. erat Titij, ſic vt licet capite minueretur, eſſet tamen ei repetit⁹, puta quoad viueret. in vẽditiõe autem dixiſti vſumfru. eſſe Titij, ſed non dixiſti qualitatem ſicut erat. poſtmodum Titi⁹ capite minuitur. ego nolo habere vſumfruc. Titius retinet ex repetitione. ego contra venditorem meum agam in quantum intereſt non fuiſſe Titio repetitum, vel ad duplam vſusfru. ſi ſtipulat⁹ ſim. Viuianus.

* *Hal. lit. ſuſtineat:*

* *Hal. dõnec Tit.*

l *Habetur.* vt inſti. de re. diui. §. interdum.

m *Vna.* ſecundũ quod nos ſimpliciter ſequiũ.

n *Denuntiari.* quia inſolidum vnicuique denuntiandum eſt, licet partis præſtatio quemlibet liberet: vt infra, de verbo. obliga. l. cum ex cauſa. &. l. in executione. §. inſolidum.

o *Defendere.* q. d. non ſufficit quoſdã ſuas partes defendere, niſi & totum defendant: vt ſubiicit.

† *Quid ſit auctorẽ laudare declarat Macrobius. lib. 6. Satur. cap. 7.*

p *In iudicium.* omnes.

q *Subſiſtit.* inſolidum: vt ſtatim patet.

r *Denuntiationis.* inſolidum cuilibet factæ.

ſ *Vincitur.* & hoc caſu recte &c.

t *Quoad viueret.* in quo caſu intelligatur repetitus.

u *Detracto vſufructu.* pro Titio.

x *Fruendi.* ſ. ex repetitiõe: vt. ſ. de vſufr. ſed & ſi quis. §. ſi operas.

y *Erat.* illud ſolum & totum, ſcilicet quòd ſpecialiter & ſimpliciter pertinet vſusfru. ad Titium, non etiam quoad viueret: hic enim ſemel amiſſum reſumit: vt. ſ. qui. mo. vſusfru. amit. l. iij.

z *HErennius. Remiſſa.* remittentibus enim & cætera. vt ſupra, titu. j. l. quæritur. §. ſi venditor.

a *Venditore.* ergo eo abſente tenetur appellare, etiam in mala cauſa, quia in bona tenetur & eo præſente: vt. C. de admi. tuto. l. ſi bonã. ſed an debet ℣ ſequi? forte non, ad inſtar procuratoris: vt C. de procur. l. inuitus. & quod in fi. hui⁹. l. dicit, in bona cauſa dicit, & quãdo non tenetur appellare. *ADDITIO.* Pro declaratione iſtius gloſ. dic ſecundũ Bald. hic q̃ aut emptor habet malam cauſam quia vere res eſt petẽtis, & tunc non credo q̃ appellare teneatur, cũ etiã ſine ſententia poſſit reſtituere: vt no. ſ. de negoceſt. at qui natura. §. cũ me. &. ſ. manda. Quintus. & hoc dico, ſiue vẽditor ſit præſens, ſiue abſens: licet gloſ. cõtra. Si vero habet bonã

BIU Cujas

causam:si præsens sit vēditor,non credo q̄ appellare teneatur,vt hic.Si vero sit absens,tenetur appellare,vel denūtiare vt appellet: vt.ſ.māda. si procurator.§.si ignorantes. Sed in eo quod dicit, si emptor habet bonā causam,q̄ non tenetur appellare præsente vēditore,videtur falsum,quia sic sentētia fuit iniuriosa,ergo nō nocet vēditori: vt.l.si per imprudentiā.ſ. eo. nec sua p̄sentia auget obligationē.& ideo istud dictū non est verū,vbi cōstat q̄ bonā causam habebat,sed est verū in dubio, quādo non constabat hoc, nec cōtrarium.& ita teneatis,secundum Bal.hic.

a *Præsente.* facit enim p̄sentia: vt.ſ.e.si ideo.§. si.& dic præsente,scilicet tempore sententiæ. & sic potuit appellare.

b *Appellauit.* quādo nō habebat necesse: vt ſ.posuit.& ita refert an non appellauit, an appellauit, sed vitio suo perdidit causam.

c *Ex præscriptione.* q̄ intra fatales dies nō est prosecutus appellationē, ideo bona videtur fuisse causa: vt.ſ.e.l.si ideo. idē si renuntiauit causæ eadē ratione.idē si nō appellauit quādo bonā causam habuit:vt C.de admi.tuto.l.si bonā.& sic tribus modis videtur perdidisse suo vitio,quib⁹ casibus nō agit,vt hic.&.j.de fideiuſ.l.exceptione.&.j. si cui plus quàm per leg. Fal.nisi.§. si legatarius. &.ſ.manda.si procuratorē.§.si ignorātes.&.j. de solu.Stichū aut Pāphilum.§. pe.&.ſ. eo.l. hoc iure. & præsumo semper malā causam,ex quo semel est dānatus. vnde appellare nō tenetur,maxime præsente venditore, sicut hic dicit.

præsente[a]. Quæritur,cum emptrix non prouocauerat,an vēditorem poterit cōuenire? Herennius Modestinus respōdit, siue quòd alienus fuit,cū veniret,siue q̄ tūc obligatus euict[a] est:nihil proponi, cur emptrici aduersus venditorem actio nō competat.ℱ Herennius Modestinus respondit,Si emptor appellauit[b],& bonam causam vitio suo ex præscriptione[c] perdidit, ad auctorem reuerti non potest.

Deminutio contingens in re post emptionem perfectam, deminuit obligationem de euictiōe,si postea pars pro indiuiso euincatur: secus si tota sed augmentum non augetur siue tota siue pars euincatur. & si contingat deminutio, & postea augmentum: non inspicitur augmentum secuta partis euictione.h.d.vsque ad.§.cæterum. Primo loquitur, quando fundus mille iugerum vēditus fuit deminutus in ducentis, postea in totidem auctus. Secunda ibi, nam & econtrario. Tertia ibi, quæsitum. In primo dic, Quando pars eius quod remansit, euincitur: inspicitur quotam partem illud faceret de toto, si nil deminutum esset, & pro illo agitur. nō autem inspicitur quota pars de toto pertinebat ad euincentem. Si verò totum euincatur quod remansit: tunc totum econtra inspicitur, & agitur pro toto, sicut si in nihilo deminutum totum euictum fuisset. In secundo dicitur quòd siue totum siue pars etiam euincatur, non agitur pro augmento: & videtur idem vt pro eo quod auctum fuit, & de eo quod remanserat post deminutionē,ac si simul actum fuisset.

LXIIII. PAPINIANVS libro septimo Quæstionum.

EX mille iugeribus[d] traditis ducenta flumen abstulit. si postea pro indiuiso ducenta euincantur: duplæ stipulatio q̄ parte quinta[e], non quarta, prēstabitur.Nam quod periit:damnum[f] emptori, non venditori, attulit. Si totus fundus quem flumen deminuerat[g], euictus[h] sit: iure non deminuetur euictionis[i] obligatio, non magis, quàm si incuria fundus,aut seruus traditus deterior factus sit. Nam & econtrario non augetur quantitas euictionis, si res melior fuerit effecta. Quòd si modo terræ integro[k], qui fuerat traditus[l], ducenta iugera p alluuionem accesserūt,ac postea pro indiuiso pars quinta[m] totius euicta sit: perinde pars quinta præstabitur, ac si sola ducenta[n] de illis mille iugeribus,quæ tradita sunt, fuissent euicta: quia alluuionis[o] periculum non præstat[p] venditor. Quæsitum est,si mille[q] iugeribus traditis, perissent ducenta mox alluuio per aliam partem fundi ducēta attulisset, ac postea pro indiuiso quinta pars euicta esset:pro qua p̄te auctor teneretur? Dixi consequens[r] esse superioribus, vt neque pars quinta[ſ] mille iugerum, neque quarta[t] debeatur euictionis nomine, sed perinde[u] teneatur auctor,ac si de octingentis illis residuis sola cētū sexagīta[x] fuissent euicta.nā reliqua quadraginta[y] q̄ę[de]vniuerso fundo

d *Ex mille iugeribus.* Mille iugera vēdidi tibi.in his quartā partē habebat Titius.ſ.ccl.primo flumen abstulit tibi.cc.demū Titius petiit quartā mille.ſ.ccl.sed tu in quarta ducentorū quæ flumen abstulit,& quæ periit,repulisti Titiū.in.l.agis cōtra me pro quarta mille,quæ pertinuit ad Titiū:non potes,quia tibi emptori periit quārta ducentorum,vt de euictione nō agas quā abstulit flumen,nō mihi: vt ob id nō tenear pro euictione,nisi pro quinta mille,id est.cc. & secundū hūc modū procedes in sequentibus respō.Ac.

e *Pro parte quinta.ſ.* mille, non pro quarta mille,quod esset.ccl.Et no.hic & ex sequēti rū. q̄ non est eadem ratio totius ad partē.Alij dicunt,pro parte octingentorum, vt quartam intelligatur euicisse tū de illis quæ flumen abstulit, quàm octingentis.quod non placet. *Totius ad partem non est eadem ratio.*

f *Damnum.* Putabatur perire venditori quod fluminis impetu periit, quādo.cc. euicta sunt pro indiuiso:sicut quādo post deminutionem tot⁹ ager est euictus:vt §.j.dicitur.sed non est ita.Sed q̄ est ratio? Rū. hic quia.cc. sint euicta pro indiuiso, nō debet agere ob hoc quod flumē abstulit,quia adhuc potest ei restitui per alluuionē quod perdidit: vt ad ipsum damnū p̄tineat ad quē spectat emolumentū.at vbi fundus est tot⁹ euictus, ad venditorē spectat damnū,quia emptori p alluuionē nihil accrescere potest,cū fundū non habet.Azo.Vel dic,etsi flumē nihil accepisset, tamen totum fuisset euictū.hoc non placet.

g *Deminuerat.ſ.* prius.

h *Euictus.ſ.* postea.

Sed quid si pars primo periit chasmate,deinde totum quod supereſt euincitur:& an idem in grege si quinque pecora primo perierint,& quod supereſt euincitur? & videtur in omnibus idem: vt supra,de le.& senatusco n.l.non possunt.Accursius.

i *Euictionis.* in actiōe ex stipulatu de dupla.aliter in actione ex empto:vt.ſ.de actio.emp.l.Titius.§.fi.quæ est contra.&.j.eo.l.euicta re ex empto.Itē hic de augmento quod superuenit post. de eo vero quod ante euictionem,dic vt diximus,supra,e.l.j.

k *Integro.* id est,mille iugerum,vt subiicit.

l *Traditus.* cuius totius quinta erat Titij.

m *Quinta.* scilicet.ccxl.

n *Ducenta.* quinta mille.

o *Alluuionis.* id est.xl.quæ sunt euicta de ducentis, quæ accreuerunt:quorum sunt quinta portio.

p *Non præstat.* duplæ stipulatio:quod in actione ex empto p̄ęstitit:vt supra,eo.l.euicta.quæ est contra.

q *Mille.* in hoc casu quinta erit Titij.

r *Consequens.* immo videtur potius contrarium in prin.§. si totus.sed consequens ei quod in alluuione dicitur.

ſ *Quinta.* quæ erant.cc.

t *Quarta.* quæ erant.ccl.

u *Perinde.* q.d. sicut quando nil accreuit,non tenetur auctor:sic & quando reaccreuit.nam &c.

x *Centum sexaginta.* quæ sunt quinta octingentorum.

y *Reliqua quadraginta.* quæ sunt quinta ducentorum.

Decesserunt.

Ex mille.]In p̄incip.huius.l.ponit glo.hunc casum vsq; ad.§.si totus.[*SI TOTVS.*]De fundo flumē abstulit.cc.postea euictū est totū quod supererat.agis contra me pro dupla pretij mille iugerū,quia si aliàs esset deterioratus,nō deminuerei dicta dupla, neq; augereī si fund⁹ esset meliorat⁹.[*QVOD SI.*]Pone q̄ vēdidi tibi fundū mille iugerū,in quo quinta erat Titij. flumē adiecit.cc.& sic sunt modo mille &.cc.iugera.Titi⁹ euicit tibi quintam.i.cc.nūc quæritur an teneatur de euictione de illis.Dicit, q̄ nō,sed tantū de quinta mille,quia eius quod de alluuione est euictū,non præstat venditor periculū. [*QVÆSITVM.*] Vēdidi tibi fundū mille iugerū,in quo Titius habebat quintā. flumen abstulit.cc.per alluuionē.cc.attulit.postea Titius euicit quintam totius,& sic.cc.quæritur an in totis.cc.de euictione ages.& dicitur q̄ nō,sed in sola quinta octingentorū quæ remāserūt quādo primo.cc.flumē abstulit,quæ sunt.clx.& sic pro.v.ducentorū quę attulit flumē,non tenetur vēditor.[*CÆTERVM.*]Dicit,q̄ hæc vera sunt,quādo quota fundi euincitur.Cæterū si certus locus fundi euincit,agitur pro dupla illi⁹ loci. forte enim de melioribus locis fundi est,qđ cōsiderādum est.[*QVIVNVM.*]Ego & Titi⁹ habebamus fundū duorum iugerum indiuisum. vendidi ego Seio vnū iugerum pro indiuiso designatū mēsura.dicit,q̄ nō transferro dominium iugeris ipsius designati, sed dimidiam tantum,cum in qualibet gleba quilibet nostrū habet dimidiam pro indiuiso. Idem si non designati iugerum integrum, sed quēdam locum non ad mensuram forte. Viuianus.

BIU Cujas

a *Decesserunt.* illi euicti, id est, pro portione quam habebat in fundo. Accursius.

b *Intelligi.* q. d. sicut de mea portióe quam euinco. xl. periisse intelliguntur tota, ita & meæ portioni. xl. accreuisse videntur, quæ ego intelligor euicisse, quasi horum periculum quæ accreuerunt. & intelliguntur euicta, nec præstat venditor: sicut non præstat eorũ periculum quæ intelliguntur decessisse mihi euincenti quintam partem octingẽtorum quæ remanserunt, cum nihil accessisset.

b *Intelligi.* ideoque non præstatur euictio. Accursius.

c *Pro bonitate.* hoc dicitur esse verum in actione ex ẽpto, sed non in stipulatu. quod falsum est: quia in ea habetur ratio bonitatis, non vt præstetur totũ quod pars euicta valet hodie, sed vt fiat omnium partiũ collatio. & ita quicquid pars valeat, videbitur: vt si emi. xx. rem quæ erat. xxx. ammodo scis ꝙ in vtraque parte euicta & nõ euicta tertiam hodie sum lucratus: & ita econtra, si decreuerit rei pretiũ, vel plusquam valeat sit empta, secundum Io.

d *Qui vnum iugerum.* duo erant duo iugera habentes pro indiuiso.

e *Tradidit.* vnum iugerũ mensura designatum, quod facere non potuit nisi pro parte dimidia: quia vt dixit Ir. aut solam dimidiam habebat fundi, aut solam dimidiã possidebat. ideoque alterius partis dominium transferre non potuit.

f *Locum.* non mensuratum.

g *Fundum.* scilicet totum, cum dimidia tantum sua sit. Ac.

Rem hæreditariam.] *CASVS.* Titius fundum suum pro. c. obligauit creditori suo: qui Titius decessit relictis duobus hæredibus. hi hæredes fundum prædictum vendiderunt, & de euictione promiserunt. tandem vnus hæredum soluit suam partem, scilicet. l. creditori: & cum alius non solueret, creditor egit cõtra emptorem, & totum fundum euicit pro. l. non solutis. quæritur an emptor possit de euictione agere etiã contra eum qui suam partem soluit? videtur quòd repellet agentem emptorem nisi cedat ei actio. contra alium qui suam partem soluerat. sed hoc remouet, & dicit quòd ei consulitur per actio. fami. ercisc. contra eum qui non soluit, sicut si totum soluisset, cum vnius negligẽtia alteri nocere non debeat. Viuianus.

h *Hæredes.* scilicet debitoris.

i *Pro parte.* pignus dicitur liberari pro parte, non quia pars tantum teneatur, insolidum enim tenetur, sed quia pro parte debiti, quæ soluta est, pignus non tenetur. sed pro parte alia non soluta tenetur insolidum.

k *Liberasset.* subaudi, alter non. Accursius.

l *Euicit.* ab emptore per hypothecariam tanquam duo rei debendi. Accursius.

m *Idq.* vt quilibet possit conueniri. & sic supple respon.

n *Causam.* quasi dicat, non ideo quòd insolidum teneantur tãquam duo rei debendi.

o *Exceptionem.* opponendam emptori agenti de euictione, quo casu recuperat iudicio fami. ercisc. vt supra, fami. erciscun. hæredes. §. idem obseruatur.

p *Actiones.* pro dimidia eius quod modo soluitur, quam videor soluere pro alio.

q *Præstarentur.* ab emptore, contra hæredem conuenti.

r *Proponerentur.* nec ideo fuit exactus vltra quàm iã soluerat, ꝙ

decesserunt[a], pro rata nouę regionis esse intelligi[b]. Cæterũ cùm pro diuiso pars aliqua fundi euincitur: tametsi certus numerus iugerum traditus sit, tamẽ non pro modo, sed pro bonitate[c] regionis præstatur euictio. ℣ Qui vnum iugerũ[d] pro indiuiso solum habuit, [&] tradidit[e]: secundum omnium sententiam, non totum dominium transtulit, sed partem dimidiam iugeri: quemadmodum si locum[f] certum, aut fundum[g] similiter tradidisset.

Euicta re per negligentiam quorũdam ex venditoribus, agitur contra omnes, etiam contra non negligentem: sed ei cõtra negligentem propria actione succurritur. Itẽ pro eo quod quis soluit nomine proprio, contra alterum actio non ceditur.

LXV. IDEM libro octauo Quæstionum.

REm hæreditariam pignori obligatam hæredes[h] vendiderunt, & euictionis nomine pro partibus hæreditariis sponderunt: [&] cũ alter pign⁹ ꝙ parte[i] sua liberasset[k], rem creditor euicit[l]. Quærebatur, an vterque hæredũ conueniri possit? idq;[m] placebat, propter indiuisam pignoris causam[n]. nec remedio locus esse videbatur, vt per doli exceptionẽ[o] actiones[p] ei, qui pecuniam creditori dedit, præstarentur[q], quia non duo rei facti proponerentur[r], sed familiæ erciscundæ iudiciũ eo nomine vtile[f] est. Nã quid* interest, vnus ex hæredibus in totũ liberauerit pignus[t], an verò pro sua dumtaxat portione: cùm cohæredis[u] negligẽtia dãnosa non debet esse alteri[x]?

Succumbens in rei vindicatione directa, non agit de euictione, si supersit sibi Publiciana, vel vtilis rei vindicatio. h. d.

LXVI. IDEM libro vicesimo octauo Quæstionum.

SI cùm venditor admonuisset[y] emptorem vt Publiciana potius, vel ea actione, quæ de fundo vectigali proposita esset, experiretur: emptor id facere supsedit[z]: omnimodo nocebit ei dolus suus, nec committetur* stipulatio. Non idem in Seruiana quoq; actione probari[a] potest. Hæc enim etsi in rem actio est, nudam tamẽ possessionẽ auocat[b]. & soluta pecunia vẽditori[c] dissoluitur [pign⁹,] vnde fit, vt emptori[d] suo nomine non competat,

A insolidũ teneretur (nam non vltra partem hæreditariam tenebatur) sed propter indiuisam causam pignoris, vt dixi: quia nisi in totum non poterat liberari. Accursius.

f *Vtile.* id est efficax.

t *Pignus.* quo casu recuperat iudicio fami. ercisc. vt. ff. fami. ercisc. hęredes. §. idẽ obseruat.

u *Cum cohæredis.* s. qui soluit cõtra hæredẽ, qa ppter eã affectus est dãno in eo quod prẽstitit agenti de euictione.

x *Alteri.* vt & ff. de noxa. l. electio. §. fi. & ff. man. l. mandatũ distrahendorum. in fi.

* *Flo. quod*

SI cũ venditor.] *CASVS.* Vendidi tibi fundum, & de euictione promisi. à possessióe sine tua culpa cecidisti. volebam vindicare, & ideo mihi denuntiasti vt assisterẽ. ego dixi, age audacter Publiciana, vel vtili in rẽ: tu vero meo cõsilio nõ credidisti, sed directa in rẽ egisti, & succubuisti. de euictione nõ ages. Secũdo, si tibi cõsului vt hypothecaria ageres, & nõ fecisti: nihilominus agis de euictione. neq; enim ea tibi cõpetebat, neque eius pignoris dominiũ per ẽptorẽ quærere credideras. [*SI IS QVI.*] Militis rẽ absentis emi à nõ domino, & præscripsi, vel vsucepi. tãdẽ miles reuersus restituitur ad vindicãdũ. dicit, ꝙ & ego restituar ad agendũ pro euic. idẽ econtra si miles, qui emerat à non domino equũ tuũ, vsucepit in militia. nã vt ego restituor ad vindicãdũ eo reuerso, sic & ipse contra auctorẽ suũ, vt de euic. agat. [*SI SECVNDVS.*] Rem alienã vendidi Titio, & ꝓmisi habere licere. deinde Titius Seio. ver⁹ dominus vult euincere, qui Seius denũtiauit suo auctori. i. Titio: qui Titius assumit procuratorẽ ad defensionẽ Seij. cum verus dominus de suo iure probasset. & cũ hic defensor rem reddere nolet, condemnatus est in æstimationem litis, scilicet defensori, non domino. quæritur ergo an Titius possit agere contra me ex stipulatione habere licere. dicit, ꝙ non: sed ex empto ad interesse agit contra me: qua actione consequetur dictã litis æstimationem, cum eam rem habere de iure non possit à Seio, quem defendit: immo verius, quia actione mandati contra Seium æstimationem litis prætitam non habet. [*DIVISIONE.*] Tres erãt hæredes. vnus erat absens, sed habebat domi procuratoræm ad alia sua negotia. duo præsentes cum illo procuratore absentis diuiserũt hære. sed postea fundus adiudicatur vni de præsentibus. fuit ei euictus. vnde potest agere contra hæredes, & act. præscrip. ver. pro euictiõe ad interesse. aget ergo cõtra absentẽ, si ratam habuerit diuisionẽ, aliàs cõtra procur. prædictum euictionis nomine, non quãtum valebat fundus tẽpore diuisiõis. Vi.

* *Flo. committitur*

y *Admonuisset.* maxime. nam & si non admonuisset, non committitur stipulatio, cum adhuc supersit sibi Publiciana proposita rei vin. & est contra, vt dixi. ff. eo. l. minor. §. si seruus. licet quidam dixerint contra, vt ibi diximus.

z *Supersederit.* sed egerit rei vin. directa.

a *Probari.* scilicet si venditor admonuerit emptorem vt hypothecariam intenderet. Accursius.

b *Auocat.* s. quia penes auocãtem nuda est. i. sine dominio, quod intẽdit quærere emptor per ẽptionẽ: sed per rei vin. vindicat quis dominium, id est, rem ratione dominij: vt. C. vbi in rem actio. l. j.

c *Venditori.* qui & creditor erat. & dic, soluta ab emptore qui soluit pretium.

d *Emptori.* ex hoc scilicet quòd soluta pecunia venditori, liberatur pignus, apparet, quòd emptori suo nomine non com-

BIU Cujas

petit.tunc enim alij non solueretur pecunia.

a *Petat.* per in integ.restit.completa præscriptione. Accursius.

b *Possessori.* directa cessante propter præscriptionem, vel vsucapionem: vt supra, eo.qui alie.sic & in minore qui petit restitui: vt supra, eo.l.minor. Accursius.

c *Emptori.* militi.s.

d *Hominis.*s.serui.

e *Eo.*s.homine.

f *Damnatio.* in litis æstimatione.

g *Ex stipulatu.*s.cum stipulatus est duplum, si ré ei habere nõ liceat. nec enim illa committitur statim lata sententia: vt.ŝ.e. habere licere. licet sit ar. cõtra.ŝ. si ser. vindi.l.j.§.j. Sed ibi ipse emptor stipulatur duplũ re euicta, vt ibi, non habere licere. vel hic non videtur dãnatus, quia nomine alieno damnatur. sed videtur ad duplã etiã pro euictione agi: vt.ŝ.e.l. euicta.§.j. quæ est cõtra. Sol. vt ibi.

h *Non poterit.* à suo venditore primo.

i *Ex vendito.* id est, ex empto aduersus venditorem primum.

k *Procurator.* i. procurans. aliàs nõ desideraretur ratihabitio. Vel dic, quòd erat procurator ad alia negotia.

l *Absentis.* vt supra, de procu.l. procurator qui pro euictione.

m *In dominum.* sicut & ei daretur: vt.ŝ.de actio.emp. Iulianus.§.si procurator. Azo. Dic actione pscri.ver. vt. C. fami.ercis.l. si familiæ.

n *Deterioris.* pretij.

o *Excedat.* nã si plus valet, tunc crescit æstimatio, & decrescit si minus valet. hoc in actione prescrip.ver. sicut in actione ex empto, quia in vtraque petitur interesse. secus in actione ex stipulatu p euictione, in qua inspicitur tẽpus venditionis: vt supra.e.l. ex mille.

p *Emptori. Non rectè.* immo videtur q sic: vt.j.de do.excep.si fideiussor. quæ est contra. Sol. ibi & interesse, si quod erat, & seruum paratus est præstare. vn de agentem ad rei æstimationem & interesse, repellit: vt ibi. hic autẽ rem tantum paratus est præstare, & ideo ab interesse nõ defenditur. secꝰ dico in dupla pretij promissa. nã illa semel cõmissa, nõ resoluitur postea: vt.ŝ.eo. habere. in fi. Itẽ contra.j. solu.ma.l.si vero negotiũ.§.fi. vbi dicitur, q

Re euicta per restitutionẽ in integrum, vtilis actio de euictione competit.h.d.

¶ Si is, qui reipublicæ causa abfuit, fundum petat[a]: vtilis possessori[b] pro euictione competit actio. Item si priuatus à milite petat: eadẽ æquitas est emptori[c] restituendæ pro euictione actionis.

Si emptori res abest propter factum suũ, non propter euictionem, licet postea propter euictionem sibi absit æstimatio, non committitur stipulatio dupla, sed agit ex empto. hoc dicit.

¶ Si secundus emptor venditorem eundémque emptorem ad litem hominis[d] dederit procuratorem, & non restituto eo[e], damnatio[f] fuerit secuta: quodcumq; ex causa iudicati præstiterit procurator, vt in rẽ suam datus, ex stipulatu[g] consequi non poterit[h]: sed quia dãnum euictionis ad personã pertinuit emptoris, qui mandati iudicio nihil percepturus est, non inutiliter ad percipiendã litis æstimationem agetur ex vendito[i].

Ex causa diuisionis debetur euictio: in qua venit interesse sicut ex causa venditionis. hoc dicit.

¶ Diuisione inter cohæredes facta, si procurator[k] absentis[l] interfuit, & dominus ratã habuit: euictis prædiis in dominum[m] actio dabitur, quæ daretur in eum, qui negotiũ absentis gessit: vt quanti sua interest, actor consequatur: scilicet vt melioris aut deterioris[n] agri facti causa finem pretij, quo fuerat tẽpore diuisionis æstimatus, deminuat vel excedat[o].

Qui tenetur ad quantitatem respectu certæ speciei, offerendo speciẽ non auditur, nisi conseruet partem alteram indemnem.

LXVII. IDEM libro decimo Responsorum.

EMptori post euictionẽ serui, quem dominꝰ abduxit, venditor eundem seruum post tempus offerendo, quo minus præstet quod emptoris interest, non rectè[p] defenditur.

Qui de euictione non tenetur, etiam re euicta à pretii petitione non repellitur.h.d.

LXVIII. IDEM libro vndecimo Responsorum.

CVm ea conditione pignus distrahit, ne quid euictione secuta creditor præstet[q]: quamuis pretium emptor non soluerit, sed venditori cauerit, A marit[o] liberat reddẽdo vxori ipsas res quas habuit de hæreditate liberti mulieris, licet in æstimatiõe fuerit obligatus. Solu. illud ex æquitate, vt ibi dicit. & in alio casu loquitur ibi quàm hic. Ac.

CVm ea. [CREDITOR.] CASVS. Titius debebat tibi. c. sub pignore fũdi, tu mihi alia. c. animo nouãdi. delegasti mihi Titiũ cũ omni iure. licet mihi euicti fund[s] tibi à Titio obligat[s], nõ ideo cõtra te liberatũ habebit actionem. Vi.

q *Præstet.* quod semp agi intelligitur: vt.ŝ. de pign.l.periculũ &.ŝ. de actio.emp.l. ex épto.§. sententiam.

r *Quo min[s].* sec[s] in his qui de euictiõe tenenẽ, qui.s. vt domini vẽdũt: vt. C. eo.si post. immo & si soluerunt, repetũt: vt supra, de act. empti ex empto.§.fi.

s *Per delegationem.* & sic est nouata: vt.j. de noua.l. delegare.

t *Maluit.* Sei[s] Titio. x. debebat sub pignore fũdi, Titi[s] mihi. x. accepi? à Titio in solutum no mẽ sui debitoris cũ pignore. qd pign[s] post-ea mihi euincitur. non ago contra Titiũ, quia à me est liberatus. Ac.

Casum petit.

† *Hic etiam sim singu. secundum. Ro. fo. 13. singu. 382. ad hoc, quod licet pactũ fuerit appositũ vt no teneatur de euictione vendẽs tamẽ tenetur ad restitutionem pretium.*

u *Creditor.* idẽmq; debitor delegans.

x *Accepit.* cã delegato.

y *Liberatus.* quãtum ad pignora euicta. Sed nũquid saltẽ vt cedat cõtrariam pigneratitiã actionẽ? R.ñ. videt q sic: vt.ŝ. eo.l. in creditore.

z *Habebit.* creditor prædictus.

a *Qui libertatis. Nõ quocumque tenebitur.* s. ad interesse. sed nũ[quid] ad pretium? Videt q sic: vt.ŝ. de act. emp. l. ex épto. i fi. quæ est cõtra. Sed certe aliud est si dicat propter vnam causam. s. libertatis se nolle teneri nomine euictionis: in quo casu nec tenetur ad pretiũ: vt hic. aliud si dicat generaliter, se nolle teneri nomine euictiõis: in quo casu tenet ad pretiũ: vt ar.ŝ.fi.q̃s cau. sed & fi.§. quæritũ. & ar.ŝ. de pec. nam quod.§.fi.

Dans nomen in solutum, non tenetur de euictione si pignora nominis euincãtur. h.d. concordat. l. periculum. ŝ. de pignoribus.

¶ Creditor, qui p pecunia nomẽ debitoris per delegationẽ[s] sequi maluit[t]: euictis pignoribus quæ prior creditor[u] accepit[x], nullam actionem cũ eo, qui liberatus[y] est, habebit[z].

Exceptio indeterminatè facta, porrigitur ad cõmunem casum: sed facta determinate, non porrigitur vltra casum expressum. Item si venditor mentitur in cõditione speciei, tenetur ad duplã. Si verò in quantitate hominis, solum ad interesse tenetur ex empto. hoc dicit vsque ad.§. seruus.

LXIX. SCAEVOLA libro secundo Quæstionum.

QVi libertatis † causam excepit in venditione: siue iam tunc, cùm traderetur, liber homo fuerit: siue cõditione, quæ testamẽto proposita fuerit impleta, ad libertatẽ peruenerit: non tenebitur[a] euictionis nomine. Qui autem in tradẽdo statuliberum dicit, intelligitur hanc speciem dumtaxat libertatis excipere, quæ ex testamento impleta conditione ex præterito[b] posit obtingere[c]. Et ideo si præsens[d] testamento libertas data fuerit, & venditor statuliberum pronũtiauit: euictionis nomine tenetur. Rursus qui statuliberũ tradit, si certam conditionem[e] p nuntiauerit, sub qua dicit ei libertatem datam[f]: deteriorem conditionem suam feciſſe existimabitur: quia non omnẽ causam statutæ libertatis, sed eam dumtaxat, quam pronuntiauerit, excepisse videbitur: veluti si quis hominem dixerit decem dare iussum, isque post annum ad libertatem peruenerit, quia hoc modo libertas data fuerit, *Stichus post annum liber esto*: euictionis obligatione tenebitur. Quid ergo? qui iussum decẽ dare, pronũtiat viginti dare debere, nõne in cõditione mẽtitur? [Et] verum est, hunc quoque in conditionem mentiri: & ideo quidã existimauerũt, hoc quoque casu euictiõis stipulationẽ cõtrahi. Sed auctoritas Seruij p̃ualuit[g], existimantis hoc casu

Ex empto.

a *Ex empto.* ad interesse quãti sua interest eum euictum non esse. Sed contra. ff. eo. si fundo. §. fi. So. hic interest mea ipsum non esse mentitum, quia si verum esset quod dixit. s. quòd iussus esset dare xx. difficilius posset peruenire ad libertatem tantam pecuniã dando, quàm peruenietur cũ x. dare iussus est. Tutius enim & facilius minorem summã offerre & dare potest. supra vero etsi sit mentit[o], non tamẽ interest mea illud esse verũ quod asseuerauit falso, cum facili[o] dãdo. v. quàm si teneretur dare x. peruenia at libertatem: nec obstaret quod dicitur. ff. de inter. ac. de ętate. §. si cum. quia ibi mẽtitus est in iudicio. Accursius.

b *Putabat.* ideo putauit ex empto competere actionem, & non ex stipulatu: quia putabat &c. Sed videtur ad duplũ agi: vt. j. de statuli. l. si. x. dare. quæ est contra. Sol. non est cõtra, quia ita pũctare debes ibi, ob euictionem dũtaxat duplę repetitio erit ẽptori. & quod subiicit, & ex empto, propter mendacium.

c *Liber factus.* vt & C. de testa. ma. l. cum testamento. & j. de condit. & demon. l. Iulius Paulus. Sed contra. in. e. tit. l. cum seru[o] ita. vbi dicitur quòd licet omnia offerat, non tamen est liber nisi leget ratiões, & domino cõputet: vt ibi dicitur. Solu. aliud est quãdo nihil debetur, quia tunc pro pure libero habetur: vt hic, cum suis concor. & aliud quãdo aliqua debet, quia tunc est conditiõalis: vt ibi, & ar. j. de lib. leg. l. petitor.

Vulg. propter

Melius dixisset reliquari: quod verbum significat ex administratione as alienum cõtrahere. Bud. ff. Post. annot.

Reliquere.

d *In reliquis.* relinquere, * est debitum ex administratione retinere.

Reliqua.

Flo. præpositam

Flo. perfusorie

vnde & reliqua dicuntur ipsa debita retenta, vel forte à reliquis, deriuatur reliqua. & ꝙ ita sic, probatur hic, & infra, de admi. tu. l. qui nominibus. & l. Luci[o]. j. respon. Accursius.

e *Dare.* hic aperte trã sit in emptorẽ: sed qd est in faciendo, non: vt infra, de statulibe. pœnæ. §. fi.

Immo potius neglexit & oscitãter. Bud. in l. empto. rẽ. ff. de act. empti.

ex empto [a] actionẽ esse: videlicet quia putabat [b] eũ, qui pronuntiasset seruum viginti dare iussum, cõditionem excepisse, quæ esset in dando.

Si seruo relicta sit libertas, si rationes reddiderit: videtur pure relicta si nulla reliqua supersint. ideo si tanquam statuliber vendatur, venditor tenetur. sed si supersint, videtur relicta sub conditione si illa reddiderit. & ideo si maior summa per venditorem exprimatur, ex empto tenatur. secus si tantam summam exprimat. h. d.

ſSeruus rationibus redditis liber esse iussus est. hũc hæres tradidit, & dixit centum dare iussũ. si nulla reliqua sunt, quę seru[us] dare debeat, & per* hoc adita hæreditate liber fact[us] [c] est: obligatio euictionis contrahitur, eo quòd liber homo tanquam statuliber traditur. Si cẽtum in reliquis [d] habet, potest videri hæres non esse mentitus: quoniam rationes reddere iussus, intelligitur summam pecuniæ, quæ ex reliquis colligitur, iussus dare [e]. Cui consequens [f] est, vt si minus, quàm cẽtum in reliquis habuerit, veluti sola quinquaginta, & cum eam pecuniam dederit, ad libertatem peruenerit: de reliquis quinquaginta [g] actio ex empto competat. ſSed & si quis in venditione statuliberum perfunctoriè [h] dixerit, conditionem [i] autem libertatis celauerit: ẽpti iudicio [k] tenebitur, si id nescierit ẽptor. Hic enim exprimitur, eum, qui dixerit statuliberum, & nullam conditionem pronũtiauerit, euictionis quidem nomine non teneri, si cõditione impleta seruus ad libertatẽ peruenerit, sed empti iudicio teneri, si modò conditionem, quã sciebat propositam* esse, celauit: sicuti qui fundum tradit, & cum sciat certam seruitutem deberi, perfunctoriè* & dixerit, *itinera, actus, quibus sunt, vtique sunt, rectè recipitur:* euictionis quidem nomine se liberat: sed quia decepit emptorem, empti iudicio tenetur. In fundo vendito cũ modus pronuntiatus deest: sumitur portio [l] ex pretio, quod totum colligendum est ex omnibus iugeribus dictis.

Casum ponit.

f *Consequens.* ratio proportionalitatis totius ad partem.

g *De reliquis quinquaginta.* id est, propter. Azo.

h *Perfunctoriè.* id est ambiguè, * secundum P.

i *Cõditionẽ.* arg. idẽ i eo q causa libertatis recepit: vt in pri. hui[us]. l.

k *Iudicio.* vt. ff. de contrahen. emp. Labeo. & l. cum in lege.

l *Portio.* Verbi gratia, venditus fuit ager in specie pro. xij. & asseruit agrũ esse trium iugerũ, ergo pro vnoquoque præsumũtur dari quatuor solidi. & deest vnũ iugerum. repetetur portio pretij quæ pro singulis iugeribus data esse credebatur. hic ergo nõ pro bonitate eius quod deest præstatur euictio: sicuti cum pars indiuidua rei cuinceretur, quia nõ bonitas loci æstimari potest, qui loc[us] non extat: sed tenetur ex empto eo nomine quod deest. Acc.

LXX. PAVLVS libro quinto Quæstionum.

B EVicta re, ex empto actio non ad pretium dumtaxat recipiendum, sed ad id, quod interest [m], competit. Ergo & si minor* esse cœpit, [n] dãnũ emptoris [o] erit.

Si res euincatur à genero emptoris, cui in dotem tradiderat, committitur, etiam si dos sit reuersura. h. d.

LXXI. IDEM libro sextodecimo Quæstionum.

PAter filiæ nomine fundũ [p] in dotem dedit. euicto eo, an ex empto [actio,] vel duplæ stipulatio committatur, quasi pater damnum patiatur, nõ immeritò dubitatur [q]. Non enim sicut mulieris dos est, ita patris C esse dici potest: nec cõferre fratrib[us] cogitur [r] dotem à se profectam, manẽte matrimonio [s]. Sed videamus, ne probabilius dicatur, committi hoc quoque casu stipulationem. Interest enim patris filiam dotatam [t] habere, & spem quãdoque recipiendæ [u] dotis, vtique si in potestate sit. Quòd si emancipata est: vix poterit defendi statim committi stipulationem, cũ vno [tantum] casu [x] ad eum dos regredi possit. Nũquid ergo tum demum agere possit, cum mortua in matrimonio filia potuit dotem repetere, si euictus fundus non esset? an & hoc casu [y] interest patris dotatam filiam habere, vt statim cõuenire promissorẽ [z] possit? Quod magis [a] paterna affectio inducit. [b] D

Pater.] CASVS. Titius filius Seij ꝑ sua filia fundũ in dotẽ dedit, quẽ emerat à nõ domino, qui fund[us] est euictus à genero Titij. quæritur an statim possit agere Titius de euictione contra suũ auctorẽ? Videtur ꝙ non, duplici ratione. Prima, quia dos est mulieris, & non patris. Itẽ si pater huius decederet, nõ conferret dotẽ quã pro filia dederat. ecõtra videtur ꝙ sic: quia interest patris filiã esse dotatam, saltem ratione affectionis, & etiam quã- * *Flo. mi. noris* doque ratiõe pecuniarij commodi: vt si est in potestate filia, vel etiã emancipata, & pater est stipulatus. nam vtroque casu ea mortua in matrimonio, competit patri repetitio. an ergo tantũ quãdo pecuniariter interest, agit pater cõtra suũ auctorẽ: an & quãdo ratione affectionis tantũ? & dicit, quòd vtrobique. Viuianus.

p *Pater filiæ [nomine fundum.* quem emerat.

q *Dubitatur.* videtur quòd agere nõ possit.

r *Fratribus cogitur.* i. pater fratribus suis. & sic loquitur in eo casu quãdo hic pater viuente suo patre dedit dotẽ pro filia sua, quæ erat neptis ad auum. filia autẽ ipsa confert, aut minus acciperet de hæreditate sui patris: vt. C. de colla. l. dotis. & in auth. qđ obtinet. aliàs non agitur quando nõ est euicta: vt. C. de colla. ea demum.

s *Matrimonio.* cũ in bonis patris nõ sit: vt hic, & j. de colla. bo. filiũ. & de colla. do. l. j. §. fi.

t *Dotatam.* Quãdoq; pecuniariter, quãdoq; sola affectione, & hoc semper est, & ideo semper agit.

u *Recipiendæ.* ſ. habet, ideo tunc pecuniariter sua interest.

x *Vno casu.* si fuit stipulatus sibi reddi, vel pactus: vt. C. de rei vxo. act. §. videamus. Accursius.

y *Hoc casu.* cũ est emãcipata, nõ reuersa ad patrẽ. Azo. sed & ipsa mulier si non habet patrẽ, agit in tali casu: vt. ff. eo. l. si pro re. §. fi.

z *Promissorem.* de euictione.

a *Magis.* quãdoque contrarium. Accursius.

b *Inducit.* quæ sola sufficit in huiusmodi cõtractib[us]: vt. ff. man. l. cum seru[us]. sed hic est etiã spes rehabendæ dotis quãdoque, vt hic dicit. ꝙ quovt ratiõe spei aliqd agatur, facit. j. ex quib[us] cau. i posea. Fulcini[us]. §. si quis actiõe. & j. sol. ma. si ab hostib[us]. & C. sol. ma. l. dos. Sed videtur ꝙ alia ratiõe agat, nõ affectione tantũ, sed quia

BIU Cujas

tenetur de euictiõe. Sed.rñ.nõ ſemper tenet: vt.C.de iure do.l.j.

a *Vm plures. Spectatur.* ſiue dicas q̃ vniuerſaliter fuit pretium ſolutum, ſiue in ſingulis, æſtimatur eius bonitas. ſed primo caſu etiam q̃ depretiata ſunt cætera: vt.ſ.tit.j.ſi plura. Accurſius.

b *Cautione.* Sed nõne & ſi vn⁹ eſt fundus, & pars euincatur, agitur ſiue in totum ſiue pro parte pretium ſit ſtatutum, licet diuerſo modo? Reſpon. ſic: & quod hic dicitur, dic nõ impediri quin agat vt pro pluribus. Ac.

c *Comprehenderit.* vt & creditor vnũ de debitoribus per vnã cautionem obligatis: vt.C. ſi certum petatur.l. eo quod. & ſic pro parte remanet, & pro parte reſcinditur negotium. Sed cõtra. infra, de ſolu. ſi quis aliam.ij. reſponſo. vbi dicitur q̃ pro debito dedit duos ſeruos in ſolutum: quorum vno euicto tota prima obligatio remanet. Solu. ibi ideo, quia non erat ibi extincta prima obligatio, cum debuit eos facere accipientis: vnde facilè remanet obligatio prima. hic autem fecit vẽditor quod debuit: qa tradidit: vnde eſt liberat⁹. ſed poſtea euictione ſecuta non ſuſcitatur obligatio, niſi quatenus eſt euictum. Ac.

** Flo. fundus*

d *Seia fundos. Dedit.* ſub pacto lucrandæ dotis ſi præmoreretur vxor: vt ſequentia locum habeãt, vel fuerint data æſtimata.

e *Doli mali.* vt.C.de rei vin.l. cum à matre. in fi. & de re.al. nõ ali. l. venditrici. Sed videtur quòd non agat, cũ ſua culpa poſſeſſionem amiſit, cum exceptionẽ non oppoſuit, ſed expectauit agere: vt ſupra, eodẽ.l.ſi rem.j.§.ſi duplæ. quæ eſt cõtra. Sol. Cum culpẽt alij te, me laudare neceſſe eſt, cũ habeas lucrũ: vt ſupra, eodem titu. l. ſed & ſi exceptio. Item & venditionẽ confirmare debet: vt.C.de lib.cau.l.ſi ab eo. quia non videtur emptor dominus. Accurſius.

f *Sı plus. Dari.* id eſt, reſtitui per actionem ex empto. & idem ſi vltra duplum nõ ſit dictum.

g *Conuenerit.* non errore, ſed conſenſu: vt ſupra, ſi quis cau.l. ſed & ſi quis.§.fi.&.C. de ſpon.l.fin.& ſupra, eodem.ſi dictum.& infra, titu.ij. euictis. & facit.ſ.de arbi.l.non diſtinguemus. in prin.

h *Liberatus.* vt.C.eodẽ.l.ſi ob cauſam.in fi. vt euenit in eo quod ex conuentione venditur: vt.ſ.de diſtra.pign.l.reſcriptum.§.j.

i *Dumtaxat.* immo in omne intereſſe: vt.ſ.de pign.act.l.elegãter.j.reſpon.quæ eſt contra. Solu. vt ibi. Accurſius.

Licet vnum ſit inſtrumentum, & vna venditio, ſi tamen corpora verum venditarum ſint diuerſa: vno euicto agitur ac ſi eſſent plura inſtrumẽta, & plures emptiones. h.d.

LXXII. CALLISTRATVS libro ſecundo Quæſtionum.

CVm plures fundi ſpecialiter nominatim, vno inſtrumento emptionis interpoſito, venierint: non vtique alter alterius fundi* pars videtur eſſe, ſed multi fundi vna emptione continentur. Et quemadmodum ſi quis, cum plura mancipia, vno inſtrumento emptionis interpoſito, vendiderit, euictionis actio in ſingula capita mancipiorum ſpectatur: [a] & ſicut [ſi] aliarum quoque rerum complurium vna emptio facta ſit, inſtrumentum quidem emptionis interpoſitum vnum eſt, euictionum autem tot actiones ſunt, quot & ſpecies rerum ſunt, quę emptione comprehẽſæ ſunt: ita & in propoſito, non vtique prohibebitur emptor, euicto ex his vno fundo, venditorẽ cõuenire, quòd vna cautione [b] emptionis cõplures fundos mercatus cõprehenderit. [c]

Hæres poteſt ex perſona propria venire contra alienationem factam per defunctũ merito iure. ſed ſi obtineat, de euictione tenetur. Item ſi pars velit, poteſt eum per exceptionem repellere. h.d.

LXXIII. PAVLVS libro ſeptimo Reſponſorum.

SEia fundos Mæuianum & Seianum, & cęteros doti dedit. [d] eos fundos vir Titius viua Seia ſine controuerſia poſſedit. poſt mortem deinde Seiæ Sempronia hæres Seiæ quæſtionem pro prædij proprietate facere inſtituit. Quæro, cum Sempronia ipſa ſit hæres Seiæ, an iure controuerſiam facere poſſit? Paulus reſpondit, iure quidem proprio, non hæreditario Semproniam, quæ Seiæ, de qua quæritur, hæres exſtitit, controuerſiam fundorum facere poſſe, ſed euictis prædiis, eandem Sempronią hæredem Seiæ conueniri poſſe, vel exceptione doli mali [e] ſummoueri poſſe.

LXXIIII. HERMOGENIANVS libro ſecundo Iuris Epitomarum.

SI plus vel minus, quàm prętij nomine datum eſt, euictione ſecuta dari [f] cõuenerit: [g] placitũ cuſtodiendum eſt. [Et] ſi iuſſu iudicis rei iudicatæ pignus captum per officium diſtrahatur, poſt euĩcatur: ex empto contra eum, qui pretio liberatus eſt, [h] non quanti intereſt, ſed de pretio dumtaxat, [i] eiúſque vſuris, [k] habita ratione fructuũ dabitur: ſcilicet ſi hos ei, qui euicit, reſtituere [l] nõ habebat neceſſe. Mota quæſtione, interim non ad pretium reſtituendum, [m] ſed ad rem defendendam, venditor conueniri poteſt. Qui nomen, quale fuit, vendidit: dũtaxat vt ſit, nõ vt exigi [n] etiã aliquid poſsit, & dolum præſtare cogitur.

Venditor non tenetur ad intereſſe, licet res vendita debeat ſeruitutem niſi fuerit vendita vt libera: nec etiã tenetur, licet eidẽ nõ debeatur, niſi dictum fuerit deberi. h.d.

LXXV. VENVLEIVS libro ſexto decimo Stipulationum.

QVod ad ſeruitutes prædiorum [o] attinet, ſi tacitè [p] ſecutæ ſunt, & vindicẽtur ab alio: Quintus Mucius & Sabinus exiſtimant, venditorẽ ob euictionem teneri non poſſe. Nec enim euictionis nomine quemquã teneri in eo iure quod tacitè [q] ſoleat accedere, niſi, *vti optimus maximúſque eſſet*, traditus fuerit fundus. tunc enim liberum ab omni ſeruitute præſtandum. Si verò emptor petat viam, vel actum: venditorem teneri non poſſe, [r] niſi nominatim dixerit, acceſſurũ iter vel actum. [ſ] tunc enim teneri [t] eum, qui ita dixerit. Et vera eſt Quinti Mucij ſententia, vt qui optimum maximúmq; fundũ [u] tradidit, liberũ prętet: non etiã deberi alias ſeruitutes, niſi hoc ſpecialiter ab eo acceſſũ [x] ſit.

k *Vſuris.* computandis poſt euictionem.

l *Reſtituere.* fructus puta, quia non extabant, vel etiam mala fide conſumpti ſunt: vt.C.de rei vind.ſi fundum.

m *Reſtituendũ.* vt &.C.eodẽ.l.qui rẽ emit. niſi hoc cõuenerit vt mota cõtrouerſia pretiũ reſtituatur: vt.C.eo.l.ſiue in libertatẽ. Eſt tamẽ argu. cõtra. ſ. cõmuni diui. ſi ſocius.

n *Exigi.* de facto. ſed vt poſsit de iure exigi, tenetur: vt.ſ. de hære. vel act. vend. ſi nomen ſit diſtractum. Sed argu. contra, ſupra, de dol. ma. l. nam is.

Quod ad ſeruitutes.] CASVS. Vẽdidi tibi fundũ, ignorans eum ſeruum, cum deberet ſeruitutẽ vicino: qui vicin⁹ poſtea euincit ſeruitutẽ. nõ teneor de euictione ad intereſſe: cum neq; tota res, neq; pars eſt euicta, quãdo huiuſmodi ſeruitus euincit. & hoc niſi dixiſſem optimum, quia tunc ad intereſſe. Secundo quæritur: ſi vendo fundum, an tenear præſtare eum dominantẽ vicino. & dicit q̃ nõ, etiam ſi dixi, optimum maximũ: niſi expreſſe dixi ei deberi ſeruitutem. Lex vltima plana eſt. Viuianus.

o *Quod ad ſeruitutes prædiorum.* Prædiorum ideo dicit, quia ſec⁹ eſt in perſonali, vt puta vſusfructus: vt.ſ.eodem l.ſed & ſi quid: §. ſi vſus fructus. &.l. ſi rem.§.ſi. quæ ſunt cõtra. & notari poteſt.j. de leg.j.l.ſeruo lega.§.ſi fund⁹. Ac.

p *Si tacitè.* nominaliter ponitur, non aduerbialiter. hoc eſt, quia neque venditor, neq; ẽptor aliquid dixit de ſeruitutibus, & ita tacitæ ſunt, cũ vterque de eis tacuit, & hoc cũ vẽditor ignorabat ſeruitutes. nam non ad intereſſe tenetur tunc, ſed quanto minoris emptu rus eſſet, agit. alioquin ad intereſſe: vt.ſ.ti.j. quotiens. &.ſ. de act. emp. l. Iulian⁹ ait. &.ſ. eodẽ. l. ſed & ſi quid. Ac.

q *Tacitè.* ſcilicet ſeruitutes. Accurſius.

r *Nõ poſſe.* ſed duplũ, ſed ex ẽpto: vt no. ſ. de contrahen. empt. cum vẽderes. Vel dic, q̃ hic excepit ne teneret nomine ſeruitutis. quod Io. non placet. Accur. preſſum

ſ *Actum.* etiam eo caſu quo dixit, optimum.

t *Teneri.* idem eſt in legatis, quo ad euictionem ſeruitutis: vt infra, de lega.ij. Mæuius.§. placet. ſecus eſt quantum ad euictionem domini.j.

u *Fundum.* præſtandum: vt.j. de verb. ſigni. l. qui vt optimus.

x *Acceſſum.* id eſt, dictum ſit accedere: vt & ſupra, de contrahen. empt. l. in vendendo. Accurſius.

Hal. ex.

Si alienam.

BIU Cujas

a *Si alienam. Amitti.* amittitur actio quæ cœpit. sic & supra, quibus mo. vsufruct. amit. l. j.

b *Pro euictione.* quia donasse videor: vt & infra, de stip. ser. l. quod seruus. sicut & manumittendo: vt &. ff. eo. l. si seruum cuius.

DE EXCEPTIONE REI VENDITÆ.

s *Vtique.* non aliàs, secundũ H.& Ir.& B.Sed Ioan.& Azo cõtra: vt supra, man.l.si vero non remunerandi.§.si mihi mandaueris.&.§.sed & si reum vsuris.& dic,si,pro quamuis. Dicit ergo,ꝙ licet plus commodi attulerit, non tamen agit nisi pro vsuris præstitis.alioquin si decem impendi in negotia tua, nonne repetam: vel si soluam creditori tuo.nec enim facio meliorem cõditionem tuam,immo in aliquo deteriorem:quia prius tenebaris ex contractu stricti iuris: nunc bonæ fidei. Item si solui ei vsuram quæ est sors facta quantum ad me: agam tamen in id quod commodi attuli. Vel dic,si plus,id est non minus.& secundum hoc non obilla.l.mandati. Vel dic,vt ibi.

Videamus.] *CASVS.* Aliquando peto rem vt meam per rei vindi.& ibi veniunt fructus ex die moræ.aliquando actione personali:& ibi quando veniant plene,vult dicere hic. Vel primo ponit exemplum in condic.ob causam: vt ecce,Berta futura vxor Titij,dedit ei fundum in dotem:& Titius tenuit per annum,dum sperabatur matrimoniũ. deinde deficit spes matrimonij: quia accepit aliam,& decessit.agit Berta condic.ob causam. Quæritur de fructibus. Et dicit,quòd tam illius anni,quo sperabatur matrimonium,quàm alterius postea veniunt fructus:fuitque mora in rem: quia nulla fuit interpellatio, siue facta fuit. Secundo, quid si ipsa alij nupsit: & sic per ipsam deficit spes matrimonij? Respon. idem vt veniant, ne sequatur absurditas: quia Titius negligeret fundum: quod non debet facere. [*IN FAVIANA.*] Debitor multorum creditorum, fraude alienauit fundum: vel libertus in fraudem patroni: nunc agunt creditores reuocatoria, scilicet

BIU Cujas

licet actione Pauliana: vel patronus agit Fauiana contra acceptatores. quæritur, an fructus veniant? Et dicit, quòd sic. nã aliàs, non plene diceretur fieri restitutio: maxime, quia prætor præcepit talia alienata restitui: & illi rem restitui, continet rem cum fructibus. quod autem de interdicto vnde vi, & actione quod metus causa subiicit, planum est. [*SI ACTIONEM.*] Ex causa donationis fundum ꝓmisisti mihi per stipulationẽ: nunc ago ex stipulatu vt tradas: an veniant fructus? Et dicit, ꝙ licet te interpellẽ extra ius: nõ ideo veniunt, sed tunc demũ cum fuero litem cõtestatus: neque obstat superioribus casibus vt in condictionibus fructus veniant: quia hoc pecu- *Flo. generali quãdo* lium neque est, neque fuit meũ. si vero petebam quod fuerat meũ, veniunt fructus. [*EX CAVSA.*] Peto rem ex contractu bonæ fid. *Flo. adfinitas* puta ex empto, vel pro socio, vt communices res quæsitas. veniũt fructus: & demum ago depositi, vel commodati, finito vsu in quẽ cõmodaui. & hoc dicit. [*IN INTERDICTO.*] Foueam in meo fecisti vi vel clam. ago vt in pristinum statum reponas. veniũt fructus, vel quos amisi, vel quos tu percepisti. [*ANTE MATRIMONIVM.*] Planus est. & in eodem casu loquitur. §. sequés. Viuianus.

a *Renũtiata adfinitate.* id est non secuto matrimonio.

b *Restituendi.* vt & supra, de condictione ob cau. da. l. qui se debere. §. finali.

c *Adfinitas.* scilicet contrahenda.

d *In re.* mora fit in re, cum nulla denũtiatione opus est: vt supra, eodem. l. sed & si. sed in persona non, nisi denũtiatio præcedat. Prima tamen non semper habet locum, sed in persona minoris.

e *Omnimodo.* etiam percipiendi: siue eo tempore quo sperabatur adfinitas, siue non. Accursius.

f *Vt debeat.* vt infra, soluto matrimonio. l. si mora. nam in solo duplo arrarum debet damnificari: vt. C. de sponsa. l. mulier.

g *Ratio autem.* vt de percipiendis teneatur. Et est vna ratio, secundum Ir. & Azo. Est alia, quia ma. fi. debet teneri vtroque tempore, licet res sit sua: quia curare debet vt dos augeatur dum durat spes adfinitatis. Item propter dubium, an debeat apud eum remanere: multo magis soluta adfinitate, & nuntio remisso: quod in aliis reuocatoriis non inuenitur circa bonę fidei possess. vt teneatur de percipiendis. Accursius.

h *Hæc est.* scilicet omnium prædictorum. & expone secundum Io. Et ideo tenetur de fructibus post renuntiationem adfinitatis, quia percepit. si autem non percepisset, non teneretur: quia licuerat ei negligere fundum: vt supra, de hæred. vel act. ven. l. véditor ex hæreditate. §. quemadmodum. Vel dic, secundum Azo. ratio & cætera. quasi dicat. ideo tenetur de fructibus: quia si dicas non teneri, sic negligeret fundum: quod esset iniquum.

i *Licuerat.* sup. ideo hoc erat, quia licuerat, & cætera. secundum Ioan. secundum aliam est plana.

modi, quàm vsurę istę colligũt.

Si actione stricti iuris peto quod est vel fuit meum, veniũt fructus à tempore morę. sed si peto mihi debitum, tunc à tempore cõtest. lit. sed in actionibus bonæ fi. semper veniunt à tempore morę. h. d. Primo loquitur de actionibus stricti iuris. Secundo, de bonæ fidei. Tertio, de stricti iuris habentibus instar bonæ fidei. Secunda ibi, ex causa. Tertia ibi, in. l. equis. Bartolus.

XXXVIII. PAVLVS libro sexto ad Plautium.

VIdeamus generatim, *quãdo in actione, quæ est in personam, etiã fructus veniant. Et quidẽ si fundus ob rem datus sit, veluti dotis causa: & renuntiata adfinitate, [a]* fructus quoque restituendi [b] sunt: vtique hi qui percepti sunt eo tempore, quo sperabatur adfinitas. [c] Sed & posteriores, si ĩ re [d] mora fuit vt ab illo, qui reddere debeat: omnimodo [e] restituẽ di sunt. Sed & si per mulierem stetit, quò minus nuptiæ cõtrahantur: magis est, vt debeat [f] fructus recipere. Ratio autem [g] hæc est, [h] quòd si sponsus non conueniebatur restituere fructus, licuerat [i] ei negligere fundum. ℣ Item si indebitũ fundũ solui, & repeto: fructus quoque repetere debeo [k]. Idémque est, si mortis causa fundus sit donatus, & reualuerit, qui donauit, atque ita condictio nascatur. ℣ In Fauiana [l] quoque actione & Pauliana, [m] per quam, quæ in fraudem creditorum alienata sunt, reuocantur: fructus [n] quoq; restituuntur. [o] nam prætor id agit, vt perinde sint omnia, atque si nihil alienatum esset: quod non est iniquũ. Nam & verbum, *restituas*, quod in hac re prætor dixit, plenam habet significationẽ, † vt fructus quoque restituantur. Et ideo cum restitui prętor vult, veluti in interdicto [p] Vnde vi, etiam fructus sunt restituendi. Itẽ si vi, metúsve causa rem tradam: non aliter mihi restituisse videtur, quàm si fruct⁹ mihi restituat: [q] nec mora mea [r] mihi aliquid aufert. ℣ Si actionem habeam ad id consequendum, quod meum non fuit, veluti ex stipulatu: fructus nõ cõsequar, [s] etiam si mora facta sit. Quod si acceptum est iudiciũ, tunc Sabinus & Cassius ex æquitate fructus quoq;, post acceptum iudicium, præstandos putant, vt causa restituatur. quod puto rectè dici. [t] Ex causa etiam emptionis fructus restituendi sunt. [u] Sed in societatibus fructus communicandi [x] sunt. Si possessionem [x] naturalem reuocem, [z] proprietas mea manet. Videamus de fructibus. Et quidem in depositi & cõmodato fructus quoque præstandi sunt, sicut diximus. [a] In interdicto quoque quod vi aut clàm, magis est, vt omnis causa & fructus restituãtur. ℣ Ante matrimoniũ quoq; fructus percepti, dotis fiunt: [b] & cum ea [c] restituuntur. Eadem ratio est in fructibus prædiorũ vrbanorum. ℣ Item si diuidere fundum tecũ velim, tu nolis, & colã: an fructus diuidi debeant post deductionẽ [d] impensarũ?

k *Debeo.* vt supra, de condic. inde. l. in summa. §. ei qui.

l *In Fauiana.* quæ est personalis & perpetua: vt infra, si in frau. pa. l. j. & l. iij. §. hæc actio.

m *Pauliana.* quando locum habet, dic vt. C. si in frau. pa. l. j.

n *Fructus.* qui erant tempore alienationis, vel percepti post lit. contest. vt infra, quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. per hanc. & §. præterea. & l. fin. §. non solum.

o *Restituuntur.* vt infra, de verb. signi. l. fin. † *Dic quòd plenã & p-fectam habet significationẽ. cõtra.* §. fin. & ꝟ. de rei vindi. l. præterea. & l. ex diuerso. §. vbi. *Veluti interdicto.* etiã ante lit. contesta. quod *cor. text. in ca. nullus post. cũ seq.* in aliis non est: vt supra, de vi & vi ar. l. j. §. exinde. Accursius. *2. q. 2. text. in. c. acceptæ.*

q *Restituat.* vt & supra, quod met. cau. l. sed *vt lite non dens. extra* & partus. non tamen vt restituta re per sententiam, possit adhuc agere de fructibus: vt arg. C. depo. l. iiij. *contest.*

r *Mora mea.* quòd distuli agere quod metus causa.

s *Non consequar.* vt. ꝟ. de ver. obl. l. si filius. §. fina. Sed contra infra, cod. tit. l. si fundum. vbi dicit, venire interesse. Sol. hic stipulatus erat aliquid sibi dari: ibi stipulatus erat aliquid sibi tradi: & sic factum propter quod agitur ad interesse: & sic ad fructus: vt infra, de re iudi. l. si quis ab alio. §. fin. & infra, de verb. obli. l. cum stipulatus. §. fi. & l. quotiens. Vel ibi de alio interesse, quàm fructuũ. Si obiiciatur, Cur ergo ad interesse non agitur vbi stipulatus sum vacuam possess. tradi. nam nec fructus veniunt: vt supra, de actio. empti. l. datio. §. j? Respon. immò veniũt fructus: sed non tanquam fructus, sed tanquam interesse. Distinguitur tamen, an agat vt tradat vacuam possessionem: & tunc si tradat etiam sine fructibus, liberatur. aut vt id impleatur quod conuenit: & præstet interesse quod nõ tradidit. tunc enim & fructuum ratio habebitur, & omnis vtilitatis meæ. Accursius.

t *Dici.* vt supra, eod. l. ij. & ꝟ. si cer. pet. l. cum fundum. in princ.

u *Restituendi sunt.* scilicet à venditore emptori: hoc est dandi: vt supra, eod. l. si stipulatus. §. fina. & supra, de hæreditate vel actione vendita. l. venditor ex hæreditate. §. quemadmodum. Accursius.

x *Communicandi.* cum putans fundum suum, percepit: & sic fecit suos. Item à tempore moræ tenetur de percipiendis.

y *Si possessionem.* quæ erat apud depositarium, vel cõmodatariũ.

z *Reuocem.* de hoc statim ponit exemplum.

a *Diximus.* s. modo in superiori casu circa cõtractum emptionis.

b *Dotis fiunt.* vt & infra, soluto matri. l. de diuisione. & argumen. l. si marito. §. j. & infra, de iure dotium. l. dotis fructus. secundo responso.

c *Cum ea.* scilicet dote. Accursius.

d *Deductionem.* nullus enim casus &c. vt infra, soluto ma. l. fructus. & infra, eodem. l. quod in fructus. & supra, familiæ erciscundæ. l. fundus qui.

BIU Cujas

a *In cæteris.* nam communi diui.bo.fidei est.
b *Præstantur.* ab initio.
c *Si dos prælegata.* id est legata à viro vxori.
d *Veniunt.* quia dotis fuerant facti: vt supra, proxi.§.ante matrimonium. videtur enim legasse quòd per primam actionem peti posset, & valet legatū: quia plenius est legatū quàm de dote actio: vt institutionibus de leg. §. sed si vxori. & ideo valet: vt infra, de leg. iij. l. si deportata. §. si quis. Accursius.

Quis.] CASVS. Testator legauit mihi duas equas alienas: & legauit mihi equitium alienum: tenetur hæres ad fœtus post moram: immò in equitio legato etiam ante moram. Viuianus.

e *Equis.* id est equabus, scilicet alienis. aliàs si testatoris: statim ab adita hæreditate: vt infra, eodem.l. Herēnius. & dic, singulis.

f *Post morā.* vt supra, eod.l. Paulus.§. finali.

g *Gregis.* si legaui equitium alienum, etiā postea nata sub hac oratione cōprehenduntur: vt inst. de leg.§. sed si grex. sed si decem equas postea natas, ante morā hæredis non cōprehēduntur: ideoque nec petuntur: vt in hac l. dicitur.

In eū.] CASVS. Creditor qui pro decem habebat pignus, vendidit illud pro. xx. tenetur reddere residuū cū vsuris. vel si vendidit illud pro decem tantum, nō tenetur ad vsuras debitor ex die venditionis. Legem seq. vide per te. Viuianus.

h *Reputatio.* scilicet vt superflui det vsuram debitori: vt supra, de pign. act. l. quamuis.§. fi. & l. seq. etiam ex mora in rem in hoc casu. vel dic, vt tantæ sortis quantum est pretium, nō debeantur vsurę ab eo die, licet emptor pecuniam nō numerauit cū creditor fuit in culpa: alioquin non ita. vt supra, de distra. pig. l. quæsitum. Accursius.

Et puto diuidendos. ℣ In cæteris[a] quoque bonæ fidei iudiciis fructus omnimodo p̄stantur.[b] ℣ Si dos prælegata[c] fuerit: ante nuptias percepti fructus in causam legati veniunt[d].

XXXIX. MODESTINVS libro nono Differentiarum.

2 EQuis[e] per fideicommissum legatis, post moram[f] hæredis fœtus quoque debentur. Equitio autem legato, etiā si mora nō intercedat, incremēto gregis[g] fœtus accedunt.

XL. IDEM libro quarto Regularum.

IN eum diem, quo creditor pignora distraxit, rectè vsuræ fiet reputatio.[h]

Vsuræ quæ currebant ante sententiam, currunt etiam post eam, pendente appellatione frustratoria: & potest iudex appellationis in illis condemnare. hoc dicit.

XLI. IDEM libro tertio Responsorum.

TVtor condemnatus, per appellationem traxerat exsecutionem sententiæ. Herennius Modestinus respōdit, eum, qui de appellatione cognouit, potuisse, si frustratoriam morandi causa appellationē interposi tam animaduerteret, etiā de vsuris medij tēporis[i] eū cōdēnare.

Per oblationē partis debiti, non desinunt currere vsuræ totius. h.d. Intellige quòd offerebat partem debiti proprietatis. sed si totum, licet non vsuras, cogeretur creditor recipere. C. de sol. l. 1. in prin. coniuncto fin. l. quod est contra Cy. ibi. & l. exhibitus.

℣ Lucius Titius cùm cētum, & vsuras aliquanti temporis deberet, minorem pecuniā, quàm debebat, obsignauit. Quærò, an [Lucius] Titius pecuniæ, quam obsignauit, vsuras prēstare non debeat? Modestinus respondit, si non hac lege[k] mutua pecunia data est, vti liceret & particulatim, quod acceptum est, exsoluere: nō retardari totius debiti vsurarum præstationem, si, cum creditor paratus esset totum susc̄ipere, debitor, qui in exsolutione totius cessabat, solam partem deposuit.[l] Ab Aulo Agerio Gaius Seius mutuā quādam quantitatē accepit,[m] hoc chirographo: *ille*[n] *scripsi me accepisse, & accepi ab illo mutuos & numeratos decem: quos ei reddam kalendis illis*proximis, cum suis vsuris placitis inter nos.* quæro, an ex eo instrumento vsuræ peti possint, & quæ? Modestinus respōdit, si non appareat, de quibus vsuris conuentio facta sit, peti eas non posse[o].

XLII. IDEM libro vndecimo Responsorum.

1 HErēnius Modestinus respondit, fructus, qui post adquisitum[p] ex causa fideicommissi dominium ex terra percipiuntur, ad fideicommissarium pertinere, licet maior pars anni ante diem fideicommissi cedē tem præteriisse dicatur.

Cessionarius potest petere illud, quod poterat cedens, etiam iure speciali. h.d.

XLIII. IDEM libro octauodecimo Responsorum.

2 HErēnius Modestinus respondit, eius temporis, quod cessit, postquam fiscus debitum percepit[q], eum, qui mandatis à fisco actionibus experitur, vsuras, quæ in stipulatum deductæ non sunt, petere posse[r].

XLIIII. IDEM libro decimo Pandectarum.

POenam pro vsuris stipulari nemo supra modum vsurarum licitum potest[s].

XLV. POMPONIVS libro tertiodecimo ad Quintum Mucium.

Non posse. vt & supra, eo.l. quod in stipulatione. Sed certè immò, & si non esset quantitas expressa vsurarum, non posset peti: quia necessarium est deduci eas in stipulatione: vt. C. e. l. quamuis. & supra, de præscri. verb. l. Titius. præsumptio tamen est propter epistolam quòd stipulatio intercessisset, nisi contrarium probaretur: vt. C. de contrahē. stip. l. j. alia tamen causa potest esse quare debeantur, puta mora, si esset iudicium bon. fid. vt supra, deposi. l. Quintus. & tunc quæ in regione frequētantur: vt supra. l. j. Accursius.

Herennius.] CASVS. Testator legauit mihi vineam in kalendis Iunij: & decessit. hęres pridie vindemias adiuit. Dicit, quòd habeo fructū vineæ, & cessit dies legati aditione hęreditatis. Viuianus.

**Iulii*

p *Post adquisitū.* id est post aditam hæreditatem, non à die mortis: vt infra, de lega. j. si tibi. §. cum seruus. quod ergo legitur supra, eo. l. equis. & C. de vsu. & fruct. leg. l. fina. intellige in equis alienis, & equitio alieno. sed testatoris re legata, ab adita hæreditate dominium est legatarij, & rei, & fructus: sed à fructibus posset excusari hæres, si nesciret rem legatam, & perciperet eos ante moram: vt infra, de adquir. rerum do. l. quęsitum. secus tamen in fructibus vltimi anni matrimonij seruatur circa dotem: vt infra, solu. mat. l. diuortio. quæ est ar. contra. Accursius.

Glossa illa c. Aufer. leg.

Herennius.] CASVS. Mutuauidecem Titio sine vsuris. deinde successit mihi fiscus: & sic cœperunt ei deberi vsuræ post annum. fiscus iura sua cōtra Titium cessit Seio. nūc agit Seius iure cessō contra Titium. quęritur, an possit petere vsuras, & cuius temporis? Respon. eius anni, quo fiscus potuit: tamē non prioris, vel posterioris temporis, scilicet post cessionem. Viuianus.

Ructus.] CASVS. Maritus donauit vxori fundum credēti donationem valere. quæritur, an faciat fructus suos percipiendo? & dicit

i *Tvtor. Medii temporis.* ab appellatione vsque ad confirmationem: vt infra, de ap. l. negotiorum. & infra, de re iudi. l. fin. & arg. j. de rit. nup. l. si tutor.§. quid ergo. Sed contra. C. de vsur. rei iud. l. ij. & fin. Sol. hic frustratoriè protractum est tempus: ibi per legis licentiam. vel ibi transiuit in rem iudi. hic non, quod est verius: vt no. infra, de re iudi. l. fina. sed in idem recidit.

k *Lege.* id est pacto.

l *Deposuit.* in totum ergo debet fieri oblatio: vt. C. de sol. l. obsignatione. & supra, de acti. empt. l. Iulia.§. offerri. & supra, de pigno. l. qui pignori. Sed contra supra, si cer. pe. l. quidam. Sol. hic in totum confitebatur: ibi non: vt & supra, si pars hæredi. pe. l. permittendum. Item hoc quod hic dicit, fallit in casibus, quos not. supra, si certum peta. d. l. quidam.

m *Accepit.* quasi dicat, verum est quod scripsit.

n *Ille.* scriptor, vel notarius.

o *Poenam.*] CASVS. Mutuo decem & stipulor duplam, vel aliquid nomine pœnæ. dicit quòd ita demum valet stipulatio pœnæ, si legitimam vsuram non excedit.

p *Poenam.*] CASVS. Mutuo decem & stipulor duplam, vel aliquid nomine pœnæ. dicit quòd ita demum valet stipulatio pœnæ, si legitimam vsuram non excedit.

q *Percepit.* destinatione: vt quia obligatio debiti peruenit ad eum ex successione.

r *Petere posse.* propter fiscum: quia & eas petere potest non pro futuro. alioquin contra: vt infra, de regulis iuris. l. in omnibus. petit ergo hic fiscus vsuras iure speciali citra conuentionem: vt supra, eod. l. cum quidam.§. fiscus. Accursius.

s *Poenam.*] CASVS. Mutuo decem & stipulor duplam, vel aliquid nomine pœnæ. dicit quòd ita demum valet stipulatio pœnæ, si legitimam vsuram non excedit.

BIU Cujas

& dicit industriales sic, naturales non. nam neque alius bonæ fid. poss. facit suos naturales, sed tantum industriales. Viuianus.

a *Donata.* cum putauit donationem valere: alioquin pro possessore possidet: vt infra, de adquir. possess. l. quod vxor. quæ est contra. & infra, de dona. inter vi. & vxo. l. de fructibus. Azo. Alij dicunt, quòd hic res donata non erat donatis, sed bona fide possessa.

*Hal. facit illos tãtum, quos

b *Facit.* & idé in vsuris ex pecunia redactis: vt infra, de dona. inter virum & vxorem. l. de fructibus.

c *Suis.* vel alienis. nã naturales excludit tãtũ.

Fructus naturales, an perceptione bonæ fidei possessoris fiant.

d *Bonæ fidei.* Not. naturales fructus nõ fieri bon. fi. poss. perceptione sola. Et sic est contra. ï. de adquir. rerum do. l. bona fide. in prin. vbi dicit, quòd omnes fiunt eius. Sol. hic sine titulo: ibi cũ titulo. sed certè immò, & hic fuit titulus. Dic ergo, quòd omnes sunt possessoris, scilicet nõ solum: quos ipse præcepit, vel sua cultura: sed & quos alius, dũmodo sint industriales. & sic loquitur contrarium.

e *Quod in fructibus. Deminuere debere.* etiã malæ fidei possessor: vt &. s. de pet. hære. l. si à patre. §. fruct⁹. & dixi. s. eo. l. videamus. §. pe. & fami. ercisc. l. fundus qui.

f *Aratũ. Non videri.* vt. s. eo. l. si quis solutioni. & l. si modo.

g *Maritus. Habuisset.* ex se, nõ ex alio: vt infra, de condi. & demon. l. cũ vir vxori. Accursius.

h *An etiã fructus.* nõ solum proprietas.

i *Mulieri.* Sed cur restituit fructus, cũ nullo modo interpellati fuerunt hæredes, & ideo non fuerunt in mora? Respon. ideo quia fecerũt dolo, quo minus interpellarẽtur: quod ex postfacto apparet: ideoq; pro interpellatis habentur: vt. ï. quod vi aut clam. l. j. §. si quis. vel quia legatariæ quæsitum est dominium ex conditionis euentu: vt supra, eod. l. Herennius. sed tunc ex die conditionis. Accursius.

k *Fructus.* Potest intelligi in possessore bon. fid. & quod iuris censetur in aliis vtilitatibus, hoc & in ista: sed hoc nõ valet: quia cum non sit dominus, non potest obligare, nisi ponas eum habere titulum: vt supra, de pigno. l. si ab eo. vel potes ponere in fructuario, qui potest obligare ipsum ius vtendi, fruendi, non autem proprietatem: vt instit. de vsu & habita. §. j. &. C. de vsufruct. l. interest. quæ est contra.

FRuctus percipiẽdo vxor vel vir ex re donata[a], suos facit[b], illos tamen, *quos suis[c] operis adquisierit, veluti serendo. nam si pomum decerpserit, vel ex sylua ceciderit, nõ fit eius: sicuti nec cuiuslibet bonæ fidei[d] possessoris: quia non ex facto eius is fructus nascitur.

XLVI. VLPIANVS libro sexagesimosecundo ad Edictum.

QVod in fructus redigendos impẽsum est: nõ ambigitur ipsos fructus deminuere[e] debere.

XLVII. SCAEVOLA libro nono Digestorum respondit.

PAratum iudicium accipere, si ab aduersario [eius] cessatum est: moram facere non videri[f].

XLVIII. IDEM libro vicesimosecundo Digestorum.

MAritus vxori suę vsumfructum tertiæ partis: & cum liberos habuisset[g], proprietatem legauit. eam vxorem hæredes falsi testamenti & aliorũ criminum accusauerunt: quare impedita est legatorum petitio. interea & filius ei mulieri natus est: eóque conditio legati exstitit. Quæsitum est, cùm testamentum falsum non esse apparuerit, an fructus[h] etiam mulieri[i] præstari debeant. Respõdit, præstandos.

XLIX. IAVOLENVS libro tertio ex Posterioribus Labeonis.

FRuctus[k] rei est, vel pignori dare licere.

DE NAVTICO FOENORE.

TRaiectitia.] CASVS. Mutuo tibi decem aureos portandos vltra mare meo periculo. si nauis pereat, hęc quidem pecunia dicitur traiectitia: & infra centesimam vsuram possum pacisci. sed si non per aquam, sed hic consumere debebas, hoc acto nõ erit traiectitia: & sic prædictam vsuram sic magnam non possum stipulari. Secundo, pone quòd mutuo tibi centum aureos, vt emas merces hic, & portes vltra mare. quæritur, an hæ merces sint traiectitiæ: vt sic possim vsuram pacisci? Et respon. si actum est, vt meo periculo sint, sic: aliàs non. Viuianus.

l *Vehitur.* cum periculo creditoris. Accursius.

m *Consumatur.* quo datur. Azo.

n *Etiam ipsa.* scilicet, merces.

o *Creditoris.* hoc expresso à creditore: aliàs non. Accursius.

p *Pecunia.* id est res habentur pro traiectitia pecunia, vt sic pereat periculo creditoris.

Abeo.] CASVS. Mutuaui tibi centum aureos meo periculo, quos reddere promisisti cum peteré, vt extunc desinat meum esse periculum. postea decedis sine hærede, vel non inueniris, vt possim petere, debeo protestari coram bonis viris me denuntiare, seu petere non posse: & credit loco petitionis, seu denuntiationis. Viuia.

†*Ad tit. huius facilio-rem intelle-ctum, vide Bud. lib. 1. de asse vbi de multipli-ci vsurarũ specie tra-ctat.*

q *Debere.* denuntiabit enim se non posse denũtiare. sic infra, de no. ope. nũ. l. de pupillo. §. si quis ipsi. sed ad quid prodest? Respõ. vt desinat periculum pertinere ad creditorẽ: quasi debitor iã sit in mora. & hoc est promptũ, si ita ponas mutuatam à creditore, reddas cũ petiero: vt. ï. de verbo. obliga. l. si decem cum petiero. &. l. si ita quis. sic ergo quodammodo fit mora in rẽ: vt & infra, eod. l. fin. & supra, titu. j. l. sed & si. §. aliquando. Sed arg. contra supra, de peti. hære. l. item veniunt. §. petitam. Vel dic, prodest hæc interpellatio, vt vsuræ debeantur ex præterito, vel futuro si sic fueram stipulatus, reddes cum petiero. alioquin dabis vsuras ex præterito, vel futuro. Acc.

IN nautica.] CASVS. Mutuo tibi centũ aureos meo periculo: & conueniſti, vt iter arriperes kalẽ. Martij. certe extunc est nautica, & currit centesima vsura. Viuianus.

r *Cõueniat.* i. vtrique, id est debitori & creditori, & nauigauerit: nec enĩ aliud periculũ, nisi nauigij suscipit creditor. quasi ergo conditione impleta, extunc transit periculum: vt & infra, eod. l. proxima. Accursius.

NIhil.] CASVS. Inter duos casus dicit nõ esse differentiam. Primus. Mutuo tibi centum aureos portandos supra mare: sed non meo periculo. Certe non est traiectitia, neque debetur centesima vsura: sed aliàs minor. secundo: Primo recepi cum mutuaui meo periculo vsque ad mensem, non vltra: certe extunc nõ est traiectitia vt debeatur maxima vsura: in primo tamen nullo tempore fuerit maior debita: in secundo ex finito mense. [*NEC PIGNORA.*] Mutuaui tibi centum traiectitia sub pignore: stipulor centesimam vsuram, quæ in capite anni duplicat sortem. mittebam quendam seruum pro repetenda pecunia: cuius operis perditis stipulabar duodecim imperiales pro quolibet die sub eodem pignore. quæritur an valeat. Dicit quòd non: quia inter totum non debeo habere vltra duplatã sortem in fine anni: hoc autem esset amplius: vnde neq; pignora possum tenere pro eo quod plus est. [*QVOD IN SINGVLOS.*] Mutuo tibi centum traiectitia pro singulis diebus vnum aureum vsurarum nomine. quæritur, an valeat. Et dicit, quòd sic: cum in totum non excedat sortem in capite anni. [*IN STIPVLATIONE.*] Mutuo tibi centum traiectitia meo periculo: item stipulor pro operis serui missi pro pecunia aliquid per singulos dies: deinde ex interuallo stipulor vsuram minorem centesima. quæritur, an

BIU Cujas

valeat. Et dicit, quòd sic: dum tamen non excedat inter hanc & stipulationem operarum duplatam sortem.

a *Desierit.* vt infra, de fideiuss. l. si à reo. §. sub diuersis. Sed argu. contra supra, de condict. inde. sufficit. & facit supra, de peri. & commo. rei vendi. l. quòd si pendente.

b *Debebitur.* scilicet legitima vsura.

c *Semper.* scilicet præstabitur legitima.

d *Discusso.* i. finito.

e *Pro operis.* Mittebatur seruus cum debitore vt pecuniam peteret à debitore die statuto: & certam stipulabatur creditor pecuniam pro operis serui illuc missi: vt infra, de act. & obliga. l. traiectitiæ. Quas operas interim dominus amittebat, & de ea stipulatione hic loquitur. inter omnia ergo nõ debet excedere duplum sortis in anno: vt hic, & infra, proxi. §.

† *Vide ad hunc locum Ant. Aug. lib. 1. Emẽ. cap. 9.*

f *Deductum est.* pro vsuris. ADDITIO. Vide Budæum in hũc locum, in priorib. annota. hoc ipso titulo.

* *Hal. Stipulationẽ vsurarum*

g *Duplum.* connumerata summa sortis cum vsuris in fine anni.

h *Post diem.* Nonne idem & si antè inchoatum? Respon. idé si durãte periculo. quod dic vt supra, ea. l.

i *Legitimæ.* vt quia stipulatus est trientes, qui poterat stipulari besses. Accursius.

k *Periculi.* Mutuo tibi pecuniam, quã volo mihi reddi si nauis ex Asia venerit: sed si nõ venerit, volo reddi mihi cum vsura centesima. sic ergo traiectitiæ assimilatur: quia vt ibi creditor periculum suscipit, & propter hoc maius commodum habet: ita hic quia emit euẽtum periculi, maius cõmodum sentit in casu deficientis conditionis &c. Tria responsa plana sunt. dic ergo, periculum &c. in pecunia, scilicet mutuo data prædicto modo.

Casum ponit.

* *Flo. alea spec.*

* *Flo. dedero.*

l *Pœnali.* si extat, pœna est creditori: si deficit, est debitori.

m *Speciem.* in aliũ cõtractũ: vt do vt facias, vel nõ facias. nam hæc non est traiectitia.

n *Nõ cadat.* In his cessat repetitio: non quia susceperim periculum, sed quia secuta est causa, veluti manumisio: in superiori casu periculum conditionis existentis ideo suscipio: vt si defecerit, cum ipsa pecunia quam dedi aliquid feram augmenti: & in hoc traiectitiæ assimilatur.

pletam, periculum esse creditoris desierit. [a] vtrubique igitur maius legitima vsura fœnus nõ debebitur, [b] sed in priore quidẽ specie semper: [c] in altera verò, discusso [d] periculo. nec pignora vel hypothecæ titulo maioris vsuræ tenebũtur. Pro operis [e] † serui, traiectitiæ pecuniæ gratia secuti, quod in singulos dies in stipulatũ deductũ est [f], ad finem centesimæ, non vltra duplum [g] debetur. In stipulatione fœnoris post diẽ [h] periculi separatim interposita: quod in ea legitimæ [i] vsurę deerit, per alteram stipulationem operarum * supplebitur.

Quando agitur vt creditor non repetat quod dedit, existente vel nõ existẽte aliqua conditione propter periculum quod suscepit, ad similitudinem pecuniæ traiectitiæ potest stipulari centesimam vsuram: & etiam ex nudo pacto debetur: nisi cadat in contractũ innominatum, vel fuerit datio ob causam, qua secuta cessat repetitio. h. d.

V. SCAEVOLA libro sexto Responsorum.

PEriculi [k] pretiũ est, & si conditione quãuis pœnali [l] nõ existente, recepturus sis, quod dederis, & insuper aliquid præter pecuniam: si modo in aliã * speciem [m] nõ cadat [n]: veluti ea, ex quibus conditiones nasci solent: vt *si manumittas: si non illud facias: si non conualuero* &c. nec dubitabis [o], si piscatori erogaturo in apparatum, plurimum pecuniæ dederis *, vt si cepisset, redderet: [p] & athletæ, vnde se exhiberet, exercerétque, vt si vicisset, redderet. In his autem omnibus & pactum sine stipulatione ad augendam obligationem [q] prodest.

Perempta obligatione principali, frustra quæritur hypothecaria. h. d. ista notabilis lex. Bartolus.

VI. PAVLVS libro vicesimo quinto Quæstionum.

FOenerator pecuniam [sub] vsuris maritimis [r] mutuam dando, quasdam merces in naui pignori accepit: ex quibus si non potuisset totum debitum exsolui, aliarum mercium aliis nauibus impositarum, propriisque fœneratoribus obligatarũ, si quid superfuisset, pignori accepit. Quæsitum est, naue propria [f] perempta, ex qua totum solui potuit [t], an id damnum ad creditorem pertineat, intra præstitutos dies amissa naue, an ad cæterarum nauium superfluum admitti possit. Respondi, aliàs [u] quidem pignoris deminutio ad damnum debitoris, non etiam ad creditoris pertinet [x]: sed cum traiectitia pecunia ita datur, vt non aliàs petitio eius creditori competat, quàm si salua nauis intra statuta tempora peruenerit, ipsius crediti obligatio, non existente cõditione, defecisse videtur: & ideo pignorum quoque persecutio perempta est, etiam eorum, quæ nõ sunt amissa [y]. Si nauis intra præstitutos dies periisset, & conditionem stipulationis defecisse videri: ideoque sine causa [z] de pignorũ persecutione, quæ in aliis nauibus fuerunt, quæri. Quando ergo ad illorum pignorum persecutionẽ creditor admitti poterit? * scilicet tunc cum conditio exstiterit [a] obligationis, & alio casu [b] pignus amissum fuerit, vel vilius distractũ: vel si nauis postea perierit, quàm dies præfinitus periculo, exactus [c] fuerit.

Flo. petuerit

VII. IDEM libro tertio ad Edictum.

IN quibusdam [d] contractibus etiam vsuræ [e] debentur, quẽadmodum per stipulationem. Nam si dedero decem traiectitia, vt salua naue sortẽ cũ certis vsuris recipiã: dicẽdũ est, posse me sortẽ cum vsuris [f] recipere.

VIII. VLPIANVS libro septuagesimoseptimo ad Edictum.

SEruius ait, pecuniæ traiectitię pœnam [g] peti non posse, si per creditorem stetisset, quo minus eam intra certum tẽpus præstitutum [h] accipiat [i].

IX. LABEO libro quinto περὶ θατέρων à Paulo Epitomatorum.

SI traiectitiæ pecuniæ pœna, vti solet, promissa est: quãuis eo die, qui primus soluendę pecuniæ fuerit, nẽmo vixerit, qui eam pecuniã deberet: tamẽ perinde cõmitti potest pœna, ac si fuisset hæres debitoris [k].

o *Nec dubitabis.* quin quod redditur sit pretium periculi his casibus, vt in princip. huius. l. idem. licet ibi maius erat dubium. Vel dic, licere duplum stipulari ad instar traiectitiæ: licet vere non sit traiectitia. Alij dicunt, non licere stipulari duplum in his casibus, & similibus.

p *Cepisset, redderet.* (qđ est. j.) scilicet pecuniam cum vsura centesima.

q *Obligationem.* vsurarum legitimarũ, & eõmunium: vt. j. eod. l. in quibusdã. & est speciale: vt. s. ti. j. l. etiã ex nudo. regulariter contra: vt. C. de vsuris. l. iij.

r *Oenerator. Maritimis.* id est, centesimis, sic dictæ, quia ibi plus frequẽtantur. nam & alibi habent locum: vt. s. l. proxi.

s *Naue propria.* i. principaliter sibi soli obligata, in qua pecunia erat traiectitia, cuius periculum creditor susceperat. Accursius.

t *Potuit.* si nõ periisset. Accursius.

u *Aliàs.* scilicet vbi non subiit creditor periculum crediti.

x *Pertinet.* vt. C. de pig. ac. l. pignus. Accur.

y *Amissa.* quæ sunt in alia naue. Accursius.

z *Sine causa.* quia nihil creditor cõsequeretur.

a *Exstiterit.* cum nauis venerit salua. Acc.

b *Casu.* q̃ quod spectat ad creditorem. Azo.

c *Exactus.* id est, præterierit.

IN quibusdã.] Idé casu est, qui fuit in. l. nihil.

d *In quibusdã.* id est, in quodã, vel propter cõtractũ sortis, & propter cõtractũ vsurarũ.

e *Vsuræ.* etiam nudo pacto: vt supra. e. l. periculi. §. fin. & dic, quemadmodum &c. id est, sicuti. non autem dicas ex mora.

f *Cum vsuris.* centesimis, vel minoribus.

g *Seruius. Pœnam.* i. vsurã cẽtesimam.

h *Præstitutum.* vt promittis mihi. x. in pascha: aliàs vsuras extunc. & sic in. l. seq.

i *Accipiat.* vt supra, de pigne. ac. l. aliena. §. si per creditorem. Not. ergo, q̃ sola oblatio impedit quo minus pœna cõmittatur, vel maior vsura currere incipiat. sed si iam cucurrit, nõ sufficit oblatio: vt &. C. de vsur. l. si creditrici. & l. si non stat.

Oblatio impedit pœnã imprẽdit.

k *Traiectitia. Debitoris.* vt. j. de act. & obli. l. ad diẽ. & l. cum filius. §. pe. non idem econtra: vt supra, de ædil. edic. l. quòd si nolit. §. item si tempus. & s. tit. j. l. pecuniæ. §. fin. Accursius.

BIU Cujas

DE PROBATIONIBVS & præsumptionibus.

Quia in causis de quibus est dictum, & etiam de quibus dicetur, necessariæ sunt probationes & præsumptiones: ideo de eis dicit. & dic, probatio plenam fidem facit: Præsumptio autē est triplex. nam quædam est talis cui statur, etiā si cōtra quis probaret: vt mulierē † De probationū diuisione & varietate in princ. Alia cui statur, donec cōtra probetur: vt si res fuit patri, hæredis esse præsumatur: vt.C.eo. siue postlib.§. Inst. fidetis. Alia cui nō statur nisi aliquo modo, nisi admicula habeat: vt probatio per priuatum instrumētum: vt.C.eo.l.instrumenta. Accursius.

Præsumptio triplex est. orator.ca.1.

DE PROBATIONIbus † & præsumptionibus.

TITVLVS III.

I. PAPINIANVS libro tertio Quæstionum.

QVotiens [a] quęrere tur, genus vel gentem quis haberet, nécne eum probare oportet.

II. PAVLVS libro septuagesimonono ad Edictum.

EI incūbit [b] † probatio, qui dicit: non qui negat.

Tacitum fideicommissum, etiam in testamento, intelligitur repetitum, cum eadē persona est instituta. hoc dicit. secus in expresso: vt in glo. quod no.

III. PAPINIANVS libro nono Responsorum.

CVm [c] tacitum [d] fideicōmissum ab eo datur, qui tā in primo, quàm in secundo testamēto pro eadē parte, vel postea pro maiore hæres scribitur, probatio mutatæ voluntatis ei debet incumbere, qui conuenitur [e]: cum secreti suscepti ratio plerūque dominis rerū persuadeat, eos ita hæredes scribere, quorum fidem elegerunt [f].

IIII. PAVLVS libro sexto Responsorum respondit.

EMptorē [g] probare debere, eū seruū, de quo queritur antequam emeret, fugisse [g].

† Cōcor. gl. in ca. bonæ. extra de elec.

QVotiens.] CASVS. Volo succedere Titio: quia dico me agnatum eius: & sic de genere eius. hoc debeo ego probare. Secundo, sum datus tutor: volo me excusare propter quatuor liberos: quia dico me de gente Italica. ego debeo me probare Italicum.

a Bal. hic dicit hanc glo. fore no. & sic singu. ad hoc, quòd quatuor homines faciunt gētē. Bolo.

a *Quotiens.* potest quæri de genere [a], cū tractatur de alicui [a] successione ab intestato, & quis dicit se de eius genere esse. Ité similiter potest quæri de gente, cum tractatur de excusatione tutelæ: vt si dicat se excusandū propter quatuor liberos, cū sit in Italia: vt insti. de excu. tut. §. j. Vel dic, secundo genus. i. agnationé: vel gentē, id est, cognationé: vt.ff. de verb. sig. l. sæpe. in prin. Item de gente potest poni: vt cum dico seruum esse talis nationis, quem mihi vendidisti: vt.ff. de ædil. edic. cp si nolit. §. quia assidua. ibi, qui mācipia &c. Sed nōne est impossibile probare gen [a]? nam probare te filium, est impossibile: ergo & genus: vt.ff. de condit. & demon. l. Lucius? Respon. probatur per indicia: vt supra, de his qui sunt sui vel alie. iur. l. filium. cognationem autem probare est facile: vt supra, de in ius vo. l. quia semper. Accursius.

b Adde vide dendā glo. bonā in ca. bonæ. I. extra de elec. aliā & merē in c. vlti. 6. q. vlti.

b *EI incūbit.* Duas ponit regulas hæc lex. Prima qua dicitur, affirmanté probare: vt hic, &.C. e. l. actor. & instit. de leg. §. quod autē diximus. &.C. de edē. l. qui accusare. &.C. de rei vin. l. res. &.ff. de proba. l. generaliter. Hæc autē fallit, si præsumptio pro eo faciat qui dicit: vt patet in re quā habet vxor: vt.C. de iur. do. l. etiā. &.ff. de do. inter vi. & vxo. l. Quintus. Ité.ff. e. l. si pactum. Secunda regula est, cp qui negat, nō teneatur probare: vt.C. de probat. l. actor. in fi. cui est contra. C. de codicil. l. nec codicillos. Sol. ibi est talis negatiua, vt negare quē compoté mentis esse, quæ est pro affirmatiua. Ité sunt cōtra omnes illi casus in quib [a] dicitur vtrūque probare: vt in crimine falsi, & etiā maiestatis, & similibus: quos habes. C. ad. l. Corne. de fal. l. vbi. & de aboli. l. fallaciter. §. fi. sed illi sunt speciales. Ité contra, quoties negatio consistit in iure: vt.ff. e. ab ea pte. & hoc ideo, quia qui negat ius, videt affirmare. nā si dico, nego hūc posse testari: videor affirmare cp aliquid sic iure sit cōstitutū, cp prohibeat eū testari. idem in similibus. Idē in seruitute: vt si dicā, nego te habere ius vtēdi. videor enim affirmare ius meū. ff. cp sim dominus, & prohibere possim. hinc est cp si me dominū nō probo, succūbo: vt.ff. vsufr. quēad. ca. vti frui. in his ergo quia negatio affirmationé habet īclusam, vel implicitā: qui negat, probare debet. Remanet ergo hæc regula in simplici negatiua facti: vt res ista non est tua. non feci homicidiū. Sed quæ est ratio cp

c Intellige, in genere permissorū, secundum Fulgo.

iuris negatiua probatur. i. aliquid cōstitutū quod prohibeat, facti nō? Rū. quia omnia de iure licēt, nisi probētur nō licere [c]: vt.ff. ex qui. cau. ma. l. necnō. §. sed qđ eis. vel vt.ff. dixi. Sed si in præterito tēpore aliquid de iure nego, vt nō iure me emācipasse, quid videor affirmare? nec enim videor dicere me hoc posse: qa de præterito est: & ea quæ de præterito sunt, incōmutabilia sunt: quia iam verū est. Rū. Io. videor affirmare ipsum in mea potestate, & mihi acquirere, vel aliquod ius obstitisse: qa infanté vel absentē emancipo, & nō corā principe. Certe si diligēter attēdas, nō est aliqua negatiua, quæ tacitā nō habeat affirmatiuā. Caue tamen tibi: quia quædā, vt dixi, putant tacite affirmatiuæ: quædā non. Vt autē hæc plene videas, dic cp triplex est negatiua. ff. facti, iuris, & qualitatis. Negatiua iuris potest & debet probari ab eo qui eā proponit, cū omnia præsumant licere: vt dixi.ff. eo. hab ea parte. &.ff. qui. ex cau. ma. necnō. §. quod eis. Negatiua qualitatis dicitur illa, vbi qualitas negatur: vt eū dicitur, iste nō est idoneus: nō est dignus: nō est diligens: nō est soluēdo. Et hoc debet probari ab eo qui eā proponit: sicut & in negatiua iuris: vt.ff. de leg. ij. cum quidā ita fideicō. ij. rñ. &. l. cum pater. §. rogo. & de manu. test. seruos. &.C. de inoffi. test. l. omnimodo. & extra de præsum. c. dudū: &. j. de lib. adgno. l. fi. Sed ad vltimū quod dixi, qué præsumi esse soluēdo, est arg. cōtra C. e. l. ex persona. &.ff. de magi. conue. l. j. §. si magistratus. & .ff. eo. l. nō est necesse. sed illud propter præsentē paupertatē. Ité arg. cōtra. ff. de cōdit. & demon. l. antepe. in fi. &. ff. §. qui satis. co. l. si vero. §. q pro rei. Negatiua facti, si nō habet adiunctā determinationē loci vel temporis [d], vel alterius rei, nūquā probatur directe vel indirecte: vt si quòd negadicat aliquis se nō fuisse citatū: vt hic, & extra de elec. bonæ memoriæ. ij. &.C. de proba. actor. Si autē habet annexā determinationē, tunc indirectam habet probationem: vt extra de testi. ex tenore. & C. de contrahen. & commit. stipu. l. optimam. in fi. Accursius.

d Bal. not. glo. ad hoc. & tempore proest probari.

CVm.] CASVS. Testator filio spurio in primo testaméto reliquit. c. his verbis: ò hæres fac quod scis. & rogauerat eum prius in secreto. postea idé testator fecit secundū testamentum, in quo instituit eundē qué prius: & in quo nil dixit de illo legato, neq; expresse, neq; tacite. deinde eo mortuo venit fiscus, & cōuenit peti. here. heredē, dicēs se ab intest. succedere debere, cū auferri debeat heredi, qui accōmodauit fidē de restituendo nō capaci. facit enim fiscus tacite intelligi in secūdo, quod erat dictū in primo: & sic fiscū obtinere, nisi probet hæres defunctum mutasse voluntatē, quam habuerat de dando non capaci. Viuianus.

c *Cum.* detulit se fideicommissarius, & sic dimidiam habere: vt infra, de iur. fis. cum tacitum. Accursius.

d *Tacitum.* ideo sic dictū, quia timet palā relinquere nō capaci, dicēs hoc in primo testaméto, fac quod scis. & hoc in primo testamento. in secundo nihil dixit: vt.ff. de iur. fis. l. iij. &. l. ita. Ac.

e *Qui conuenitur.* quoniā dicit, siue affirmat: vt.ff. e. l. eū qui. &.ff. e. eī. No. ergo cp quis præsumitur remanere in eadē voluntate: siue bona, siue mala: vt hic, &.ff. de accu. si cui. §. j. Sed videtur secundā tātum voluntatē valere: vt.ff. de adimen. le. l. si tibi certam. quæ est contra, vbi primo vni legaui, & eum fideicō. eiusdem rei grauaui, & eidem eandem rem postea lego. nam non intelligitur repetitū primum fideicōmissum. Sol. hoc euenit hic propter secreti suscepti rationem: ibi autem palā erat legatum, & capaci. Ité adhuc cōtra ad idem. ff. de iu. fis. l. Statius. in fi. j. rñ. ibi, placuit &c. vbi dicit, ex cautione contra eundem secundo institutum posse agi, si fuit interposita. Et sic videtur, quòd non ex testamento: & sic non intelligitur voluntas repetita. Sol. hic pro eadem vel maiori parte fuit in secundo testamento institutus: ibi pro minori parte: vnde on [a] videtur remissum. Alij dicunt, subaudiri ibi etiam ex cautione, non solum ex secundo testamento. Alij, quòd ibi fuit interposita cautio animo nouandi actionem, quæ debet oriri ex testaméto. Vel dic quarto, quòd semper intelligitur repetitum. at ibi negat repetitas prælegationes rogato: non tamen negat tacitum fideicō. repetitum, immo affirmat: vt ea. l. circa prin. Ité not. ex hac l. de repetitione: vt.ff. de verb. obli. l. Titia. §. idem respon. & insti. ad. l. Aquil. §. cæterum. &. §. capite tertio. Sed à quo? Rñ. si neuter se detulit. ff. non capax rogatus à fisco. Accursius.

f *Elegerunt.* scilicet sicut primo instituerunt, subaudi. q. d. præsumitur in vltimo testamento tacite repetitum quod in primo continebatur: nec videtur ab eius fide recedere quem semel elegit, nisi contra probetur.

f *Elegerunt.* duplex est hæc præsumptio, secundum legem, ex eo quod fieri solet, item quia sic fecit in præteritum. Accursius.

Mptorem.] CASVS. Emptor serui qui agit redhibitoria, debet probare vitium præcessisse venditionem. Viuianus.

g *Fugisse.* quod si non poterit, interrogabitur seruus: vt infra, eo. l. cum probatio. Accursius.

Bea.] CASVS. In causa quam habeo cum Seio, aduocauit contra me Titius. ego dico eum non posse aduocatum

BIU Cujas

esse: vtrum debeo probare, an ipse non possit, cum quilibet præsumatur posse? Et respon. quòd debeo probare. Secúdo pater petit filium in potestate esse, vt quæsita per filium quærantur patri. filius dicit se esse emancipatum. pater confitetur: sed dicit emancipationem non tenere. certe ipse pater probare debet: quia non est facta coram ordinario iudice. Viuianus.

a *Ab ea parte.* siue actoris, siue rei.

b *Ab aliquo.* puta ab aduocatione.

c *Specialiter.* vt quia est litis redéptor: vt. C. de postu. l. si qui. præsumitur ergo licere omnia & fieri posse de iure, & esse iure facta, nisi cótra probetur: vt hic, &. ſ. ex q. cau. ma. necnon. §. sed quod. &. C. de fi. instru. & iure hastæ fisc. l. j. & instit de fideiuſ. §. fi. & Cod. eo. si scriptum. Quidam tamen hic distinxerunt: an negem factum, vt te emãcipasse, cum de peculio agam: & tunc incumbit mihi probatio. an negem te quidé iure facere posse: & tunc mihi incúbit. Ioan. in hoc dissentit: quia licet negem de iure id te facere posse, videor tamen affirmare te prohibitũ. & ita negando ius ponit, quare probatur: & sic non negatiua, vt dixi: sed affirmatiua probatur. & ꝓ eo sunt verba huius. l. ab ea parte &c. secundum Azo. nam aduersario licere videtur, nisi cótra probetur: vt modo probaui per multa iura.

* *Flo. Patroni manifest. docere debere,*

d *Rectè.* quia non coram iudice ordinario.

e *Præstare.* [a] de iure, scilicet cum constet de facto: vt hic, & infra, ſo. ma. l. Titia. &. C. si aduersus rem iudi. l. ij.

[a] *Cõcor. in c. bonæ memoriæ. 1. super verbo, naturã. ad fi. in versi. item negatiua imis. extra de elec.*

f *Patronus. Aliquid dedisse.* inter viuos. alioquin si dicat eũ mortis causa alienasse, vel legasse, quo minus dimidiam haberet: non est necesse ꝙ probet dolũ liberti: sed sufficit solũ effectum siue euétum probari: vt. j. si quid in frau. pa. l. j. §. j. Sed quæ est ratio diuersitatis? Rñ. quia legata nũquã præstantur ex alicuius testamẽto, nisi ære alieno deducto: vt. j. ad Treb. l. j. §. is qui quadringenta. in fi. hic auté quod lege patrono debetur, quasi æs alienum cẽsetur: vt. ſ. de inof. test. Papinia. §. si quis ípubes. quare sequitur vt legata relicta dolo, vel sine dolo, nũquam præstẽtur, nisi deducto quod debetur patrono. alienationes auté inter viuos factæ, possit, vel nõ possit, deduci æs alienum, nihilomin⁹ ratæ sunt: nisi fiãt in fraudẽ, & ꝓpterea irritétur secundũ Azo. Ité not. ꝙ dicit hic, aliquid. nã si totum quicquid habebat, alienauit, non oportet fraudé probari: vt. j. quę in frau. cre. l. omnes. §. Lucius. Item not. hic, qui dolum dicit &c. vt & infra. e. l. quotiens. §. qui dolo. &. C. de reuo. his quæ in frau. cre. l. j. in fi.

g *Vt partem.* hodie tertiam, olim dimidiam: vt insti. de succes. liber. §. sed nostra. &. §. j. Accursius.

h *Auocare.* per Fauianam: vt supra, de pe. hæ. l. quòd si in diem. §. penulti.

In negatiua iuris ei qui negat, incumbit probatio. h. d. Bar. fallit in minore: vt in Spe. de probatio. §. probare autem. versi. negatiua autem iuris.

V. IDEM libro nono Responsorum.

A B ea parte [a], quæ dicit aduersarium suũ ab aliquo [b] iure prohibitum esse specialiter [c] lege vel constitutione: id probari oportere. Idem respõdit si quis negat emancipationem rectè [d] factam, probationem ipsum præstare [e] debere.

VI. SCAEVOLA libro secundo Responsorum.

PAtronus * manifestè docere debet, libertum in fraudẽ suam aliquid dedisse [f], vt partem [g] eius, quod in fraudem datum esset, possit auocare [h].

VII. PAVLVS libro secundo Sententiarum.

CVm probatio prioris fugæ deficit [i]: serui quęstioni credendum est. in se enim [k] interrogari, non pro domino, aut in dominum videtur [l].

Filius in dubio præsumitur esse in potestate patris, nisi contra probetur. h. d.

VIII. IDEM libro octauodecimo ad Plautium.

SI filiꝰ in potestate patris [se] esse neget [m], prætor cognoscit, vt prior doceat [n] filius: quia & pro pietate, quam patri debet præstare, hoc statuendum est: & quia se liberum esse quodãmodo contendit. Ideo enim & qui ad libertatẽ proclamat, prior docere iubetur [o].

IX. CELSVS libro primo Digestorum.

SI pactum factũ [p] sit, in quo hęredis mentio nõ fiat: quęritur an id actũ sit, vt ipsius dũtaxat [debitoris] persona coarctaretur? * Sed quamuis verum sit, quòd qui excipit, probare debeat, quod excipitur [q]: attamen de ipso dumtaxat, ac non de hærede eius quoque conueniſſe, petitor, non qui excipit, probare debet [r]: quia plerũque tam hæredibus nostris quàm nobismetipsis cauemus.

Solutio census melius probatur per monumenta publica, quæ sunt apud magistrũ census, quàm per testes. h. d. & sic no. casum in quo magis creditur scripturæ quàm testibus. alios ponit glo. in ca. 1. de censi. in. 6.

X. MARCELLVS libro tertio Digestorum.

CEnsus, & monumenta [f] publica potiora testibus esse, Senatus censuit.

Ex præsenti præsumitur in præteritum. hoc dicit.

XI. CELSVS libro vndecimo Digestorum.

NOn est necesse pupillo [t] probare, fideiussores pro tutore datos, cum accipiebãtur, idoneos nõ fuisse: nam probatio exigẽda est ab his, quorum officij fuit prouidere, vt pu-

k *In se enim.* id est, propter suum factum. Azo. quod fieri potest: vt infra, de quæstio. l. interrogari. Accursius.

l *Videtur.* sic & dicitur, delictum tuũ te punit, nõ ego. Azo. Not. ergo ex hac. l. arg. ꝙ aliquid cõceditur secundario, quod principaliter nõ conceditur. *Sing. ad hoc* nã principaliter seruus quòd solum nõ est testis: vt. j. de testi. l. serui respõso. *ag. in. 1. col. istam glo.*

mandat si- gnandã pro- indiciũ, etiã sta. qui testamẽto. §. ser- nõ sufficies u⁹. in defectũ tamen, si- ad semiple- ue secúdario, est: vt hic nam proba- dicitur. sic &. j. de auct. tionem, dici tu. l. j. in prin. &. ſ. nau. tur sufficies cau. sta. l. j. §. caupones. vt quis iubar. cótra. ſ. de pac. l. fide eat tortura. iussoris. Accursi⁹. AD. Bolo. DITIO. Dic, ꝙ illa lex potius cõcordat, quàm * *Flo. dicta* discordat, secũdũ Fulg. *vt persona*

m *Neget.* cum is tãquã filius teneatur. aliàs cõtra: vt. ſ. e. l. ab ea parte. in fine. Accursius.

n *Doceat.* i. probet. & hoc duab⁹ rationibus, vt subiicit: quarum vna est de iure speciali, alia de iure communi.

o *Iubetur.* vt. j. de lib. cau. liberis. §. fi. & Co. eo. vis eius. Accursius.

SI filius.]*CASVS.* Agit filius cótra patrẽ prouocãs in existẽtiã sui iuris, dicens se emancipatum. certe ipse filius debet probare tũ fauore patris: tum quia filiꝰ dicit se sui iuris, idé dicit de seruo, qui ad libertatẽ prouocat. Vi.

eo statuere.

SI pactũ.]*CASVS.* Feci Titio pactum debitori meo de nõ petendo, licet nõ dixi, & eiꝰ hæredi: tamẽ intelligitur & de hærede, nisi cótra probetur. Vi.

p *Factũ.* de nõ petẽdo.

q *Excipitur.* infra, eo. l. in exceptionibus.

r *Probare debet.* hoc propter præsumptionẽ, quæ facit pro altero. præsumitur enim quilibet suo hæredi vt sibi prouidere: vt in fi. huius. l. &. ſ. de pig. act. l. si necessarias. §. pe. &. ar. C. de codi. l. nec codicillos. Fallit autem hoc, si est in cótrarium actum: vt. j. de libe. lega. l. Aurelio. &. l. nõ solũ. §. tale. in principio. &. j. ré ra. ha. l. si sine. §. si in stipulatiõe. vel nisi talis sit naturæ res debita ꝙ nõ trãseat ad hæredẽ: vt vsusfr. vel similis seruit⁹ personalis: vt. d. l. nõ solum. §. tale. in fi. &. j. de verb. obli. stipulatio ista. §. si quis. & ita etiã potest respondere ad id quod est. ſ. de arbi. l. diem. §. j.

CEnsus.]*CASVS.* Cẽsuales, qui principi soluerunt cẽsum, faciant scribi, quia scriptis probantur, non per testes. Viuia.

f *Monumenta.* censualia, vel cẽsus publici. sic & aliàs, pateris libabat & auro. aliàs deest, &: & ita est plana. erant enim scripturæ in quibus cótinebãtur census. vel potest dici, vt loquatur de qualibet scriptura: siue census, siue aliud instrumentũ apud magistrũ census: & dices sic, census, id est, scriptura, & monimenta scilicet alia. pro quo est. C. de don. l. in donationibus. & hoc est speciale. aliàs contra: vt. C. de fi. instru. in exercendis. Alij dicunt, quòd ibi non quæritur cui plus: sed dicit vtrique credi. dicam ergo ex facto vel dato dudum plus: ar. ſ. de pig. cótrahitur. nec ob. in auth. de. fi. instru. §. si vero tale. quia ibi & vox viua & scriptura erant ex parte vna. quòd sine scriptura in solutione omnino sibi non credatur, habes. C. de apochis pub. l. j. Accursius.

NOn est.]*CASVS.* Magistrat⁹ dedit tutorem pupillo: & accepit fideiussorẽ ab eo. tamẽ tutela administrata & male, agit minor cótra magistratũ, cũ tã tutor q̃ fideiussor sint nõ soluẽdo. dicit magistrat⁹: ego dedi idoneos & diuites. dicit minor, ímo pauperes. quæritur, quis probare debet. Et rñ. quòd magistratus. Vi.

t *Pupillo.* cũ agit cótra magistratũ. facit pro hoc. C. si ser. exte. l. j.

Caueatur.

b Alex. in l. 2. §. si absens. si ex noxa. cau.

BIU Cujas

a *Caueretur.* vt &.ĭ.de magi.cõ.l.j.§.si magistratus. No. ergo hic quòd præsumitur quis non idoneus, nisi probetur idoneus: vt & C.eo.l.ex persona.&.C.de inoffic.test.liberi. Sed cõtra dixi.ĭ.eo. l.ij.per.l.ĭ.de manu.te.l.seruos.& de leg.ij.cum quidam.& ad idẽ C.de inoffic.test.l.omnimodo. Sol. hic ideo sic statuitur, quia in tali statu non inuenitur tempore depositi officij. ex vno enim tempore trahitur ad aliud præsumptio: vt.ĭ. de re mili.l. non omnes.§. à barbaris. & facit pro hoc. C.si ser.exte.l.j.

b *Vingenta.* aliàs, quingenta, & aliàs, quinquaginta. Accursius.

c *Postea scriptis.* aliàs si in eadem scriptura eadem quantitas fuerit bis legata. nã onus probationis legatario incumbit: vt.ĭ. de leg.j. plane.§.ij. & de leg.ij. Sempronius. a est tamẽ ar.contra.ĭ.de ali.& ci. le.l. libertis. vbi cessat petitio ex testamento, si idem relictũ postea fuerit in codicil. sed ibi ob causam relinquitur, scilicet ob alimenta. vnde ea impleta ex codicillis, cessat petitio ex testamento. & facit quod not.supra, de vsufru.do minus.§.fi. Accursius.

† *Vide Eras. Chil. 1. cent. 9. prouerb. 88.*

a *Dic quòd si illa. l. erãt duæ scripturæ eiusdem voluntatis & dispositionis secundum Fulg.*

d *Cogendus.* vt Co.de proba.l.j.

e *Iudici.* Not. iudici non aduersario faciendam fidem: qui semper negaret: vt infra, de verb.ob. inter stipulantem.§.j.& quòd iudici facienda sit tantũ, probant hæc iura. C.de re. alie. non ali.l.j.&.C.de condic. ob tur. cau.l.j. &.C.de edẽ.l.procurator.&.C. de test.l.eos. & .l. si quando.§. sed eum.&.C. ex qui. cau. ma.l.nõ idcirco.&. C. de rei vĭ.l.doce ancillã.

Iudici tantũ nõ parti fides facienda est.

Flo. ea

Vm de ætate.] CASVS. Minor. xxv. an. volebat admitti ad honores, asserens se maiorem. alius impediens dicit eum minorem: præparauit vterque vel per testes vel per scripturas natiuitatem probare: quæritur cuius probationibus sit standum? Rñ. verioribus, licet olim eis staretur quæ minori nocerent. Viuianus.

b *Vide Budæũ prioribꝰ annota. hoc ipso tit. pulchrè enim inepti as Accur. confutat.*

f *Professiones.* id est, depositiones testium b.

g *Proferuntur.* à diuersis partibus.

h *Nocet ei.* de cuius ætate quæritur.

i *Ex eo.* scilicet tempore. vt sic tot annos habeat quot extunc currebant: & potest hoc habere locum, siue de restitutione in integrum tractetur, siue de matrimonio, & de omni alio, vbi certa ætas attenditur.

k *Videtur.* vt & infra, de testi, l. ob carmen.§. si testes. & supra, de interro. act. l. confessionibus. & ar. supra, de leg. & sena. con. l. in ambigua. Sed videtur, quòd nulli parti hic credatur: vt. C. de fi. instru. l. scripturæ. quæ est contra. Sol. hic loquitur non de diuersis scripturis contrariis: sed professionibus, seu confessionibus testium. Item hic à diuersis partibus, ibi ab vna. Accursius.

l *Circa. Ex libertinitate.* id est, ex possessione libertinitatis.

m *Referendum.* id est, distinguendum est.

n *Ingenuitatis.* Sed cur non præsumitur ingenuus, licet sit in possessione libertinitatis: vt cum agitur de fundi seruitute, præsumitur fundus liber, nisi aliud appareat? Rñ. quia constat fundum aliquando fuisse liberum, sed non hominẽ: quia seruꝰ nasci potuit.

o *Ingenuum.* immo videtur, quòd semper patronus necesse habeat probare: vt infra, si liber. inge. esse di. l. quotiens. in fi. Sol. ibi restringitur semper ad eum casum tantum, quando est in possessione ingenuitatis. Accursius.

p *Contendat.* q.d. nihil, quo ad onus probationis sustinendum: in seruo autem constat, quòd sit hæc distinctio: vt.ĭ.eo. si filius. in fi.

q *Si quis.* existens in possessiõe ingenuitatis.

r *Obtemperari.* i. an sit mos ei gerendus.

s *Ei geri.* i. consuetudinem iudiciorum ei seruari: quæ est, vt audiat: vt hic, &.ĭ. de lib. cau. l. cui necesitas. libre idẽ quod Pla. hæc verba non se intelligere dixit, vt dixim⁹.ĭ.de rei vin. qđ si possessor. in fi. Acc.

c *Vide Budæum.ĭ.l. pxi. est enĭ, morẽ gerecui neces itas. libre idẽ quod obtẽperare.*

t *Iuris.* Captio autem iuris intercederet si pnuntiaretur ingenuus, cũ aduersarius nõ probaret eum libertũ, nec ipse probaret se ingenuum: nã præiudicaret omnibus sententia: vt.ĭ. de sta. ho. l. ingenuũ. & colludi posset. quare pronũtiabitur eum nõ esse libertũ actoris, nisi se ingenuum probaret, cũ in se onus probandi transtulit: vt.ĭ. de lib. cau. l. diui fratres.§. si ea. & ita nullus in eo iure, quod suũ erat, capietur in nostro casu: quia non ex eo qp deficit in probatiõe actor, sed quia reus probat se ingenuum, siue pnuntiatur: & sic facit ius inter omnes: sicut & si ageret, & prouocaret se in ingenuitatem: vt. d. l. ingenuum. Item quæro, an in omni casu reꝰ posit & debeat audiri, si velit onus probationis in se suscipere: qđ quidã negant, dicentes hoc speciale fauore ingenuitatis: quod falsum est. cũ enim fauore rei sit inductũ: vt reus non debeat cogi ad probandum, sed actor: non debet in eius læsionẽ retorqueri: vt. C. de leg. & consti. quod fauore. hic etiam inducit illud verbum, morem ei geri. q.d. quod in aliis ex consuetudine obseruatur, & hic dicendũ est: sed & infinita sunt exempla, in quibus dicimus aliquem admissum non iussum probare. Item quæro, an in omni alia causa sententia debeat ferri pro reo, quòd sua sit res, si probauerit: an sufficiat, si pronuntietur actoris non esse? diuersa sunt enim commoda in his: vt.ĭ. de iureiur. sed & si possessori. in prin. Io. idẽ in aliis dicit, quod in ingenuitate dicitur. Itẽ quæro, si vterque velit probare, quis primo debeat audiri? & puto actorem, secundum Azo. Item, an videtur renuntiare iuri absolutionis, quæ solet fieri actore non probante sic transferendo in se? Respon. non: quia aliud onus assumpsit, vt absolueretur tantum. Item pro hoc: quia qui plures habet excusationes, si in vna non probet, aliis vti intra tempus non prohibetur: vt institu. de excu. tu.§. quo autem. Item nemo prohibetur &c. vt infra, de excep. non videtur. vnde sicut actorẽ non probante absoluitur reus, licet exceptionem non probet: sic & hic.

Flo. obtẽperare

Flo. probandi

Vidam.] CASVS. Gaius tenebat Titium pro filio suo: qui Gaius in codicillis legata reliquit quibusdam suis fratribus: post mortem Gaij Titius, vt filius, accepit bona patris: & fideicõ. soluit fratribus defuncti: & illi confessi sunt per scripse accepisse fideicõ. à Titio filio defuncti: causidici dicunt, quòd non erat filius: quæritur, an probet filius se filium. Dicit quòd non, cum in possessione sit filiationis: & ideo fratres defuncti

Pillo [idoneè] caueretur.

Cum eadem quantitas relinquitur in codicillis, quæ relicta fuit in testamento: videtur animo duplicandi relicta, nisi probetur contrarium.

XII. IDEM libro septimodecimo Digestorum.

QVingenta testamento tibi legata sunt. Idem scriptum est in codicillis postea scriptis. Refert, duplicare legatum voluerit, an repetere: & [an] oblitus se in testamento legasse, id fecerit. Ab vtro ergo probatio eius rei exigenda est? Prima fronte æquiꝰ videtur, vt petitor pbet, quod intendit: sed nimirum probationes quædam [&] à reo exiguntur. Nam si creditum petã, ille respondeat, solutam esse pecuniã: ipse hoc probare cogendus est. Et hic igitur, cum petitor duas scripturas ostendit, hæres posteriorem inanem esse [dicat:] ipse hæres id adprobare iudici debet.

Quando testes producti super ætate à diuersis partibus contrariantur: illis creditur qui verisimilia deponunt. hoc dicit.

XIII. IDEM libro trigesimo Digestorum.

CVm de ætate hominis quæreret, Cæsar noster in hæc verba rescripsit: Et durum & iniquum est, cum de statu ætatis alicuius quæreretur, & diuersæ professiones proferũtur, ei potissimum stare, quæ nocet: sed causa cognita veritatem excuti oportet, & ex eo potissimum annos computari, ex quo præcipuam fidem in ea re cõstare, credibiliꝰ videtur.

Ei incumbit onus probandi, qui non est in quasi possessione illius iuris quod asserit: quod est verum in iuribus circa personam: secus in iuribus realibus: vt. l. sicut.§. sed si quæratur. ĭ. si serui. vindi. Item no. quòd reus potest in se assumere onus probationis. quod glo. intelligit generaliter in quacũque causa. Bartolus.

XIIII. VLPIANVS libro secundo de Officio Consulis.

CIrca eum, qui se ex libertinitate ingenuum dicat, referendum est, quis actoris partibus fungatur. Et si quidem, in possessionem libertinitatis fuit: siue dubio ipsum oportebit ingenuitatis causam agere, doceréque se ingenuũ esse. Sin verò in possessione ingenuitatis sit, & libertinus esse dicatur, scilicet eius, qui ei cõtrouersiam mouet: hoc probare debet, qui eum dicit libertum suum. Quid enim interest, seruum suum quis, an libertum contendat? Si quis autem fiducia ingenuitatis suæ vltro in se suscipiat probatiões, ad hoc, vt sententiam ferat pro ingenuitate facientem, hoc est ingenuum se esse vt pronũtietur: an obtemperari ei debeat, tractari potest. Et non ab re esse opinor morem ei geri probanti se ingenuum, & sententiam secundum se dandam: cum nulla captio intercedat iuris.

BIU Cujas

defuncti debent probare non filium. Viuianus.

a *A Gaio.* scilicet marito, cum non esset ex eis susceptus. Accur.

b *Invasit.* & vt filius consueuit accipere bona patris. scriptus enim fuit vt filius. Accursius.

c *Et cautionem.* qua fuerunt confessi se recepisse fideicommissum à filio & herede defuncti. Accursius.

d *Emissam.* i. cautione propria manu facta.

e *Probari debet.* cum ipse sit in quasi possessione filiationis. Azo. sic ergo non fit probatio ex prædicta scriptura filiationis: vt. C. eo. non epistolis. & l. non nudis. sic nec aliàs libertatis: vt infra, de fideicommiss. lib. l. generaliter. §. si quis tutorem.

Confessio non mutat veritatem, nec nocet, quo minus possit contrarium probari: & illi incumbit onus probandi, qui agit: non ei qui in possessione est. hoc dicit.

XV. MODESTINVS libro duodecimo Responsorum.

QVidam quasi ex Seia susceptus à Gaio[a] Seio: cum Gaius fratres haberet, hæreditatem Gaij invasit[b]: & fratribus eiusdem, quasi ex mãdatu defuncti, fideicõmissa soluit, [&] cautionẽ[c] accepit. qui postea cognito, quòd filius fratris eorum non fuisset, quærebant, an cum eo de hæreditate fratris possent, ppter emissam[d] manum, ab eis quasi [cum] filio agere? Modestinus respondit, cautione exsoluti fideicommissi statum eius, qui probari posset à fratrib⁹ defuncti filius mortui non esse, minimè confirmatum esse: sed hoc ipsum à fratribus probari debet[e].

ETiam.] CASVS. Minor vult restitui, & probare de ætate. & iducit matrem & auiam. dicit, quòd recipitur vtraque: licet aliter parentes non admittantur. Viuianus.

f *Professio.* dicunt qui dam, id est, natales facti à matre pro probanda ætate filij. Vel dic, testificatio, siue dictum matris, vel auiæ pro ætate filij. & secundum hoc est contra. C. de testi. l. parentes. Sol. non recipitur matris professio, vt testis, licet iudex ex eius respõsis quærat veritatem. & sic non probat vt vnus testis: vt infra, e. l. fi. in fi. sed quandam minorem præsumptionem facit: sicut cũ quæritur, an sit filius: facit præsumptionẽ pro filio: vt ifra, de li. agno. l. j. §. Iulia. licet nõ cõtra filiũ: vt. j. de Carb. edic. l. j. §. si quis nõ ab aliquo. Accursius.

g *Filiorum.* cum quæritur de ætate.

XVI. TERENTIVS Clemens libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

ETiã matris professio[f] [de ætate] filiorum[g] recipitur. sed & aui recipienda est.

XVII. CELSVS libro sexto Digestorum.

CVm de lege Falcidia quæritur, hæredis probatio[h] est locum habere legem Falcidiam: quod dum probare non potest, meritò condemnabitur.

Cum operæ artificiales petuntur, possessio iuris patronatus nõ releuat ab onere probandi. hoc dicit.

CVm de lege.] CASVS. Agit legatarius pro legato. hæres dicit, quòd vult retinere Falcidiam: at legatarius replicat, q̃ non habet locum: quia hæres habet quartam. dicit hic, quòd hæres debet probare Falcidiam locum habere. Viuianus.

h *Hæredis probatio.* quod facit probando tot legata, & asserendo tantum esse in bonis. si enim legatarij dicunt, tantum remanet penes hæredem quod sufficiat ad Falcidiam, ipsi debent probare: vt. C. de iure delib. l. fin. §. licentia. Accursius.

QVotiens.] CASVS. Libertus agit contra patronum, & prouocat in ingenuitatem: econtra patronus negat eum ingenuum. postea petit operas. quæritur, quis in prima & secunda quæstione probet? Respon. in prima quòd libertus, vt constet libertas. in secunda patronus debet probare conuentionem operarum. [QVI DOLO.] Peto, à te. x. quæ mihi promisisti: tu excipis dicens, quòd dolo te induxi ad promittendum. tu debes probare me dolum commisisse. [INTERROGATIONIS.] Titius debitor meus decessit: ego vocaui Seium ad ius tanquam hæredem debitoris: & interrogaui eum an esset hæres, respõ. quòd sic: vel etiam tacuit: quod pro eodem est. deinde conueni eum ad debitum. is pendente lite negat se hæredem. sed ego dico eum consensisse quòd sic, vel tacuisse: ipse negat consensisse, vel tacuisse: certe ego debeo probare quod assero. Viuianus.

i *Exigantur.* loquitur ergo de artificialibus, vel fabrilibus. nam obsequiales ipsa natura debentur: & ideo non exigitur probatio à patrono: vt supra, de condic. inde. l. si non sortem. §. libertus.

k *In præiudicio.* id est, præiudiciali actione, quam intendit libertus contra patronum, petendo se in ingenuitatem: vt insti. de act. §. præiudiciales. at econtra patronus petit operas.

l *Videatur.* vt quia est in possessione libertinitatis: & ideo partibus actoris fungitur libertus: vt supra, eo. circa. cum aliàs probaret patron⁹: vt. j. si lib. inge. esse dic. l. fi. i fi. & facit. ff. e. patron⁹.

m *Debere.* in quæstione operarũ. Accursius.

n *Qui dolo.* non idẽ si culpa, secũdũ Ioã. licet alij cõtra: vt. C. de pigne. actio. l. sinulla. Ac.

o *Licet.* hic, licet, non videtur bene aduersari: immo quia in exceptione, debet probare. Sed dic, immo bene. nã videbatur tantum alio agente per dolum. sed certe & qui de dolo excipit, vt agis ex vendito: dico te dolo me induxisse. Item quid de culpa? Respon. idem, secundum Io. vt infra, de in. c. fœder. admi. tut. chirographis. Sed Bul. aliter: vt. C. de bo. dolus. in pig. ac. si creditor.

p *Admissum.* nisi admissus præsumatur: vt supra, man. l. si procuratorem. §. dolo. Et not. hic hanc regulam: qui dolum &c. vt & supra, de tribu. l. iij. i fi. & C. de dolo. l. dolum. & supra, de iudi. si prætor. §. Marcellus. Sed contra, infra, de except. rei iudi. si rem. vbi quis probat se dolum non commisisse. Solu. ibi sponte, non tamen iussus: vt supra, e. l. circa. in fi. Vel, pbat ibi eo ipso quòd contrarium nõ probat.

q *Solũ hæredẽ.* hoc si coram alio iudice: aliàs ipse iudex supplet quod scit vt iudex, secundum Io. Alij dicũt, ei nõ credi: quia posit malignari iudex: sed Io. dicit nõ posse quia ita scriptura est redactum: sed forte iudex non meminit: vel non fuit scriptum. & sic habet locum hæc lex.

r *Tacuisse.* quod præiudicat tacenti: vt supra, de interroga. actio. l. de ætate. §. qui tacuit.

s *Sed actori.* idem si dicam, te respondisse non præcedente interrogatione: vt supra, de interro. act. si fine.

XVIII. VLPIANVS libro sexto Disputationum.

QVotiens operæ, quasi à liberto petuntur, probationes ab eo, qui se patronum dicit, exiguntur[i]. & ideo Iulianus scripsit: licet in præiudicio[k] possessor patron⁹ esse videatur[l], verùm partib⁹ actoris non libertum fungi debere[m]: sed eum, qui se patronũ esse cõtendit. ℣ Qui dolo[n] dicit factũ aliquid, licet[o] ĩ exceptione, docere[f] dolum admissum[p] debet. ℣ Interrogationis factę probationem actori imponi debere, id est, ei qui in iure interrogatũ dixit respondisse, se solum hæredem[q] esse, vel si tacuisse[r] dicatur interrogatus. Aequè tãtundem erit dicendũ: imposita probatione* non ei qui excepit se non respondisse, sed actori[s].

XIX. IDEM libro septimo Disputationum.

INexceptionibus[t] dicendum est, reum partibus actoris fungi oportere, ipsumq; exceptionẽ velut intẽtionẽ[u] implere: vt puta si pacti cõuẽti exceptione vtatur, docere debet pactũ cõuẽtũ factũ esse. ℣ Cũ quis, pmisisset iudicio se sisti: & reipublicę causa abfuisse [se] dicat, & ob id non stitisse, *vel dolo malo aduersarij factum, quo minus sisteretur, vel valetudinem sibi ĩpedimẽto fuisse, vel tẽpestatẽ:

*Flo. impro de tribu. l. iij. i fi. & C. sit tam impro de dolo. l. dolum. & subationem pra, de iudi. si prætor. §.

*Flo. ste- tisse quia posit malignari iudex: sed Io. dicit nõ posse quia ita scriptura est redactum: sed forte iudex

Taciturnitas quãdoque nocet.

t *In exceptionibus.* idem in replicatione, duplicatione, & triplicatione: cum omnes large exceptiones dicantur: vt infra, de excep. l. ij. & infra, eo. l. cum de indebito. Accursius.

u *Velut intentionem.* id est, sicut actor debet plene probare intentionem, sic reus exceptionẽ: vt hic, & infra, de excep. l. j. & infra, eo. l. cum de indebito. §. sin autem pro parte. in fi. §. & ff. eo. quotiẽs. §. qui dolo. Sed cõtra. j. de verb. sig. l. verbũ, oportebit. §. actionis. vbi dicit, q̃ actionis verbo nõ cõtinetur exceptio. Solu. illud verum est ex vera significatione. secus ex interpretatione. Item ideo quia actor originaliter probat: reus vero incidenter. Item fallit hæc regula quæ est hic in exceptione non numeratæ pecunię, vbi qui excipit, nõ probat: vt. C. de nõ nume. pecu. si ex cautione. Et est ratio: quia qui hanc exceptionem opponit, nõ dicit, vel ponit: sed dictum, vel positum ab alio, negat. idem dicam de excep. non nu. do. cum similes sint, vt. C. de non nume. pecu. l. in contractibus.

*Actionis verbo, excetineatur.

BIU Cujas

contractibus.in fi.nam & vtraque earum tollitur tempore:vt.C. de non nume.pecu.l.in contractibus.in prin.& de dot.cau.non nume.l.fin.& in auth.ibi posita.nisi fuerint contestatæ : vt.C.de non nume.pecu.l.si intra. at aliæ exceptiones non tolluntur : vt infra,de excep.dol.l.pure. §. fin.&.C.de excep.licet.

a *Probare*.vt.C.ex qui. cau.ma.l.ij. Accursius.

b *Aduersario*. vt ī popular actione:vt supra de procur.licet.in princ. Item in omnibus crimi nalibus:vt infra,de publi.iudi.l. pe.§. ad crimen. Itē & aliàs: vt.C. de asser.tollen.l.j.ī prī. Item quod subiicit,fieri, vt quia miles: vt.C. de procu.l. militem.& in iure consistebat hæc probatio quandoque. Accursius.

c *Exceptionem*. quia omnia talia fieri possunt,nisi contra probetur: vt supra,de procu. l.mutus.§. cū quæritur.

d *Pēsata*.id est soluta: vt supra,de proba.l.j.

e *Indicatæ*. exceptio obiiciatur. Azo.

f *Oportet*. vt quia nolit teneri de euictione rei alienatæ nomine in tali ludo: vt infra,quarum rerum actio non da. l. fin.§. j. Vel nolit soluere vel solutum repetere:vt supra,de alea. l.antepe.§. j.&.C.de reli.& sum.fu. l. Græca. Accursius.

*Flo.conse queretur

Si quis.]*CASVS*. Cepi Titium liberum hominem, & posui in vinculis:& tenui per annum forte: nunc vocat ad ius, & prouocat ad libertatem: quis probet? Et certe videtur,quòd eo ipso quòd nō erat in possess.libertatis, sed seruitutis tempore, quo agere incepit, quòd incumbat ei onus probandi:sed certe hoc esset iniquum, vt ideo ego exonerarer.quæritur. Et dicit me probare debere. Vlpianus.

g *Indignissimè*.id est, indignissimum esset. si cōsequeretur.& sic.C. de acqui. possess. l. nec ex vera.de facto enim tantum tenet: vt infra, de acqui.possess.l.cum hæredes.& facit.C.eo. l. vis eius.

h *Quia probari*. ponit causam, quare volebat habere commodum possessoris. Azo.

i *In libertate*.cum ei non daretur facultas recedendi: vt infra,de li.ho.exhiben.l.ij.quis autem sit loco possessoris, habes infra, de libe.cau.liberis.§. fin.Accursius.

Qui sem-

Verius.]*CASVS*. Testator si rem alienam legaret sciens,hę res tenetur: sed si ignorans esset testator, non tenetur hæres.vnde hæredes consueuerunt negare defunctum sciuisse.quis ergo probet: & dicit, quòd legatarius. Viuianus.

k *Obligatam*. nam quando sciuit, fuit hæres vtroque casu.aliàs legatarius : vt infra,de lega.j. si res.fallit in coniunctis,vbi etiam si testator ignorauit rem alij obligatam, hæres luere debet:vt.C. de lega.l.cum alienam.& dic, vt ibi. Et nota ex hac.l.argu.quòd probare[a] eum id oportet. ℣ Sed & si ℟curatoria quis exceptione vtatur, eo quòd non licuisset aduersario[b] dare, vel fieri procuratorē: probare id oportet obiiciētem exceptionem[c]. Idem erit dicendum, & si ea pecunia petatur, quæ pensata[d] dicitur. ℣ Hoc amplius, si iudicatæ[e] rei vel iurisiurandi conditio delata dicatur de eo, quod nunc petitur, siue in alea gestū esse contendatur: eum implere probationes oportet[f].

Violenta possessio non releuat possessorem ab onere probandi.concordat.C. eo. l. ius eius.

XX. IVLIANVS libro quadragesimotertio Digestorum.

SI quis liberum hominem vi rapuerit,[&]in vinculis habuerit : is indignissimè[g] commodum possessoris consequetur:*quia probari[h] non poterit,hominem eo tempore, quo primum lis ordinaretur, in libertate[i] fuisse.

XXI. MARCIANVS libro sexto Institutionum.

VErius esse existimo, ipsum qui agit, id est, legatarium probare oportere, scisse defunctum alienam[se]rem, vel obligatam[k] legare: nō hæredē probare oportere, ignorasse alienam[rem,]vel obligatam:quia semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit[l].

XXII. VLPIANVS libro primo Responsorum.

EVm, qui voluntatem mutatam dicit, probare hoc debere[m].

XXIII. MARCIANVS libro singulari ad Formulam Hypothecariam.

ANte omnia probādum est, quòd inter agentem[n] & debitorem cōuenit, vt[res]pignori hypotheceve fit.Sed & si hoc probet actor,illud quoque imA semper præsumitur ignorare, nisi probetur scire : vt hic,& instit. de lega.§.quod autem. &.C.qui mili.non pos.super seruis.lib. xij.&.ś.de trās.l.qui cū tutorib⁹.§.fi.&.j.de admi.tut.hoc autē. *per ignorā re præsumi tur, nisi scire probetur.*

l *Agit*. caue, quia in replicatione hoc probatur.

Evm qui.]pone casum vt supra,eo.l.cum tacitum.

m *Debere*. vt supra,e. l.iij.& infra,de leg. iij. *Hal.pro- l.fideicommissa.§.si rē. bare Accursius.

plere*debet, rem pertinere[o] ad debitorem eo tempore,quo cō uenit de pignore,aut cuius *voluntate hypotheca data sit[p].

XXIIII. MODESTINVS libro quarto Regularum.

SI chirographum cancellatum fuerit[q]: licet præsumptione[r] debitor liberat⁹ esse videtur, in eam tamen quantitatem,quam manifestis probationibus creditor sibi adhuc deberi ostenderit[s],rectè debitor conuenitur.

Ex hac.l.not.tria. Primo, quòd præsumptio in genere tollitur per præsumptionem in specie.Item nota casum pro opinione quorumdam in.l.nemo. infra,de excep. quòd duæ exceptiones cōtrariæ possunt proponi in eodem iudicio, reprobata opi.Dy.in ca.nullus pluribus.de re iud.lib.6. Tertio nota, quòd ille, qui solut indebitum, debet probare duo : scilicet indebitum esse: & se per errorem soluisse. Bartolus.

XXV. PAVLVS libro tertio Quæstionum.

CVm de indebito quæritur, quis probare debet, non fuisse debitum, res ita temperanda est,vt si quidem is,qui accepisse dicitur rem vel pecuniā indebitam, hoc negauerit:[t] & ipse, qui dedit, legitimis[u] probationibus solutionem adprobauerit: sine vlla distinctione ipsum,qui negauit sese pecuniā accepisse,[x] si vult audiri, compellendum esse ad probationes præstandas quòd pecuniam debitā accepit. Peretenim*absurdum est, eum,qui ab initio negauit pecuniam accepisse,postquam fuerit conuictus eam accepisse,probationem non debiti[y] ab aduersario exigere. Sin verò ab initio cōfiteatur quidē susceptisse pecunias, dicat autē nō īdebitas ei fuisse solutas:præsumptionē[z] videlicet ℟ eo esse,qui accepit,nemo dubitat.[a]

n *Agentem*.id est,creditorem . Accursius.

o *Pertinere*.quod verbum late patet,etiam si sit debita : vt infra, de verb. signi.l. verbum illud.& supra,de pig.l. j. in princip.Item hoc in speciali pignore.in generali sufficit, vt quandocumque post: vt supra,de pig.l.& quæ nō dum sunt.§.quod dicitur. Accursius.

p *Data sit*. vt & supra,de pigno. & quæ nondum. §. quod dicitur.hoc autem tenet cū agitur contra aliū:non contra debitorem: vt supra,de pigno.l. si inter colonū. Accursius.

q *Si chirographū. Fuerit*. vel apud debitorem, vel apud creditorem : vt de hac materia diximus supra,de pactis.l. Labeo.&.l.sequenti. Accursius.

r *Præsumptione*. tali cui non statur omnino,vt subiicit:vel qualiquali, quando apud debitorem. Accursius.

s *Ostenderit*. quod facit probādo ab alio de letū sine voluntate sua: vt infra, de his quæ in testa. delen.l.j. §. legi. &. §. si consulto. non autē derogat legis præsumptioni inducendo testes qui interfuerunt contractui, secundum Azo.sed in libertatis in strumento speciale est vt coram pluribus redditum probetur : vt in cōtrario: vt.C.de la.litol.§.sed nec furandi.

*Perenim.

a Alex.cō silio.119.in 2.col. incipiēte, titulo quæstionis talis est.ī.2. volu.cōsilio rū, reputat istam gl.singu. ad hoc quòd vbicū que requiritur probatio legitima, non sufficit probatio iuratoria vt ibi per eū: & in nouis interpreta. Bol.

t *Cvm de indebito. Hoc negauit*. scilicet se accepisse. Accursius.

u *Legitimis*. testibus, vel instrumentis , non autem iureiurando: [a] vt supra, de iureiuran.l.eum qui.

x *Accepisse*. videtur ergo post aperturam iure veteri posse probari.sic supra,de rei vindi.officium.&.C.de præscrip.long.tempor.l.emptor.sed in illis.ll.constat iudici , non parti.vel dic , vt in.l. officium.

y *Non debiti*.id est indebiti.& sic not.hic quòd punitur inficiator : vt supra,ad.l.Aquil.inde Neratius.§.hæc actio.&.in authē. de trien.& semis.§.illud quoque in iudiciis.

z *Præsumptionem*. No.præsumitur ex eo quod plurimū accidit. sic supra,eo.l.iij.in fi.&.l.si pactū.&.j.de iur.& fac.ig.l.in omni.

a *Dubitat*. Sed quare magis hic quàm supra? respon.ibi,si debitor considerauerit, non negasset solutum.

BIU Cujas

Diligẽter agere non est verisimile.

a *Diligens.* Not. diligentem non esse verisimile errare: vt. C. qui & aduer. quos. l. j. &. C. ar. tu. l. fi. &. C. de rescin. ven. l. quisquis.

b *Ignorantia.* propter præsumptionem scientiæ: quia si præsumatur ignorans, ignorãtia est supina. & no. hic, quòd probat quis ignorantiam: & sic præsumitur scientia: vt. C. de præscrip. long. tẽpo. l. emptor. &. l. super. sed in vtraque probatur eo ipso quòd nõ probatur contrariũ. sic infra, ad Treb. l. si hæres ab eo. §. fi. in fi. §. sed est ar. contra. C. qui mili. non possuper seruis. &. C. de episcaudi. si legibus. & diximus supra e. l. verius. Sol. Verius hic probat indebitum, quod potest facilè quãdoque facere, vt si appareat testamentum nõ valere ex quo soluit: vt supra, de inter. ac. l. de ætate. §. ex causa. si autẽ excipiatur quod sciẽter soluit, ipse probet sciẽtiam: vt. d. l. verius. & secundum hoc probatur ignorantia præsumptiue eo ipso quòd probatur indebitum: & sic non obst. d. l. Accursius.

c *Causam.* sui soluẽtis.

d *Forensiũ.* id est, quę fiunt in foro, vel palatio. Accursius.

e *Caudens.* quibus succurritur: vt variis legibus continetur: vt supra, qui satisda. cog. de die. §. si seruus. & supra de iurisdi. om. iud. si id quod. §. fi. &. C. de iur. & fac. igno. l. j. sic ergo nota hic, quòd secundum qualitatem personarum cernitur: vt in prædictis concordantiis dicitur: vt infra, de iure fisci. l. ij. in fi. Accursius.

f *Accepit.* etiam sinõ negauit solutum. Accursius. *ADDITIO.* Ista glo. facit ad quæstionem. pone: Aliquis negauit se occidisse hominem: dixit tamen quòd si appareret se fecisse, ad suam defensionem fecit: tunc debet audiri cum sibi incumbit onus probandi: non tamen grauatur adeo quin audiatur. casus est in hoc text. secũdum Bar. hic.

g *Debitum.* totum. & sic aliquid est originis. Accursius.

h *Omnimodo.* forsan quòd neque inficiationis, neque personæ ratio habetur: vt & aliàs supra, e. l. §. j. sed Al. dicit quòd hic est præsumptio: quia non negat quin fuerit debitum pro parte, vel aliquando. sic ergo nota hic, quòd non est eadem ratio totius ad partem: vt supra, de inoffi. testa. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. Item nota propter solutionem transferri onus probationis: vt &. C. de non nu. pec. l. cum fidem. & loquitur hic, vbi fuit inficiatus: vel etiam vbi non, sed soluens fuerit pupillus. & hoc dicit, forsan &c. & est ratio, secundum Al. quia hic est præsumptio.

Flor. visionib. De quo vide Ant. Aug. lib. 2. cap. 2.

i *In omnibus autem iussionibus.* in omnibus casibus in quibus aliquid iussimus.

k *Inferre.* vt in aut. de fide instru. §. si tamen. coll. vj.

l *Pro calumnia.* si hoc exigatur: vt supra, de iureiu. l. iusiurandum. §. qui iusiurandum.

m *Iurante.* aliàs iuramenti: vt &. C. de iureiur. delata.

n *Seruando.* cui defertur. Azo. sed hodie hoc sacramentum calumniæ in aliis non præstatur: cum semel in initio præstitũ fuerit: vt in aut. de his qui ingre. ad ap. §. fin. col. v. idem dico de alio iuramento de quo hic dicit quia hodie non præstatur ab initio: vt. C. de iureiuran. l. generaliter. §. j. Vel dic, quòd ibi loquitur,

Qui enim soluit, nunquam ita resupinus est, vt facilè suas pecunias iactet, & indebitas effundat: & maximè si ipse qui indebitas dedisse[se]dicit, homo diligens est, [a] & studiosus paterfamiliàs, cuius personam increbile est in aliquo facilè errasse. Et ideo eum, qui dicit indebitas soluisse, compelli ad probationes, quòd per dolum accipientis, vel aliquam iustã ignorantiæ [b] causam [c] indebitum ab eo solutũ[est:]& nisi hoc ostẽderit, nullam eum repetitionẽ habere. Sin autem is, qui indebitum queritur, vel pupillus, vel minor sit, vel mulier, vel fortè vir quidem perfectæ ætatis, sed miles, vel agricultor, & forẽsium [d] rerum expers, vel aliàs simplicitate gaudens, [e] & desidiæ deditus: tunc eum, qui accepit [f] pecunias, ostendere bene eas accepisse, & debitas ei fuisse solutas: & si non ostenderit, eas redhibere: sed hæc ita, si totam summam indebitã fuisse solutam is, qui dedit, contendat. Sin autem pro parte queritur, quòd pars pecuniæ solutæ debita non est, vel quòd ab initio quidem debitũ [g] fuit, sed vel dissoluto debito postea ignarus iterum soluit: vel exceptione tut°, errore eas* pecunias dependit: ipsũ omnimodo [h] hoc ostendere, quòd vel plus debito persoluit, vel iam solutã pecuniam per errorẽ repetita solutione dependit: vel tutus exceptione, suam nescius proiecit pecuniam: secundum generalem regulam, quæ eos qui opponendas esse exceptiones affirmant, vel soluisse debita* contendunt, hæc ostendere exigit. ¶ In omnibus autem visionibus, [i] quas proposuim°, *licẽtia concedenda est ei, cui onus probationis incumbit, aduersario suo de rei veritate iusiurandum inferre, [k] prius ipso pro calumnia [l] iurante: [m] vt iudex iuramẽti fidem secutus, ita suam sententiam possit formare, iure referendę religionis ei* seruando. [n] Sed hæc vbi de solutione indebiti quæstio est. Sin autem cautio ° indebitè exposita esse dicatur, & indiscretè [p] loquatur: tunc eum, [q] in quem cautio exposita est, compelli debitum esse ostendere, quod in cautionẽ deduxit: nisi [r] ipse specialiter, qui cautionem exposuit, [s] causas explanauit, pro quibus eandem conscripsit. Tũc enim stare eum [t] oportet [u] suæ cõfessioni: nisi euidentissimis probationibus in scriptis [x] habitis, ostendere paratus sit, sese hæc indebitè promisisse. [y]

Hæc tria præsumptionem donationis inducunt: hic scilicet ratio sanguinis, taciturnitas longi temporis, & sæpius facta compensatio. & si quod istorum deficeret, secus esset: vt not. infra, de adi. lega. l. libertis. §. 1. vbi glos. declarant hanc legem. Bartolus.

A

B

C

D

o *Sin autem cautio.* scilicet priuata, idem tamen dico si publica: vt si dicat, ille fuit confessus se accepisse, vel se debere. secus si dicat, acceperit: tunc enim probat debitum: licet sit ar. contra. C. de do. cau. non nu. l. fin. sed certè ibi nõ erat publicum instrumẽtũ, vel promisit per stipulationem decem quę accepit.

p *Indiscrete.* id est causa non adiecta ex qua debeantur. Accursius.

q *Eum.* scilicet creditorem.

r *Nisi.* nõ est exceptiuum. Accursius.

s *Exposuit.* scilicet de debitor promittendo scilicet pecuniam pro prę cedenti causa quam cõfitetur interceſsisse. & ita ponitur aliàs: vt. C. de non nu. pe. l. generaliter. & l. aduersus. Quid tamen si nõ promittat, sed confiteatur mihi se debere ex antecedenti causa? Respon. & tunc debet stare suo testimonio: vt. C. de non numme. pecu. d. l. generaliter. Item quid si me absente confiteatur quis se mihi debere? Respõ. non valet, ad instar stipulationis: vt insti. de inuti. stip. §. item verborum. cum ambæ sint de iure ciuili: vt institu. de lit. obli. in prin. & insti tuti. de ac. §. de constituta. Item intellige hoc etiã si sine scriptis fiant huiusmodi cõfessiones. hoc enim innuit. d. l. generaliter. ĩ fi. & hoc ita tim subiicit, suæ confessioni &c. sed tunc posset probari contrarium per solos testes: vt infra, de reg. iur. l. nihil.

t *Eum.* scilicet confitentem.

u *Oportet.* hoc fallit in pecunia confessata: vt C. de non nu. pec. in contractibus. in princ. & in dote: vt. C. de dote cau. non nu. l. fin. & in aut. ibi posita. Item fallit & aliàs, vbi demum secundæ confessioni statur, & non primæ: vt in. d. l. in cõtractibus. §. j. sic. C. ad Vell. si mulier. & in aut. vt imo. antenup. do. §. pe. col. v.

x *In scriptis.* Not exigi probationem in scriptis: vt. C. si minor se ma. dixerit. l. tertia. dicit ergo hæc scriptura quòd rem illã quã fuerat confessus se emisse, habeat puta ex legato, vel ex permutatione: & sic ad pretium deductũ in confessione non tenetur: vel producit publicum instrumẽtum in quo continetur quòd ea die qua dicitur esse factum primum instrumentum, fuit alibi contrahens, vel subscribens, vel subscriptus, vt testis: vt. C. de con. stipu. l. optimam. in fin. Vt autem de hac confessione plenè videas, *Cõfessio an dic, cum quis confitetur, aut ad aliquem liberandum, & tunc prę- semper præ* iudicat sibi post. xxx. dies: nisi in quibusdam casibus in quibus stat- *iudicet.* tim præiudicat: vt. C. de non nu. pec. l. in contractibus. §. super cęteris. &. §. Aut ad obligandum: & tunc aut in contractu mutui, & tunc post biennium: vt. d. l. in contractibus. in prin. aut dotis: & tunc post tempus statutum: vt. C. de dote cau. l. fin. & in aut. ibi posita. aut ex alia causa: & tunc statim vt hic. nec etiã potest probari contrarium nisi per aliã scripturã: vt. C. de nõ nu. pe. l. generaliter. & hoc si est discreta. id est, cum causa aliter non præiudicat: vt & hoc. §. dicitur, & dixi. ĩ. de interroga. actio. l. j. Accursius.

y *Promisisse.* probando ex alia causa debitum: & pro hoc ostendendo scripturam.

BIU Cujas

a *Procula cum magnæ.* aliàs deest, cum.
b *Tacite.* Not. tacitam remissionem: vt. C. de re. do. l. fi. in fi. & infra, de iu. do. l. cum post. j. respon. & supra, de vsu. l. cum quidam. §. diuus. j. respon. & infra, ne de sta. defun. l. ij. in fi. & infra, de cap. & postli. re. si à patre. Sed arg. contra infra, re. amo. si cũ dos. in prin. & infra, de act. & obl. l. Lucio. & adde infra, de do. inter vi. & vxo. l. si seruꝰ cõmunis.
c *Vi testamentum. Et.* scilicet filio naturali, cui ex testamento vncia relinqui potest si sunt legitimi, aliàs dimidia totius. Item si non sunt legitimi per. l. ab intestato vsque ad duas vncias, sed legitimis extãtibus nihil: vt in aut. de adrien. & semis. §. considerauimus. *ADDITIO.* Dic melius, vt in aut. licet. C. de natu. lib. & in corpore vnde sumitur, vbi iste. §. corrigitur secundum Fulgo.
d *Modum.* idé si nihil poterunt capere. Item quid si ab eo emit, & confitetur sibi pretium
Flo. potuerat quæ mihi pertulit id ipse quæ apud me esse fingit, nec à me repetiit Bud. hic. solutum pater inter vivos? Respon. secus, quia hic in vltima voluntate: in qua facilius fraus
Kalendarium ratio nũ liber dicitur. sic dictus ab obseruatione kalẽdarii, in quibus debita exigi solebant. fieri præsumitur: vt supra, eo. patronꝰ. nisi forte omnia vẽderet etiã ante: vt. j. quæ in fraud. cre. l. omnes. §. Lucius.
e *Kalendario.* kalendariũ dicitur pecunia deposita ad nomina faciendas: vt infra, de leg. iij. l. qui filium. Accur.
f *Videtur.* propter legis interdictum præsumit fraudis simulatio.
g *Adiecisse.* & ita oportet probare filiũ cõtrarium. nam hoc editũ non præiudicauit: vt infra, de li. leg. Aurelio. in prin. §. fin. & de leg. iij. cum quis. §. pe. Accursius.
In sinu meo id est in occulto, & penitꝰ apud me, & in potestate mea.
Bud. Vide Eras. chil. 2. cent. 10. prouer. 32.
h *Si arbiter.* id est, iudex ordinariꝰ. Az. Et dic quòd hæc lex duos ponit casus. Primus si ex alterius loco aqua pluuia profluens opere manu facto alteriꝰ agro nocere posset: agi potest aquæ pluuiæ arcendæ. act. vt opus tollatur: vt infra, de statulib. l. Labeo. & infra, de aqua plu. arc. l. j. §. hæc actio. & in princi. legis. & l. si tertius. §. officium. Duo itaque probat actor, id est, factum opus: & aquam nocere posse. Tertium etiam videtur quòd probet scilicet tempus quo opus factum est, vt tamen dies & consul ad liquidum non exquiratur: sed satis est si supersint qui fieri viderunt, vel etiam audierunt eos qui viderunt vel audierunt id fieri. sic enim probabit extare memoriam. nec enim quia extitit aliquando memoria, probatur nunc extare, vt in ætate dicimus. vt. C. de in integ. re. mi. l. si minorem. & est hic primus casus. Secundus: Reus ad sui defensionem probat pactum à parte actoris factum, vel loci naturam id est situm: vt quia montosus est, vel vetustatem: quia licet sit manu factum, non tamen extat eius memoria: quod sic probat per testes asserentes omnium esse opi-
Casum ponit duplicitꝰ.

XXVI. PAPINIANVS libro vicesimo Quæstionum.

PRocula[cum] magnæ[a] quã titatis fideicommissum à fratre sibi debitum, post mortem eius in ratione cum hæredibus compensare vellet, ex diuerso autem allegaretur, nunquam id à fratre, quamdiu vixit, deside ratum, cum variis ex causis sæpe in rationem fratris pecunias ratio Proculæ soluisset: diuus Commodus cum super eo negotio cognosceret, non admisit compensationem, quasi tacitè[b] fratri fideicommissum fuisset remissum.

Quando quis legat alteri tanquam illi debitum: nec vt debitum petitur, nisi probetur debitum: nec vt legatum, si legati erat incapax: & talis confessio debiti videtur facta in fraudem legati. h. d.

XXVII. SCAEVOLA libro trigesimotertio Digestorum.

QVi testamentum faciebat, ei[c] qui vsque ad certũ modum[d] capere poterat,* legauit licitam quantitatẽ: deinde ita locutus est: *Titio centum do lego, quæ mihi pertulit: †quæ ideo ei non caui, quòd omnem fortunam & substantiam, si quam à matre susceperat, ĩ sinu meo† habui sine vlla cautione. Item eidem Titio reddi & solui volo de substantia mea centũquin quaginta quæ ego ex reditibus prædiorum eius, quorũ ipse fructum percepi, & distraxi, item de Kalendario, e si qua à matre receperat Titius, in rem meam conuerti.* Quæro, an Titius ea exigere potest. Respondit. si Titius suprascripta ex ratione sua ad testatorẽ peruenisse probare potuerit, exigi. Videtur[f] enim eo, quòd ille plus capere nõ poterat, in fraudem legis hæc in testamento adiecisse.[g]

Qui vult probare memoriã extare, non habet probare diem vel consulem: sed sufficit testimonium de auditu. Item qui vult probare memoriam non extare: probare debet quòd hæc est omnium opinio quòd non extat. h. d.

XXVIII. LABEO libro septimo πιθανῶν à Paulo Epitomatorum.

SI arbiter[h] animaduertere debeat, an operis facti memoria exstet: hoc ei quærendum[i] est, an aliquis meminerit, id opus factum esse. Paulus: Immò cum ab arbitro* quæritur: memoria facti operis exstet, necne: non hoc quæritur, num aliquis meminerit quo die, aut quo consule factum sit: sed nũ hoc aliquo modo probari possit, quando id opus factũ sit: & hoc ita quod Græci dicere solent. ἐνπλάτει enim potest hoc memoria nõ teneri. intra annũ, puta, factũ. cũ interĩ nemo sit eorũ, qui meminerit quibꝰ cõsulibꝰ id viderit. Sed cũ omniũ hęc est opinio, nec audisse, nec vidisse, cũ id opꝰ fieret: neq; ex eis audisse, qui vidissent, [k] aut audissent[l]: & hoc ĩfinitè[m] similiter sursũ* versũ[n] acciderit: [o] tũ memoriã operis facti nõ extare.*

XXIX. SCAEVOLA libro nono Digestorum.

IMperatores Antoninus & Verus Augusti Claudio Apollinari rescripserunt in hęc verba, Probationes, quæ de filiis dantur, non in sola adfirmatione testium consistunt, sed & epistolas, quæ vxoribus missę allegarentur, si de fide earum constitit, nonnullã[p] vicem instrumẽtorum obtinere decretum est. ⁋Mulier grauida, [& à marito] repudiata, filium enixa absente marito, vt spuriũ in actis ꝓfessa est. Quæsitũ est, an is in potestate patris sit: & matre ĩtestata mortua, iussu eius hæreditatem matris adire possit: nec obsit ꝓfessio à matre irata facta? Respõdit, veritati locũ suꝑfore. q †

A nionem se non vidisse, vel audisse quando hoc fieret: nec eos vidisse vel audisse, qui id viderunt, vel audierunt: & hic est secundus casus in illo. §. sed cum. & infra, de aqua plu. ar. l. ij. §. idem Labeo, secundum Azo. Sed in primo casu quæro, an duo testes sufficerent qui dicerent se vidisse, vel audisse illum qui vidit? Videtur quòd non: quia ille quem isti viderunt, nõ sufficeret, quia solus. ergo nec isti. sed contra dici potest. quid enim ad rem? nam nec aliquis sibi sufficeret per se. sufficiunt tamen duo testes qui audierunt ip
* *In vet.* sum stipulari, secũdum *exẽpl. in au* Azo. Item nota hac. l. *bitrio. Flo.* specialeĩ actione aquę *in arbitro* plu. arcẽ. vt testimonia *Testimo-* de auditu recipiantur. *niũ de au-* sed certè immo non vi *ditu alteno* detur speciale. nam in *quandoque* quibuslibet obligatio- *recipitur.* nibus & contractibus hoc euenit. sed hic fertur de auditu alieno, & sic de auditu auditus: quare est speciale: aliàs non: sicut. C. de testi. l. †*id est, la-* testium. Fallit etiam in *tius, & in* causa matrimonij, secũ *obseruatis* dũ antiquos canones: *iuris angu-* siue in causa cõsangui *stiis. Vide* nitatis contra matrimo *Alcia. lib.* nium: vt in decre. xiiij. *disputa. 2. c.* q. ij. super. licet illud ho II. die per concilium corrigatur. Vel aliter hoc ꝓbatur de proprio auditu: & de veritate, si- * *Flo. sicut* in contractibus. nã *sum.* debet ꝓbare actor me *Flo. acci-* moriam operis extare. *det: cùm me* sed memoria retinetur *moria op.* per auditum: ergo est *fac. nõ ex-* probatio veritatis. an- *staret.* tea tamen debet proba re quòd sit manufactũ ab aliquo. tunc memoria quidem per auditũ retinetur. sed si non cõstat manufactum, quod est principale: nec potest probari memoria, quod est subiectum.
i *Quærendum.* ex parte actoris.
k *Qui id vidissent.* secundum sui conscientiam. sic in aut. de hære. & Fal. §. si vero absunt aliqui. col. j.
l *Audissent.* i. qui dicerẽt se audisse & vidisse.
m *Infinite.* supra, tantũ duas personas numerauit, hic vltra ꝓcedit. †*Vide Alcia. lib. di-* *sputa. 2. c.* 6.
n *Versum.* simile sursum & versum. ĩ. de gradi. l. iurisconsultus. §. sed si ex ĩferioribus.
o *Acciderit.* subaudi, absoluitur reus.
p *Imperatores. Nonnullã.* sed multã: nã præsumptionẽ faciũt donec cõtra ꝓbetur, secũdũ quosdam: vt. ff. de posti. l. Publia. in fin. & ar. contra. C. qui po. in pig. ha. l. pe. in fin. & C. de non nume. pec. l. generaliter. quod non placet: sed semiplenam, non autem plenam probationem faciunt: vt in fi. huius. l. & C. de testi. l. nec professio. & C. eodem. l. non nudis. & l. non epistolis.
q *Superfore.* vt. ff. de inoffi. testa. l. si ĩstituta. §. j. quę veritas ꝓbaĩ ex eo, ꝙ hic natus fuit vicinis sciẽtibus: vt. C. de nup. l. si vicinis.

DE FIDE INSTRVMENTORVM &c.

Visa probatione ĩ genere, sequit per species. & primo de ea quæ fit per vocẽ mortuã, quæ validior est quàm ea quæ per vocẽ viuã fit. Accursius.

Instrumentorum.

BIU Cujas

a *Instrumentorum. Accipienda sunt.* scilicet large sumpto vocabulo.

b *Testimonia.* id est, chartæ: vt differat à sequenti casu. Vel dic, id est, dicta testium in scriptis redacta: vt infra, de testi. l. iij. §. idem diuus. quod est verum: sed non quo ad hanc. l. Ac.

c *Habentur.* sic & large ponitur infra, de verbo signifi. l. notione. §. instrumẽtorum. Sed aliàs ponitur pro instrumento fundi: vt infra, de fun. instru. l. quęsitũ. in princ. aliàs pro cautione tantum: vt ponitur in aut. eo. tit. in rub. & in tex. col. vj.

* Idẽ, lib.

* Idẽ, lib.

QVicumque.] CASVS. Quicũque vult probare cum instrumento, fisc⁹ sit, vel priuatus: probet cum authentico, non cum exemplo. Viuia.

Originalia nomina tria sunt.

d *Indice.* tria sunt originalia nomina, scilicet originale, authenticum, & exemplar. Item alia tria nomina inde extracta, scilicet index, exemplum, & sumptũ, & etiam memoria: vt C. de eden. aut. si quis in aliquo. dic ergo, nec credi sumpto: vt hic. quod intelligũt quiddã si fuerit vtraq; scriptura priuata, vel saltẽ secunda. secus si publicũ publici, vel publicum priuati faciat mentionem: quia tunc creditur sumpto: vt in aut. vt fratrum filij. §. illud. col. nona. & infra, de admini. tu. l. chirographis. nisi in fisco: vt hic. Sed tu dic, secundum Ioan. quòd etiam si publicum faciat mẽtionem alterius, nõ creditur ei. nã ad hoc creditur sumpto, quia sic continetur in alio: sed potest esse quòd in originali aliquo erant aliæ literæ & cancellationes quæ non continentur in exemplo: vnde non probatur plenè per exemplum: vt hic, &. C. de edẽ. procurator. &. s. fami. erci. l. Põponius. & in aut. vt spon. lar. §. & hoc insuper. col. nona. nisi fuerit officio iudicis publicatũ. & sic intelliguntur. d. ll. vt fratrũ filij. & de admini. tuto. chirographis. Quid autẽ si sine iudice fiat explificatio: nonne in aliquo valet? Rñ. potest dici ꝙ sic: quia per hoc probatur ꝙ scriptum interceſsit: quod est necesse: maximè tunc quãdo est necesse fieri contractum in scriptis. Item probatur quòd interceſserit bona fides. nam hic probatur interceſsisse. Item præsumptio inducitur: vt infra, de iure fisc. l. in fraudem. §. neque instrumenta. nã & ex priuato hoc fit, vt ibi cõstat. Alij dicunt, aut dico cõuenio te ad decem, & vide instrumentum quod inde mihi feciſti: & nõ possum: vt hic: quia hoc non feciſti. an vero dico, cõuenio te ad. x. quæ debes: quod probo per sumptum ex authẽtico: & sic per obliquũ. quod non placet: quia tunc esset imponere legẽ verbis.

† *Concor. tex. & qđ ibi no. ſ. ca. ſt ad ſcripturas. 9. diſ.*

† *Quã ſcriptura in iudicio vim obtinere cõueniat, Ci. v orat. pro Roſc. Comœdo.*

† *Repetere (inquit Bu in ãnot. ad l. Iulian⁹. §. quãtum ad exhib.) eſt retrorſus petere. hĩc cautio repetita die interpoſita dicitur, cũ dies lõge quæſita veſtigatáq; eſt, ac retrorſus ementita. antidatam vulgò appellãt. huic opponitur plata die*

e *Non conuenit.* immo qui eam ostendit, nisi veritatem astrinxerit, vt falsarius punitur: vt. C. de proba. l. iubemus. Accursius.

f *Repetita.*] CASVS talis est: Obligaui rem meã Titio primo. post ea volo accipere pecuniam à Mæuio: qui aliter non dat mihi nisi eandẽ rem meam obligem sibi, ita ꝙ sit potior in pignore: & ego hanc fraudẽ excogito vt fiat instrumentum in quo cõtineatur ꝙ ei obligẽ: & fuerit facta obligatio repetita die præteriti anni antequã Titi⁹ acciperet: vt & aliàs. C. ad. l. Cor. de fal. l. si creditor. cum ergo ego & Mæuius socij sum⁹ eiusdem criminis: neuter potest alium accusare: vt. C. de lib. cau. l. si filiũ. Titius tamen potest rectè accusare vtrũque. Ac.

g *Magiſque.* ideo magis, quia debitor eũ cui bona fide obligatus erat, decipere nõ debuit: ideoq; aliàs tenetur contraria pigneratitia: vt. s. de pign. act. tutor. §. cõtraria. &. s. de pig. l. & quæ nondũ. §. qui res. creditor autem ei nullo modo obligatus est. Itẽ creditor vt sibi consuleret, licet aliter fraudaret, fecit. Ac.

h *In re. Verbis.* dũmodo aptis: vt infra, de supel. leg. l. Labeo.

i *Obligationibus.* scilicet aliis. Ioan.

k *Sine his.* id est, his omissis: vt supra, de pign. contrahitur. & Co. de proba. l. si de possessione. &. j. de spõ. l. in spõsalibus. in princip. Ac.

l *Nuptiæ.* vt &. C. de nupt. l. neque. in fin. nisi in casu: vt in authen. ibi posita.

m *Sed res.* Hæc lex generaliùs loquitur quàm superior. Ac.

n *Factum suum.* factũ suũ præbet veritas cùm actor cõfitetur tradidiſse, puta rem venditam: sed ideo auocare se cõtendit, quòd scriptura non interceſsit.

o *Valebit.* qa fides veritatis, verborũ adminicula nõ desiderat: vt Co. si minor ab hæreſe abſti. l. j. & facit. C. de proba. proprietatis.

p *Si de tabulis.* Plures enim erant hæredes, & cõuenire nõ poterant apud quẽ tabulę testamenti essent: vt. s. famil. ercis. l. si quæ sũt cautiones. Accursius.

q *Seniorem.* nam semper veneranda &c. vt infra, de iur. im. l. semper. Accursius.

r *Honoris.* vt & infra, de ter. mo. l. ij. & facit supra, de pact. l. maiorem. & infra, de priui. cre. l. j.

ſ *Et maiorem.* vt &. s. de senat. l. j. & de statu. ho. l. in multis.

t *Libertino.* vt & in honorib⁹: vt. C. ad. l. viſcel. l. j. sed hoc potest dici hodie correctũ totum: vt in authen. vt liber. de cę. §. j. col. vj. nisi alia subsit causa quare magis apud ingenuum residere debeat.

u *Præferemus.* non autem ad licitationem peruenietur: vt supra, fami. erci. l. nam ad licitationem.

xxx * Libro primo Responsorum Festo respondit.

SI ancilla fuerit, ad libertatẽ perductam non videri, neque per fideicõmissi relicti sibi probationem, nec quod alimẽta sunt, vt nutrici, præstita.

xxxi. * Libro secundo Mactorio Sabino.

COmmemorationẽ in chirographo pecuniarũ, quæ ex alia causa deberi dicuntur, factam, vim obligationis non habere.

DE FIDE INSTRVmentorum, & amissione eorum.

TITVLVS IIII.

I. PAVLVS libro secundo Sententiarum.

INstrumẽtorũ nomine ea omnia accipiẽda sunt, [a] quib⁹ [b] causa instrui potest: & ideo tam testimonia, [b] quàm personæ instrumentorum loco habentur. [c]

II. IDEM libro quinto Sententiarum.

QVicumque à fisco conuenitur, non ex indice [d] & exemplo alicui⁹ scripturæ, sed ex authentico conueniendus est: ita, si contractus fides possit ostendi. Cętera calumniosam † scripturã, vim in iudicio obtinere non conuenit. [e] †

Socius eiusdem criminis, non potest aliũ socium accusare: sed an contra eum testificari, vide quod nota. extra de testi. c. veniens. & C. de testi. quoniam liberi.

III. IDEM libro tertio Responsorum respondit.

REpetita [f] † quidem die cautionem interponi non debuisse: sed falsi crimen, quantũ ad eos qui in hoc consenserũt, contractum non videri: cũ inter præsentes & conuenientes res actitata sit, magisque [g] debitor quàm creditor deliquerit.

Ius pignoris, & hypothecæ, ſolo conſenſu contrahitur. l. d.

IIII. GAIVS libro singulari de Formula Hypothecaria.

IN re hypothecæ nomĩe obligata, ad rem non pertinet, quibus fit verbis: [h] sicuti est in his obligationibus, [i] quæ consensu contrahuntur. Et ideo & sine scriptura si cõuenit, vt hypothecæ sit, & probari poterit: res obligata erit, de qua conueniunt. Fiunt enim de his scripturæ: vt quod actum est, per eas facilius probari possit. Et sine his [k] autem valet, quod actum est, si habeat probationẽ: sicut & nuptiæ [l] sunt, licet testatio sine scriptis habita est.

V. CALLISTRATVS libro secundo Quæstionum.

SI res [m] gesta, sine literarum quoque consignatione veritate factum suum [n] præbeat: nõ ideo minus valebit, [o] quòd instrumentum nullum de ea interceſsit.

VI. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.

SI de tabulis [p] testamenti deponendis agatur, & dubitetur, cui eas deponi oporteat: sẽper seniorem [q] iuniori, & amplioris honoris [r] inferiori, & maiorem [ſ] fœminæ, & ingenuum libertino [t] præferemus. [u]

DE TESTIBVS.

TITVLVS V.

I. ARCADIVS, qui & Charisius libro singulari de Testibus.

TEstimoniorum vsus frequẽs [x] ac necessarius [y] est: & ab his præcipuè [z] exi-

De fide inſtrumẽtorũ dictũ eſt: nũc de pbatiõib⁹ quæſũt p vnã voce. Ac.

x *Testimoniorum. Frequens.* in causis.

y *Necessarius.* cũ multa sunt quæ nisi per testes probari non possunt: vt in auth. eo. circa prin. col. vj.

z *Præcipuè.* nam & ab huiusmodi hominibus, qui vacillant, est testimonium exigendum: licet non sit ita credendum: vt in auth. eo. §. sancimus. &. §. si vero ignoti. col. vj.

Vacillat.

BIU Cujas

a *Vacillat.* id est, vacillare non est ſolitum: & quod de præſenti ſciri poteſt. quod dic vt. ff. de quæſtio. l. de minore. §. torméta. licet videatur cõtra. ff. in eodẽ titu. l. j. §. quęſtioni. *ADDITIO.* Dic q̃ eis minus creditur: tamen per hoc non repelluntur, ſecundũ Flo.

Lis & cauſa differunt

b *Litibus.* impropriè hæc vocabula ponit, propriè autem, ſecundum quoſdam, dicitur cauſa ex quo res deducta ſit in controuerſiã extra ius: ſed ſi deducatur in iudicium, incipit eſſe lis: vt. C. de lit. aut. litigioſa. Sed tu dic cõtra, ſecũdum Tullium. Eſt enim cauſa res quæ habet in ſe controuerſiam in dicendo poſitã cum cæterarum perſonarum interpoſitione: ſed lis eſt ante litẽ conteſtatam, & poſt: vt. C. quomodo & quãdo iu. auth. qui ſemel. Vel dic tertio, vt diximus. C. de tranſac. cauſas. Ac.

c *Et hi.* ſcilicet ſoli poſſunt adhiberi.

d *Interdicitur*, interdicitur autem vt. ff. de le. iij. §. j. & le. idonei. &. l. teſtis idoneꝰ. & le. nullus. &. l. ex eo. & aliis pluribus.

e *Excuſantur*. quod faciũt quidam: vt. j. eodẽ. l. iij. &. l. inuiti. Ac.

f *Legibus*. quas non habemus.

g *Numerum*. ſcilicet duorum: vt ar. ff. eo. l. vbi. vel plurium, prout iudici videbitur.

Flo. teſtimoniũ

h *Vexandos*. nec enim cauſa teſtificandi diu debent homines à ſuis negotiis auocari: vt. ff. quęadmo. teſt. ape. l. ſi quis ex ſenatoribꝰ.

Flo. ſuam

i *Superflua*. cum aliqua eſt multitudo, præſumitur iter eos aliquis bonus: arg. in decre. di. lxj. c. nullus inuitis. &. xciij. di. miratus. & argu. in aut. de referen. §. j. col. ij. Accurſius.

† In hũc locũ Cic. in orat. p Font. & in orat. pro Flac. Quint. lib. 5. inſti. orat. cap. 1. Valer. Max. lib. 8. cap. 5.

k *IN teſtibus. Fides.* cuius gratia cætera conſiderantur. fides enim colligitur ex dignitate & moribus: vt. ff. de tut. & cura. da. ab his. l. ſcire oportet. §. pe. & ff. de verb. obl. l. ſi quis ſtipulatus. in fi.

Mores dignitati præferuntur.

l *Mores.* mores dignitati præferuntur.

m *Aduerſus fidem.* cum enim dicunt ſibi contraria, ſemetipſos excludunt: vt infra, quando ap. l. fi. §. ſed ſi alius.

n *Audiendi.* id eſt, exaudiendi. Accurſius.

TEſtium..] *CASVS* in hac. l. vſque ad. §. eiuſdem. eſt ſatis facilis. [*EIVSDEM.*] Quærebatur à principe, quæ probatio ſit ſufficiẽs in qualibet cauſa? ad quod dicit, q̃ nõ poteſt dicere. nam quãdoque exigit ſcriptura: quãdoque plures teſtes: quãdoq; pauciores: tunc quoniam pauci bene probant, vt quia ſunt fidedigni. eſt ergo in iudicis arbitrio, qui & teſtes & alia debet conſiderare: an ſit plena probatio. [*IDEM DIVVS.*] Pone vt hic. ff. non creditur illis qui de auditu dicunt: ſed qui interfuerunt maxime in cauſa criminali: in qua qui non probat, habetur calũniator. [*LEGE IVLIA.*] Accuſo Titium. l. Iulia. de vi pu. vel priua. induco contra eum in teſtem ſuũ libertũ. non poſſum. idem in impubere, vel dãnato pu. iudicio, neque tamen reſtituto in integrum: vel vinculis cuſtoditum: vel eum qui locauit operas ad pugnandum cum beſtiis in arena vel metricem: vel eum qui aliàs, de malo teſtimonio eſt damnatus: non poſſum: & de quolibet eſt ſua ratio. Viuianus.

o *Conditio.* ſic inſpicitur, quando quis alium arrogat. vt ſupra, de adop. l. nec ei. §. & primum. Accurſius.

gendus, quorum fides non vacillat. a ¶ Adhiberi quoque teſtes poſſunt non ſolum in crimi nalibus cauſis, ſed etiam in pecuniariis litib', b ſicubi res poſtulat: & hi, c quibus nõ interdicitur d teſtimoniũ, nec vlla lege à dicẽdo teſtimonio excuſant e.

Nota quòd iudex poteſt refrænare numerum teſtium. h. d. Bar.

¶ Quãquàm quibuſdã legib' f ampliſsimus numerus teſtiũ definitus ſit: tamen ex cõſtitutionibus principũ hæc licentia ad ſufficientem numerum g teſtiũ coartatur, vt iudices moderentur, & eũ ſolum numerum g teſtium, quem neceſſariũ eſſe putauerint, euocari patiantur: ne effrænata poteſtate ad vexandos h homines, ſupeflua i multitudo teſtium protrahatur.

In hac. l. vſque ad. §. lege Iulia. ſic procedit iuriſconſultus. nam primo ponit theoricam, ſecundo practicam in genere. tertio ponit eam per multa reſcripta. ſecũda ibi, ideoque. in. l. teſtium. tertia ibi, in. §. eiuſdem quoque. Bartolus.

II. MODESTINVS libro octauo Regularum.

IN teſtibus *autem dignitas, k fides, l mores, m grauitas examinanda eſt: & ideo teſtes, qui aduerſus fidem m ſuæ *teſtationis vacillãt, audiẽdi n non ſunt.

III. CALLISTRATVS libro quarto de Cognitionibus.

TEſtiũ † fides diligenter examinanda eſt: ideoq̃ in pſona eorum exploranda erunt, in primis conditio o cuiuſque:

A p *Plebeius.* magis enim nobiliori creditur: vt arg. ſupra, titu. j. l. fi. & in auth. eo. §. ſancimus.

q *Egens.* no. quòd pauper faciliter corrũpitur: vt hic, & in aut. eo. §. ſancimus. & infra, de exc. tu. l. ſpadonem. §. fi. admittitur tamẽ interdũ: quia nõ tã ex facultatibꝰ quàm exfide teſtis idoneus eſtimatur: vt inſti. de ſuſpe. tut. §. fi. & in aut. eo. §. ſi quis re. & ff. decre. iiij. q. iij. c. ſi teſtes. §. item te. Itẽ & inſpicit cuius ꝓpoſiti ſit: vt. ff. de trãſac. cũ hi. §. ſi pſona. Ac.

Pauper facilius corrũpitur.

r *Inimicus.* vbi diſtinguitur vtrum ex criminali cauſa inter eos mõtæ inimicitiæ ſint: vbi inimicus non admittitur niſi cauſa finita: an aliàs ſit odioſus, vbi iurat & teſtificatur. ſed an fides eis ſit adhibenda, iudicis mandatur officio: vt in auth. eo. §. ſi vero quis dicat. & ff. de quæſtio. l. j. §. qſtionũ.

Hal. admittẽdũ eſſe

ſ *Honeſta.* nota quòd præſumitur bene fieri, ſi à bono fiat: vt argu. ſupra, de eden. l. ſi quis ex argentariis. §. j.

t *Inimicitiæ.* ſ. ſuſpicio. R. vel dic ſcilicet dicturus. ſæpe illorum etiam pallor vultus, rubor, & titubatio, faciũt vt minus fidei alicui adhibeatur: vt Marcus Tullius in Topicis. & ff. de quæſtio. l. de minore. §. pe. Et de his autẽ omnibus puto q̃ præſens iudex ex officio ſuo, ex hominibꝰ bonę opinionis debeat inquirere: ar. ff. de magiſtra. conue. l. j. §. ſi præſens. & in. §. ſeq. & §. ſi quãdo. & ff. de fun. iſtr. & inſtru. le. l. cũ de lanionis. §. aſinam. in fi. §. prędicta autẽ denotãtur his verſibus. Cõditio, ſexꝰ, ętas, diſcretio, fama, Et fortuna, fides: in teſtibꝰ iſta requires.

† Budæ. hîc legit, dicere veritatem.

u *Admittẽdus.* vt bonus teſtis. aliàs vt aliquod indiciũ inducat.

x *Ideoque.* quia prædicta circa teſtes ſunt admittenda: ideoque per quatuor reſcripta committitur examinatio iudici ſuper his: vt ſubiicit vſque ad. §. lege Iul.

y *Magis.* quàm alius. Azo.

D z *Quanta fides.* debet ergo notꝰ eſſe teſtis iudici. ſ. vt iudex eũ cognoſcat: vel fieri tũc notus. Itẽ parti contra quã producitur, vt teſtis illũ cognoſcat: vt. C. de iur. deli. l. fi. §. ſinautem. & in auth. e. §. ſi vero ignoti. &. C. de. fi. inſtru. §. ſed is q̃ depoſitũ. ſed hoc puto verũ in perſonali actiõe: qua quęritur an quis ꝓmiſit: vel an hoc dixerit. nã teſtis qui aliquẽ mihi ſe obligaſſe vel aliquid feciſſe dicit, ipſum cognoſcere debet. vbi autẽ teſtis nõ dicit de obligatiõe pſonali, vel de facto: licet te nõ cognoſcat, cõtra te tamẽ feret teſtimoniũ: vt puta dicit in rei vin. quæ contra te intenditur poſſedisſe me. x. vel. xl. an. ſed tũc illũ qui producit, debet cognoſcere: vel dicit me, vel illũ fuiſſe abſentẽ. & hic debet cognoſcere eum quẽ dicit abſentẽ. vbicũq; ergo teſtis non teſtificat de facto eius cõtra quẽ producitur, feret teſtimoniũ: etiã ignotꝰ. alioquin ſi de facto, cõtrariũ eſt, ſecundũ Azo. Itẽ no. hic cõmitti iudici teſtium examinationẽ: vt &. ff. proxi. §. &. §. idẽ diuꝰ. &. §. Sabino. &. ff. eo. l. ob carmẽ. circa fi. ſicut & cautio damni infecti cui fiat: vt infra, de dam. infec. l. qui bona. §. qui damni. Accurſius.

a Immò vero extẽpe. ſ. de repẽte. vide Budæum

a *Dignitatis.* honeſtioribꝰ enim creditur: vt. C. eo. l. iuriſiurandi.

b *Dicere.* ſcilicet veritatem.

c *Ex tempore.* ſuper quo interrogandi ſunt: * vt infra, ad *hic.*

BIU Cujas

Syllania.l.prius.& arg.infra,de accu.l.libellorum.

a *Quæ argumenta.* id est, quæ genera probandi: vel per testes,& quales,& quot: vel per instrumenta,vel alia arguméta. Accursius.

b *Ad quem.* i.ad aliqué vt puta quot testes, & qualia ístruméta.

c *Cuique rei.* id est, cuique causæ.

d *Potest.* sicut nec mora: vt supra,de vsu.l.mora.in princip.

e *Non semper.* ita bene sequitur,si non semper creditur testibus sine instrumento, ergo quãdoque creditur: vt hic dicit.semper autem non creditur: quia quidam casus sunt in quibus scriptura exigitur: vt no.supra,de pig.l.cõtrahitur. Accursius.

f *Deprehenditur.* per testes.

Numerus supplet qđ in fide deficit.

g *Numerus.* id est, licet non sint multũ boni: vt quod deficit in fide, suppleat numerus: vel dic, propter testamentum,vel similia.

h *Dignitas.* licet pauci sint duo tamé ad minus: vt.C.e.l.iureiu.in fi. & sic no.quòd fides testis ex eius dignitate approbatur: vt in auth. eo.§.sancimus.col.vij.

Dignitas testis fidẽ approbat.

i *Confirmat.* dicitur fama confirmare. id est, cum alio firmare: non quòd per se fama non sufficiat, sed respectu assertionis partis: quam assertionẽ fama confirmat.sufficit ergo per se.ar.ĵ.de fun.instru.l.cũ de lanionis.§.asi nã.secũdũ Io.&.C.de testi.l.j.& insti.de testa.§.testes.&.C.ne de statu defun.si mater. Alij dicũt,quãdo cõsonat naturæ,vt.B.mortuũ.& propter hoc dicit hic,aliàs cõsentiẽs,id est,quãdoque: sed regulariter nõ sufficit famã probare. Alij dicunt,quod cũ alio firmat.pro quibus facit in eo quod dicit cõsentiens,quasi simul sentiens.& quod dicit,cõfirmat,facit ergo secũdũ hos ꝓbationẽ semiplenã: vnde facit deferri iuramẽtũ: vt.C.de iureiur.l.in bonæ. hęc autẽ fama probatur per duos testes cum iurant maiorem partem populi ita sentire: non quòd quilibet singularis per se dicat, credo: nisi iudex famam nouerit: quo casu(vt dicit Ioan.)secundum quod nouerit iudicabit: quia non est notum vt notorium.

**Flo.sunt: Quòd crim. obie.ap.me Alex.Apro,& quia &c.*

Probationũ multæ sunt ſpecies.

k *Speciem.* sunt enim multę species ꝓbationũ, quarũ quędã sunt plenę,quędã semiplenæ.plenæ,vt per duos testes: vt.ĵ.e.vbi.Item per instrumentũ publicũ.Itẽ per priuatũ factũ ab aliquo cõtra se cũ causa: vt.s̃.de proba.l.cũ deinde.in fi.si modo cõfiteatur se fecisse, vel ei probetur per cõparationẽ,vel alio modo.Itẽ delatio iuraméti: vt.s̃.de iureiur.l.j.&.ij.Semiplenę autẽ fiunt per vnũ testẽ.Itẽ per collationẽ,ex qua semiplena colligitur fides: vtĩ auth. de fide instru.§.si vero nullus.col.vj. Itẽ per domesticã scripturã sine causa,& alię similes. Dicit ergo hic,ꝙ iudex nõ debet ídicere tãtũ vnũ modũ ꝓbãdi actori,sed omnes: vt siue aliquis eorũ solus sit sufficiẽs,siue plures simul iuncti,habeat ei fidẽ.quę enim nõ prosunt singula,multa iuuãt: vt &.s̃.de vsur.si stipulatus.&.C.de proba.l.instrumenta.ibi,sola nõ sufficiunt.quandoque tamen per vnũ modũ tãtũ debet ꝓbare actor scilicet per scripturã,si tale est negotiũ qđ per scripturã tantũ debeat fieri: vt.C.de ꝓbationib⁹. l.cũ res.ĩ prĩ.&.C.e.l. testiũ.& not.s̃.§.ꝓxi.sed hęc specialia sunt.

l *Nõ testimoniis.* testimonia appellãtur quãdoque dicta testiũ in actis:& ita nõ accipitur hic.quãdoq; dicũtur testimonia, quæ ab aliis dicũt se testes audisse:& ita hic,secũdũ Azo.vel hic dic,secũdũ M.ꝙ loquit hic.§.tãtũ in criminali causa: vt patet stati in exẽplo.& secũdũ hoc dic,testimonia,id est,dicta testiũ alibi recepto rũ.nã nõ credit eis: sed ibi debẽt esse ꝓsentes,

a Per istam glos. vide quid dicat Baptista de Castellio in apost.ad Roma. in suis singul. fo. 2.in.8.singul.

a vt possint terrore iudicis ĩminẽte interrogari: vt in auth.de testi.§.& quando.in fi.collatio.vij.& in authen. vt defunct.seu fu.§.illud. col.quinta.

m *Alexander.* hic accusabat Aprum.

n *Quem.* scilicet Alexandrum. Azo.

o *Relegaretur.* sume ergo hic argu.quòd quis eo ipso quòd non probat, calumniari videtur: vt.C.de aduo.diuor.iudi.l.j.& argu. C.de fruct.& li.ex.l.non ignoret.&.C.de pœna iudi.qui ma.iud.

verba: Quæ argumenta,[a] ad quem[b] modum, probãdæ cuíque rei[c] sufficiant, nullo certo modo satis definiri potest.[d] Sicut non semper,[e] ita sæpe sine publicis monumentis cuiúsque rei veritas deprehẽditur[f]: aliàs numerus[g] testium, aliàs dignitas[h] & auctoritas, aliàs veluti consentiens fama confirmat[i] rei, de qua quæritur, fidem. Hoc ergo solum tibi rescribere possum summatim, non vtique ad vnam probationis speciem[k] cognitionem statim alligari debere, sed ex sentẽtia animi tui te æstimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris. ℣ Idem diuus Hadrianus Iunio Rufino proconsuli Macedoniæ rescripserit testibus se, non testimoniis[l] creditum, verba epistolæ ad hanc partem pertinentia hæc sunt: *Nosti quæ crimina obiecerit apud me Alexãder[m] Apro, quem,[n] quia non probabat, nec testes producebat, sed testimoniis vti volebat, qui bus apud me locus non est, (nã ipsos interrogare soleo) remisi* ad prouinciæ præsidem, vt is de fide testium quæreret: & nisi impleſſet quod intenderat, relegaretur.[o] ℣ Gabinio[p] quoque Maximo idem princeps in hæc verba rescripsit: Alia est auctoritas præsentium testium, alia testimoniorum quæ recitari solent. Tecum ergo delibera, vt si retinere eos velis, des eis impendia. ℣ Lege Iulia de vi cauetur, ne hac lege in reum[q] testimonium dicere liceat*[ei] qui se[r] ab eo, parentéve[ſ] eius liberauerit: quíve impubes[t] erit:* quíque iudicio publico[u] damnatus erit: qui[ve]eorũ[x] in integrũ restitutus[y] nõ erit: quíve in vinculis custodiáve publica[y] aut.nouo iure.&.C.qui accu.pos.l.iij.&.C.ad.l.Iul.de vi.si quis à se. Sed arg.contra infra,ad Turp.l.j.§. j.vbi dicitur, quòd non eoipso quòd quis non probat, calumniari videtur. Sed intellige illud, secundum Io.loqui in illis casibus vbi specialiter inducitur quòd possit aliquis accusare sine metu calumniæ: vt in marito: vt.C.ad.l.Iuliam.de adul.l.quãuis. Itẽ quod dicit hic, relegaretur, ideo dicit, quia de tali crimine accusabat ex quo si reus conuictus fuisset, condemnatus esset ad pœnam talionis. *Halo. ignam ad talionem sit cõdemnatio: vt.C.de accu.l.fin. *Flo.quę remiſi

p *Gabinio.* Dic casum quòd quidam ꝓduxit testes: & iurauerũt: sed non dixerũt. sed postea ad domum producentis dicunt producenti dictum suum fortẽ coram aliis bonis viris: & ipsi volunt recedere: & qui eos produxit in iudicio, recitat postea. hoc certè nõ creditur: sed ipsi debent stare dũ *Flo.licet: dicunt: non tamen vltra quindecim dies: sed interim debet ille qui *Flo.impueos produxit alere: vt beres erunt hic subiicit: vt.C.e.l. quoniam liberi.&.l.si quando.&.C.de appel. eos.§.si quis autẽ post. Accursius.

q *In reum.* conuerte literam. id est, ne in reum id est accusatum hac lege Iulia de vi publ. vel priua. quod tamen in eo crimine dicitur. exauditur in quolibet alio crimine: cum eadem ratio sit: vt arg.infra,de verbo.obli.l.à Titio.in fi. Et idem in pecuniaria causa: vt non admittantur illi de quibus subiicit: vt patet in liberto de quo primo subiicit: vt.C.de quæstio.l.pridem.

r *Qui se.* subaudi, ei qui &c. sed non pro eo: vt.d.l.pridem.

ſ *Parentéve.* qui etiam propriè libertus accusari dici potest: vt infra,de verb.sig.l.licet inter.§. patronus. Accursius.

t *Impubes.* no.ergo non posse ferre testimonium minorem.xiiij. vel.xij.annis: vt insti.de testa.§. j. Sed quæri consueuit,an factus pubes possit reddere testimonium de his quæ vidit in pupillari ætate? videtur quòd non: vt infra,tit.j.l.fin.&.C.de fal.mo.l.j.in fi. Sed tu dic contra, secundum Io. nam non prohibetur,ergo admittitur: vt supra,eo.l.j.§. adhiberi. Item potest scire de facto,& de iure: licet non ad sui præiudicium. Item seruus factus liber,ferre potest testimonium de eo quod primo vidit: vt.ĵ.de verbo.sig. notioné.§.instrumentorum. Item facultas probationum non debet angustari: vt.C.de hære.l.quoniam.& expressum videtur infra,ad Syllania.l.excipiuntur. hæc autem sunt vera, nisi velint testificari in ea causa in qua ad sui substãtiam exigitur certus numerus personarum: vt in testamento. nam à principio exigitur testis idoneus: vt instit.de testa.§. testes. Item quid de eo qui iam peieravit aliàs? Ioan. putat eum remoueri: quia qui semel fuit malus &c. vt infra,de accusa.si cui.§. j. si tamen pœnituit,& pœnitentiã peregerit sibi iniunctam, quidam putant posse testificari: quasi sit in integrum restitutus: vel quia post tempus videtur remissa infamia: vt.C.de his qui no.infa.l.& si seuerior.& pro hoc.C.de nup. l.imperialis.§.j.in fi.& in auth.constitutio quæ de digni.§. illud. col.vj. Sed quidam contra. nam dicunt, quòd remittitur quo ad deum: non quo ad mundum vel publicam vindictam pœna infamiæ siue delicti ex quo secuta est infamia. Itẽ quid de homicida, vel aliis qui sunt in mortali peccato constituti? Respon. non repelluntur iure nostro, ergo admittuntur: vt supra,eodem.l.j.§.j. licet iure cano. repelluntur: vt.vj.q.j.infames. Accursius.

u *Publico.* hic enim infamis est: vt.ĵ.de pub.iudi.l.infamem. Ac.

x *Eorum.* non licet prædictis ferre testimonium qui iudicio publico damnati erant: qui tamen in integrum restituti &c.

y *Publica.* propter priuatam autem ideo non minus recipietur, cum non iustè infertur: vt.C.de priua.car.l.j. isti autem inuiculati repelluntur vel propter notam vitæ suæ, licet non sint infames: vel quia præsumitur quòd falsum testimonium dicerent pro aliquo

aliquo qui eis promitteret se eos liberaturum à vinculis. Accur.

a *Locauerit.* hic est infamis ipso iure: vt supra, de postu. l. j. §. remouet. & de his qui no. infa. l. ij. in fi.

b *Palã.* id est sine delectu: vt. j. de ritu nup. l. palã. in prin. & est infamis ipso iure: vt. ſ. de his qui no. infa. l. athletas. §. ait prętor. & de ritu nup. l. palã. §. nõ solũ. & quod dicit hic, fecerit. nota q̃ etiam ſi desiit, tamen adhuc ꝓhibet: vt. j. de ritu nup. l. palã. §. nõ solũ. & ſic nota iure nostro repelli infames: vt hic, & de iure cano. vt in decre. vj. q. j. c. infames. Fallit in crimine læsæ maiestatis: vt. j. ad. l. Iulia. maie. l. famoſi. &. C. ad l. Iul. ma. l. nullus. Item fallit in hæreticis, qui sunt infames: vt. C. de summa trini. l. j. in fi. & tamẽ admittũtur: vt. C. de hære. & Ma. l. quoniã. Vel verius, loquitur de illis hæreticis qui per sententiã erãt infames futuri: & adhuc nõ erat sententiatũ. ſi autẽ ipſo iure, vt Manichęi, tũc nõ possunt. Itẽ fallit cõtra pariter ifamẽ: cum nil Iudæus &c. vt arg. d. l. quoniã. Alij dicũt, omnes infames admitti: nisi ĩ publicis crimibus: vt hic, ſed cũ tormentis: vt. j. e. l. ob carmẽ. §. ſi ea. & ĩ auth. e. §. ſancim[a]. col. vij. nã & ſeruus qui nõ potest esse testis, cũ tormentis admittitur: ſed vt dixi, omnes repellũtur, ſecũdũ Io. nisi in casib[b] modo notatis: & tũc cum tormentis fortẽ turpes autẽ admittũtur, ſed cũ tormentis: vt ĩ aut. e. §. ſi vero. col. vij. Quod autem dixi de ſeruo, nõ ob. quia ille non recipit vt faciat plenam fidem, ſed ad iudicium pro veritate inquirenda: vt infra, de quæſtio. l. j. §. quæſtioni. &. l. edictum. §. j. & ſic ſpeciale est in hæreticis quòd admittantur.

*Flo. quæ

*Flo. esse

c *Iudicatus.* per ſententiam iudicis: vt infra, ad le. Iuliam repe. l. eadem lege. §. hac lege.

d *Conuictus.* per ſuam confeſsionem: vnde ſeipſum condemnauit: vt infra, de confeſs. l. j.

e *Reuerentiam.* vt liberti. & no. quòd reddit rationem prædictorum per ordinem.

f *Propter lubricum.* vt impubes.

g *Propter notam.* vt in eo qui est in vinculis detentus.

h *Et infamiam.* vt damnati de publico iudicio. sunt & aliæ causæ propter quas quis repellitur: vt habes infra, e. in diuersis. ll. Ac.

i *Per longum.* vt infra, quemad. teſt. ape. ſi quis ex ſig. niſi ſic ſe habeat conſuetudo: vt in fi. huius. l.

k *Milites.* hi nec etiã per vicinũ. itẽ inuiti dicũtur: vt. j. e. l. inuiti.

l *Sæpe.* ergo est faciendum quòd ſæpe factum est: vt hic, &. C. loca. l. certi. & infra, de admini. tu. l. ſine hære. §. pe. &. C. de ædi. pri. l. an in totũ: &. C. quę sit lõ. cõſue. l. j. &. C. de aquęduc. & vſu aquæ. l. diligẽter. lib. xj. &. ſ. de ſerui. vrba. prædi. l. qui luminibus.

m *Ciuitatem.* id est vt de alia ciuitate veniant.

LEge Iulia.] CASVS. Accuſo Titiũ de aliquo crimine: & adduco in teſtem, vel iuitũ volo cogi ad teſtimoniũ ſocerũ, vel generũ vel vitricũ, vel aliquem cõſanguineũ. j. vij. gradum. Et dicit, q̃ nõ possum. ita neq; posſe facere cogi libertũ eius, vel libertũ filij ſui, vel libertũ vxoris Titij. nã & vxore accuſata nõ testificatur in eã libertus viri. Item nõ possum facere cogi libertũ Titij: quia & ipſe eiuſdem collibertus erat. Item nec patronus neque patrona cogitur contra libertum nec econtra ferre teſtimonium.

ff. Vetus.

erit: quíve ad beſtias, vt depugnaret, ſe locauerit: [a] quæve palam [b] quęſtum faciat, fecerítve: quíve ob teſtimoniũ dicendũ, vel nõ dicẽdũ pecuniã accepiſſe iudicat[c] vel cõuictus[d] erit. Nã quidã ꝓpter reuerẽtiã[e] per ſonarũ, quidã ꝓpter lubricũ[f] cõſilij ſui, alij verò ꝓpter notã[g] & infamiã[h] vitę ſuę, admittẽdi nõ ſunt ad teſtimonij fidẽ.

B *Not. text. quòd in his quæ ſpectant ad litis ordinationem, debemus inſpicere conſuetudinem loci vbi agitur: vt hic, &. C. de iura. cal. l. 2. circa finem. ſecus in his quæ pertinent ad litis deciſionẽ, dixi in l. fundus. ſ. de euic. & in l. i. ſ. de vſuris. Bartolus.*

FTestes non temerè euocandi ſunt per lõgũ[i] iter. & multo minus milites[k] auocandi ſunt à ſignis, vel muneribus perhibẽdi teſtimonij cauſa. idque diuus Adrianus reſcripſit. Sed & diui fratres reſcripſerũt: Quod ad teſtes euocandos pertinet, diligẽtiæ iudicãtis est explorare, quę conſuetudo in ea prouincia, in qua* iudicat, fuerit. nam ſi probabitur, ſæpe[l] in aliam ciuitatem[m] teſtimonij gratia pleroſque euocatos: non est* dubitandum, quin euocandi ſint, quos neceſſarios in ipſa cognitione deprehenderit, qui iudicat.

C

IIII. PAVLVS libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.

LEge Iulia[a] iudiciorum publicorum cauetur, ne inuito denuntietur[n] vt teſtimoniũ litis dicat aduerſus ſocerum, generum, vitricum, priuignum, ſobrinum, [o] ſobrinam, ſobrino [ſobrináve] natum, eóſve, qui priore[p] gradu ſint. Item ne liberto ipſius, [q] liberorũm [ve] eius, parentum, viri[r], vxorísve. Item ne patroni[ſ], *patronæ ad uerſus libertos: neque liberti[t] aduerſus patronos cogantur[u] teſtimonium dicere.

D

V. GAIVS libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.

IN legibus, quibus excipitur, ne gener aut ſocer inuitus teſtimoniũ dicere cogeretur, generi apellatione ſponſum quoque filiæ contineri placet: item ſoceri, ſponſæ[x] patrem.

VI. LICINIVS Rufinus libro ſecundo Regularum.

IDonei non videntur eſſe teſtes, quibus imperari[y] potest, vt teſtes fiant.

VII. MODESTINVS libro tertio Regularum.

SErui reſponſo[z] tunc credẽdum est, cùm alia probatio ad eruendam veritatem nõ est.

VIII. SCAEVOLA libro quarto Regularum.

INuiti teſtimoniũ dicere nõ cogũt ſenes, [a] valetudinarij, [b] vel

† *De lege Papia, ſed Poppea, pulchre Alci. li. diſpunc. 3. cap. 3.*

*Flo. Item patroni patronæ. Et vt ne patroni

a *Denũtietur.* ab aliquo priuato. publicè enim omnib[s] imperari potest, ſecũdũ quoſdã: quod nõ puto his personis: ſed an pro eis? Reſpõ. nõ, cũ ſi valeret, pro vtraq; parte valeret: vt. C. de epiſc. & cle. auth. ſed iudex. & facit pro hoc inſti. de teſta. §. ſed neque. Sed ar. cõtra. C. de legi. & cõ. l. quod fauore. Item no. q̃ quidã intelligũt. l. iſtã in criminalibus tãtũ: quia iudicium ſanguinis agitur: nõ in ciuilibus. & hoc videt innuere illud verbũ lege Iulia publicorũ &c. ſed ego id non puto: quia ſimpliciter lex loquitur. ergo verũ est illud in criminali & ciuili: arg. ſ. de alea. l. j. §. ij. &. j. de lega. præſta. cõtra tab. bonorum poſſeſſ. petita. l. j.

o *Sobrinũ.* ſobrini & ſobrinæ ſunt, qui ex fœminis deſcendunt: ſicut cõſobrini qui cõſororini: vt inſti. de gradib[s]. §. iiij. &. §. vj. ſed an idem ius erit ĩ agnatis? Reſpõ. vtiq;, cũ in eis ſit eadem, vel maior ratio: & quod dicit hic Paulus, videtur reducere ad memoriã ifra, de gradibus. l. iuriſconſultus. Accurſius.

p *Priore.* vt patruum, amitam, auunculũ, materteram.

q *Liberto ipſius.* accuſati nõ denuntietur teſtimonium cõtra accuſatum. Azo.

r *Viri.* ne denũtiet liberto viri contra vxorem ei[s] accuſati: quia ei debet reuerentiã: vt. C. de in ius vocã. l. j. Item ne liberto vxoris eius qui accuſat, denuntiet teſtimonium cõtra ipſum maritum accuſatũ.

ſ *Patroni.* repete, ne denuntietur liberto patroni contra libertum qui est libertus eiuſdem patroni, vel patronæ: quia ſunt de eadem familia. Accurſius.

t *Liberti.* hoc dixerat: ſed repetit, vt plenius dicat.

u *Cogantur.* ſed nec admittuntur liberti volentes: vt. C. eo. li. Iberti aduerſus. Accurſius.

x *IN legibus. Sponſæ.* vt infra, de grad. cogna. l. ſeruus. Accurſius.

y *IDonei. Imperari.* ſiue liberi, ſiue ſerui ſint: & itellige iperari à ꝓducente eos ꝓ ſe: alioquin null[s] teſtis idoneus eſſet: quia magiſtrat[s] ei pręcipere poteſt: vt. C. e. ſi quãdo. Item intellige imperari poſſe ratione patriæ poteſtatis, vel dominicæ, vel ratione obedientiæ, vel iuriſdictionis, vt in cauſa propria imperantis nõ ſint teſtes qui de iuriſdictione, vel obedientia, vel poteſtate eius ſunt; ſed in cauſa vniuerſitatis poſſunt: & hac ratione imperabit abbas monacho vt ferat teſtimonium pro collegio: vt ar. ſ. de in ius vocã. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. Accurſius. *ADDITIO.* Quid autem de vaſallo? Dicit Guil. in ſpe. de teſti. §. j. ver. ſed nunquid vaſallus. q̃ iuramentum fidelitatis est ſpecies ſeruitutis: arg. ſupra, de proba. l. ſi filius. & est glo. ordinaria ſupra, de vſufru. ſi cuius. §. j. repellitur ergo quia ei poteſt imperari, argu. huius. l.

z *SErui reſpõſo.* Quod ab eo elicit cum tormentis, pręcedentib[s] tamen indiciis: vt. j. de quęſtio. l. marit[s]. &. C. de quęſt. l. milites. &. l. j. Item de ſuo tãtum facto ĩtellige cum ĩterrogari: vt. C. de quęſti. l. ĩterrogari. &. ſ. de ꝓba. l. cum ꝓbatio. aliàs, ſi nõ de facto ſuo, nõ: cum nullã cõmunionem habeat cum iure ciuili: vt. j. de teſta. l. qui teſtamento. §. ſeruus. Alij dicunt, nõ oportere pręcedere ĩdicia cũ de ſerui facto quęrit. & facit. ſ. de ędil. edict. l. quęro. §. ſi.

a *INuiti. Senes.* qui ſunt maiores annis. lxx. vt. C. qui ætate. l. j. li. x. & infra, de iu. immu. l. iij. Accurſius.

b *Valetudinarii.* qui ſcilicet morbo detinentur. Accurſius.

BIU Cujas

a *Milites.* vt & arg. supra, e.l.iij.§. testes. Accursius.
b *Non licet.* vt hi qui sunt ignominia missi de militia: vt supra, de his qui no. infa. l.ij.§. ignominiæ. vel deportati. vel dic, illi qui sine dedecore apparere non possunt: vt supra, ex quib. cau. ma. l. in eadem. in fi. Sed quid si veritas aliter sciri non poterit? Respon. dicunt quidã omnes istos compellendos. nam & magistratus minus idoneus admittitur in defectum: vt ifra, de mune. & ho. l. vt gradatim. §. quotiẽs. & seruus in defectum ad testimoniũ admittit: vt. C. de quæsti. l.j. & hęretic⁹: vt. C. de hęre. l. quoniam. Sed tu dic contra. nec ob. de magistratu: quia in publico vertitur vtilitas: & ideo infringitur immunitas. Itẽ nec de seruo: quia non habet priuilegiũ: sed quia pro mortuo habebaꝫ, ideo non admittitur: & quia domini est, non interrogatur in eum nisi in defectum probationũ. Item hæretici non habẽt immunitatem in lege cõmuni: & ideo admittuntur, ne angustetur facultas probandi. hi autem de quib⁹ hæc lex loquitur, vel priuilegium habent, vel iusta causa excusantur: & ideo non coguntur, secundum Azo. nisi fuerint forte rogati: quia tunc videtur renũtiasse excusationi: sed cum non cogũtur inuiti: ergo volentes isti admittuntur.

Hæreticus in testẽ admittitur.

c *Testis idoneus. Pater filio.* vt &. C. e. l. parentes. ergo nec socer, cum vicem patris obtineat: vt & ifra, soma. l. quia parẽtis. in castrensi autem peculio si filius ante missionem testamentum fecerit, pater testis haberi potest: vt infra, de testa. l. qui testamento. §. j.

d *Nullus. In re sua.* principaliter sua, secus si secũdario. nam potest legatarius esse testis in causa testamenti: vt infra, de testa. l. qui testamento. & insti. de testa. §. pen. nec ob. huic. C. de fideicom. l. fin. ibi, & iudex & testis &c. quia nõ loquitur ibi de hu iusmodi testificatione. an autem venditor possit esse testis in causa euictionis pro emptore? Respon. non puto, cum ad eum cõmodum & incommodũ pertinere possit: & sic est sua causa: vt infra, quãdo ap. fit. l.j. §. in propria. nisi tunc quãdo nõ teneretur de euictione. Nec ob. §. fi. reg. l. eos. quia ibi de euictione nõ tenet. Ac.

Ad fidem.]C *ASVS.* Regulariter creditur testi, siue specialiter fuit vocatus vt cõtractum audiret: siue ob aliam causam ibi existens audiat.

e *Non rogatus.* præterquam in quatuor casibus scilicet in testamento, in solutione facta creditori eius debiti, quod erat in scriptis. Item in confessione creditoris confitentis sibi solutũ tale debitũ: vt. j. de test. l. hęredes. §. fi. & C. de testi. auth. rogati. super. l. testium. quartus in diuortio: vt. j. de repu. l. nullum. sed hoc non bene ibi aperit. Alij dicunt, hodie semper rogari, per dictam auth. & sic hoc corrigi dicunt, quod hic dicitur. Accursius.

f *Vbi numerus. Non adiicitur.* quod fit quandoque: vt in testamẽto, in quo quandoq; .viij. vt in testamẽto cæci: vt. C. qui testa. fa. pos. l. hac cõsultissima. quãdoq; .vij. vt regulariter: vt. C. de testa. l. hac cõsultissima. §. j. quãdoq; .v. vtĩ testamẽto rustici: vt. C. de testa. l. fi. & in codicillis: vt. C. de codi. l. fi. quãdoque. iij. vt. C. si cer. pe. l. fin. & in auth. ibi posita. quandoque duo: & hoc regulariter: cum pluralis locutio &c. vt hic, & infra, de ver. sig. l. inter illa. §. fin. sed contra. infra, de op. le. l. j. Solu. vt ibi.

Milites, [a] vel illi, qui cum magistratu Reipublicę causa absunt, vel quibus venire non licet. [b]

IX. PAVLVS libro primo ad Sabinum.

TEstis idoneus pater filio, [c] aut filius patri non est.

X. POMPONIVS libro primo ad Sabinum.

NVllus idoneus testis in re sua [d] intelligitur.

XI. IDEM libro trigesimotertio ad Sabinum.

ADfidem rei gestę faciendã, etiam non rogatus [e] testis intelligetur.

XII. VLPIANVS libro trigesimo-septimo ad Edictum.

VBi numer⁹ testiũ nõ adiicitur: [f] etiam duo sufficient. Pluralis enim elocutio duorum numero contenta est.

Nota quòd causa euitandæ absurditatis debet fieri extensio legis ad casum non expressum, habentem similem rationem. Bar.

XIII. PAPINIANVS libro primo de Adulteriis.

QVæsitum scio, an in publicis iudiciis calumniæ damnati, testimonium iudicio [g] publico phibere possunt. Sed neque lege Remmia prohibentur: & Iulia lex de vi, & repetundarum, & peculatus, eos homines testimoniũ dicere nõ vetuerũt: [h] verũtamẽ quod legibus omissum [i] est, nõ omittetur religione iudicantiũ: ad quorũ officiũ pertinet, eius quoq; testimonij fidem, quod integræ frõtis homo dixerit, perpẽdere [k].

XIIII. IDEM libro singulari de Adulteriis.

SCio quidẽ [l] tractatũ esse, an ad testamẽtũ faciendũ adhiberi possit adulterij dãnatus. [m] Et sanè iustè testimonij officiũ [x] interdictũ ei existimo. [n] Ergo neq; iure ciuili testamẽtum valere, ad quod huiusmodi testis ꝓcesit: neq; iure prętorio, quod ius ciuile subsequit: [o] vt neque hæreditas adiri, [p] neque bonorũ possessio dari [q] possit.

XV. PAVLVS libro tertio Sententiarum.

REpetũdarũ dãnat⁹, nec ad testimoniũ, [r] nec ad testamentũ [s] adhiberi potest. [t] Hermaphroditus, an ad testamentum adhiberi possit, qualitas sexus incalescentis ostendit. [t]

XVI. IDEM libro quinto Sententiarum.

QVi falsò, [u] vel variè, [x] testimonia dixerunt: vel vtrique parti [causam] prodiderint: [y] à iudicibus competenter puniantur. [z]

XVII. VLPIANVS libro singulari Regularum.

PAter, & filius, qui in potestate eius est: item duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt: testes vtriq; in eodẽ

g *Iudicio.* id est, ſ alia accusatiõe facta de crimine publico.
h *Non vetuerunt.* sed probo quod cauetur. l. Iulia. de vi, vt repellantur damnati de calumnia. lex enim Iul. de vi, prohibet damnatum de publico crimine: vt supra, eo. testium. §. lege. *Flo. efficio interdictus, de publico crimine videtur. Exi videtur dãnat⁹: quia. l. primo ergo repetundarũ: vt supra, neq. de calum. l.j. §. j. quod est publicum crimẽ: vt ifra, de pub. iu. l.j. in fi. vel si nõ tenetur. l. Iul. repe. quia non accepit pecuniam, tenetur tamen. l. Remmia: vt infra, ad Turpil. l.j. §. calumniatoribus. quia publico crimine calũniatus est: & ideo publica est accusatio: vt infra, de præuari. l. præuaricationis. §. fi. arg. à contrario sensu resumpto. Itẽ probo aliter: quia. l. Iulia repellũtur infames: vt supra, eo. l. iij. §. lege? Respon. ad hoc non cauetur: vt hic dicit scilicet nominatim. vnde nec caueri videtur: vt arg. infra, de iuriis. itẽ apud Labeonem. §. ait prætor.*
i *Omissum.* hic no. arg. quod dixi supra, de offi. assess. l. liberti.
k *Perpendere.* & si inuenerit vacillare, puniat, cuiuscunque fori sit testis: vt. C. eo. l. nullum.

Scio.]C *ASVS.* Quæritur, an damnatus de adulterio, possit esse testis in testamento. Et dicit, quòd regulariter non potest. neque ergo in testamento. Viuianus.

l *Scio quidem.* q. d. non solum istud consideratur in teste scilicet quòd non sit pupillus, sed etiam hoc spectatur, quòd integri &c.
m *Dãnatus.* cũ adhuc nõ sit facta executio: licet sit seruus pœne: vt. j. de pœ. qui vltimo. Vel dic, ꝙ olim nõ occidebatur: hodie secus: vt. C. de adul. l. quãuis. vel dic, adulterij: id est. l. Iulia de adulte. quæ multa habet capitula: quorum quædam non inferunt mortem: vt supra, de minoribus. l. auxilium. §. fin. Vel dic, damnatus, id est, damnata: vt in auth. sed hodie. quæ est super dicta. l. quamuis.
n *Existimo.* est enim infamis: vt. j. de public. iudi. l. infamem.
o *Subsequitur.* vt & supra, de præscrip. ver. l. quia.
p *Adiri.* scilicet de iure ciuili. Accursius.
q *Dari.* de iure prætorio, scilicet ex huiusmodi testamento, vbi talis interuenit testis.
r *Repetundarum. Ad testimonium.* vt infra, ad. l. Iul. repe. l. eadem. §. hac lege. Accursius.
s *Ad testamentum.* vt infra, de testa. l. qui testamento. §. eum qui.
t *Ostendit.* vt supra de statu hom. l. quæritur. Accursius.
u *Qui falsò.* puta esse quod non erat.
x *Variè.* quando idem negauerunt, & concesserunt.
y *Prodiderunt.* i. vtrique parti reuelauerũt testimonia sua.
z *Puniantur.* non solum non creditur eis: vt supra, eo. l. ij. sed etiam puniuntur pœna legis Cor. de fal. scilicet cum ordinariè accusentur: vt infra, ad leg. Corn. de fal. l. eos qui. vel ex officio & motu iudicis sine accusatore: vt. C. eo. l. nullum. Accursius.

Pater.

BIU Cujas

a *Pater. Adhiberi.* vt infra, de testa. l. ad testium. in princ. & insti. de testa. §. pater. Accursius.

Ex eo.]CASVS. Quæritur, an mulier possit esse testis in causis? Et dicitur quòd sic. quod probat argumento sumpto à cõtrario: quia prohibetur damnata publi. iudicio: ergo non condemnata non ꝓhibetur. Vi.

b *Mulierẽ.* vt &. ſ. e. l. iij. §. lege. in eo quod dicit, damnatum publico iudicio repelli. & facit supra, co. l. scio.

c *Colligitur.* scilicet à contrario sensu: quod est bonum arg. vt. ſ. de offi. ei⁹ cui mã. est iurisd. l. j. §. hui⁹ rei. & hic.

d *Ius habere.* excepto testamento: vt infra, de testa. l. qui testamento. §. mulier.

Nuiti test.]CASVS. Quatuor ꝑsonas nõ cogendas ferre testimoniũ dicit: primo quòd ille qui conduxit pub. vectigal. Item qui est in itinere causa religionis. Item qui conducit annonam exercitui. Ité pupillus.

e *Publicani.* qui conducunt publica vectigalia, & exigunt: vt. j. de publica. l. j. §. j.

f *Aberit.* causa religionis. Azo.

g *Conduxerit.* scilicet equos, vel plaustra, quę conducũt annonã exercitui.

h *Sed nec pupillis.* no. pupillum non posse esse testem: vt hic, &. ſ. e. l. iij. §. lege. & hoc in ciuili causa. in criminali etiam pubes nõ potest: nisi sit maior. xx. an. vt infra. l. proxi. Fallit autem in crimine lęsæ maiestatis: vbi etiam pupillus admitti videtur, & torquetur, si opus est: vt. j. de quæstio. l. de minore. in prin. Item videtur fallere, si est proximus pubertati, & doli capax: vt infra, de li. cau. l. fin. Sed non erit per hoc testis: sed faciet aliquod indicium: immo ibi pro obligando.

In testimonium.]CASVS. Accusatus de publico iudicio, non potest in testamento esse testis. Item minor. xx. annis non potest esse testis in publico iudicio.

i *Non debet.* id est non deberet facere citari. sic supra, de his qui no. infa. l. furti. §. mandati.

k *Reus.* i. accusat⁹. sic ponitur. j. de acqui. hære. l. Pãonius. §. rei.

l *Viginti annis.* hoc in criminali: vt supra. l. proxi. dixi.

Ob carmen.]CASVS. Infamauit Titius aliquem, faciendo de eo libellum famosum: vnde infamatus accusauit Titium de iniuria, & fecit dãnari: & sic infamatus non poterit amodo esse testis. [SI EA.] An in crimine maiestatis admittantur infames, & similes, qui aliàs repelluntur? certe non. [SI TESTES.] Egi contra Titium ad. c. produxi testes: & reus etiam produxit: & omnes concordant inter se, testes actoris cum testibus rei. dicit sequendos honestiores, & qui verius videntur dicere. Viuianus.

m *Intestabilis.* vt. j. de iniur. l. lex Cornelia. §. si quis liberum. nec ergo dicat, nec dicatur testimonium ei: vt infra, de testa. l. cum lege. Io. nec testamentum facere potest: vt. j. de testa. l. is cui. §. fi. Io.

n *Magistratus.* qui nõ sunt iudices in illa causa. nã si iudicaturus est, nõ admittitur: sed qui fuit cognitor, ad testimoniũ vocãd⁹ nõ est: vt in decretis. ij. q. vj. c. statuendum. secũdum Azo. in summa: licet Pla. nihil dixerit se legisse. sed tu potes dicere contra in secundo casu: vt. C. de arbi. l. antepe. Accursius.

testamento, vel eodem negotio fieri possunt: quoniam nihil nocet ex vna domo plures testes alieno negotio adhiberi. a

XVIII. PAVLVS libro secundo de Adulteriis.

EX eo, quod prohibet lex Iulia de adulteriis, testimonium dicere cõdemnatam mulierem: b colligitur c etiam mulieres testimonij in iudicio dicendi ius habere. d

XIX. VLPIANVS libro octauo de Officio Proconsulis.

INuiti testimoniũ [in iudicio] non dicunt publicani: e item is, qui non detrectandi testimonij causa aberit: f item is, qui quid exercitui præbendum † cõduxerit. g Sed nec pupillis h testimonium denuntiari potest.

XX. VENVLEIVS libro secundo de Iudiciis Publicis.

IN testimonium accusator citare nõ debet i eum, qui iudicio publico reus k erit, aut qui minor viginti annis l erit.

XXI. ARCADIVS qui & Charisius, libro singulari de Testibus.

OB carmẽ famosum damnatus, intestabilis m fit. ℣ Illud quoq; incũctabile est, vt si res exigat, nõ tantũ priuati, sed etiã magistratus, n si in præsenti sint, testimonium dicãt. Item senatus censuit, prætorem testimoniũ dare debere in iudicio adulterij causa. ℣ Si ea rei condition o sit, vbi harenariũ testẽ, vel similem personã admittere cogimur: p sine tormentis testimonio eius credendum non est.

Hic est solennis. §. & sæpe occurrit in interdicto turbatæ possessionis: hoc tamen intellige siue ab eadem parte, siue à diuersis producantur. statur enim potius dignitati, quàm numero: quod intellige, nisi in numero sit magnus excessus: vt extra eo. c. in nostra. vbi glo. Bartolus.

℣ Si testes omnes eiusdem honestatis & existimationis sint, & negotij qualitas, ac iudicis motus cum his concurrit: sequenda sunt omnia testimonia. q Si verò ex his quidam eorũ aliud dixerint, licet impari numero, r credendũ [quidẽ] est: sed quod naturę negotij cõuenit, & quod inimicitiæ aut gratię suspicione careat: cõfirmabítque iudex motum animi sui ex argumentis & testimoniis, & quæ rei aptiora, & vero ꝓximiora esse cõperit. Nõ enĩ ad multitudinẽ respici oportet, sed ad syncerã testimoniorũ fidẽ, & testimõia, quibus potiꝰ lux veritatis adsistit. s

Hæc lex potest legi duobus modis: vno modo secundum glo. alio modo secũdũ Iac. Butri. & est lex multum no. & necessaria, quæ talis est: quòd si vult aliquis facere testamentum, & venientes ab intestato non patiuntur venire notarium: tunc iudex ire debet, vel mittere notarium, vt possit testari. Bartolus.

XXII. VENVLEIVS libro secundo de Officio Proconsulis.

CVrent magistratus cuiusque loci testari volẽtibus, & seipsos, t & alios testes vel stio, quod exigitur ad alicuius facti existentiam: vt si dicatur vno contextu factum esse testamentum, alias secus: vt si dicam, quòd possederim, & inducam plures testes: vnus dicat, ego vidi eum possidere per annum, alij per alium, & sic de cæteris: eorum testimonium tenet: quia hoc solum quæritur an possederim, quod omnes testes dicunt: & super eo solo de quo est controuersia inducendi sunt testes: vt supra, de pe. hær. l. si quis libertatem. in fi. & supra, de proba. l. si arbiter. §. quotiens. & l. in omni. & supra, de ædil. edic. l. j. §. causa est. & C. de iur. & fac. igno. l. cum falsa. sed de hoc solo contenditur, an possederim. hoc autem omnes dicũt: vnde eorum testimonium tenet. nec enim quæstio est, an illa vel illa die possederim, secundum Ioannem.

Cvrent.]CASVS. Habeo testes cõtra Titiũ, qui videnꝫ mori. peto à iudice vt eos recipiat. etiã ante lité cõtestatã debet iudex adesse, & recipere, & facere scribi eorũ dicta coram testib⁹. Vi. t *Seipsos.* no. iudicẽ debere adesse, quãdo ĩ secreto testes interrogãtur: vt & arg. ĩ aut. vt defun. seu fu. §. illud. coll. v. sed quod subiicit ꝙ testes debẽt adhiberi, est mirũ. quare dic ꝙ debẽt ĩteresse iuramẽto testiũ, nõ autẽ dicto: vt. C. e. si quãdo. Vel dic, ꝙ quãdo tabellioné nõ habet, qui eorũ dicta scribat, tũc faciet eos dicere coram testibus. si autẽ habet, tũc ipse scribat: vt hic subiicit, vel signatores &c. ista ergo lex locũ habet post lité contestatã. nã tũc producũtur testes. sed & ante potest locũ habere, si nõ est in potestate producẽtis lité cõtestari: vt quia reus vel etiam actor: cum testes debeant recedere, vel cito mori: vt supra, ad leg. Aquil. l. in lege. & in authen. de testi. §. & hic vero. col. vij. Accursius.

† *At Gellius lib. 6. cap. 7. illis verbis, Improbus, intestabilisq; esto, significari mulieribus ius dicendi testimonii non fuisse, ex eo quòd lege Horatia Tarratiæ plurimi illati sunt honores, inter quos, testabilis vt esset. Quo verbo dicẽdi testimonii ius intelligitur. Nã contrarium est in verbis. 12. Tab. Pupill⁹ cui pasit esse testis. Vide Aliciat. lib. parerg. 2. cap. 43.*

Testes reprobat locorũ varietas.

a *Produci.* Quatuor modis potest intelligi. Primo vt dicas,nō potest producere pro se eum,qui prius contra se testimoniū dixit: quia præsumitur esse testis redemptus: sed hoc in eadem causa: secus in alia causa: vt.C.eo.si quis testibus.vel dic,vt ibi. Secundo non potest produci qui ante dixit reum id est malum testimonium in alia causa:quia qui semel est malus, præsumitur & postea: vt infra,de accu.l. si cui.§.iisdem.Tertio, quòd non potest produci post didicita testificata: vt in authen.de testi. §. quia vero.[a] & sic loquitur secundum iura noua: licet arg.sit cōtra infra,de quæstio. l.repeti. Quarto,vt nō possit bis produci, etiá ante aperturam:vt arg. C.e.l.fi.§.sinautem.Io. & secundum hoc dic, reum, id est accusatum vel conuentum primo, tertio,& quarto: sed in secundo dic id est malum, vt à iudice vocatus aliquid imutet. Accursius.

a Hoc est verū in eadem causa, aliàs secus: vt extra eo. ca. veniēs. Bartolus.

b *Testes. Non placuit.*qui sunt domestici testes, colligitur.C.de his qui ad Eccle.confu.l.fin. §. sane. &.C.de quæstio.l. pridem.& infra,de pœnis l.respiciēdum. §. furta. Azo.& isti nō debent admitti: vt hic, &.C.e. l.etiam. Accursius.

†*Bu. hic legit,produci testis nō potest in reū, qui ante in eum testimoniū dixit.* †*Vide Evas.Chil. 2. Cent.3. pro. 6.* †*Concor. quod notatur in canone,statuendum est.2. q.6.*

Andatis.]C *Asvs.* Habeo cōtra Titium causam: nō potero aduocatū meū producere in testē: itē neque procuratorē vel tutorem qui negotium meū perduxit ad finē. Viuianus.

signatores præbere, quo facili[9] negotia explicentur, & probatio rerum salua sit.

XXIII. Idem libro primo de Iudiciis Publicis.

Produci[a] †testis is non potest, qui ante in eum reum testimonium dixit.

XXIIII. Paulvs libro quinto Sententiarum.

Testes eos, quos accusator de domo †produxerit,inter rogari non placuit.[b]

XXV. Arcadivs qui & Charisius, libro singulari de Testibus.

Mandatis†cauetur, vt præsides attendant,ne patroni in causa cui patrocinium præstiterunt,[c] testimonium dicāt. quod & in executoribus[d] negotiorum obseruandum est.

DE IVRIS ET FACTI Ignorantia.

TITVLVS VI.

I. Paulvs libro quadragesimoquarto ad Edictum.

Ignorantia, vel facti,vel iuris est.Nā si quis nesciat decessisse eum, cuius bonorū [ei] possessio defertur: non cedit[e] ei tēpus. Sed si sciat quidem defunctum esse cognatum, nesciat autem proximitatis nomine bonorum possessionem sibi deferri: aut se sciat scriptum hæredem, nesciat autem, quòd scriptis hæredibus bonorum possessionem prætor promittit, cedit ei tempus: quia in iure errat.Idem est si frater cōsanguineus defuncti credat matrē potiorē esse. [f]Si quis nesciat se cognatū esse, interdū in iure,interdū in facto errat.nam si & liberum se esse, & ex quib[9] natus sit sciat,[g] iura autē cognationis[h] habere se nesciat:in iure errat. At si quis fortè expositus, quorum parentum esset ignoret:fortasse & seruiat alicui,putans se seruum esse:in facto magis, quàm in iure errat.[i] Item si quis sciat quidem alij delatā esse bonorum possessionē: nesciat autem ei tempus præteriisse bonorum possessionis: in facto errat.Idem est,si putet eum bonorū possessionem accepisse.[k] Sed si sciat eum nō petisse, tempúsque ei præteriisse,[l] ignoret autem sibi ex successorio[m] capite competere bonorū possessionem: cedet ei tēpus:quia in iure errat. Idem dicemus[n] si ex asse hæres institutus, non putet se bonorum possessionē petere posse ante apertas[o] tabulas. quòd si nesciat esse tabulas:[p] in facto errat.

Ignorātia.]C *Asvs.* Diuidit ignorantiam: quia alia facti: & hæc excusat id est non nocet.alia iuris:& hæc nō excusat id est hæc nocet.de primo datur exēplum:Decessit agnatus meus.vsq; ad.c.dies debeo petere bono.poss. certe si ignoro factum, id est, eū esse mortuū: nō currūt mihi.c.dies. Secundo dicit tria: vt ecce retento eodem casu, scio mortuum: sed nescio quòd lex deferat agnatis: certe currunt.c.dies.vel scio factum, scilicet me scriptum: sed nescio quòd scriptis hæredibus detur, secundum tabulas vsque ad.c.dies: certe cedit tempus. Idem in tertio: quia credo matrem vel aliū mihi præferri in hæreditate fratris.[*Si quis.*]Plana sunt sex responsa sequentia.

e *Non cedit.* vt &.C. qui admit.ad bo.pos.l. bonorum.

f *Potiorem esse.* loquitur secundum sua tempora: vt insti.ad Tertul.§.j.Sed hodie nouo iure non erraret: quia omnibus ex latere venientibus præponitur, exceptis fratribus ex vtroque parente coniunctis, qui cum ea admittuntur:vt in auth.de hære.ab intesta.§. consequens.& in aut.vt fra.filij.§.j.

g *Natus sit sciat.*& ex quibus alius sit natus: vtputa scio patrem tuum fuisse fratrem patris mei:sed puto non ideo te fuisse cognatum : & sic de cæteris. Azo.

h *Cognationis.*id est cognationem:& per consequens ius succedendi:vt differat à.ij.respon.huius.l.

i *Errat.* ergo cum quæritur, an mea sit res : interdum de facto, interdum de iure quæritur. Accursius.

k *Accepisse.* cum repudiauit. Azo.

l *Præteriisse.* scilicet sciat.

m *Successorio.*quod habet locū quādoq; de capite ī caput,vt cognati post agnatos:vt.j.fi tab.testa.nul.ex.l.j. Itē eadē persona sibi succedit de capite ī caput:vt qui excluſus est ab vnde liberi,idē admittatur ad vnde agnati:& si in hoc deficiat,admittitur ad vnde cognati:vt.j.de succes.edic.l.j.§.sed & videndum.tertio modo de gradu in gradum:vt primo filius,secundo nepos, & similiter de aliis ordinibus:vt infra,de succes. edic.l.j.§.quibus.

n *Dicemus.* scilicet vt currat ei tempus.

o *Ante apertas.*not.institutū posse adire ante apertas tabulas, si modo insolidū sit institut[9]:aliàs secus,nisi sit filius in potestate: vt hic,&.C.de cadu.tol.§.cum igitur.&. C.de iure deli.si fratris.sed constat hodie etiam ex parte institutū posse ante apertas tabulas adire, per.d.l.C.de cadu.tol.§.in nouissimo. Accursius.

p *Nesciat esse tabulas.*in quibus sit institutus.hac ergo prima lege colligitur hæc diuisio, ignorantia alia iuris,alia facti: vt plene dices infra,eo.l.regula. Accursius.

In omni parte.]C *Asvs.* Propenit regulā q̄ error facti excusat,iuris nō. est ratio:quia ius finitū habet principiū scilicet institutionem

c *Præstiterunt.*id est præstare cœperunt eundo corā iudice.aliàs si præstitisset vsque ad finem causæ : ad quid præstaret testimonium?certe ad nihil. Quid si nondum præstiterunt, tamen patrocinium cœperunt præstare conueniendo de salario , vel paratus erat præstare? Respon.bene debet admitti etiam ad postulationē suæ partis,cū hæc lex nō repellat eū.aliud est enim in eo qui præstitit patrocinium,quàm ī eo qui nō præstitit:quia ille more corrupti testis notā euadere nō potest:vt.C.de assess.l.fi.in fi.Itē quid si præstitit:& altera pars cōtra quā præstitit,postulet eū in testē?Respō.eū cogēdū:quia quod dicit hic,nō dicit nisi respectu suę partis id est ne postulāte sua parte audiātur scilicet prędicta ratione, ne more &c.hic autē cessat ille timor,& illa ratio: quia & illa generalis habet locum,quæ est.C.de leg.& con.l.quod fauore.& sunt hæc vera,maxime si non sumpsit aduocationem , ne cogeretur ad testimonium:vel si ei ante aduocationem vel postea incontinenti sit denuntiatum ne aduocet: vt arg.infra,ad.l.Iul.de adul. qui vxori.& infra,quod vi aut clam.l.j.§. sed & Aristo.

d *In executoribus.*id est apparitorib[9] negotiorū,secūdū quosdā. sed Io.dicit executores scilicet syndicos,tutores,& curatores,& similes:cū vt domini de calūnia iurēt ī causa. In procuratore cōtra, q̄ posit esse testis,cū nō iuret:arg.ī auth.eo.§.quoniā vero.& de fi.ſtru.§.si vero.aliud in iudicib[9], qui modo horū negotiorū nō sunt iudices:vt.ſ.e.l.ob carmē.§.j.& facit.ij.q.vj.c.statuēdū. Ac.

DE IVRIS ET FACTI IGNORANTIA.

Quia in pœnis & factis & in causis sæpe prætenditur error tam iuris quàm facti,ideo de eo ponit.& not.quòd quatuor sunt quæ videntur idem:sunt tamen diuersa,scilicet ignorantia, nescientia, error, & titubatio.Primū sumitur in mala parte,qui scilicet debet scire,& ignorat.

b *Pro glo. eōcor.& est tex.ī.c.ignorantia.C.per quas perso.no.acquir.l.si duo.error autem est, cum aliud vnde dicitur,qui ignorat,ignorabitur.* [b] *nescire in bona & in mala.nā omnis ignorans nescit: sed non conuertitur.sic enim hæc duo verba copulantur.C.per quas perso.no.acquir.l.si duo.error autem est, cum aliud est quam credam. Quòd autem aliud sit errare quàm ignorare, patet ex rantia.32. eo quod dicitur,si potest possessio acquiri ignoranti, ergo erranti : vt in. di.melior. fra,de acqui.poss.l.si me in vacuam.§.primo.titubatio vero cū hinciu in.c.ideo. de,non duo diuersa vel contraria scire videar : nec alicui eorum magis 37.dist.vbi animum meum applico:vt.C.de condic. inde.l.fin.licet autem in aliis sit sunt forma differentia inter prædicta lia verba quatuor,tamen quantum gl. ad hunc tractatum non est differentia : nam omnia ad factum & ad ius referuntur.*

BIU Cujas

stitutiones: & finē, scilicet codicē: vt in procœmio Digest. sed facta sunt infinita. & dat exépla, quę habes. ſ. l. pxi. ī prī. vſq; ad finē. Vi.

a *In omni parte.* scilicet iuris: vt in contractu. vel quasi: vel maleficio, vel quasi: & pone exempla: vt supra, eo. l. j. & infra, eo. l. iuris. & l. error. & l. regula. & vt sit perpetuum quod hic dicitur, dic loqui etiā in genere singulorum, & non in singulis generū. quā doque enim similē locum habent hi duo errores ad excusandum: vt. ſ. de iurisd. omn. iud. l. si quis id. §. doli. & infra, de adul. si adulteriū cum incestu. §. j. vbi mulier excusatur ab incestu errore iuris ciuilis, vel facti: vt. j. de re mili. l. qui cum vno. §. fin. Itē vt similis pœna imponatur: vt. C. vnde vi. l. si quis in tantam. &. ſ. ad legem Aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter.

*Flo. scire.

† desidia prædi ti, legit Bud. hic.

b *Eodē loco.* id est eodē effectu: quia magis est reprehēſibilis error iuris, quàm facti: cū ius finitum &c.

*Flo. ignorantiam

c *Ius finitum.* de iure in scriptis redacto hic loquitur, non de iuris æquitate: vt supra, de leg. & ſe. con. l. non possunt. hoc autem ius principium habet & finem: vt insti. in procœmio. §. igitur. in fi. Accursius.

d *Interpretatio.* id est scientia: sed interpretatio verbi est aperta eius significatio, & sic facit aperte id scire. Accursius.

Plurimum.]*CASVS.* In alieno facto, itē in qualitate alterius facti probabiliter erro: nō sic in meo facto, vel mei facti seu negotij qualitate. vt ecce alienum factū probabiliter ignoro, vt agnatū meū decessisse. Itē qualitatem alieni facti: vt decesit testatus, vel intestatus: & sic nescio petam secundū tabul. vel ab intestato. interim ergo non currit tēpus. c. dierū in petēda bo. pos. quod aliàs cederet: vt. ſ. l. j. & C. qui admit. ad bo. pos. l. quādiu. In meo vero facto non est probabilis: vt quia ego fullo permutaui aliud palliū pro alio: vt. ſ. locati. item quæ. §. item si fullo. Item in qualitate rei meæ: vt si velim rescindere venditiones quas feci, dicens q̄ nesciui qualitatem rei meæ: vt. C. de rescin. ven. l. quisquis. & sic causa ponitur pro qualitate facti. Item quòd subiicit, de iure suo, vel de qualitate id est sui iuris, vel rei sui iuris, vel facti sui. & hoc in prima. Secundo dicit, quòd etiam si in alieno facto, vel alterius rei qualitate erro: non iuste erro in casu, vt si emo seruum alienum luminibus effossum, & credo eum sanum: vt supra, de contrahen. empt. ea quæ. Viuianus.

e *Causa.* causa appellatur ius, vt differat à facto. vel dic, vtrumq; poni pro eodem, id est, pro qualitate rei: quod postea vocat ius: vt. ſ. de iureiur. l. fi. est ergo in alieno facto vel qualitate tolerabilis: sed in suo nō: vt hic, &. j. pro suo. l. fi. in fi. &. ſ. ad Velleia. quāquam. & de loca. & cōdu. l. item quæritur. §. si fullo. & de ac. emp. l. tenetur. &. C. de rescin. ven. l. quisquis. &. ſ. ad Macedo. l. fi. in casu toleratur ignorantia sui facti: vt in debito repetendo: vt. ſ. de condic. inde. sed & si me. & infra, de pact. do. l. inter socerum. §. j.

Error in alieno facto tolerat̄ &c.

f *Facto.* est factum alienum: vt infra, pro suo. l. fi. Item suum: vt supra, ad Velleia. quamquam. Item qualitas facti alieni: vt supra, de ædil. edic. l. j. §. causa sui. &. C. de rescin. ven. quisquis. Itē qualitas iuris alieni, & sui, pendet ex primis duobus.

g *De iure.* vel de facto: vel qualitate rerum suarum: vt. d. l. quisquis. C. de rescin. ven. & supra, de iureiur. l. fin. &. C. si contra ius vel vti. publi. l. ij. Accursius.

h *Ignoret.* quod est in suo vel alieno, propter ignorantiam facti.

i *Securi hominis.* *vt & infra, eo. l. nec supina.

*Securus, inquit Budæus, est dissolutus sine vlla cura, quem supinum iuriscō sulti vocare solent: id est socordē & desidem.

Iuris ignorantia.]*CASVS.* Duas ponit regulas. Prima, quòd iuris error non prodest vsucapere volenti: vt si emi à pupillo credens licere vendere. Secunda, quia facti prodest: vt quia credo vēdentis esse, cum sit aliena. Viuianus.

k *Iuris ignorantia.* no. hanc regulam: & pone exemplum, vt quia quis credebat sibi licere emere à pupillo sine tutoris auctoritate: vt. j. pro empto. l. ij. §. si à pupillo. &. j. de vsuca. l. nunquā. facti vero ignorantiam prodesse constat: vt hic subiicit: vt si credidit dominum esse vendentem: vt in cōtrario casu: vt ar. j. eo. l. regula. §. qui ignorauit. melius, vt instit. de vsuca. in prin. Huic regulæ in

A prima parte videtur derogari. ecce enim fructuarius ancillæ putans ad se eius partum pertinere iure vsusfruct. si ita errando in iure vendidit & tradidit bona fi. vsucapio emptori accipienti procedit: vt insti. de vsuca. §. item si is. Sed respon. ibi non prodest ipsi ignoranti: vel erranti, sed alij, scilicet emptori. Dicet quis: ergo hoc est contrarium alij regulæ, alterius ignorantiam &c. sicut infra, eo. l. iniquissimum? Respon. ignorātia alterius per quem non quæro, nec à quo causam habeo, mihi non prodest: at emptor à venditore causam habet. Item secūdo derogari videtur, vt si vir vxori credēti sibi posse donari, de iure donauit, vsucapit vxor: †*Concor. cū* vt infra, pro dona. l. si vir vxori. Sed respōderi potest quòd vxor cō fiderato genere errabat in iure. putabat enī om nem donationem inter virum & vxorem valere: sed considerata specie illi⁹ donationis, nō errabat in iure. erat enī res aliena quæ donabatur à viro: quæ, quia donator non fit pauperior. non reuocatur: vt infra, de do. inter vi. & vxo. l. sed si constante. &. l. si sponsus. §. si quis rogatus. Sed in secūda parte videtur derogari. nec enim cuiuslibet facti ignorātia prodesset: vt si puto rem non esse furtiuam quæ est: vt insti. de vsuca. §. quod autem. Sed responderi potest, illud ideo contingere, quia lex inhibet vsucapionem: vt infra, de vsuca. l. vbi lex. & not. quòd hæc lex est filia illius. infra, eo. iuris.

hac. l. gl. super verb. de facto. in fi. in. c. ab exē communinem cato. extra de rescrip.

B

C

Iniquissimum.]*CASVS.* Procurator meus mandato meo emit Stichum vitiosum seruum me sciente vitium, ipso procuratore nesciente. mea scientia sibi nō nocet quò minus redhibitoria agat: & sua ignorantia mihi agere volenti nō prodest: vt supra, de ædil. edict. l. cum mancipium. §. fin. Viuianus.

l' *Iniquissimū videtur.* pone exēplū vtriusque. ſ. de ædil. edic. l. cū mācipium. §. vlt. primæ parti & secundæ huius regulæ ob. secundum Ir. quia per quos nobis acquiritur, eorū scientia nobis obest, & ignorātia pdest: vt. ſ. de contrahen. emp. l. in huiusmodi. & de ædil. edic. l. cū mācipiū. Sed respō. q̄ nō alij, sed nobis cū iidē videtur. Item ob. secundæ parti. j. de li. cau. l. liberis. §. si duo. Sed illud cōtingit ex delicto eius qui se vēdebat: vt. ſ. de mino. si ex causa. §. Papi. Item ob. primæ parti: quia scientia vēditoris nocet emptori rei mobilis ad vsuca. vt. j. de do. excep. l. apud. §. de auctoris. Sed respō. ibi non tam scientia venditoris, quæ est vitium personale, quàm furti vitium, quod est reale, nocet: vt insti. de vsuca. §. furtiuæ. aliud autē in immobilibus: vt insti. de vsucap. §. quod autem. licet hodie idem quod in mobilibus: vt in auth. vt spō. lar. §. rursus. coll. viij. Item ob. quia scientia testatoris obstat hæredi: vt institu. de vsuca. §. diutina. Sed respon. eadem persona esse videtur: vt in authen. de iureiuran. à mo. præ. §. j. col. v. Item ob. C. de episc. au. l. si legibus. Solu. vt ibi.

D

Nec supina.]*CASVS.* Emebam seruum vitiosum: postea volo agere redhibitoria, vel quāto minoris. refert an fuerit vitium apparēs: vt quia oculi erāt effossi: & tūc nō possum: quia supinē ignorauī. an erat luscus: quia videbat videre: ita habebat pulchros oculos, sed non videbat, & tunc agere possum. Viuianus.

m *Nec supina.* exemplum supra, de contrahen. empt. l. ea quæ. & infra, e. regula. §. sed facti. Accursius.

n *Factum.* scilicet alienum. Accursius.

o *Scrupulosa.* immo quandoque: vt. ſ. de in rem ver. l. iij. §. penul. ibi, curiosus ergo &c. Sed ibi ideo, quia alium ex alterius facto insolidum obligare voluit: vt supra de exer. l. fin. Accursius.

p *Delatoria.* id est ea maxima diligentia quam hi habent qui soliciti sunt semper inquirere de bonis vacantibus vt ea possint deferre in fiscum. Not. ergo ex hac. l. medium tenendum: [a] vt supra, si quis cau. l. ij. §. antepe. & supra, de instito. l. sed & si. §. proscriptum. & supra, man. l. si fideiussor. §. si cum debitor. in fi.

[a] *Concor. c. extra de offic. custo. & c. quærētur. de offi. dele. vnde versus: Maior enī medijs gratia rebus inest.*

Iuris ignorantia.]*CASVS.* Emi à pupillo credens ei licere vendere: & sic erro in iure: non possum vsucapere: vt supra, e. l. iuris. Secundo, soluo indebitum credens me teneri ex inutili cōtractu. repeto condic. indebiti. Viuianus.

II. NERATIVS libro quinto Membranarum.

IN omni parte[a] errori iure nō eodē loco[b] quo facti ignorātia haberi debebit, cùm ius finitū[c] & possit esse, & debeat: facti [autē] interpretatio[d] plerumque etiam prudentissimos fallat.

III. POMPONIVS libro tertio ad Sabinum.

PLurimū interest vtrùm quis de alterius causa[e] & facto[f] nō sciat, *an de iure[g] suo ignoret.[h] Sed Cassius ignorantiam Sabinum ita accipiendam existimasse refert, non deperditi, † & nimium securi[i] hominis.

IIII. IDEM libro tertiodecimo ad Sabinum.

IVris ignorātia[k] *in vsucapionē negatur prodesse: facti verò ignorantiam prodesse constat.

V. TERENTIVS Clemens libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.

INiquissimum videtur,[l] cuiquam scientiā alterius, quàm suam nocere, vel ignorantiam alterius alij profuturam.

VI. VLPIANVS libro octauodecimo ad legem Iuliam & Papiam.

NEc supina[m] †ignorātia fe renda est factum[n] ignorātis, vt nec scrupulosa[o] inquisitio exigenda. Sciētia enim hoc modo æstimanda est, vt neque negligentia crassa, aut nimia securitas satis expedita sit, neque delatoria[p] curiositas exigatur.

VII. PAPINIANVS libro nonodecimo Quæstionum.

a *Iuris ignorantia.* exemplum primæ partis sume, vt.j.de vsuca.l. nunquam. exemplum secundæ sume, in indebito soluto per errorem iuris: vt ex stipulatu inter absentes: vt differat à.l.seq. primæ enim parti ob. ecce enim bo.fi.pos. hæreditatis is esse videtur, qui errat in iure: & sic non tenetur nisi inquantum locupletior est: cũ malę fidei teneatur etiã in eo in quo nõ est locupletior: vt.ſ.de peti. hære.l.sed & ſi.§. ſcire. &.l.item veniunt.§.cũ autem. Sed responderi potest ibi non prodesse in acquirẽdo, sed in non perdendo: vt potecum teneatur reddere in quo locupletat⁹ est. ratione autẽ eius ĩ quo nõ est locupletior, nõ dicitur ꝓdesse ĩ acquirẽdo: sed in nõ perdẽdo. Itẽ in secũda parte regulę videt derogari circa prę scriptiones quæ sunt inductę ad rigorẽ cõseruandũ. ecce enim si nesciẽs mihi obstare prę scriptionem. xxx. an. vel. x. vel. xx. vel triennij, tacui his spatiis in repetendo rem meam: postea non admittar, etiã si ignorantiam iuris prætendam: vt.C.de præscrip.xxx.an.l.ſicut.&.C. de præscrip.long.temp.l.fi. vel si distuli facere inuẽtarium: vt.C. de iure delib.l.fi.§.fin.sed in his videor velle: vt infra, de verbo. sig.l.alienationis. vel si per biennium distuli soluere debitum canonem: vt.C.de sacrosan.eccle.auth.qui rem. Idem est, si rem meam quam alius possidet, puto mihi licere auferre. nam nihilominus punior vt insti.vi bo.rap.§.j.& idem quando contra præcepta legum quis comparat. nec enim prætextu ignorantiæ effugiet pœnas: vt si emit rem Ecclesiasticam illicite, vel ascriptitios sine terra: vt.C.de sacrosanct.eccle.auth.qui res.& infra, de agri. & censi.l.quemadmodum. atque in his est delictum, non solum iuris ignorantia: sicut fuit supra, in inuadente. Accursius.

ERror facti.] CASVS. Si errore facti credens me debere, puta cum seruo meo promissum qui non erat soluendo, repeto condic. indebi. Item in compendiis non nocet, vt si ignoraui decessisse agnatum meũ: vt supra, l.j. vel quia credo rem quã emo, esse vendentis: vt supra.l.iuris.§. facti.& hoc in masculis, non tantum in fœminis. Secundo dicit, quòd error iuris non prodest in lucris seu compendiis: vt si scio decessisse agnatum: sed nescio iure agnationis deferri bo.pos. Tertio, quòd iuris error non nocet in damno vitando: vt in eo qui soluit indebitum per errorem iuris, repetit: vt.l.iuris.§. suum vero. Viuianus.

b *In damnis.* pone in indebito, vt supra.l.proxi.de compendiis dic, vt supra.l.j. Accursius.

c *Obest.* scilicet negotio integro: vt.C.eo.l.error.

d *Prodest.* vt supra.l.proxi.

e *Non nocet.* huic fini derogatur in eo quod dicitur, libertum temere vocantem patronum in ius, teneri in quinquaginta solidis: nec posse prætendere ignorantiam iuris vt euitet pœnam: vt.C.de in ius vo.l.ij. Solu. Quidam distinguunt an ignoret leges veteres, quod licet. an nouas constitutiones, quod non licet: quia sunt dicta imperatorum: vt.C.eo.l.constitutiones. hoc non valet: vt.C.de leg.& con.l.leges. Dic ergo quòd in hoc casu est error quasi naturalis iuris, quo tenemur ad benefaciendum benefacientibus nobis: vt plene dices infra, eo.l.proxi. Item hic extra iudicium: in iudicio secus: vt.l.non fatetur.j.de cõfes. Accursius.

REgula.] CASVS. Duo continentur in hac regula: & da exempla supra, e.l.j. in prin. Secundo dicit videndum vt habet locum, scilicet ista in vtroque suo dicto quod dicet in.§. sed facti. vsque in finem. sed quædã prę mittit: quæ plana sunt. [SED FACTI.] Dixi in proxi.l. ignorantiam facti non nocere: sed hoc nisi sit supina: vt ecce proscripsi ante stationem ne aliquis contrahat cum seruo meo Ianuario qui in ea stabat, & literis claris, vt omnes scirent legere. tu contraxisti cum eo: ex quo contractu vis conuenire me institoria: non potes. [SED IVRIS.] Dixi in prima.l.iuris ignor. nocere: hoc intellige si ipse qui ignorauit, erat peritus, vel iuris peritorum habeat copiam: aliàs non nocet. hæc autem distinctio, potuit alios consulere, vel non, raro habet locum: quia tunc tantum habet locum quando lucrum quæritur: puta quia ignorabam iure agnationis deferri bon. pos. non autem de damno quæritur: quia tunc indistincte non habet hæc distinctio locum: quia indistincte non nocet. [SI QVIS IVS IGNORANS.] Si hæres, cum posset vti Falcidia, detrahenda de legatis non deduxit: quæritur, an possit repetere per condic. indebi. & si quidem errore iuris, quia non credebat sibi licere, & non repetit. aut facti: vt quia plus credebat esse in bonis: & tunc repetit. Ex prædictis colligitur solutio talis quæstionis de facto. Testator legauit reipu. c. in opus aquæductus. hæres soluit totum: an possit repetere quod vltra est solutum quàm per.l.Fal. licuisset? & dicit quòd aut sciens totum in aquæductum impendit: & tunc non possit repetere: tum quia sciens: tum quia in fauorabilem rem impensum est: quia respub. non debet de suo facere, quod alius de suo voluit fieri. Si vero ignorans: aut factum, & potest petere: aut ius, & non potest. Tertio quærit, an hæc eadem habeant locum & si priuato sit legatũ. & dicit idem. Item & si non in opus aliquod. & sic generalis est prædicta distinctio. hoc autem probat per duo generalia, cum verba constitutionis imperatoris cuius verba pro parte retulit supra, eadem.l. §. j. quia verba sunt generalia: ita regula quæ sequitur, est generalis. Viuianus.

f *Regula est.* dic quòd ignorantia alia facti: alia iuris: & facti, alia probabilis: alia non probabilis. Item iuris, alia iuris naturalis, alia quasi naturalis, alia ciuilis iuris. de prima, scilicet naturali, pone exemplum in filio qui credebat sibi licere pulsare patrem: vel non procurare eum furiosum: vel captiuum non redimere: cum ipse filius sit maior octodecim annis. & ideo ei non parcitur quo minus exhæredetur: vt in authen. vt cum de app. cog.§. causas. Item si putauit sibi licere furtum facere: vt institu. de ob. quæ ex deli.§. primo. Idem in alio delicto, quod iure naturali prohibetur admitti: vt in adulterio: vt infra, ad legem Iuliam. de adult.l.si adulterium. §. nonnunquam. in fine. ibi, nam & mulieres & cætera. secus autem si putem mihi licere rem meã auferre: quia magis in iure ciuili quàm naturali erratur. & ideo excusor à pœna furti: vt institu. vi bonorum raptorum.§. quia tamen. non tamen excusor à pœna constitutionis: vt.C.vnde vi.si quis in tantam. De secunda, scilicet quasi naturalis iuris, pone exemplum in liberto & patrono: vt.C.de in ius vo.l.ij. Item in eo qui excusat nauem contra principem, cui naturaliter reuerentiam debemus: vt.C.de sacrosanct.eccl.l.iubemus. Item in matre, quæ prætextu ignorantiæ iuris non pet tutores filiis suis, nec excusatur vt euitet pœnam: vt.C.qui petant tut.l.finali. quæ pœna est vt non succedat ei in pupillari ætate decedenti: vt.C. de leg.hæ.l.sciant. Item in eo qui mutuat filiofamiliàs cum quasi naturaliter debeat scire quòd potest facile pater à filio propter hoc occidi. nam propter hoc repetitio denegatur: vt supra, ad Macedo.l.prima. Item in muliere quæ nubit intra tempus luctus. & de his duabus ignorantiis, scilicet iuris naturalis, vel quasi, potest hic intelligi: & propriè ponuntur verba hic posita. De tertia, scilicet iuris ciuilis, pone exemplum: vt supra, eodem.l.j. & in hoc tertio membro subdistingue: quia aut certat de damno vitando: & tunc non nocet: vt supra, eod. iuris ignorantia. hoc tamen fallit in indebito: vbi per ignorantiam iuris ciuilis solutum, dummodo naturaliter debeatur, non repetitur: vt.C.ad legem Fal. error. nec ob. quod dicitur. C.eod.l.si post. quia ibi non tradidit, secundum R.& Pe. Vel loquitur ibi de ignorantia facti: vt si.vij.sigilla esse credebat. si autem de lucro certet, subdistingue: an potuit consulere peritiores: vt tunc ei noceat, id est non prosit: vt hic. an non: vt tunc non noceat: vt infra, eodem.§. sed iuris. Facti autem ignorantia, si est probabilis, vt in facto alieno: vt infra, pro suo.l.fina. in fine.& prodest in compendiis, & non nocet in damnis regulariter: vt hic, & supra, eodem.l.error.&.l. in omni parte.& infra, eadem.l.§. sed facti.& hoc est quod dicitur. C.eodem.l.cum falsa. si profitear, subaudi, extra iudicium esse maternum quod erat paternum. non enim præiudicatur mihi in tali falsa demonstratione, nisi transigam, vel deferam iuramentum: vt.C.eodem.si non. in iudicio autem facta confessio, scilicet quòd esset paternum, præiudicaret. vt infra, de confess.l.certum. non probabilis: vt in suo facto: vt supra, ad Velleia.l.quamquam. nisi in casu, vt supra, de condict. inde.l.sed si me putem. Itẽ non probabilis etiam in alieno facto, si est supinus: vt infra, eodem.§. sed facti. Fallunt autem prædicta quæ de errore diximus, in minoribus, fœminis, & militibus: vt subiicit hic. Item fallit si in iudicio erretur per errorem iuris. nam etiam in damnis nocet: vt infra, de confess.l.non fatetur. Item fallit vt error etiam facti noceat, si non est integrum negotium in quo est erratum extra ius: vt.C.eodem.l.error. nisi in casu: vt supra, quando act. de pecul. est an.l.quæsitum.& forte ideo, quia ibi erat communis error, non specialis errantis. vel prætendebat errorem suum, & scientiam vel dolum aduersarij: vt supra, de iud.l. si prætor.§. Marcellus. Accursius.

g *Iuris.* pone exemplum de vtroque, supra, eo.l.j.

Possit.

BIU Cujas

a *Posit.* vtraque regula, sed primæ respon. infra.e.l.§.sed facti. vsque in fine.l.& de mino.l.si ex causa.§.nunc videndum.

b *Quibusdam.* non ergo omnibus. Sed qui sunt hi speciales casus, vbi mulieri succurritur? Respon. in deserta accusatione per errorem iuris: vt infra, ad Turpill.l.j.§. accusationem. &.l.mulier. Item si non exhibeat instrumenta: vt Cod. de eden. l. j.§. finali. Item si asscripsit legatum: vt infra, ad legem Corneliam, de fal. l.diuus. §. quæri. Item si per incuriam vel negligentiam falsam monetam cudi patiatur in prædio suo: vt Cod.de falsa mone.l.j.§.primo. Item si detulerit: vt infra, de iure fisci. l.ij.§. fina. Item si à locupleto debitore ad inopem se nouauerit: vt infra, soluto matrimonio. l. si cum dotem. §. si mulier. Item si pro alio fideiubeat: vt supra, qui satisdare cogantur.l. de die.§.minori. & hæc in damnis vltra mares: vt Cod. eodem.l.finali.in lucro autem dic vt supra, eodem.l. error.ij. respon.Accursius.

c *Non est delictum.* vt in prædictis casibus.

d *Læduntur.* scilicet mulieres in damnis, in lucris autem non prodest: vt supra.l.proxi.§. iuris autem.

e *Hac ratione.* non proximi, sed superioris dicti.

f *Vigintiquinque annis.* pone exemplum, Codice, si aduersus solut.l. indebito. succurritur ergo minori in contractu vel quasi, & in maleficio vel quasi, si errat in iure ciuili, nō naturali vel quasi: vel erretur in delicto. nam iuuatur, si modo delicta non proueniant ex animo: vt hic, & supra, de mino. l. si ex causa. §. nunc videndum.

g *Credidisset.* vt & supra, ad Maced.l. si quis patrem.& de mino.verum.§.fina.Accursius.

h *Adire.* iure prætorio secundum tabu. intra centum dies sibi à lege concessos, vel institutus, si adierit intra annum.

i *Ignorare.* milites enim &c. vt. C. de iur. delib.l.fina. in princip.

k *Aditionis.* centum dierum iure prætorio, vel ciuili dic institutū si adierit intra annum.

l *Sed facti.* scilicet alieni.

m *Solus ignorat.* vtique non subuenitur ei.idem & si mulieri: vt supra,de institu.l.sed facti verò ignorantiā non nocere. Videamus igitur, in quibus speciebus locū habere possit[a], [eo] antè præmisso, quòd minoribus vigintiquinque annis ius ignorare permissum est: quod & in fœminis in quibusdam[b] causis, propter sexus infirmitatem, dicitur. Et ideo sicubi nō est delictum, [c] sed iuris ignorantia: non læduntur. [d] Hac ratione[e] si minor vigintiquinque annis[f] filiofamiliàs crediderit: [g] subuenitur ei, vt non videatur filiofamiliàs credidisse. ¶ Si filiusfamiliàs miles à commilitone hæres institutus, nesciat sibi etiam sine patre licere adire: [h] per constitutiones principales ius ignorare[i] potest: & ideo ei dies aditionis[k] non cedit. ¶ Sed facti[l] ignorātia ita demum cuiquam nō nocet, si non ei summa negligētia obiiciatur. Quid enim si omnes in ciuitate sciāt, quod ille solus ignorat[m]? Et rectè Labeo definit scientiam neque curiosissimi, neque negligentissimi hominis accipiēdam: verùm eius, qui eam rem diligenter inquirendo[n] notam habere possit. ¶ Sed iuris ignorantiam non prodesse[o] Labeo ita accipiendum existimat, si iurisconsulti copiam haberet, vel sua prudentia instructus sit: vt cui facile sit scire, ei detrimento sit iuris ignorātia. quod rarò[p] accipiendum est. ¶ Qui ignorauit rei dominū esse venditorem: plus in re[q] est, quàm in existimatione mētis: & ideo tametsi[r] existimet se non à domino emere, tamē si à domino ei tradatur, dominus efficitur.

Nota quòd si præfatio legis est generalis: licet lex sit specialis, generaliter intelligitur. Idem etiam si lex est specialis, ratio tamen est generalis, quòd generaliter lex est intelligenda. Bartolus.

¶ Si quis ius ignorans, lege Falcidia vsus non sit: nocere ei dicit epistola[f] diui Pij. Sed & imperatores Seuerus & Antoninus in hæc verba rescripserunt: Quod ex causa[t] fideicommissi indebitum datum est, si non per errorem[u] solutum est, repeti non potest. Quamobrem Cargiliani hæredes, qui cùm ex testamento eius pecuniam ad opus aquæductus reipublicæ Cirtensium relictam soluerint, non solum cautiones non exegerunt, (quæ interponi solent, vt quod amplius cepissent municipes, quàm per legem Falcidiam licuisset, redderent) verùm etiam stipulati sunt, ne ea summa in alios vsus conuerteretur, & scientes prudentésque passi sunt eam pecuniam in opus aquæductus impendi: frustra postulant reddi sibi à republica Cirtensium, quasi plus debito dederint: cùm sit vtrumque iniquum, [&] pecuniam quæ ad opus aquæductus data est, repeti: & rempublicam ex corpore patrimonij sui impendere in *id opus, quod totum alienæ liberalitatis gloriā repræsentet. Quòd si ideo repetitionem eius pecuniæ habere credunt, quòd imperitia lapsi, legis Falcidiæ beneficio vsi non sunt: sciant ignorantiam facti, non iuris prodesse: nec stultis[x] † solere succurri, sed errantibus.

Exempla non arctant regulam. vide supra, de legi.l.iura non in singulas. per Cynum & Bartolum. in.l.omnes populi.in.6. principali.q.ver.item quæro si statutum est prolatum in persona vnius.

¶ Et licet municipum[y] mentio in hac epistola fiat, tamen & in qualibet persona idem obseruabitur. Sed nec quòd in opus* aquæductus relicta esse pecunia proponitur: in hunc solum casum cessare repetitionem, dicendum est. nam initium[z] constitutionis generale est. demonstrat enim, si non per errorem solutū sit fideicōmissum: quod indebitum[a] fuit, non posse repeti. Item & illa pars æquè generalis est, vt qui iuris ignorantia legis Falcidiæ beneficio vsi nō sunt, possint repetere: vt secūdum hoc possit dici, etiam si pecunia, quæ per fideicommissum relicta est, quæque soluta est, non ad aliquid faciendum relicta sit, & licet cōsumpta nō sit, sed extet apud eum, cui soluta est: cessare repetitionem.

n *Inquirendo.* & si nō diligenter inquisierit. Ioan.

o *Non prodesse.* id est nocere. Azo. vel proprie, vt statim dicit iurisco. vt & infra, de bo. poss.l.in bonorum.

p *Raro.* id est raro est locus huic distinctioni, habuerit copiam iurisconsulti, vel nō: sed in lucro tantum: in dāno autem quamuis iurisconsulti copiam habeat, tamen sibi subuenitur: vt supra, eod.l. iuris ignorantia.&.l.error.in fine.Accursius.

q *Plus in re.* id est in veritate, quàm in opinione: vt institu. de lega.§.si quis rem. Et argu. supra, de neg.gest.l. si pupilli.§. si quis quasi.& facit infra, de fal.l. impuberem. §. j. & de adquiren.rerum domi- *Flo.impēdere: & in nio.l.liber homo. *id opus*

r *Tametsi.* i. quamuis.

f *Epistola.* & lex Codicis: vt. C. ad.l. Fal. error. Accursius.

t *Ex causa.* hæc verba sunt generalia. Acc. † *Hæc verba ponūtur*

u *Per errorem.* scilicet facti probabilis: vt. d. l. error. Accursius. *in.c. exprte. in glo. mercuriali. extra de confra, quod vi aut clam. l. fuetudi.*

x *Nec stultis.* No. stultis non succurri: vt infra, quod vi aut clam. l. seruus. & appellat stultum, qui ius ignorat: vt arg. C. de leg. & consti. l. leges sa. & facit. j. de admini. tuto. impuberi. Accursius. *Ignorans ius, stultus dicitur.*

y *Et licet municipum.* modo incipit commendare epistolam, & licet &c. quæ hucusque durat. *Flo. operē*

z *Nam initium.* Not. quòd si initium est generale, & tota lex generalis est. sic & infra, de aur. & ar. le. l. species. argu. contra infra, de lib. le. l. Aurelius. §. Sticho. genus est ibi, quod ex causa fideicōmissi indebitum datum est, si non per errorem solutum est, repeti non potest, sed postea ibi, quam ob rem & cætera. dicit in specie. *Tota lex generalis est, si initiū sit generale.*

a *Indebitum.* scilicet ciuiliter. Accursius.

IMpuberes.] CASVS. Si in prædio pupilli cudatur falsa moneta, aut pugnatur: an sciens perdat prædium?

Dicit quòd non: quia nihil scire intelligitur. Viuianus.

a *Nihil posse.* de facto.
b *Scire.* de iure. Accursius.
c *Intelliguntur.* in sui præiudicium: vt. C. de fal. mo. l. j. §. impuberes. & arg. supra, ad Maced. l. si quis patré. in fine. & infra, quod fal. tu. auth. l. pupilli. & supra, de iureiu. l. qui iurasse. hoc autē intelligi potest de nō proximo pubertati, & de eo qui non est doli capax: alioquin cum dolū cōmittat, scire dicetur de iure, & de facto. Accursius Florentinus.

DE SPONSALIBUS.

Diximus de contractibus rerum, nunc de contractibus personarum, id est nuptiis. sed quia sponsalia præcedunt, ideo de his præmittit.

†*De iure & more veteris sponsaliorum Cell. d lib. 4. cap. 4. Boeth. in Top.*

Sponsalia. sed an sine spōsali b pos sint esse nuptię? Respō. vtiq;, si ponas aliquam ductā in domū, & in eadē domo contractum matrimoniū. Azo. Vel etiā in domo mulieris per verba de præsenti. Accur.

c *Sponsalia. Stipulari.* Stipulatio potest īteruenire, sed non est necessaria, quia & inter absentes cōtrahuntur: vt infra, eod. l. iiij. & fi. Vel dic esse speciale in ea, vt inter absentes cōtrahatur. aliàs autē contra: vt institu. de inut. stip. §. item verborū. ex hac tamen stipulatione nō reperio agi. Sed cur non agatur ad interesse si fœmina diues est, cum sit rei honestæ stipulatio? Argum. contra infra, de verborū obliga. l. Titia. & quarum re. ac. non da. l. j. §. quęro. Accursius.

f *Vfficit nudus.* à stipulatione, non à verbis: vt. s. l. j. Accur.

g *Consensus.* vt &. ÿ. e. l. fin. & l. sponsalia. &. l. in sponsalibus. Accur.

h *Constat.* an idem in matrimonio, quod inter absentes contrahatur? Videtur quòd sic: vt infra, titu. j. l. deniq;. quia solo consensu cōtrahitur, non verbis: vt infra, de iure dotium. l. mutus. & infra, de reg. iur. l. nuptias. vnde videtur etiam inter absentes posse cōtrahi, & in diem, & sub conditione: vt infra, de act. & oblig. l. consensu. & institu. de contrahen. emptio. §. emptio. Sed econtra videtur, cum matrimonium sit actus legitimus, & de iure cano. introductus, videtur non fieri inter absentes, vel in diem, vel sub conditione. nā & emancipatio solo consensu fit. non tamen in diem, vel sub conditione: vt infra, de re. iur. actus. sed ibi de certis actibus dicit. Item pro hoc est quod legitur supra, de adop. l. neque absens. Accursius. *ADDITIO.* Tu dic quòd matrimonium potest contrahi per procuratorem, & fundatur in persona domini: vt extra de procur. c. fin. §. j. lib. vj. Sed an possit contrahi sub conditione: dic vt not. extra de condi. appo. ca. fin.

**Flo. finiēda*

x. PAPINIANVS libro sexto Responsorum.

IMpuberes sine tutore agentes, nihil a posse [de facto vel de iure] scire b intelliguntur c.

Digestorū

seu Pandectarum, liber vicesimustertius.

DE SPONSALIBVS.†

TITVLVS I.

Sponsalia fiunt per verba de futuro, & à spondeo dicuntur, à quo etiam descendit appellatio sponsi. h. d. cum duabus legibus sequentibus. Bald.

I. FLORENTINVS libro tertio Institutionum.

Spōsalia d sunt, mentio & repromissio nuptiarum futurarum.

II. VLPIANVS libro Singulari de Sponsalibus.

Sponsalia autem dicta sunt à spondendo. nam moris fuit veteribus stipulari, e & spōdere sibi vxores futuras.

III. FLORENTINVS libro tertio Institutionum.

VNde & sponsi sponsæque appellatio nata est.

Contrahuntur sponsalia nudo consensu inter præsentes, vel inter absentes per epistolam. h. d. cum l. sequen. Bald.

IIII. VLPIANVS libro trigesimoquinto ad Sabinum.

Svfficit nudus f cōsensus g ad constituenda spōsalia. Denique cōstat h & absenti absentem i desponderi posse k, & hoc quotidie fieri.

V. POMPONIVS libro sexto decimo ad Sabinum.

HAec ita, si scientibus his, qui absunt, sponsalia fiāt, aut si postea ratum habuerint.

Eius est dissoluere, cuius est ligare. hoc dicit ista. l. nota. Bald.

VI. VLPIANVS libro trigesimosexto ad Sabinum.

SI puellæ tutores ad infringenda* sponsalia nuntium misērūt, non putarim suffecturum ad dissoluendam nuptiarū spem l hunc nuntium, non magis, quàm sponsalia posse eos solos cōstituere: nisi fortè omnia ista ex voluntate puellæ facta sint.

Tantum valet id quod fit sine scriptura, quantum id quod fit cum scriptura. Bald.

VII. PAVLVS libro trigesimoquinto ad Edictum.

IN sponsalibus nihil interest, vtrum testatio m interponatur, an aliquis sine scriptura spō deat n. In sponsalibus etiam consensus eorum exigēdus est, quorum in nuptiis desideratur o. Intelligi tamē semper filię patrem consentire, nisi euidenter p dissentiat, Iulianus scribit.

Quædam impediunt facienda quæ non impediunt iam facta. ad id quod. l. si pater. supra, de his qui sunt sui vel alie. iur.

VIII. GAIVS libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

FVror, quin sponsalibus impedimento q sit, plus quàm manifestū est: sed postea interueniēs, sponsalia nō infirmat r.

Per ductionem ad domum, sponsalia nō præsumuntur cōtracta: durant tamen si ante ductionem contracta fuerunt. Baldus.

IX. VLPIANVS libro trigesimoquinto ad Edictum.

QVæsitum est apud Iulianum, an sponsalia sint ante duodecimum annū, si fuerint nuptiæ collatæ. f Et semper Labeonis sentētiā probaui existimantis, si quidē præcesserint t sponsalia durare ea, quamuis in domo nupta u * esse cœperit. Si verò non præcesserint: hoc ipso, quòd in domum deducta est, non videri sponsalia facta x. quam sentētiam Papinianus quoque probat.

Pater potest sponsalia filiæ existentis in potestate dissoluere, secus si fuerit emancipata. h. d. cum l. seq. Baldus.

X. IDEM libro tertio Disputationum.

IN potestate manente filia, pater sponso nuntium remittere potest y, & sponsalia dissoluere. Enimuero si emancipata est, non potest, neque nuntium remittere, neq; quæ dotis causa data sunt condicere. ipsa enim

a Nihil posse. de facto.
b Scire. de iure. Accursius.
c Intelliguntur. in sui præiudicium: vt. C. de fal. mo. l. j. §. impuberes. & arg. supra, ad Maced. l. si quis patré. in fine. & infra, quod fal. tu. auth. l. pupilli. & supra, de iureiu. l. qui iurasse. hoc autē intelligi potest de nō proximo pubertati, & de eo qui non est doli capax: alioquin cum dolū cōmittat, scire dicetur de iure, & de facto. Accursius Florentinus.

DE SPONSALIBUS.

Diximus de contractibus rerum, nunc de contractibus personarum, id est nuptiis. sed quia sponsalia præcedunt, ideo de his præmittit.

†*De iure & more veteris sponsaliorum Cell. d lib. 4. cap. 4. Boeth. in Top.*

Sponsalia. sed an sine spōsali b pos sint esse nuptię? Respō. vtiq;, si ponas aliquam ductā in domū, & in eadē domo contractum matrimoniū. Azo. Vel etiā in domo mulieris per verba de præsenti. Accur.

c *Sponsalia. Stipulari.* Stipulatio potest īteruenire, sed non est necessaria, quia & inter absentes cōtrahuntur: vt infra, eod. l. iiij. & fi. Vel dic esse speciale in ea, vt inter absentes cōtrahatur. aliàs autē contra: vt institu. de inut. stip. §. item verborū. ex hac tamen stipulatione nō reperio agi. Sed cur non agatur ad interesse si fœmina diues est, cum sit rei honestæ stipulatio? Argum. contra infra, de verborū obliga. l. Titia. & quarum re. ac. non da. l. j. §. quęro. Accursius.

f *Vfficit nudus.* à stipulatione, non à verbis: vt. s. l. j. Accur.

g *Consensus.* vt &. ÿ. e. l. fin. & l. sponsalia. &. l. in sponsalibus. Accur.

h *Constat.* an idem in matrimonio, quod inter absentes contrahatur? Videtur quòd sic: vt infra, titu. j. l. deniq;. quia solo consensu cōtrahitur, non verbis: vt infra, de iure dotium. l. mutus. & infra, de reg. iur. l. nuptias. vnde videtur etiam inter absentes posse cōtrahi, & in diem, & sub conditione: vt infra, de act. & oblig. l. consensu. & institu. de contrahen. emptio. §. emptio. Sed econtra videtur, cum matrimonium sit actus legitimus, & de iure cano. introductus, videtur non fieri inter absentes, vel in diem, vel sub conditione. nā & emancipatio solo consensu fit. non tamen in diem, vel sub conditione: vt infra, de re. iur. actus. sed ibi de certis actibus dicit. Item pro hoc est quod legitur supra, de adop. l. neque absens. Accursius. *ADDITIO.* Tu dic quòd matrimonium potest contrahi per procuratorem, & fundatur in persona domini: vt extra de procur. c. fin. §. j. lib. vj. Sed an possit contrahi sub conditione: dic vt not. extra de condi. appo. ca. fin.

i *Absentem.* per nuntium, vel literas: vt. ÿ. e. l. fin. Accursius.
k *Posse.* vt infra, eodem. l. in spōsalibus. Sed quid si pœniteat absentem antequam absens cōsentiat? Argum. quòd non sunt sponsalia: vt supra, de iureiur. l. non erit. in fine. & infra, de act. qui poss. l. absenti. Sed argu. contra infra, de adquiren. hęred. l. si quis mihi bona. §. fin. & l. qui seruū. & C. de repu. l. licet. & infra, de aqua. plu. arcēda. l. in diem. Accur.

l *Puellæ. Spem.* nec matrimonium: vt C. de nup. l. in copulādis. nec procuratorem: vt C. de procur. l. neq;. nec repudiare bonorū possessionem: vt infra, de suc. edi. l. j. §. tutor. Et sic no. quòd non est similis potestas tutoris, patriæ potestati. pater enim dissoluit: vt infra, eodem. l. in potestate. Accursius.

Tuteris potestas, a patria potestate differt.

m *In sponsalibus. Testatio.* id est in scriptis sponsalia. Azo.

n *Spondeat.* vt. C. de nup. l. neque sine.

o *Desiderator.* vt eorum quorū in potestate est: vt infra, titu. j. l. ij. &. C. de nup. l. si vt proponis.

p *Nisi euidenter.* Not. *Scims non* intelligi cōsentire, nisi *contradicēs* cōtradicat ex quo scit: *consentire* vt argumen. infra, so- *videtur.* luto mat. l. ij. §. voluntatem. Sed argu. contra infra, de fur. qui vas. §. qui ex voluntate. Accursius. *ADDITIO.* Dic quòd hic est fauor matrimonij, & propter coniunctionem personarum: argum. l. si seruus. infra, de dona. inter virum & vxo. Item, quia cōtradicendo posset impedire, argu. eius quod no. in. l. Gaius. supra, de pigne. act. secūdum Bartolum. **Flo. domo loco nupta*

q *Fvror. Impedimento.* vt & venditioni: vt. C. de contrahen. empt. l. ij.

r *Non infirmat.* sicut nec videtur matrimonium: vt & supra, de his qui sunt sui, vel alie iur. l. patre. & infra, titu. j. l. oratione. §. fin.

s *Qvæsitum. Collata.* id est de facto celebratæ quantum ad ipsorum votum, quia duxit eam in domum.

a Immò, ixit quit Bud. hic: collata nuptia dicū tur dilata vel ista.

t *Præcesserint.* antequam fieret ductio in domum.

u *Nupta.* scilicet de facto tantum.

x *Facta.* licet enim consenserit ductioni: non tamen ideo consensit nuptiis contrahendis, & consentire potest in concubinam.

y *In potestate. Potest.* vt infra, de repu. l. ij. in fine. sed nuptias nō: vt. C. de repu. l. dissentientis. & infra, de do. inter vi. & vxo. l.

cum

BIU Cujas

cum hi.§.si socer nurum. idem in matre, vt non faciat diuortium filiæ: vt.C.de repu.l.filiæ.

a *Extinguet.* id est faciet vt non nascatur. Accursius.

b *Quæ.* scilicet condictio.

c *Non secuta.* id est si illa nolit nubere. Accursius.

d *Consentiret.* pater.

e *Sponsalia, sicut.* vt & §.eod.l.sufficit.

f *Sed ea. Intelligitur.* vt & infra, so. ma.

Fl. poterit l.dotem. Accursius.

g *Eligat.* ergo si dignum eligat pater, contrahuntur sponsalia sine voluntate filiæ. secus tamen asseritur in filio: vt.j.l.proxi. Io.[a] tamen dicit idem in filia, quod in filio: vt nũquam consistant sponsalia sine voluntate filiorum & filiarum. sed tamen vbi dignum eligat pater, cõtrahit causam ingratitudinis, nisi cõsentiat: vt fit in aliis causis: vt in auth. vt cũ de ap. cog. §. si alicui. co. viij. Item cõtra. C. de nup. l. viduæ. vbi exigitur filiam consentire, etiam si dignum sibi eligat pater: & eius voluntas præfertur. Respon. hoc loquitur de ea tantũ quæ est in potestate, ibi de emancipata. vel dic, quòd de vtraque loquitur. hoc tamen non est verum, nisi ipsa sibi dignum eligat: vt ibi.

[a] *Istã opinet Ioan. And. in c. 1. extra de despon. impub. secũdũ Baldum.*

h *In sponsalibus. Vt in matrimoniis.* id est talis vt in matrimoniis sed alia, scilicet septem annorum, vt subiicit. Vel non est definita vt in sponsalibus variè in maribus & fœminis, vt in nuptiis. Vel aliter nõ esset definita ætas, vt solam ætatem dicam sufficere, sicut in nuptiis dico. nam si septem annorum sit, non sufficit, nisi intelligat quod agatur. sæpe enim accidit, vt non intelligant in ea ætate, sed in. ix. annis tantum, vel. x. sed sola ætas. xij. annorum, vel. xiiij. sufficit. tunc enim bene intelligunt, nisi sint furiosi, secundum Azo.

† *Quæ ætas matrimoniis definiẽda, Plato dialog. 6. de legib. circa finem.*

In. 12. & 14. an. intelligere quis dicitur.

i *Tutor. Suam.* scilicet adultam.

k *Potest.* vt &. C. de inter. ma. l. si tutor. & infra, tit. j. l. senatusconsulto. & si quis tutor. §. quãuis. Accursius.

l *Oratio. Suppleatur.* Not. suppleri vbi deficit lex: vt supra, de testi. l. quæsitũ. Item not. si quid prohibetur, & id prohibetur, per quod peruenitur ad illud prohibitum: vt supra, de pactis. l. quod dictum. & infra, de fideiuss. l. cum lex. &. C. de na. li. l. legem. in fin. &. C. de vsur. l. eos. in fin. &. C. de vsur. rei iudi. l. fin. in fin. & supra, de peti. hæred. sed & si lege. §. item si rem. & supra, de mino. l. iij. §. vtrum. Sed argu. contra infra, titu. j. l. si quis officij. Sed ibi est spes, quòd erit matrimonium, licet hodie esse non possit. Item argu. contra supra, de iud. sed & si susceperit. §. fina. & sic econtra not. supra, de iur. om. iud. l. ij.

filia nubendo efficiet dotem esse condictionémq; extinguet[a], quæ[b] causa nõ secuta[c] nasci poterat, *nisi fortè quis proponat, ita dotem patrem pro emancipata filia dedisse, vt si nuptiis non consentiret[d]: vel contractis, vel non contractis, repeteret quæ dederat. tunc enim habebit repetitionem.

Sponsalia consensu filiæ contrahuntur: quæ filia patri consentire debet, licet contradicere posset, si haberet iustã causam contradicendi. h. d. iusta. l. cum. l. seq. Bald.

XI. IVLIANVS libro sextodecimo Digestorum.

SPõsalia, sicut[e] nuptiæ, cõsensu contrahentiũ fiũt: & ideo sicut nuptiis ita sponsalibus filiãfamiliàs consentire oportet.

XII VLPIANVS libro Singulari de Sponsalibus.

SEd[ea,]quæ patris voluntati non repugnat, consentire intelligitur[f]. Tunc autem solum dissentiendi à patre licentia filiæ cõceditur, si indignum moribus, vel turpem sponsum ei pater eligat[g].

XIII. PAVLVS libro quinto ad Edictum.

FIliofamiliàs dissentiẽte, spõsalia nomine eius fieri non possunt.

XIIII. MODESTINVS libro quarto Differentiarum.

IN sponsalibus contrahendis ætas † contrahentium definita non est, vt in matrimoniis[h]. Quapropter & à primordio ætatis sponsalia effici possunt: si modo id fieri ab vtraq; persona intelligatur: id est, si non sint minores, quàm septem annis.

XV. IDEM libro Singulari de Enucleatis Casibus.

TVtor factã pupillam suã[i] nec ipse vxorẽ ducere, nec filio suo in matrimonio adiungere potest[k]. Scias tamẽ, quod de nuptiis tractamus, & ad spõsalia pertinere.

Cum aliquid prohibetur, videtur esse omne illud prohibitum, per quod peruenitur ad illud. Et quando aliquid permittitur, videntur esse omnia permissa, per quæ peruenitur ad illud: vt. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. supra, de procura. &. l. 2. supra, de iurisdict. iudi. Baldus.

XVI. VLPIANVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

ORatio imperatorum Antonini & Commodi, quæ quasdam nuptias in personam senatorum inhibuit, de sponsalibus nihil locuta est: rectè tamen dicitur, etiam sponsalia in his casibus ipso iure nullius esse momenti, vt suppleatur[l], quod orationi deest.

Sponsus debet expectare sponsam, etiam vltra quadriennium, si iusta & necessaria causa interueniat. Bartolus.

XVII. GAIVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam.

SAepe iustę, ac necessarię causæ nõ solũ annũ, vel biẽniũ, sed etiam trienniũ, & quadriẽnium, & vlterius trahunt[m] spõsalia: veluti valetudo spõsi, spõsæve, vel mortes parentum, vel capitalia crimina, aut longiores peregrinationes, quæ ex necessitate[n] fiunt.

Sponsalia possunt contrahi inter præsentes, vel absentes, per nuntium, vel per epistolam. Baldus.

XVIII. VLPIANVS libro sexto ad Edictum.

IN sponsalibus † constituendis parui refert, per se & coram, an per internuntium, vel per epistolam[o], an per alium hoc factũ sit[p]. & ferè plerũque conditiones interpositis personis expediuntur.

DE RITV NVPTIARVM.†

TITVLVS II.

I. MODESTINVS libro primo Regularum.

NVptiæ sunt coniũctio maris & fœminæ, & cõfortiũ omnis vitæ, diuini[q] & humani iuris communicatio.

II. PAVLVS libro trigesimo quinto ad Edictum.

NVptiæ consistere non possunt, nisi consentiant omnes, id est qui coëunt, quorũmque in potestate[r] sunt.

Inter fratres cõsobrinos, nuptiæ contrahũtur, etiã si solus consensus interuenerit. Bal.

III. IDEM libro primo ad Sabinum.

SI neptem ex filio, & neptẽ ex altero filio in potestate habeã: nuptias inter eos me solo[s] auctore contrahi posse, Põponius scribit. & verum est.

Nuptiæ imperfectæ propter defectum ætatis contractæ, adueniente legitima ætate perficiuntur. Bald.

IIII. POMPONIVS libro tertio ad Sabinum.

MInorem† annis duodecim nuptam, tunc legitimam vxorem fore, cum apud virum expleuisset duodecim annos[t].

Concor. cũ hac. l. c. puberes. extra de despon. impub. & c. vnicum. eo. titu. li. 6.

vxor,

Aetas nuptiis vt cognatio impedimẽtum præstat.

vxor, secundum Io. quia ætas vt cognatio præstat impedimentum nuptiis. Sed arg. contra infra, de verb. obli. l. continuus. §. cum ita. secundum Azo.

Mvlierem.] CASVS. Mulier Berta erat vxor mea per verba de futuro. misi per eas literas, & venit ad domum meã. præsumitur iam vxor. sed si ipsa pro me misit, & ego iui ad eius domũ, non præsumitur vxor. nam mulier sponsa ad domum sponsi frequẽter vadit vt vxor: sed homo ad domum spõsæ non sic vadit vt vir. primum probat tali simili, quia quidam Cinna contraxit cum Berta sponsalia de futuro. tandem misit pro ea, & ipsa iuit ad domũ sponsi, & sponsus cœnauit secum, & iuit forte spatiatum, & cæcidit in flumen, & periit. quæritur, an sit lugendus ab ea vt vir. Et dicit, q̃ sic. est ergo ipsa vxor præsumptione iuris, & repetit dotem, & tamẽ est virgo. h. d. cum duabus. ll. seq. Viuianus.

Verba de futuro prolata, matrimonium inducunt, si mulier ducatur ad domum viri. secus si vir vadat ad domum vxoris. hoc dicit ista not. lex. Bartolus.

V. IDEM libro quarto ad Sabinum.

Mvlierem absenti per literas eius, [a] vel per nũtium posse nubere placet, si in domũ eius deduceretur. eã verò, quæ abesset, [b] ex literis vel nuntio suo duci à marito nõ posse. [c] deductione [d] enim opus esse in mariti, nõ in vxoris domũ, quasi in domicilium matrimonij.

*vulg. deduci

VI. VLPIANVS libro trigesimoquinto ad Sabinum.

DEnique Cinna scribit: Eũ qui absentem [e] accepit vxorẽ: deinde rediens [f] à cœna [g], iuxta Tiberim periisset: ab vxore lugendum [esse,] responsum est: [h]

VII. PAVLVS libro singulari ad legem Falcidiam.

IDeoq; potest fieri, vt in hoc casu aliqua virgo, & dotem, & de dote habeat actionem.

VIII. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

LIbertinus libertinam matrem aut sororem [suam] vxorem ducere non potest, quia hoc ius moribus, † non legibus introductum est.

† *Hunc locum explicat Alciatus lib. Parerg. 4. cap. 21.*

Furiosi consensus non requiritur. hoc dicit no. lex. Baldus.

IX. VLPIANVS libro vicesimosexto ad Sabinum.

SI nepos vxorem velit ducere: auo furente, omnimodo patris auctoritas erit necessaria. Sed si pater furit, auus sapiat: sufficit [i] aui voluntas.

Patre ab hostibus capto, vel absente, filii possunt libere matrimonium contrahere cũ tali cuius conditionem pater non esset repudiaturus. h. d. vsque ad. l. si qua mihi. Bal.

VIs cuius pater ab hostibus captus est, si nõ intra triẽnium reuertatur, vxorẽ ducere [k] potest.

a *Per literas eius.* scilicet viri. & est sensus huius. l. vt maritus per nuntium suum, vel per literas vxorem ducere possit. mulier autẽ per proprium nuntium nubere non potest. ipsam enim in domum mariti duci oportet, & eo ipso sponsa præsumitur vxor facta, si aliud non liqueat. vir autem nõ eo solo factus dicitur quòd ad sponsæ domum ierit, cum ad ea quæ sæpius cõtingunt, iura aptentur, secundũ R. vt supra, de legi. & senatusc. l. nam ad ea.

b *Quæ abesset.* scilicet à domo mariti & sua. Azo.

c *Non posse.* vt sit vxor antequam in domũ mariti peruenerit: licet ipse vadat ad domum vxoris.

d *Deductione.* scilicet vt ea sit sufficiens nuptiarum testimonium.

e *DEnique. Absentem.* per suos enim amicos fecit eam in domum suam deduci: vt supra. l. proxi.

f *Rediens.* ad militiam forte, vel ad aliquod negotium quod aggressus fuerat: vel alibi cœnauerat, & ad domum veniebat.

g *A cœna.* in domo viri celebrata, secundum primam.

h *Responsum est.* licet corpus eius non compareat: vt. ff. de his qui no. infa. l. fi. in fin. Accursius.

Furiosi cõsensus i adeunda hæreditate non requiritur.

i *SI nepos. Sufficit.* non ergo furiosi auctoritas requiritur: sicut nec in hæreditate adeunda: vt. j. de acqui. hære. l. cum hæres. & dotem filia repetere: vt. j. soluto ma. l. si cum dotem. §. si soluto.

k *Ducere.* sed & ante, si tamen talem &c. vt infra. l. proxi. & l. si filius. in fi.

l *SI filius. Certum sit.* id est non est verisimile.

SI qua.] CASVS in principio est planus. [ADOPTIVÆ.] Pater meus adoptauit libertum, qui habet Titiam filiam. quæritur an ego possim Titiam filiã accipere? Et dicit, quòd sic. Videbatur autem contrarium, quia ego sum auunculus eius, vt videtur: sed tamen dicit non esse verum: quia eis demum efficior cognatus ciuilis per adoptionem, quibus efficior cognatus. sed non efficior agnatus Titiæ: quia per fœminam ei attineo: ergo neque cognatus: & sic possum accipere eam. Secundo dicit, quòd eadem ratiõe possum ducere in vxorem sororem patris mei adoptiui, si non est nata eodem patre, cum patre meo adoptiuo, sed eadem matre tantũ. si enim eodem: tunc esset agnata patri meo adoptiuo: & sic eam accipere possum. Vi.

X. PAVLVS libro trigesimoquinto ad Edictum.

SI ita pater absit, vt ignoretur, vbi sit, & an sit: quid faciendum est, meritò dubitatur. Et si triennium effluxerit: postquã apertissimè fuerit pater ignotus, vbi degit, & an superstes sit: non prohibentur liberi eius vtriusque sexus matrimonium vel nuptias legitimas contrahere. B

XI. IVLIANVS libro sexagesimosecundo Digestorum.

SI filius eius, qui apud hostes est, vel absit, ante triẽnium captiuitatis vel absentiæ patris, vxorem duxit, vel si filia nupserit: puto rectè matrimoniũ vel nuptias contrahi: dũmodo eam filius ducat vxorem, vel filia tali nubat, cuius conditionẽ certum sit [l] patrẽ non repudiaturũ.

Non vitiatur matrimonium, licet perueniat ad eum casum à quo incipere non potest. Baldus.

XII. VLPIANVS libro vicesimosexto ad Sabinum.

C SI qua mihi vxor fuit, deinde à me repudiata nupsit Seio, quem ego postea adrogaui: nõ sunt nuptiæ incestæ. [m] VInter me, & sponsam patris mei, nuptiæ cõtrahi non possunt: quãquam nouerca mea non propriè dicatur. Sed & per contrarium, sponsa mea patri meo nubere non poterit, quamuis nurus non propriè [n] dicatur. VSi vxor mea post diuortium alij nupserit, & filiam fuscepit: putat Iulianus hanc quidẽ priuignam non esse, verùm nuptiis eius abstinendum. [o] VAdoptiuæ sororis filiam possum D vxorẽ ducere. cognata enim [p] mea non est filia eius: quia auunculus nemo fit [q] per adoptionẽ. l. per adoptionẽ. §. amittã. Rñ. nemo fit: scilicet sic per sororem adoptatam tãtum: vt insti. eodem. §. eius vero. sed alio modo sic: vt si habeo filiam legitimam, vel naturalem, & ex ea nepotẽ, & eum nepotẽ adopto in nepotem quasi ex filio, cum aliàs non sit in potestate mea: vt instit. de pa. po. §. finali. & postea adopto aliquẽ in filiũ vel aliquam in filiam, iste vel ista, filius vel filia, erit auũculus & matertera ad illum nepotẽ, saltem quo ad hoc vt nuptiæ impediantur. & hoc ideo, quia mihi est factus nepos agnatus, & filius vel filia. similiter ergo & inter se: vt. j. de suis & le. hære. l. post cõsanguineos. §. parui. & de gradi. cog. l. non facile. §. j. in fine. Itẽ si habeo duas filias, & extraneum nepotem quasi ex altera natum adopto: altera filia erit matertera adoptato. nec video cur non possim adoptare nepotem quasi ex filia, cum possim & si non habeo filium filiámve: vt instit. de adop. §. licet. & supra, de adop. l. adoptare. & l. si pater. §. qui duos. Accursius.

Non propriè. impropriè autem sic: vt supra, de test. l. in legibus. & infra, de gradi. l. seruus. Accursius.

o *Abstinendum.* vt & insti. eodem. §. si vxor. Accursius.

p *Cognata enim.* hæc enim filia sororis adoptiuæ, nec naturali nec ciuili iure mihi cõiungitur: vt instit. eodem. §. eius vero. de naturali constat, item & ciuili: quia eam non adoptaui: nec pater meus: & licet pater meus matrem suam adoptauerat: non tamen cœpit patri meo neptis loco esse, quia in matris potestate non est filia: alioquin secus: vt instit. de adop. §. illud. Item filia matri nõ est agnata. quod probatur, quia per nullum alium filius vel filia est matri coniunctus, nisi per ipsam matrem: ergo per fœmininũ sexum. ergo non est agnata, sed cognata. ergo nec patri adoptiuo per matrem. ergo nec mihi per patrem meum naturalem & legitimum. ergo per nullum.

q *Nemo fit.* sic secundũ Io. vt statim dices. sed si non fit auunculus per adoptionem, quomodo matertera: vt. j.

Adoptiui.

BIU Cujas

tionem. Et eæ demum cognationes cõtrahuntur in adoptionib⁹, quæ legitimæ essent, id est quæ agnatorũ ius haberẽt. Pari ratione & sororem patris mei adoptiui[a] possum ducere, si nõ fuit eodem patre[b] nata.

XIII. IDEM libro trigesimo quarto ad Sabinum.

SI patrona tã ignobilis[c] sit, vt ei honestæ sint vel saltem liberti sui nuptiæ: officio iudicis, super hoc cognoscentis, hæ prohiberi[d] non debent.

Filius adoptiuus non potest vxorem ducere eam quæ fuit vxor patris sui, etiam si sit emancipatus. Item sufficit alium virum fuisse, quo ad nuptias impediendas. Baldus.

XIIII. PAVLVS libro trigesimoquinto ad Edictum.

ADoptiuus filius si emancipetur: eam, quæ patris adoptiui vxor fuit, [e] ducere nõ potest: quia nouercæ locum habet. Item si quis filium adoptauerit, vxorẽ eiusdem (quæ nurus loco est) ne quidem post emancipationẽ filij ducere poterit: quoniam aliquando nurus ei fuit. ℣ Seruiles quoque cognationes in hoc iure obseruandæ sunt. igitur suam matrem manumissus[f] non ducet vxorem. Tantumdem iuris est & in sorore, & sororis filia. Idem econtrario dicendum est, vt pater filiam non possit ducere, si ex seruitute manumissi sint, & si dubitetur patrem[g] eum esse. Vnde nec vulgo quæsitam filiam pater naturalis potest vxorem ducere: quoniam in contrahẽdis matrimoniis naturale ius & pudor inspiciendus est. Contra pudorẽ est autem, filiam vxorem suam ducere. Idem[h] tamẽ quod in seruilibus cognationibus constitutum est, etiam in seruilibus adfinitatibus seruandum est: veluti, vt eam quæ in contubernio patris fuerit, quasi nouercam non possim [vxorem] ducere: & contra, eam quæ in cõtubernio filij fuerit, patrẽ quasi nurum non ducere. æquè nec matrem eius, quam quis in seruitute vxorem habuit, quasi sorum. Cùm enim cognatio seruilis intelligitur, quare non & adfinitas intelligatur? Sed in re dubia[i] certius & modestius est, huiusmodi nuptiis abstinere.

Videtur velle, quòd appellatione nurus: non contineatur pronurus: & eodem modo de socru, nouerca, & priuigna: nisi quantum ad hanc causam, scilicet ad impediendum matrimonium: vt hoc tex. ibi, sed quo ad hanc causam. sed in contrarium videtur veritas, de quo habuistis in l. 1. in fi. cum l. sequenti. supra, de postulan. Baldus.

℣ Nunc videamus, quomodo nouerca, & priuigna, & socrus, & nurus intelligantur: vt sciamus, quas non liceat ducere. Quidam nouercam per se patris vxorem, & nurum filij vxorem, & priuignam vxoris ex alio marito filiam intelligunt. sed quo* ad hãc causam, veri[a] est, nec aui vxorẽ nec proaui duci posse. Duas ergo[k] vel plures vxores pater habuerit: nullam earum ducere possum. ℣ Itaque[l] socrus appellatione non tantum vxoris meæ mater, sed & auia & proauia[m] intelligitur, vt nullam earum ducere possim. Nurus quoque appellatione non tantùm filij vxor, sed & nepotis, & pronepotis continetur: licet quidam has pronurus appellent. Priuigna quoque non solùm ea mihi intelligitur, quæ vxoris meæ filia est, sed & neptis & proneptis:[n] vt nullam earum ducere possim. Item eius matrem quam sponsam habui, non posse me vxorem ducere Augustus interpretatus est. fuisse enim eam socrum[o] [meam.]

XV. PAPINIANVS libro quarto Responsorum.

VXorem quondam priuigni, coniungi matrimonio vitrici non oportet: nec in manum[p]* conuenire nouercam eius, qui priuignę maritus fuit.

XVI. PAVLVS libro trigesimoquinto ad Edictum.

ORatione diui Marci cauetur, vt si senatoris filia libertino nupsisset, nec nuptię essent. quam[q] & senatusconsultum secutum est. ℣ Nepote vxorẽ ducente & filius consentire debet[r]. Neptis verò si nubat: voluntas & auctoritas aui sufficiet[s]. ℣ Furor cõtrahi matrimoniũ non sinit, quia consensu opus est: sed rectè contractum[t] non impedit.

Ista lex in sui principio ponit summarium. Baldus.

XVII. GAIVS libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

PEr adoptionẽ quæsita fraternitas eousq; impedit nuptias, donec manet adoptio. ideóque eã, quã pater meus adoptauit, & emancipauit, potero vxorẽ ducere. Aequè & si me emancipato illã in potestatẽ retinuerit, poterimus iungi matrimonio. Itaque volenti generũ adoptare, suadetur, vt filiã emancipet.* Similiter suadetur ei, qui nurum velit adoptare, vt emancipet filiũ. ℣ Amitam quoq; & materteram, item magnã quoque amitam, & materterã magnam prohibemur vxorẽ ducere: quãuis magna amita & matertera [magna] quarto gradu[u] sint. Vtique autẽ* materterã magnã, & amitã magnam prohibemur vxorẽ ducere, etsi per adoptionem[x] nobis cõiũctæ sint.

XVIII. IVLIANVS libro sextodecimo Digestorum.

NVptiæ inter easdem personas, nisi volentibus parentibus renouatæ, iustæ non habentur[y].

Filia

---

a *Adoptiui.* qui me adoptauit.

b *Eodẽ patre.* quo fuit pater meus adoptiuus: quia illa demum debet mihi esse cognata, quæ est patri meo naturali vel adoptiuo: vt supra, de adop. l. q; adoptionem. Accursius.

c *Si patrona. Tam ignobilis.* nam si nõ esset ignobilis, libertinus posset accusari: vt C. e. l. iij. Accursius.

d *Prohiberi.* vt & argumen. ff. eo. senatoris filia. restituitamen non potest contra eũ: vt. C. qui, & aduer. quos. l. finali. Accursius.

e *Adoptiuus. Vxor fuit.* vt argumẽtũ supra, eo. l. si qua. §. si vxor. & infra, eodẽ. l. quinetiã. in principio. Sed contra. ff. de grad. cog. l. quarta. §. penult. Solu. vt ibi. Accursius.

f *Manumissus.* ãte manumissionem duplex erat ratio impedimenti, scilicet cognatio, & seruitus. post manumissionem vnum sublatũ erat impedimentũ, sed adhuc sufficit: vt insti. de nup. §. illud certum.

g *Patrem.* s. verum.

h *Idem.* quod in cognatione. Accursius.

i *Sed in re dubia.* i. cũ dubitatur, an sit pater.

k *Duas.* i. non vna est sola nouerca & cętera.

l *Itaque.* à simili.

m *Proauia.* scilicet vxoris meæ. Accursius.

n *Et proneptis.* id est, filia vxoris nepotis ex alio viro.

o *Socrum.* impropriè: vt ff. eo. l. si qua. §. j.

Vxorem.] CASVS. Vxor priuigni, etiam eo mortuo, nõ potest nubere vitrico: & econtra vxor vitrici, etiam mortuo, non potest nubere priuigno, vel marito priuignæ. Clara sunt sequẽtia. Vi.

a Vide Hadrianũ Cardinti. de modis Latine loquẽdi. ca. in manũ conuenire.

p *Nec in manum.* a contra quasi ad primũ.

q *Oratione. Quam.* scilicet oratione. sed hodie hoc corrigitur: vt in authen. vt lib. de cætero. §. si quis. col. vj.

r *Consentire debet.* sed contra supra. e. l. iij. Solu. vt ibi. Item argumẽ. contra instit. de adop. §. sed ex contrario.

s *Sufficiet.* nam mulieris oportet accelerari nuptias, ne quid committat turpe. Accursi⁹.

t *Rectè contractũ.* idẽ

Per adoptionem. Quarto gradu. s. remoto. quod ita probatur: ego cum matre mea sum in primo, mater mea cum matre sua in secũdo, & mater matris cum sua matre in alio, & illa cum sorore aui in alio, ergo ego sum in quarto, cum sorore auiæ meæ, quia vno gradu magis, q; mater mea ab ea disto. Accursius.

* *Flo. quod*

x *Et si per adoptionẽ. ad* hoc est contra supra, eo. l. si qua. §. adoptiuæ. So. vt ibi.

Vptiæ.] CASVS. Contraxit matrimonium filius meus cũ liberta me consentiente. item diuertit post ea me consentiente. dicit, quòd non potest ei reconciliari, nisi me consentiente.

y *Non habentur.* vt ff. e. l. ij. & C. e. l. si vt proponis. Accursius.

Flo. in matrimonium

Flo. emãciparet.

Flo. Vtique autẽ amitam, & amitam mag. & amit.

Patris officiū est, filias dotare.

a Qui liberos. *Et dotare.* est enim paternum officium dotare filias: vt C. de dotis promis. l. fi. §. vtramque.

Malū facere videtur, qui ad bonum non studet.

b *Non quærit.* Not. facere videtur malum, qui non studet ad bonū: vt arg. ff. de reg. iur. l. qui non facit. & ff. de libe. agno. l. necare. & de re mili. non omnes. §. qui captus. & l. omne. §. fi. Acc.

c *Cendum est. Cōstat.* vt. C. eo. in copulandis. Accursius.

d *Non cogitur.* vt. §. tit. j. l. filio. Acc.

* *Flo. Capite trigesimoquinto legis Iuliæ qui liberos &c.*

e *Si patre. Sui arbitrii esset.* cogitur à patre filius, vt consentiat, sicq; erit matrimoniū: vt ff. j. de tutel. l. ij. §. idem Cassi⁹. Accursius. *ADDITIO.* Intellige istā glos. quādo propter reuerentiā patris filius cōsentit, non autem intelligas, q̄ interceſſerit verus metus, quia tunc matrimoniū esset nullum: vt in. l. si mulier. §. q̄d met. cau. & not. extra quod met⁹ causa. c. abbas. & de spōsa. ca. cū locū. secundū Bal. hic.

f *Matrimonium.* nihilominus.

g *Inuitos.* hic volens autem fuit, aliàs nō valeret: vt hic, &. C. e. l. nec filium. Accursius.

h *Maluisse hoc.* quàm odium patris ſcurrere. non autem dicas metū adhibitum: vt §. quod met. cau. l. si mulier. §. si dos. Accursius.

i LEge Papia. Senatores. sed hodie etiam senatores: vt in auth. vt lib. de cætero. §. si q̄s. col. vj. sed vtrū libertus cū fœmina excelsæ dignitatis posſit hodie contrahere, nec est expeditū hodie. Ac.

IN liberæ.] CASVS. Quædam mulier libera honesta fœmina habat mecū in forma vxoris. hæc autem mihi vxor, & ego sibi vir præsumor. Viuianus.

k *In liberæ mulieris.* honestæ, secundū Io. vt. j. de cōcubi. l. in concubinatu. §. j. Accursius.

l *Intelligendæ.* nisi cōtrarium sit protestatus, vel q̄ sit cōcubina, vel quòd nō sit vxor: quod dic, vt. d. l. in cōcubinatu. Et distingue plene, cū aliquis ad aliquā cōsuetudinē habet: aut ad eā quæ est honestæ vitæ, & ingenua: aut ad eā quæ est inhonestę. Primo casu, aut protestatur q̄ loco cōcubinæ habet, aut tacet, aut q̄ nō loco vxoris. Primo casu est concubina: & secūdo vxor, fauore mulieris: vt hic, &. j. de cōcubi. l. in cōcubinatu. §. j. tertio casu nec vxor, nec matrimoniū, & sic stuprū est. Si autē non vult esse vxor eo casu quādo tacuit, vir non cōpellitur, & dicetur stuprū. si vero inhoneste vixit quādoq;, at nunc honeſte viuit, licet nō ingenua: & sic sola destinatione animi efficitur cōcubina: vt. d. l. in cōcubinatu. in prin. & l. seq. nō vxor: vt hic in fine. Si inhoneste viuat, cū nec matrimoniū p̄sumitur, stuprū cōmittit: vt. C. ad. l. Iul. de adulte. si ea quę tibi. duo enim tantū coit⁹ sunt liciti, secūdū leges. ſ. cum cōcubina, & vxore, alij omnes sunt illiciti. secundū decreta vnus tātum. ſ. cum vxore, cū alia vero fornicatio. Accur. *ADDITIO.* Cum glo. dicat. §. ibi, fauore mulieris &c. dic hoc verum de iure ciuili, sed de iure canonico est secus, quia vxor nō p̄sumitur, sed est coit⁹ illicit⁹: vt. xxx. q. v. ca. j. & no. per glo. in. c. illud. extra de p̄sum. & in ca. ex parte. extra de resti. spo. secūdum Bal.

Filia potest cogere patrem officio iudicis, vt eam maritet, & dotem det. Bartolus.

XIX. MARCIANVS libro sextodecimo Institutionum.

QVi liberos *, quos habent in potestate, iniuria prohibuerint ducere vxores, vel nubere: vel qui dotē dare non volunt: ex cōstitutione diuorū Seueri & Antonini per proconsules præsidésque prouinciarū coguntur in matrimonium collocare, & dotare[a]. Prohibere autē videtur, & qui conditionem non quærit[b].

Curator datur rebus, nō personæ. Bal.

XX. PAVLVS libro singulari ad Orationem diui Seueri & Commodi.

SCiendum est, ad officiū curatoris non pertinere, nubat pupilla, an non: quia officiū ei⁹ in administratione negotiorū constat[c]. & ita Seuerus & Antoninus rescripserūt in hæc verba: Ad officium curatoris administratio [rerum] pupillæ p̄tinet. Nubere autē pupilla suo arbitrio potest.

Circa istam. l. vide quod habetur in tex. & glo. in. c. i. extra de despon. impub. quod est menti tenendum. Baldus.

XXI. TERENTIVS CLEMENS libro tertio ad legē Iuliam & Papiam.

NOn cogitur[d] filiusfamiliàs vxorem ducere.

XXII. CELSVS libro quintodecimo Digestorum.

SI patre cogente ducat vxorē, quam non duceret si sui arbitrij[e] esset, contraxit tamen matrimonium[f], quod inter inuitos[g] non contrahitur: maluisse[enim] hoc[h] videtur.

XXIII. IDEM libro trigesimo Digestorum.

LEge Papia cauetur, omnibus ingenuis, præter senatores[i], eorúmque liberos, libertinam vxorem habere licere.

Consuetudo ad liberam mulierem, inducit matrimonium. Baldus.

XXIIII. MODESTINVS libro primo Regularum.

IN liberę mulieris[k] consuetudine, non concubinatus, sed nuptiæ intelligendæ[l] sunt, si nō corpore quæstum fecerit[m].

XXV. IDEM libro secundo Regularum.

FIlius emancipatus[n] etiā sine cōsensu patris vxorem ducere potest, & susceptus[o] filius ei hæres erit.

XXVI. IDEM libro quinto Responsorum respondit.

REas[p] adulterij factas, nec ante[q] damnationē viuente marito vxores duci posse.

Quod ab initio non valet, tractu temporis conualescit. Baldus.

XXVII. VLPIANVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

SI quis in senatorio ordine agens libertinam habuerit vxorem[r]: quāuis interim vxor non sit[s], attamen in ea conditione est, vt si amiserit dignitatem, vxor esse incipiat[t].

XXVIII. MARCIANVS libro decimo Institutionum.

INuitam libertam vxorē ducere patronus non potest:

XXIX. VLPIANVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

QVod & Ateius Capito cōsulatu suo fertur decreuisse. hoc tamen ita obseruādū est, nisi patronus ideo eam manumisit[u], vt vxorem eam ducat.

XXX. GAIVS libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.

SImulatæ[x] nuptiæ, nullius momenti sunt.

XXXI. VLPIANVS libro sexto ad legem Iuliam & Papiam.

SI senatori[y] indulgētia principis fuerit p̄missum, libertinam iustam vxorem habere, potest iusta vxor esse.

Libertus à patrono arrogatus ingenuus est quo ad familiam, abstinere tamen debet à nuptiis senatoriis. h. d. quod no. & tenementi. Baldus.

XXXII. MARCELLVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam.

SCiendum est, libertinū, qui se ingenuo[z] dedit adrogandum, quamuis in eius familia ingenui iura sit[a] consecutus, vt libertinum tamen à senatoriis nuptiis repellendum esse.

Modicum interuallum temporis non inducit diuersitatem actuum. h. d. facit ad. l. Marcus. §. locati. Bartolus.

XXXIII. IDEM libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

m *Fecerit.* nisi cōparatio personarū aliud inducat: vt. ff. de do. l. donationes. Accursius.

n *Filius emancipatus.* maior. xxv. ānis: cōsulitur tamē ei vt cōsensū patris faciat: vt C. e. l. viduæ. Ac.

o *Et susceptus.* vt. j. de contra tabu. l. iij. §. si emancipatus. Acc.

REas.] CASVS. Vxor Titij de adulterio accusata, & p hoc pri⁹ à viro repudiata, pendēte accusatione alij nubere nō potest.

p *Reas.* i. accusatas. sic C. ad leg. Iul. de adulte. l. quāuis. §. i primis. Ac.

q *Nec ante.* nec post, cum crimine lenocinij teneatur qui duxit: vt C. ad leg. Iul. de adulte. l. castitati. Ac.

r *Si quis. Vxorem.* de facto. Azo.

s *Non sit.* de iure. Ac.

t *Incipiat.* quod ergo *Quod ab initio non valet, ex tractu nova* postfacto conualescit: *let, ex post.* vt &. C. si rect. prouin. *facto conual.* l. j. in fi. & arg. j. eo. si q̄s *lescit.* tutor. §. quid ergo.

u *QVod & Ateius. Manumisit.* vt & j. eo. l. matrimonij. Accursius.

Simulatæ.] CASVS. Quidā cum aliā vxorem in prouincia haberet, cōtraxit cū ista, vt sic euaderet actionē stupri: nō valet matrimonium. Viuianus.

x *Simulatæ.* facit. C. plus valere quòd agitur &c. Accursius.

y *Si senatori.* facit. §. de adop. adoptio. Ac.

z *Cendum. Ingenuo.* patrono. alij enim nō potest: vt. §. de in ius voc. l. sed & si. §. patrono. & supra, de adop. l. si pater. in fi. Accursius.

a *Iura.* hæc. ſ. vt neque patronus vel filius eius iure patronatus succedere posſint: item vt patronum, vel eius sobolem sine venia in ius vocare posſit: non tamen est ingenuus, vt senatorias personas

BIU Cujas

nas ducere posit: vt hic, & supra, de stat. homi. l. fi. q̃ est contra.

a *Plerique. Interposito.* vt infra, titu. j. quòd si non diuortium. & infra, de re. iur. l. quod calore. Accursius.

b *Reddiderit.* Arg. instit. man. §. item si adhuc. Accursius.

Generali.] CASVS. Mãdaui Titio vt quęrat filiæ meæ virũ. Gnõ per hoc poterit ipsa sine meo cõsensu cõtrahere cum illo quẽ procurator ei laudauerat. [INTER PRIVIGNOS.] Ex prima vxore habui filiũ, vxor vero ex alio viro filiã. hi duo priuigni rectè iunguntur, & filij ex me & vxore mea nascituri erunt fratres vtriq; priuigno. [FILIAM.] Berta filia senatoris nupsit liberto. nõ valet matrimoniũ. sed si senator postea amisit dignitatem, & sic non est filia senatoris, certe nõ valet. nã quęsita &c. Viuianus.

† *Clo. 1. in c. post trãslationẽ. extra de renũtia. induc. hãc. l. in arg. quòd qui potest eligere, potest postulare. & non contra.*

c *Nõ fieri nuptias.* Nota argumentũ bonũ ad hoc, si capitulum cõcessit alicui vt assignaret Ecclesias: qp repsentãdus sit capitulo, si ab eo fuerit institutus in Ecclesia, & secũdũ ratihabitionẽ capituli, vel recusationem, valeat, vel nõ valeat istitutio. Ac.

d *Denuo.* bene dicit, denuo. prius enim denuo dissolutũ fuit: qđ ex eo apparet, quia cõstante matrimonio hoc crimen intendi nõ potuisset: vt. C. ad leg. Iul. de adul. l. crimen. Sed hodie contra per auth. ibidem posita.

* *Flo. fatiat*

e *Matrimoniũ.* si quoquo modo potest suam scientiam obumbrare: vt Cod. ad leg. Iul. de adul. sine metu. Acc.

f *Habeant.* vt insti. de nupt. §. mariti. Acc.

g *Patris casus.* vt &. ĩ. de sena. l. filiã. & est ratio, quia filiꝰ nõ portat iniquitatẽ patris: vt ca. Iudæi. j. quæst. iiij. &. j. de pœ. l. crimen. sed suꝰ casus confirmat matrimoniũ: vt. ĩ. eo. si quis in senatorio. & facit. j. de decu. l. ij. §. fi. Ac.

h *Filiusfamiliàs. Non contrahit.* vt nec quilibet alius: vt supra, eo. l. ij. Accursius.

Tutor.] CASVS. Finita tutela non potest tutor adultã vxorem ducere, nisi pater sponsalia prius fecisset.

i *Conditione.* hac scilicet, vt nubat tutori. Idẽ est si impetret à principe: vel si nubat post. xxv. annos redditis rationibus: vt. C. de inter. ma. l. si patris. &. l. si tutor. Accursius.

Si quis.] CASVS. Potestas per annũ non potest ducere in vxorẽ aliquã de iurisdictione sua, sed spõsalia per verba de futuro

PLerique opinantur, cũ eadem mulier ad eundem virum reuertatur, id matrimonium idem esse. quibus adsentior si non multo tempore interposito [a], recõciliati fuerint, nec inter moras aut illa alij nupserit, aut hic aliã duxerit, maximè si nec dotẽ vir reddiderit [b].

Generale mandatum de nuptiis contrahendis non sufficit, nisi mandantis ratihabitio subsequatur. Baldus.

XXXIIII. PAPINIANVS libro quarto Responsorum.

GEnerali † mandato quærẽdi mariti, filiæfamiliàs non fieri nuptias [c], rationis est. itaq; personam eius patri demõstrari, qui matrimonio consenserit, vt nuptiæ contrahantur, necesse est. ℣ Ream adulterij, quã vir iure mariti postulauit, non prohibetur post abolitionem vxorem denuo [d] ducere. Sed & si non iure mariti ream postulauit: iure contractum matrimonium [e] videbitur. ℣ Inter priuignos contrahi nuptiæ possunt, & si fratrem communem ex nouo parentum matrimonio susceptum habeant [f]. ℣ Filiam senatoris, nuptias libertini secutam, patris [g] casus non facit* vxorem. nam quæsita dignitas liberis, propter crimen patris auferenda non est.

XXXV. IDEM libro sexto Responsorum.

FIliusfamiliàs miles matrimonium sine patris voluntate non contrahit [h].

XXXVI. PAVLVS libro quinto Quæstionum.

TVtor, vel curator, adultam vxorem ducere nõ potest, nisi à patre sponsa destinata, testamentóve nominata cõditione [i], nuptias secuta fuerit.

XXXVII. IDEM libro septimo Responsorum.

LIbertum curatoris puellæ prohiberi oportet vxorem eandem ducere.

In prouincia quam quis administrat, sponsalia contrahere potest, vxorem autem ducere non potest, nisi veterem sponsam. potest tamen suas filias nuptui tradere. Bal.

XXXVIII. IDEM libro secundo Sententiarum.

SI quis officiũ in aliqua prouincia administrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem, vxorem ducere nõ potest [k], quamuis sponsare nõ ꝓhibeatur [l]: ita scilicet, vt si post officium depositũ noluerit mulier [m] nuptias cõtrahere, liceat ei hoc facere, arris tantummodo redditis [n] quas acceperat.

℣ Veterem sponsam in prouincia, quam quis administrat, vxorẽ ducere potest, & dos data non fit caduca. ℣ Qui in prouincia aliquid administrat, in ea prouincia filias [o] suas in matrimonium collocare, & dotem constituere non prohibetur.

XXXIX. IDEM libro sexto ad Plautium.

SOroris proneptem non possum ducere vxorem, quoniam parentis [p] loco ei sum. Si quis ex his, quas [legibus aut] moribus prohibemur vxores ducere, duxerit, incestum dicitur committere.

XL. POMPONIVS libro quarto ex Plautio.

ARisto respondit, priuignæ filiam non magis vxorem duci posse, quàm ipsam priuignam.

Licet concubinatus de iure ciuili sit licitus: tamen illa quæ stat pro concubina, non dicitur honesta materfamilias. Bal.

XLI. MARCELLVS libro vicesimosexto. Digestorum.

STuprum * intelligitur etiã in his mulieribus esse, quæ turpiter viuerent, vulgóquæ quæstum facerent, etiam si non palam [q]. Et si qua se in cõcubinatum alterius, quàm patroni tradidisset, matrisfamilias honestatem nõ habuisse [eam] dico.

Circa nuptias contrahendas non solum rigor, sed etiam æquitas inspicitur. Bald.

XLII. MODESTINVS libro singulari de Ritu Nuptiarum.

SEmper in coniunctionibus, non solum quid liceat [r], cõsiderandum est: sed & quid honestum sit [s]. ℣ Si senatoris filia, neptis, proneptis, libertino, vel [ei,] qui artẽ ludicrã exercuerit, cuiúsve pater matérve id fecerit, nupserit: nuptiæ non erunt.

m *Mulier.* quę priꝰ fuerat spõsa quàm administrasset, & durãte volũtate postea duxit quãdo administraret. quod non placet: vt. j. in fi. I. Sed dic qp sic durante matrimonio. Vel referas ad ꝓximũ dictum, vt si despõsasset in ipsa administratione, potest si vult postea ratum habere. & si nõ vult, non cõpellit mulier: vt hic, &. C. e. l. & si contra.

n *Redditis.* s. spõte sua. nec enĩ cogitur: vt. C. si rec. prouin. l. j. quę est contra. Vel distingue, vtrum minacẽ feruore adhibuit, an nõ: vt. C. si quacũque præ. l. j. vel melius hic cũ ipsa postea contraxit cum alio. alio quin contra. Ac.

o *Filias.* Cur ergo in filio non idẽ, vt ei vxorem ducenti cõsentiat: vt. j. eo. l. qui in prouincia. & argu. C. de inter ma. si tutor. Itẽ facit. j. e. l. libertum. §. fi.

p *Ororis. Parentis.* vt isti. e. §. fratris. Ac.

Stuprum.] CASVS. Mulier committit stuprũ si turpiter viuit, & quæstum facit palã, vel non palã. Item ea quæ alterius cõcubina quàm patroni fuerit, iã nõ est honesta, non tamẽ dicit eã stuprum cõmittere. Viuianus.

q *Etiã si non palã.* intellige in coniugata, aliàs videtur contra. C. de adul. l. quæ adulteriũ. & facit. j. ad. l. Iul. de adulte. l. si vxor. Ac. * *Flo. ꝑbrũ*

Emp.] Pone exẽplũ vt. ĩ. eo. l. si qua. §. j.

r *Quid liceat.* s. de iure stricto. Accursius.

s *Honestum sit.* s. de æquitate: vt. j. de reg. iur. l. semper. & pone exẽplum. ĩ. e. l. si qua mihi §. si vxor. Accursius.

Palam.] CASVS. Senator non potest contrahere cum ea quæ palam facit quæstum. nunc ergo exponit quæ dicãtur palã fecisse. [SENATVS.] Senator nõ potest ducere vxorem dãnatam in publico iudicio illo quo cuilibet de populo accusare licet. Secundo dicit, quòd ea quæ est damnata de calumnia causa publici iudicij, vel de prævaricatione de publico iudicio, non videtur damnari. Tertio, quòd ea quæ est deprehensa in adulterio, habetur ꝑ damnata de publico iudicio. Cætera plana sunt. Viuianus.

Palam.

BIU Cujas

a *Palam.* lex ista cum superiori tertia continuatur. Accursius.
b *Lupanario se prostituit.* locus meretricibus destinatus ad hoc solum, vt sui formam venalem exhibeant. Accursius.
c *Solet.* id est, solitum est.
Taberna quid sit.
d *Taberna.* Taberna est locus vbi comestibilia venduntur, & comedentes recipiuntur, non ad cubandum, vel ad equos stabulandos, sed ad comedendú tantú. at caupona vbi etiá aduenæ & ad comedéndum, & ad cubandum, nó ad stabulandum. Ité stabulum dicitur locus ille qui tantum equos recipit. Sed quid si quis hæc omnia facit, cur magis caupo quàm stabularius, vel tabernarius vocabitur?
e *Vel qua alia.* scilicet taberna, vel domo. Ac.
**Flo. quòd*
f *Palam.* aliter accipitur. ff. de testa. l. hæredes. in prin. Accursius.
g *Committit.* cum delectu. Accursius.
h *Vicem.* id est, morẽ. sic. C. ad leg. Iul. de adulte. l. si ea quæ.
i *Et altero.* scilicet, tantum.
k *Intermissa est.* huiusmodi enim intermissiones non prosunt, nec nocent: vt arg. infra, de adqui. pos. l. iij. §. Nerua. & infra, de solu. l. qui res. §. aream Azo.
k *Intermissa.* nisi statim mutauerit: vt. ff. de insa. l. pe. Accursius.
l *Egit.* quę etiá nó potest ferre testimonium: vt. ff. de testi. l. iij. §. vlt.
Paupertas malum non excusat.
Et no. nó parci malo ratione paupertatis. Sed ar. contra. C. de pat. qui fil. dist. l. ij. & ff. de excu. tu. l. paupertas.
m *Non minus.* immo magis, cum duo videatur facere delicta, in se, & in alio: vt diximus. ff. de insa. l. imperator.
n *Prostituunt.* accipiẽdo pecuniam à stupratoribus: vel paciscendo, vt aliquam sibi supponant. Idem & si sine pecunia hoc faciant ex consuetudine: vt supra, de his qui no. infa. l. athletas. §. ait prætor. & supra. e. l. Octauenus. Sed an idem si semel tantum, non ex cósuetudine, vel lucri causa, aliquis vel aliqua aliam supponat? Accur.
o *Potestas.* vt posset esse infamis.
p *Nó videtur.* Sed hoc qualiter esse potest, cũ calúniator publico iudicio accusatur, scilicet. l. Iul. repe. & l. Cor. de fal. vt. ff. de calum. l. ij. §. hoc autem. & ff. ad. l. Cor. de fal. l. j. quæ sunt publica crimina: vt. ff. de publi. iud. l. j. Ité prævaricationis crimen, nonne quandoque publicum est, quãdoque priuatum: vt infra, de prævari. l. prevaricationis? Sed ad hoc quãtum ad prohibitionem nuptiarum nó videtur publico crimine damnatus.
q *Quæ in adulterio deprehensa est.* secus est in masculo, secundum Io. & aliàs etiam si deprehendatur, quia maior castitas, etiam secúdum mores hominum, exigitur in fœminis. *Maior castitas in fœminis, quam in masculis*
r *Publico iudicio.* an exigatur. idẽ in quolibet publico iudicio? Respondet, secundum Ioan. non.
s *Proponatur.* non tamen, quia deprehensa est, erit notata, sed quia **Vide sup.* publico iudicio eadem tenta damnata est.
t *Si deprehensa.* Quid si non fuerit deprehensa: cómisit tamen adulterium? Respó. infamis est, etsi probari nó possit, quia factum lex &c. sed Io. contra. exigit enim deprehensionem. **Flo. vli deprehẽsa*
u *Factum.* i. mulierẽ propter factum. i. commissum adulterium, nó sententia iudicis: quia per eam fuit absoluta.
x *Vti.* i. sicut. Azo. & facit ad. §. infra, ad leg. Iul. de adul. l. nec in ea. & l. marito. Accursius.
Lege Iulia.] CASVS. Duo dicit: Primo, quòd senator, vel ex eo descendentes, nó accipiant vilem fœminá in vxorem. Secundo, econtra, quòd filia senatoris, vel ex ea descendentes, non nubant vili homini. & dicit, quæ sit vilis fœmina, & vilis homo. hoc capite diuidit responsa, & plana est. Vivian. **Flo. nepóspve ex filio,* *pronepóspve ex filio nato cuius est, erit ne quis eorum spon sam &c.*
y *Cuius eorum.* id est, quisque filius alicuius eorum est, vel erit.
z *Néve.* ſ. cauetur.
a *Eíve.* ducere, scilicet prohibetur.
b *Pater.* scilicet eius quæ nupsit filio senatoris: qui pater artem ludicram exercuit. Acc.
c *Conceperit.* arg. contra infra, de verb. obli. l. iusta. pater ergo naturalis, vel iniustus non obest filię, quomin⁹ nubat filio senatoris: mater vero naturalis, & iniusta nocet: quia semper est certa, etsi vulgo conceperit: pater vero is est, quem nuptiæ demonstrant: vt. ff. de in ius vocan. l. quia.

Palam dicitur quæstum facere illa quæ sine distinctione personarũ se prostituit. & non solum infamia notatur illa quæ præsentialiter modo facit, sed etiam illa quæ iam fecit, licet modo facere desierit: etiam prætextu paupertatis non excusatur. Bartolus.

XLIII. VLPIANVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam.

PAlam[a] quæstum facere, dicemus nó tantum eam, quæ in lupanario[b] se prostituit, verum etiam si qua, vt adsolet[c], in taberna[d] cauponia, vel qua alia[e] pudori suo non parcit. *Palam*[f] autem sic accipimus, passim, hoc est, sine delectu, non si qua adulteris vel stupratoribus se committit[g], sed quę vicem[h] prostitutæ sustinet. Item quę* cum vno & altero[i] [se] pecunia accepta cõmiscuit, nó videtur palam corpore quæstũ facere. Octauenus tamẽ rectissimè ait, etiam eã quæ sine quæstu palã se prostituerit, debuisse his cõnumerari. ℣ Non solùm autẽ ea quæ facit, verùm ea quoq; quæ fecit, & si facere desiit, lege notatur. Neque enim aboletur turpitudo, quæ postea intermissa[k] est. ℣ Non est ignoscendum ei, quæ obtẽtu paupertatis turpissimam vitã egit[l]. ℣ Lenocinium facere nó minus[m] est, q̃ corpore quęstũ exercere. Lenas autẽ eas dicimus, quæ mulieres quæstuarias prostituũt[n]. Lenã accipiemus & eam, quę alterius nomine hoc vitæ genus exercet. Si qua cauponã exercẽs, in ea corpora quæstuaria habeat (vt multę adsolẽt sub prætextu instrumenti cauponij prostitutas mulieres habere) dicendum [est] hanc quoque lenæ appellatione contineri.

Senator nõ potest ducere in vxorem dãnatam publico iudicio. Bald.

℣ Senatus cẽsuit, non cõueniẽs esse vlli senatori, vxorẽ ducere, aut retinere dãnatã publico iudicio quo iudicio cuilibet ex populo experiri licet, nisi sicui lege aliqua accusãdi publico iudicio nõ est potestas[o]. Si qua calumniæ iudicio dãnata sit ex causa publici iudicij, & q̃ pręuaricatiõis dãnata est: publico iudicio damnata esse nõ videt[p].

Deprehensa in adulterio, efficitur infamis, sive post deprehensionẽ sequatur sententia, sive non: etiam si sequatur sententia absolutoria, quia lex ipsum factũ notat. Bal.

℣ Quę in adulterio[q] deprehensa est, quasi publico iudicio[r] damnata est. Proinde si adulterij cõdẽnata esse proponatur[s]: nõ tantùm, quia deprehẽsa est, erit notata, sed quia & publico iudicio dãnata est. Quòd si non sit deprehẽsa, dãnata autẽ: idcir co notat, quia publico iudicio dãnata est. At si deprehensa[t] quidẽ sit, dãnata autẽ nõ sit, notata erit. Ego puto & si absoluta sit post deprehẽsionem, adhuc tamẽ notam illi obesse debere, quia verũ est eam in adulterio deprehẽsam: quia factum[u] lex, nõ sentẽtiam* notauerit. ℣ Non adiicitur hic (vt[x] in lege Iulia de adulteriis) à quo, vel vbi, deprehẽsa sit.* Proinde, siue mari tus, siue quis alius deprehẽdisse [eam] proponatur: videtur notata. Sed & si nõ in domo mariti, vel patris sui deprehẽsa sit, erit notata, secundũ verba legis.

Lex Iulia prohibet senatorem, & descendentes ex eo per lineam masculinã, nuptias vel sponsalia contrahere cum liberta, vel cum ea, cuius pater, vel mater artem ludicram exercuit: & econtra libertus, vel artem ludicram exercens: seu cuius pater, vel mater, artem ludicram exercuit, prohibetur cum filia senatoris, vel descendentium ex eo per lineam masculinam, matrimonium cõtrahere. Bald.

XLIIII. PAVLVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam.

LEge Iulia ita cauetur: *Qui senator est, quíve filius, nepos* pronepósve ex filio, vel ex filia natus, cuius eorum*[y] *est, erít* [ve:] *ne quis eorum sponsam vxorémve sciens dolo malo habeto libertinã, aut eam, quæ ipsa, cuiúsve pater matérve artem ludicram facit, fecerit: néve*[z] *senatoris filia, neptísve ex filio, pneptísve ex nepote filio nato nata: libertino, éive*[a], *qui ipse, cuiúsve pater*[b] *matérve artẽ ludicram facit fecerit: spõsa nuptáve sciẽs dolo malo esto: néve quis eorum dolo malo sciens sponsam vxorémve eam habeto.*

Cum tractatur de odio: appellatione patris, vel matris, non comprehenditur auus, vel auia. Bald.

℣ Hoc capite prohibetur senator libertinã ducere, eámve, cuius pater matérve artem ludicram fecerit: item libertinus senatoris filiam ducere. ℣ Nõ obest auum & auiam artem ludicram feciſſe. Nec distinguitur, pater in potestate habeat filiã, nécne: tamen iustũ patrem intelligendum Octauenus ait: matrem, etiã si vulgo cõceperit[c].

BIU Cujas

Item nihil refert, naturalis[a] sit pater, an adoptiuus[b]. [Sed]an & is[c] noceat, qui antequã adoptaret, artem ludicram fecerit, atque si naturalis pater, antequam filia nasceretur, fecerit: & si huius notæ homo adoptauerit, deinde emancipauerit: an non possit duci[d], ac si talis pater naturalis decessisset? Sed de hoc casu[e] cõtrariam[f] legis sententiam esse Pomponius rectè putat: vt eis[g] non connumeretur. ¶ Si postea[h] ingenuæ vxoris pater matérve artem ludicram facere cœperit, iniquissimum est, dimittere eam debere: cum nuptiæ honestè contractæ sint, & fortasse iam liberi procreati sint. Planè si ipsa artem ludicram facere cœperit, vtique dimittenda erit. ¶ Eas quas ingenui cæteri prohibentur ducere vxores, senatores nõ ducent[i].

Liberta nupta patrono, non potest diuertere eo inuito. Bald.

XLV. VLPIANVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

IN eo iure, quod dicit[k], *inuito patrono libertam, quæ ei nupta est, alij nubere non posse*: patronũ accipimus (vt rescripto imperatoris nostri, & diui [Seueri] patris eius continetur) & eum qui hac lege emit, vt manumittat[l]: quia manumissa, liberta emptoris habetur. Qui autem iurauit se patronum, hoc idem non habebit[m]. Ne is quidẽ debet habere, qui non suis nummis comparauit. ¶ Planè si filius familiàs miles esse proponatur: non dubitamus, si castrensis peculij ancillam manumiserit, competere ei hoc ius. est enim patronus secundũ constitutiones, nec patri eius hoc ius competit. ¶ Hoc caput ad nuptam tantum libertam pertinet, ad sponsatam nõ ptinet. Et ideo inuito patrono nuntium sponsa liberta si miserit, cum alio cõnubium habet. ¶ Deinde ait lex: *Inuito patrono*. Inuitum accipere debemus eũ, qui non consentit[n] ad diuortium. Idcirco nec à furioso diuertendo, soluit se huius legis necessitate: nec si ab ignorante diuerterit. Rectius enim hic inuitus[o] dicitur, quàm qui dissentit[p]. ¶ Si ab hostibus patronus captus esse proponatur, vereor ne possit ista connubiũ habere nubendo, quemadmodum haberet, si mortuus esset. Et qui Iuliani sententiam probant, dicerent non habituram connubium. Putat enim Iulianus durare eius libertę matrimonium, etiam in captiuitate, propter patroni reuerentiam. Certè si in aliam seruitutem[q] patronus sit deductus: proculdubio dissolutum est* matrimonium.

Illud quod dicitur de liberta nupta patrono, quòd eo inuito non possit alii nubere: habet locum in liberta communi. Bald.

XLVI. GAIVS libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.

ILlud dubitationis est, an & qui cõmunem libertã[r] vxorem duxerit, ad hoc ius admittatur. Iauolenus negauit: quia non propriè videtur eius liberta, quæ etiam alterius sit. Aliis contrà visum est: quia libertam eius esse negari non potest, licet alterius quoque sit liberta. Quam sententiam plerique rectè[s] probauerunt.

Non seruatur honor illi, qui se in sceleratam vitam deducit. Bald.

XLVII. PAVLVS libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.

SEnatoris filia quæ corpore quæstum, vel artem ludicrã fecerit, aut iudicio publico dãnata fuerit, impune libertino nubit: nec enĩ honos ei seruat, q̃ se in tãtũ scelus* deduxerit[t].

XLVIII. TERENTIVS CLEMENS libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.

FIlio patroni in libertam paternã, eandémq; vxorẽ[u] idẽ iuris, quod ipsi patrono daret, ex sententia legis accõmodatur. Idémq; dicẽdũ erit, & si alterius patroni filius viuo altero libertam eorum[x] vxorem duxerit.

In actu quem quis facit contra legem, non habet beneficium legis. Bal.

¶ Si ignominiosam libertã suã patronus vxorem duxerit: placet, quia cõtra legem[y] maritus sit, non habere eum hoc legis beneficium.

In eo quod assignatur vni ex libertis: nihil iuris habẽt alii liberti. h.d.

¶ Si vni ex filiis adsignatam, alter vxorẽ duxerit: non idem ius, quod [in] patrono tribuendum [est.] Nihil enim iuris habebit, quia senatus omne ius libertorũ adsignatorum ad eũ transtulit[z], cui id pater tribuit.

Licet minoribus, quod non licet maioribus: non econtra. h.d.

XLIX. MARCELLVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam.

OBseruandum[a] † est, vt inferioris gradus homines ducant vxores eas, quas hi, qui altioris dignitatis sunt, ducere legibus propter dignitatẽ prohibentur[b]. at contra, antecedentis gradus homines nõ possunt eas ducere, quas his, qui inferioris dignitatis sunt, ducere non licet[c].

In necessitatibus nemo liberalis existit. Bartolus.

L. IDEM libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

PRoximè cõstitutum dicitur, vt cum quis libertã suam duxerit vxorẽ, quam ex fideicõmissi causa manu-

---

a *Naturalis.* scilicet & legitimus.

b *Adoptiuus.* Imo refert, vt ex sequentibus colligitur, quia si pater artem ludicrã exercuit post adoptionẽ, deinde emancipauit: nõ nocet emancipato. secus tamen in naturali. quare dicas nil referre, dũmodo post adoptionẽ ante emancipationẽ pater adoptiuus artem ludicram exercuit.

c *An & is.* qui ducit senatoris filiam. Accur.

d *Duci.* ab adoptato senatoris, scilicet filia. vel dic, talis filia adoptiua. Accursius.

e *De hoc casu.* isto scilicet quãdo ille, qui artem ludicram exercuit, me adoptauerit: deinde me emãcipauit. per hoc ergo collige, quod in superioribus nocet.

f *Contrariam.* contraria est quantum ad id, quod de his quorũ pater artẽ ludicram exercuit, cauetur.

g *Vt eis.* quorum pater artem ludicram fecerit, vt ob hoc impediatur à nuptiis.

h *Si postea.* quàm nupsit. Azo.

i *Non ducent.* vt. j. c. obseruandum. in fi.

IN eo.] CASVS. Quędam lex Iul. de maritandis ordinibus dixit, quòd liberta nupta patrono non potest eum dimittere, vt alium accipiat, eo scilicet inuito. quis ergo erit patronus, cui hæc priuilegia dantur, vt alij non nubat eo inuito? Exponit hic per multa responsa. Aliæ ergo mulieres possunt dimittere suos viros quando volunt. Viuianus.

k *In eo iure quod dicit.* vt infra, de diuor. l. fi. in princ. &. j. eod. l. matrimonij. Accursius.

l *Vt manumittat.* vt & infra, de suis & legi. l. j. circa princip.

m *Nõ habebit.* vt &. ĩ. de in ius vo. l. adoptiuum. §. pe. nec etiam ei succedet: vt. j. de iure pa. si iurauero. Accur.

n *Cõsentit.* expressim.

o *Inuitus.* i. ignorans.

p *Dissensit.* quare autem ignorãs rectius dicitur inuitus, collige. ĩ. de arbi. l. si in tres. &. l. sicuti. & de re iu. duo. licet Pe. dixerit hoc nõ posse intelligi.

q *Seruitutẽ.* vt quia dãnatus est in metallum.

r *ILlud. Communem libertam.* i. suam, & alterius. & facit. j. de assigna. lib. l. si ex duobus.

s *Rectè.* No. quod cõmune est, meũ est: vt. j. de le. ij. l. v. §. fi. Sed argu. contra. j. de auro, & arg. le. l. Quintus. *Meum est, quod commune est.*

t *SEnatoris. Deduxerit.* quia vilitas vitæ dignas legum obseruatione non credidit: vt. C. ad. l. Iul. de adul. qui adulterium. & facit. ĩ. eo. l. si patrono. & infra, eo. l. proxi. in fi. *Flo. esset*

FIlio.] CASVS. Siue ipse patronus, siue filius alterius patroni, cũ duo sint, habeat libertam vxorem, non nubet alij eo viro inuito. [SI VNI.] Patronus quidam assignat libertam in testamento vni ex filiis. post hoc liberta nupsit alij, cui assignata non est. non habet ille hoc priuilegiũ, quòd alij etiã nubere nõ possit eo inuito. Vi.

u *Vxorem.* scilicet filij.

x *Eorum.* id est, suam & alterius. & facit. j. de assignat. li. l. si ex duobus. Accursius.

y *Quia contra legem.* bona ratio, vt & supra l. proxi. & de mino. l. auxilium. in fi. *Flo. &*

z *Transtulit.* vt infra, de assigna. lib. l. j. in principio. *Vulg. fœd.*

OBseruandũ.] CASVS. Duo dicit. In secũdo dat exẽplum de. l. nuptiæ. Viuianus.

a *Obseruandum.* vt magnæ pro magnis remaneant. Accursius.

b *Prohibentur.* scilicet prohibitione iuris, alia quàm ratione dignitatis. Accursius.

c *Non licet.* vt. ĩ. e. l. lege. §. fi. Accursius.

† *Huc pertinet illud Ouidii in Deianira ad Herculem: Tã male inæquales veniunt ad aratra iuuenci, Quàm premitur magno cõiuge nupta minor.*

i *Dotẽ promisisset.* No. hic cũ quis in alterius locum succedit, & aliquid ex eiꝰ persona debet, perinde habẽdum est ac si ex persona sua debeat: arg. contra. ff. de vsur. l. cum quidam. §. fiscus. in fi. §. Azo.

k *Ei.* scilicet mulieri. Accursius.

l *Damnetur.* scilicet, vir. Accursius.

m *Liberari.* idem & si mulier decessisset, & debitorem hæredẽ instituisset: qui dotem ex persona mulieris petere potest: vt infra, so. ma. l. nupta. §. quotiens. & hoc intellige, quando post diuortium agit de dote. Accursius.

n R *Es in dotẽ. Quia.* bona ratio: vt. ff. e. l. plerumque.

o *Et qualitatis.* vt & supra, si cer. pet. l. cum quid. Accursius.

p L *icet soleat.* vt &. ff. eod. l. promittendo. §. j. Accursius.

q *Nullã.* quia sub cõditione tacita fit acceptilatio: vt. ff. eo. plerũque. §. si ante. sub expres

Flo. acceptiquoque latione

Flo. Nec enim videri marit. no. secutum eo tẽpore, quo exigi nõ potuit.

Fl. secutus

non est, quia est matrimonium: & dos, & dotis actio est.

Dos data in primo matrimonio, intelligitur in secundo repetita. Bartolus.

XL. IDEM libro trigesimo quarto ad Edictum.

DIuus Seuerus rescripsit Põtio Lucriano in hæc verba: Si mulier, quæ dotem dederat, post diuortiũ rursus in matrimonium rediit, non reuocatis instrumẽtis: a non dubitabit is, apud quem res agetur, secũdum voluntatem mulieris, quæ vtiq; non indotata redire in matrimonium voluit, partibus suis fungi, quasi renouata dote.

XLI. PAVLVS libro trigesimo quinto ad Edictum.

PRomittendo dotem omnes obligantur: cuiuscũque sexus b, conditioníque c sint. Sed si nuptiæ secutæ non fuerint: ex stipulatu agi non potest. d Magis enim res, quàm verba intuenda sunt. e Acceptilatione quoque * dos constituitur, f cum debitori marito acceptum feratur, dotis constituendę causa. Si à debitore g mulieris sub conditione dos promittatur: & postea, sed antequã maritus petere posset, debitor soluẽdo esse desierit: magis periculum ad mulierẽ pertinere placet. Nec enim proderit maritum nomen cõsecutum eo tẽpore, quo exigere non potuerit. h* Quòd si iam tunc debitor, cum sub conditione promitteret, soluendo non fuerit: periculum viri esse, quòd sciens tale nomen consecutus* videretur, quale initio obligationis fuerit. Si debitor mulieris dotem promiserit, & mulierem hæredem reliquerit: Labeo perinde habendum ait, ac si mulier ipsa dotem promisisset. i Cuius sententiam Iulianus quoque probat. Nec enim æquum esse ait, vt ei l damnetur k eius pecuniæ nomine, quã ipsa debeat: & satis esse acceptilatione eam liberari. m

No. quòd si dos fuit data in moneta antiqua: quòd in illa debet fieri restitutio. quod intellige, si postea esset variata moneta in materia, vel in forma. sed si esset eadẽ moneta, tamen valor creuisset, vel decreuisset: hoc non inspicitur nisi à tempore moræ: vt. l. mum. ff. si cer. pet. pro quo vide quod dixi in. l. Paulus. infra, de sol. Barto. & potest sic summari: In his quæ in genere suo recipiunt functionem, videtur actum vt non idem, sed tantundem reddatur. Bartolus.

XLII. GAIVS libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

REs in dotẽ datæ, quæ pondere, numero, mẽsurá [ve] constant, mariti periculo sunt: quia n in hoc dãtur, vt eas maritus ad arbitriũ suũ distrahat: & quãdoq; soluto matrimonio, eiusdẽ generis & qualitatis o alias restituat, vel ipse, vel hęres eius.

XLIII. VLPIANVS libro tertio Disputationum.

LIcet soleat p dos per acceptilationem constitui: si tamen ante matrimoniũ acceptilatio fuerit interposita, nec nuptiæ secutæ [sint:] Scæuola ait, matrimonij causa acceptilationem interpositam non secutis nuptiis nullam q esse: atq; ideo suo loco manere obligationẽ r. quæ sententia vera est. Quotiens autem extraneus accepto fert debitori s dotis constituendæ causa: si quidem nuptiæ insecutę non fuerint, liberatio nõ sequetur: t nisi fortè sic accepto tulit, vt velit mulieri in totum donatum. tunc enim credẽdum est, breui u manu acceptũ à muliere, & marito datum. x Cæterum y mulieri per liberam personam condictio adquiri non potest. Planè secutis nuptiis, mulier soluto matrimonio dotis exactionẽ habebit: nisi fortè sic accepto tulit extraneus, vt ipse quoquo modo solutũ fuerit matrimonium, condictionem z habeat. tunc enim nõ habebit mulier actionem. Secundum quæ a, constituta dote per acceptilationem, & secutis nuptiis, is effectus erit dotis exactionis*, vt si quidem pura sit obligatio, quę accepto lata est: non ipsa b iam restituenda c sit, sed soluenda dos secundũ sua d tempora. Si verò obligatio in diem fuit, nec ante solutum matrimonium dies obligationis præteriit: restituenda c** erit in diem pristinum obligatio. Et si debitum cum satisdatione fuerit: satisdatio renouanda est. Similíque modo etsi conditionalis fuerit obligatio, quæ in dotem conuersa est, & pendente obligatione diuortiorum fuerit secutum: verius [est,] obligationem sub eadem conditione restitui debere. f Sed si conditio extiterit, constante matrimonio: ex die diuortij tempora exactionis numerantur.

XLIIII. IVLIANVS libro sexto decimo Digestorum.

SI pater filiæ nomine dotem spromisisset, & eã ante nuptias

sa enim fieri nõ potest: vt. j. de regu. iur. l. actꝰ.

r *Obligationem.* immo videtur cõdici ipsa pecunia: vt. ff. de condic. ob cau. l. si mulier. quæ est contra. Sol. ibi fuerat pura obligatio, hic conditionalis. vel ibi pure: hic sub tacita cõditione.

s *Debitori.* marito futuro.

t *Non sequetur.* vt supra, eo. si ego. j. respon.

u *Breui.* Nota breui manu acceptũ à muliere viro datum: vt & infra, de dona. inter virũ & vxo. l. iij. §. fin. & aliter dicitur longa: vt. j. de solu. l. si pecuniam.

x *Datum.* & ita tres actus intelligũtur interuenire: quia debitor, scilicet vir, fingitur soluere creditori: creditor donare vxori: vxor marito futuro. Accursius.

y *Cæterum.* id est alioquin, nisi mulier fingeretur donasse: sed alius nomine eius: sibi nõ q̃reretur actio per liberam personã: vt. C. per quas pso. no. adqui. l. j.

z *Condictionẽ.* ob causam, quę ei dabatur hoc casu, matrimonio non secuto.

a *Secundum quæ.* scilicet proxi. dicta. Accur.

b *Non ipsa.* s. obligatio. Accursius.

c *Restituenda.* ei qui accepto tulit. Accur.

d *Sua tẽpora.* scilicet annua, bima, trima die. Accursius.

e *Restituenda.* hoc expone: vt. j. verbum, restituti. & siue mulieri, siue danti, ex post facto sit restituenda.

f *Restitui debere.* quod generale est in omnibus obligationibꝰ quæ amissæ restituuntur, vt tales quales fuerunt restituantur: vt supra, de mino. l. fin. & infra, quę in frau. cre. l. ait prætor. §. si cũ mulier. &. §. si conditionalis. & arg. C. mã. l. si pro ea. & infra, de cri. expil. hære. l. penult. & infra, de appel. reci. l. fin. Sed quomodo restituetur, cum amissa nõ sit antequam existat conditio? dixerit aliquis, immo fuit amissa: quia post diuortium antequam mulier experiretur, extitit conditio. Sed secundum hoc damnificaretur creditor qui acceptotulit: cum conditio quæ extitit post, forsan nunquam

Flo. exacti

Flo. restitu randa

BIU Cujas

nunquã existet alia vice. sic ergo exaudiatur obligationem restituA tui, vt pendente adhuc conditione iterum sub eadem debeat repromittere: vt licet prima tollatur per acceptilationem, cum existet conditio: secunda tamen efficaciter poterit intendi. Accur.

SI pater.] CASVS in prin. est planus. [QVAE DEBITOREM.] Berta habet Titium debitorem in. c. ex causa mutui: & patrem eius de peculio: & deducto quod patri debetur, in peculio erant. l. hęc Berta nupsit patri Seij: & dixit: sit tibi doti quod filius tu[a], aut quod tu mihi debes. quærit an. l. vel. c. sint dos? Et dicit ꝙ. l. & hæc. l. non petet amodo mulier à filio, vel à patre, durãte matrimonio. Secundo quæritur, quod tempus respiciẽdum est quantum sit in peculio? Respon. aut fuit cõstituta prædicto modo constante matrimonio, & sic inspicitur tempus cõtracti matrimonij. Tertio, econtra nubere voluit filio, & dixit: doti tibi sit quod mihi debet pater tuus de peculio. & dicit, inspiciendum tẽpus matrimonij. Quarto, nubebat alij: & fecit ꝙ filius debitor ꝓmisit extraneo viro futuro mulieris tantam quantitatẽ, quãta debebatur de peculio prædictæ mulieri. quæritur, quòd tẽpus inspicitur? Et dicit, quòd tempus quo promittitur. hoc dicit cũ. l. seq. Viuianus.

*Flo. erũt:
*Flo. efficit
*Flo. dote

a *Manebunt*. æquius tamen est de sua parte filiam dotare insolidũ: vt infra, de coll. do. l. j. §. penult. Et not. hic æquiparari patrem mori, & filium emancipari: vt. C. de insti. & sub. l. si pater. aliàs, mater.

b *Patri eius*. cui nubebat. Accursius.

c *Filius tuus*. Sed cur pater iste in id totum quod debebat filius, non obligatur ad ipsum restituendum soluto matrimonio, sicut ille cui nomen pauper in dotem datum est: vt supra, eo. l. promittendo. §. si à debitore. & infra, eo. l. vir ab eo. cum & pater filij nomine, constituendo quod filius debet, teneatur insolidum: vt supra, de consti. pecu. l. j. §. vlti? Respon. aliud est in eo qui nomen accepit in dotem: quia ei ceditur actio: & cessa ei actione: & contracto postea matrimonio, liberatur debitor à muliere: vt supra, eod. l. non enim. quare cum mulier contra alium actionem amittit, & mariti culpã in exigendo debitorem reperiatur: merito mulier marito hanc culpam imputabit. & aliud est in patre, cui nulla contra filium potest cedi actio: vt instit. de inuti. stipu. §. item inutilis. & supra, de iudi. l. lis nulla. sicut nec filio contra patrem: vt infra, de act. & oblig. l. actiones. quare restat vt ipsa filium habeat obligatum: licet exceptione remoueatur si constante matrimonio agat. id autem promittere videtur pater quod mulieri cum effectu debetur: nec in plus intelligitur habere actionem mulier: vt supra, de dolo. l. nam is.

d *Non obligatur*. ciuiliter: vel non obligatur vllo modo, vt pecuniam aliquam soluat: obligatur tamen naturaliter nõ petere. & sic dicit Io. in omni pacto facto de non petendo. vt enim ciuilis & naturalis esset obligatio, si se quid non facturum promitteret: ita naturalis est tantum, si nudum interueniat pactum.

e *In dotem sit*. quatenus in peculio fuit: quia illud videtur accepisse, & in dotem dedisse: de residuo vero contra filium agere potest. Sed certe immo videtur quòd totum quod filius debet: vt infra, eod. l. nuptura. in fin. quæ est contra. Solu. hic alternatiue promisit, scilicet quod pater vel filius debebat. & sic minorem summã videtur constituisse, ad instar promittentis sub disiunctione. ibi simpliciter promisit quod filius debebat. vel ibi filio nubebat.

f *Post hac*. scilicet, mulier. Accursius.

g *Instituerit*. id est, postquam mulier dedit dotem, constãte matrimonio. Accursius.

h *Summouebitur*. vt & supra, eod. l. dotis. in fi.

i *Eius*. strictè ante nuptias. Accursius.

k *Aestimari*. si tamen *maretur* plus erat: non si minus: præsumitur enim dolo eius imminutum: vt supra, de pecu. sed & si ipse.

*Flo. æsti

l QVOD si nuptura. *Promisit*. id est, si promisit tãtum hoc esse in dotem quod de peculio ei debetur.

m *Nuptiarum*. Contra. j. eo. nuptura. §. sin autem. Sol. tempus promissionis inspicitur, cũ eo tempore amplius erat in peculio. & in eo casu loquitur lex illa. hic tempus nuptiarum inspicitur, cum tempore stipulationis minus in peculio erat, vel dic, vt ibi.

*Hal. traditionem

n *Quo dos*. si promissa est post nuptias. potest enim esse, vt iuberet promittere ante. & ꝓmisit post, siue enim promittat futuro marito filiofamiliàs, vt in princip. huius leg. siue filiofam. iubeat promittere alij, vt hic: idẽ dico, & distingue: vt vt supra. l. proxi. dicitur: vt tempore nuptiarum inspiciatur quod plus est.

o *Existimetur*. quantum erat in peculio tempore promissionis.

QVEMADMODVM.] CASVS. Titius debitor vxoris meæ ea volente promisit seruo meo. x. vt essent mihi dos pro vxore mea. quæritur, an mihi quæratur. Et dicit sic, etiam inuito, sicut quælibet stipulatio per seruum facta. Secũdo dicit, quòd si fui ignorans huius promissionis, & non egi, & factus est nõ soluendo Titius: non est meo periculo. Tertio, si dictus Titius tradit fundum seruo meo, vt esset dos, ignoro, non teneor ad deteriorationem fundi: & ita vtroque casu periculo mulieris est dos. Quarto dicit, quòd mulier potest constante matrimonio repetere fundum condic. sine causa, & promissione debitoris, ex quo maritus non habet ratum. Viuianus.

p *Adquirit*. vt. j. de adqui. re. domi. l. etiam inuitus. Accursius.

q *Patiatur*. ideo dicit, patiatur: quia & si non stipuletur, ex nudo tamen pacto actio datur: vt. C. de do. promis. l. ad exactionẽ. Acc.

r *Promiserit*. seruo. Accursius.

s *Neque culpam*. nisi post ea dominus habeat ratum: vt statim sequitur. Accursius.

t *Facta*. nomine patris, vel domini. in persona enim serui non posset constitui, quod hic videtur dicere. Accursius.

u *Culpam*. sed dolum præstat: vt supra, de pecu. in bonæ fidei. Accursius.

x *Repetituram*. repetitur hic dos constante matrimonio: sed nõ actione de dote. sed hoc ideo mulieri conceditur, quia si pater, vel dominus, ratum non haberet, quem mulier forte conueniret: filius vel seruus non habet peculium. Vel si habet peculium, aufertur à patre, vel domino, sine dolo malo. ne ergo periclitetur mulier, hoc conceditur ei. Accursius.

*Filius & seruus quãdoque non habent peculium.

y *Liberetur*. si nondum ratum habuerit. alioquin non: vt supra, eod. l. si pater. §. quæ debitorem.

XLV. TRYPHONINVS libro octauo Disputationum.

QVÒD si nuptura debitori [suo] filiofamiliàs actionem dumtaxat de peculio promisit[l]: id quod ex ea causa sibi deberetur, nuptiarũ[m] tẽpore inspicitur. Si verò alij nuptura, iussit filiũfamiliàs debitorẽ de peculio dotẽ promittere: tempus inspicitur, quo dos[n] promissa est, vt tantum in peculio esse existimetur.[o]*

XLVI. IVLIANVS libro sexto-decimo Digestorum.

QVemadmodum inuito domino seruus stipulatus adquirit[p]: ita si dotẽ domini nomine sibi promitti patiatur,[q] obligatio domino adquiritur. Sed neque periculum dominus præstare debebit (si fortè debitor mulieris dotem promiserit[r]) neque culpam[s]. Traditione quoque rei dotalis in persona serui vel filiifamiliàs facta,[t] dos constituitur: ita vt neq; periculum, nec culpam[u] dominus, aut pater præstet. Igitur hanc dotem periculo mulieris esse dico, quamdiu dominus, vel pater, ratam promissionem vel donationẽ* habuerit. Ideóque etiam manente matrimonio, res, quas tradiderit, condictione repetituram[x] [puto.] Item incerti condictione consecuturam, vt promissione liberetur.[y] Si debitori suo mulier nuptura, ita dotem promisisset: *Quod mihi debes, aut fundus Sempronianus doti tibi erit*: vtrum mulier vellet, id in dotem erit. Et si quidem debitum maluisset dotis nomi-

a *Potest ea.* ſ.mulier.
b *Exceptione.* impro-prie ponitur, exceptio. nam & ipſo iure liberatur: cum duo ſub alternatione deberet, & alterum ſoluit: vt.ſ.eo.l. plerúque.§.fin. Accur.
c *Condicet.* prima actione.
d *Promiſiſſet.* eius marito.
e *Si ſeruo. Ante nuptias.* idé & poſt diuortiú: vt.j.ſolu.mat.ſi marito.§.fin. idem & ſi conſtante.ſi tamen donans noluerit ad maritum pertinere: vt infra, eo.ſi legato. Accurſius.
f *Fundi.* vt.ſ.e.l.dotis fructus.ij.reſpon. Acc.
g *Tali facta. Nó deberi.* ſemper enī tacita ineſt cōditio: vt ſupra, eod. plerúque.§. ſi ante.
h *Referri.* i. aſsimilari: quia vt de cęteris legatis detrahitur Falcidia, ita & de iſto. Accur.
i *Reddendam.* quáuis nō fuit facta métio dotis. nec enim fuit neceſſe: vt.ſ.e.l. quod aūt. ſic &.j. de cōdi. & demó. l. Titio.§.fin. Sed contra.j. de lega.j.l. ſeruo legato.§.ij. Solu. vt ibi.
k *Actio.* ex teſtaméto contra hęredes: vt.j. de leg.iij. fideicōmiſſa.§. interdum. & caue tibi: quia hoc caſu dos progatorū cauſam imputare, tametſi doti acceſſerit. Bud.
l *Vir. Volebat.* promittendo futuro marito. Accurſius.
m *Pecuniam.* à promiſſore. Accurſius.
n *Quæ fundum. Reſtitueret.* quod pactū non valet cōſtante matrimonio: vt.ſ.e.l. ita conſtante.
o *Conuenit.* id eſt conueniens eſt.
p *Condicatur.* de dote autē actio durante matrimonio nō habet locum. Accurſius.
q *Pigneratitia.* hæc enim competit, quotiés pignus liberatū eſt: vt ſ.qui.mod.pig. vel hypo.ſol.l.ſoluitur.§.ſi cōuenit. Accurſius.
r *Non ſolū. Neceſſe.* veluti cum ſatisdatione. vel nō erat cōſuetudo in regione, vt de dupla promitteret. Accurſius.
ſ *Promiſit.* nā ob quālibet cauſam ꝓmiti poteſt de dupla: vt ſupra, de euic.l.ſciendum.
t *Agenti.* vt & ſupra, eod.l.quotiens. Accur.

ne apud virùm remanere: poteſt ea[a] exceptione[b] ſe tueri ad uerſus petētem fundum. quòd ſi fundum dediſſet, pecuniam [à] marito condicet.[c] ℣ Pater, etiam ſi falſò exiſtimans ſe filiæ ſuę debitorem eſſe, dotem promiſiſſet[d]: obligabitur.

XLVII. IDEM libro octauodecimo Digeſtorum.

SI ſeruo in dotē ante nuptias dato, donatum aliquid vel legatum ante nuptias[e] fuiſſet: ampliatur dos: ſicut ex fructibus fundi,[f] qui ante nuptias traditus eſt.

XLVIII. IDEM libro ſecundo ad Vrſeium Ferocem.

TAli facta ſtipulatione: *Decem in anno proximo dotis nomine dare ſpondes?* quæſitum eſt, annus ex quo tempore eſſet numerandus: vtrum ex die ſtipulationis factæ: an ex eo die, quo dos eſſe potuiſſet, id eſt nuptiarum? Et reſponſum eſt, ex die nuptiarum annum eſſe numerandum: ne ſi aliter obſeruaremus, ſi intra annum nuptiæ factæ non ſint, videri poſsit dos ex ea obligatione deberi[g]. ℣ Socer genero ſuo ſic legauerat: *Lucio Titio filiæ meæ nomine centum hæres meus damnas eſto dare.* hanc pecuniam generum petere debere, & exactam acceptam legatis referre:[h†] ſed diuortio facto, de dote actionem mulieri reddendam.[i] Proculus reſpondit: & nihilominus dotis eſſe factā. Iulianus notat: Immò nec filiæ, ſi voluerit, deneganda eſt huiuſmodi actio[k].

Iſtam.l. intellige, quando vir liberauit promiſſorem dotis abſque iuſsione mulieris: aliàs ſecus: vt.d.l.debitor.cum.l ſeq. ſupra, eod. Bald.

XLIX. IDEM libro quinto ex Minicio.

VIr ab eo, qui vxori eius dotem facere volebat,[l] certam pecuniam eo nomine ſtipulatus eſt: deinde acceptam eam fecit. Quærebatur, eſſétne ea pecunia in dotem? Reſpondit. Si acceptam non feciſſet, & promiſſor ſoluendo eſſe deſiiſſet: quæreremus, an culpa mariti ea pecunia [in dotem] exacta non eſſet. Cùm verò acceptam fecit: omnimodo periculum ad eum pertinebit. Perinde enim eſt, ac ſi acceperit pecuniam,[m] & eandem promiſſori donauerit.

L. AFRICANVS libro octauo Quæſtionum.

QVæ fundum in dote habebat: diuortio facto, cum in matrimonium rediret, pacta eſt cum viro, vti decē in dotem acciperet, & fundum ſibi reſtitueret:[n] ac datis decē, priuſquam fundus ei reſtitueretur, in matrimonio deceſsit. Illud ex bona fide eſt, & negotio contracto cōuenit,[o] vt fundus [is,] quaſi ſine cauſa penes maritum eſſe cœperit, condicatur.[p] Et hoc euidentius circa actionem pigneratitiam apparebit. etenim ſi cum fundum Cornelianum pignoris cauſa tibi tradidiſſem, poſtea ex conuentione fundum Titianum in hoc tibi tradiderim, vt Cornelianum mihi reſtitueres: minimè, puto, dubitandum, erit, quin ſtatim rectè pigneratitia[q] ad recipiendum Cornelianum agere poſsim,

LI. VLPIANVS libro ſecundo Reſponſorum.

SI res, quas filiæ emancipatæ pater donauit, ex voluntate eius poſtea in dotem pro ea datæ ſunt: à filia dotem, non à patre videri datam [fuiſſe.]

LII. MARCIANVS libro tertio Regularum.

NOn ſolū ſi æſtimatus fundus, ſed etiam ſi non æſtimatus in dotē datus eſt: & aliàs, cùm neceſſe[r] non habeat mulier duplum promittere, promiſit[ſ]: quia ipſe fundus eſt in dote: quodcumque propter eum conſecutus fuerit à muliere maritus, quandoque reſtituet mulieri de dote agenti[t].

Nota in hac.l.caſum, quòd ſi vir accepit promiſsionem ſcienter nō idoneam cauſa donandi ipſi mulieri, non obligatur niſi ex eo, in quo erat promiſſor idoneus tempore promiſsionis, niſi ex poſtfacto poſt factā promiſsionem dictus promiſſor fieret idoneus: vt hic.de quo dixi.ſ.e.l.promittēdo.§. ſi debitore. Bartolus.

LIII. NERATIVS libro tertio Membranarum.

CVm vir[u] vxori donare vellet: debitor mulieris, qui ſoluendo nō erat, dotem ei promiſit. Ad id dūtaxat ad quod ſoluendo fuit[x], viri periculo ea res eſt: & ſi quid debitori ad ſoluendū facultatis acceſſerit: periculū ad eam ſummam, quæ acceſſerit, creſcet, permanebitq;, etiam ſi rurſus pauperior[y] factus erit: quia[z] neq; tum, cū dos promitteretur, donatio facta eſt, niſi eius pecuniæ, quæ à debitore ſeruari non poterat: neq;[a] cum ſoluendo[b] is eſſe cœpit, donationis cauſa permaneat[c]: cū eo loco res ſit, quo eſſet, ſi tum quoque cum promitteretur dos, locuples fuiſſet[d].

LIIII. GAIVS ad Edictum prætoris *vrbani* titulo de Prædiatoribus.

REs, quæ ex dotali pecunia comparatę[e] ſunt, dotales eſſe videntur.

LV. IDEM

Cum vir. CASVS. Vir volebat donare vxori. l. vnde cum mulier haberet quendam debitorem à quo recipere debebat. c. ex cauſa mutui: neque tamen eſſet ſoluendo niſi in. l. delegauit eū viro in dotem: & cum dotem recepiſſe confeſſus eſt vir, negligit eū exigere: quæritur an ſit periculo viri, vel mulieris: & an ſit pauperior debitor, & eſt viri periculo: aut ditior: vt quia incepit habere. lx. ſed poſtea incepit habere xx. tantum: & tunc eſt periculo viri à.xl.infra. Viuianus.
u *Cum vir.* volens donare accepit debitorē in ducenta pro ducentis, cum non poſſet ſoluere niſi centum. ad id nunc reſpōdet. Accur.
x *Soluendo fuit.* ſcilicet debitor.
y *Pauperior.* & culpa marito obiici poteſt: alias non: vt.ſ.eod. vir ab eo. & infra, de fundo dota.l.ſi fundum.
z *Quia.* ratio primi caſus.
a *Neque.* ratio ſecūdi caſus. Accurſius.
b *Soluēdo.* ſcilicet debitor. & quia cum ſoluendo eſſe cœpit, donationis cauſa nō permanet. Ioan.
c *Permanet.* quia maritus iſte poteſt exigere tantum quantum ſoluturus eſt vxori.
d *Fuiſſet.* ſcilicet debitor.
e *Res. Sunt comparatæ.* ex voluntate mulieris, cum mulieri vtile ſit: vt ſupra, eod. ita conſtante. &.l. ſi ex lapidicinis. & infra, titu.j.l.ſi mulier. & argum. C. de ſer. pign. da. ma. l. fina. & infra, de donatio. inter virū

& vxorem.l.vxor marito.alioquin si sine voluntate mulieris,non erit empta res dotalis:vt.C.eod.l.ex pecunia dotali. quæ est contra.& infra,de fur.l.qui vas.§.fina.

Cvm dotis.] *CASVS.* Mulier pro dote, quam viro promittit fideiussorem dare potest. Viuianus.

a *Datus.*ab eo,qui marito dotem promittit. Sed econtra non valet, vt. C. de fideiusso. & man.l.j.quę est contra. Solu. hic vir accepit, quod potest.in.l.cótra. vxor,quod nõ potest.

Si is qui.] *CASVS* in princ. huius.l.est satis facilis. [*QVOD DICITVR.*] Mulier dedit in dotem fundũ, qui valebat. c. & nihil aliud.in quo fundo vir impédit necessario,puta ad fossam: quæritur, an ipso iure desinat esse dos:& sic viri in tanta quantitate, quãta est impensa? Et videtur q̃ sic, ex quadam regula, quæ dicit,expensæ necessariæ ipso iure minuunt dotem. Sed tamen sic intellige regulam: vt si expensæ sint minus,quàm valeat fundus: non desinet dotalis esse ex aliqua parte: sed retineatur loco pignoris,etiam totus. aut impensa est,quantũ valet fundus:& tunc desinit esse dotalis.sed mulier si obtulerit impensas vsque ad annum,recuperat fundum.Secũdo pone, quòd mulier dedit fundum valétem centum.& insuper.c.in pecunia: hic vir impédit.c.in fundo per plures vices necessario: q̃ritur,an desinat fundus esse in dotem? Et dicit, quòd nõ. sed pecunia, quæ est in dotem, desinit esse dos. Tertio,redit ad primum, & quęrit: pone quòd mulier reddit impensas vsque ad annũ: quæro an incipiat fundus esse dos, quasi desierit: quod nõ videtur, quod desiit: quia vir interim potuisset alienare,an nõ videtur nõ desiisse dos: sed quasi inutiliter remansisse: & vires núc reassumat expẽsis redditis:& dico,quòd desiit,& reincipit: neque eum poterit interim vir alienare,quia remanserit quasi dotalis.Viuianus.

b *Non teneatur.* contra me videtur, quòd hic de mora dicitur: sed non est, quia non in reddendo, siue dando, sed culpa fuit in exigendo,secundum Io.

c *Onera.*vt &.ff.familiæ erciscundæ.l.si maritus.& l.si filia.§.j.& supra,pro socio.l.actione.§.fina. Quæ autem sint onera illa,dicitur infra,solu.mat.l.si eum dotem.§.sinautem in sæuissimo.

d *Quod dicitur.* vt & infra, de impen.l.quod dicitur. &.ff. de ri. nup.l.dotem.& infra, titu.j.conuenire.&.C.de rei vxo.act.§.sed nec ob impensas. & supra, de euict.l.si pro re.§.si pro euictione. & institu.de act.§.penultimo.

e *Dotalis esse.* quia æs alienum fundum non sequitur,nec demi-

Inuitus nemo ad communionem cogitur. nuit:vt infra,ad Trebel.l.j.§.si hæres.&.l.cogi.§.iij.Vel secũdum Ioan. quia nemo inuitus cogitur ad communionem. vt supra, de condict.indebi.l.si non sortem.§.si centum.

f *Retineatur.* in causam pignoris.Azo.

LV. IDEM libro primo ad Plautium.

CVm dotis causa aliquid expromittitur: fideiussor eo nomine datus[a] tenetur.

LVI. IDEM libro sexto ad Plautium.

SI is,qui Stichum mulieri debet, in dotem delegatus sit: & antequam solueret debitor, Stichus decesserit, cùm neque per debitorem stetisset, quò minus solueret, neque maritus in agẽdo moram fecisset:periculo mulieris Stichus morietur:quãquam etiam si moram maritus fecerit in exigẽdo: si tamen etiã apud maritum moriturus Stichus fuerit:actione dotis maritus non teneatur[b]. Ibi dos esse debet, vbi onera[c] matrimonij sunt. Post mortem patris statim onera matrimonij filiũ sequuntur: sicut liberi:sicut vxor. Quod dicitur[d], necessarias impensas ipso iure dotem minuere: non eò pertinet, vt si fortè fundus in dote sit, desinat aliqua ex parte dotalis esse[e]: sed nisi impensa reddatur: aut pars fundi,aut totus retinea tur[f]. Sed si tantum in fundum dotalem impensum sit per partes[g], quanti fundus est: desinere[h] eum dotalem esse, Scæuola noster dicebat[i]: nisi mulier sponte marito intra annum impensas obtulerit. Si pecunia & fundus in dote sint, & necessariæ impensæ in fundum factæ: Nerua ait dotem pecuniariam minui. Quid ergo si mulier[k] impensas marito soluerit? vtrum crescet[l] dos: an ex integro data videbitur[m]? Cuius[n] rei manifestior iniquitas in fundo[o] est,secundum Scæuolæ[p] nostri sententiam. Nam si desinit[q] dotalis esse, poterit alienari. Rursus quemadmodum poterit fieri dotalis data pecunia? an[etiã] iam [data] pecunia in dote esse videbitur? Et magis[r] est vt ager in causam dotis reuertatur[s]: sed interim alienatio fundi inhibeatur.

LVII. IAVOLENVS libro primo ex Plautio.

NVptura filiofamiliàs si socero dotem ita promiserit: *Quod filius tuus mihi debet, id doti tibi erit:* interesse puto, vtrũ filij obligatio: an patris persecutio, & in rem versum promissione cõtineatur. Nã si id,quod filium dare oportet, significatum est: tota pecunia, in quam filius obligatus est, promissione dotis continebitur. Sinautem id, quod patrem de peculio, vel [de] in rem verso præstare oportebit: æstimare[t] debebit, quantum sit eo tempore id, quod promittitur: vt ea summa dotis esse videatur, qua patrem eo tempore[u] filij nomine condemnari oportebit. Quòd si non euidenter appareat*, de cuius mulier obligatione sensit:præsumptionem ad filij debitum spectare, verisimile est,nisi euidentissimè contrarium[x] adprobetur.

LVIII. CELSVS libro nonodecimo Digestorum.

SI sponsalibus nondum factis, Titio dotẽ Seiæ nomine promiseris,quum ea nubere dict.ob cau.quod Seruius. Accursius.

NVptura.] *CASVS.* Tria dicit,quòd Berta habebat obligatum filiumfamil.in.c.& patrem de peculio: & hæc nupsit filio: aut ergo dedit in dotem, quod filius debet: & sic.c.aut quod pater:& tunc quod peculium potest: aut est dubium, de quo sensit.& dicit quòd ad filij debitum respicere videantur, &.c.in dotem sunt.Viuianus.

g *Per partes.* per partes ideo dicit, quia non frequenter contingit, vt tantum impendatur vna vice quanti est fundus. sed si hoc euenit,idem erit.secundum Ioannem.

h *Desinere.* scilicet perpetuo:vt bona sit exceptio.

i *Dicebat.* hic refert opinionem Scæuolæ,quam infra,eodem.§. corrigit.secundũ quosdam.Vel quod legitur, id est determinatur per illud verbũ, nisi, quod statim sequitur.

k *Si mulier.*quãdo solus ager in dotem datus est.Accursius.

l *Crescet dos.* scilicet prima:vt non intelligatur noua data: sed vetus creuisse videatur.

m *Videbitur.* vtrumque enim videtur absurdum. & est verum, si ponas fundum tãtum in dotem datum,& minus impensum, quàm valeat fundus.sed si ponas pecuniam & fundum,tunc decrescit pecunia quidem propter impensas fundi.

n *Cuius.*si dicas statim decrescere dotem propter necessarias impensas.Accursius.

o *In fundo.* in pecunia nulla est iniquitas, si crescat: cum & decrescat: vt infra,de impen.l.quod dicitur. dic ergo, manifestior, id est manifesta.

p *Scæuolæ.* qui dixit desinere dotalem,si expensæ fiant quanti valet fundus: vt supra,eal.Accursius.

q *Desinit.* scilicet statim, quando tanta est impensa quanti est fundus, prout Scæuola dicebat: quod potest esse, vxore non soluente intra annum: vt supra,eadem.l. **Flo. appẽ ruit*

r *Et magis.*nunc soluit.Accursius.

s *Reuertatur.* quia licet desiit esse dotalis: mansit tamen quasi dotalis: & ideo alienatio impeditur sicut & aliàs: vt infra, de fun. do. l. fundus.& supra,de con

Præsumptio standum est,nisi contrariũ probetur.

a *Si sponsalibus. Nollet.* non tamen repudium misit. alioquin eua- nescęret: vt supra, e.l. stipulationem &.l.licet. vel hic non erant sponsalia.

b *Mediæ.* vt infra, eo.l.dotis.

c *In dotem.* quod infra, eod. corrigitur. nam non est dos, nisi cũ fundus fuerit penes virum: vt infra, de fun. dota. si nuptura. §. si fundum alienum. & facit infra, eodem titulo. l. si marito. & supra, eo. l. si res. §. finali. Accursius.

d *Periculo.* marit⁹ enĩ licet teneatur in specie aliena: eius tamen interitu liberatur: vt infra, de solutio. l. si mihi alienum.

e *Ea.* scilicet Pamphila.

f *Quia.* videtur quòd non: quia &c.

g *Mansisset.* id est, si non permansisset, causa dotis haberi.

h *Redderetur.* quia in stipulatione non venit partus & fructus, nisi lit. contesta. vt supra, de vsur. l. videamus. §. si actionẽ. &.l. si stipulat⁹.

i *Peruenisse.* breui manu: vt supra, si cer. petatur. l. singularia.

*Flo. debetur

k *Liberatio.* Not. non res, sed liberatio peruenit ad maritum. argumen. pro sententia nostra: vt hic, & infra, de fun. do. l. si fundum. Accursius.

Si mulier.] CASVS in hac. l. non ponitur, vsque ad. §. ex asse. [EX ASSE.] Testator Titium hæredẽ instituit: & rogauit vt. ix. vncias hæres Bertæ restitueret: hæc Berta nubẽs Seio delegauit Titiũ, vt ei restituat: quæritur, an hoc fieri possit? Et dicit, quòd non: sed ipsi mulieri debet fieri restitutio: & ipsa postea in dotem det. di

*Flo. cùm vel

cit aliquis, quòd Titi⁹ debet restituere æstimationẽ hęreditatis: quod non placet: quia non quæsiuit aliquod ius ex dicta delegatione & ꝓ missione facta Titio. [EIVS NOMINE.] Pro ancilla, credens liberam, dedi centum in dotem. matrimonium non est secutum: quia non potuit cũ ancilla cõtrahi. quæritur quis repetit: ego vel dominus? & dicit, si dedi donaturus, tunc dominus: si non donaturus, tunc ego. Secundo, hæc manumissa nupsit: quæritur, an sit dos? & dicit, aut quandocunque contrahet, esset dos: & erit dos: & aliter non. Tertio, infert ex primo: vt si dedi donaturus, nunquam repetam: sed dominus: sicut si voluissem donare domino, & eius iussu donassem ancillæ. Viuianus.

l *Vel Titio.* vel, ꝓ etiã. s. vt trãseat dominiũ sine possessione. Ac.

m *Iussisset.* vir, si non delegauerit: vt differat à sequenti: cum dos non sit viri.

ei nollet: [a] tamen si postea nupserit, dotem debebis: nisi aliæ nuptiæ mediæ [b] interuenissent. ℣ Si mulier ancillam Pamphilã à Titio stipulata, deinde ei nuptura, quod is sibi debebat, doti habere permisit: etiam si non erit viri Pamphila: an ipsa tamẽ Pamphila in dote, [c] & mulieris periculo [d] erit? An & quod ea [e] peperit, reddi mulieri debebit? quia [f] si in sua causa prior stipulatio mansisset, [g] nõ redderet: [h] nisi fortè refert, habuit rẽ, quã debebat vir, quo tẽpore dos cõstituebatur: (nam ita poterit videri res ipsa ad eum peruenisse [i]) an nõ habuerit. Nam si nõ habuerit: magis est, vt liberatio [k] obligationis potius, quàm res ipsa ad eum ita peruenisse videatur: ideoque partus eius non debeatur.*

Adiectus quis videtur ad solutionem, non ad obligationem quæ ex solutione resultat. Bartolus.

LIX. MARCELLVS libro septimo Digestorum.

SI mulier ita dotem promiserit, *Decẽ tibi aut Titio doti erũt*: hoc casu dici potest, vel Titio [l] dari posse: sed de dote virum teneri: quemadmodum si Titio iussisset [m] dari. Nec mirum: cũ etiam promissura viro dotem posit, delegante eo, alteri promittere: & si [n] dici solet, alij [o] quàm marito, dotis nomine mulierem non posse obligari. his enim casibus viro [p] dos quæritur. Non enim existimauimus illam ita promisisse, vt *vel de Titij nuptiis cogitaret.

Per delegationem non liberatur debitor, nisi delegato quæratur. Item restitutio fideicommissi ex Trebellianica delegari non potest. Bartolus.

℣ Ex asse hæres institutus, rogatúsque mulieri dodrantem hæreditatis restituere: iussu eius, [q] quod debet, [r] doti promisit marito. Vereor, [ne] non sit obligatus. Nam mulieri in hoc tenetur, vt hæreditatem restituendo transferat actiones, & quas habet, & quibus est obstrictus: quas transferre ad alium, quàm cui debet fideicommissum, [hæres] non potest. Aliquis dixerit, incerti cum eo agi posse, [vt] fideicommissi pręstet æstimationem. [f] Huic ego consentire nõ possum. Nam obligari mulieris debitorem ita æquum est, si accipere idipsum, quod ei debetur, vir [t] potest. Sed ne indotata mulier esse videatur: dicendum est, ipsi mulieri ex Trebelliano restituendam esse partem hæreditatis, quæ ei relicta est: vt ea suo marito pro dote eam solueret: quia & ad eam fideicommissum, & onera eius pertinent: delegatione propter nimiam subtilitatem [u] & casus necessitatem minimè obtinente. ℣ Eius nomine, quæ libera videbatur, decem in dotem dedisti. eo casu habebis condictionem, quo habere potuisses, si mulieris liberæ nomine dedisses, [x] nec nuptiæ secutæ essent.

Si [autem] manumissa nupserit: ita demum dos [y] erit, si ea mente dedisti, vt quãdoque secutis nuptiis dos esset. Igitur si mulieri donaturus dedisti, dominus condicet: [z] quemadmodũ si cũ qui sibi [a] donatur⁹ esset, mulieri ipse* donare iussisset.

Not. istum casum, qui est adeo verus, vt si aliquis promittit dotem arbitrio boni viri, quòd tunc intelligitur certa quantitas relicta, quam bonus arbiter arbitrari debet: etiam si nunquam arbitratus fuisset: vt. l. 1. infra, de leg. 2. Et est argumen. ad statuta Italiæ, quæ dicunt mulierem esse dotandam. Bartolus.

LX. CELSVS libro vndecimo Digestorum.

QVæro, quãtæ pecunię dotem promittẽti adultæ mulieri, curator cõsensum accõmodare debeat? Respondit, Modus ex facultatibus, & dignitate [b] mulieris, maritíq; [c]

n *Etsi.* pro etiam. id est, quamuis.

o *Alii.* quasi illi alij sit nuptura. Accursius.

p *Viro.* non Titio, cuius persona adiicitur, ad solutionem tantum: vt instit. de inuti. stipulatio. §. si quis alij. vel differat à sequenti, cum non sit matrimonium. Accursius.

q *Iussu eius.* scilicet mulieris.

r *Debet.* vnde nec ad hæredem transit: vt infra. de leg. j. cum filio. sed videtur ad aliũ trãsire posse: vt infra, ad Trebellianum. l. apud Iulianum. §. sed vtrum. quæ est cõtra. Solu. ibi loquitur de eo procuratore per quem mihi restitutio videtur fieri: hic de eo qui animo nouandi est in rem suam adhibitus: & per eum mihi non quæritur aliquid. nec mirum. nam filius procuratorem cõstituit: non tamen nouat: vt supra, de procura. l. seruum. & infra, de noua. l. filius. Sed argumen. cõtra supra, de mino. quòd si minor. í prici. vbi in causa in integ. resti. fit alius procurator in rem suam. & facit infra, de don. l. vt mihi. Item not. hæreditatem per delegationẽ non posse acquiri. nam nec per procuratorem potest adiri: vt infra, de acquirenda hęreditate. l. Paulus respon.

s *Æstimationem.* marito. Accursius.

t *Vir.* vir autem non potest, cum non sit fideicommissarius: sicut nec seruitutem potest quærere qui fundũ nõ habet: vt. §. de actio. empti. l. tenetur. §. si tibi. Accursius.

*Flo. ipsam Halo. ipsi

u *Subtilitatem.* No. ni mia subtilitas est iuris impossibilitas. Ioan. supra, fuit subtilitas, sed casus scilicet istius necessitas. nã aliàs secus: vt supra, eo. l. si extraneus.

x *Dedisses.* id est, si nõ donaturus mulieri promisisti.

y *Dos.* prius enim nõ erat dos: quia nec matrimonium: vt. C. depo. si. l. Lucius Titius cum haberet.

z *Condicet.* quia domino huiusmodi pecunia quęsita est: quemadmodum &c.

a *Sibi.* scilicet domino.

b *Varo. Dignitate.* Nam & magistris pro dignitate natalium mercedes præstantur: vt infra, de administratione tutorum. l. cum plures. §. cum tutor. ADDITIO. Ex isto tex. dum dicit, dignitate mulieris & cætera. no. quòd nobiles mulieres indigent maiori dote quàm ignobiles. & hoc est verum nubendo pari: secus si inferiori: vt not. C. de dot. promiss. l. iij. secundum Bal. hic.

*Magistris pro natalium dignitate merces præstantur.

c *Maritique.* vt argumen. C. de administratione tuto. si curatorem.

res.& infra,eodem.l.cum post.§.gener.&.§.nuptiis. Accursius.

a *Siue generalis. Causa dotis.* vel augendæ, vel minuendæ: vt infra,de administra.tuto.& curato.l.non tantum.potest enim sic constitui: vt.C.de iure do.mulier in minore.

b *Promissum.* ab adulta cum auctoritate curatoris.sed si curator promisisset aliquid distingue:vt statim dices.

c *Non valet.*ergo nō potest restitui:vt supra, de mino.l.in causæ.in prin.Sed cōtra dicitur supra,de mino.l.si ex causa.§. in dotis. Solu. siue curator, siue adulta, promittat in dotem vltra quàm valeat patrimonium, vel vltra quàm valeant facultates, ipso iure nulla est promissio: vt hic, vt si habet centum,& promittat ducenta:nisi vbi curator promittat animo donandi, vel decipiendi.tunc enim tenet in præiudicium curatoris.Si vero adulta promittat in dotem vltra vires patrimonij: vt si habet centum,promittat.lxxx.cū debeat creditoribus.xl.vel si totū patrimonium nominādo dedit,non detracto ære alieno: tenet promissio :sed restituetur: vt ibi. Si vero curator promittat bona fide vltra vires, tenetur: sed de æquitate gaudet exceptione:vt infra,de admi.tuto.cum post.§. j. Alij dicunt, quòd ideo non valet hoc ipso iure, quia vir participauit dolum: alioquin,id est si vir non participauit dolum: si sciens curator fuit:tenetur,cum donasse videatur. Si vero bona fide succurritur ei curatori aduersus mulierem:vel ipsa mulier promittat viro de solido soluendo si ad meliorem fortunā peruenerit:& curatori datur exceptio de superfluo infra,de admi.tu.l. cum post. Vel hic ipsa promisit: ibi in.l. si ex causa curator, secundū Ir.tu dic vt primo dixi. Accursius.

Dotis promissio vltra vires patrimonii, an valeat.

**Flo. infirmare*

**Val. imputare*

d *Malo.*à simili. nec hic quasi dolo præsumpto procurator promisit,secundum Ir.tu dic vt primo dixi in.l.si ex causa. Accursius.

Vtile nō vitiatur per inutile.

e *Infirmari.* non vitiatur vtile per inutile: vt supra,de vsur.l. placuit.& infra,de stip.ser.l.sed si sibi.& supra,communia prædio.l.proprium. Accursius.

f *Pecuniam.* sic rebus alienatis pecunia, scilicet ex rebus acceptā, potest conuerti in dotem, vt dictum est supra.l.ita constante.& infra,eo.cum post.§. pen.&.l.finali.

Titia.]*CASVS.* Berta habebat in hæreditate materna quartam, quam cessit cohæredibus: & ipsi dederūt ei Bertę quédam fundum, quem ipsa dedit in dotem viro cum aliis rebus.tandem videns se deceptam, petiit se restitui in integrum ipsamet, statuendus est, quousque ratio patitur.

LXI. TERENTIVS Clemens libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

SIue generalis curator, siue dotis dandæ causa[a] constitutus sit: & amplius doti promissum[b] est, quàm facultates mulieris valent: ipso iure promissio non valet: [c]quia lege rata non habetur auctoritas dolo malo[d] facta. Quærendum tamen est, vtrum tota obligatio: an quod ampli[9] promissum est, quàm promitti oportuit, infirmetur? Et vtilius est dicere, id quod superfluum est, tantummodo ifirmari[e].*[f] Iste autem curator res dotis nomine tradere debet: non etiam vt vendat cuilibet:& pretium eius in dotem det. Dubitari autem potest, an hoc verū sit. Quid enī, si aliter honestè nubere nō possit, quàm vt pecuniam[f] in dotem det, idque ei magis expediat? Atquin possunt res in dotem datæ plerumque alienari, & pecunia in dotem conuerti. Sed, vt expediatur quæstio: si quidem res in dotem maritus accipere maluerit: nihil amplius quærendum est.sin autem non aliter cōtrahere matrimonium vir patitur,nisi pecuniis in dotem datis:tunc officium est curatoris, apud eundem intrare* iudicem, qui eum constituit, vt iterum ei, causa cognita etiam viro absente, permittat rerum venditione celebrata, dotem constituere.

Restituto minore, non restituitur aduersarius eius aduersus rem iam in alium per maiorem redactam, sed ad eius æstimationem.h.d.

LXII. MODESTINVS libro quinto Responsorum.

TItia cùm esset minor viginti quinque annis, quartam hæreditatis matris suæ, communem sibi cum fratribus, permutauit:*& accepit pro ea parte fundum, quasi emptione inter se facta.hūc fundū cū aliis reb[9] doti dedit.[g] Quæro, si in integrū restituatur,[h] & partem suā accipiat quartam,& reddat fundum:[i] quid debeat maritus facere?an cōtētus esse debeat aliis rebus in dotem datis? Item quę ro,si hæc decesserit, & hæredes eius in integrū restitutionē ex persona eius petierint,& ipsi petant quartā partē, & illi fundū: an maritus cogatur restituere fundum, contentus in retētione lucri dotis cęteris rebus?Modestinus respondit,nihil proponi,cur marito dos auferēda sit: sed in merā æstimationē prędij mulier,vel eius hæredes cōdēnādi[k] sunt, in hoc tempus referendam,quo in dotē datus est.

Actionem alteri quæsitam ex facto meo sibi auferre non possum sine voluntate sua, nisi meo nomine, & ad meam vtilitatem, quæsita sit.h.d.

LXIII. IDEM libro singulari de Euremeticis.

STipulatio de dote reddenda ab extraneo[l] interposita, facto diuortio statim committitur:[m] nec reditegrato matrimonio,actio stipulatori quęsita intercidit[n]. Denuo igitur cōsentiente stipulatore dos cō stituenda[o] est: ne sequenti matrimonio mulier indotata sit: si modò ea dos non ab ipsa profecta sit, quàm alius permissu eius stipulatus est.tūc enim[p] cō sensus[q] eius nō est necessarius.

LXIIII. IAVOLENVS libro quarto ex Cassio.

POst diuortium, mulieri* si de dote[r] maritus nihil cauit, & cum alij nupsissent, postea ad priorem virum rediit:tacitè dos ei redintegratur.

LXV. POMPONIVS libro quinto ad Quintum Mucium.

SI legato aut hæreditate aliquid seruo dotali obuenit:

A vel ea mortua hæredes eius: & restituta est ad quartam: & fundum eis restituit ex voluntate viri. quæritur an vir debeat esse cōtētus cæteris reb[9] ea viuēte,vel ea mortua,cū erat pactū de dote lucranda? Et dicit q̄ non:sed dabitur viro ęstimatio fundi. Vi.

g *Dedit.* cum erat maior, secundum Io.

h *Restituatur.* scilicet cōtra permutationem. *Flo. muta sed nōne ipso iure nulla fuit permutatio,* cum non fuerit ęs alienum: nec de decreto hic aliquid dicitur: vt. C.de præd. mi.l. ob æs.&.l. prædia.&.l.si prędium? Respon. in quarta hæreditatis non erant prędia. Sed hodie secus: quia etiam alia nō possunt alienari: vt. C. de admi.tut. l. lex quæ.in fin.Item quomodo in dotem dedit fundum, etiam cum decreto, eadem ratione: quia non est æs alienum? Respō. dedit quando erat maior: ne contradicant dictæ leges : & sic non refertur ad proximè dicta scilicet cū esset minor,secundum Io. Vel dic, secundum Azo.ad proximè dicta referri: vt infra,de le.iij.l.si plures.in fin. & erit speciale in dote & donatione propter nuptias, vt etiam si non sit, propter æs alienū fieri possit, cum decreto tamē: vt.C.de admi.tu. l. lex quæ.circa prin.&.C.si minor fac.ma.l.fin. §. finali.

B

C

i *Reddat fundum.*voluntate mariti.alias enī cum nec possideat, nec dominium habeat,restituere non potest: sed tenetur ipse maritus i sub sidium: vt supra,de mino.l.in causę.j.§.finali.

k *Condemnandi.fratrib[9] mulieris.* Accursius.

l *Stipulatio. Ab extraneo.*qui dotē dedit.

m *Committitur.* propter solutionem matrimonij.

n *Intercidit.* vt infra, *Flo. mulier* soluto matrimonio.l.i-sulam.& supra, loca. l. item quæritur.§.penul. & supra,de pactis.l.fin.

D

o *Constituenda.*vt infra,de pac.do.l.cū maritus.§. Titius.& hoc si vult.nam non cogitur : vt no.supra,eodē. l.dotem.

p *Tunc enim.* si ab ipsa profecta sit. Accursius.

q *Consensus.* scilicet stipulantis nomine mulieris. Accursius.

r *Post diuortium, mulieri si de dote.* si id est quamuis.& subaudi, maxime.& sic idem dices & si cauerit.vel dic, quando alij non nupsit mulier: vtrobique, id est siue ei cauerit maritus: siue non : redintegrato matrimonio dotem redintegrari dices.Si vero alij nupsit, tunc redintegrari dices, cum maritus ei non cauit: vt supra,e.diuus Seuerus.& ifra,sol.ma.l.si mulier.&.l.pe.§.vxor. Io.& alij vt Or.indistinctè dicunt.secus si cauisset.tunc enim soluisse videtur: vt.C.ad.l.Fal.l.fin. Accursius.

Si legato.

BIU Cujas

a *Si legato. Noluit.* idem dico & si simpliciter reliquit: vt infra, de fun.do.l.fundus.& infra,de adquiren.hęre.l.aditio.Si vero intuitu mariti, apud maritum residebit: vt supra,de pec.l.hinc quæritur.§. potest. & hoc post nuptias. ante vero sine distinctione quæritur mulieri: vt tantum quæsitum sit in causa dotis:vt supra,eo.l.si seruo.& adde quod not. infra,fol. ma.l.seruus dotalis.Ac.

Si vsusfructus.] CASVS. Quidã extraneus dedit mihi vsumfruct.fundi sui in dotẽ, & non fuit sibi stipulatus.hæc Berta mihi nupsit, & tandem diuertit:vnde repetit dotem. quæritur, qualiter ei reddam.si enim ei cedã vsumfruct. non valet: sed redit ad dominum proprietatis ex natura vsusfr.cõsulit ergo hęc lex vt vir locet vsumfruct. vel vẽdat mulieri, vt sic vir videatur rẽ habere qui est vsufructuarius:& non alij cedere. sed quia mulier debet gratis rẽ habere: fit dicta locatio vel vẽditio vno nummo.Vi.

b *Non habebat.* scilicet nec etiam vsumfructum proprietatis.

c *Ad eum.* immò videtur quòd sic: vt supra,de vsufru.l.arboribus.§.vsufru. Sol.aliud est cedere: vt hic.aliud concedere vel donare: vt ibi scilicet pceptionem fructuum.Cur ergo fructuarius iste non donat? Respon.quia tenetur reddere.Nam in necessitatibus nemo liberalis existit: vt infra, de adi. le.l. rem legatã. &.ĵ. de regulis iuris. l. donari. fit ergo remedij loco vnius nummi tantũ locatio,quæ aliàs nulla esset:maxime pro re digna magna mercede: vt.ĵ.de adquir. possl.si quis autem.§.fin.& supra,loc.l.si quis cõduxerit.quę sunt contra.sic ergo speciale est hic.vel dic vt ibi.Accursius.

Liberalis in necessitate nemo existit.

d *Vsumfructum.* Sed cõtra insti.de vsufr.§.item finitur.vbi dicit quòd nihil agitur.So.nihil agitur quo ad personã extranei:agitur tamen aliquid:quia admissus ad dominum redit secundũ Io.Item contra.s̈.de vsufru.arboribus.§.vsufru.Solu.vt ibi.Accursius.

e *Vel locet.* Sed cur maritus iste non dat insolutum perceptionẽ fructuum,nõ ius ipsum:quod nec potest: sicut aliàs aliud pro alio datur:vt infra,fol.mat.l.vsufruct.in princip.nam ibi formalis datur, & causalis restituitur, vel econtra ? Respon. illa secundum istam intelligitur,vt si patiatur vti,si locatio vsusfructus vel venditio:vt hic dicit:vel vt ibi not.

f *Maritus.* per locationem : vt supra, de vsufruct,l.arboribus.§. vsufructuarius.

Roculus.] CASVS. Quatuor dicit.Ecce Berta ancilla nupsit de facto, & pecuniam domini.c.in dotem dedit. quæritur an hæc pecunia fiat in dominio viri?Et dicit quòd nõ,nisi teneat vir per trienniũ non consumendo,etiam si vsucapiat.Secundo si hæc mulier manumittatur,& stetit cum eodem viro : an tunc salte fiat viri?Et dicit quòd non:sed dominus pecuniæ eam vindicat si extat;aut condicit si est cõsumpta. Tertio redit ad primũ si vir vsucepit ante terminum, an teneatur ad tantũdem domino pecuniæ quondam?Et dicit cp non.nam lucrifecit vsucapiẽdo. Quarto dicit, idem esse si alio modo desinat eã habere iure sine dolo.s.ante matrimonium:hoc est antequam sit illa libera.Viuianus.

g *Vsucapta.* quo casu lucrifecit:vt infra.e.l.§.quod si vir.& hoc si ab ignorante muliere se esse ancillam, viro detur : vt.C.quod quod testator noluit[a] ad maritum pertinere:id soluto matrimonio reddendum est mulieri.

LXVI. IDEM libro octauo ad Quintum Mucium.

SI vsusfructus fundi, cuius ꝓprietatem mulier nõ habebat, [b] dotis nomine mihi à domino proprietatis detur: difficultas erit post diuortium circa reddendum ius mulieri:quoniã diximus vsumfructũ à fructuario cedi non posse,nisi domino proprietatis. & si extraneo cedatur, id est ei, qui proprietatẽ non habeat,nihil ad eũ [c] transire, sed ad dominum proprietatis reuersurum vsumfructum [d]. Quidam ergo remedij loco rectè putauerũt introducendum [esse,]vt vel locet [e] hunc vsumfructum mulieri maritus: [f] vel vendat nummo vno : vt ipsum quidẽ ius remaneat penes maritum : perceptio verò fructuũ ad mulierem pertineat.

LXVII. PROCVLVS libro septimo Epistolarum.

PRoculus nepoti suo salutẽ. Ancilla, quæ nupsit, dotísque nomine pecuniam viro tradidit: siue sciat se ancillam esse, siue ignoret:non poterit eã pecuniã viri facere: eáque nihilominus mansit eius, cuius fuerat antequam eo nomine viro traderetur:nisi fortè vsucapta [g] est: cum eo.l.si liberam. Sed quo tĩ? Respon.vt infra,pro dote.l.j.in fin.Item contra.j.so.ma.l.si alienam.Solu.pecunia ista non fuit in dotem: quia antequam fuisset matrimonium, maritus iste condictione tenebatur eam domino ancillæ restituere. at ibi in dotem fuit ab initio.ideo iuste mulieri redditur.Io.

nec postea, quàm apud eũdem virum libera facta est, eius pecuniæ causam mutare [h] potuit. itaque nec facto quidẽ diuortio : aut dotis iure, aut per condictionẽ repetere rectè potest [i]. sed is, cuius pecunia est, rectè vindicat [k] eam. Quòd si vir eam pecuniam pro suo possidendo vsucepit,scilicet quia existimauit mulierem liberam esse: propius est, vt existimẽ eum lucrifecisse [l]:vtiq; si ante, quàm matrimonium esse inciperet, vsucepit. & in eadem[adhuc]opinione [m] sum , si quid ex ea pecunia parauit,antequam ea dos fieret : ita vt nec possideat eã, [n] nec dolo fecerit, quò minus eã possideret [o].

Sermo simpliciter prolatus intelligitur, pro prima vice. Bartolus.

LXVIII. PAPINIANVS libro decimo Quæstionum.

CVm hic status.] CASVS. Dicit supra l.j. donationes inter cõiuges non valere: & in hoc statu extiterunt vsque adhuc. Nunc autem imperator vocans senatores suasit eis oratione, vt statuerent & ipse cũ eis vt in aliquo relaxentur donationes: vt scilicet morte confirmentur donantis: nisi prius pœnituerit: & hoc factum est. Secundo dicit, quòd hoc habet locum in quacunque donatione quam facit vir in vxorem: sive emendo aliquid eius nomine volens donare ei: siue alio modo. Et de hac donatione detrahitur Falcidia, si opus est sicut de legatis: nam confirmatur morte, vt & ea in testamento relinquatur. [AIT ORATIO.] Vir qui donauit vxori: si vult pœnitere dũ viuit, potest: sed si non pœnitet, hæres non pœniteat. Secundo dicit, quòd ille intelligitur pœnitere, qui in pœnitentia perseuerat. Cæterum si redeat in primam voluntatem, vt velit donationem esse: erit donatio confirmata morte: sic & legata possunt adimi, & ei iterum legari: & sic est voluntas ambulatoria: & hoc si pœnituerit: & hoc constat: etiam hæres reuocat. sed si est dubium, pœnituerit, vel nõ: præsumitur nõ pœnituisse. [SI MARITVS.] Donaui vxori meæ fundum: deinde pignoraui, & creditori tradidi. Dicit, quòd videor pœnitere donationis. Secundo affert casus vt pignorando non videar donum reuocare. Primus si huius fuit propositi eum obligans cum creditori tradit: tamen pignus apud mulierem remansit: & ipsa vult satisfacere creditori. Secundus, vt si primo obligauit: & postea donauit. Item addit quando primo donauit: & postea obligauit, animo amouendi donũ. quòd si vult satisfacere, quòd consequitur à creditore, cui promittit creditor, vt cedat actiones cõtra hæredes viri, scilicet ꝑ debito. [SI MARITVS.] Vir donauit vxori fundum: deinde vir cõscius alicuius criminis, & ad mortem damnãdus potius se præcipitauit: vel alio modo se occidit. Dicit, quòd infirmatur, non confirmatur, donatio. Secundo dicit: idem est si post mortem inueniatur fuisse reus criminis læsæ maiestatis: & per hoc eius memoria damnata. Tertio dicit, secus esse si reus criminis donat alij extraneo iter viuos non causa mortis. nam non irritatur: licet postea sibi cõsciuit mortem. [SI MILES.] Titius miles commisit delictum militare: vt quia alienauit arma: de quo damnatus fuit à præside: sed in sententia fuit ei permissum vt nihilominus posset postea facere testamẽtum in castrensibus bonis. hic quidẽ si donauit vxori ante sententiam, confirmatur morte: nam & post damnationem poterit donare causa mortis. [QVOD AIT ORATIO.] Vir donauit vxori. x. & illa amisit: ita quòd nõ est locupletior. an cõfirmetur mortẽ? Respon. quòd non: quia non est quod cõfirmetur, cum neque pœnitendo poterit vir reuocare. Secũdo dicit: pone quòd mulier reddidit viro de suo alia. x. quæ salua sunt, & prædecedit vir. quæritur, an mulier possit repetere ab hærede viri? Et dicit, quòd sic: neque potest hæres viri obiicere compensationem. De aliis. x. male cõsumptis, scilicet amissis retro dicit secus si matrimonium tollatur diuortio: vt ecce donaui vxori meæ. x. quæ perdidit: hæc de suo mihi non reddidit alia. x. quæ salua habeam. tandem diuertimus: & si ipsa à me repetit. x. quæ habeo, an ego obiicio compensationem de. x. amissis? Dicit, ꝙ possum. [SI DIVORTIVM.] Donauit vir vxori. x. prædecedit donataria: infirmatur donatio: vel si fit diuortium, infirmatur donatum: nisi de nouo velit vir donare, vel confirmare quod fecerat. Dicet quis, qualiter diuertens donat? Respon. bene: quia quidam plano animo diuertunt. Secundo, diuertit donans ab vxore: tandem reconciliatur, & præmoritur: dicit, quòd confirmatur donatio, siue perseuerauit durante diuortio in eadem voluntate, siue non. Tertio, si rixa interuenerit inter virum & vxorem, & pacificata est: confirmabitur morte præcedens donatio: quia matrimonium durauit. [SI AMBO.] Primo quærit, si vir donator & vxor donataria ab hostibus capiãtur: an confirmetur donatio: sed non soluit nunc. Secundo quærit, si ambo decedant simul donator & donataria: puta in naue submergantur: aut apparet quis primo deposuit spiritum, & certum est quid sit: aut est dubium? Et dicit, confirmatam donationem: & hoc ideo, quia non præcessit donataria. si simul decedant: tunc si inuicem sibi donent vir & vxor, & ambo simul moriuntur, idẽ est. Tertio dicit, idem in donatione causa mortis quam inuicem duo coniuges sibi faciunt: & ambo simul moriuntur, quòd confirmetur. Quarto soluit primam, inquirendo diligentius circa eã, & soluit: quia aut nullus eorum redit, & videnti ambo mortui prima hora captiuitatis: & qui prius capitur, fingit prius mori, & sic cõfirmatur donatio: aut alter tantum rediit: & præsumitur quòd ipse superuixerit, & sibi facta cõfirmatur. [QVASDAM.] Vir donauit vxori quasdam res: postea legauit quasdam ex his: eas videtur adimere vxori quas legat: alias non. hoc est autem verum quando postea legauit. Item secus etiã si postea legat, si modo exprimat quòd non animo adimendi faciat. [ORATIO.] Non solum prohibetur donatio inter coniuges, sed etiam inter eos qui tangunt eos per potestatem: & sicut quandoque permittuntur inter coniuges, vel morte confirmãtur: ita confirmantur inter alios: vt ecce socer donauit nurui: licet non valet: si tamen præmoritur filius, & sic soluitur matrimonium: postea decedit socer in eadem voluntate perseuerans, confirmatur morte. [SI NVRVS.] Si nurus donauit socero, & præmoritur: confirmatur donatio. Secundo econtra si præmoritur socer, an confirmetur? Et respon. distinguendo vt in tex. [SI SOCER.] Duo dicit. Primo socer donauit nurui: demum repudium ei nurui misit: sed eius filius non eam dimittit: sed conciliter cum ea stetit. Dicit, quòd irrita est donatio: quia quantum est inter socerum & nurum, videtur factum diuortium: quãuis quo ad filium non. [PROINDE.] Duo consoceri inuicem donauerant: & postea repudium miserunt: idem est quòd quantum ad eos videatur diuortium: & si est donatio, infirmetur. Idẽ est & si inuito filio repudium factum à socero est, irritaque est donatio. Secundo adiicit, quòd ad hoc vt dicta donatio facta inter soceros morte confirmetur: oportet socerum donantem durante matrimonio & filio in potestate perseuerante præmori: & filium postea antequam nurus. Tertio adiicit: Pone quòd socer qui donauit consocero, emancipauit filium: certe iam non confirmatur donatio morte. [SI SPONSVS.] Sponsus per verba de futuro donat sponsæ hoc animo vt deinde secuto matrimonio valeat donatio. quæritur, an confirmetur morte donantis secuto postea matrimonio? Et videtur quòd non: quia oratio confirmat eam donationem quæ fit inter coniuges per verba de præsenti: sed tamen dicit quòd sententia orationis huius trahitur vt morte confirmetur. [SIVE AVTEM.] Debebat vxor viro ex causa mutui centum: vir liberauit eam per acceptilationem: quæritur an hæc liberatio confirmetur morte? Et dicit, quòd sic: & ita hæc acceptilatio est in pendenti quo ad verba: hoc est in pendenti quo ad effectum: nam demum præmoriente viro confirmatur: & ita apparet siue res sit donata, siue liberatio facta, ea confirmatur morte. [SI INTER VIRVM.] Tria dicit. Primo vir volens donare vxori, fecit cum ea societatem, ex qua pepigit totum lucrum esse mulieris: & tamen ipsa nihil præstabat. hæc quidem societas non valet neque inter coniuges, neque inter alios: nec actio pro socio nascitur: est tamen donũ: & ideo morte confirmatur. Secundo dicit, idem si fingebat nunc vendere cum donaret vxori. Tertio, si vendit vir vxori pro quinquaginta quod valet. c. vel vendidit pro. c. sed postea pretium remisit: est quidem donum: sed morte confirmatur. [SI QVIS SPONSAM.] Titius quandam puellam habentem decem annos tantum duxit in vxorem, & duxit domum: & postea donauit ei quasdam res. quæritur, an valeat donatio: cum non sit vxor? Et videtur quòd sic: sed tamen distinguendum est: aut prius erat sponsa per verba de futuro, & perseuerat sponsa: & valet donatio vt in sponsa. aut non præcesserant sponsalia: & tunc non valet, neque morte confirmatur. nam non est spõsa, neque vxor: & hoc de ea quæ potuit de iure esse sponsa. Sed quid si de iure nõ potuit esse sponsa: vt quia liberta cum senatore, vel pupilla cum tutore, & fiat donatio, an valeat? Et dicit quòd non: sed auferatur vt indigno, & applicatur fisco. Viuianus.

Retulimus.

BIU Cujas

antea retulimus[a] imperator noſter Antoninus Auguſtus ante exceſſum[b] diui Seueri[c] patris ſui, oratione in ſenatu habita, auctor fuit ſenatui cẽſendi, Fulvio Aemiliano & Nummio Albino conſulibus, vt aliquid laxaret[d] ex iuris rigore. ¶ Oratio autem imperatoris noſtri de cõfirmandis donationibus[e], non ſolum ad ea pertinet, quæ nomine vxoris à viro cõparata[f] ſunt, ſed ad omnes donationes inter virum & vxorem factas: vt ipſo iure res fiant eius, cui donatæ[g] ſunt: & obligatio ſit ciuilis:[k] & de Falcidia, vbi poſſit locum habere, tractandum ſit. cui locũ ita fore opinor[i], quaſi teſtamẽto ſit cõfirmatum[k], quod donatum eſt. ¶ Ait oratio, *fas eſſe eum quidẽ, qui donauit, pœnitere: hæredem verò eripere forſitan[l] aduerſus voluntatẽ ſupremam eius, qui donauerit, durum & auarum eſſe.* ¶ Pœnitẽtiã accipere debemus ſupremam. proinde ſi vxori donauit, deinde eum pœnituit[m], mox deſiit pœnitere: dicẽdum eſt, donationem valere, vt ſupremum eius ſpectemus iudicium: quemadmodum circa fideicommiſſa ſolemus vel in legatis, cùm de doli exceptione oppoſita tractamus: vt ſit ambulatoria volũtas[n] eius vſq; ad vitæ ſupremũ exitum. Sed vbi ſemel donatorẽ pœnituit: etiã hæredi reuocandi poteſtatẽ tribuimus, ſi appareat defunctum euidenter reuocaſſe voluntatẽ. quòd ſi in obſcuro ſit, procliuior eſſe debet iudex ad cõprobandam donationem[o].

Si vir obligat rem quam vxori donauit, reuocatur donatio: niſi non habuerit animũ reuocandi: quæ aliàs valet vbi non habuit animum reuocandi. Bal.

¶ Si maritus, ea quæ [vxori] donauerit, pignori dederit: vtique eum pœnituiſſe dicemus[p], licet dominiũ retinuit. Quid tamen, ſi hoc animo fuit, vt vellet adhuc [eſſe] donatũ? finge in poſſeſſionem precariam[q] mulierẽ remanſiſſe, paratámque eſſe ſatiſfacere creditori. dicendũ eſt, donationẽ valere. Nam ſi[r] ab initio ei rem obligatã hoc animo donaſſet, dicerem vim habere donationẽ, vt parata ſatisfacere mulier, haberet doli exceptionem: quinimmo & ſi ſatiſfeciſſet[ſ], potuiſſe eam per doli exceptionem cõſequi, vt ſibi mandarentur[t*] actiones.

Si coniunx donator vel donatarius efficiatur ſeruus, donatio extinguitur. B.

¶ Si donator ſeruus fuerit effectus priuati[u]: dicendum eſt, nõ impletam, ſed peremptam donationem: quãuis morti ſeruitus comparetur[x]. Proinde & ſi ipſa in ſeruitutẽ redigatur, cui donatum eſt: extincta erit donatio. ¶ Si maritus vxori donauerit, & mortem ſibi ob ſceleris conſcientiam conſciuerit, vel etiam poſt mortem memoria eius damnata ſit: † reuocabitur donatio[y]: quamuis ea quæ aliis donauerit, [z] valeãt, [a] ſi nõ mortis cauſa donauerit. ¶ Si miles vxori donauerit de caſtrẽſibus bonis, & fuerit dãnatus[b]: quia permiſſum eſt ei[c] de his teſtari, ſi modò impetrauit, vt teſtetur, cum damnaretur[d]: donatio valebit. Nam & mortis cauſa donare poterit, cui teſtari permiſſum eſt[e]. ¶ Quod ait oratio, *cõſumpſiſſe*[f], ſic accipere debemus, ne is, qui donationem accepit, locupletior factus ſit. cæterum ſi factus eſt [locupletior, &] orationis beneficiũ locum habebit. Sed & ſi nõ ſit factus locupletior, dederit[g] tamẽ tantam[h] quantitatem, eáq; exſtet: *dicendum eſt, ſi is deceſſit, qui factus eſt locupletior[i], poſſe[k] repetere id, quod dedit: nec cõpenſare[l] id, quod conſumpſit[m]: quãuis diuortio ſecuto[n], hæc compenſatio locum habeat.

Donatio facta inter coniuges, reuocatur facto diuortio, mortis donatarii interuentu: ſed licet diuortium fiat (ſi tamen matrimonium reſtauretur) donatore poſtea moriente reconualeſcit donatio. Bald.

¶ Si diuortium poſt donationem interceſſit, aut prior deceſſerit, qui donum accepit, veteri iuri ſtatur: hoc eſt, ſi maritus eſt, videtur eſſe donatio: vt C. e. l. ſi maritus. per diuortium autem neutra confirmatur: ſed vtraque reuocatur: vt. ſ. eo. ſed interim. §. ſi maritus. & ideo contingit vt ſi ex donatione ad repetendum agatur, hinc inde obiiciatur compenſatio.

a *Retulimus.* vt non valeret: vt. ſ. e. l. j. & ideo reuocaretur inquantum donatarius locupletior, & donator pauperior eſſet: vt ſupra, eo. ſi ſponſus. §. circa. & l. ſi id quod. §. ſi ex decem. Accur.
b *Exceſſum.* id eſt, mortem.
c *Seueri.* Seuerus pater: Antoninus filius.
d *Laxaret.* ſenatus permittendo eas morte cõfirmari. Accurſius.
e *Donationibus.* ſcilicet morte. Azo.
f *Comparata.* de quibus ſpecialiter locutus eſt imperator. Accur.
g *Cui donatæ.* ſecuta confirmatione.
h *Ciuilis.* veluti ſi remiſit obligationem, aget vxor vt liberetur. Vel aliter ſi actiones ſibi competentes aduerſus aliũ donauit ſuperſtiti cõiugi præmoriẽs: vel ſi de euictione pro re donata promiſit: & hoc ne ſit contra. ſ. eo. Papinianus. Accurſius.
i *Opinor.* vt. C. ad. l. Fal. in donationibus.
k *Confirmatum.* tacite eo ipſo quòd non eſt retractatum: ſed etiam expreſsim cõfirmari poteſt: vt infra, de aur. & arg. lega. l. Quintus. & l. vxori. Accurſius.
l *Forſitan.* forte ideo dicit, quia aliud forte in extremis conſtitutus voluit, licet id non expreſsit: ſed nos credimus ipſum in prima perſeueraſſe voluntate, cũ expreſsim non reuocauerit: vt. ſ. de proba. l. cum tacitum. Accur.
m *Pœnituit.* i. in ea pœnitentia perſeuerauit.
n *Voluntas.* vt infra, de adimen. le. l. iiij. in fi. Accurſius.
o *Donationem.* ſed ar. contra. j. de reg. iu. l. in re obſcura.
p *Dicemus.* vt. j. e. l. §. qui quaſdã. & C. e. l. ſi maritus. Sed cõtra inſtit. de le. §. ſi rem ſuam. & ſ. de pet. hære. ſed & ſi lege. §. ſimili modo.
q *Precariã.* quia precibus impetrauit à creditore.
r *Nam ſi.* bene dico quòd ſi ante donauit, & poſtea obligauit: nõ tamẽ animo adimendi: ꝙ valeat donatio. nam hoc eſt ſi primo obligauit, & poſtea donauit.
ſ *Satisfeciſſet.* id eſt promiſiſſet de ſatisfaciẽdo, vt addat prædictis. Accurſius.
t *Mandarentur actiones.* à creditoribus contra hæredes pro pecunia quam ſoluit. & tunc contraria pigneratitia ceditur: & actio perſonalis quæ pro debito dabatur. Vel dic, conſequi ab hærede mariti ex aliqua cauſa agente contra ſe: & tunc rei vin. mandabitur ſcilicet contra creditores, vel directa pigneratitia.
u *Priuati.* hominis. ſecus ſi pœnæ: vt. C. eo. l. res vxoris. quæ eſt contra. Accurſius.
x *Comparetur.* vt in auth. de nup. §. ſi vero decretum. col. iiij. nõ tamen in omnibus. Io. Sed econtra manumiſſio ſimiliter eſt ſimilis morti: vt infra, de ſolu. ſi mihi. Accurſius.
y *Donatio.* vt. C. qui teſta. facere poſſunt. l. ſi is. in fi. Accurſius.
z *Donauerit.* ſ. inter viuos, non coniugi.
a *Valeant.* vt. j. de dona. l. poſt contractum.
b *Damnatus.* ante donationem.
c *Eſt ei.* ab ipſo præſide qui eum dãnauit: vt infra, de leg. iij. l. ſi quis. in princ. §. miles. & intellige de delicto militari: vt infra, de iniuſt. teſt. ſi quis filio. §. irritum. & in caſtrenſibus, nõ in aliis: vt hic, & C. de teſta. mili. l. & militibus. *Flo. mandentur*
d *Damnaretur.* teſtabitur enim de alienis: ar. j. de codi. l. conficiũtur. §. ſi quis poſt.
e *Permiſſum eſt.* & etiã ille cui nõ permittitur quãdoque: vt. j. de dona. cau. mor. l. tã is qui. in princ. & §. j. †*Rationem*
f *Conſumpſiſſe.* q. d. ceſſat oratio ſi donatarius dicatur cõſumpſiſſe, cũ non eſt quid confirmetur. Accurſius. *huius vide apud Alci lib. Parerg. 6. cap. 27.*
g *Dederit.* i. reddiderit ille qui accepit, nec eſt locupletior factus.
h *Tantum.* id eſt, tantundem.
i *Locupletior.* id eſt, ille cui eſt reddita.
k *Poſſe.* eum qui dedit id quod extat, ab hærede eius cui dedit.
l *Compenſare.* ſubaudi poſſe hæredẽ eius qui factus eſt locupletior.
m *Conſumpſit.* ille qui agit, ſcilicet cõſumpſit, cum non fuerit tamen locupletior factus.
n *Secuto.* vt ſupra, eo. quid autem. §. ſi vir & vxor. Sed quæ eſt diuerſitatis ratio? Reſpõ. donatio morte donãtis confirmatur: quare hæres vxoris meæ, quę mihi donauit quod in vtilitatem meã eſt, vel nõ eſt, verſum, vtpote donatione cõfirmata morte: me conuenire non poterit. ſi quid vero ego donaui vxori, quod in eius vtilitatẽ eſt verſum, repetere ab eius hærede potero: quia non tantum confirmata, ſed etiam reuocata premoriente ea cui donatum eſt. *Flo. eáq; eſt.*
y *Donatio.* vt. C. qui teſta. facere poſſunt. l. ſi is. in fi. Accurſius.
z *Donauerit.* ſ. inter viuos, non coniugi.
a *Valeant.* vt. j. de dona. l. poſt contractum.
b *Damnatus.* ante donationem.
c *Eſt ei.* ab ipſo præſide qui eum dãnauit: vt infra, de leg. iij. l. ſi quis. in princ. §. miles. & intellige de delicto militari: vt infra, de iniuſt. teſt. ſi quis filio. §. irritum. & in caſtrenſibus, nõ in aliis: vt hic, & C. de teſta. mili. l. & militibus.
d *Damnaretur.* teſtabitur enim de alienis: ar. j. de codi. l. conficiũtur. §. ſi quis poſt.
e *Permiſſum eſt.* & etiã ille cui nõ permittitur quãdoque: vt. j. de dona. cau. mor. l. tã is qui. in princ. & §. j. †*Rationem*
f *Conſumpſiſſe.* q. d. ceſſat oratio ſi donatarius dicatur cõſumpſiſſe, cũ non eſt quid confirmetur. Accurſius. *huius vide apud Alci lib. Parerg. 6. cap. 27.*
g *Dederit.* i. reddiderit ille qui accepit, nec eſt locupletior factus.
h *Tantum.* id eſt, tantundem.
i *Locupletior.* id eſt, ille cui eſt reddita.
k *Poſſe.* eum qui dedit id quod extat, ab hærede eius cui dedit.
l *Compenſare.* ſubaudi poſſe hæredẽ eius qui factus eſt locupletior.
m *Conſumpſit.* ille qui agit, ſcilicet cõſumpſit, cum non fuerit tamen locupletior factus.
n *Secuto.* vt ſupra, eo. quid autem. §. ſi vir & vxor. Sed quæ eſt diuerſitatis ratio? Reſpõ. donatio morte donãtis confirmatur: quare hæres vxoris meæ, quę mihi donauit quod in vtilitatem meã eſt, vel nõ eſt, verſum, vtpote donatione cõfirmata morte: me conuenire non poterit. ſi quid vero ego donaui vxori, quod in eius vtilitatẽ eſt verſum, repetere ab eius hærede potero: quia non tantum confirmata, ſed etiam reuocata premoriente ea cui donatum eſt. *Flo. eáq; eſt.*

BIU Cujas

vxori[a] donatum vult, valet donatio[b]: quod si non vult, extinguitur[c]. Plerique enim cum bona gratia discedunt[d]: plerique cum ira sui animi & offensa. Quid ergo, si diuortiũ factũ est: deinde matrimoniũ restauratur: & in diuortio, vel mutata est volũtas, vel eadem durauit, restaurato tamẽ matrimonio[e], & voluntate donatoris reconciliata: an donatio duret, si cõstãte matrimonio donator decesserit? Et potest defendi valere. Quod si diuortium non interceſſerit, sed friuiculum*[f] [interuenerit:] perfectò valebit donatio[g], si friuiculum* quieuit.[h] ¶ Si mulier & maritus diu seorsum quidem habitauerint, sed honorem inuicem matrimonij habeant: (quod scimus interdũ & inter consulares personas subsecutũ) puto donationes nõ valere, quasi durauerint nuptię. Non† enim coitus matrimoniũ facit, sed maritalis affectio[i]. Si tamen donator prior decesserit: tunc donatio valebit.

Si donatio est facta inter virum & vxorem: & ambo decesserint: si constat quis primo decesserit, stamus tertio. si vero non apparet quis primo decesserit: donatio confirmatur. si verò tam vir quàm vxor inuicem donantes ab hostibus capiantur, & apud hostes moriantur: donatio confirmatur, quasi tempore capturæ mortui videantur. sed si alter ex eis ab hostibus redeat, ille videtur superuixisse qui rediit. b. d. vsque ad. §. qui quasdam. Bald.

¶ Si ambo ab hostib⁹ capti sint, & qui donauit, & cui donatum est: quid dicemus? Et prius illud volo[k] tractare[l]. Oratio, si antẽ mors cõtigerit ei, cui donatum est: nullius momenti donationem esse voluit. Ergo si ambo decesserint, naufragio fortè, vel ruina, vel incendio, quid dicemus? Et si quidem posit apparere, quis ante spiritum posuerit[m], expedita est quæstio. Si verò nõ appareat, difficilis quæstio est: & magis puto donationem valuisse[n]: & id* ex verbis orationis defendimus. ait enim oratio: *si prior vita decesserit, qui donatum accepit.* Non videtur autem prior vita decesisse, qui donatũ accepit, cum simul decesserint[o]. Proinde rectissimè dicetur, vtrasque donationes valere, si fortè inuicem donationibus factis simul decesserint: quia neuter alteri superuixerit, licet de commoriẽtibus oratio non senserit. Sed cum neuter alteri superuixerit, donationes mutuæ valebũt. Nam & circa[p] mortis causa donationes mutuas id erat consequens dicere, neutri[q] dãdam* condictionẽ[r]. Locupletes igitur hæredes donationibus relinquent.* Secundum hæc, si ambo ab hostibus simul capti[f] sint: ambóque ibi decesserint non simul: vtrũ captiuitatis spectamus tẽpus, vt dicamus donationes valere, quasi simul decesserint: an neutrã[t], quia viuis eis finitũ est matrimonium: an spectamus, vter prior* decesserit[u], vt in eius persona non valeat donatio: an vter[x] redierit[y], vt [in] eius[z] valeat? Mea tamen fert opinio, vbi nõ reuerterũt, vt tempus spectandum sit captiuitatis: quasi tunc defecerint. quod si alter redierit, eum [solum] videri superuixisse, quia rediit. ¶ Qui quasdã res ex his, quas donauerat, legasset: quasdam non: nõ videbitur cæteras noluisse ad vxorẽ pertinere[a]. plerumque enim antea legat, postea donat[b]: vel alia causa fuit[c] legandi[d].

Donatio facta inter coniuges, morte donatoris confirmatur: ita donatio facta inter quascumque personas inter quas matrimonium est prohibitum. Bal.

¶ Oratio non solũ virũ & vxorem complectitur, sed etiam cæteros, qui propter matrimoniũ donare prohibentur: vt puta donat socer nurui, vel contra: vel socer genero, vel contra: vel cõ socer consocero, qui copulatos matrimonio ĩ potestate habẽt. nã ex mente orationis his quoque omnibus permissum est in eũdem casum[e] donare. & ita & Papinianus libro quarto responsorũ, sensit. Sic enim scribit: Socer nurui vel genero donauit: postea[f] filius eius vel filia cõstante matrimonio vita decesit. quãquam vitium donationis perseueret[g]: tamen si socer nullam quæstionem donationibus intulit, post mortem eius contra hæredes orationis sententia videtur interuenire. nam quæ ratio donationem prohibuit, eadem beneficiũ datũ* implorauit. Vt igitur valeat donatio ista, Papinianus exigit, vt & filius eius, qui donauit, ante decesserit: & socer postea, durante voluntate[h]. ¶ Si filiusfamiliàs, qui castrense peculiũ habet, vel quasi castrẽse, vxori donet: filij personam & mortem spectabimus[i]. ¶ Si nurus socero donauerit: mortem nurus, & perseuerantem in supremam diem voluntatẽ [eius] spectare nos oportet. Quòd si socer ante decesserit: dicemus extinctam donationem? an quia maritus viuit, si vxori suæ superuixit, admittimus vim habere donationẽ? Et si quidem[k] maritus solus socero hęres extitit, quasi noua donatio in maritum collata seruari potest: vt illa finita sit, alia cœperit[l]. sin verò filius hæres patris non est: finita erit

donatio,

a *Vxori*. quæ diuertit: vt infra, pro donato. l. j. §. iij.
b *Donatio*. post diuortiũ facta: quæ ante non valuisset: vt arg. ĩ. de pac. do. l. licet. Accur.
c *Extinguitur*. vt infra, ea. l. §. si socer. & l. vitric⁹. §. j. & l. & ideo. Accursius.
d *Discedunt*. quod hodie nõ licet: vt in auth. vt lice. ma. & auiæ. §. quia vero ex consensu. col. viij.
e *Tamen matrimonio*. illud tamen, aduersatur ei quod dictum est de voluntate mutata.
f *Friuiculum*. id est, dissolutum non fuerit ob id friuiculum, matrimonium. R.
g *Donatio*. præmoriatur donator. Accur.
h *Quieuit*. aliàs ex ingratitudine intelligitur reuocata: vt ar. j. de adimen. lega. l. iij. §. fi.
i *Affectio*. vt. j. de reg. iur. l. nuptias. &. C. de diuor. l. fi. j. respon.
k *Volo*. aliàs, voluit.
l *Tractare*. id est, illud in mediũ volo proponere.
m *Posuerit*. id est, deposuerit.
n *Valuisse*. sed ar. contra, infra, de regu. iur. l. in re obscura.
o *Simul decesserint*. nõ dico simul, id est, in eodem tẽpore: sed simul, id est, vnus & alter: nescitur tamen quis prius decesserit: vt. j. de re. du. si inter virũ. Secus autẽ est cum de onere dotis quęritur: quia mulier prius mortua præsumitur: vt supra, de relig. l. si possessor. §. si eodem. &. j. de reb. du. l. qui duos. §. si maritus.
p *Nam & circa*. bona ar. vt infra, de do. cau. mor. l. si hi qui inuicẽ. Accursius.
q *Neutri*. id est hæredi neutrius.
r *Condictionem*. ad repetendum.
f *Capti*. scilicet simul.
t *An neutram*. dicemus valere: vel quod vxor marito: vel quod maritus vxori donauit: quia viuis eis finitum est matrimonium perinde ac si diuortiũ interueniisset.
u *Decesserit*. in captiuitate. Accursius.
x *An vter*. id est, an spectandum sit.
y *Rediit*. prius.
z *Eius*. i. in eius persona donatio facta est.

a *Pertinere*. & alias quas legauit, videtur ademisse: vt. j. de leg. j. si ex toto. in prin.
b *Donat*. extraneo vel vxori vt adimat: & ecõ tra. Accursius.
c *Fuit*. in primo casu.
d *Legãdi*. magis quàm adimendi: vt quia præstare noluit æstimationem legatario. Vel dic, alia fuit causa legandi: scilicet vt confirmaret donationes, legauit vxori. Accursius.
e *Casum*. in quo ipsis coniugibus sibi donare permittitur: vt supra. c. l. si eum. §. j. Accursius.
f *Postea*. hic est argu. cõtra. C. de dona. cau. mor. l. pen. Sed ibi statim permissa donatione causa mortis loquitur. Accursius.
g *Perseueret*. quia donator non est mortuus. Accursius.
h *Voluntate*. sed si socer prius decesserit, an eius morte cõfirmetur donatio? Respon. non: quia morte soceri non soluitur matrimonium: vt. j. e. l. mortis. quæ est contra. &. C. eo. l. si vt proponis. Solu. vt ibi. Quid si consensu patris vxor donet marito, an vtriusque mors exigatur? Ar. quòd non: vt C. eo. l. donatio. Accur.
i *Spectabimus*. cũ quo ad illud non videatur habere patrẽ: vt supra, ad Macedo. l. ij.
k *Et si quidem*. vtiq; sine dubio: vt si quidẽ &c. Accursius.
l *Alia cœperit*. cum vxor apud maritum rem esse patitur.

*Flo. firibusculum

† Vxor enĩ dignitatis nomẽ est nõ voluptatis, vt ait Aelius Verus Imperator apud Spartianum, & Plutarchus in præceptis connubialibus: Nõ ego te eadẽ vti, & coniuge & amica possum.

*Flo. & his ex

Matrimonium in vita quandoque finitur.

*Flo. priu

*Hal. relin

*Flo. datã

*Hal. ratũ

BIU Cujas

donatio, ratione noua[a]. ℣Si socer nurui[b] nuntium miserit, donatio erit irrita: quamuis matrimonium, concordantibus[c] viro & vxore, secũdum rescriptũ imperatoris nostri cum patre [eius] cõprobatũ est: sed quod ad ipsos, inter quos donatio facta est, [pertinet:] finitũ est matrimonium. Proinde & si duo consoceri inuicem [sibi] donauerint, idem erit dicendum, si inuitis filiis nũtium remiserint: inter ipsos irritã esse donationem. In hac autem donatione inter consoceros* facta, mors desideranda* est eius, qui donauit, constante matrimonio, & iure potestatis[d] durante. Idémque[e] & in his, qui sunt in eorum[f] potestate. ℣Si socer cõ socero donauerit, & alter eorum, vel vterq; copulatos emãcipauerit: debet dici, donationem ad orationem non pertinere: & ideo infirmari[g] donationem. ℣Si sponsus sponsæ donauerit, in tempus matrimonij collata donatione: quamuis inter virum & vxorem donatio non videatur facta, & verba orationis minus sufficiant: tamẽ donationem dicendum est ad sententiam orationis pertinere[h]: vt si durauerit voluntas vsque ad mortem, valeat donatio. ℣Siue autem res fuit, quæ donata est, siue obligatio remissa: potest dici donationem effectum habituram[i]: vtputa vxori acceptum tulit donationis causa, quod debebat. potest dici pendere acceptilationem nõ ipsam[k], sed effectum eius. Et generaliter, vniuersæ donationes quas impediri diximus, ex oratione valebũt. ℣Si inter virum & vxorẽ societas donationis[l] causa cõtracta sit, iure vulgato nulla est: [Sed] nec post decretum senatus emolumentum ea liberalitas, vt actio ℟ socio cõstituatur, habere poterit. Quæ tamen in commune tenuerunt, sine prestituto[m] reuocanda nõ sunt[n]. Idcirco igitur pro socio actio non erit, quia nulla societas est, quę donationis causa interponitur, nec inter cæteros[o]: & propter hoc nec inter virum & vxorem. Idem erit dicẽdum, & si emptio contracta sit donationis causa: nam nulla erit. Plane si minoris[p] res venierit donationis causa[q], vel postea pretium sit remissum: admittemus donationem pertinere* ad senatusconsultum[r]. ℣Si quis sponsam habuerit, deinde eandem vxorem duxerit[f], cum non liceret: an donationes, quasi in sponsalibus factæ, valeant, videamus. & Iulianus tractat hãc quæstionem in minore duodecim annis, si in domum quasi mariti immatura sit deducta. ait enim, hanc sponsam esse, etsi vxor nõ sit. Sed est verius, quod Labeoni videtur, & à nobis, & à Papiniano libro decimo quęstionum probatũ est, vt si quidem præcesserint[t] sponsalia, durent: quamuis iam vxorem esse putet, qui duxit. Si verò non præcesserint: neque sponsalia esse, quòd iam[u]* nõ fuerunt: neque nuptias, quòd nuptiæ[x] esse non potuerũt. Ideóque si sponsalia antecesserint, valet donatio[y]: si minus, nulla est[z]: quia non quasi ad extraneã, sed quasi[a] ad vxorem fecit: & ideo nec oratio locũ habebit. ℣Sed si senator libertinam desponderit[b], vel tutor pupillã, vel quis alius ex his, qui matrimonium copulare prohibẽtur[c], & duxerit[d]: an donatio, quasi in sponsalibus facta, valeat? & putem etiã sponsalia improbanda, & quasi ab indignis ea, quæ donata sunt, ablata fisco[e] vindicari.

Siue vir vxori, siue vxor viro aliquid annuum promiserit: talis donatio ab initio non valet: sed morte donatoris confirmatur. Bald.

XXXIII. IDEM libro vicesimo sexto ad Sabinum.

SI stipulata fuerit mulier annuũ[f] [dari:] id ex stipulatu petere[g], cõstante matrimonio, ℟ Vir ℟ misit vxori. x. annua, vt inde se alat: ex qua stipulatione mulier agere vult. quæritur, an posit: Et dicitur quòd non. Secundo, si vir prædecedat, an confirmetur stipulatio? Et dicitur, quòd sic. Tertio econtra, vxor dedit viro. x. annua forte per biennium, vt vir inde se alat: nunc pœnitet vxor, & vult repetere. Et dicit, q; potest vindicare si extat: aliàs cõdicet inquãtũ factus locupletior est: licet ecõtra vir nõ repeteret solutum & consumptum. Et est ratio diuersitatis: quia genus mulierũ est auarum. Secunda ratio est, quia non est ita cõueniens vxoré alere virum: sicut econtra virum alere vxorem. Tertia, propter sexum. Quarto pone, quòd vir stipulatus est ab vxore annuũ, vt inde se alat. præmoritur vxor. confirmatur quidem donatio. Viuianus.

a *Ratione noua.* diui Seueri quę fuit vt si prius decederet qui donatum accepit, quòd donatio extinguatur. Quando ergo filius solus est hæres, præsumitur ad maritum vxorem velle peruenire donationem. quando extraneus, non ita. Quid si extraneus & filius sit hæres? videtur ei donare saltem pro hæreditaria parte. Accur.

b *Si socer nurui.* inter quos facta est donatio. Accursius.

c *Concordantibus.* dissoluere vero sponsalia pater potest: vt supra, de spõsa. l. in potestate.

d *Iure potestatis.* dũ vixit qui donauit. Alioquin emancipatione facta reuocata donatio videtur: vt proxi. §. dicitur. Non tamẽ hoc sufficit ad cõfirmationem donationis: immo filio donatoris præmoriẽte necesse est ipsum socerum eundémque donatorem mori in eadẽ volũtate vt cõfirmetur donatio: & tunc hæredes ratã habere donationẽ cõuenit: vt. ff. e. l. §. oratio. & hoc subiicit.

Fl. soceros
Hal. consideranda

e *Idémque.* vt eorum mors desideretur. Acc.

f *In eorum.* filiabus vel filiis, maritis vel vxoribus verbi gratia, vt si socer donauit: mors nõ solum soceri sed etiam filij & filiæ eius exigatur ad confirmationem donationis: & quòd in eadem voluntate permanserit. Accursius.

g *Infirmari.* vitiatur ergo, licet perueniat in eũ casum in quo incipere potest. sic. ff. ea. l. §. si diuortiũ. & infra, eo. l. vir mulieri. Accur.

h *Pertinere.* vt. C. de do. ante nupt. l. quod sponsæ.

i *Habituram.* supra. e. l. Papinianus. contra. so. vt ibi. Accursius.

k *Non ipsam.* corrigit se ipsum statim. Et sic no. præsentiã non pendere. arg. pro nobis. ff. de vsufr. l. sed & si quis stip. §. j. & l. seq. Nõ pẽdere dico hic, quantum ad verborũ conceptionem. nam ipsa verborũ conceptio pura est, sed effectus pendet: vt subiicit. Accursius.

Præsentia non pendet.

l *Donationis.* pone exẽplum vt supra, pro socio. l. j. §. fin.

m *Fine præstituto.* id est, morte. nã ipsa finis est vitæ præstitutus.

n *Reuocanda nõ sunt.* propter donationẽ cõfirmatam: non propter societatem. Accursius.

o *Inter cæteros.* vt supra, de contrahen. emp. l. si quis donationis.

p *Minoris.* quod nihil est, minus est: vt. ff. de tribu. l. illud. §. min[s].

q *Causa.* excepto pretio viliori.

r *Consultum.* vt valeat per cõfirmationem tacitã vel expressam.

s *Duxerit.* vt supra, de sponsa. quæsitum.

t *Præcesserint.* ductionem in domum.

u *Quòd iam.* quòd, pro quia.

x *Quòd nuptiæ.* dic similiter, quòd, id est, quia.

y *Valet donatio.* & sic intellige, infrà. e. l. quod vir. quòd ibi præcesserint sponsalia. Accursius.

z *Nulla.* vt. C. ad. l. Iul. de adul. l. eum. in fi. Ac.

a *Sed quasi.* vt. C. de hære. instit. si pater. Sed nõne quasi ad vxorem donatio facta est, cum sponsalia præcesserint: & non erat vxor: & tamẽ tenet donatio? Respõ. illud est ideo, quia habita fuit loco spõsæ, nec donauit ei omnino vt extraneæ etiam remoto vxoratu: quia etsi non esset vxor, sponsa tamen erat: hic autem omnino extranea erat: quia nec vxor, neque sponsa erat.

Fl. valere

b *Desponderit.* per verba de futuro.

c *Prohibentur.* excipe eos qui ratione officij impediuntur. nam illi possunt sponsalia contrahere: vt supra, de ritu nup. si quis officium. & l. præfectus. Accur.

d *Duxerit.* per verba de præsenti. Accursius.

e *Fisco.* vt supra, de inceste. & inuti. nupt. l. qui contra. &. j. de his qui. vt indig. l. ij. §. item si quis. & j. de iure fis. l. Lucius. Sed certe immo qui dedit, vindicare debet: vt. C. e. si ex voluntate. quæ est contra. Solu. ibi qui donauit, putauit tenere donationẽ: hic sciuit donationem non valere: vt. j. de leg. j. l. fin. Acc.

Flo. quoniam

SI stipulata. CASVS. Vir ℟ misit vxori. x. annua, vt inde se alat: ex qua stipulatione mulier agere vult. quæritur, an posit: Et dicitur quòd non. Secundo, si vir prædecedat, an confirmetur stipulatio? Et dicitur, quòd sic. Tertio econtra, vxor dedit viro. x. annua forte per biennium, vt vir inde se alat: nunc pœnitet vxor, & vult repetere. Et dicit, q; potest vindicare si extat: aliàs cõdicet inquãtũ factus locupletior est: licet ecõtra vir nõ repeteret solutum & consumptum. Et est ratio diuersitatis: quia genus mulierũ est auarum. Secunda ratio est, quia non est ita cõueniens vxoré alere virum: sicut econtra virum alere vxorem. Tertia, propter sexum. Quarto pone, quòd vir stipulatus est ab vxore annuũ, vt inde se alat. præmoritur vxor. confirmatur quidem donatio. Viuianus.

f *Annuum.* vt se alat vel tuetur.

g *Petere.* directa actione: vt supra, eod. l. si id quod. §. fin. sed in factum

BIU Cujas

factum videtur quòd posit: vt.ſ.de pac.dota.l.inter.§.cõuenit.

a *Non potest.* siue vxor marito, siue maritus vxori annuum promiserit, ab initio non tenet donatio: & vtrobique confirmatur morte: vt hic subiicit, & in fi.l.Sed in hoc est differentia: quia si vxor donatum consumpsit, vel tantũdem de suo: non tenebitur si sit facta locupletior: vt supra, eo. si id quod.§. pe.& fi.secus in marito.

b *Donatio.* & species donationis vertitur: vt supra, de pac.dot.l.quidam.in fi.Accursius.

* *Flo.stipulationem*

c *Confirmari.* immo infirmari: vt.ſ.e. Papinia.quæ est contra.So. vt ibi.Accursius.

d *Condicere.* hoc secus in vxore: vt.ſ.e.ſi id quod.§.pe.Ac.

e *Facta est.* hoc in annuo.secus autem in vsuris paraphernalibus: quia eas in communes vsus potest expendere maritus: vt.C. de pac. cõ.l.fi.circa princ.quæ est contra.

f *Quia non.* ratio quare miraculosa non darent.Accursius.

g *Solenne est.* & adeo celebre, quia sæpe & plurimũ solet fieri: mulier vero rarissime donat: & ideo cum id facit, pro magno reputatur: & quasi miraculose cum solẽnitate celebratur donatio, scilicet personarum interuenientiũ, & inde gaudentium.

Mulier viro rarissimè donare dicitur.

h *Contra sexus naturam.* scilicet quòd mulier donet, vel sic largiatur: vt diximus.ſ. ad Vell.l.sed si ego. Et notã. quòd hic ĩ fine duas ratiões reddit caute ad reuocationẽ donationis: quia scilicet donauit contra naturam sexus: quod quasi mirãdum est. Item quia inconueniens est seu incõgruens etiam de iure eam donare marito ad sustentationem sui.

* *Flo. dationem.*

a *Bal. hic dicit istã gl. not. ad hoc quòd maritus tenetur alere vxorẽ: non autẽ vxor virum. Bolo.*

Nam vir[a] vxorem, nõ vxor virum tenetur sustentare: vt.ſ.e.l.ex annuo.&.l.ſi quis pro. & ar.insti.de iniur.§.j.

i *Conualescere.* vt.ſ.eo. l. Papinianus. contra. Sol. vt ibi. Accursius.

Siue vxor.]*CASVS.* Vxor donauit viro vnum fundum ruralẽ in donationem. eo tempore vel postea dixit vt eundem daret pro filia in dotem. Dicit, quòd licet non valeret primo: tunc tamẽ secundo confirmatur.

k *Donasset.* ea conditione vt statim det vir in dotem pro communi filia: vt differat à casu sequenti.

l *Donationem.* vt supra, de iur.do.l.professitia.§. si quis certam. & l.cum vxor. Accursius.

Si non.]*CASVS.* Fecit diuortium vir ab vxore, sed non legitime: & ita remanet matrimoniũ. ergo nõ possum donare sibi.

m *Obseruationem.* quæ est.j.tit.j.l.nullum. Accursius.

n *Si donatæ. Poterunt.* vt.ſ.eo.l.ſi sponsus.§.fi. Accursius.

o *Euictione.* sed ad id quod dicit simpli: immo in duplum: vt supra, de euic.l.ij. quæ est cõtra. Sol. hic est speciale vt etiã de simplo caueatur. nã etiam de iure cõmuni nõ debet caueri: vt.ſ.de rei vin.l.& ex diuerso.§.petitor. quæ est cõtra. Sed hic ideo, quia reus habet causam ab actore: ibi nõ. Vel hic culpa nõ potest restituere reus: ibi dolo. Itẽ in eo q̃ fit æstimatio iusto pretio, est cõtra.j.rerũ amo.l.non enim. Sed hic speciale: quia ille qui cõuenitur, habet causam à cõueniẽte: vt diximus. Ac.

nõ potest[a]. Sed si manente matrimonio decessisse maritus ꝓponatur: puto, quia in annuo quoq; donatio[b] vertitur: posse dici donationem* confirmari[c] ex senatusc̃onsulto. ℣Si vxor marito annuum versa vice prẽstiterit: restituetur ei hoc, & poterit vindicare id, quod exstat: credo poterit & cõdicere[d], inquantũ locupletior factus est[e]: quia non[f] tam solenne est[g] annuum, quod maritus vxori pẽdit: & quod vxor marito præstat. immò etiam incongruens est, & contra sexus naturam[h]. Et si fortè marit⁹ ab vxore stipulatus sit id annuũ, decesserit-que mulier, constante matrimonio: dicendum erit, ex oratione donationem conualescere[i].

Valet donatio quam vxor facit viro vt filiã dotet. hoc dicit. quem casum nota. Bar.

XXXIIII. IDEM libro quadragesimotertio ad Sabinum.

SIue vxor marito res donasset[k], isq́ue eas in dotem pro cõmuni filia dedisset: siue post donationem, quam in maritum contulit, vxor passa est eũ pro filia in dotẽ dare: benignè dici potest, etsi prima donatio nullius momenti est, attamẽ ex sequenti consensu valere dotis donationem[l].*

XXXV. IDEM libro trigesimoquarto ad Edictum.

SI non secundum legitimam obseruationẽ[m] diuortium factum sit, donationes post tale diuortium factę, nullius momenti sunt: cum non videatur solutum matrimonium.

Qui soluit litis æstimationem, debet causam dicere si causam habuit ab vxore. h.d. quam.l.nota. Bartolus.

XXXVI. PAVLVS libro trigesimosexto ad Edictum.

SI donatæ res extant, etiam vindicari poterũt[n]: sed quia causam possidẽdi donatio prẽstitit: nisi reddatur res, æstimatio facienda est iusto pretio: cauerique possidenti debebit de euictione[o] simpli, quanti ea res sit: idque etiam Pedio videtur.

Potest quis cum vxore anulum sponsalitium permutare. h.d. & iste.§. procedit in terminis suis, quãdo vir commutat anulum. sed secundum nostram consuetudinem primo desponsatur per verba de præsenti: & sic est vxor, & sic donatio non valeret. quod nota. Bartolus.

℣Si sponsus alienum anulum spõsæ muneri misit: & post nuptias pro eo[p] suum dedit: quidam, vt* Nerua, putant fieri eũ mulieris: quia tunc factam donationem confirmare videtur, non nouam inchoare[q]. quam sententiam veram esse accepi.

XXXVII. IVLIANVS libro septimodecimo. Digestorum.

SI mulier dolo fecerit, ne res exstaret sibi à marito donata: vel ad exhibendum, vel dãni[r] iniuriæ cum ea agi poterit: maximè si post diuortium id commiserit.

Pro parte quam habet vir in re, non valet donatio inter coniunctas personas: præsentia tamen cum taciturnitate donationem inducit. h.d. quam.l.not. Bartolus.

XXXVIII. ALFENVS libro tertio Digestorum à Paulo Epitomatorum.

SI seruus* communis viri & fratris[s] eius, puerũ donauit vxori fratris: pro qua parte is seruus, qui donasset[t], viri esset, pro ea parte munus nõ esse factũ mulieris, respondit. Idẽ iuris erit si ex trib⁹ fratribus vnus vxorem haberet, & rem cõmunẽ vxori donasset. nam ex tertia parte mulieris res facta non est; ex duabus autem partibus reliquis si id scissent[u] fratres[x], aut postea, quàm donata esset, ratum habuissent, non debere mulierem[y] reddere.

b *Donatio.* vt supra, de pac.dot.l.quidam.in fi. Accursius.

c *Confirmari.* immo infirmari: vt.ſ.e. Papinia. quæ est contra. So. vt ibi. Accursius.

d *Condicere.* hoc secus in vxore: vt.ſ.e.ſi id quod.§.pe. Ac.

e *Facta est.* hoc in annuo. secus autem in vsuris paraphernalibus: quia eas in communes vsus potest expendere maritus: vt.C. de pac. cõ.l.fi.circa princ. quæ est contra.

f *Quia non.* ratio quare miraculosa non darent. Accursius.

g *Solenne est.* & adeo celebre, quia sæpe & plurimũ solet fieri: mulier vero rarissime donat: & ideo cum id facit, pro magno reputatur: & quasi miraculose cum solẽnitate celebratur donatio, scilicet personarum interuenientiũ, & inde gaudentium.

h *Contra sexus naturam.* scilicet quòd mulier donet, vel sic largiatur: vt diximus.ſ. ad Vell.l.sed si ego. Et notã. quòd hic ĩ fine duas ratiões reddit caute ad reuocationẽ donationis: quia scilicet donauit contra naturam sexus: quod quasi mirãdum est. Item quia inconueniens est seu incõgruens etiam de iure eam donare marito ad sustentationem sui.

i *Conualescere.* vt.ſ.eo. l. Papinianus. contra. Sol. vt ibi. Accursius.

k *Donasset.* ea conditione vt statim det vir in dotem pro communi filia: vt differat à casu sequenti.

l *Donationem.* vt supra, de iur.do.l.professitia.§. si quis certam. & l.cum vxor. Accursius.

Si non.]*CASVS.* Fecit diuortium vir ab vxore, sed non legitime: & ita remanet matrimoniũ. ergo nõ possum donare sibi.

m *Obseruationem.* quæ est.j.tit.j.l.nullum. Accursius.

n *Si donatæ. Poterunt.* vt.ſ.eo.l.ſi sponsus.§.fi. Accursius.

o *Euictione.* sed ad id quod dicit simpli: immo in duplum: vt supra, de euic.l.ij. quæ est cõtra. Sol. hic est speciale vt etiã de simplo caueatur. nã etiam de iure cõmuni nõ debet caueri: vt.ſ.de rei vin.l.& ex diuerso.§.petitor. quæ est cõtra. Sed hic ideo, quia reus habet causam ab actore: ibi nõ. Vel hic culpa nõ potest restituere reus: ibi dolo. Itẽ in eo q̃ fit æstimatio iusto pretio, est cõtra.j.rerũ amo.l.non enim. Sed hic speciale: quia ille qui cõuenitur, habet causam à cõueniẽte: vt diximus. Ac.

p *Pro eo.* vindicato à domino.

q *Non inchoare.* sic ergo vltimũ tenet locum primi: vt hic, &.ſ. de pe. hære.l.ſi & rem.in fi.& j. de cõdit.& demon.fi. liæ.§.fi. Argu. cõtra.ſ. de iur.do.l. cũ in fundo.§.ſi fundus.&.C.de iudi.l. apertissimi.&.j. e.ſi prædia.&.j. de leg. iij. pater filiũ. in princ. Sed arg. contra.C. de prædi.mino.l. ſi minor xxv. an.&.j. de vul. & pup.sub.l.Luci⁹.§.fi.& facit.ſ.de iureiur.l.duobus.§.ij. Accursius.

* *Flo. &*

Si mulier.]*CASVS.* Donaui equũ vxori meæ: quem ipsa occidit ne ad me posset redire. licet pœnituerim, dicit hæc lex eã teneri mihi ad exhibẽdũ: quia dolo fecit quo minus posset exhiberi. Itẽ act. legis Aquiliæ. Vi.

r *Vel damni.* etiã cõstante matrimonio in simplum: vt.ſ. ad.l. Aquil.ſi seruus seruũ.§.ſi cum maritus. Acc.

Si seruus.]*CASVS.* Titius & Seius fratres habebant seruũ cõmunẽ, cui concesserũt donare de peculio cui vellet, hic seru⁹ donauit vxori Titij. Dicit, quòd pro qua parte est Seij, valet. Secũdo dicit. Tres erãt fratres habentes rẽ cõmunem. eã rem vnus donauit vxori aliis præsentibus, & non contradicentibus. pro partibus aliorum valet donatio: pro partibus viri non.

* *Flo. Seruus*

s *Fratris.* qui fratres non tangebant se per potestatem.

t *Donasset.* hoc verũ si specialiter ei seruo pmissũ erat donare: aliàs nõ posset donare: vt.j. de dona.l.filiusfa. Ac.

u *Scissent.* & ita sciẽtia præiudicat circa amissionẽ dominij: quia prẽsumitur eos voluisse donare adfinitatis ratiõe: sicut præsumit remissio fideicõ. sanguinis necessitudine: vt.ſ. de ꝓba.l. Procula. sic & prẽsumitur volũtas testatoris legatarij dignitate: vt.ſ. de iudi. sed & ſi.ſic.j. de do.cau. mor. quod statuliber.ĩ fi.&.ſ.mã.l.qui patif. aliàs autẽ scientia nõ præiudicat. nisi acceptio pretij interuenisset: vt.ſ. de eui.l. quidã ex parte. ſic.j. de acquir. posſeſſ.l. fundi.

Scientia quandoque præiudicat: & quãdoque non.

x *Fratres.* qui non sunt in eiusdẽ potestate cuius & vir alioquin contrariũ est: vt.ſ.eo.l.hæc oratio.§.qui in eiusdẽ. quæ est cõtra.

y *Mulierem.* rem factam suam, ex duabus partibus: vt infra, de lega.ij.l.Titia.§.Lucius. Accursius.

Vir vxori.]*CASVS.* Volebã vxori meæ donare.x.& ideo prmisi ei stipulari à debitore meo.x. antequam exigeret diuertimus. quæritur, an ipsa agere possit? Et dicit, quòd non. Secundo

pone

BIU Cujas

pone quòd debitor meus ignorans nos diuertisse, soluit ei: quis repetet? Et distinguit: quia aut extat pecunia soluta, & debitor vindicat: & tenetur mihi pristina actione: & liberatur à me cedendo mihi vindicationem. aut non extat: & tunc ago recta via condictione sine causa, inquantum ipsa locupletior est. Viuianus.

a *Inanem.* mulieri: vt supra, eo. l. si sponsus. §. si debitor. Accursius.

b *Vindicare.* sed cur debitor habet rei vindicationem, cum omnino huius rei domin⁹ desinere esse voluit: vt j. de acqui. pos. l. quod meo. §. si furioso? Respon. aliud est in possessione: & aliud in dominio: quod nō ita de leui amittit, nisi ali⁹ nanciscatur: vt. j. de acqui. pos. si quis vi. §. differētia. Vel dic vtilé ei cōpetere rei vindicationē: quia adhuc eandem pecuniā soluere est obligatus: nec pecuniæ solutæ dominiū est quæsitum marito: cū tacite propter diuortiū videatur reuocasse mandatū: quare ei per aliū numerata esse nō videt, ideó que nec intelligitur ei⁹ domin⁹. Item, secundū R. propter legis interdictū nō potest trāsire dominiū in eum: sicut nec per se, nec per aliū.

c *Actiones.* rei vindicationem.

d *Exceptione.* sed cur non ipso iure: vt. ff. e. l. hæc ratio. §. sed si debitorē? Rñ. quia diuertēdo donationem reuocasse videtur: & sic inhibuisse ne ei soluerētur: vt. ff. eo. cum hic. §. si diuortium. Or. immo & si nō diuertisset, haberet exceptionē & cō dictionem: vt. j. de solu. l. cum quis. §. si debitorē. Vnde potest dici quòd hic, sciens nō valere mulier accepit: ibi ignorans: ar. d. l. §. sed si debitorem. in prin.

e *Nomine.* ex iure cessō.

Debitor delegatus potest opponere exceptionem delegationis inualidæ: si tamen ignoranter commiserit, liberatur. hoc dicit. quem casum nota. Bartolus.

XXXIX. IVLIANVS libro quinto ex Minicio.

VIr vxori pecuniam cū donare vellet, permisit ei, vt à debitore suo stipularetur. * illa cum id fecisset, prius quàm pecuniam auferret, diuortium fecit. Quæro, vtrum vir eā summam petere debeat: an [ex] ea promissione propter donationis causam actio nulla esset? Respondi, inanem[a] fuisse eam stipulationem. Sed si promissor mulieri ignorans soluisset: si quidem pecunia exstat, vindicare[b] eā debitor potest. sed si actiones[c] suas marito præstare paratus est, doli mali exceptione[d] se tuebitur: ideoq; maritus hanc pecuniam, debitoris nomine[e] vindicādo, cōsequetur. Sed si pecunia non exstat, & mulier locupletior facta est: maritus eam petet. intelligitur enim ex re mariti locupletior facta esse mulier: quoniam debitor doli mali exceptione se tueri potest.

* Flo. stipuletur

XL. VLPIANVS libro secundo Responsorum.

QVod adipiscendæ * dignitatis gratia ab vxore ī maritum collatum est: eatenus ratum est, quatenus dignitati supplendæ opus est[f].

* Flo. apiscendæ

XLI. LICINNIVS Rufinus libro sexto Regularum.

NAm & imperator Antonin⁹ cōstituit, vt ad processus[g] viri vxor ei donare possit.

XLII. GAIVS libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

NVper ex indulgentia principis Antonini recepta est alia causa donationis, quàm dicimus honoris[h] causa: vt ecce si vxor viro laticlauij[i] †petendi gratia donet, vel vt equestris ordinis fiat: vel ludorum[k] gratia.

† *In hūc locum Alex. ab Alex. lib. 4. Gen. dier. ca. 11. & Bud. in annot. ad Pand.*

f *Opus est.* id est, quatenus expendit in dignitatem de pecunia donata. sed & constante dignitate videtur licere donare: vt. j. ad l. Iul. repe. l. j. Vel dic: licet non teneatur accipiens lege Iul. repe. hodie tamen non emuntur honores: vt. C. ad. l. Iul. repe. l. penult. & fina.

g *Nam & imperator. Processus.* in honoribus de gradu ad gradum: vt supra, de nego. gest. l. quæ vtiliter. & infra, de mune. & hono. l. vt gradatim. Accursius.

Nuper.] CASVS. Vir volebat effici miles vel effici laticlauius: pro quibus oportebat eum expēdere. & dicit, quòd in hanc causam vxor potest ei donare. Et est laticlauius, qui præest aliis militibus in pugna, & clauē proiiciebat inter confertissimos hostes: & sui milites viriliter pugnātes debebāt eā recuperare. Vi.

h *Honoris.* simplicis. i. sine administratione. Accursius.

i *Laticlauii.* genus vestis secūdū quosdā. vel dic, nomé dignitatis.

k *Ludorum.* præparādorum, non vt amittat pecuniam in alea.

XLIII. PAVLVS libro singulari Regularum.

INter virum & vxorē exilij[l] causa donatio fieri potest.

Vsucapiens videtur habere rem ex titulo præcedenti, non à domino contra quē vsucapit. h. d. quam legem no. quia in pluribus locis habemus istum effectum: sed non ita clare vt hic. Bartolus.

XLIIII. NERATIVS libro quinto Membranarum.

